Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.LE
151
G
26
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
151
G
26
NAPOLI

G.
229

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Jo. Chriſtophorus Wolfius, Paſtor ad D. Catharinae
Hamburgenſis, et Scholarcha.

Google

# IO. CHRISTOPH. WOLFII,

# BIBLIOTHECAE HEBRAEAE

## PARS II.

QVAE PRAETER

HISTORIAM SCRIPTVRAE SACRAE
VETERIS INSTRVMENTI,
CODICVMQVE EIVS TVM EDITORVM TVM MSS.
TRADIT NOTITIAM
MASORAE, EORVMQVE, QVAE AD LEXICA
ET GRAMMATICAS PERTINENT,
TALMVDIS ITEM VTRIVSQVE,
TVM VERO
BIBLIOTHECAM IVDAICAM ET ANTIIVDAICAM
APERIT,
AC POST ENARRATAS PARAPHRASES CHALDAICAS
ET CABBALAM,
SCRIPTA IVDAEORVM ANONYMA
RECENSET.




BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

HAMBVRGI,
Apud THEODOR. CHRISTOPH. FELGINER,
ANNO MDCCXXI.

Digitized by Google

VA1
1517257

Digitized by Google

VIRO MAGNIFICO
*NOBILISSIMO AC IVRISCONSVL-
TISSIMO*
DOMINO
# GARLIEB SILLEM,
CONSVLI REIPVBLICAE
HAMBVRGENSIS,
IMMORTALITER DE SALVTE PVBLICA PROMERITO,
*S. P. D.*

IO. CHRISTOPHORVS WOLFIVS.

PErmitte, VIR MAGNIFICE, ut inter feſtivos gaudentium plauſus, & ſolemnes non magis TIBI, quam Vrbi noſtræ, de exoptatiſſimo Tuo reditu gratulantium voces, non ſileam ipſe, ſed vel præeam aliis, vel certe ceteris non poſtremus jungar. Qui enim & privatim, & publice, pro muneris, quo fungor, ratione, & pro pietate, quam TIBI quoad ejus fieri

)( 2 poteſt,

poteſt, probare vehementer cupio, pro ſalute Tua felicique conſiliorum ſucceſſu ad ſummum NVMEN pia vota adhuc feci, idem impetrare a me non poſſum, quin publice divinæ providentiæ amplitudinem celebrem, ejusque TIBI Vrbique gratuler benignitatem. Reverſus ſcilicet ad nos es nuperrime, ægre antea dimiſſus, relictoque incredibili TVI deſiderio, frequentibus votis expetitus, nunc autem feliciſſime redditus. Id nempe ſummis TVIS in Rempublicam noſtram meritis deerat, ut, qui jampridem domi in providendis rebus prudentiam, in adminiſtrandis ſolertiam, in provehendis conſtantiam, in exſequendis dexteritatem, in tuendis fidem ita probaſſes omnibus, ut æqui exiſtimatores læti celebrarent, invidi vero etiam inviti admirarentur, inimici denique, ſi qui unquam humanitatem plusquam humanam odiſſe ſerio potuerunt aut auſi ſunt, ſtuperent; idem manifeſtum faceres, foris etiam TVIS opus eſſe conſiliis, atque ea per TE effici poſſe, quæ difficulter fieri prudens quisque judicabat. Abiiſti enim a nobis cum delegatis reliquis eo conſilio, ut IMPERATORIS, quem Romanum Imperium, imo Orbis Summum veneratur, iram a Republica noſtra, depreſſa omnino & adflicta, averteres, eamque illi clementiam conciliares, qua, poſt Divini NVMINIS gratiam, tranquillitatem ſuam, ſalutem, proſperamque rerum conditionem metiri conſuevit. Magnum erat, quod humeris TVIS videbas impoſitum; ſed, quæ virtus TVA eſt, & confirmati animi robur, non minus promtus præſensque provinciam, TE

dignam,

dignam, ſuſcepiſti, quam paulo poſt, ex omnium noſtrum voto, dextre obiiſti; nunc autem, rebus præclare & Divinis auſpiciis feliciter actis, ſecurus depoſuiſti. Legatus itaque triſti ex publica calamitate vultu profectus es; Angelus autem hilari facie habituque ad lætitiam compoſito, omnesque merito ad gaudium invitante nos nunc ſalutas, qui TE ut genium quendam tutelarem, Vrbi huic a DEO datum, amant, colunt, venerantur. Confirmas itaque vel ſic, prudenter veteres Hebræos linguæ ſuæ rationes inſtituiſſe, qui Legatos & Angelos uno eodemque nomine, quod ipſi per מַלְאָכִים efferunt, appellandos cenſuerunt. Utramque, VIR MAGNIFICE, perſonam repræſentaſti, fidemque nobis facis, in poteſtate Summi NVMINIS poſitum eſſe, ut homo homini fiat Angelus, multique boni non ſolum interpres, ſed & auctor ac pararius. Macte itaque hac TVA virtute, fructum cape exantlatæ tantæ operæ uberrimum, DEVS TE ſervet in ſeros annos, ut præſens ætas habeat, quem ut Divinæ Providentiæ inſtrumentum agnoſcat, poſteritas autem, in quem, tanquam in abſolutum virtutum, Conſule dignarum, exemplar intueatur. Hoc eſt pium illud votum, quo TE tacitus jampridem ſum proſecutus; idque quin, pace TVA, in literas cum maxime a me relatum ſit, hoc minus dubitandi cauſam invenio, quo magis TVAM in me benevolentiam prolixumque favorem non uno argumento jam dudum teſtatum eſſe voluiſti. Idem TVVS in me animus, VIR MAGNIFICE, animum mihi addidit, ut præſentem opel-

Digitized by Google

opellam TVO potiſſimum Nomini inſcribendam judicarem. Quamvis enim ea ab ampliſſimo munere negotiisque ac curis, quibus invigilas, videri poſſit aliena, talis tamen videbitur nemini, qui non ignorat, TE omne ſtudiorum genus, quod ad amplificandas literas vel ſacras vel profanas, ſive ſeveriores illæ ſint, ſive mitiores, pertinet, maximi facere, & pro vaſtiſſimi ingenii amplitudine complecti, provehere & ornare conſueviſſe. Neque enim es ex eorum numero, qui ex ſua tantum arte reliqua æſtimant omnia, atque adeo ea, quæ vel ignorant ipſi, vel ad ſe non admodum pertinere cenſent, alto ſupercilio, tanquam nihil bonæ fugis ſecum ferentia contemnunt. Hoc ipſum levium animarum argumentum merito interpretaris. Hunc animum ſervet TIBI DEVS Optimus Maximus, idemque præterea omne felicitatis genus in TE Nobiliſſimamque domum TVAM largiſſime redundare patiatur. Scribebam Hamburgi menſe Octobri A. R. S. cIↄ Iↄcc·XXI.

Digitized by Google

# AD LECTOREM.

OFfero Tibi, BENEVOLE LECTOR, alteram Partem Bibliothecæ meæ Hebrææ, ſerius omnino, quam vel Tu forte exſpectatione præceperas, vel ipſe ego deſtinaveram, qui, quæ humanarum rerum conditio eſt, ad editionem longius proferendam variis cauſis, fuſe hic non recitandis, adductum me ſenſi. Accipis itaque hic octo libros, in quos præſentem partem diſtinguendam cenſui.

Liber I. HISTORIAM SCRIPTURÆ SACRÆ exponit, ita quidem, ut Sectio prima canonis Biblici Veteris Inſtrumenti rationes ex limpidis fontibus antiquitatis derivet; Secunda libros Canonicos ſingulos; Tertia Apocryphos & Pſeudepigraphos; Quarta denique eos, qui in canone citantur quidem, ſed non exſtant, i. e. deperditos, aut nunquam ſcriptos perſequatur & recenſeat; ſicut in Quinta Scriptores longo agmine enumerantur, qui Introductiones in Scripturam Sacram vel *Hiſtoricas*, vel *Mnemonicas*, vel *Criticas* conſignarunt. Hac opera brevius ego defunctus ſum, ideo, quod alios cum cura hic verſatos eſſe intelligebam, ad quos digitum ſemper, quæ inſtituti mei ratio præcipua eſt, intendi, ſatis officio feciſſe mihi viſus, ſi, quæ ex Judæorum monimentis huc pertinebant, ab aliis forte neglecta, in rationes referrem. In Sectione I. operæ pretium putavi, Canonis Hebraici integritatem *totalem* & *partialem*, quam Doctores vocant, adſerere, commemoratis diſſentientibus præcipuis, qui in alias partes abire hic conſveverunt.

Liber II. deſtinatus eſt recenſendis Hebraicæ Scripturæ codicibus tum manu exaratis, partim αὐτογράφοις, quæ nonnullis, licet falſo, credita ſunt, partim antiquæ admodum aut recentioris ætatis; tum in lucem editis, ſive integrum Hebræum contextum, ſive partes ejus ſiſterent. Addidi his deſignationem verſionum S. Codicis, a Judæis vel Ex Judæis profectarum. Cl. *Jac. Le Long*, Oratorii Pariſienſis Presbyter & Bibliothecarius, jampridem de literis his immortaliter promeritus, hoc argumentum tam ſolerter, fateor, & erudite in *Bibliotheca Sacra* occupavit, ut otia mihi feciſſe videretur. Sed vel ſic tamen non penitus illud a me omittendum erat, quia ad hunc locum inprimis pertinebat, præterea vero ager hic adeo vaſtus & amplus merito intelligenti judicatur, ut etiam poſt meſſem ſpicilegii copiam faciat. Itaque Viri diligentiſſimi veſtigiis ita inſtiti, ut, eodem ordine ſervato, alia brevius, fuſius

 alia,

Digitized by Google

alia, prout res ferebat, exponerem, emendarem item alia, alia adderem: id quod cum bona ejus venia factum a me eſſe, candor Viri jampridem ſpectatus ſperare me jubet.

Liber III. MASORÆ ſive Doctrinæ Hebræorum Criticæ penetralia reſerat. Itaque Caput I. nomen originem & fata ejus pandit, II. vero argumentum & conditionem ejus ita conſiderat, ut potiora Criticæ Sacræ momenta, quæ v. c. ad antiquitatem *vocalium*, *Accentuum*, horumque uſum multiplicem, *Keri* & *Ketbibb* & alia hujus generis pertinent, tractentur, ſubjectis tandem diverſis Chriſtianorum de Maſora judiciis. Cap. III. enarrantur ſecundum literarum ſeriem Scriptores *Maſoretbici* ex Judæis & Chriſtianis, *Librarii* & *Punctatores* Judæorum præcipui, addita, ubi fieri potuit, ſingulorum ætate, quod ad judicandam & definiendam MSS Codicum antiquitatem aut novitatem permultum valet; Collectores *variantium* Lectionum; *Lexicographi* Hebraici ex Judæis & Chriſtianis, ubi & de *Concordantiis*; Interpretes *Nominum Propriorum* in Bibliis exſtantium, cum obſervationibus variis huc pertinentibus; Collectores *Abbreviaturarum*, quas vocant, Hebraicarum, cum Supplemento ad Buxtorfianum de iis librum; Scriptores *Inſtitutionum Rabbinicarum*, & qui de dialecto Judæo-Germanica commentati ſunt; ac denique *Grammatici* Hebræi ex Judæis & Chriſtianis. Colophonem imponunt obſervationes variæ ad rem Hebræorum Grammaticam ſpectantes.

Liber IV. TALMUD ſeu Corpus Doctrinæ Judaicæ ſibi vendicat. Caput I. in nomen & originem ejus: II. in argumentum inquirit: III. Talmudis utriusque recenſionem uberiorem ſiſtit, eo quidem ordine, ut primum catalogus Alphabeticus *Codicum* Miſchnicorum omnium, additis Interpretum, qui in Latinam vel aliam linguam converterunt, nominibus; deinde ſeries *capitum* omnium Miſchnicorum quoad verba initialia, tum deſignatio *Codicum* Miſchnicorum ſingulorum, additis, de quibus præcipiunt, argumentis, occurrat. Poſthæc ſe offert Catalogus alphabeticus Doctorum *Miſchnicorum* & *Gemaricorum* ex libro *Juchaſin*: tum alius *Seburæorum* & *Geonæorum* ex Scriptore *Schalſcheleth Hakkabbala*, hinc Magiſtrorum aliorum ex *Zemach David*, itemque *Barrioſii*, qui noviſſime omnium rem Judæorum literariam illuſtravit, ſcriptis variis Hiſpanicis, ac denique ex *Abrahami ben Dior*, prioribus antiquioris, *Sepher Hakkabbala*. Hæc ſequitur enarratio Doctorum *Miſchnicorum* & *Gemaricorum* præcipuorum cum variis, ad Bartoloccii exemplum, obſervationibus, quibus inſerta eſt notitia Scriptorum, qui de Judæorum hæreſibus vel generatim,

vel

vel ſpeciatim expoſuerunt. Agmen claudunt editiones variæ textus Miſchnici ſeorſim aliquoties curati, & utriusque Talmudis, Hieroſolymitani ac Babylonici. Cap. IV. fata Talmudis Judaici inter Chriſtianos enarrat, atque hac occaſione de variis Doctorum inter Judæos ordinibus, *Gemaricis*, *Seburæis*, *Geonæis*, & *Rabbanim*, nec non *Academiis Scholisq;* eorum antiquis & recentibus, Palæſtinæ, Babyloniæ, aliarumque regionum, ad rectius perſpiciendam doctrinæ Talmudicæ catenam exponit. Cap. V. fata Talmudis inter Chriſtianos delineans controverſias edifferit de Talmude aut permittendo aut prohibendo, concremandoque, inter Chriſtianos ultro citroque, ac nominatim inter *Reuchlinum* & *Pfefferkornium* agitatas, inprimis vero notitiam ſuppeditat *Typographiarum* Hebraicarum, in variis regionibus ac urbibus vel a Judæis vel a Chriſtianis inſtructarum, quarum in calce catalogus alphabeticus ſubjicitur. Cap. VI. varia judicia de Talmude exhibet, eorum ſcilicet, qui vel nimis præclare, vel abjecte nimis, vel æque & modeſte de eo ſentiunt; eadem vero opera in uſum Talmudis tum generatim inquirit, tum ſpeciatim *Grammaticum*, *Exegeticum*, *Elenchticum* & *Hiſtoricum* commemorat. Cap. VII. ſpecialia quædam argumenta, quid v. c. de fabulis Talmudicis, earumque ſenſu vel literali vel allegorico habendum ſit? num JESUS, Dominus & Servator noſter, parabolas ſuas a Judæis acceperit, an minus? num JESU & religionis Chriſtianæ in Talmude fiat mentio? perſtringit. Hæc claudit catalogus præcipuorum de Talmude Scriptorum, ac enarratio ſubſidiorum, quæ ad Talmud rectius intelligendum a Judæis & Chriſtianis parata ſunt.

Liber V. BIBLIOTHECAM JUDAICAM & ANTIJUDAICAM ſiſtit, h. e. notitiam Scriptorum Anti Judaic. veterum & recentiorum in ſuas diſtinctorum claſſes. Scriptorum ex Judæis Anti-Chriſtianorum, Apologetarum Judæorum, Scriptorum de optima ratione Judæos ad veritatem perducendi, de Converſione Judæorum futura, Catechiſmorum pro Judæis, Hiſtoricorum de rebus & Antiquitatibus Judaicis, una cum Obſervationibus miſcellaneis de Judæis generatim, & in ſpecie de Converſis. Appendix rariora quædam ſcripta Anti Judaica, v. c. *Petri Nigri* tractatum contra perfidiam Judæorum, *Fortalitium Fidei*, *Porcheti Victoriam*, *Adriani Fini* Flagellum Judæorum, diligentius recenſet.

Liber VI. TARGUMIM ſeu Paraphraſibus Chaldaicis, earumque conditioni & uſui enarrandis deſtinatus eſt.

Liber VII. in CABBALA quod ad originem, indolem & uſum deſcribenda occupatur.

Liber VIII. denique ſcripta Judæorum *ἀνώνυμα* ſecundum literarum ſeriem cognoſcenda exhibet.

Ano-

Digitized by Google

Animus omnino erat addere his *Supplementa* ad Partem I. relata cum Indicibus Partis utriusque, ſed hinc apparatus copia, hinc inopia temporis effecit, ut, quicquid hujus eſt, ſeorſim in lucem proferendum ſtatuerim, quod, DEO annuente, proximis Nundinis vernalibus exſpectabis. Ceterum in omni hac tractatione ita verſatus ſum, ut, ſine partium ſtudio, doctrinam & induſtriam, ubicunque inveni, laudarim, &, per quos profeciſſe me ſciebam, eos, ut par eſt, non ſine honoris præfatione commemorarim. Inter hos vero inprimis hic nominandi ſunt Cl. JOANNES GAGNERIUS, Oxonienſis Academiæ decus, qui accuratam MSS. *Pocockianorum*, *Seldenianorum* & *Huntingtonianorum* recenſionem cura ſua confectam mecum communicavit; Cl. JACOBUS LE LONG, in limine præfationis hujus laudatus, cui catalogum MSS. Bibliothecæ Regiæ & Oratorii Pariſienſis debeo; Cl. ERICUS BENZELIUS, Theologus & Bibliothecarius Academiæ *Upſalienſis*, qui fecit, ut non carerem notitia MSS. illius Bibliothecæ; Rev. JOANNES WULFERUS, Eccleſiæ Noribergenſis lumen, per quem edoctus ſum, qui in publica Urbis, & privata ipſius Bibliotheca codices inveniantur; quemadmodum Cl. THEOPHILUS SIGEFRIDUS BAYERUS, elegantiſſimi Vir ingenii, effecit, ut ne Senatoriæ Regiomontanæ, quam Rabbinici libri, a B. *Auguſto Pfeifero* olim comparati, inprimis ornant, divitias ignorarem. Præterea multum me debere profiteor induſtriæ doctiſſimi IO. HENR. MAJI, Filii, a quo ante quinquennium circiter per literas accepi deſignationem Codicum Hebraicorum manu deſcriptorum, quos inſtructiſſima Nobiliſſimi & de Republica patria ac Literaria inſigniter promeriti ZACHARIÆ CONRADI AB UFFENBACH Bibliotheca non tam recondit, quam in publicum egregium liberaliter & ingenue convertit, poſtquam ejusdem Viri doctrina & ſtudio effectum eſt, ut eorundem Codicum plenior & accurata recenſio in BIBLIOTHECA UFFENBACHIANA *Halæ* an. 1720. in fol. edita, & bonæ frugis pleniſſima, compareret.

Si quos præterea operæ qualiscunque promotores habui, eos ſuis quosque locis appellatos invenies. Cumque OPPENHEIMERIANÆ Bibliothecæ frequentem mentionem factam eſſe videris, ſcias velim, *Lector*, ante biennium eam Bibliothecam, de qua in præfatione ad Partem I. fuſius commentatus ſum, repetita vice adire, & ſingulos ejus Codices tam editos, quam manu exaratos, evolvere mihi licuiſſe. His fruere, LECTOR, & quæ errata a me ſunt, humaniter interpretare. Vale.

HISTO-

Digitized by Google

# HISTORIA SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quinque Sectionibus comprehenſa.

Hiſtoria Biblica cum præcipue Bibliothecam noſtram ornare debeat, illa vero variis capitibus contineatur, neceſſe eſt, ut labor omnis in certas Sectiones diſtinguatur. Prima itaque Sectio deſtinata erit canoni Biblico, iisque, quæ huc pertinent, conſiderandis. Secunda libros Canonicos ordine per certas Subſectiones conſiderabit. Tertia libris Apocryphis ſacra erit, in cujus calce de Pſeudepigraphis pauca monebuntur. Qvarta recenſebit libros Hebræos, qui in canone quidem non exſtant, & in Canonicis libris citantur, atque adeo inter deperditos numerari debent, in quem cenſum alios vere alios falſo venire oſtendetur. Qvinta denique enumerabit Scriptores, qui Introductiones in Sacram Scripturam vario conſilio ſcopoque concinnarunt.

## SECTIO I

### *DE*

### CANONE BIBLICO

*Exponit conſtitutionem canonis* §. *I-V. integritatem ejusdem totalem* §. *VI. & partialem* §. *VII non dari tranſpoſitiones aut confuſiones. VIII. nec deſiderari integra commata IX. non corruptam eſſe Scripturam Iudæis, ubi ſpeciatim de locis* Pſalm. XXII. 17. & Zachar. XII. 10. §. *X. nec a librariis eorumque negligentia, aut injuria temporum.* §. *XI. qua occaſione præ-*



Digitized by Google

*cipui fontium inter recentiores adverſarii recenſentur. §. XII. & tandem cauſa hac peroratur §. XIII. Sequitur partitio Codicis S. ubi de τριχοτομίᾳ in Legem Prophetas & Hagiographa, de diviſione item in Paraſchas, Haphtharas, capita, commata &c. §. XIV. Ordo librorum ſacrorum XV. una cum appendice, quæ ejus diverſitatem pro varietate codicum & Seculorum, itemque Eccleſiæ Judaicæ, Græcæ & Latinæ in tabulis diverſis repræſentat.*

I.

MOnumenta ſacra nutu divino a Moſe, Prophetis aliisque Viris ſanctioribus literis eo conſilio conſignata eſſe, ut haberent primo Judæi, deinde vero homines omnes, normam certam ad quam & cognitionem & cultum Dei exigerent, apud eos, qui Chriſtiani appellantur, exploratum cognitumque eſt. Eadem vero non eodem tempore conſcripta fuiſſe, ſed plurium ſæculorum decurſu non minus certo hiſtoria tradit. Ex quo conſequitur, integram illam librorum ſacrorum ſeu Canonicorum collectionem pedetentim factam, & tandem ita definitam eſſe, ut nullus inpoſterum in eundem ordinem admittendus videretur. Hinc nata eſt inter peritos Sacrarum literarum diſputatio de eo, cui potiſſimum hæc determinatio conſtitutioque Canonis accepta ſit ferenda.

II. Communior ſententia eſt, eam tribuendam eſſe Viris Synagogæ Magnæ, hoc eſt Collegio CXX. Virorum, inter quos *Haggæus, Zacharias, Malachias, Eſras* &c. numerantur. Eos ſcilicet ajunt & inprimis Eſram libros Sacros, qui in carcere Babylonico fere neglecti fuerant, cum induſtria collegiſſe, recognoviſſe, in eum, quem nunc referunt, ordinem digeſſiſſe, ac totum denique Canonem ſive Indicem ſcriptorum ſacrorum (confer B. *Jo. Henr. Maji* Diſſertationes Selectiores p. 88.) obſignaſſe. Hæc ſententia debetur Judæis ad Synagogæ Magnæ Viros ſive אנשי כנסת הגדולה in Talmude frequenter provocantibus. Vide ſpeciatim *Joma* f. 69. 2. *Megilla* f. 10. 2. *Bava Bathra* cap. 1. fol. 14. 1. & *Pirke Avoth* c. I. n. I. comparatis Bartenorii & Abarbanelis commentariis. Inter recentiores Iudæos verba de iis faciunt auctor *Juchaſin* p. 13. b. *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 22. & R. Dav. Ganz. ad an. 4413. Quia ad locum Gemaricum *Bava Bathra* ſæpius nobis inpoſterum provocandum erit, tanquam hujus doctrinæ ex mente Judæorum ſedem, conſultum fuerit, eum maximam partem huc latine afferre. Quando ibi actum

actum erat de libro legis ejusque ſcriptione & aſſervatione in arca fœderis, recenſentur Prophetæ ordine, nempe *Joſua*, *Judicum*, *Samuelis & Regum libri*, item *Jeremia*, *Ezechielis*, *Jeſaia* & XII. *Prophetarum*, inter quos *Hoſeas* primus eſt, juxta dictum Hoſeæ I. 2. *Principium loquendi Domini in Hoſea. Et quomodo* (ita pergitur) *cum Hoſea primo locutus eſt? nonne a Moſe usque ad Hoſeam fuerunt alii Propheta? Dicit R. Jochanan: intelligitur de quatuor primis Prophetis, qui eodem tempore prophetarunt, & ſunt Hoſeas, Iſaias, Amos & Michaeas.* Poſtea recenſentur Hagiographa hoc ordine: *Ruth, Pſalmi, Iob, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Threni, Daniel, Eſther, Esdras, Paralipomena.* Hinc paucis interjectis, dicitur: *Moſes ſcripſit librum ſuum, ſectionem Balaam & Iob, Ioſua ſcripſit librum ſuum & octo verſiculos, qui ſunt in Lege. Samuel ſcripſit librum ſuum, Judicum, & Ruth. David ſcripſit librum Pſalmorum per manus decem Seniorum, h.e. per manus Adami, Melchiſedeci, Abrahami, Moſis, Heman, Jeduthun, Aſaph, & trium filiorum Kore.* Pagina 15. lin. 1. ſequitur: *Jeremias ſcripſit librum ſuum, librum Regum & lamentationes. Ezechias cum ſodalitio ſuo ſcripſit Jeſaiam, Proverbia, Canticum, & Eccleſiaſten. Viri Synagoga Magna ſcripſerunt Ezechielem, XII. Prophetas minores, Danielem & Eſther. Eſra ſcripſit librum ſuum & Paralipomenon, & non aſcendit de Babel donec genealogizavit ſe ipſum, & deinde aſcendit.* Confer Bartolocc. Tom. III. p. 557. & 558. Ex Chriſtianis hæc & alia Judæorum loca totamque eorum de hoc negotio mentem expoſuerunt *Jo. Buxtorfius* in Tiberiade ſive Commentario Maſorethico lib. I. c. 10. *Jo. Leusdenius* in Philologo Hebræo Diſſ. IX. *Bartoloccius* in Bibliotheca Rabbin. Tom. IV. p. 3. ſqq. quibus adde *Raym. Martini* Pugionem Fidei II. 4. *Galatinum* de Arcanis Cathol. Veritatis IV. 6. *Conſtantinum Lempereur* ad Middoth V. 3. & *Pet. Cunaeum* de Republica Hebræorum. *Jo. Lightfootus* ſpeciatim in Operibus Poſthumis p. 81. ſqq. Indicem exhibet memorabilium ſub Eſra & Synagoga ejus magna geſtorum, ordine Chronologico duplici digeſtum. Secuti hic Judæos ſunt Chriſtiani complures, quos prolixum foret recenſere. Patrum, ad Eſram hanc operam referentium, loca collecta vide a *Buxtorfio* in Tiberiade lib. I. c. 11. Ex Pontificiis huc pertinent *Petrus Daniel Huetius* in Demonſtratione Evangelica Prop. IV. p. 467. ſqq. qui hanc opinionem inprimis ornandam ſuſcepit, & *Bartoloccius* l. c. Ex noſtratibus Huetii veſtigia legit B. *Jo. Henr. Majus* in Diſſertat. Selectioribus p. 85. & ſqq. Sed nec deſunt, qui omnem illam Judæorum de hoc Collegio narrationem pro fabula habent, atque adeo, quæ illi tribuuntur, inter commenta recenſent. Ita *Rich. Simon* lib. I. c. 8. Hiſtor. Cri-

ticæ V. T. p. 48. edit. Lat. *Parum adeo*, inquit, *vero ſimilia mihi videntur, quæcunque de illa Synagoga jactant, ut ea quoque, quæ de concinnato ab ipſa Scripturæ corpore traduntur, dubia & incerta mihi videantur.* Theologi, qui vocantur, Batavi in Judiciis de Hiſtoria Critica Rich. Simonis p. 198. ſq. data opera eam oppugnant, ſtatuentes, Talmudiſtis, hujus traditionis auctoribus, ceu hominibus judicio deſtitutis, & hiſtoriæ ſuæ ignaris, ad fingendum vero promtis & exercitatis, fidem haberi omnino non poſſe. Secuti illi hac in re videntur *Jac. Altingium*, qui Tom. V. Operum p. 382. Epiſt. 59. ad *Anton. Perizonium*, ſtatuit, *quæ inter Judæos vigebant incerti auctoris inſtituta, Viris Synagogæ Magnæ fuiſſe tributa, quæ tamen revera non niſi humanam originem habeant, & inter Phariſæorum traditiones principem teneant locum, & ſub falſo titulo ad θεοπνεύςυς relata. Synagoga Magna enim (ita pergit) nec uno tempore nec uno loco vixit, eoque Synagoga non fuit, verum commentum eſt Traditionariorum, qui nullum alioquin nexum παραδόσεως reperire potuerunt.* Applaudit illi *Hermannus Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. II. diſſ. III. §. 29. Ex noſtratibus Celeberrimus *Valentinus Erneſtus Læſcherus* in Commentar. de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 70. miratur, Huetium his narrationibus fidem adhibere, cum ipſæ ſibi repugnent, fabulæque ſpeciem omnino præ ſe ferant; idemque eodem loco periculoſam putat eſſe ſententiam, qua auctoritas divinorum librorum in homines & commentitium quoddam eorum collegium conferatur. Conf. Rev. *Jo. Franc. Buddeum* in Hiſt. Eccleſ. V. T. Part. II. p. 987. ſq.

III. Alii itaque alia via hic incedendum putarunt. Sic Theologi Batavi eo, quem modo allegavimus loco p. 216. privatis piisque hominibus collectionem librorum ſacrorum tribuunt, qui in privatam lectionem eos adhibuerint, donec ſuccedente tempore principes Synagogarum eos una cum libro Legis publice prælegendos ſtatuerent. Sed occurrit huic hypotheſi B. *Jo. Henr. Majus* in Diſſertationibus Selectioribus p. 102. Minori adhuc veri ſpecie ſe commendat *Rich. Simonii* (a) ſen-

(a) Videtur quodammodo præiviſſe Simonium hac in parte Theodoretus ex veteribus in præf. ad comment. in lib. I. Regum Tom. I. Opp. p. 230. tum qv. XIV. in librum Ioſuæ, & alias, ubi Annales antiquos memorat, ex quibus, qui nunc exſtant, libri, in compendium ſint miſſi. Ex recentioribus idem amplexus eſt *Andreas Maſius*, Vir doctiſſimus, in Prolegomenis ad commentar. in Ioſuam, & in commentario ipſo ad X. 13. Contra utrumque diſputat Cl. *Jo. Georg. Abichtius* in diſſertat de libro Recti. Maſio occurrit *Jac. Bonfrerius* in Præloqviis Biblicis. Ex Judaeis Abarbanelis locum qvendam huc pertinentem afferemus infra, ubi de libris deperditis, ſpeciatim de libro Verborum Salomonis agetur.

Digitized by Google

ſententia precario & ſine ullo antiquitatis Judaicæ teſtimonio aſſumta de *Scribis publicis, qui præcipua Reipublicæ acta in ſcriniis ſervarint, & in lucem emiſerint, addendo iis aut detrahendo, prout e republica eſſe cenſebant.* Vide eum tum in præfat. ad Hiſt. Criticam V. T. tum inprimis lib. 1. p. 48. ubi de conſtitutione canonis diſſerens verba modo memorata affert, iisque ſubjungit. *Sed qui poſtea monumenta illa collegere, plurima detraxerunt, adeo, ut nil niſi epitome nobis ſuperſit.* Oppoſuerunt ſe Simonio maſcule *B. Aug. Pfeifferus* in Theſauro Hermeneut. p. 596. ſeq. *Jo. Henr. Majus* in Diſſertationibus Sacris Disſert. I. *Rev. Engelkenius* in diſſert. de ſententiis in Scripturam Sacram injuriis, præmiſſa Collegio Controverſ. B. Schomeri. §. 15. Cl. *Jo. Georg. Abichtius* Diſſ. de Libro Recti §. 16. nuperque Rev. *Io. Franc. Buddeus* in Hiſt. Eccleſ. V. T. Part. II. p. 1024. ſeq. ex Reformatis *Guil. Saldenus* in Otiis Exerc. II. Cl. *Jac. Basnage* in diſſertat. ſingulari adverſus Rich. Simonem p. 159. ſqq. *Ioh. Meyerus*, harum rerum callentiſſimus, in diſſertat. II. Chronico Judæorum majori præmiſſa, *Herman. Witſius* in Miſcellan. Sacris p. 106. & Theologi Batavi libro ſupra cit. p. 93. Ex ipſis Pontificiis *Matthias Honcamp* in Scripturæ Sacræ & Patrum Apologia, & *Lud. Elias Dupin* in Diſſertat. Præliminari, tum vero *P. Honoratus de Sainte Marie in Obſervationibus ſuper regulas Criticas* gall. exaratis Tom. I. p. 268. & P. *Laubruſſel* in Tract. gall. de abuſu Criticæ in argumentis ad religionem pertinentibus p. 39. Nova & a prioribus diverſa videri poſſet ſententia Anonymi, Tom. V. Obſervationum Selectarum ad rem literar. ſpectantium Obſervat. XIII. p. 409 ſtatuentis, *Canonem eſſe eum, quem Synedrium Magnum videatur annotaſſe, Esdra, ſi velis, auctore, aut præcipuas partes agente.* Sed ea cum prima eadem exiſtimanda eſt, & inde, ſi quid video, nata, quod Synagoga Magna cum Synedrio magno ſit confuſa, qvod tamen fieri non debebat, ceu recte monuit *Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. II. diſſert. III. §. 28. Quod ſi vero Auctor revera a Synedrio magno canonis conſtitutionem profectam exiſtimavit, is certe argumentis non magis idoneis militabit, quam quibus Synagogæ M. patroni ſe tuentur. Ceterum idem citatæ Obſervationis auctor ibidem merito contradixit *Spinoſæ*, ad Maccabeorum tempora collectionem librorum ſacrorum rejicienti, *quem ſine cauſa παράδοξον, & , ut dixiſſe aliquid videatur, ſine ratione novaturientem vocat.* Innuit ſcilicet Tractatum Theologico-Politicum p. 136. Vagus præ ceteris eſt *Hobbeſius*, principes Judæorum Canonis auctores pronuncians in Leviathane p. 199. Singulare quoque eſt *Gilberti Genebrardi*



Digitized by Google

Syſtema, triplicem & canonem & canonis originem producentis. Alium enim refert ad Esdram ſeu Synagogam Magnam, qui libros complectatur, Hebraeis adhuc receptos; alium ad Synodum Hieroſolymitanam VI. cujus auctoritate acceſſiſſe prædictis cenſet libros Tobiæ, Judith, Eccleſiaſticum & Sapientiæ: Tertium denique a Synodo VII. repetit, cui libros Maccabæorum & reliquos, qui Apocryphorum nomen gerunt, ceteris addere placuerit. Ab hoc parum abit *Bailius* in catechiſ. controv. append. qv. 13. tract. 1. & *Serarius*, aliique ex Pontificiis qvi duplicem invehere canonem conati ſunt, alterum Esdrinum, alterum recentiorem *a poſtremis*, ut Bailius loquitur, *Judæis non multo tempore ante Joſephum* concinnatum. Contra hos lege *Rivetum* in Iſagoge c. 7. p. 24. & *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 110. ſq.

IV. Hæ fere ſunt diverſæ illæ, quæ de tempore auctoreve Canonis Sacri hucdum in medium prolatæ fuerunt ſententiæ. Jam noſtram expoſituri non diffitemur, primam illam de Synagoga Magna ut antiquitate, ita adſeclarum copia, & veri quoque ſpecie ceteras ſuperare. Nihilominus tamen neque eam penitus approbandam putem, non quod collegium illud prorſus nullum fuiſſe cenſendum ſit, de quo tam multa Talmudiſtæ, ſed quod hinc ſpeciatimque ab Esdra, ad quem Patres imprimis provocant, non poſſint omnia conſtituta putari, quæ in hodierno canone reperiuntur. *Nehemiæ* enim & *Malachiæ* libri, ceu paulo poſt patebit, poſt Esræ ætatem omnino ſunt exarati. Interim hoc in confeſſo eſt, Eſram poſt carcerem Babylonicum in vindicandis recognoscendisque, & in communiorem uſum deferendis libris ſacris induſtriam ſuam collocaſſe. Ad illud vero præſtandum nulla alia re opus fuit, quam ut, quæ hucdum ſcripta ut divina agnita erant, & ab univerſo cœtu Judaico ſine controverſia recepta, ea proferri ac populo denuo commendari curaret. Qua in re tanto major ipſius erat auctoritas, quod & ipſe θεοπνευστίας dono, quo ceteri Scriptores Sacri valuerant, gauderet. Hanc ejus curam cum ratione collegeris ex elogiis, quæ ipſi in Codice Sacro a ſtudio Scripturæ c. VII. v. 6. 10. & 21. *Eſræ*, itemque *Nehem.* VIII. a ſtudio legis divinæ tribuuntur. Confer *Jac. Altingium* Tomo V. Operum p. 198. ſqq. Meo itaque judicio ita res habuit, prout ediſſeruit Celeb. *Læſcherus* in Commentario de cauſis Lingvæ Hebrææ p. 71. *Res ipſa ita nos ſentire jubet: exſtitiſſe a Moſis usque ætate libros Canonicos, interna luce ac dignitate ſua a primo ortu pro divinis habitos, qui in priori templo in ipſa fœderis arca recondi ſolebant. His alii, ex quo ſcripti publiceque*

*lecti*

*lecti & pro divinis agniti ſunt, paulatim acceſſere non Eſdræ judicio, aut Synagogæ, Concilii, vel Synedrii pactis decretisve, ſed univerſali Eccleſiæ totius agnitione & uſu, donec Malachiæ libro canon Veteris Teſtamenti clauderetur.*

V. Ita ut ſentiam, his moveor. Moſis ſane & Prophetarum libros nutu impulſuque divino ſcriptos, atque adeo in normam doctrinæ morumque adhibendos eſſe dubitare non poterat Eccleſia Judaica, quæ & mandato ſcriptionis ad eos delato, & prædictionibus eorum, eventu confirmatis, & aliis criteriis de eo certa reddebatur. Idem teſtimonium ceteris libris Hiſtoricis & Hagiographis ea ætate, qua ſcripti ſunt, non defuiſſe cum ratione credideris. Hinc dubium non eſt, eorum rationem in populo Judaico ſemper habitam eſſe, quod etiam hoc magis fieri debuit, & potuit, ſi, quæ nonnullorum perſvaſio eſt, libri ſacri ad latus arcæ (b) fuerint in poſteritatis memoriam repoſiti, quod de libro Legis Moſaicæ diſerte affirmatur Deuteronom. XXXI. 26. Accedit, Levitis ut docendi, ita procul dubio librorum ſacrorum curam demandatam eſſe juxta Deuter. XXXIII. 10. & *Malachiæ* II. 4-7. Qui ipſi omnino effeciſſe cenſendi ſunt, ut populus de libris ſacris certior redderetur, ſicut & ipſi Prophetæ aliquando, ex mandato divino conciones ſuas in publicum legentium oculis exponebant, quod patet ex Habacuci II. 2. Neque obverti poteſt, αὐτόγραφα illa una cum ipſa arca in calamitate Babylonica intercidiſſe. Si enim hoc demus, ſuffecerit ſimul meminiſſe, quod non defuerunt ἀπόγραφα in populo Iudaico ad fidem αὐτογράφων concinnata, ex quibus de genuinis monimentis judicium ferri potuerit. Fuerint rara ejusmodi exemplaria tum ante tum poſt captivitatem, quod facile dedero *Campegio Vitringæ*, Viro doctiſſimo, de Vetere Synagoga lib. I. Parte II. c. 9. & *Antonio Van Dale* ſuper hiſtoria Ariſteæ cap. XI. pauca etiam, imo vel unum, quale Chilkija tempore Joſiæ (qvod Moſis αὐτόγραφον fuiſſe infra oſtendemus,) & ſuo tempore Esra, Nehemiæ VIII. 3. protulit, idoneum erat, quod ſine ulteriori indicio de canone hucdum recepto informaret ea ætate viventes, & nominatim Esram, qui de provehendo Scripturæ Sacræ ſtudio laborabat. Poſt eum *Nehemias* & *Malachias* ejusdem rei curam habuerunt, neque deinde opus fuit ullo, qui canonem, hucdum ſartum tectumque, obſignaret & clauderet. Ipſe namque Malachias hoc fecit ſuſperaddita

(b) Non in arca ipſa ſed ad ejus latus aſſervatos fuiſſe legis libros contextus Hæbræus diſerte evincit. Confer Cl *Georg. Eliezeris Edzardi*, notas ad *Avoda Sara* c. II. p. 216. & adde *Jo. Buxtorfii* hiſtoriam Arcæ Fœderis c. III. p. 32. ſeqq.

dita reliquis ſua Prophetia, remittens ſimul ad Moſis legem & promittens, non alium quendam V. T. Prophetam, ſed Eliam i. e. Iohannem, primum N. T. nuncium divinum. Verba divini Vatis illuſtriora ſunt, quam ut a nobis hoc loco prætermitti poſſint. Ita vero habent c. III. 22. vel ſecundum alios c. IV. 4. 5. *Memores ſitis Legis Moſis, ſervi mei, cui præcepi in Horeb, ad totum Iſraëlem ſtatuta & judicia. Ecce ego mitto vobis* (i. e. brevi miſſurus ſum) *Eliam Prophetam, antequam veniat dies Jehova magna & terribilis, qui reducat cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres; ne veniam & percutiam terram anathemate.* Confer quæ ad hunc locum præter noſtrates Theologos & Exegetas, nominatim *Joh. Chriſtoph. Wagenſeilium* in notis ad Tela ignea Satanæ p. 539. ſeq. commentantur *Jo. Outrein* Parte II. Symbolorum Sanctorum c. 3. *Jac. Altingius* in Schilo V. 11. & inprimis, quod ad noſtrum inſtitutum, eruditiſſimus *Campegius Vitringa* in Obſervationibus Sacris Tom. VI. p. 323. & 413. ſqq. Hunc colophonem, a Malachia additum Codici Sacro, Spiritus Sanctus ratum habuit, quando poſt Malachiam neminem ad Judæos miſit, antequam appareret Johannes, in quo Propheticæ auctoritatis veſtigia exſtarent, id quod Judæorum æque ac Chriſtianorum conſentientibus teſtimoniis confirmatur. Quod quidem argumentum nemo diligentius excuſſit, quam *Campegius Vitringa* l. c. p. 311-352. ubi ſimul in cauſas inquirit, cur Deus populum Judaicum poſt Malachiam per quatuor & plura ſæcula Prophetis deſtitutum eſſe voluerit. Habemus igitur hactenus rationem conſtituti per ſingulas ætates canonis, ejusdemque per Malachiam demum clauſi, & a Spiritu Sancto obſignati. Ita nobiſcum ſentiunt præter citatos ex noſtratibus *Jo. Henr. Majus* in Diſſertationibus Selectioribus p. 103. ex exteris vero *Jo. Coccejus* in Summa Theologiæ Loco I. cap. IV. §. 19. *Jo. Lightfootus* in Diſſertatione ſingulari de conſtituto canone, Tomo I. Operum p. 798. *Jac. Altingius* Tomo V. Operum p. 383. qui non ſolum quod ad clauſum ſed & quod ad ordinatum canonem Malachiæ præ Eſra partes potiores tribuit. *Tempore Malachiæ*, inquit is, *invaleſcentibus traditionibus, atque auctoritatem conſequentibus, in præjudicium Propheticorum ſcriptorum, Malachia notavit fraudem Levitarum ſuum teſtimonium iis accommodantium, vetuitque, ne quid deinceps ab iis laudatum reciperetur inter ſacros Codices, ſed ut uni Legi Moſis attenderent, quam unam omnium ſcriptorum normam conſtituit. Hinc poſt illum nihil amplius additum canoni veteri.* Hæc de Canone ipſo ſufficiant. Atque hinc facile æſtimari poſſunt requiſita libri Canonici V. T. & Scriptoris Canonici proprietates. Illa ediſſerit dili-

Digitized by Google

diligenter ex noſtratibus B. *Michael Waltherus* in Officina Biblica p. 436. *Liber Canonicus ſcriptus eſſe debet a Propheta, & lingua quidem Hebræa, ita, ut ſecum ipſo & cum alio καταρμονικῶς in omnibus per omnia conſentiat, nec ullibi impingat in veritatem vel Grammaticam, vel dogmaticam, vel hiſtoricam, vel chronologicam; contineat præterea oraculum & teſtimonium de Chriſto venturo; allegetur, quod ſane de plerisque probari poteſt, a Chriſto aut Apoſtolis, ac denique teſtimonium habeat Eccleſia Judaica.* Canonicorum Scriptorum characteres exponit etiam doctiſſimus *Campeg. Vitringa* lib. VI. Obſervationum Sacrarum p. 422. Sunt illi a) electio ſingularis ad hoc munus, & ſolennis miſſio ad populum b) conſtans & irreſiſtibilis vis Sancti Spiritus, qua perſvadebantur, movebantur, incitabantur ad concionandum, & ſuis illis concionibus taxanda vitia publica &c. c) auctoritas, ſive miraculis, ſive prædictionum ſuarum certitudine, ſive vitæ ſuæ ſanctimonia & concionum efficacia confirmata. d) frequentia non ſomniorum modo divinitus immiſſorum, ſed Viſionum ecſtaticarum. e) vitæ rigidæ paſſim & auſteræ ſingularis ſanctimonia; morum plane caſtigatorum puritas, candor, innocuitas, Zelus ingens divinæ gloriæ, tenuis victus, rarius cum aliis commercium in vita, & ſæpe etiam vita ſolitaria. *Hi*, inquit, *erant, quos recte ſic appello, Propheta Canonici, quorum conſilia, dicta, oracula, populus venerabatur ut divina; & ad quorum ſcripta, Eccleſia relicta, quisque pulchrum putabat, tanquam ad canonem veri indubium fidem moresque ſuos exigere.* Conferemus nunc in ſummam præcipuos de Canone V. T. Scriptores. Illi ex noſtratibus ſunt, præter Scriptores Syſtematicos, *Georg. Calixtus* in diſſ. de auctoritate Scripturæ, *Theod. Thummius* in Demonſtratione Canonis, *Chriſtianus Kortholtus* de Canone Scripturæ contra Pontificios, *Jo. Georg. Neumannus* in diſſ. de Canone Sacræ Scripturæ obſignato, *Jo. Henr. Majus* in Diſſertationibus Selectioribus II. & III. quæ in limine Theologiæ ejus Propheticæ Francof. ad Mœn. an. 1710. 4. recuſæ ſunt, & Cl. *Jo. Gottlob Carpzov*, Introduct. in libros Biblic. Part. I. p. 20. ſq. Ex Reformatis lege *Jac. Altingium* Tom. V. Operum p. 382. ſq. & *Vitringam* loco modo citato, quibus adde *Lightfootum*. Tom. I. Operum p. 798. Ex Pontificiis, caute hic legendis, inſpiciendi ſunt *Pet. Daniel Huetius* in Demonſtratione Evangelica Propoſ. IV. *Rich. Simon* in Hiſtoria Crit. V. T. & *Jo. Martianaus* in libro ſingulari gallico de Canone Scripturæ Sacræ an. 1703. edito.

VI. Proximum fuerit, ut de integritate ejus diſpiciamus. Illa, docendi cauſa, diſtingui ſolet in *totalem* & *partialem*. Prior reſpicit ipſos

Sacri Codicis libros, quorum nullus deſideratur; poſterior vero librorum ſingulorum partes eſſentiales, hoc eſt, literas & vocales, quibus nullam labem aut corruptelam illatam eſſe exiſtimamus. Quod ad prius momentum attinet, diſputatum acriter eſt inprimis a Pontificiis, integritatem Codicis Sacri in gratiam traditionum ſuarum quocunque modo ſuſpectam & dubiam reddere conantibus, periiſſe injuria temporis libros quosdam ſacros. Atque idem veri ſimile viſum fuit Judæis nonnullis, ex quibus Aben Eſræ afferemus teſtimonium in Numer. XXI. 14. ita ſcribentis: ספרים רבים אבדו ואינם נמצאים אצלנו דברי נתן ועדו ודברי הימים למלכי ישראל ושירת שלמה ומשליו i. e. *multi libri perierunt, qui non amplius deprehenduntur apud nos, quales ſunt verba Nathanis & Iddo, item Chronica Regum Iſraelis, & cantica Salomonis ac Proverbia ejus.* Idem is repetit ad caput ultimum libri Eſther, ubi reliquis libris ſuperaddit *librum Recti* & librum *Bellorum Domini.* Confer Abarbanelem in comment. ad 1. Regum XI. v. 41. & in proœmio II. ad libros Regum, R. *Levi ben Gerſon* in Joſuam c. X. 13. ubi librum Juſti in captivitate intercidiſſe opinatur. R. *Dav. Kimchi* in 1. Regum XI. v. 41. & ex recentioribus *Sam. Laniado* ad eundem locum. Vide hæc & alia Judæorum loca in cumulum collata ab *Hottingero* in Theſauro Philolog. p. 532. & *Jo. Morino* in Exercitatt. Biblicis lib. I. Exerc. 6. c. 9. Secuti eos ſunt complures ex Chriſtianis, tum Pontificii tum Reformati, quos nominatim recenſent iidem locis allegatis, ubi apud Morinum hæc leguntur verba: *Exploratum eſt apud omnes fere Catholicos, hæreticos etiam & Judæos, Scripturæ canonem multis libris eſſe mutilatum, h. e. multos libros Sacros a Prophetis divinitus ſcriptos olim periiſſe.* Sed non ſatis diſtincte recenſet Morinus aliorum ſententiam, ſive id ex præjudicatæ opinionis memoria, ſive deſtinato conſilio, atque adeo minus fideliter fecerit. Nam ſane diverſiſſima ſunt, affirmare libros quosdam Sacros, & in ſacris libris laudatos hodie deſiderari, & idem aſſerere de illis, qui olim vere fuerint in canonem relati. Prius placuit permultis, quod recte affirmat *Morinus*, poſterius ex Reformatis uni *Whitakero* Controv. I. qv. 3. c. 4. largiente *Hottingero* p. 533. Theſauri Philologici, ex noſtratibus vero, quod ſciam, nemini. Illi enim recte omnino diſtinguunt inter libros ſacros aut θεοπνεύστους, & inter Canonicos, h. e. qui expreſſo Dei mandato populo Judaico ad perpetuam lectionem obſervationemque fuerunt commendati. Hinc recte vir inſignis, B. *Abrahamus Calovius* in Critico Sacro

p. 237.

p. 237. ad librum Canonicum, duo inprimis requiri conſet, nempe θεοπνευςίαν ſeu immediatum Dei impulſum; & canoniſationem divinam. Addit idem: *nec repugnat libros dicere θεοπνεύςυς ſeu divinos, & negare tamen eſſe κανονικὺς ſeu teſtamentarios, cum omnino potuerint divina inſpiratione conſignari libri, qui non conſequerentur canonis dignitatem, non quod indigni canone fuerint; (nihil enim a Deo inſpiratum canone indignum cenſeri poteſt) ſed quod canoni ex intentione divina non eſſent conſecrati. Nam tametſi gaudeat liber divinus, qua talis, ea præeminentia & dignitate, ut canon eſſe poſſit Eccleſiæ; commendandus tamen eſt Eccleſiæ divinitus, ut Canon actu ſit.* Confer in eandem ſententiam B. *Jo. Georgii Neumanni* Diſſertationem de Canone Scripturæ Sacræ obſignato §. 14. Adde *Michaelis Waltheri* Officinam Biblicam p. 116. ſqq. *Aug. Pfeiferi* Criticam Sacram cap. I. Sect. II. qv. 1. *Abrah. Calovii* Syſtema Theologicum Tom. I. qvæſt. 25. *Gottfr. Olearium* in Obſervationibus Sacris p. 72. *Jo. Henr. Hottingeri* Theſaurum Philolog. p. 533. ſq. *Andr. Riveti* Iſagogen ad Scripturam Sac. p. 62. *Joh. Cameronem* p. 478. Operum & *Frider. Spanhemium* in Dubiis Evangelicis, Part. II. Dub. 88. Parcere itaque poterat verbis auctor Obſervationis XIII. quæ exſtat Tomo V. Obſervationum ſelectarum ad rem literariam ſpectantium, quando p. 410. non ſine ſarcaſmis, Theologis eam exprobrat ſententiam, *librorum ſacrorum quicquid eſt, in canonem fuiſſe relatum.* Perſvadere id nec voluerunt unquam noſtrates, de quibus is inprimis loquitur, nec ut perſvaderent aliis, *torſerunt ſe*, ipſe vero, aſſumta iſta hypotheſi, nunquam obtinebit, ut liber Sapientiæ a Salomone profectus credatur. Ut itaque tandem argumentum propoſitum conficiamus; tenendum eſt, cordatiores Theologos cujuſcunque religionis, ex ipſis etiam Pontificiis nonnullos, (vide Waltherum *Salmeronis* ex Tomo I. Opp. Prolegom. IX. c. 4. & *Stapletoni* in Defenſ. Eccl. auctor. contra Whitackerum II. cap. 1. teſtimonia pag. 1167. Officinæ Biblicæ ceteris opponentem) merito affirmare, nullum librum, qui unquam Canonicus fuerit, interiiſſe, nec exſtare ullum, qui in eandem claſſem referri mereretur. Placent omnino Salmeronis verba, *Si Canonici*, inquit is, *ejusmodi libri exſtitiſſent, Eccleſia non fuiſſet depoſiti, ſibi a Deo traditi, fidelis cuſtos, juxta illud 1. Tim. VI. O Timothee, depoſitum cuſtodi. Cumque liber Canonicus nihil aliud ſit, quam certa regula credendi, & vitam Legi Dei conformem inſtituendi, facere jacturam unius libri Canonici, nihil aliud eſſet, quam regulam vivendi juxta Dei præceptum amittere.* Quemadmodum itaque & providentia divina & privata Judæorum cura λόγια τῦ θεῦ concredita conſervandi, jacturam li-



Digitized by Google

brorum Canonicorum factam credere prohibet, ita non deſunt rationes aliæ, quæ idem nobis perſvadeant. Tales enim, qui interierunt, libri, aut falſo putantur interiisſe, qui nunquam exſtiterunt; aut ob argumentum v. c. Hiſtoricum, Politicum, Phyſicum, in canonem referri non debuerunt; aut denique ab illis libris non ſunt diſtincti, quos hodiernus canon adhuc exhibet. Id quod infra de ſingulis oſtendetur, ubi poſt Canonicos libros illorum mentionem injiciemus.

VII. Ad partialem itaque Canonis Sacri integritatem adſtruendam calamum nunc promovemus. Nemo vero a me exſpectaverit, ut argumentum ſuperiori Sæculo potiſſimum frequenter tractatum, denuo & data quaſi opera excutiam. Inſtituto noſtro fecerimus ſatis, ſi potiora capita commemoremus, indicatis fontibus, unde rivuli omnes fluxerunt. Ad hanc itaque cauſam pertinet diſputatio de literis Sacri textus originalibus, quas nonnulli cum Samaritanis poſt captivitatem Babylonicam permutatas cenſent, quam diſputationem ingrediemur infra, ubi de Codice Samaritano dicendi locus erit. Quod ad vocales diſquirendum hic erat, num illæ pro eſſentiali parte contextus Sacri, an recentiori Maſoretharum invento, atque adeo non neceſſaria literarum acceſſione habendæ ſint. Sed de hac cauſa commodior diſſerendi occaſio dabitur, ubi de Maſora nonnulla præcipiemus. His itaque in idoneum locum rejectis, & tantiſper ſepoſitis, tangemus ea, quæ integritatem codicis, qualis hodie eſt, & in quantum literis ac vocalibus conſtat, reſpiciunt. Eam illi ſuſpectam reddunt, qui vel a) compendium quoddam librorum Biblicorum, quam ipſos integros habere nos tradunt, vel b) integrarum ſectionum tranſpoſitiones factas cenſent, vel c) loca nonnulla deſiderari arbitrantur, vel d) mutationem & corruptelam illis illatam putant, partim a Judæis, partim a librariis, partim ab ipſorum temporum injuria. De his quid ſentiendum ſit, nunc videbimus.

VIII. Qui libros Biblicos, hodie exſtantes, pro compendiis aliorum, mole majorum, habeat, unus eſt, ſi *Anton. van Dalen*, de Pentateucho Moſis idem in libro de origine & progreſſu Idololatriæ ſentientem, exceperis, *Rich. Simonius*, ab aliis & ipſis quoque fidei ſociis confutatus, qua de re vide, quæ ſupra §. III. attulimus. Idem ſecundæ ſententiæ auctor eſt, fictasque illas tranſpoſitiones a more Judaico in ſeparatis membranis ſcribendi repetit lib. I. Hiſtoriæ Criticæ c. 5. p. 33. atque hinc omnium optime rationem reddi poſſe cenſet illorum locorum, qui ab

Hebræis

Hebræis nomine מוקדם ומאוחר à Græcis vero ὕϛερον πρότερον appellantur. *Probabilius ergo*, inquit is, *quandoquidem tum temporis parvis voluminibus aut membranis ſeparatis divulſis, & ſibi mutuo nullo nexu hærentibus ſcribebatur, membranarum foliorumque iſtorum ordinem perturbatum fuiſſe.* At tam neglectam ſcribendi, ſcriptasque voluminis partes ſejunctas ad certiſſimam confuſionem relinquendi rationem nunquam ullo idoneo antiquitatis teſtimonio evicerit Simon, & vel ex hodierno Judæorum more colligere potuiſſet, inani huic conjecturæ rem tanti momenti ſuperſtruendam non eſſe. Conferatur B. *Jo. Henr. Majus* in Diſſertationibus Sacris p. 7. & Cl. *Jo. Meyerus* diſſ. II. Seder Olam præmiſſa § 13. ſqq. Prope ad hunc accedit *Marcus Meibomius* in Specimine Emendationum Biblicarum IV. p. 4. Quando enim is in eos invectus erat, qui integritatem omnibus modis illabefactam adſerere laborarint, eosque pios forſan, ſed minus doctos plerumque & antiquitatis ignaros, homines vocaverat; Jobi capite XXXI. v. 32. ſqq. commata quædam transpoſita fingit ex eo, quod liber ille in largis membranis, ternis verſuum ordinibus, exaratus ſit. Totam hanc rationem, ex ingenio ejus pronatam, recenſet & auctori remittit B. *Majus* l. c. p. 8. Præſtat ſane amplecti hic modeſtiam *Joſephi Scaligeri*, ὕϛερα πρότερα ejusmodi ad abditas cauſas referentis, quando in Elencho orationis Chronologicæ p. 21. & 22. ita ſcribit: *Negare non poſſunt multa in ſcripturis obſcura*, ἐναντιοφανῆ, ὕϛερα πρότερα *occurrere, & ſolutionem eorum pendere ex abditis cauſis, quas quia ignoramus, ideo nobis contraria &* ὕϛερα πρότερα *videntur. Horum* τὰ ὕϛερα πρότερα *minime nos movere debent, quia quo ordine quid referatur, modo conſtet veritas, aut nihili aut parum intereſt.*

IX. Commata integra hinc inde in Hebraico contextu deſiderari plures ſtatuerunt, exemplis in medium prolatis, ex quibus tria, quæ rem nonnullis prorſus confeciſſe viſa ſunt, commemorabimus. Inter ea eſt Geneſos I. v. 8. ubi Samaritanus Codex quibusdam plenior habitus eſt Hebræo, ob factam colloquii a Caino cum Abele habiti mentionem. Sed ſtandum tamen hic eſſe a partibus poſterioris, pridem a Viris doctis oſtenſum eſt. Vide præter Interpretes nominatimque B. *Abrah. Calovium* ad h. l. *Salom. Glaſſium* in Philolog. Sacra p. 45. *Aug. Pfeiferum* in ſingulari Diatriba de colloquio Abelis & Caini, & in Dubiis Vexatis, Centur. I. Loco 13. *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 146. & Exercitatt. Anti-Morinianis p. 45. & 83. & *Mich. Waltherum* in Harmonia Biblica pag. 87. Confer, quæ dicentur infra, ubi de Codice Samaritano a nobis agetur.

tur. Hoc loco monere fas eſt, verba ויאמר קין אל הבל אחיו i. e. & *locutus eſt Cain ad Habelem fratrem ſuum*, (ita enim vertendum eſſe, multis obſervatum eſt) non magis requirere colloquii habiti, vel ex parte vel ex toto, recenſionem, quam verba Johannis XVIII. v. 16. de ignoto quodam Chriſti diſcipulo dicentis: *καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ*, i. e. & *locutus eſt cum janitrice:* ubi fruſtra quæras ſummam ſermonis ad ancillam habiti. Alter illuſtris locus exſtat Joſ. XXI. 36. & 37. qui in MSS. & editis quibusque codicibus hodie deſiderantur, quique tum meliorum codicum tum antiquisſimarum editionum auctoritate, ex 1 Chronic. VI. 78. 79. plerisque reſtituendi videntur. Vide ex noſtratibus B. *Glaſſii* Philologiam Sacram p. 60. ſqq. *Guilielmum Schickardum* de Jure Regio Hebræorum p. 101. Cl. *Jo. Henr. Michaëlis* in diſſ. de Codd. MSS. Biblicis p. 29. & in notis Bibl. Hebr. Halenſium ad ipſum Joſuæ locum; inprimis autem Rev. *Jo. Georg. Abichtii* diſſert. ſingularem Lipſ. 1714. habitam. Adde his V. C. *Jo. Clericum* tum in Arte Critica Part. III. p. 83. tum in commentario ad Joſuam, *Jac. Guſſetum* p. 868. Commentarii Linguæ Hebrææ, *Jac. Baſnagium* in Hiſtoria Judaica, *Alexandr. Morum* p. 99. de Scriptura, *Leusdenii* item & *Jablonskii* præfationes ad Biblia Hebræa. Interim hic locus, meo judicio, minime omnium idoneus eſt ad probandam fontium impuritatem, cum non deſint codices iique probatisſimi, qui quod aliis deeſt, conſervarunt, &, ſi opus videatur, cæteris omnibus vindicare poſſunt. Tertium manifeſtæ jacturæ, quam nonnulli vocant, exemplum repetitur ex Pſalmis quibusdam, ſecundum literarum ſeriem diſpoſitis, in quibus comma unum deſideratur, quod alphabeti ratio & ordo non ſolum poſtulat, ſed etiam a verſione Græca & aliis nonnullis ſuppeditatur. Vide Pſalm. XXXVII. 28. & CXLV. v. 13. Enimvero ejusmodi commata nunquam a Scriptoribus Sacris exarata fuiſſe rectius, quam eadem vel caſu excidiſſe, vel de induſtria a Judæis expuncta creduntur. Caſus certe aut negligentiæ vitium hic eo minus locum invenit, quia utrumque facile, ipſa illa literarum ſerie indice, vel caveri poterat, vel poſtliminio animadverti. De induſtria factam hic eſſe omisſionem difficulter ſibi perſuadebit, qui nec minimam ejus cauſam conjectura ſe adſequi poſſe ſentiat. Quid enim, quæſo, eſt in utroque illo commate, quod omiſſum fingitur, quod Judæis potuiſſet eſſe fraudi, & quod non alias in ſacris literis tradatur? Interim facile largior, non poſſe certam rationem reddi, cur, cum alias Pſaltes divinus literarum ordinem plene & conſtanter ſequatur, morem ſuum hic migraverit. Sed neque tamen ille mos ipſi

ita

Digitized by Google

ita perpetuus fuit, ut non aliis quoque in locis ſtudio fuerit ſepoſitus. Sic v.c. Pſalmo XXV., qui omnino eſt alphabeticus, non inveniuntur commata a ו, ב & ק incipientia, ubi tamen nemo Interpretum veterum id ſibi ſumſit, aut licere arbitratus eſt, ut ex ingenio quidquam neceſſario ſupplendum eſſe exiſtimaret. Præſtat itaque cum Kimchio ad Pſalm. CXLV. ignorantiam profiteri, quam incerta vel potius inani conjectura contextus ſacri integritatem aut Judæorum fidem ſuſpectam reddere. Confer, ſi placet, in hanc ſententiam præter Interpretes Pſalmorum, nominatimque Rev. *Jo. Henr. Michaëlis* in Annotationibus uberioribus ad Pſalmos 25. 37. & 145. B. *Glaſſium* in Philologia Sacra p. 95. & 101. *Buxtorfium* in Anti-Critica contra Cappellum p. 437. & *Hottingerum* in Theſauro Philologico pag. 168. ſqq. Adde quoque *Julium Bartoloccium* in Biblioth. Rabbinica Tom. II. p. 265.

X. Præter ejusmodi palpabiles, qui falſo nonnullis videntur, Hebræi Codicis defectus ſunt eorundem judicio corruptelæ aut mutationes aliæ minus evidentes, quas a variis cauſis derivant. *Judæos* primum hic ad cauſam dicendam in jus vocant ipſi Judæi, Karæi ſcilicet Rabbanitas, (h. e. Talmudis auctoritate utentes) exiſtimantes forte, odium, quo ab his vexantur incredibili, ulciſci ſe gravius non poſſe, quam ſi in ipſum Dei verbum eos injurios pronuntiarent. Locus in hanc rem luculentus legitur in R. *Mardochæi* Notitia Karæorum p. 152. כי במקומות שהפכו הרבנים את הנקודות והטעמים ואמרו אל תקרי כך אלא כך לא היו אומרים אל תקרי אלא סתם היו מנקדים כפי רצונם ודעתם: h. e. *Sic autem in locis illis, in quibus Rabbanitæ mutarunt vocales & accentus, ac dixerunt:* ne legas hoc modo, ſed alio: *non dixiſſent illi,* ne legas; *ſed ſimpliciter pro lubitu & ſententia ſua puncta addidiſſent.* Non poſtulat quidem hic Karæus Rabbanitas corruptionis, ipſis exemplaribus divini Codicis oblatæ, ſicut & poſtea p. 156. profitetur, ſua & Rabbanitarum exemplaria prorſus conſentire; ſed id ſibi vult, Talmudiſtarum hoc fuiſſe conſilium, ut, ſi fieri poſſet, lectionem receptam & per tot exemplaria diſperſam, mutatis vocalibus aliam facerent. Pervulgata namque eſt hæc formula in Pandectis Talmudicis, אל תקרי כך אלא כך, nec defuerunt ex Chriſtianis, qui ex eadem malum illorum Doctorum conſilium detegere voluerunt; ſed non prorſus feliciter. Oſtenſum enim ab aliis eſt, illam *φράσιν* non tam ad inferendam textui mutationem, quam ad diverſas & inprimis allegoricas interpretationes hoc modo commode & ingenioſe exſculpendas & ad ſcopum ſuum accommodandas pertinere

tinere. Vide inprimis *Hottingerum* pag. 211. ſq. Theſauri Philolog. Cl. *Guil. Surenbuſium* in libro καταλλαγῆς p. 41. ſq. *Theodor. Hackſpanium* de uſu librorum Rabbinic. p. 328. & *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilium* ad Tract *Sota* pag. 68. In hoc itaque argumento nihil inveniunt Karæi, quod Talmudiſtis fraudi eſſe poſſit. Sed forte magis valet alterum, quo iidem utuntur. Affert *Jac. Triglandius* in diſſertatione ſua de Karæis p. 190, locum ex libro MS. Karaitico, qui dicitur חלוק, quo Rabbanitis vitio vertitur, quod vocibus quibusdam, quas parum honeſtas illi putabant, εὐφημίας cauſa aliena puncta ſubſtituerint, ut v. c. pro חריונים 2 Regg. VI. 25. legeretur דביונים. Quid ad hæc reſpondendum ſit, infra, ubi de Maſora commentabimur, curatius exponemus. Suffecerit hactenus oſtendiſſe, Karæos malæ fidei ex parte poſtulaſſe Rabbanitas, & nominatim Talmudicos, in retinenda communiſſima & a majoribus accepta lectione.

Ejusdem criminis poſtulati ſunt Judæi a Muhammedanis, ipſoque eorum Doctore in Alcorano paſſim, tum vero a recentioribus. Lege *Herbelotum* in Biblioth. Orientali p. 874. b. ubi recenſet librum Arabicum Aboul Feth Othman ſub titulo *Tasbif u Tabarif*, i. e. de corruptione librorum, ſpeciatim ſacrorum. *Turcæ*, ait is, *nihil magis exprobrant, quamvis ſine ratione, Judæis & Chriſtianis, quam corruptionem librorum ſuorum, ideo quod Muhamed in variis locis Alcorani, de Judæis inprimis loquens, ſcribit:* ichrafoun alketab. *Sed Pſeudo-Propheta fraudem hanc ſine fundamento ipſis imputat, quia Judæi hucusque eadem ſemper habuerunt exemplaria, & præſtantiſſimi inter Muhamedanos profitentur, ſi qua libris ſacris mutatio obvenerit, ortam eam eſſe ex vocalibus, quæ interdum alio atque alio modo ſcriptæ & pronuntiatæ ſint.* Confer *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 123. ſq. & *Ludov. Maraccium* in Prodromo ad Refutationem Alcorani Parte I. ubi p. 33. ſqq. a Judæis hanc criminationem amolitur, interque cetera, *Fateor*, inquit, *non defuiſſe ex noſtris aliquos, etiam magni nominis auctores, qui vaticinia aliquot, ad Chriſti adventum ſpectantia, e V. T. a Judæis maligne ſublata vel depravata fuiſſe affirmarent. Verum a ceteris Doctoribus communiter hæc ſententia ut falſa & Chriſtianæ religioni nimis pernicioſa rejicitur.*

Ex Chriſtianis Judæos hujus criminis arguerunt veteres quidam, nominatim *Juſtinus* in dialogo cum Tryphone paſſim, *Euſebius* in Hiſtor. Eccleſiaſt. IV. 18. & alii, quorum loca vide apud *Morinum* Exercitatt. Biblic. lib. I. Exerc. I. c. 3. Sed his obverti poteſt contrarium *Origenis* & *Hieronymi* ad Jeſ. VI, teſtimonium tanto majori efficacia, quod illi quidem

dem & fontium & rituum Judaicorum fuerint periti, atque adeo idonei in hac cauſa judices agnoſcendi ſint, cum reliqui illi ea notitia caruerint, adeoque deceptioni hoc ipſo magis fuerint obnoxii. Præterea non abſurde obſervavit *Rich. Simon* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. II. c. 9. p. 47. quoties Patres Judæos Scripturam depravaſſe criminentur, id de perverſis textus interpretationibus, non de ipſo textu, qui integer manſerit, accipiendum eſſe. Adde eundem lib. I. c. 18. & c. 19. ubi preſſius ad Patrum loca, quæ objiciuntur, reſpondet. Pertinet huc quoque elegans *Nicolai Serarii* apud Sixt. Amamam p. 46. Anti-Barbari Biblici obſervatio, Salmeroni ab ipſo oppoſita, loqui ſcilicet Patres de Græcis aut translatoribus, qui judaizant, aut etiam translationibus ipſorum LXX. Interpretum. Quod ipſum ad varios locos (de omnibus enim dicere id ex Patrum mente nolim) recte accommodari poteſt, quamvis alioquin ipſe *Serarius* in prolegomenis c. XII. qu. 2. Judæis, qui poſt Hieronymi ætatem vixerunt, crimen hoc recte objici poſſe exiſtimet. Qvicquid hujus erit, recentiores Chriſtiani complures dicam hanc illis ſcripſerunt. Ex Pontificiis huc pertinent permulti, quorum nomina leges apud *Morinum* lib. I. Exercit. I c. 2. item *Hottingerum* p. 127. Theſauri Philolog. B. *Jo. Gerhardum* lib. II. Confeſſ. Cathol. p. 79. & 102. & *Brianum Waltonum* Prolegom. VII §. 2. Illis, quos iſti laudant, adde *Pet. Nigrum* in tractatu contra perfidos Judæos (c) p. 25. & *Jac. Perez de Valentia*, Epiſcopum Chriſtopo-



(c) Prodiit libellus rariſſimus Eslingæ ann. 1475. 6. Junii ceu patet ex calce, ubi hæc leguntur verba: *Explicit tractatus ad Judaeorum perfidiam exſtirpandam confectus per fratrem Petrum Nigri Ordinis Prædicatorum, Univerſitatum Montupeſſulani in Francia, Salamantinæ in Hiſpania, Friburgenſis ac Ingelſtetenſis in Alamannia ſituatarum, Baccalaureum in Theologia formatum, in lingua Hebraica proficientem, qui ab ipſo corrigente impreſſus eſt per diſeretum ac induſtrium Virum Conradum Fyner de Gerhuſſen: In Eslingen, Imperiali villa, ac completus anno ab incarnatione Domini milleſimo CCCCLXXV. die ſexta Junii.* Locus, quem innui, ita habet: *Nec mirum, quia in omnibus fere locis* (Judæi) *ubi in textibus Sacramenta fidei clara habebantur, aut vocales vel Syllabas, vel etiam integras dictiones obmiſerunt, vel addiderunt, ut ſententiam textus corrumperent.* Limen libelli hæc ſiſtit: *Ad Reverendiſſ. in Chriſto Patrem ac Dominum S. Eccleſiæ Ratisponenſis Epiſcopum Præfatio Fratris Petri Nigri, Ord. Prædicat. in tractatum contra perfidos Judæos de conditionibus veri Meſſiæ, i. e. Chriſti vel uncti ex textibus Hebraicis Latinorum elementis utcunque figuratis confectum feliciter incipit.* Allegatur hujus Nigri liber, qui dicitur *Stella Meſſia*, a Reuchlino in Speculo Oculari p. 3. quem idem Lat. & Germanice editum teſtatur apud Cl. *Hardtium* in Hiſtor. Literar. Reformat. Parte II. p. 22. Eckius in der Verlegung eines Juden Büchleins plag H. 1. b. videtur auctorem numerare inter Judæos converſos. *Stellam* illam *Meſſia* recudendam promiſit Cl. Io. Frid. Clannerus: Vide Nova Literar. eruditorum Lipſienſia ann. 1718. p. 84.

ſtopolitanum, qui ann. 1491. obiit, in Prologo in Pſalmos tract. 6. qui ipſam adeo factæ vel fictæ potius corruptionis æram pariter atque occaſionem indicaturus refert, poſt converſionem Conſtantini M. videntes Rabbinos, omnes gentiles cum tanta devotione ad fidem Chriſti converti per totum orbem, & Eccleſiam tanto favore proſperari, & infinitam multitudinem Judæorum videntium manifeſtam veritatem per experientiam & miracula pariter converti, & ſic deficere quæſtus & reditus ac tributa Rabbinorum, hac iniquitate commotos magna multitudine congregatos fuiſſe apud Babyloniam Ægypti, quæ dicitur Cayre, ibique, quanto magis caute potuerint, conatos fuiſſe falſificare & pervertere Scripturas a vero ſenſu & ſignificatione. Inde confinxiſſe ſupra quinque vel ſeptem puncta loco vocalium, eorumque inventores fuiſſe *Raunia* (d) & *Ravaſſe*, duos eorum doctores, qui etiam confinxerint Talmud. Addit idem: *Quando Judæi negant tibi interpretationem LXX. vel Hieronymi, eo quod non convenit cum ſua litera, dic, quod mentiantur. Sed dic eis, quod removeant puncta, & ſic invenient veritatem.* Locum integrum habes apud *Humfred. Hody* de Textibus Original. p. 441. Ex recentioribus Pontificiis hanc claſſem augent *Paulus Pezron* in Antiquitate Temporum reſtituta, inprimis c. IV. ubi etiam oſtendit, quomodo id fieri a Judæis commode potuerit, *Claudius Fraſſenius* p. 329. ſq. & 335. ſq. Disquiſit. Biblic. *Nic. Serarius* l. c. (conf. Imbonatum p. 168. Biblioth. Latino Hebr) *Claudius Capellanus* in Mari Rabbinico infido Pariſ. 1667. 12. edito, & in Faſcic. X. Opuſcul. Philolog. Roterodami recuſo, ubi fuſe is oſtendere conatur, Talmudiſtas de induſtria loca Biblica aliter citaſſe, quam in ipſo Codice legantur.

His vero viciſſim ex eadem ſecta contrariantur, & Judæorum cauſam ſuſcipiunt non pauci, qui corruptelas quidem in textibus originalibus ſtatuunt, ſed eas non ſtudio eorum, *ſed partim præcipite Judæorum aut negligente manu, partim ignorantia, partim transmigrationum & variarum afflictionum ſævitia*, ut *Morinus* p. 20. Exercitatt. Biblicarum loquitur, accidiſſe ſtatuunt. Hujus ſententiæ patronos affert is toto cap. IV. p. 19. ſqq. quibus & ipſe accedit eodem loco, ſententiamque ſuam p. 589. iterum enarrat, affirmans, Judæos prudentes non corrupiſſe libros ſuos, ſed

(d) Nomina *Raunia* & *Ravaſſe* meo judicio inferunt רב אשי & רב אבינא i. e. Rav Aſche & Rav Avina. Prior ille ſæculo *IV*. poſt C. N. medio Princeps Academiæ Soranæ in Babylonia fuit, & in Miſchnico corpore variorum obſervationibus illuſtrando operam collocavit. Vide Partem I. Bibliothecæ n. 358. poſterior vero paſſim in Gemara laudatur, ceu infra ex catalogo Doctorum Gemaricorum apparebit.

ſed corruptelas, quæ iis inſunt, incuriæ Amanuenſium aliisque fortuitis caſibus eſſe imputandas. Quam tamen opinionem ita temperat ibidem, ut quod ad textus punctationem, quam a Maſorethis putat profectam, in locis ancipitibus credat, Maſorethas ſemper aut ſaltem plerumque elegiſſe eam legendi rationem, quæ religioni Chriſtianæ minus faveret, id quod ex Jeſ. IX. 6. & Pſalmo XXII. 17. manifeſtum eſſe opinatur. Hinc ſimul apparet, Morinum non ſatis recte accuſari ab *Hottingero* pag. 127. Theſauri Philolog. *quod omnem moveat lapidem in Exercitatt. Biblicis, ut cum ceteris fervidioribus Papicolis Judaeos, nefandi ſacrilegii corruptorum videlicet ex Chriſtianiſmi odio fontium poſtulet.* Interim nec negandum eſt, Morinum in hoc argumento varium fuiſſe, nec ſibi conſtare; qui alibi aliter loquatur. Vide hanc in rem *Simeonis Muiſii* Aſſertionem III. Veritatis Hebrææ p. 2. ſqq. Mitius quoque hac in parte ex Romanæ Eccleſiæ ſociis ſentiunt *Simeon de Muis*, (excepto Pſalmo XXII. 17.) in variis ſcriptis; *Valerianus Flavignius*, contra quem ſcripſit *Claudius Cappellanus*; *Rich. Simon* in Hiſt. Crit. V. T. lib. II. c. 4. & in disquiſitionibus Criticis c. IX. *Ludov. Maraccius* in Prodromo ad Confutationem Alcorani Parte I. p. 33. *Maſclefius* in Deſignatione novæ Grammat. Hebr. quæ inſerta eſt Ephemeridibus Pariſienſibus anni 1712. p. 78. quamvis p. 79. ſtatuat, quod Morino forte debet, eos per punctationem ſuam voces in eum ſenſum flexiſſe interdum, quem ſibi patrocinari putabant. Ad iſtos accedunt *Dominicus Gravina* in Præſcriptionibus Catholicis adverſus noſtrorum temporum hæreticos, *Dominicus a SS. Trinitate* in Bibliotheca Theolog. (de quibus lege Imbonati Biblioth Hebræo Latinam p. 344. & 345.) *Car. Joſ. Imbonatus* in citata modo Biblioth. p. 468. & *Ludov. Elias Dupin* in Diſſert. Prælimin. Tom. I. c. 4. p. 145. ſqq. Pezronio ſpeciatim ſe oppoſuerunt *Jo. Martianaeus* Benedict. Congreg. S. Mauri in Defenſione textus Hebræi Pariſ. 1689. & ejusdem Continuatione 1693. & *Mich. le Quien* ex ordine Prædicatorum in Defenſione textus Hebræi & verſionis Vulgatæ, Gall. edita Pariſ. 1690. 12. Utrique reſpondere conatus eſt *Pezronius* in *defenſione antiquitatis temporum*, Pariſ. 1691. 4. Ex noſtratibus Rev. *Brandanus Henr. Gebhardi* Vindicias locorum quorundam Hebr. contra Pezronium edidit Gryphiswald. 1705. 4.

Ex Reformatis corruptionis de induſtria factæ inſimulant non pauci Judæos, v. c. *Hugo Broughtonus*, Anglus, in Dan. IX. p. 45. *Franc. Junius* ad Pſ. XXII. inprimis vero *Iſaac. Voſſius* in ſcriptis variis, ſpeciatimque in Reſponſ. ad objectiones nuperæ Criticæ Sacræ p. 137. & in Reſponſ. ad iteratas

C 2

ratas Simonii objectiones p. 177. ubi omnem hanc fraudem intra annos poſt C. N. 100. & 121. factam eſſe ſibi perſuadet. Huc referendi quoque ſunt *Johannes Gregorius* c. 18. Obſervationum Sacrarum, quibus adde eos, qui ſaltem Pſ. XXII. 17. in voce כארי ab illis corruptum ſtatuunt, quos citat Hottingerus, ipſe iisdem accedens, pag. 190. Theſauri Philolog. Adde illis *Claudium* Tom. V. Opp. pag. 346. & *Bynaum* in Chriſto crucifixo pag. 33.

Ab illis tamen ſe ſejungunt ex Reformatis *Jo. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 129. ſqq. *Andr. Rivetus* in Iſagoge p. 110. *Dan. Chamierus* in Panſtratia Cathol. p. 441. qui tamen excipit locum Pſ. XXII. 17. *Jo. Buxtorfius* in Anti-Critica ſcriptisque aliis paſſim, *Brianus Waltonus* in Prolegom. VII. §. 1.--11. *Jo. Leusdenius* in Diſſert. III. præmiſſa Jonæ Illuſtrato & *Alex. Morus* in Cauſa Dei ſeu Exercitatt. de Scriptura Sacra pag. 63. ſeqq.

Ex noſtratibus denique ipſe B. *Lutherus* minus præclare de Judæis hic ſenſit, præterque eum depravatrices Judæorum manus videre ſibi viſus eſt B. *Ægid. Hunnius* lib. II. c. 2. contra Bellarminum, dicens, *quando dicunt noſtri, omnia examinanda & emendanda ad Hebræum textum, non agunt de corruptelis Judaicis.* Addit, depravationem Pſalmi XXII. eſſe perſpicuam. B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in notis ad Tract. Talmud. *Sota* p. 68. *Si alium nullum*, inquit, *certe illuſtrem illum Zachariæ locum, qui cap. XII. 10. habetur, & quo vivi verique Dei paſſio apertiſſimis verbis prædicitur, Judæos aliquando ſacrilege tractaſſe, intrepide affirmaverim.* Præter hos *Forſterus* tum præfat. ad Lexicon Hebraicum, tum in Lexico ipſo p. 394. veriſimile eſſe ait, Judæos tum illum Pſalmum, tum plures Scripturæ Sacræ locos, aut obſcuraſſe aut omnino depravaſſe.

Paucis his contradicunt noſtratium permulti, quos longum foret recenſere. Lege inprimis *Calovium* in Critico Sacro, *Glaſſium* in Philologia Sacr. p. 88. & ſqq. *Aug. Pfeiferum* in Critica Sacra cap. IV. Quæſt. 4.

Speciatim locos illos Pſ. XXII. 17. & Zach. XII. 10. a tentatæ aut conſummatæ corruptionis ſuſpicione vindicarunt complures. De priore ex noſtratibus lege *Helvicum* Tomo IV. Diſp. Gieſſ. Diſp. XIV. §. 45. *Glaſſium* l. c. *Pfeiferum* in diſſert. ad h. l. ſingulari, & in Dubiis Vexatis Centuria III. Loco LXV. *Matth. Hillerum* in Syntagmatibus Sacris Loc. X. *Jo. Friſchmuthum* in diſſert. ſingulari, Theſauro Philolog. inſerta, qui negligentiam tamen librariorum hic agnoſcit. Ex Reformatis non malitiam ſed caſum corruptelæ cauſam arbitrantur *Steph. le Moyne* in not. ad

Varia

Digitized by Google

Varia Sacra p. 535.—549. ubi ait: *In depravatione igitur nulla fraus Judaeis exprobranda: caſu contigit, & propter literarum ſimilitudinem.* Idem ſentit *Sam. Bochartus* in Hierozoico Parte I. p. 783. & 984. & V. C. *Jac. Baſnage* in diſſertat. contra *Rich. Simonem* p. 184. ſq. Viciſſim alii ex iisdem ne corruptionem quidem hic agnoſcunt, nominatim *Alex. Morus* de Scriptura p. 63. 87. 88. & 91. *Eduardus Procockius* ad Portam Moſis p. 57. ſqq. *Jac. Altingius* Tom. V. Opp. p. 214. *Campegius Vitringa* Tomo I. Obſervationum Sacrarum p. 175. ſq.

Ex Pontificiis ipſis, alioquin hic in univerſum de Judæis ſiniſtre ſentientibus, *Julius Bartoloccius* Tom. I. pag. 154. Biblioth. Rabbin. cenſet, non ex maligno animo, ſed ex negligentia pro כארו ſubſtitutum eſſe *τὸ* כארי, quia ſi ex odio in Chriſtianos hanc lectionem attuliſſent Judæi, alterius lectionis non facturi fuiſſent mentionem. Idem putat *τὸ* א in כארו deſtinato conſilio, & quidem emphaſeos cauſa additum eſſe, & modum, quo manus pedesque Meſſiæ confoſſi ſint, egregie explicare. Ex his, quæ hactenus allata ſunt, facile exiſtimari poteſt, quid habendum ſit de iis, qui in antiquis Codicibus ſe כרו pro כארי hodierno legiſſe perhibent. Ita *Iſaacus Levita* in Defenſione Veritatis Hebrææ contra Lindanum tradit, ſe apud avum ſuum vidiſſe exemplar Pſalmorum, ubi in textu lectum ſit כארו in margine vero כארי. Lege Rich. Simonii Hiſt. Critic. V. T. lib. III. c. 17. p. 86. & *Epiſtolas Criticas* p. 53. Sic *Jo. Martianaeus* in ſua Hieronymi editione ad h. l. provocaverat ad Codicem Colbertinum n. 626. tanquam in quo diſerte legatur כארו ita quidem, ut ſimul litera א obelo, tanquam ſuperflua, confixa ſit. Cumque *Rich. Simon* tum alibi, tum in *Critica* Bibliorum S. Hieronymi contenderet, in ipſo illo Codice a prima manu ſcriptum fuiſſe כארי, a ſecunda vero & recentiore *τὸ* י mutatum eſſe in ו & *τὸ* א obelo notatum; Martianæus aſſertionem ſuam propugnavit in Continuatione Tractatus de veritate & cognitione S. Scripturæ. Sed viciſſim Simonius ſuam ſententiam amplius ornavit, eique ex ipſa Martianæi narratione lucem attulit in Epiſtolis Criticis p. 48. ſq. & 329. ſqq. ubi & alia leguntur, quæ ad hoc argumentum pertinent.

Quod ad Zachar. XII. v. 10. attinet, ubi Iudæi pro אלי malitioſe אליו in quibusdam codicibus ſubſtituiſſe nonnullis, ac inter eos quoque *Raymundo Martini* in Pugione Fidei Parte II. c. 11. p. 411. viſi ſunt; eum data opera a corruptionis ſuſpicione liberarunt *Theodor. Hackſpanius* de Uſu librorum Rabbinicorum c. II. n. 4. itemque in Sylloge p. 443. & 556.



Digitized by Google

tum vero in Notis Philolog. Part. II. p. 1055. & *Jo. Friſchmuthus* in diſſert. de Meſſia confixo, Jen. 1668. 4. Atque hic quidem non ignoravit, in Erfurtenſi quodam Codice omnino legi אליו, id quod Scribæ *ἀβλεψίᾳ* non deſtinato conſilio factum ipſi videtur in literis, quas affert *Tenzelius* in Dialogis Menſtruis an. 1692. p. 855. ubi & alia, quæ huc ſpectant, inveneris. Confer præterea B. *Scherzeri* diſput. de Adſpectu Judæorum in Meſſiam transfoſſum, quæ Faſciculo Diſputationum ejus inſerta eſt n. VIII.

Bina itaque hæc loca, ad quæ inprimis illi, qui Judæos fraudis inſimulant, provocare ſolent, adeo non efficiunt, quod illi volunt, ut potius plurium judicio vel in mendo prorſus non cubent, vel caſui adſcribi debeant.

Solent præterea hujus ſententiæ patroni ſe recipere ad פסקא quod in 25. locis occurrit, & illis quidem lacunæ indicium habetur; tum vero ad עטור סופרים i. e. *ablationem Scribarum*, in quinque locis obviam, ubi *τὸ* ו a textu abeſſe poſſe monetur; ac denique ad תקון סופרים i. e. *ordinationem Scribarum*, quæ pertinet ad octodecim loca, quæ interpolationis aut ſiniſtri ſenſus ſuſpecta videri poſſent. Sed non neceſſe eſt, ut in his hæreamus, cum פסקן non tam lacunæ, quam ellipſeos, ſenſum afficientis, argumenta ſint, *ablatio* autem nihil, quod ad textum ſpectet, demat, ſed potius, aliquid ad eum non admodum ſpectans indicet; *correctio* denique non mutationem inferat textui, ſed ad amoliendam ſiniſtram ſuſpicionem confirmet, & doceat, loca illa non eſſe ſolicitanda aut pro ſuſpectis habenda, ſed potius ita, ut habent, ab ipſis Scriptoribus Sacris profecta eſſe. Hæc omnia pridem monita ſunt a Glaſſio, Pfeifero, Buxtorfio, Hottingero, Leusdenio iis in libris, quorum jam ſæpe fecimus mentionem. Speciatim de Tikkun Sopherim exſtat ſingularis diſſertatio *Danielis Crameri* ſub titulo *Judicii Academici*, recuſa in Faſce II. Exercitationum Lugd. Bat. 1698. Adde *Waltonum* Prolegom. VII. 10. & *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 424. ſqq.

Ut itaque tandem hanc cauſam definiamus, Judæos non merentes criminis corruptorum fontium accuſari cenſemus. Præterea enim quod cura divina permiſſura eam fraudem fuiſſe non videtur, res ipſa factam eam eſſe credere non permittit, cum illis locis nihil vitii illatum eſſe intelligatur, quos e re Judæorum erat vel tolli prorſus ex Sacro Codice vel in alium ſenſum detorqueri. Accedit, quod Judæi hoc conſilium nunquam ſuſcipere voluiſſe videntur, qui vel in ipſis minutiis, ſi quid

Digitized by Google

quid tamen, quod ad ſanctiſſimum Dei verbum pertinet minutum vocari poteſt, diligentes imo ſuperſtitioſos ſe probant. Imo nec neceſſe erat, ut ejusmodi rationes inirent, cum certe aliam elabendi rimam ſibi apertam eſſe facile intelligerent, ſi forte ex Scripturis Sacris a Chriſtianis hominibus oppugnarentur. Quod enim in literas & vocales tentatum non erat per corruptionem, id effici poterat interpretatione, præjudiciis ſuis convenienter inſtituta. Imo, quod plurimum valet, ſi quid ejusmodi tentaſſent Judæi, felicem ſucceſſum promittere ſibi non poterant. Ante Chriſtum natum fraudem eam certe ingreſſi non ſunt, quippe qua non opus erat, cum non eſſent, in quorum odium ita agerent. Sub initium prædicati a Chriſto & Apoſtolis Evangelii fieri id non magis poterat, quia illi alioquin ab infando hoc ſacrilegio cavere ſuos juſſiſſent, quod ſane nullibi in ſacris literis factum eſſe intelligimus. Poſt Apoſtolorum vero tempora viam eam ingredi non poterant, cum ipſæ literæ Sacræ, quales a Scriptoribus θεοπνεύςοις prodierant, jam in Chriſtianorum manibus verſarentur. Nec contemnendum omnino argumentum eſt, quod ab incredibili *Karæorum* & *Rabbanitarum* odio, &, quæ inde inter utrosque natæ ſunt, calumniis repetitur. Incredibile illud odium certe non patitur, ut credamus, eos unquam vel in tantum ſcelus conſpirare omnes, vel ſeorſim alterutram partem ſuſcipere id potuiſſe. Neutra enim reticuiſſet alterius inſtitutum. Jam vero, ceu ſupra monuimus, Karæi fidem Rabbanitarum in hac parte non ſolicitant, niſi quod Talmudiſtis & Maſorethis quædam exprobrant; nec viciſſim Rabbanitæ Karæos illius facinoris inſimulant. Quæ enim in libro Coſri p. 200. ſqq. contra hos diſputant illi, eo tantum pertinet, ut appareat, Karæos ſine traditionis ope non poſſe recte interpretari Scripturam, quam proinde integram & in ſe incorruptam illis relinquunt. Confer *Jac. Triglandium* in Diſſertat. de Karæis p. 190.

XI. Quod a Iudæis non factum eſt deſtinata opera, id a librariis, eorumque incuria, aut temporis injuria in Codicem Sacrum profectum eſſe, ſunt, qui ſtatuunt, iique bene multi, alii quidem craſſius, alii mitius hic ſentientes. Ex *Pontificiis* vix ſcio quenquam aliter judicantem, quemadmodum nec vi legum cœtus ſui poſſunt, quoad Vulgatam verſionem textui originali præferunt. Hinc *Jo. Morinus* in Exercitationibus Biblicis pag. 8. *Nemo*, inquit, *alicujus nominis, poſt, imo, ante Concilium Tridentinum mihi cognitus eſt, qui ab omni corruptela textum Hebraicum vindicaverit, licet quidam, ſed pauciſſimi, ante Concilium Tridentinum verſioni S. Hieronymi*

*ronymi iniquiores fuerint, & LXX. Interpretibus iniquiſſimi.* Prius aſſertionis membrum tantiſper largior; poſterius autem, quod ſcilicet *pauci* verſioni Hieronymi iniquiores fuerint, h. e. Hebræum textum illi prætulerint, falſum eſſe diligentiſſime demonſtravit *Humfredus Hody* in lib. III. de Textibus Originalibus, producta nube teſtium ex omni ætate aliter judicantium. *Reformatos* non abire ab hac via *Briani Waltoni* judicio conſtare poteſt, qui in apparatu ad Biblia Polyglotta p. 281. b. edit. Tigurinæ *Mendas librariorum in Sacro Codice a nemine hodie aperte negari* affirmat. Itaque ſupervacaneum ſuſciperem laborem, ſi hujus ſententiæ aſſeclas ambitioſa aut minuta cura recenſendos mihi ſumerem. Id tamen monere refert, ex illis alios magis ſiniſtre, alios mitius hac in parte de fontium conditione judicare. Siniſtre admodum ſentiunt illi, qui aut verſiones quasdam præferunt contextui Hebræo in univerſum, v. c. vel Samaritanum, ut *Jo. Morinus*; LXX. Interpretes, ut *Iſaacus Voſſius*; vel *Vulgatam*, ut Pontificii Concilii Trident. placita ſequentes; aut ſaltem ex his aliisque verſionibus aut Codicibus MSS. Hebræum Codicem in locis quamplurimis priſtinæ integritati vindicari poſſe opinantur, quo, ut ex multis præcipuos memorem, præter *Jo. Morinum* in Exercitatt. Biblicis &c. referendi ſunt *Lud. Cappellus, Richardus Simon, Marcus Meibomius, Jo. Clericus* &c. de quibus paulo poſt plura dicemus. Mitius autem illi & ſentiunt & loqvuntur, qui, Hebræum textum alioquin verſionibus præferendum cenſentes, hinc inde quædam a mendo, ſed leviori illo, vacare non putant, inter quos *Simeon de Muis* eſt, qui in Aſſertione Veritatis Hebraicæ Prima animum ſibi non eſſe ait, *Ebraicam editionem ſic tueri, ut nihil prorſus impuri habere affirmet.* Ex noſtratibus quoque huc pertinent ipſe B. *Lutherus*, fontium cetera ſtudioſiſſimus, in gloſſa marginali ad 1. Paralipom. XXIV. 3. *Lucas Oſiander* in comment. ad 2 Paralipom. XXII. 2. (c) *Joh. Brentius* in commentar. ad Pſalm. XXXVII. 28. *Wolfg. Franzius* de Interpretatione Scripturæ Sacræ Orac. 128. ad 2 Sam. VI. 23. & ipſe quoque *Salom. Glaſſius* in Philologia Sacra p. 54. & 82. cui locus Numer. III. 39. & 2 Paralip. XXII. 2. de mendo nonnihil ſuſpectus videtur, ita tamen, ut ſimul is profiteatur, *ut in vivam aquarum ſcaturiginem incidens lapillus ipſum propterea*

(c) Sic Cl. *Campeg. Vitringa* in Hypotyp. Hiſt. Sacr. pag. 67. hoc in loco fieri ait poſſe, ut numeri aliqui a librariis per ſocordiam fuerint corrupti. Sed vide, quæ magis ſobrie de his aliisque varietatibus earumque cauſis & conciliandi modo diſſerunt Clar. *Joh. Gottlob Carpzovius* in Introduct. ad libros Hiſtor. V. T p. 265. ſqq. & Rev. *Joh. Henr. Michaëlis* in præfat. ad Annotatt. uberiores in libros Chronicorum p. 253. ſq.

Digitized by Google

*propterea coinquinatum non reddit ; ſic multo minus dictionis unius in textu Hebræo immutationem fontem divinum coinquinatum & impurum conſtituere.*

Noſtrum nunc eſt, ut eorum numerum ineamus, qui inter primos ſiniſtre admodum de Sacri Codicis conditione judicarunt, ſuamque ſententiam data opera ornare aggreſſi ſunt, additis ſimul iis, qui eorum conatibus ſe oppoſuerunt. Primus, qui acerrimum fontium adverſarium ſe præſtitit, *Joannes Morinus* eſt, Presbyter quondam Oratorii Pariſienſis & ex Reformato Pontificius, an. 1659. denatus. Ille ut Proteſtantibus ægre faceret, & tum Samaritanum Codicem Hebræo præferret, tum Græcam & Vulgatam verſionem divinæ auctoritatis eſſe felicius ſuis perſvaderet, Hebræum textum vehementer oblati vitii poſtulavit, primo quidem in Prolegom. ad edit. LXX. Interpretum Pariſ. 1628. fol. deinde in Exercitationibus in utrumque Pentateuchum Samaritanum, ib. 1631. in 4. præterea vero in Exercitationibus Biblicis, ibid. 1633. in 4. quæ ibidem an. 1669. iterumque 1686. in fol. longe auctiores ſunt recuſæ. Et punctum ille quidem omne tulit apud ſuos, æque ac alios, in hoc capite cum ipſo facientes, adeo ut ejus fere armis in propugnanda hac cauſa uti pulchrum putarint. Occurrerunt autem ipſius conatibus, primo quidem *Simeon de Muis* in Aſſertione Veritatis Hebrææ, quæ Prima alias dicitur, Pariſ. 1631. in 8. tum in Aſſertione Hebraicæ Veritatis altera, ib. 1634. 8. Cui cum ſe jungerent *Franc. Taylor* Anglus, & *Arnoldus Bootius* in Examine præfationis ejus ad Biblia Græca Lugd. Bat. 1636. in 12. ſingulis ſe Morinus eadem opera oppoſuit edita *Diatribe Elenctica* (f) *de ſinceritate Hebræi Græcique textus dignoſcenda adverſus inſanas quorundam hæreticorum calumnias.* Accedit Appendix, in qua nonnulla divinitatis & incarnationis Jeſu Chriſti, Domini noſtri, illuſtriſſima teſtimonia in Hebræo textu nunc corrupta Talmudis & Rabbinorum antiquorum auctoritate reſtituuntur, & animadverſiones in Cenſuram Exercitationum ad Samaritanum Pentateuchum, Pariſ. 1639. 4. Hoc ipſo extorſit Morinus *Muiſio* Aſſertionem Tertiam Veritatis Hebraicæ, ſive *Caſtigationem Animadverſionum M. Jo. Morini, Bleſenſis, in Cenſuram Exercitationum Eccleſiaſtic. ad Pentateuchum Samaritanum*, Pariſ. 1639. 8. Nec tacuit *Arnoldus Bootius*, ſed potius tum in epiſtola de Critica Capelli ad Uſſerium ſcripta & an. 1650 edita, tum in *Vindiciis ſeu Apodixi Apologetica pro Hebraica veritate contra duos noviſſimos & infenſiſſimos*

D

(f) Diatribe hæc non eſt diverſa a Tractatu de ſinceritate Hebræi Græcique textus dignoſcenda, quem *Colomeſius* in Gallia Orientali p. 167. contra Taylorum, Bootium ac Muiſium editum, Pariſ. 1634. 8. (ubi legendum 1639.) memorat.

*ſiſſimos ejus hoſtes*, *Jo. Morinum & Ludov. Cappellum*, Pariſ. 1654. 4. pro eadem cauſa dixit. Præter illos *Joh. Buxtorfius* paſſim & *Steph. Morinus*, Profeſſor Linguarum Oriental. Amſtelodamenſium *Joannem* ὁμώνυμον caſtigavit in *Exercitationibus de Lingua primæva ejusque Appendicibus*, Ultrajecti 1694. 4. editis, inprimis Exercitat. II. ut taceam noſtrates, qui hinc inde, quamvis non data opera, hypotheſes ejus labefactare aggreſſi ſunt. Ex ipſis Pontificiis in nonnulla ejus placita animadvertit *Rich. Simon* in Hiſtoria Critica V.T. lib. II. c. 18. & *Jo. Clericus*, qui Parte III. Artis Criticæ Sect. I. c. 10. p. 179. Morinum Virum vocat *eruditum*, *quanquam ſæpe æquo acriorem & affectu peccantem*. Doctrinæ variæ laus, quam ſibi peperit, dubia Morino reddi non poteſt, quæ tamen, quod ad hanc cauſam attinet, talis non fuit, ut pro idoneo judice haberi poſſit, id quod nec ipſe prorſus diſſimulavit. Modeſtiæ plena ſunt verba, quæ in epiſtola ejus ad Buxtorfium, Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis inſerta, p. 506. leguntur: *Et a nemine*, inquit is, *& in quacunque re corrigi refugio*, *ſed omnium minime in cauſa Hebraica: Illud enim ſtudium nunquam niſi raptim*, *operisque ſubciſivis*, *atque animi gratia amplexus ſum. Et nunc annus completus ſeptimus*, *cum Hebraice prorſus nihil legi*, *pluraque Hebraice hujus epiſtolæ componendæ cauſa*, *quam ab integro ſeptennio*, *legi & verſavi. Quapropter aberraſſe ſæpius potiſſimum in Exercitationibus meis Samaritanis non dubito. Magnam vero earum partem currente prelo edidi.* Confer alia hujusmodi indicia in Celeb. *Læſcheri* Commentariis de Cauſis Linguæ Hebr. p. 176. ſq. quibus adde, quod *Rich. Simon* in epiſtolis Selectis ep. 4. p. 17. refert, *Lud. Cappellum* in Morino, qui ipſum inviſerat, mediocrem admodum Grammaticæ Hebrææ notitiam animadvertiſſe; eumque ad majorem induſtriam excitaſſe (g). Plura de Morino ejusque ſententiis & ſcriptis vide inprimis in Epiſtolis variorum, quæ ſub titulo *Antiquitatum Eccleſiæ Orientalis* primum Londini 1682. ſed mendoſiſſime (vide *Rich. Simonis* epiſtolas ſelectas p. 189. ſq.) deinde Lipſiæ an. 1683. prodierunt, una cum Vita Morini in limine occurrente, quam tamen Satyræ loco habet Vignolus Marvillius in Miſcellaneis Hiſtorico Literar. Tom. I. p. 178. Adde *Pauli Colomeſii* Galliam Orientalem p. 166. *Carol. Perralti* Vitas Virorum Illuſtrium Tom. I. p. 68. ſqq. *Rich. Simonem*

(g) Confer hanc in rem doctiſſimi ſacrorum puriorum apud Bremenſes Præſulis, *Gerhardi Mejeri*, diſſertationem de *Iſaaco Voſſio* ἀνεβραϊσίας convicto, Witteberg. in 4. editam, ubi variis exemplis commonſtrat, Bellarminum, Leonem de Caſtro, Lud. Cappellum, & inprimis Voſſium a gravioribus hallucinationibus in re Hebræorum literaria, de qua tamen judicium ſibi arrogabant, non fuiſſe immunes.

*monem* in Epiſtolis Selectis ep. II. *Patinum* Tom. I. Epiſtolarum pag. 538. *Lud. Eliam Dupin* in Bibliotheca Nova Scriptorum Eccleſiaſtic. Tom. XVII. p. 227. ſeqq. & *Thomam Pope Blount* in Cenſura celebrium Auctorum pag. 726. ſeq.

Alter ab ipſo in hac palæſtra ſe exercuit *Ludovicus Cappellus* (h), Hebr. Linguæ & Theologiæ Profeſſor in Academia Salmurienſi, an. 1658. ætatis 73. defunctus. Is variis ſcriptis Morinianam de corruptis ſacris fontibus hypotheſin adſtruxit, & initium quidem fecit in *Arcano Punctationis Revelato*, quod *Thomas Erpenius*, (qui perperam a nonnullis ideo auctor hujus tractatus judicatus eſt) edidit Lugd. Bat. 1614. 4. cum Vindiciis recuſum in Operibus ejus Poſthumis Amſtelod. 1689. in fol. editis. Huic tractatui occurrit *Joh. Buxtorfius* in tractatu de Punctorum vocalium & accentuum in libris Veteris Teſtamenti Hebraicis origine, antiquitate & auctoritate Baſil. 1648. in 4. tum vero *Matthias Wasmuthus* in Vindiciis S. Hebrææ Scripturæ Kilon. 1664. 4. & *Jo. Cooperus* Anglus, in Clavi Domus Moſaicæ de punctis & accentibus Lond. an. 1673. in 8. Sed iſta Cappelli ſententia adeo non approbata fuit fidei ſociis, ut potius Helvetii Theologi & ſpeciatim Genevenſes an. 1678. peculiari canone caverint, ne quis in ditione ſua Miniſter Eccleſiæ recipiatur, niſi fateatur publice, textum Hebræum, ut hodie eſt in exemplaribus Maſorethicis quoad conſonantes & vocales divinum & authenticum eſſe. Confer Acta Erudit. an. 1686. p. 439. & *Gilb. Burnetum* in epiſtolis itinerariis p. 152. ſq. Ad deprimendum Hebraiſmum pertinet quoque ejusdem diſſertatio *de antiquis Hebraeorum literis*, Amſtelod. 1645. in 12. edita, qua pro antiquitate & authentia Samaritanarum literarum propugnat. Sed eam ſententiam caſtigavit *Jo. Buxtorfius* in diſſertationibus Theologico-Philologicis Diſſ. IV. quam Cappellus ſibi ex profeſſo oppugnandam ſumſerat, & plures alii, de quibus infra dicemus, ubi de Pentateucho Samaritano commentabimur. Addidit denique his *Criticam Sacram ſive de variis, quæ in Sacris V. T. libris occurrunt, lectionibus libros ſex*, cura filii Iohannis Cappelli apud Cramoiſium Pariſ. 1660. cum privilegio Regio in fol. editos. Editionis hiſtoriam habes apud *Richardum Simonium* in præfat. ad Hiſtor. Criticam V. T. & in epiſtola *Jo. Morini*, Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis inſerta



(h) *Cappella* mendoſe vocatur ab *Honcampio* in Examine Hiſtoriæ V. T. Simonianæ, qui ideo ridetur in Biblioth. Hiſtor. Univerſali Tom. X. p. 129. Eundem errorem obſerves in Martini Lipenii Biblioth. Theolog. Tom. II. pag. 615. qui tamen alibi ſæpius nomen recte effert.

Digitized by Google

ſerta pag. 599. Utrinque apparet, librum iſtum diu Genevæ Sedani & Lugduni Batav. manu exaratum hæſiſſe, eo quod facultas eundem formis exſcribendi obtineri non potuerit, quamvis ultimo in loco Salmaſius eum in lucem proferre multum conaretur. Hoc ipſo Pontificii, nominatim *Dionyſ. Petavius*, *Marinus Merſennus* & *Joh. Morinus* dicuntur incitati (vide Antiquitates Eccleſ. Orient. pag. 604.) ut librum edendum curarent, moderante negotium auctoris filio, ad Pontificios digreſſo, qui non paſſus ſit, atrox quicquam in religionem Catholicam patri elabi. Ibidem p. 594. ſq. ex Barberini epiſtola proxime antecedente manifeſtum eſt, dubitatum Romæ fuiſſe, utrum editio operis hujus permittenda ſit, an potius curioſitas omnis & audacia vitanda. Confer *Rich. Simonis* epiſt. ſelectas p. 17. & *Cappelli* epiſtolam Apologet. de Critica ſua p. 4. Simon l. c. obſervat, Cappellum poſtulatum a ſuis & nominatim a Bootio fuiſſe colluſionis cum Morino, quam tamen ſuſpicionem a ſe amoverit in laudata iſta epiſtola Apologetica. Et ſane p. 5. diſerte ſcribit Cappellus: *Pontificios, more ſuo, indice expurgatorio uſos in Criticam ſuam, quæ in illa minus ad ſuum guſtum faciebant, inducta ſpongia, ſecure expunxiſſe, nonnullis aliis præter mentem & conſilium ſuum in eam inſultis.* Quicquid hujus erit, Buxtorfius, quem antea ſibi adverſarium elegerat Cappellus in diſſertat. de Literis Hebræis, *Criticæ* iſti, ejusque *Defenſioni*, quæ contra Buxtorfii tractatum de origine & antiquitate punctorum adornata erat, oppoſuit ſtatim *Anti-Criticam* ſuam ſeu Vindicias Veritatis Hebraicæ, Baſileæ 1653. in 4. Ante eum vero Cappelli librum adortus eſt paucis poſt editionem menſibus *Arnoldus Bootius* in epiſtola ad Jac. Uſſerium de textus Hebraici V. T. certitudine & authentia, Pariſ. 1650. 4. Cui cum Cappellus opponeret *epiſtolam Apologeticam*, *de Critica nuper a ſe edita*, *ad eundem Uſſerium, in qua Arnoldi Bootii temeraria Criticæ cenſura refellitur*, Salmurii 1651. ſequi juſſit Bootius Vindicias ſeu Apodixin Apologeticam pro Hebraica Veritate contra duos noviſſimos & infenſiſſimos ejus hoſtes Johannem Morinum & Ludov. Cappellum, Pariſ. 1653. 4. Proximus huic erat *Jac. Uſſerius* Epiſcopus Armachanus, in diſſertatione epiſtolica ad Ludov. Cappellum de variantibus Textus Hebraici lectionibus Londini 1652. in 4. quæ in ejusdem Syntagmate de Græca verſione LXX. Interpretum, Lipſiæ 1695. in 4. recuſo, iterum lucem vidit. Ad eam reſpondit Cappellus epiſtola alia, Salmurii 1652. edita. His veritatis Hebraicæ patronis utinam annumerare liceret *Albardum de Raadt*, Profeſſorem quondam Zutphanienſem, qui in calce præfationis ad commentarium

de

de Natura punctationis Hebr. ſperare quidem juſſit tractatum pro *authentia Bibliorum Hebr.* contra Cappellum, ſed non exhibuit. Buxtorfii cauſam ſuſpectam reddere voluiſſe videtur *Claudius Cappellanus*, a Cappello non diſſentiens, quando in Mari Rabbinico infido Parte II. cap. 1. tradit, duabus cauſis adductum fuiſſe Buxtorfium, ut contra Cappellum tam operoſe ſcriberet; primo quidem quod indignis ab eo conviciis ſit laceſſitus, qua de re conqueratur is Parte I. Anti-Criticæ cap. 2. deinde quod veritus ſit, ne hæc ſententia in Vulgatæ verſionis auctoritatem cederet. Confer Partem II. Anti-Criticæ c. 2. Parum Buxtorfiorum in hac cauſa laboribus tribuit *Rich. Simon* lib. III. Hiſtor. Criticæ V. T. c. 20. p. 100. Anti-Criticam tamen opus vocat lectu digniſſimum, præcipue ubi textum confert cum veteribus verſionibus, & varias a Cappello prolatas lectiones examinat. Addit quoque, pleroſque Germanos Proteſtantes, Buxtorfianam ſententiam amplexos, eorum libros tantum exſcribere. In Cappello ibidem is damnat, quod de Maſora nimis abjecte ſentiat, quod & in præfatione ad Hiſtoriam Criticam monuerat, ubi etiam varias Lectiones ab eodem nimis multiplicatas eſſe ſcribit, id quod *Stephano le Moyne* non minus diſplicuiſſe patet ex Variis ejus Sacris p. 575. Plura vide de Cappello noſtro in Vita Operibus Poſthumis præmiſſa, & apud *Paulum Colomeſium* in Gallia Orientali pag. 223. *Thom. Pope Blount* in Cenſura celebrium Auctorum p. 682. ſq. *Meurſium* in Athenis Batavis p. 247. *Paulum Freherum* in Theatro p. 264. *Rich. Simonem* in epiſtolis ſelectis ep. 4. itemque *Ancillonium* in Miſcellaneis Tom. I. p. 21. Ex noſtratibus de eodem diligenter commentatur B. *Jo. Fridericus Mayerus* in Bibliotheca Biblica p. 161. ſqq. *Ludovici* Patris non Profeſſionem ſolum Salmurienſem, (qua tamen religionis cauſa poſtea dejectus in Angliam abiit) ſed & ſententias, hæreditatis quaſi jure ad ſe devolutas, vidit, filius ejus alter, *Jacobus*, editis Amſtelodami Patris Patruique ſui Operibus clarus, ceu patet ex epiſtola ejus ad Cl. Clericum data, & cum ejusdem animadverſionibus in Pſalmum 145. aliosque nonnullos Tomo XIII. Bibliothecæ ſelectæ pag. 284. ſqq. inſerta. In his enim fingit ille & refingit contextum Hebræum pro arbitrio, ac potiſſimum illam Poëſeos Hebraicæ rationem adſtruere conatur, quæ Clerico ſe probavit. Ceterum Ludov. Cappellum in Hebraicis Talmudicisque ſtudiis ceſſiſſe omnino Buxtorfio, conſtat ex aliis Buxtorfii cenſuris & inprimis ex Tractatu de Origine Punctorum p. 427. ubi varias Cappelli hallucinationes in vertendo uno Soharis loco caſtigat.

ſtigat. Adde *Jo. Steph. Rittangelii* prolegomena ad librum vernaculum de feſtis Judæorum ſolemnibus fol. K. p. 4. ſqq.

Proximum huic jungimus *Iſaacum Voſſium*, Canonicum quondam Vindeſorienſem, an. 1691. fatis functum. Is acrem Hebraiſmi & textus Hebræi hoſtem ſe profeſſus eſt variis hypotheſibus, quas in cumulum confert Celeb. *Valentinus Erneſtus Laſcherus* in comment. de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 181. inprimis vero ea, qua authenticam auctoritatem LXX. Interpretibus tribuit. Protulit eas in lucem in Diſſertationibus de LXX. Interpretibus eorumque chronologia, edita Hagæ Comitum 1660. 4. item in libro de Oraculis Sibyllinis Oxon. 1679. & Lugd. Bat. 1680. cum Variis ejus Obſervationibus edito, & paſſim alias. Diſſenſum ſuum teſtati ſunt non pauci, nominatim *Georg. Hornius*, *Chriſt. Schotanus*, *Jo. Coccejus* in præfatione ad Reſponſiones Iudaicas, *Ant. Hulſius* in Vindiciis textus Hebræi; quibus ille ſatisfacere conatus eſt inprimis in Appendice ad librum de LXX. Interpretibus, Hagæ Comit. 1663. 4. Adverſarium ſe eidem objecerat *Rich. Simon* in Hiſtor. Crit. V. T. & alias, cui ille obviam ivit in reſponſione triplici, una ſcilicet *ad Objecta Critica Sacra R. Simonis*, altera *ad iteratas Simonii objectiones*, & tertia ad tertias Simonis objectiones. Prima & ſecunda extat cum reſponſionibus Simonii in calce Hiſtoriæ Criticæ Amſtelod. 1682. curatæ, & in iis, quæ hanc ſecutæ ſunt, editionibus. Tertia vero una cum binis prioribus prodiit cum variis ejus obſervationibus Londini 1685. 4. Præter eos *Humfredus Hody* Voſſianam de τοῖς LXX. hypotheſin, hiſtoriæ Ariſteæ, quam is genuinam & fide dignam putabat, innixam diligenter examinavit, & convellit in Diſſertat. contra hiſtoriam Ariſteæ Oxon. 1684. 8. Ad hanc Voſſius reſpondet in iisdem Obſervationibus variis, quas modo laudavi, quo ipſo Hodium excitavit, ut eandem cauſam retractaret & ad liquidum deduceret in majori opere i. e. libris IV. de Bibliorum textibus Originalibus, verſionibus Græcis & Latina vulgata Oxon. 1705. fol. ubi totus liber primus in hoc negotio occupatur, ut repetantur prius dicta & Voſſii reſponſiones diluantur. Interim nec Voſſium ad perorandam hanc cauſam ſatis idoneum fuiſſe apparet ex erudita diſſertatione, qua præſtantiſſimus apud Bremenſes Theologus, *D. Gerhardus Mejer* Voſſium ἀσεβείας convicit. Confer de noſtro *Paulum Colomeſium* in Bibliotheca Selecta n. 84. & *Artopœum* ad Schraderi Tabulas p. 684. Memorandus hic erat *Paulus Pezron*, qui Voſſium in hac cauſa tueri in Antiquitate Temporum reſtituta conatus eſt. De eo vero

ro

ro diximus ſupra, cum de Iudæis fontium corruptoribus, qui nonnullis videntur, ageremus.

Voſſii latus claudat *Richardus Simon*, Dieppenſis, Presbyter quondam Oratorii Pariſienſis, an. 1712. ex vita avocatus anno æt. 74. quem de codice Hebræo minus (i) præclare ſenſiſſe evincit ejus *Hiſtoria Critica Veteris Teſtamenti* tribus libris comprehenſa & Gallice edita. Prodiit illa primum Pariſiis an. 1678. (k) ſub titulo duplici, altero Hiſtoriæ Criticæ V. T., altero Hiſtoriæ religionis Iudæorum eorumque migrationis in Hiſpaniam per Rabbinum Moſen Levi (l) in 4. Eo ipſo anno lucem videbat Epiſtola ad Amicum, Gallice ſcripta in 8. de ipſo illo libro, quæ tamen nihil niſi excerpta quædam ejus exhibebat. Invitis Pontificiis opus hoc in lucem protractum fuiſſe, imo, cum eam jam vidiſſet, cum cura ſuppreſſum, apparet ex præfatione, Latinæ Criticæ hujus verſioni præmiſſa. Sed ipſi illi conatus effecerunt, ut alii in eo divulgando majorem induſtriam collocarent. Vix enim Pariſ. an. 1680. recuſum erat gallice, cum *Natalis Alberti Verſei* opera latine converſum *Amſtelod.* 1681. prodiret, quæ tamen verſio nec ipſi Simonio, nec aliis, ſe probavit, iis ſcilicet erroribus plena, qui in oculos incurrunt eorum, quibus ulla eſt Criticæ Sacræ intelligentia, ut loquitur auctor præfat. ad edit. Roterodam. Gall. an. 1685. Ipſe Simonius Hiſtoriam ſuam primum latine conſignaverat ſtylo diffuſiori, adeo ut ipſe in epiſtolis ſelectis ad amicum p. 177. ſcribat, ſe ex Latina illa commentatione Gallicam illam inſtar compendii & ſpeciminis excerptam, eo conſilio edidiſſe, ut Latina iſta paulo poſt lucem adſpiceret. Confer easdem epiſtolas p. 147. & præfat. ad lib. II. Hiſtoriæ Criticæ N. T. *Anglicanam* verſionem ſibi lectam teſtatur *Humfredus Hody* in diſſertat. contra Hiſtoriam Ariſteæ p. 161. cui & ipſi errores exprobrantur in præfat. ad editionem Roterodamenſem anni 1685. Poſt has editiones plures aliæ ſecutæ ſunt paucis annis, ita ut Roterodamenſis anni 1685. a Leerſio edita *quinta* a Bælio, loco mox citando,

(i) Vide Cl. le Long Diſſertat. Hiſtor. Gall. de Bibliis Polyglottis p. 254. ubi præterea monetur, Simonem inde ab ann. 1664. ad 1680. in Congregatione Oratorii commoratum fuiſſe, ex qua deinde ob Hiſtor. Crit. V. T. abierit.

(k) Confer Ephemerides Pariſ. an. 1714 p. 615. edit. Amſtelodam.

(l) Hinc factum eſt, ut *Carolus Joſ. Imbonatus* in Biblioth. Hebræo Lat. p. 163. a. duos ex uno fingeret libros. Quando enim verſionem Latinam Hiſt. Crit. memoraverat Amſt. 1681. 4. editam, addit: *Cum ipſa exſtat hiſtoria religionis Judæorum* &c. *excuſ. ibid.*

(m) In cauſas inquirit *Petrus Balius* in Novis Reipublicæ Literariæ an. 1685. p. 809. ſq.

tando, *ſeptima* autem in Actis Erudit. Lipſienſibus 1686. p. 100. numeraretur. Atque illa quidem, ceu præfatio confirmat, poſt Pariſienſem primam optima eſt & ab illis ſordibus libera, quæ & Amſtelodamenſem Elſevirianam, & binas, quæ illam exceperunt, adeoque & ipſam Latinam obſederunt, ideo, quod Elſeviriana non ex edito exemplari (hujus enim copia fieri non poterat) ſed ex apographo quodam, negligenter curato, expreſſa erat. Inſtructa illa præterea eſt notis & præfatione apologetica Viri docti Proteſtantis, vel potius ipſius Simonii, nec non epiſtola *Caroli Mariæ Veilii* & *Ezech. Spanheimii* contra Simonium, cum hujus reſponſionibus, ac denique *Pet. Ambruni*, qui ipſe Simon eſſe creditur, Reſponſo, quo oſtendere conatur, Criticam iſtam Hiſtoriam non magis Reformatis quam Pontificiis obeſſe. Lege plura apud Bælium in Novis Reipubl. Literar. 1684. Decembr. p. 507. ſqq. & 1685. Mart. p. 342. ſqq. unde intelliges, Arnaldum inprimis editioni operis adverſatum fuiſſe, ſicut & in Ephemeridibus Pariſienſibus an. 1714. Junio p. 625. ed. Amſtelod. traditur, ſuppreſſionem ejus Portus Regii conſiliis acceptam ferendam eſſe. Latina quoque verſio aliquoties prodiit. Vidi ego primam Amſtelodamenſem apud Petrum de la Faille an. 1681. in 4. & *Franequeranam* an. 1698. apud Leonh. Strickium. Inter eas id obſervavi diſcriminis. Prior duplicem habet titulum, alterum primo loco *Hiſtoriæ Criticæ* V. T. alterum poſt præfationem Verſei, cujus nomen exprimitur, *Hiſtoriæ Religionis Judæorum eorumque demigrationis in Hiſpaniam* &c. *per Rabb. Moſen Levi.* Poſterior unum habet, & quidem priorem titulum ſine Interpretis nomine addito, & novam Anonymi præfationem, quæ, Verſei illa prorſus omiſſa, tradit quædam ad hiſtoriam Criticæ pertinentia. Prior non habet, niſi ipſam Hiſtor. Criticam: poſteriori vero addita ſunt ſcripta eriſtica Veielii, Spanhemii & Iſaaci Voſſii cum Simonii Reſponſionibus.

Scilicet ut habuit hic Simonii fœtus, qui ipſum tollerent, ſic nactus eſt, qui exponendum potius & abjiciendum, vel ſaltem purgandum, voluiſſent. Primus oppugnavit Simonium eodem anno 1678. quo prodierat, *Veilius*, Ex-Iudæus, apud Anglos, data ad Robertum Boyle epiſtola an. 1678. 16. Aug. cui paulo poſt reſpondit Simon (vide Ephemerides Pariſ. 1714. Junio p. 652.) ſicut ſe ſtatim in nova ad Maimburgium epiſtola defendit *Veilius*. Secundus ab ipſo fuit *Ezech. Spanhemius*, tum temporis Londini cum Legati auctoritate verſatus, in Epiſt. gall. de Hiſt. Crit. V. T. *Amſtelod.* 1679. in 8. ed. (errarunt enim, qui fratri

ejus

ejus Frider. Spanhemio vindicandam cenſuerunt: v. Bælii Nova Rei-publ. Literar. 1684. p. 419. qui tamen & ipſe in epiſtolis ſuis p. 127. & 137. in epiſt. ad Minutolium an. 1680. ſcripta Friderico tribuerat, eoque parum dignam judicaverat) cui ſatisfacere conatus eſt Simon an. 1679. ſub nomine Theologi Facultatis Pariſienſis. Hæc ſcripta amœbæa leguntur hodie Gall. in calce ed. Roterod. 1685. & Latine in calce ed. Franequ. 1698. Acerbiorem his adverſarium nactus eſt *Iſaac. Voſſium* in ſcriptis illis, de quibus paulo ante diximus. His reſpondit Simonius partim ſub nullo, partim ſub alieno nomine, v. c. *Hieronymi le Camus, Theologi Pariſienſis* &c. Leguntur eæ reſponſiones tum in calce verſionis Latinæ Criticæ hiſtoriæ, tum in *Opuſculis Criticis adverſus Iſaacum Voſſium, ubi defenditur ſacer Codex Hebraicus & B. Hieronymi translatio.* Edinburgi 1685. in 4. Illis continentur *Caſtigationes ad opuſculum Iſaaci Voſſii de Sibyllinis Oraculis & Reſponſionem ad Objectiones nuperæ Criticæ Sacræ*, præterea vero Excerpta adverſus Iſaacum Voſſium ex diſquiſitionibus Criticis R. Simonis. Ibidem eodem anno prodiit *Hieron. le Camus* Theologi Pariſ. ſive *Hieronymi a S. Fide*, ut in tractatu ipſo vocatur, i. e. R. Simonii Judicium de nupera Iſaaci Voſſii ad iteratas P. Simonii Objectiones Reſponſione. *Diſquiſitiones* illæ *Criticæ*, quarum excerpta modo memoravi ἀνωνύμως antea prodierant Latine Lond. 1684. 4. ſub titulo *Diſquiſitiones Criticæ de variis per diverſa loca & tempora Bibliorum editionibus*, quæ exhibent tum compendium Hiſt. Crit. tum nonnullas ad eam acceſſiones. His Diſquiſitionibus ea ſubjuncta erant, quæ in Opuſculis Criticis 1685. ſunt recuſa. Adverſariis Simonis ſe junxerunt Anonymi, in libro Gallico, qui inſcriptus eſt *Judicia quorundam Theologorum Batavorum de Hiſtoria Critica R. Simonis*, quæ prodierunt Amſtelod. 1685. 8. Illa accepta inprimis feruntur *Jo. Clerico*, Profeſſori nunc apud Arminianos Theologo Amſtelodamenſi, & *Natali Alberto de Verſé*. Repoſuit Simonius *Reſponſionem* Gallicam ſub nomine *Prioris Bollevillani* (n), Roterodami 1686. in 4. Nec ſiluerunt Theologi Batavi, ſed edita *Judiciorum* ſuorum defenſione, Amſtelod. 1686. in 8. reſponſi loco acceperunt ejuſdem *Prioris Bollevillani* epiſtolam de inſpiratione librorum ſacrorum, una cum addita in calce Reſponſione ad iſtam defenſionem Roterod. 1687. 4. In epiſtolæ illius limine quædam adhuc reponit ad epiſtolam *Ezech. Spanhemii*, & objecta aliorum a ſe diſſentientium, inprimis *Claud. Fraſſenii*, & *Dupinii* in Diſſertatione præliminari de Auctoribus librorum Biblicorum. Cumque & *Michaël le Vaſſor*, Presbyter Oratorii



(n) Lege *Adrian. Bailletum* de Scriptoribus detectis Part. III. c. I. p. 234.

Digitized by Google

Aurelianenſis (o) quædam in ipſum animadvertiſſet, nepos Simonii in lucem protulit *Apologiam pro auctore Hiſtoriæ Crit. V. T. contra mendacia libelli a Mich. le Vaſſor editi*, an. 1689. Omitto alia Simonii ſcripta, in quibus data occaſione κυρίαι ejus δόξαι ornantur & pinguntur, qualia ſunt epiſtolæ ejus ſelectæ 3. voll. in 8. editæ, epiſtolæ Criticæ adverſus Martianæum, Bibliotheca Selecta & Bibliotheca Critica, de quibus Sect. V. plura afferentur. Adverſariis vero ejus annumerandi præterea ſunt *Paulus Colomeſius* in epiſtola ad Juſtellum de Critica Simonis, Lond. 1686. cum Iſaaci Voſſii Appendice Obſervationum ad Melam edita, *Matth. Honcamp*, Canonicus Regularis Moguntinus, in Examine Criticæ Simonianæ, Mogunt. 1690. 8. quod tamen eruditis non ſatisfecit, *Lud. Elias Dupin* in Diſſertat. præliminari de Auctoribus Bibliorum, *Claud. Fraſſenius* in Diſquiſitionibus Biblicis, Pariſ. 1682. de quibus abjecte ſentit Simon in Caſtigationibus Iſaaci Voſſii p. 225. Ex Reformatis, præter laudatos, Simoni occurrerunt *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris, & alias, *Jo. Henr. Heideggerus* in Exercitationibus Biblicis Cappelli, Simonis, Spinoſæ, & aliorum ſive aberrationibus ſive fraudibus oppoſitis, Tiguri 1700. 4. *Jo. Meyerus* in Diſſertatione præliminari & notis ad Seder Olam, *Jac. Triglandius*, de quo lege B. Tenzelii dialogos menſtruos an. 1698. p. 843. *Guilielmus Saldenus* in Otiis Divinis, & *Jac. Baſnage* in Examine Methodorum Cleri Gallicani, nec non in Diſſertatione epiſtolica tertia, quæ cum binis aliis Chryſoſtomi epiſtolæ ad Cæſarium Monachum addita, Trajecti ad Rhenum 1687. 8. prodiit, in qua examinat ea, quæ Simonius pro ſe ſcripſerat in præfat. ad novam Hiſtoriæ Criticæ editionem. Ex noſtratibus Simonium caſtigarunt B. *Joh. Bened. Carpzovius* in Orat. Inaugurali Lipſ. 1680. habita, *Jo. Henr. Majus* in Diſſertationibus Selectioribus de Scriptura Sacra, Francof. 1690. in 8. item in Diſſertationibus Sacris ibidem 1690. in 8. nec non in Introductione ad Studium Philolog. Crit. & Exegeticum, præterque hos Celeb. *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Commentar. de Cauſis Linguæ Hebrææ paſſim, ut ceteros taceam, qui hinc inde in commentationibus aut diſſertationibus Philologicis Simonianis hypotheſibus contradixerunt. Ceterum plura de Simonio & ſcriptis ejus lege in Ephemeridibus Pariſ. anni 1714. Jun. p. 613. ſqq. ed. Amſtelod. & in Relationibus Innoxiis vernaculis 1718. p. 426. Non tam amplam in eo fuiſſe literarum Orientis notitiam, quanta ad ea, quæ vel ſcribebat, vel moliebatur, opus erat, ex aliorum judicio refert Cl. *le Long* in Diſſert. Hiſtor. de-

(o) Vide Nova Literaria Lipſienſia Germanice edita an. 1718. p. 633.

de Bibliis Polyglottis p. 255. Confer doctiſſimi Abbatis Renaudoti Tract. de Perpetuitate Fidei Tom. V. cap. ultimo.

Proximus illi ſit V. C. *Jo. Clericus*, Profeſſor apud Arminianos Amſtelodamenſis, cui cum ipſo varia res fuit. Is ſubinde in ſcriptis ſuis recentiores Cappelli hypotheſes de corruptelis textus Hebræi, inanique Maſoretharum opera &c. ſequitur, & vehementer urget. Specimina complura habentur in *Arte Critica*, quæ primum Amſtelodami 1697. 8. 2. voll. hinc Londini 1698. tum altera vice Amſtelod. 1699. prodiit, ubi acceſſit Volumen III. Poſtea tria illa volumina & quidem nonnullis in locis auctiora lucem viderunt Amſtelod. 1712. iterumque Lipſiæ 1713. cum præf. Cl. *G. F. Jenichen*. Eandem is mentem jam ante hinc inde prodiderat in notis ſuis ad *Davidis Clerici* Quæſtiones Sacras, & *Stephani Clerici* Diatribas Amſt. 1685. editas; tum vero in Judiciis Theologorum Batavorum & eorundem defenſione, de quibus paulo ante diximus. In iſtis ſingularem de auctore Pentateuchi ſententiam ſuam fecit, eum non Moſen, ſed Sacerdotem quendam Iſraëliticum venditans, ab Aſſyriorum Rege ad inſtituendos novos regionis Iſraëliticæ incolas miſſum, qui vel ſolus, vel ab aliis adjutus, ſcriptionem illam ſuſceperit, qua de re infra dicemus, ubi ad conſiderandum Moſis Pentateuchum devenerimus. Scripſerunt contra ea præter Rich. Simonem, *Matth. Honcamp* in Examine Criticæ Simonianæ, ex noſtratibus vero *Jo Henr. Majus* in Diſſertationibus IV. Selectioribus, ex Reformatis *Herm Witſius* in Miſcellaneis Sacris p. 121. ſqq. & alibi. Epiſtola XI. & XII, quas Simonius *Natali Alb. de Verſé* adſcribit, exponunt de Inſpiratione Scripturæ Sacræ. Contra has ſcripſit *William Lowth*, in libro Anglicano, quem dixit *Vindicias auctoritatis divinæ & inſpirationis V. & N. Teſtamenti contra tractatum ex Gallico nuper Anglice tranſlatum ſub titulo quinque literarum de inſpiratione S. Scripturæ*, Lond. 1699. in 8. ſecunda vice, ubi accedit præfatio, in qua confutatur hypotheſis de auctore Pentateuchi antea memorata.

Idem Clericus in commentariis ſuis ſuper Pentateuchum & libros Hiſtoricos, nec non in Bibliotheca Univerſali, v. c. Tom. X. p. 130. principia iſta Criticæ recentioris adſtruere conatur. Et quamvis is in diſſertat. de Lingua Hebræa, quæ commentario in Pentateuchum præmiſſa eſt, ſub finem fateatur, nullos libros ex ultima antiquitate ad nos Dei beneficio perveniſſe, æque emendatos ac ſacros Hebræorum codices & quidem Maſorethicos, paulo poſt tamen pleraque *Ludov. Cappelli* placita placere ſibi profitetur. Nonnulla ejus εὑρήματα caſtigarunt ſubinde *Jo. Henr.*



Digitized by Google

*Henr.* & *Chriſtianus Benedictus Michaëlis*, Viri doctiſſimi, in uberioribus Annotationibus ad libros Hagiographos. Plura de noſtro ſcriptisque ejus lege in Parrhaſianis Tom. II. & in Vita ipſius, quam Cl. Jenichen novæ editioni Operum ejus Philoſoph. Lipſ. 1710. curatæ præmiſit.

Denique huc vocandus eſt *Marcus Meibomius*, Tonninga-Cimber, in Belgio diu verſatus, ibique an. 1711. fatis functus. Is multum omnino in publicis ſcriptis de ſingulari metri genere, quod in libris ſacris dominetur, prædicat, atque ejus beneficio codicem Hebræum ad priſtinam integritatem revocari poſſe cenſet, quem alioquin per varias ætates ante ipſos etiam LXX. Interpretes, inprimis autem poſt Hieronymum, ita corruptum putat, tum caſu, tum conſilio, ut nusquam non emendandi, transponendi, invertendi occaſio ſuppeditetur. Neminem certe norim, qui inſolentiam Criticam & temeritatem quadrata rotundis permutandi ulterius provexerit, quam Meibomius, qui, *τῇ ὑποθέσει δουλεύων*, & metrum rhythmosque ſuos exſculpturus in ipſas etiam Grammaticæ Hebrææ regulas graſſatur, linguæque analogiam in præjudiciorum ſuorum gratiam ſusque deque habet. In eum ſane, ſi in ullum alium, egregie quadrant verba *Simeonis Muiſii*, quibus hujusmodi hominum intemperiem caſtigat in Aſſertione Veritatis Hebraicæ prima p. 64. *Nunquam*, inquit, *invidebo illis hanc gloriam; quin juvabo, ſi potero. Faciant* ב *ex* כ, כ *ex* ב, ג *ex* נ, נ *ex* ג, ד *ex* ר, ר *ex* ד, ה *ex* ח *aut* ת, *aut etiam utramque hanc ex* ה *&* *alterutram ex alterutra. Sufficiant* ו *pro* ז, ז *pro* ו, י *pro* ו, ו *pro* י, *& ſi quæ ſunt aliæ ſimiles literæ. Mutent quadrata rotundis, pro* ם *reponant* ס, ל *pro* ר *ſubſtituant, quod illa aliquo caſu fortaſſe capite decurtata fuerit: rurſum, ſi libitum fuerit, amputent caput literæ* ל, *ut fiat* ר. *Liceat, quicquid libuerit. Puncta pro ſuo arbitratu commutent, literas transmutent, addant, ſubtrahant, omnia ſusque deque vertant. Vocabula in duo, tria aut plura etiam ſecent, & rurſum, ſi commodum videbitur, duo aut tria vocabula in unum compingant: modo ne Calecutica aut Japonica pro Hebraicis, & inſulſum aliquod opus pro divino Davidis poëmate nobis obtrudant; novamque Hebræam linguam orbi terrarum, quaſi Minervam Jupiter, e cerebro ſuo parturiant. Sit illis varius, ambiguus & verſatilis textus Hebraicus, mihi ſemper certus & conſtans erit.* Habes hic vivam artis Meibomianæ imaginem, quam expreſſit Muiſius ante, quam in *Speciminibus* ejus conſpicienda cominus daretur. Exhibuit is primum publico judicio dicta nonnulla Scripturæ Sacræ, noviter explicata, in calce libri de Triremibus an. 1671. tum an. 1678. *Jobi* quædam loca, hinc quædam *Ezechielis* more ſuo illuſtrata. Nec ſufficere

iſta

iſta ratus ſuccedere juſſit *Davidis Pſalmos XII. & totidem Sacræ Scripturæ V. T. integra capita, quæ novi Speciminis loco Biblicarum ſuarum Emendationum & Interpretationum priſco Hebræo metro*, (ita habet titulus) *reſtituit, & cum tribus interpretationibus adparere voluit*, Amſtel. 1698. fol. Præmiſit auctor epiſtolam dedicatoriam ad Reges & Principes Chriſtianos, in qua pollicetur, ſe integrum Sacrum Codicem eodem modo, quo ſpecimen hoc, i.e. Hebraice, Græce, Latine, & vernacula lingua, editurum eſſe cum notis, ſi præmium dignum exſpectare ſibi liceat. In præfatione gloriatur ſe 3000. & amplius corrupta loca reſtituiſſe, non ſine cœleſtis Spiritus lumine, quo factum ſit, ut Poëſeos Hebraicæ, inde a temporibus Jeremiæ & Danielis Prophetarum incognitæ, rationes detexerit. Lege plura in *Ludolphi Neocori* Bibliotheca Novorum librorum an. 1698. pag. 416. ſeqq. Non memini, quenquam Viri hujus inventum vel ſumma argenti, quam ingentem ſtatuit, redimendum, vel ſaltem elogio quodam extorquendum cenſuiſſe; quin potius complures mirati ſunt, qui fieri potuerit, ut homo alioquin eruditus adeo ſibi placuerit hypotheſi inani. Lege hanc in rem B. *Jo. Henr. Maji* Introductionem ad Studium Philolog. Criticum & Exegeticum, capite ultimo; B. *Jo. Joach. Zentgravii* Vindicias incorrupti Codicis Hebræi, Argentor. 1700. contra Meibomium editas; Rev. *Brandani Henr. Gebhardi*, Theologi Gryphiswaldenſis, Disquiſitionem de metro Meibomiano, Gryphiswald. 1692. & Cel. *Valentin. Erneſtum Læſcherum* in Commentariis de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 182. ſqq. qui p. 184. non obſcure pollicetur, ſe alibi univerſam Viri hypotheſin examinaturum. Adde & V. C. *Jo. Gottlob Carpzovii* Partem II. Introd. ad libros Biblicos p. 20. Caſtigat ejus emendationes ſubinde Cl. *Clericus* in commentariis ſuis v. c. ad Geneſ. XX. 6. p. 70. b. & p. 72. a. ſtrictimque futilitatem ei & inſanum judicium exprobrat doctiſſimus *Jo. Henr. Michaelis* in præf. ad Biblia Hebr. pag. 17. *Rudolphus Martinus Mehlführerus* in diſſertatione de fatis eruditionis Orientalis p. 30. ſummatim μετρομανίαν Meibomianam perſtringit, additque ſe nuper incidiſſe in meletema ἀκριβέστατον Viri doctiſſimi, qui fundamenta quaſi ac Enthuſiaſmum Meibomii Hebraicum detexerit. Plura de Meibomio hoc inveneris apud Cl. *Jo. Möllerum* in Homonymoſcopia pag. 700. & Hypomnematibus ad *Albert. Bartholinum* de Scriptis Danorum p. 317. qui Bartholin. de eodem exponit pag. 98. Vener. *Henr. Ludolf. Benthemium* in Statu Belgii Eccleſiaſtico & Scholaſtico p. 381. B. *Tenzelium* in Dialogis menſtruis 1698. pag. 837. ſq. & Cl. *Fellerum* in Otio Hanoverano pag. 155. Atque iſti fere ſunt



Digitized by Google

primipili & principes, qui de corruptelis Codicis Hebræi noſtra aut ſuperiori ætate verba fecerunt, contradicentibus iis, quorum ſimul fecimus mentionem.

XIII. Supereſt ut noſtram ipſi ſententiam exponamus. Statuimus itaque partim per providentiam divinam, partim ipſorum Judæorum cura ſingulari, interque eos Maſoretharum induſtria effectum eſſe, ut nulla corruptio univerſalis, ſive in majoris ſive minoris momenti rebus in Codicem Hebræum irrepſerit. Quæ enim hinc inde vel in Codicibus manu exaratis editisve, exemplaribus, vitia occurrunt, ita comparata ſunt, ut aliorum Codicum beneficio emendari poſſint. Hæc eſt poſt Buxtorfium communis noſtratium ſententia, pro qua ex Reformatis *Jo Leusdenius* in Philologo ſuo Hebræo, ex noſtratibus autem B. *Matthias Wasmuthus* in Vindiciis Hebraiſmi maſcule propugnavit, ut B. *Pfeiferum* in Critica Sacra, & B. *Abrab. Calovium* in Critico Sacro omittam. Utar hanc in rem verbis doctiſſimi *Valentini Erneſti Læſcheri* in Commentario de cauſis Linguæ Hebrææ pag. 442. *Non igitur*, inquit is, *hæc mens noſtra eſt, ut a nonnullis ſiniſtre capitur, codicem Biblicum manu ſcriptum vel typis expreſſum, qui in manus noſtras veniat, promiſcue a nobis pro ἀναμαρτήτῳ haberi, & , ſi quid ab illo diſſentiat, id omne nos cæco impetu rejicere; nec in ea verſamur opinione, quam inſpectio codicum palam refellit, ita cuſtoditum eſſe quemvis Hebræum Codicem, ut temeritas Critica, vel hallucinatio Scribarum, nihil hinc inde mutare potuerit. Sed ita arbitramur: etſi particulares codices, hic quidem in iſta, ille in alia parte alterationes leviuſculas paſſi ſint, nullam tamen mutationem in omnes codices ſimul ſumtos, h. e. in fontes abſtracte, ut Philoſophi loquuntur, conſideratos irrupiſſe, idque divina providentia præſidio cumprimis, deinceps aliqua Judaicæ gentis induſtria factum. Fatemur autem, mendas in ſcriptis & typo expreſſis exemplaribus dari; fatemur veterum & recentiorum Criticorum Iudaicæ gentis ſuſpiciones in unum alterumque Codicem immeaſſe, indeque factum, ut aliter Orientales, aliter Occidentales legerent; fatemur, per ſobriam Criticam Sacram ex collatione optimorum Codicum noſtras etiam recentiſſimas editiones (etſi ſatis bonæ ſint,) perfici, & quod caput rei eſt, extra diſceptationis aleam collocari poſſe.* Ita ille. Quomodo vero, quibus conſiliis, cautelis & præſidiis ejusmodi editio ingredienda ſit, idem Vir doctus p. 443. ſq. prudenter commonſtrat, cum quo digna eſt, quæ conferatur, erudititiſſimi *Danielis Erneſti Jablonskii* præfatio ad Biblia Hebræa Berolinenſia. Quæ in contrarium objiciuntur, & partim a *τοῖς* קרין & כתיבן, diſſenſionibus Orientalium

&

& Occidentalium, Ben Aſcher & Ben Naphthali, partim a Maſora, ejusque varietate & incertitudine, partim a diſſenſione verſionum antiquarum, tum inter ſe, tum a contextu Hebræo, partim ab allegationibus locorum Veteris Teſtamenti in Novo petita ſunt, ea infra e medio tollemus, ubi de Maſora variisque lectionibus diſſerendi dabitur locus. Hic ſuffecerit annotaſſe, peritiſſimorum judicio illas, quæ afferuntur, lectionum varietates, atque adeo textum Hebræum emendandi occaſiones, levis eſſe momenti, nec proinde ita comparatas, ut ſi vel maxime illæ hodie genuinarum & antiquiſſimarum lectionum loco haberi mererentur, Bibliomaſtigum & Anti-Scripturariorum cauſam peſſimam ullo modo ornent aut defendant.

Ita omnino ſentit *Jo. Buxtorfius* in tractatu de Punctorum antiquitate & origine Parte I. c. 16. p. 282. *Si etenim,* inquit is, *omnes varietates codicum Hebraicorum, quas in ſuis Codicibus Critici ipſorum annotarunt, qua veteres, qua recentes, in unum manipulum aut faſciculum colligantur, deprehendentur eſſe leviſſimi, & plane quoad ſenſum nullius momenti, ut Revelator ipſe agnoſcit, ita ut plerumque nihil aut certe parum admodum interſit, hanc an illam ſequaris lectionem.* Et poſt pauca: *Ex aliquot centenis ejusmodi variis lectionibus vix una deprehendetur, quæ ſenſum ſpectet, & ex antecedentibus & conſequentibus dijudicanda veniat.* Confutare quidem hanc aſſertionem conatur *Jo. Morinus* p. 631. Exercitatt. Biblicarum, ſed tranſigendum ipſi prius erat cum Cappello, ad cujus conſenſum hic provocat Buxtorfius. Is enim ipſe in Defenſione Criticæ ſuæ p. 574. ita: *Sane pleræque omnes illæ varietates, uti ſæpius in noſtra Critica repeto, nullius omnino, aut pene nullius ſunt, quoad fidem & mores, momenti, ut eo reſpectu perinde ſit, hanc an illam ſequaris lectionem.* Accedat his doctiſſimi Tubingenſium Theologi *Chriſtophori Matthæi Pfaffii* teſtimonium, qui, quamvis ceteroquin in Primitiis Tubingenſibus p. 65. ſqq. in hac cauſa a noſtratium Theologorum ſententia nonnihil recedat, idem tamen, quod iſti cum Buxtorfio pronunciant, largitur: *Quicquid autem*, inquiens p. 72. *ſit de Codicum MSS. & impreſſorum, qui Biblia Hebraica exhibent, variantibus lectionibus & erroribus, nemo unquam, cui orthodoxia cordi eſt, affirmaverit, integritatem Scripturæ Sacræ iisdem ſubrui, cum non ſolum variationes Maſoreticæ, Ben Aſcher & Ben Naphthali, Orientalium & Occidentalium, itemque omnes eæ, quæ in Codicibus MSS. & impreſſis inveniuntur, nec fidem tangant, nec magni momenti ſint, ſed & in minutiis utplurimum conſiſtant, textusque integritatem hac ipſa ratione probent potius, quam evertant.* Conf. idem in Inſtitutt. Theologicis p. 57.

Acce-

Accedit, ipſius Cappelli judicio textum Hebræum omnino pro baſi ponendum eſſe, illique præ ceteris innitendum. Ita enim is p. 637. Criticæ Sacræ pronunciat: *Quoniam ex omnibus veteribus Hebraicis V. T. codicibus ſolus hodiernus Judaicus divina providentia ad nos pervenit, unusque manet integer, hac debet jure optimo ejus eſſe prærogativa, ſupra alios Codices, ut ſit nobis baſis & fundamenti inſtar, tum ad examen verſionum, tum ad collationem codicum, ex quibus verſiones ſunt inſtitutæ.* Eadem ſententia eſt *Rich. Simonis* & *Jo. Clerici*, qui quamvis frequenter Hebræum textum ex ipſis etiam verſionibus emendari poſſe cenſeant, alter in Hiſtoria Critica V. T. alter in Arte Critica & commentariis; nolunt tamen quidquam in textu ipſo, quem Maſorethicum vocant, mutari.

Vindicias ſpecialium quorundam locorum, qui nonnullis temporum injuria aut librariorum negligentia corrupti habiti ſunt, ſusceperunt Viri cordati, doctique, v. c. ex noſtratibus *B. Salomon Glaſſius* in Philologia Sacra lib. I. pag. 44. ſeqq. *Theodoricus Hackſpanius* in Tratatu de Uſu librorum Rabbinic. Lipmanni Nizzachon ſubjuncto, p. 303. ſqq. & *B. Aug. Pfeifferus* in Dubiis Vexatis paſſim; ex Reformatis autem *Hottingerus* in Theſauro Philologico p. 146. ſqq. Meibomianas & Pezronianas corruptelas, textui Hebraico illatas, auctoribus ſuis ſpecialibus diſſertationibus remiſit venerandus Gryphiswaldenſium Theologus *Brandanus Henr. Gebhardi.*

XIV. Poſtquam integritatem ſacri Canonis adſtruximus, proximum eſt, ut de librorum ſacrorum diſpoſitione & partitione exponamus. Illa partitio reſpicit tum codicem Sacrum integrum ratione partium ſuarum ex quibus conſtat, tum partes ipſas, v. c. Pentateuchum Moſis, tum libros ſingulos reſpectu capitum & verſuum, de quibus ordine nunc videbimus. De variis Codicis Sacri appellationibus partim ἐγγεγράφοις, partim ἀγράφοις & a Judaica Eccleſia invectis dici poterat, niſi hac opera plane defuncti eſſent alii, nominatim *B. Jo. Henr. Majus* in diſſertationibus Sacris Loc. I. c. 1. *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 88. & 105. *Jo. Leuſdenius* in Philologo Hebræo Diſſ. I. & *Heerwartus* in Introductione ad Lectionem Biblicam p. 1. ſq. quæ cum Nucleo ejus Philologiæ Glaſſianæ prodiit. Frequentiſſima inter Judæos appellatio eſt, quam & Biblia Hebræa communiter in inſcriptione referunt, עֶשְׂרִים וְאַרְבַּע i. e. *viginti quatuor* a numero ſcilicet librorum ſacrorum; quos ita recenſent, ut quinque Moſis libris addant octo Prophetas, Joſuam, Judices, Samuelem, Reges, Jeremiam, Jeſaiam, Ezechielem, & δωδεκαπρόφητον,

φητον, i. e. 12. minorum Prophetarum volumen; ac denique undecim Hagiographa, i. e. Ruth, Pſalmos, Job, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Threnos, Danielem, Eſther, Esdram & Paralipomena. Vide de hac appellatione Judæorum veterum loca apud *Buxtorfium* in Tiberiade c. 11. *Jo. Lightfootum* in Horis Hebraicis ad Luc. XXIV. 44. Ex recentioribus Judæis lege *Eliam Levitam* præfat. III. in librum Maſoreth hammaſoreth. Hi XXIV. libri (pro quibus tamen antiquitas, ipſe quoque *Joſephus* lib. 1. contra Apionem p. 1036. *Hieronymus* & alii ſecundum 22. literas Hebræas numerant XXII. libro Ruth, τῷ Judicum, Threnorum autem Jeremiæ annexo) diſtingvuntur a Judæis in tres claſſes ſeu partes majores, ſcilicet in תּוֹרָה i. e. Legem, נְבִיאִים i. e. Prophetas, & כְּתוּבִים i. e. *Hagiographa*. De antiquitate & conditione hujus τριχοτομίας, ad quam a Sanctiſſimo Servatore noſtro alludi videtur *Lightfooto* ad Luc. XXIV. 44. dubitantibus aliis, (p) v. c. Pfeifero pag. 20. Criticæ Sacræ, lege inprimis B. *Io. Friſchmuthii* diſſertationem ſingularem, Ienæ 1665. habitam, *Io. Buxtorfium* in Tiberiade Parte I. c. 11. *Leusdenium* in Philolog. Hebræo Diſſ. II. *Io. Georg. Bindrimium* in Diſſert. de Prophetis, ubi & de diviſione in Legem, Prophetas & Hagiogr. *Richardum Simonem* lib. I. c. IX. Hiſtor. Crit. V. Teſt. & B. *Abrahamum Calovium* noſtratem in Prolegom. ad Biblia Illuſtrata, ex quibus ſimul intelliges, quod Judæorum in hac partitione fuerit conſilium, quæve ratio. Antiquiſſimam hanc eſſe diviſionem vel ſolus Eccleſiaſtici prologus evincit, in quo tota Scriptura divinior vocatur ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ ἄλλα πάτρια



(p) Nec mihi probabile videtur, CHRISTUM, Dominum noſtrum, ad hanc diviſionem digitum intendiſſe, quippe qui alibi ad Codicem Hebræum provocans, Moſis tantum & Prophetarum facit mentionem, v. c. Luc. XVI. 29. 31. Sic & Lucas ipſe XXIV. 27. commemoratis Moſe & Prophetis, addit: CHRISTUM, Dominum noſtrum, expoſuiſſe diſcipulis omnia, quæ de ſe in Scripturis omnibus tradita ſint, ubi ſane πᾶσαι γραφαὶ Moſis & Prophetarum nomine comprehenduntur. Non minus Paulus Actor. XXVI. 22. ex Scriptura Sacra commentatus, ait, ſe teſtatum nihil præter ea, quæ Prophetæ & Moſes prædixerint. Ex quo manifeſtum eſt, Sanctiſſimi Servatoris noſtri ætate διχοτομίαν potius obtinuiſſe, & ſcripta diviniora in Legem & Prophetas diſtincta fuiſſe. Neque obſtat locus Luc. XXIV. 44. ubi Pſalmi Moſis & Prophetarum ſcriptis adjunguntur. Ea enim verba ita putem interpretanda: *Omnia debent impleri, quæ ſcripta ſunt in Moſe, in Prophetis & cumprimis in Pſalmis*; quemadmodum verba Angeli ad mulieres: *Ite & dicite diſcipulis ejus ac* inprimis *Petro*, omnium judicio interpretanda ſunt Marc. XIV. 7. Junge his, quæ mox ad illuſtrem Joſephi locum dicturi ſumus. Confer Celeb. *Jo. Franc. Buddei* Hiſtor. Eccleſ. V. T. Part. II. p. 989. qui originem diviſionis hujus incertam eſſe ſtatuit.

τρία βιβλία, i. e. *Lex & Prophetæ, & ceteri libri a patribus ſeu majoribus accepti.* Quo etiam illuſtris Joſephi locus pertinet, qui in lib. I. contra Apionem p. 1036. Operum legitur (q).

*Pentateuchus* primo quidem, ſi Judæos audimus, non fuit in libros, multo minus in capita, diſtinctus, ſed ita exaratus, ut unus verſus videretur; quæ cauſa eſt, cur tota Scriptura nomine פסוק appellata ſit. Vide hanc in rem Hottingerum p. 99. & 226. Theſauri Philologici, ubi ad antiquiſſima quædam Bibliorum exemplaria continua ſerie exarata provocat, & Eliæ Levitæ locum producit ita habentem: דעת בעלי הקבלה כל התורה היא כפסוק אחד וי"א תיבה אחת h. e. *ex ſententia Cabbaliſtarum lex eſt inſtar verſus unius, & ſunt, qui dicunt, inſtar vocis unius.* Confer *Jo. Morini* lib. II. Exercitatt. Biblic. exercit. XVII. c. 1. Diſtinctionem vero in V. libros a LXX. Interpretibus primum invectam putant eruditi, quorum mos ſe deinde Judæis ita approbavit, ut & ipſi חמשה חומשי תורה

(q) Dignus Joſephi locus eſt, qui hic legatur integer: Οὐ μυριάδες, inquit is, βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων. δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία, τοῦ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως πεπιστευμένα. καὶ τούτων πέντε μέν ἐστι Μωυσέως, ἃ τοὺς γενομένους περιέχει, καὶ τὴν ἀπ' ἀνθρωπογονίας παράδοσιν, μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγῳ ἐτῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωυσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου τοῦ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως ἀρχῆς, οἱ μετὰ Μωυσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις. Οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. Ex his verbis colligitur, ut breves ſimus, XXII. libros ſacros numeratos eſſe Joſepho, quorum quinque ſint Moſis, tredecim Prophetarum, & quatuor denique hymnici. Qui quatuor cum probabiliſſima conjectura de Pſalmis, Proverbiis, Eccleſiaſte & Cantico Canticorum (quæ Hagiographa Judæi vocant) accipiantur, manifeſtum eſt, aliam partiendi rationem Joſephum hic ſecutum eſſe, quam quæ hodie obſervatur Judæis, qui ſcilicet Propheticos numerant octo, Hagiographos autem undecim. Hinc porro conſequitur, reliquos præter quatuor illos modo nominatos, a Joſepho Propheticis annumeratos fuiſſe. Quod ut dubio caret, ita obſcurum eſt, feceritne hoc Joſephus ex privata ſententia, an ex more ejus temporis publico. Si poſterius, egregio argumento excluſio Danielis ex Prophetarum numero oppugnari poſſet. Vide, quæ ad hunc Ioſephi locum commentati ſunt *Jo. Buxtorfius* in Tiberiade cap. XI. & *Henr. Valeſius* in Animadverſionibus ad Euſebium p. 47. felicius autem & diſtinctius Cl. *Campeg. Vitringa* in Obſervationibus Sacris lib. VI. p. 312. ſq. & Cl. *Chriſtianus Bened. Michaëlis* in præfatione *Uberioribus* ad Danielem *Notis* præmiſſa §. XXI. p. 32.

תורה i. e. *quinque quintanas legis*, ut hodie communiter vocantur, diſtinguerent, id quod jam Talmudis teſtimonio conſtat, ubi in Tract. *Sanhedrin* c. 4. & *Sopherim* c. 3. illorum חומשים mentio fit. Confer *Io. Lightfooti* Opera Tom. I. p. 509. ad Luc. IV. 17. & Celeb. *Iablonskii* præfat. ad Biblia Hebræa Berolinenſia § 37.

Procedente tempore iſti Moſis libri in minores ſectiones ſunt diſtincti, quas Paraſchas פרשיות, easque tum majores, tum minores vocant, eo fine comparatas, ut totus Pentateuchus legendo in Synagogis per annum abſolvi poſſit. Lege de illis, & quæ iis reſpondent *Haphtharis* ſeu Sectionibus Propheticis, (de quibus mox ſigillatim dicemus,) *Ioſephum Voiſinium* in notis ad *Raymundi Martini* procemium in Pugionem Fidei p. 97. ſqq. & p. 133. ſqq. *Bartoloccium* Tom. II. p. 593. ſeq. & 655. ſeqq. *Io. Morinum* in Exercitatt. Biblicis p. 489. ſqq. *Dan. Lundii* Diſput. de Paraſchis & Haphtharis, Upſal. 1704. (confer Nova Literar. Maris Balthici 1705. p. 240.) *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 215. *Leusdenium* in Philologo Hebræo, eundemque, ut & *Everh. van der Hooght* in præfationibus ad Biblia ſua Hebraica, nec non Cl. *Campeg. Vitringam* de Synagoga Vetere p. 964. ſqq. De Sectionibus Pentateuchi minoribus apertis & clauſis, quæ vocantur, exſtat etiam ſingularis diſſertatio Cl. *Joſuæ Henrici Opitii*, Kilonii 1706. 4. Recenſentur Paraſchæ illæ & Haphtharæ (quæ pro diverſitate gentium inter Judæos variant) a Voiſinio & Bartoloccio ll. cc. tum vero a *Laur. Fabricio* in Partitionibus Codicis Hebræi p. 178. ſqq. & in calce quarundam textus Hebræi editionum v. c. Jablonskianæ, &c. Paraſcharum recenſionem ſecundum literarum, a quibus ſingulæ incipiunt, ſeriem inſtitutam, (quod ad allegandi morem Judaicum intelligendum neceſſarium eſt,) habes in Buxtorfii Bibliotheca Hebraica pag. 286. ſeq.

Illam Paraſcharum originem Judæorum alii a Moſe, alii ab Eſra repetunt, quod poſterius veriſimile viſum fuit *Buxtorfio* p. 283. Biblioth. Rabbin. *Schickardo* in Bechinat Happeruſchim p. 18. & *Pfeifero* pag. 22. Criticæ Sacræ, quam in rem compara *Jo. Croji* Obſervatt. in N. T. Part. I. c. 2. Malim ego rem in medio relinquere. Recentiorem longe ætatem iis adſignat doctiſſimus *Læſcherus* in commentario de Cauſis Linguæ Hebr. p. 69. *Ipſam Paraſcharum*, inquit is, *diviſionem, & ad certa Sabbata adſtrictionem, poſt excidium urbis demum factam exiſtimo, quippe cum Chriſtus die Sabbati in Synagoga prælecturus elegerit, quam volebat, Eſaiæ partem, Luc. IV. 17. quod, ſi legibus fuiſſet contrarium, ipſe vitandæ offenſionis gratia non feciſſet, aut*

*ſine Judæorum obmurmuratione facere potuiſſet.* Sub templo primo non fuiſſe ſectiones minores, in quas libri Moſis abierint poſtea, neque capita, neque commata, ſed unam ſectionem ab alia beneficio accentus alicujus ſeparatam fuiſſe, Paraſchas omnes fuiſſe magnas, earumque ſingulas ſingulari titulo inſignitas, ut v. c. hiſtoria Noachi usque ad Abrahamum vocata ſit תולדות נח &c. tradit Codex *Avoda Sara* fol. 25. a. confer Cl. Surenhuſii librum *καταλλαγῆς* p. 38. ſeq. Paraſchas earumque lectionem cum ipſa Synagogarum inſtitutione, atque adeo ante ſanctiſſimi Servatoris noſtri ætatem ortas eſſe cenſet Celeb. *Joh. Franc. Buddeus* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Part. II. p. 989. ſeq. Haphtharas vero ad Antiochi tempora refert idem p. 990. Ceterum de Haphtharis æque ac Paraſchis exſtat ſingularis diſſertatio M. *Adami Erdmanni Miri*, Witteb. 1683. 4. habita.

Libri Moſaici dividuntur præterea in סְדָרִים i. e. *ordines*, qui capitum numerum non attingunt. Illorum indicem habes in limine Bibliorum Buxtorfianorum, de quibus plenius diſſerit *Voiſinius* ad proœmium Pugionis Fidei Raymundi Martini p. 140. Diviſio in capita ſive פְּרָקִים a Chriſtianis ad Judæos pervenit, inter quos primus ea uſurpavit *Mardochaus Nathan* in Concordantiis ſuis Hebraicis, quas ut idem ad Chriſtianorum exemplum compoſuit, ita non potuit non capitum diſtinctionem tanquam fundamentum earum præcipuum penitus approbare. Clara ſunt verba ejus in calce præfationis: *Eo quod autem vidi, eum, qui libros ſacros Latine transtulit, eos diviſiſſe in ſectiones, quæ non ſunt tales in libris noſtris, delineavi & diſtinxi verſus omnes, pro ratione numeri eorum ad numerum capitum.* Confer *Morini* Exercitatt. Biblicas p. 487. ſeq. *Buxtorfium* in Tiberiade p. 273. & *Hottingerum* pag. 221. Theſauri Philologici. Viciſſim *Bartoloccius* Parte IV. pag. 186. ſqq. pro diſtinctione in capita & verſus, a Moſe ipſo vel Esdra facta, acriter propugnat, & tandem inquit: *Maneat ergo, hujusmodi diviſiones, quas hodie* פרקים *appellitant, & nos capita appellamus, fuiſſe in principio a Legislatore adinventas, vel ab Esdra, ſacrorum librorum inſtauratore, ad majorem ipſius Sacræ Scripturæ diſtinctionem & dilucidationem adhibitas.* פְּסוּקִים ſive *verſus* aut *commata*, quæ hodie in Hebræo obſervantur, Judæi in tractatu *Megilla*, teſte *Elia Levita*, præfat. III. ad Maſoreth hammaſoreth repetunt a Moſe, dicentes: *quem verſum non diſtinxit Moſes, eum & nos non diſtinguimus;* ſicut & Talmudiſtæ ex Nehem. VIII. 8. ad divinam Esræ auctoritatem eos referunt, quorum loca vide apud Buxtorfium de Origine Punctorum pag. 80. & 82. Confer Buxtorfium Patrem in Tiberiade c. VIII. p. 39. At recentius inventum videtur

tur

Digitized by Google

tur omnibus, qui accentuum nullam habent rationem. Itaque Critici Cappelliani in univerſum omnes, Cappellus ipſe in Arcano Punctationis Revelato, *Rich. Simon* in Hiſtor. Critica V. T. lib. 1. c. 28. *Jo. Clericus* in Diſſert. de Interpretatione Scripturæ Sacræ, commentario in Geneſin præmiſſa §. 8. & *Jo. Morinus* in Exercitationibus Biblicis Exercit. XVII. cap. 1. in has partes concedunt. . His adſtipulatur Cl. *Hardtius* in Progr. ad Aben Esram, Helmſtad. 1712. editum p. 48. ſeq. Ait is veteres Judæos parvos admodum habuiſſe verſus, aut lineas admodum conciſas; poſteriores vero in commodum ſcribarum aut lectorum, aut ex imitatione Chriſtianorum in longiores eos produxiſſe: hinc & olim in quolibet libro duplo plures fuiſſe verſus, quam nunc ſint. Inde uſu veniſſe cenſet p. 47. ut in novis illis verſibus, quales hodie ſunt in Hebræis Codicibus, nonnulla conjungerentur, quæ erant ſeparanda. Provocat p. 49. ad *Morini* & *Buxtorfii* conſenſum. Buxtorfium neutrum ita ſtatuiſſe videbit, qui legerit loca a nobis paulo ante allegata. Contra Clericum in hoc argumento diſputat *Jo. Franckius* in præfat. ad Tenebras Lucidas pag. 32. ſeq. Ex Judæis recentioris ætatis *Abraham Aben Eſra* in limine libri Grammatici, quem מאזנים appellavit, tradit Esdram & Viros Synagogæ Magnæ docuiſſe accentus, ſectiones & verſuum diſtinctionem: de quo loco lege, quæ commentatus eſt Morinus in Opuſculis Hebræo-Samariticis p. 108. ſq., qui p. 226. monet, doctorem iſtum Judaicum id non adſerere tanquam certum & ratum apud ſuos, ſed ut ſuam afferre ſententiam, cui plerique alii Judæi adverſati ſint a recepta verſuum diſtinctione abeuntes, cujusmodi ipſe Aben Esra etiam ſine gravi animadverſione allegat. Idem Morinus p. 441. ſqq. Exercitatt. Biblic. evincere conatur, verſuum uſum Talmude poſteriorem eſſe, & qui in eo allegentur verſus ab hodiernis eſſe diſtinctos, id quod ex *Kidduſchin* cap. 1. fol. 30. apparere putat. Nec Hieronymi ætate commata fuiſſe recepta eidem videntur p. 476. ſeqq.

*Prophetæ*, qui alteram majoris illius diſtinctionis claſſem conſtituunt, diſpeſcuntur a Judæis in priores ſeu רִאשׁוֹנִים & poſteriores ſive אַחֲרוֹנִים. Ad illos pertinent Hiſtorici, libri *Iudicum*, *Samuelis* & *Regum*; hi autem ſunt vel majores, ut *Ieſaias*, *Ieremias* & *Ezechiel*, vel minores, ut reliqui duodecim omnes, de qua diſtinctione lege Friſchmuthum in diſſertatione ſupra laudata. De *Haphtharis*, i. e. Sectionibus Propheticis, quæ Paraſchis reſpondent, & a tempore Antiochi, legis lectionem vetantis, repetuntur ab Elia Levita in Tisbi p. 169. aliisque Judæis, lege, quos paulo

ante de Paraſchis commentantes allegavimus. Iis adde Cl. *Campeg. Vitringam* de Synagoga Veteri p. 992. ſqq. & M. *Io. Reinbardi* diſputationes duas, Witteb. 1674. habitas, quibus potiſſimum notæ marginales, Haphtharis addi ſolitæ, illuſtrantur, præterea vero de origine ipſarum Haphthararum diſſeritur, quam auctor non ab Antiocho, ſed ab Esdra ipſo repeti mavult.

Tertia claſſis complectitur כְּתוּבִים i. e. *Hagiographa*, ſeu γραφεῖα, ut Epiphanio vocantur. Huc pertinent præter libros Metricos, *Jobum*, *Proverbia* & *Pſalmos*, quos a literis initialibus tribus libros אמ"ת vocant Judæi, quinque volumina parva ſive Megilloth, *Canticum*, *Ruth*, *Threni*, *Eccleſiaſtes* & *Eſther*, (quæ frequenter cum Pentateuchis ſuis a Judæis edi ſolent,) ac denique *Daniel*, *Esdras*, *Nehemias* & uterque *Paralipomenon*. Rationem appellationis hanc reddunt Judæi שהכם כתובים ברוח הקדש h. e. *quod ſcripti ſint per Spiritum Sanctum* ſcilicet ἀμέσως, cum Prophetis ſua revelata ſint per ſomnium, viſionem, auditionem vocis, ecſtaſin &c. qua de re infra, ubi de Prophetis agetur, dicemus. Vide Kimchii præfat. in Pſalmos, Eliæ Levitæ Tisbi rad. כתב. In hac diviſione id præcipue caſtigatum eſt a Chriſtianis, quod Daniel Prophetarum proprie dictorum numero ſit excluſus. Vide hanc in rem *Friſchmuthum* c. II. diſſertationis antea laudatæ, *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 504. ſeqq. B. *Pfeiferum* in Critica Sacra p. 20. ſq. & quos ille citat, quibus adde *Herman. Witſium* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 19. §. 18. ſeqq. Judæos hac in parte cum Chriſtianis facile conciliari poſſe, atque adeo quicquid hic eſt pugnæ, logomachia abſolvi ſtatuit *Rich. Simon* lib. I. c. 9. Hiſtor. Crit. V. T. p. 54. caſtigatus ideo a *Voſſio* lib. II. Obſervationum Sacrarum p. 312. qui p. 264. excluſionem hanc ex odio Judæorum in Danielem, tanquam nimis clare de Meſſia vaticinatum, profectam putat. Id certum eſt, Judæos, ſi quid monſtri hic aluerint, facile compeſci & ad agnoſcendam propheticam Danielis auctoritatem compelli poſſe, cum in promtu ſint Talmudiſtarum & recentiorum Judæorum loca, in quibus Prophetæ nomine diſerte appellatur. Vide Codicem Megilla fol. 15. a. *Maimonidem* in More Nevochim Parte II. c. 45. & *Jachiadem* in Danielem cap. I. v. 15. qui ait, eum ſummum Prophetarum terminum eſſe adſecutum. Adde *Raymundum Martini* in Pugione Fidei Parte II. c. III. §. 3. & ibi Voiſinii notas p. 195. qui locum ex cap. XI. Sanhedrin affert, quo Daniel dicitur præſtantior

Aggæo,

Aggæo, Zacharia & Malachia. Confer quoque *Jo. Henr. Majum* in Diſſertationibus Selectioribus num. I, p. 48, ſq.

XV. *Ordo* librorum ſacrorum pro diverſa ætate fuit varius. *Notarunt, Doctores Gemarici in ordine ſectionum legalium atque in Sacra Scriptura verbis, & in Codicibus Sacris ante templum ſecundum & poſt illius deſtructionem ſub adventum Meſſiæ aliquam commentationem & tranſpoſitionem exſpectatam fuiſſe.* Ita Cl. *Surenhuſius* in libro καταλλαγῆς p. 38. ubi lege plura, ſpeciatimque locum ex *Succa* fol. 20. col. 1. quo Reſch Lakiſch memorat, Legem Moſis tribus temporibus de dignitate ſua aliquid amiſiſſe, reſtitutam vero fuiſſe per Eſram, tum per Hillelem Babylonium, ac denique deſtructo Templo II. per doctorem Chaijam. Codex *Bava Batra* fol. 14. col. 2. loco ſupra citato Propheticos libros ita recenſet, ut ſe invicem exceperint Joſuæ, Judicum, Samuelis, & Regum libri, hinc Jeremiæ, Ezechielis, Jeſaiæ, & XII. Prophetæ minores, tum Hagiographi Ruth, Pſalmi, Jobus Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum, Threni, Daniel, Eſther, Eſra, & Paralipomena. Ipſos Moſis libros olim *ſeptem* numeratos fuiſſe docent Talmudiſtæ in *Schabbath* fol. 115. col. 2. & 116. col. 1. quod inde affirmant *Maimonides* & *Bartenora* ad Codicem Pirke Avoth. Confer Surenhuſium l. c. p. 27. Speciatim ordo antiquitati cognitus immutatus apparet in Prophetis, inter quos ſecundum *Bava Batra* Jeremias & Ezechiel priorem *Jeſaia* locum obtinuerunt, qui nunc iſtos antecedit. Imo adhuc exſtant Codices quidam manu exarati, in quibus idem omnino ordo obtinet, quod ad tres Prophetas modo nominatos, ut Jeremiam Ezechiel, hunc autem Jeſaias excipiat. Talis eſt Codex quidam Bibliothecæ Erfurtenſis, teſte Cl. *Jo. Henr. Michaelis* in diſſert. de Codicibus MSS. Biblicis p. 5. qui & aliud ejusdem Bibliothecæ exemplar, nec non Maſoram Erfurtenſem ſingularem, tum vero Codicem quendam *Berolinenſem*, item *Jenenſem*, ac denique *Palatinum* (confer Buxtorfii Tiberiadem cap. 11. p. 26.) iſti hac in parte ſimiles pronunciat(r). Adde Cl. *Opitii* diſſertationem ſingularem de *Jeremia inter Prophetas majores primo*, Lipſiæ 1705. editam, & notam Bibliorum Hebr. Halenſium ad Jerem. I. 1. Rationem hujus ordinis eam dat *Kimchi* ex citato Bava Batra in limine præfationis in Jeremiam: *cum finis libri Regum ſit in excidio, Jeremias vero totus agat de excidio, Ezechielis finis conſolatio, Eſaias*

(r) Duos ejusmodi Codices, eundem ordinem obſervantes, poſſidet etiam doctiſſimus Uffenbachius, de quibus infra in recenſione Codd. MSS. plura dicemus.

Digitized by Google

*Eſaias vero totus agat de conſolatione ; ideo conjunctum eſt excidium excidio , & conſolatio conſolationi.* Ad hunc ordinem provocandum cenſuerunt nonnulli , qui hic idoneam cauſam videre ſibi viſi ſunt, cur Matthæi XXVII. 9. Jeremiæ nomen legatur in allegato dicto , quod Zachariæ XI. 12. 13. invenitur. Putarunt illi , divinum Scriptorem dictum , ab uno Prophetarum allegatum , deſtinato conſilio Jeremiæ adſcripſiſſe tanquam illi , qui primipilum inter Prophetas ageret. Placuit hæc difficultatis ſolutio *Jo. Lightfooto* in Horis Hebr. & Tlamudic. ad Matth. XXVII. 9. *Hermanno Verſteeg* in comm. Philolog. in Paſſionem Servatoris noſtri c. 27. §. 13. *Guil. Surenhuſio* in libro καταλλαγῆς p. 280. *Jo. Sauberto* in Variis Lectionibus ad citatum Matthæi locum , & aliis. Sed non approbarunt illi ſententiam ſuam eruditiſſimo *Vitringa* in prolegomenis ad commentar. in Ieſaiam p. 19. ſqq. quam etiam deſerendam cenſent B. *Friſchmuthus* in diſſert. ad Zachar. XI. 12. Cl. *Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1104. & doctiſſimus *Salomon Deylingius* Parte I. Obſervat. Sacrarum p. 114. ſq. Rectius ſane illi mihi agere videntur, qui cum Calovio in Bibl. Illuſtr. ad Matthæi I. c. τὸ ῥηθὲν proprie accipiunt, ſtatuuntque Jeremiam hæc primo ore protuliſſe, quæ deinde Zacharias ſcripto conſignarit.

Pſalmi quoque olim , ſi eidem Codici Bava Bathra fides habenda eſt , non primum inter Hagiographos locum tenuerunt , ſed potius liber *Ruth* , quo ipſo , ſi quidem ille ordo univerſalis fuiſſe credendus eſſet , concideret Virorum doctorum ſententia , qui Luc. XXIV. 44. a Sanctiſſimo Servatore noſtro Pſalmorum nomine totum Hagiographorum volumen, tanquam cujus initium illi facerent, indicatum cenſent. In MSS. Codicibus non ſemper quinque Volumina, quæ vocantur, eo, quo in Bibliis hodie exſtant , ordine occurrunt. Habet certe Bibliotheca Uffenbachiana codicem , in quo poſt librum Ruth , Canticum, hinc Coheleth, Threni & Eſther leguntur. Vide recenſionem MSS. Uffenbachianorum Parte I. p. 5. Id itaque ex his, quæ diximus, intelligitur, Eccleſiam Judaicam in ordine ipſorum librorum non multum repoſitum credidiſſe , quippe quem hinc inde mutavit. Sic LXX. Interpretum ætate recepta fuit illa majorum Prophetarum Diſpoſitio , quæ hodie eſt in Bibliis Hebraicis : illis vero omnibus præpoſiti ſunt Prophetæ minores. *Joſephus* adv. Apionem lib. I. p. 1063. τεϰχοτομίαν librorum ſacrorum receptam recipit quidem, ſed *Hagiographorum* ſive Hymnicorum , ut vocat , rationem fere turbat , quando illuc præter Pſalmos , tres Salomonis libros refert , reliquos vero Propheticis annumerat,

rat, qua de re ſupra diximus. Judæi recentiores in Bibliis Hebraicis non eundem ſeqvuntur ordinem, quod ex R. Schabtai in prolegomenis ad שפתי ישינים p. 10. b. apparet, & ex Indiculis mox ſubnectendis conſtare poteſt. Communiſſima ea eſt ratio, ut 5. Megilloth vel Pentateucho ſtatim ſubjiciantur, & hinc ſequantur primo libri Prophetici prioris & poſterioris claſſis, tum vero Hagiographi, quod fit in editionibus Venetis Bombergianis, & in Neſſelii illa Lugdunenſi; vel eadem volumina ſuum inter Hagiographa locum ordinarium occupent, & ea prodeat ſeries: *Pentateuchus, Joſua, Iudicum, Samuelis, & Regum libri; Ieſaias, Ieremias, Ezechiel, Hoſeas, Ioel, Amos, Obadias, Ionas, Micha, Nahum, Habacuc, Zephanias, Haggai, Zacharias, & Malachias*: tum Hagiographa, *Pſalmi, Proverbia, Iob, Canticum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes, Eſther, Daniel, Esdras, Nehemias & Paralipom.* Hac ſerie comparent in Bibliis Buxtorfianis Baſileenſibus, Leusdenianis item, Clodianis, Jablonskianis & recentioribus omnibus. Exemplaria Pentateuchi, quæ Judæi ſeorſim edere conſveverunt, fere ſemper addita habent quinque Volumina, quæ deinde utplurimum clauduntur ab Haphtharoth ſeu Sectionibus Propheticis. Cum vero non pauca in hac omni collocatione merito deſiderentur, quæ commemorata vide a *Morino* p. 140. Exercitationum Biblicarum, *Calovio* in Critico Sacro p. 384. & *Heideggero* in Exercitatt. Biblicis p. 208., noſtrates aliam ingreſſi ſunt viam. Atque illi quidem libros Sacros diſtingvere utplurimum ſolent in *Hiſtoricos, Poëticos* & *Propheticos*, ita ut *Hiſtorici* inde a Pentateucho ad librum Eſther, *Poëtici* a Iobo ad Canticum, & Prophetici a Jeſaia ad Malachiam decurrant.

## APPENDIX SECT. I.

POſtquam ſic de canone librorum ſacrorum, eorumque partitione, numero & ordine pro inſtituti ratione diſſeruimus, operæ pretium fuerit, in tabula repræſentare, quid & Judæi & Chriſtiani, tum Græcæ tum Latinæ Eccleſiæ, ſæculis antiquioribus de ordine & numero librorum Biblicorum ſtatuerint. Qua quidem opera cum diligenter defunctus ſit *Humfredus Hody*, Vir diligentiſſimus, in egregia commentatione de Textibus Originalibus Bibliorum pag. 644. Indices ab eo concinnatos huc transferemus.

## *Deſignatio numeri & ordinis librorum ſacrorum juxta Judæos.*

*Col. 1.*

Ioſephus lib. 1. contr. Apion. p. 1036.

Sunt nobis 22. tantum libri: 5 Moſis; 13 libri Prophetarum, qui ſuorum temporum res geſtas ſcripſere uſque ad regnum Artaxerxis; 4 libri, hymnos ad Deum & admonitiones ad corrigendam hominum vitam continentes. (Hi 4. ſunt Pſalmi, Proverb. Eccl. Cant.; Alii iſti 13. videntur fuiſſe Ioſ. Iud. (cum Ruth) Sam. Reg. Chron. Eſra (cum Nehem.) Eſther, Iob, Ieſ. Ier. (cum Lament.) Ezec. Dan. XII Prophet. Conf. quæ ſupra a nobis de h. l. dicta ſunt p. 42.

*Col. 2.*

Partitio in lib. 22. juxta numerum litt. Hebr. S. Hieronymi tempore, quem vide Prolog. in Reg.

Lex, ſc. Breſchith (Gen.) Elleſmoth (Exod.) Vajikra (Levit.) Vajedabber (Num.) Ellehadborim (Deut.)

Prophetæ 8. 1 Ioſ. 2 Sophthim (Iud.) comprehenſo libro Ruth, 3 Sam. 4 Malachim (Reg.) 5 Eſai. 6 Hier. 7 Ezech. 8. XII. Prophetarum liber.

Hagiographa. 1 Iob. 2 David ſeu Pſalmorum libri 5. Salomon tres libros habens ſc. 3 Miſle (Prov.) 4 Coeleth (Eccleſ.) 5 Sirhaſirim (Cant.) 6 Dan. 7 Dibrehajomim, (i. e. verba dierum ſ. Chronic.) 8 Eſdras (cum Nehem.) 9 Eſther. Nonnulli Ruth & Cinoth inter Hagiogr. ſcriptitant, & libros 24. ſupputant.

*Col. 3.*

Alii ſecundum numerum quoque lit. Hebr. 22.

Gen. &c.
Ioſ.
Iud. (& Ruth)
Sam.
Reg.
Iſai.
Ier.
Ezech.
XII. Proph.
Pſal.
Prov.
Iob.
Dan.
Eſra (& Neh.)
Chron.
Eſther.
Eccleſ.
Cantic.

*Col. 4.*

Maſorethæ, qui numerant in

| | versus |
|---|---|
| Geneſi | 1534 |
| Exod. | 1209 |
| Lev. | 859 |
| Num. | 1288 |
| Deuter. | 955 |
| Ioſ. | 656 |
| Iudic. | 618 |
| Sam. | 1506 |
| Reg. | 1534 |
| Iſai. | 1295 |
| Ier. | 1365 |
| Ezec. | 1273 |
| XII. Pr. | 1050 |
| Pſal. | 2527 |
| Prov. | 915 |
| Iob. | 1070 |
| Cant. | 117 |
| Ruth | 85 |
| Lament. | |
| Eccl. | 222 |
| Eſther | 166 |
| Dan. | 357 |
| Eſra (& Neh.) | 688 |
| Chron. | 1763 |

Ut huic numero 24. pares faciant lit. Hebr. *Jod* ter in honorem nominis *Jehova* repetunt.

*De-*

*Deſignatio numeri & ordinis librorum Biblic. ſecundum Judæos, ex Bibl. Hebr. impreſſis.*

*Col. 5.*

Apud Galatin. l. 1. c. 1.
Lex, Geneſ. &c.
Proph. primi:
Iehoſuas.
Iud.
Semuel.
Reges.
Proph. poſtumi:
Eſai.
Ier.
Iehezkel.
XII. Proph.
Hagiographa:
Chron.
Pſal.
Prov.
Iob.
Ruth.
Eccl.
Lament.
Cant. C.
Eſther.
Dan.
Eſra cum Nehem.

*Col. 6.*

Talmudici in Bava Bathra f. 14 b. & 15. a.
Lex, vid. Geneſ. &c.
Prophetæ 8.
1. Ioſ.
2. Iud.
3. Sam.
4. Reg.
5. Ier.
6. Ezech.
7. Iſai.
8. 12 Proph.
Hagiographa:
Ruth.
Pſal.
Iob.
Prov.
Eccl.
Cant.
Lam.
Dan.
Eſth.
Eſra.
Chron.
Vide locum integrum ſupra p. 3. Eundem ordinem ſequitur *Maimonides*.

*Col. 7.*

Alii eodem num. ſed ordine diverſo Lex, ſc. Gen. &c. Proph. priores:
Ioſ.
Iud.
Sam.
Reg.
Proph. poſter.
Iſai.
Ier.
Ezech.
XII. Proph.
Hagiographa:
Pſal.
Prov.
Iob.
Dan.
Eſra (cum Neh.)
Chron.
Ruth.
Eſth.
Eccleſ.
Cantic.
Lamentat.
Alii ab hoc ordine in eo tantum differunt, quod *Ruth* poſt *Eſther* colloeant; ap. Sixt. Senenſ. lib. 1.

*Col. 8.*

Partitio in lib. 27. 5 libris diviſis in gratiam literarum duplicium, viz. ץ, ף, ן, ם, ך, (v. Hier. Prolog. in Reg.)
Gen. &c.
Ioſ.
Iud. (& Ruth)
Sam. 1.
Sam. 2.
Reg. 1.
Reg. 2.
Chron. 1.
Chron. 2.
Eſdras.
Nehem.
Iob.
Pſal.
Prov.
Eccl.
Cant.
Iſai.
Ier.
Lament.
Ezech.
Dan.
XII. Proph.
Alii, ut libros 27 faciant, Ruth a Iud. ſeparant, conjunctis Ier. & Lament. Ita ap. Sixt. Senenſ.

*Deſignatio numeri & ordinis librorum Biblic. ſecundum Judæos, ex Bibl. Hebr. impreſſis.*

| Col. 9. | Col. 10. | Col. 11. | Col. 12. | Col. 13. | Col. 14. | Col. 15. | Col. 16. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Bombergi* | *Piſauri* 4. | *Bombergi* | *Munſteri* | *R. Stephani* | Ven. 1547. | *Henr. Ste-* | *Manaſſis* |
| Venet. | an. 1494. | Ven. 1515.* | Baſil. Hebr. | Pariſ. | 2 vol. Ven. | *phani* Pa- | *ben Iſr.* |
| 591.4.(a) | Fel. Prat. | 2 voll. fol. | & Lat. 1534. | 1543. 4. | 1568. per | riſ. 1565. | Amſtel. |
| (Tom. I. | Ven. 1517. | Gen. &c. | Tom. I. | Gen. &c. | *Io. de Gara,* | 7 Vol. 16. | 1635. 4. |
| non vidi.) | 3 vol. fol. | Ioſ. | Gen. | Ioſ. | *Hutteri* | Gen. &c. | Gen. &c. |
| Iſai. | Ven. 1525 | Iud. | Ioſ. | Iud. | Hamb. | Ioſ. | Pſal. |
| Jer. | 4. Ven. 1548 | Sam. 2. | Iud. | Sam. 2. | 1587. *Bux-* | Iud. | Prov. |
| Ezech. | Ven. 1639. | Reg. 2. | Sam. 2. | Reg. 2. | *torf.* Baſil. | Sam. 2. | Iob. |
| XII. Pr. | cum com. | Pſal. | Reg. 2. | Chron. 2. | 1618. Iu- | Reg. 2. | Dan. |
| Pſal. | R. Lūbroſi. | Prov. | Ieſaia. | Eſra. | dæorum | Chron. 2. | Eſra. |
| Prov. | Geneſ. &c. | Iob. | Iirmeja. | Nehem. | Bib. Hiſp. | Prov. | Nehem. |
| Job. | Pent. min. | Megill. | Jehezkel. | Iob. | ad A. M. | Iob. | Chron. 2. |
| Dan. | ſive Megill. | Cant. | XII. Proph. | Pſal. | 5431. | Cant. | Cant. |
| Eſdras | Cant. | Ruth. | Pſalt. | Prov. | Gen. &c. | Ruth. | Ruth. |
| (cum | Ruth. | Lament. | Prov. | Cant. | Ioſ. | Lament. | Lament. |
| Neh.) | Lament. | Eccleſ. | Iiob. | Ruth. | Iud. | Eccl. | Eccleſ. |
| | Eccleſ. | Eſth. | Dan. | Lament. | Sam. 2. | Eſther. | Eſther. |
| | Eſther. | Pr. maj. | Eſra. | Eccleſ. | Reg. 2. | Iſai. | Ioſ. |
| | Pr. prior. | Iſai. | Nehem. | Eſther. | Iſai. | Ier. | Iud. |
| | Joſ. | Ier. | Annal. lib. | Iſai. | Ier. | Ezech. | Sam. 2. |
| | Jud. | Ezech. | 2. Megil- | Ier. | Ezech. | Dan. | Reg. 2. |
| | Sam. 2. | XII. Proph. | loth. ſc. | Ezech. | XII. Pr. | Eſra. | Iſai. |
| | Reg. 2. | Eſra (cum | Cantic. | Dan. | Pſal. | Nehem. | Ier. |
| | Pr. poſt. | Nehem.) | Ruth. | XII. Pr. | Prov. | XII. Pr. | Ezech. |
| | Iſai. | Chron. | Threni. | | Iob. | (Pſalter. | XII. Pr. |
| | Jer. | lib. 2. | Eccleſ. | | Cant. | ſeorſim e- | Ariæ Mon- |
| | Ezech. | | Eſther. | | Ruth. | ditum eſt.) | tani Biblia |
| | XII. Proph. | | | | Lament. | | Interlin. |
| | Hagiogr. | | | | Eccl. | | ſeqvuntur |
| | Pſal. | | | | Eſther. | | Ord. Vulg. |
| | Prov. | | | | Dan. | | |
| | Job. | | | | Eſra. | | |
| | Dan. | | | | Nehem. | | |
| | Eſra. | | | | Chron. 2. | | |
| | Nehem. | | | | | | |
| | Chron. 2. | | | | | | |

De-

(a) Hanc editionem fictitiam eſſe recte monuit Cl. le Long in Biblioth. Sacra p. 98. neque audeo ego conjicere, quam innuere voluerit Hodius.

* Neſcio, quam hic indicet Bombergii editionem Hodius, cum illam anni 1515. nec viderim, nec memoratam invenerim.

*Deſignatio libb, Biblic. &c, ſecundum Biblia Hebr, MSS.*

| *Col.* 17. | *Col.* 18. | *Col.* 19. | *Col.* 20. | *Col.* 21. | *Col.* 22. | *Col.* 23. | *Col.* 24. | *Col.* 25. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Codices B. *Aſcher* & B. *Naphthali*(collati inter ſe in Buxtorf. & Walton.<br>Gen. &c.<br>Joſ.<br>Jud.<br>Sam. 2.<br>Reg. 2.<br>Iſai.<br>Jer.<br>Ezech.<br>XII. Pr.<br>Chron. 2.<br>Pſal.<br>Job.<br>Prov.<br>Ruth.<br>Cantic.<br>Eccl.<br>Lament.<br>Eſther.<br>Dan.<br>Eſra (cum Nehem.) | *Pocock*, Bodlej. 347.348.<br>Gen. &c.<br>Joſ.<br>Jud.<br>Sam. 2.<br>Reg. 2.<br>Iſai.<br>Jer.<br>Ezech.<br>XII. Pr.<br>Chron. 2.<br>Pſal.<br>Job.<br>Prov.<br>Dan.<br>Esra (cum Neh.)<br>Eccl.<br>Cant.<br>Lament.<br>Ruth.<br>Eſther.<br>―――<br>*Marſhall.* (imperf.)<br>Sam. 2.<br>Reg. 2.<br>Jer.<br>Ezech.<br>Iſai.<br>XII. Pr. | *R. Leonis Modena* Bodl. Arch. A. Seld.<br>Gen. &c.<br>Pr. prior.<br>Joſ.<br>Jud.<br>Sam. 2.<br>Reg. 2.<br>Pr. poſt.<br>Iſai.<br>Jer.<br>Ezech.<br>XII. Pr.<br>Hagiog.<br>2 Chr.<br>Pſal.<br>Prov.<br>Job.<br>Ruth.<br>Cant.<br>Eccl.<br>Lament.<br>Ahasveros (i.e. Eſth.)<br>Dan.<br>Eſr. 1.<br>Eſr. 2. | Laud. A. 162.172.<br>Gen. &c.<br>Joſ.<br>Jud.<br>Sam. 2.<br>Reg. 2.<br>Iſai.<br>Jer.<br>Ezech.<br>XII. Pr.<br>Pſal.<br>Job.<br>Prov.<br>Ruth.<br>Cant.<br>Eccleſ.<br>Lament.<br>Eſth.<br>Dan.<br>Esra (cum Neh.)<br>Chron. 2<br>―――<br>Super D. 1. Art. 9. (imperf.)<br>Eſra.<br>Neh.<br>Job.<br>Chron.<br>Eſth.<br>Ruth. | Ab inf. Oriente primo in Angliam advect. vol. 3. grand. Archiv. A. Bodlej.<br>Gen. &c.<br>Iſai.<br>XII. Pr.<br>Ruth.<br>Eccl.<br>Cant.<br>Lament.<br>Eſther.<br>Pſal.<br>Job.<br>Prov.<br>Dan.<br>Eſra (cum Nehem.)<br>Chr. 2.<br>―――<br>Vol. 4. in quo reliqua continebantur, deſideratur. Habetur Pent. Hebr. & Chald. verſibus alternis. Et libri omnes nomen habent a primo, quo incipiunt vocabulo. | Huntington. B vol. 11.12<br>Gen. &c.<br>Joſ.<br>Jud.<br>Sam. 2.<br>Reg. 2.<br>Jer.<br>Ezech.<br>Iſai.<br>XII. Pr.<br>Ruth.<br>Pſal.<br>Prov.<br>Eccl.<br>Job.<br>Cant.<br>Lament.<br>Dan.<br>Eſra (cum Neh.)<br>Eſther.<br>Chron. 2<br>―――<br>Ibid 161. Pr. poſt.<br>Iſai.<br>Jer.<br>Ezech.<br>XII. Pr. | Coll. *Oriel.* Pentat. ſeqvuntur Sect. in Synag. legi ſolitæ, deinde<br>Joſ.<br>Job.<br>Cant.<br>Lament.<br>Dan.<br>Eſther.<br>Eſra (cum Nehem.)<br>Chron. 2.<br>―――<br>Vol. Hebr. Lat. Coll. S. *Joan.*<br>Joſ.<br>Jud.<br>Cant.<br>Eccl.<br>―――<br>Coll. Jeſu imperf. Vol. 2do.<br>Cant.<br>Ruth.<br>Lament.<br>Eccleſ.<br>Eſther.<br>Sectiones in Synag. legi ſolitæ, *Pſalmi* & *Proverb.* in margine minori & alia manu. | Colleg. C. C. (imperf.)<br>Joſ.<br>Jud.<br>Sam. 2.<br>Reg. 2.<br>Ezech.<br>Lament.<br>Eccleſ.<br>Eſther.<br>Cant.<br>Jer.<br>Jeſai.<br>XII. Pr.<br>Pſal.<br>―――<br>Ibid. 2 vol. imperf.<br>Gen. &c. in vol. 2do.<br>Iſai.<br>Jer.<br>Ezech.<br>XII. Pr.<br>Vol. 3. deſideratur. | Ibid. R. Salom. com. in Gen. &c.<br>Joſ.<br>Jud.<br>Sam. 2.<br>Jer.<br>Ezech.<br>Iſai.<br>XII. Pr.<br>Pſal.<br>Job.<br>Prov.<br>Cant.<br>Ruth.<br>Eſth.<br>Lament.<br>Eccleſ.<br>Dan.<br>Eſra (cum Neh.)<br>―――<br>In Bibl. Ducis Urbini apud Poſſeſ. imperf.<br>Paralip.<br>Pſalt.<br>Salom.<br>Ruth.<br>Eſth.<br>Jer.<br>Dan.<br>Eſai. |



Digitized by Google

*Deſignatio librorum Biblicorum &c.*

*Col. 26.*

MELITO Sard. A.C. 170. Euſ H.E.IV.26.

Ego cum inOrientem protectus eſſem, & ad locum ipſum perveniſſem, in quo hæc & prædicata & geſta olim fuerunt, V. T. libros diligenter didici, eorumque indicem ad te miſi
Moyſis lib. 5.
Ieſus Nave.
Iud.
Ruth.
Regn. 4.
Paralip. 2.
Pſal. Dav.
Sal. Prov. quæ & Sap.
Eccleſ.
Cant. C.
Iob.
Prophet. Eſai.
Ier.
XII. Proph. lib. 1.
Dan.
Iezek.
Esdras.

*Col 27.*

CAN. APOST. dict. 85. Sint vobisomnibus libri venerabiles & ſancti V. T.
Moyſis 5.
Ieſu F. N. 1.
Iud. 1.
Ruth 1.
Regn. 4.
Paral. lib. dier. 2.
Esdræ 2.
Eſther 1.
(a) Maccab. 3.
Iob. 1.
Pſalmi 150.
Salom 3. viz.
Prov. Eccleſ.
Cant. C.
Prophetæ 16.

(Extra hos vobis inſuper commemoratum ſit, ut juvenes diſcant ſapientiam eruditi Sirachi.)

*Col 28.*

CONSTITUTIONES APOST. dictæ lib. 57.

Lector legat libros Moyſis & Ieſu F. N. Iud. & Reg. & Paralip. & quæ de populi reditu conſcripta ſunt; item Jobi & Salomonis libros & Prophet 16 Alius David hymnos pſallat, de- in Acta noſtra recitentur, & Epiſt. Pauli &c.

*Col. 29.*

ORIGENES an. 230. ap. Euſeb. H. E. VI 25.

Sciendum eſt, V. T. libros eſſe 22. ſicut ab Hebræis traditur: qui numerus etiam literarum apud eos habetur. Sunt autem 22. libri juxta Hebræos hi:

Geneſis a nobis dicta ab Hebr. ex ipſius libri initio deſumta appellatione vocatur Breſith, i. e. in principio.

Exodus, Hebr. Vallesmoth, i. e. hæc ſunt nomina.

Levit. Heb. Vaicra, i. e. Et vocavit.

Nũ. Hameſphecodim.

Deut. Elle Haddeborim, i. e. hæc ſunt verba.

Joſ. F. Nave: Joſue ben Nun.

Iud & Ruth l. 1. quem appellant Sophetim.

Regn. 1. 2. apud eos lib. 1. Samuel dictus, i. e. vocatus a Deo.

Regn. 3. & 4. in lib 1. dicto Vamelech David, i. e. & Rex David.

Paralip. 1. 2. libro 1. dicto Dibre haijamin, i. e. verba dierum.

Esdras 1. 2 libro 1. dicto Eſra, h. e. adjutor.

Lib. Pſ. Sepher Tillim.

Salom Prov. Mislorh.

Eccleſ. Coeleth.

Cant. C. Sir Haſſirim.

(b) Eſaias, Ieſaia.

Ier. cum Lam & ep. in lib. 1. dicto Ieremja.

Daniel, Hebr. Daniel. Ezekiel, Jeczkel. Iob, Hebr. Iob. Eſther, Hebr. Eſther.

Extra horum cenſum ſunt Maccabaica, inſcripta Sarbet Sarbancel.

*Col 30.*

ATHANASIUS circa an. 330. Ep Paſchali ſunt V T. juxta litt. Hebr libro XXII.
Gen. &c.
Ieſ. F. N.
Iud.
Ruth.
Regn. 1. 2. lib. 1.
Regn. 3. & 4 lib. 1.
Paralipom. 1. 2. lib. 1.
Pſal.
Prov.
Eccl.
Cant. C.
Iob.
XII. Proph. lib. 1.
Eſai.
Ier. cum Bar. Lam. & (a) Epiſt.
Iezek. Dan. quibus totum V. T. concluditur.

Blaſtares obſervat Athanaſium Lamentationes, Baruch & epiſtolam addere Ieremiæ. Apud Zephyri Catenam in Pentateucho ipſo initio Athanaſio perperam tribuitur, quod dicat de Judæis: *Paralipomenon duos prætereunt: itemque totum Esdram in Codicem unum conferunt. Duodecimq́ poſtremos Prophetas uno ſimiliter Vol. complectuntur. Eſther vero Judith & Tobias, nec non & Sap. Salomonis & Sap. Jeſu F. Sirach. in hunc cenſum non referuntur.*

(a) Deſunt Maccab. in Collect. *Jo. Antioch.* etſi in Lat. verſione, neſcio quo errore, conſpiciantur. Legitur ibi: Εσθὴρ ἕν, Ψαλτήριον ἕν, Σολομῶντος τρία. &c. *Judith*, quem inſeruit *Cotelerius* in ſua edit. fatetur ipſe ab aliis editt. & 7. Codd MSS. Reg. Pariſ. abeſſe, & in uno tantum reperiri. Zonaram etiam expreſſe dicere, *Judith* in hoc catal. non contineri. Canon iſte cum aliis multis longe recentior eſt reliquis, qui dicuntur Apoſtolici. Hinc in Codice, quo uſus eſt D Exiguus in Rom. Collect. compilanda non comparuit. Apud Simeonis Log. Epit. Can. dicitur volumen ſacrum juxta hunc canonem ἡ ἑξηκοντάβιβλος.

(b) Apud Ruleoii Codd. hos diernos, & ap. Niceph. V. 6. deeſt lib. XII Prophetarum: habetur vero in Ruffini verſ. Euſeb VI. 18 ſtatim poſt Cant. Neque aliter conſtituitur numerus 22.

Digitized by Google

*ſecundum Scriptores Eccleſiæ Græcæ.*

| *Col. 31.* | | *Col. 32.* | *Col. 33.* |
|---|---|---|---|
| SYNOPS. S. SCRIPT. | Alii libri V. T. qui- | CYRILLUS Hieroſol. | CONC. LAOD an. 367. |
| Athanaſio falſo adſcripta. | bus contradicitur: | an. 350. Catech. IV. | Can. ult. (b). |
| Gen. &c. | Maccab. 4. | Libros V. T. 22. me- | Hi ſunt libri, quos |
| Ieſ. F. N. | Ptolemaica: | ditare, qui ſunt legis | legi oportet ex V. T. |
| Iud. | Pſ. & Cant. Salom. | libri: Gen &c. | Gen. &c. |
| Ruth, | Suſanna. | Hiſtorici: | Ieſ. N. |
| Regn. 1. & 2. lib. 1. | Libri Apocr. V.T. | Ieſ. F. N. (c) | Iud. |
| Regn. 3. & 4 lib. 1. | Enoch. | Iud. cum Ruth. | Ruth, |
| Paralip. 1. & 2. lib. 1. | Patriarchæ. | Regn. 1. & 2. lib. 1. | Eſther, |
| Eſdras 1. & 2. lib. 1. | Oratio Ioſeph. | Regn. 3 4. lib. 1. | Regn. 4. |
| Pſalt. Dav. Pſ. 151. | Teſtament. Moſis. | Paral. 1. 2. lib. 1. | Paral. 2. |
| Prov. } Salom. | Aſſumtio Moſis. | Eſdræ 1. 2. lib. 1. | Eſdræ 2. |
| Eccl. } Salom. | Abraham. | Eſther, | Lib. Pſal. 150. |
| Cant. C. } Salom. | Eldad & Medad. | Libri verſibus ſcripti: | Prov. Salom. |
| Iob. | Eliæ Prophetæ. | Iob, | Eccl. |
| XII. Proph. lib. 1. | Sophoniæ Proph. | Pſalm. lib. | Cant. C. |
| Eſai, Ier. | Zachariæ, patris | Prov Eccleſ. Cant. C. | XII. Proph. |
| Ezek. Dan. | Ioannis. | Prophetici: | Iſai. |
| Sunt itaque Canon. V. | Baruch. | Eſai, | Ier. & Bar. Lam. & |
| T. libri 22. literis Hebr. | Ambacum, Eze- | Ier. Bar. Lam. & Ep. | Epiſtolæ. |
| numero pares. Libri non | chiel & Daniel | Iezek. | Iezek. |
| Canonici, qui Catechu- | falſo inſcripti. | Dan. | Dan. |
| menis leguntur, Sap. Sal. | | | |
| Sap. Ieſu F. Sirach. | | | |
| Eſther (a). | | | |
| Iudith. | | | |
| Tobias. | | | |

(a) Quidam ex veteribus pro Canonicis reputari dixerunt librum Eſther & hiſt. Ruth, quam cum Iudicibus in 1. libro comprehendi: Eſther vero ad aliud quoddam Vol. Canonicum pertinere; atque ita numerum 22. Canonicorum libb. apud illos compleri volunr.

(b) Habetur hic Canon tanquam Concilii Laod. cum in aliis Græcis Edd. tum in Codd. Can. Eccleſiæ Univ. ubi adjicitur tanquam pars 59 ni. Ab omnibus Græcis Canoniſtis agnoſcitur. In eum commentatur *Zonaras* & *Ariſtinus*; & citatur ab *Arſenio Monacho* in *Synopſi Canonum*, & a *Matthæo Blaſtare*, tanquam Canon 60us; a *Zonara* dicitur 59us. In eum nulla exſtat *Balſamonis* adnotatio: nec ab illo quidem commemoratur Comm. in Can. Apoſt. 70. ubi alii tamen citantur Indiculi. Ab eodem vero *Balſamone* agnoſcitur Com. in Can. Carthag. 27. ubi citatur ut 60us. Non celandum eſt, eum prorſus abeſſe, non modo a D. *Exigui* Corpore Romano, verum etiam a Codice Græco perantiquo *Baroc.* 26. In alio Cod. antiquo *Baroc.* 135. comparet quidem, ſed nec ibi tanquam Concilii Laod. genuinus Canon, verum poſt ſpatium aliquod vacuum tanquam addititius ſubjicitur.

(c) In Cod. Canon. Eccl. Univ. & in edit. Labbei conjungitur *Ruth* cum *Judicibus*, & *Regnorum* libri 4. non unum, ſed duos libros conficiunt: adeo, ut illic quoque ſint 22. V. T. libri. Blaſtares poſtquam canonem Apoſtol 85. in quo comparent *Maccabaica*, protuliſſet, ſubnectit, canone 60. Concil. Laodic. eandem enumerationem exhibere, absque ulla mutatione, niſi quod Clementis epp. & Conſtitutt. omittuntur. Atqui Canonis hujus Laod. editio nulla *Maccabaica* agnoſcit, & eodem modo absque *Maccabaicis* recitatur Indiculus Laod. ab *Ariſtino*. Quare cenſendum eſt, vel Blaſtarem non ſatis accurate hos duos Canones contuliſſe; vel forte male apud illum nunc legi in Can. Apoſt. *Maccabaica*, ut abſunt quidem ea a *Canone Apoſt.* apud *Jo. Antioch.*

Digitized by Google

* *Deſignatio librorum Biblic. &c.*

*Col. 34.*
GREG.
NAZ.
an. 370.
Carm. 33.
Libri Hiſt.
Gen. &c.
Ioſ.
Iud.
Ruth.
Regn. 1. 2.
Regn. 3. 4.
Paralip.
Esdras.
Libri
Metr. 5.
Job.
David.
Eccl. }
Cant. } Sal.
Prov. }
XII. Proph.
Eſai.
Ier.
Iezek.
Dan.
Tot ſunt
lit. Hebr.
(vid. 22.)
Πάσας ἔ-
χεις, ἢ τι
τούτων ἐκ-
τὸς, οὐκ ἐν
γνησίοις.

*Col. 35.*
AMPHILOCH.
an. 370.
Jambis.
Gen. &c.
Jeſ.
Jud.
Ruth.
Regn. 4.
Paral. 2.
Esdr. 1.
Esdr. 2.
Libri Metrici 5.
Job.
Pſal.
Prov.
Eccl.
Cant. C.
XII. Proph.
Eſai.
Ier.
Iezech.
Dan.
His quidam
addunt Eſther.

*Col. 36.*
EPIPHAN. an.
374. hær. 8.
1. Geneſ. &c.
6. Jeſ. F. N.
7. Jud.
8. Ruth.
9. Job.
10. Pſalt.
11. Prov. Salom.
12. Eccl.
13. Cant. C.
14. Regn. 1.
15. Regn. 2.
16. Regn. 3.
17. Regn. 4.
18. Paralip. 1.
19. Paralip. 2.
20. XII. Pr.
21. Iſai.
22. Jer. cum Lament. & epiſtolis tam ejus, quam Baruchi.
23. Jezek.
24. Dan.
25. Esdr. 1.
26. Esdr. 2.
27. Eſther.

Hi ſunt 27. libri, qui Judæis ſunt conceſſi divinitus: qui ad 22. pro literarum Hebr. numero rediguntur, propterea, quod 10. ex illis in 5. juga diſtribuuntur. Sunt & alii 2. libri, quos illi pro dubiis habent viz. Sirachi & Salomonis Sapientia, præter alios quosdam ἐναποκρύφους.

*Col. 37.*
Idem hær. 76 contra Aetium, p. 941

Si a Spir. Sancto genitus eſſes, facere te illud oportebat, ut ſacris omnib⁹ pervolutis a Geneſi ad Eſth. tempora, qui ſunt 27. libri V. T. & 22. numerantur: tum 4. Evangeliis & Pauli 14 epiſt. & Apoſtolorum Actis, Catholicis item ep. Jacobi, Petri, Jo. & Judæ, Apocalypſi Joannis, Sapientiæ quoque libris, h. e. Salomonis & Filii Sirach, omnibus denique Scripturæ libris percurſis temetipſum damnares.

*Col. 38.*
Idem de Pond. & Menſ.

Habent Hebræi 22. literas, e quibus 5. duplicantur, Caph, Mem, Nun, Pi, Zade. Ideo libri 22. cum ſint, numerantur tamen 27. quia ex illis 5. geminantur. Scripturæ libri in 4. Pentateuchis comprehenſi ſunt. Pent. qui & νομοθεσία.
Gen. &c.
Libri 5. metrici:
Job.
Pſalt.
Prov. Salom.
Eccl.
Cant. C.
Pentat. tertius librorum, qui dicuntur γραφεῖα, aliis Hagiographa.
Jeſ. F. N.
Jud. cum Ruth.
Paralip. 2.
Regn. 1. & 2.
Regn. 3. & 4.
Pentat. Proph.
Τὸ δωδεκαπρόφητον
Eſai. Jer.
Jezek. Dan.

Reliqui ſunt libri 2. h. e. Esdræ unus, & alius Eſther. Ita 22. libri pro lit. Hebr. numero cenſentur. Quod enim ad 2. illos attinet, qui verſibus diſtincti ſunt, vid. Sapient. quæ Panaretus inſcribitur, & Jeſu F. Sirach librum, tametſi utiles ac fructuoſi illi ſint, in Script. numerum nequaquam referri ſolent. Unde nec in Teſtamenti arca collocati ſunt.

ſecun-

Digitized by Google

*ſecundum Scriptores Eccleſiæ Græcæ.*

*Col. 40.*

LEONTIUS an. 590. de Sectis Act. 2: Libros ab Eccleſia receptos recenſeamus.

Libri Hiſt. 12.

1. Gen &c.
6. Ieſ. F. N.
7. Iud.
8. Ruth.
9. Regn. 1. & 2.
10. Regn. 3. & 4.
11. Paralip.
12. Eſdras.

Prophetici 5.

1. Eſai.
2. Ier.
3. Iezech.
4. Dan.
5. Τὸ δωδεκαπρ.

Parænetici 4.

1. Iob.
2. Prov. } Salom.
3. Eccl. } Salom.
4. Cant. C. } Salom.

Pſalt.

Habes Scripturæ Vet. libros 22.

*Col. 41.*

JO. DAMASC. an. 730. Orthod. Fid. IV. 18. ſcire oportet, quod 22. ſunt libri V. T. ſecundum Elem. Hebr. &c.

Pentat. 1. Gen. &c.

Pentat. 2. libri dicti γραφεῖα & Hagiogr.

Jeſ. F. N.
Jud. cum Ruth.
Regn. 1. 2. lib. 1.
Regn. 3. 4. lib. 1.

Pentat. 3. libri Metrici:

Iob.
Pſalt.
Prov. } Salom.
Eccleſ. } Salom.
Cant. C. } Salom.

Pentat. 4. Propheticus:

τὸ δωδεκαπρόφητον, *lib. unus.*

Eſai.
Ier.
Izek.
Dan.

Deinde Eſdr. 1. & 2. lib. 1. & Eſther.

Panaretus vero, i. e. Sap. Salom. & Sap. Ieſu F. Sirach pulchri quidem & honeſti libri, ſed non numerantur in Propheticis, neque ponebantur in arca.

*Col. 42.*

NICEPHORI Patr. Conſt. an. 806. Stichometria cum numeris *Anaſtaſii Bibliothecarii* Latinis. Hæ ſunt divinæ Scripturæ, quæ recipiuntur ab Eccleſia & canonizantur:

| | |
|---|---|
| 1. Gen. | 4400. al. 4300 |
| 2. Exod. | 2800. al. 2700 |
| 3. Lev. | 2700 |
| 4. Num. | 3500. al. 2502 |
| 5. Deuter. | 3100 |
| 6. Ieſus. | 2100 |
| 7. Iud. & Ruth. | 2450 |
| 8. Regn. 1. 2. | 2240 |
| 9. Reg. 3. 4. | 2330 |
| 10. Paralip. 1. 2. | 5500 |
| 11. Eſdr. 1. 2. | 5500 |
| 12. Pſal. | 5500 |
| 13. Prov. Sal. | 1708 |
| 14. Eccl. | 750 |
| 15. Cant. C. | 280 |
| 16. Iob. | 1800 |
| 17. Iſai. | 4800 |
| 18. Ier. | 4000 |
| 19. Baruch. | 700 |
| 20. Jezek. | 4000 |
| 21. Dan. | 2000 |
| 22. XII. Proph. | 3800 |

Simul ſunt V. T. lib. 22.

Libri V. T. quibus contradicitur: (*addit Anaſtaſius*) & non recipiuntur ab Eccleſia:

| | |
|---|---|
| 1. Maccab. 3. | 7300 |
| 2. Sap. Salom. | 1100 |
| 3. Sap. Ieſ. F. Sirach. | 2800 |
| 4. Pſ. & Cant. Salom. | 2100. al. 2102 |
| 5. Eſther. | 308 |
| 6. Judith. | 1700 |
| 7. Soſanna. | 500 |
| 8. Tobit & Tobias. | 800. al. 700 |



Digitized by Google

*Deſignatio librorum Biblic. &c. ſecundum Scriptores Eccleſiæ Græcæ.*

*Col. 42.*

Et quæ ſunt Apocrypha Veteris T.

1. Enoch. 1500
2. Patriarchæ. 4800
3. Oratio Ioſeph. 5100
4. Aſſumtio Moſis. 4100
5. Teſtam. Moſis. 1100
6. Abraam. 300
7. Eldad & Medad. 200
8. Elias Proph. 316
9. Sophon. Prophetia 600
10. Zachar. patris Ioannis. 500
11. Baruch, Ambacum, Ezekiel, & Daniel ψευδεπίγραφα.

*Col. 43.*

NICEPH. CALL. an. 1330. in Iambis.
V.T. ſunt lib. 22.
Gen. &c.
Ieſ.
Iud.
Ruth.
Regn. 1. 2.
Regn. 3. 4.
Paralip. 2.
Eſdras 2.
Hi libri Hiſt. genuini Scripturæ ſunt, quibus nonnulli adjiciunt Eſther, Iudith & Tobet.
Libri Metrici;
Iob.
David.
Eccl. }
Cant. } Salom.
Prov. }
Prophetarum lib. 5.
XII. Proph. lib. 1.
Eſai.
Ier.
Iezek.
Dan.
Ἐκτὸς δὲ τούτων τῆς γραφῆς ἅπαν νόθον.

*Col. 44.*

Cod. Vatic. ſ. ed. V.T. Gr. Rom.
Gen. &c.
Ieſ. N.
Iud.
Ruth.
Regn. 4.
Paralip. 2.
Eſdr. 2.
Neem.
Tobith.
Iudith.
Eſther.
Iob.
Pſal.
Prov.
Eccl.
Cant. C.
Salom. Sap.
Sap. Sirac.
XII. Proph.
Eſai.
Ier.
Baruch.
Threni.
Ep. Ier.
Iezek.
Dan.
Maccab. 3.

*Col. 45.*

Editio Ald.
Gen. &c.
Ieſ. N.
Iud.
Ruth.
Regn. 4.
Paralip. 2.
Eſdræ 1. (liber Apocr.)
Eſdræ 2. (cum Neemia.)
Eſther.
Tobith.
Iudith.
Iob.
Pſalt.
Prov.
Eccl.
Cant. C.
Sap. Salom.
Sap. Sirach.
Eſai.
Ier.
Baruch.
Threni.
Ep. Ier.
Dan.
XII. Proph.
Maccab. 3.

Sequitur poſtea Indiculus ex MS. Cod. Gr. Baroc. 206. item 131. nec non Rupefucaldiano ac denique Alexandrino, qui apud ipſum legatur. Nos ceteris addemus indices ex edit. LXX. Intt.

Seqvuntur deinde Indices ex Codice Syriaco, Æthiop. & Moſcov.

De-

*Deſignatio librorum Biblicorum &c. ſecundum Scriptores Eccleſiæ Latinæ.*

*Col.* 46.

HILAR. Pictav. an. 360. Præf. in Pſal. Ea cauſa eſt, ut in 22. libros lex V. T. deputetur, ut cum literarum numero convenirent. Qui ita ſecundum traditiones Veterum deputantur, ut Moſi ſint libri 5.
6. Jeſ. N.
7. Jud. & Ruth.
8. Reg. 1 & 2.
9. Reg. 3. & 4.
10. Paralip. 2.
11. Sermones dierum (*hæc verba jure pertinent ad Par.*) Eſdr.
12. Pſal.
13. Prov. }
14. Eccl. } Sal.
15. Cant. C. }
16. XII. Proph.
17. Eſai.
18. Hier. cum Lament. & Ep.
19. Dan.
20. Ezech.
21. Job.
22. Heſter.

Quibusdam autem viſum eſt, additis Tobia & Judith, 24. libros ſecundum numerum Gr. litt. connumerare.

*Col.* 47.

HIERONYMUS an. 380 ep. ad Paulinum:
Gen. &c.
Iob.
Ieſ. N. Iud.
Ruth. Sam.
Reg. 3. 4.
XII. Proph. lib. 1.
Eſai.
Ier.
Ezech.
Dan.
David.
Salomonis libri.
Heſter.
Paralip. lib.
Eſdr. & Neem. lib. 1.

Idem apud *Caſſiodorum* Div. lit. c. 12.
Lex, Gen. &c.
Prophetæ:
Ieſ. N. Iud.
Ruth. Samuel.
Iſai. Ier.
Izek. Dan.
XII. Proph.
Hagiographi:
Iob.
David.
Salom.
Prov.
Eccleſiaſticus (*mendoſe pro Eccleſiaſtes.*)
Cant. C.
(a) Verba dierum,
i. e. Paralip.
Eſdras, Eſther.

(a) *Scriptoris vitio* deſunt libri Regum. Et tamen numerantur libri 23. cum dicit *Caſſiodorus* numerari ab Hieronymo 22.

NB. Vide ſupra Col. 2. ex Prol. Galeato in Reg. Quæ vulgo vocantur Apocrypha, diſertis verbis ibi rejicit. *Hic Prologus*, inquit, *Scripturarum quaſi galeatum principium omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum convenire poteſt: ut ſcire valeamus, quicquid extra hos eſt, inter Apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Jeſu F. Sirach liber, & Judith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in Canone. Maccabæorum primum librum Hebr. reperi: Secundus Græcus eſt, quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt.* Præf. in Prov. *Sicut ergo Judith & Tobiæ & Maccabæorum libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter Canonicas Scripturas non recipit: ſic & hæc duo vol.* (Eccl. & Sap.) *legat ad ædificationem plebis, non ad autoritatem Eccleſiaſt. dogmatum confirmandam.* In Prologo Tobiæ juxta editt. hodiernas, mendo vetuſto, videtur librum iſtum Hagiographis acceſſere: *Librum Tobiæ, quem Hebræi de catalogo divinarum Scripturarum ſecantes, his, quæ Hagiographa memorant, manciparunt.* Mendum idem reperitur in Prologo Iudith: *Apud Hebræos liber Judith inter Hagiographa legitur.* In utroque loco pro *Hagiographa* legendum eſſe Apocrypha res ipſa loquitur, & fatentur gloſſæ ordinariæ. Comeſtor, Hugo Cardin. Brito, liber Mamotrectus, Abulenſis, Auctor præf. Bibliorum una cum Gloſſa Ord. & Lyrano editorum, adſtipulantibus etiam Driedone, Catharino, Garſ. Galarza, Simonio, aliiſque Communionis Romanæ Scriptoribus. In Gloſſa Interlineari in Prol. Tobiæ ſuper vocem *Hagiographa* notatur: alias *Apocrypha.* Quam gloſſam mala fide omiſerunt Pontificii in editt. recentioribus. Vide plura in hanc ſententiam apud Hodium p. 651. qui ibidem monet, Hieronymum Prol. in Iudith addere, quod hunc librum *Synodus Nicena in numero S. Scripturarum legitur computaſſe:* obſervatque, nullum unquam exſtitiſſe Synodi Nicænæ decretum de canone Scripturarum, ſed deceptum fuiſſe Hieronymum, neſcio qua falſa relatione, quod & Dupinius ipſe contendat.

*Deſignatio librorum Biblic, &c. ſecundum Scriptores Eccleſiæ Latinæ,*

*Col. 48.*

RUFFINUS an. 380. expoſ. Symb.
Gen. &c.
Ieſ. N. Jud. cum Ruth.
Reg. 4. Hebræis 2.
Paralipomenon, qui dierum dicitur, liber.
Esdr. 2. (Hebr. 1.)
Heſter. Eſai.
Hier. Ezech. Dan.
XII. Proph. lib. 1.
Iob. Pſalt.
Prov. Eccl.
Cant. C. Salomonis.

Hæc ſunt, quæ Patres intra Canonem concluſerunt, & ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt. Sciendum tamen eſt, quod & alii libri ſint, qui non Canonici, ſed Eccleſiaſtici a majoribus appellati ſunt, i. e. Sap. quæ dicitur F. Sirach. Ejuſdem vero ordinis libellus eſt Tobiæ & Iudith, & Maccabæorum libri.

*Col. 49.*

AUGUSTINUS an. 400 de Doctr. Chr. II, 18.

Totus autem Canon Script. in quo iſtam conſiderationem verſandam dicimus, his libris continetur:

5 Moyſeos. Ieſ. N. Iud. Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere. Regn. 4. Paralip. 2. Iob. Tobias. Eſther. Iudith. Macc. 2. Esdr. 2. Prophetæ. In quibus David unus liber Pſalmor. Prov. Cant. C. Eccl. Salomonis. Nam illi 2 libri, unus, qui Sap. & alius, qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur. Nam Ieſus F. Sirach eos ſcripſiſſe conſtantiſſime perhibetur. Qui tamen quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter Propheticos numerandi ſunt. Reliqui ſunt eorum libri, qui proprie Prophetæ appellati ſunt. XII. Proph. libri ſinguli, qui connexi ſibimet quoniam nunquam ſejuncti ſunt, pro uno habentur. Deinde 4 Prophetæ ſunt majorum vol. Eſai. Hier. Dan. Ezech. His 44. libris V. T. terminatur auctoritas.

*Col. 50.*

Idem ibid. juxta Caſſiodor. (qui ordinem ejus accurate non ſervat.)

Libri Hiſtor. 22.
Moyſi 5.
Jeſ. N. 1.
Jud. 1.
Ruth 1.
Regn 4.
Paral. 2.
Tobiæ 1.
Eſther 1.
Iudith 1.
Esdr. 2.
Maccab. 2.

Prophetici 22.
David. Pſalt.
Salom. libb. 4.
Ieſu F. Sirach. 1.

Proph. majores 4.
Iſai.
Ier.
Ezech.
Dan.
Minores 12.

*Col. 51.*

INNOCENT. I. Papa an. 405. Ep. ad Exuperium (& apud D. Exiguum.)

Qui libri recipiuntur in Can. S. Script. brevis annexus oſtendit.

Moyſis libri 5.
Jeſ. N. Iud.
Reg. 4. ſimul & Ruth.
Prophet. libb. 16.
Salomonis lib. 5.
Pſalt.

Item Hiſtoriarum
Iob, Tob. Eſther,
Judith, Maccab. 2.
Esdræ 2. Paral. 2.

---

EUCHERIUS Lugd. an. 434. Quæſt. V. & N. T. de illis hoc ordine agit:

Gen. &c.
Job.
Reg.
Michæas.
Eſai.
Ezech.
Paralipom.
Pſal.
Prov.
Eccl.
Cant. C.

Se-

Sequuntur ibidem plures indices alii, quos tamen, ne longiores ſimus hic non ſecundum ſeriem ſuam collocabimus: unde petiti ſint, indicaturi. Citantur ergo *Synodus Romana* ſub Gelaſio I. an. 494. *Caſſiodorus* Inſtit. Divin. lit. circa an. 556. Codex veteris Translationis *Lat. Itale* dictæ apud Caſſiodor. ibid. c. 14. *Junilius*, Epiſc. Afric. circa an. 560. de Part. Div. Legis lib. 1. c. 3. &c. *Iſidorus Hiſpalenſis* (an. 600.) Offic. I. 12. & Orig. VI. 4. Conferatur c. 1. item liber *proœmiorum*. *Negari non poteſt*, addit Hodius, *quicquid ex adverſo contendit Coſinus noſter, quia* Iſidorus *iſte* Hiſp. *hodiernis Pontificiis de auctoritate 5. librorum Apocryph. ſuffragetur; verum parum refert, quid tot poſt Chriſtum ſeculis temere cenſuerit aut decreverit unus aut alter, cum alia fuit communis Eccleſiæ Catholicæ ſententia. Gregor. M.* expoſit. in Iob. XIX. 13. Auctor Operis *de mirabilibus S. Script.* (inter Opp. S. Aug.) qui ſcripſit an. 657. lib. 2. *Beda*, (an. 700) lib. 3. Com. in Geneſ. *Alcuinus* (an 500.) adverſus Elipantum Tolet. lib. 1. Sacramentarium Gallicanum ante annos 1000. *Eugenius* III. Toletanus Indiculo verſibus ſcripto; *Ivo* an. 1092. in Decreto. *Rupertus Tuitienſis* an. 1111. in Geneſ. III. 21. *Hugo de S. Victore* (an. 1120.) de Script. c. 6. & alibi. *Petrus Cluniac.* an. 1123. ep. contra Petrobruſianos. Honorius Auguſtodun. (an. 1130.) in Gemma animæ de antiquo ritu Miſſæ IV. 118. *Radulphus Flaviac.* an. 1157. in Lev. XIV. 1. *Jo. Baleth* (an. 1162) de Eccleſ. Offic. c. 60. *Petrus de Riga* (an. 1170.) in Aurora, quæ Paraphraſis eſt V. & N. T. metrice conſcripta, MS. in Bodlej. *Petrus Comeſtor* (an. 1170.) præf. in Joſ. it. præf. Tobiæ & Judith, item Daniel. *Jo. Sarisburienſis* (an. 1172.) ep. 172. Gloſſa Ordinar. ante annum 1200. in Prolog. Hier. ſuper Reg. *Alexander Necham* (an. 1215.) in libro verſibus ſcripto, cui titulus *Libri Bibliotheca*, MS. Bodlej. *Hugo de S. Caro*, Card. (an. 1240.) in prologis MSS. *Thom. Aquinas* (an. 1260.) in Dionyſ. de divin. Nomin. c. IV. Lect. 9. & alias. *Jo. Januenſis* (an. 1280.) in Catholico: *Andr. Horne* (an. 1320.) in præf. Summæ Juris Forenſis Anglicani: *Guil. Occam* (an. 1320.) in Dial. part. III. tract. 1. c. 16. *Guil. Brito* (an. 1325.) in correctionibus Nominum Heb. MS. Lambeth. *Nic. Lyranus* (an. 1330.) præf. in Tobiam, & alibi: *Tho. Anglicus* (an. 1330.) *Rob. Holkot* (an. 1340.) procem. comm. in Sap. librum *Pet. Berchorius* (an. 1360.) in Morali Reductorio: liber dictus *Mamotrectus* ſuper Biblia, impreſſ. Venet. 1479. & rurſus 1506. ſed diu ante conſcriptus. Gloſſa in Gratiani Decreto Diſt. 16. *Th. Waldenſis* (an. 1410.) Doctrina fidei adv. Wiclefum & Huſſitas lib 2. art. 2. c. 22. *Eugenius* IV. an. 1441. in Decreto pro Jacobinis, *Antoninus*, Archiep. Florent. an.

 1459.

1459. Chron. Part. I. tit. 3. c. 4. & tit. 3. c. 9. §. 12. item in Summa Theolog. Part. III. tit. 18. c. 6. §. 2. *Alphonſus Toſtatus* comm. in Hieron. præf. Galeatam in Reg. Qv. 27. an. 1450. item enarrat. præfat. 1. in Paralip. Qv. 7. & præf. in Matthæum. *Dionyſius Carthuſianus* an. 1450. in procemiis ſuper varios libros. *Auguſtinus Dathus* an. 1470. Orat. de Laud. S. Hieronymi. *Ximenius* Card. præf. in Biblia Complut. 1515. *Pagninus* in Bibliis 1528. ed. ad finem V. T. *Eraſmus* paſſim. *Cajetanus* Card. præf. comm. in omnes authenticos V. T. hiſtoriales libros, & alibi. *Concil. Trident.* an. 1546. Seſſ. IV. *Eccleſia Anglicana* in Artic. 39. an. 1562. Sequuntur nonnulli indices ex MSS. quibusdam Codd. antiquioris notæ. Conferantur cum his, quæ *Jo. Coſinus* in libro Anglicano de Hiſtoria canonis V. T. erudite commentatus eſt, quippe quo ita uſum ſe fatetur *Hodius*, ut omnia plenius deſcriberet, ſed & multa cum ex editis tum ex ineditis insereret.

# SECTIO II.

## *DE* LIBRIS BIBLICIS ORDINE EXPONENS.

### *Subſectio I.*

### DE PENTATEUCHO.

*I. de Moſe generatim. II. de Pentateucho ab eo ſcripto. III. de illis, qui id inficiantur. IV. amplior hujus veritatis confirmatio. V. de Pentateuchi θεοπνευςίᾳ. VI. de tempore locove ſuſceptæ ſcriptionis. VII. de ſingulis Pentateuchi libris.*

I.

PErſequemur nunc ſigillatim libros Veteris Teſtamenti canonicos eo ordine, quem noſtratium exemplo conſtituimus. Ita vero hic verſabimur, ut de ſingulorum librorum Scriptore, ſcriptionis tempore, canonica auctoritate, loco item in ſacris deſtinato ex Judæorum potiſſimum, tum vero aliorum monimentis diſſeramus, reliquis, quæ ad argumentum diviſionemque librorum, variosque eorum Interpretes pertinent, tantiſper ſepoſitis, quippe quæ a præſenti inſtituto alieniora videntur. Inter eos primum locum occupat *Moſis* Pentateuchus, omnis antiquitatis Judaicæ & Chriſtianæ teſtimonio, quod ipſa rei veritate confirmatur. Eum enim primum omnium Scriptorem pleri-

Digitized by Google

plerique omnes fatentur, ita ut nonnulli eorum ipſas quoque literas ab eo inventas tradant. Nativitas ejus a Iudæis in annum mundi 2365. ante C. N. 1395. refertur, quam in rem ipſorum teſtimonia attuli Parte I. p. 874. Adde quæ annotavit ex noſtratibus *Jo. Henricus Urſinus* in Analectis Sacris lib. VI. p. 327. Cetera, quæ ad nomen, vitam, fata, miracula, res geſtas, mortem, elogia pertinent, & vel ex vero, vel non ſine fabulis traduntur, ſingulari induſtria collegit Vener. *Georgius Serpilius*, Ratisbonenſium Antiſtes, in libro vernaculo, quem *Perſonalia Moſis* inſcripſit & edidit Lipſ. 1708. 8. Judaica commenta in cumulum collata videbis in libro דברי הימים של משה de quo inter Anonymos præcipiemus. Confer, quos eodem fine allegavimus Parte I. p. 874. ſqq. ubi etiam de ſcriptis, Moſi falſo tributis, commentati ſumus.

II. Moſen vere eſſe auctorem Pentateuchi conſtat ipſius Scripturæ S. Judæorum item & Chriſtianorum, hinc & externorum Scriptorum conſentiente teſtimonio. Scripſit Moſes mandato divino, ceu patet Exodi XXXIV, 27. *Scribe tibi verba hæc* & cap. XVII. 15. quæ mandata cum de ſpecialibus quibusdam argumentis conſignandis ad Moſen delata ſint, non dubium eſt, cetera omnia, quorum pleraque iſta dignitate ſuperant, ejusdem Numinis juſſu in literas relata fuiſſe. Hoc autem ipſum Moſen feciſſe patet ex *Deuteronom.* 31. v. 9. ſeq. *Et ſcripſit Moſes legem iſtam, & dedit eam Sacerdotibus, filiis Levitarum, portantibus arcam fœderis Domini, & omnibus ſenioribus Iſraelis.* Feciſſe hoc Moſen ipſum apparet ex allegationibus in Veteri Teſtamento hinc inde factis, tum generalibus, tum ſpecialibus, & ad libros quosdam vel partes librorum relatis: patet ex allegatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Apoſtolorum ejus, quæ Moſis nomen exerte recitant, nec ullam relinquunt anſam ſuſpicandi, fuiſſe ea, quæ citant, ab alio auctore profecta. Vide hujusmodi loca cum cura collecta ex noſtratibus a B. *Mich. Walthero* in Officina Biblica p. 462. ſqq. ex Pontificiis a *Pet. Daniele Huetio* in Demonſtrat. Evangelica Propoſ. IV. cap. I. p. 98. ſeqq. ex Reformatis ab *Hermanno Witſio* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 14. qui ex ipſa Scriptura diviniore idoneis locis probat, Moſen, Deo jubente, Scriptorem fuiſſe ſuæ ætatis in populo Dei celeberrimum: eundem conſcripſiſſe leges, quæ populo Iſraëlitico norma religionis omnisque virtutis fuerint: neque eas ſolum, quæ capitibus quibusdam Deuteronomii continentur, ſed & quæ in libris Exodi, Levitici & Numerorum exſtant: eas omnes comprehenſas eſſe uno volumine, ſervando ad latus arcæ fœderis: Scripſiſſe etiam prophetias, quibus

Digitized by Google

quibus fata populi Iſraelitici prænunciantur: & hiſtorias rerum geſtarum in deſerto, aliarumque, ſine quibus legiſlatio & confœderatio inter Deum & populum Iſraeliticum intelligi non poteſt: etiam teſtimonia multa de Chriſto, quorum plurima inveniantur in libro Geneſeos: librum Exodi librum Moſis a Chriſto vocari Marc. XII. 19. imo totum Pentateuchum, qui utique Chriſti & Apoſtolorum temporibus in Synagogis prælegebatur, Moſen a Jacobo Act. XV. 21. & Paulo 2 Cor. III. 14. 15. nuncupari: idque non quia de Moſe ſed à Moſe ſcriptus ſit. Iſtis in ſummam collectis Witſius merito ſubjicit §. 22. *Hæc ſi non probant, Pentateuchi Scriptorem Moſen eſſe, qua ratione libro antiquo cuicunque ſuus demum poterit aſſignari auctor?* Conſpirat antiquitas Judaica omnis, ſi exceperis Naſſariæos, (s) vel Nazaræos, quos Joannes Damaſcenus in libello de *hæreſibus* §. 19. apud Cotelerium Tom. I. Monumentorum Eccleſiæ Grææ libris Moſaicis alios ſubſtituiſſe teſtatur. Τὰς δὲ τῆς Πεντατεύχου γραφὰς, inquit is, *οὐκ εἶναι Μωυσέως δογματίζουσιν· ἄλλας δὲ παρ' αὐτὰς ἔχειν διαβεβαιοῦνται.* Confer Epiphan. Poſtea non inventus eſt inter Judæos, quod ſciam, ullus, ante Aben Eſram, qui in ſuſpicionem negatæ Moſaicæ ſcriptionis fuerit vocatus. Ille autem Aben Eſra, Spinoſa interprete, pro ingenii ſui libertate in commentariis ſuis ſuper Deuteronomii l. 1. primus, quamvis ſubobſcure, negare id auſus eſt. Lege Spinoſæ tractatum Theologico-Politicum c. 8. p. 151. ed. Anglic. in 8. & inprimis obſerva, ipſius Spinoſæ judicio illum Judæorum doctorem *non aperte mentem ſuam explicare, ſed rem obſcurioribus verbis tantum indicare,* quæ clariora ibi Interpres ejus reddere conatur. Enimvero ſi vel maxime explicatio Spinoſæ admittatur, nihil tamen inde conſequetur aliud, quam Aben Eſram quædam Pentateuchi loca ab alia manu profecta exiſtimaſſe, quod certe longe aliud eſt, quam quod Spinoſæ cauſam juvare poſſit. Præterea vero unum ejus teſtimonium tantæ teſtium nubi non niſi temere opponeretur. Noſtra memoria fuit in Belgio Judæus, *Vriel Acoſta*, qui, inter cetera impietatis argumenta, de veritate librorum Moſis negata ſuis ſuſpectus, pœnam dedit, ceu refert ipſe in vita ſua, quæ in calce Amicæ collationis Limborchianæ cum erudito Judæo legitur p. 349. Ceterum verſus octo, qui ſunt in Lege, a Joſua una cum ipſo ejus

(s) Dubium eſt eruditis, utrum Nazaræi illi ad Judæos an Chriſtianos referendi ſint. Hinc Salmaſius pag. 46. Apparatus eos vocat vel Chriſtianos Iudaizantes, vel Iudæos χριστιανίζοντας. Vide plura apud B. *Thomam Ittigium* de Hæreſiarchis p. 69. & *Bagerum* in diſſert. ſingulari de Nazaræis.

ejus libro repetunt Judæi in Bava Batra fol. 14. 2. ubi de canone Biblico diſſeritur. Illa autem univerſalis Judæorum conſenſio præſtantiſſimum pro veritate rei argumentum habita eſt auctori libri gallici *de vera religione quæſita & inventa*, c. 4. ideo ſcilicet, quod Judæi, non habita ratione gravium, in ſe & mores ſuos, animadverſionum, libros Moſis tanquam divinos & ſacros amplectantur.

Ex Judæis Helleniſtis, iisque magnæ inter ſuos auctoritatis, *Philo* & *Joſephus* Moſi Pentateuchum vindicarunt adeo, ut & caput XXXIV. Deuteronomii, mirante & indignante præter rem *Rich. Simone* in Hiſtoria Critica V. T. lib. I. p. 21. ab eo tanquam Propheta profectum putent.

Inter Chriſtianos homines Apoſtolorum de Moſis ſcriptis teſtimonium tantum valuit, ut non temere quisquam eorum originem in dubium vocarit, ſi exceperis hæreticos quosdam, quibus alias etiam veritates ſuſpectas reddere & inficiari pulchrum videbatur. Inter eos fuerunt *Nazareni*, ſiquidem pro Chriſtianorum ſecta eos habendos cenſeas, de quibus paulo ante diximus; tum vero *Apelles*, Marcionis diſcipulus, quem in libris Syllogiſmorum ſuorum, Moſen de Deo falſa ſcripſiſſe, affirmantem affert auctor appendicis ad Tertullianum de Præſcript. cap. 51. Conferatur Ambroſius in libro de Paradiſo c. 5. & Origenes lib. V. contra Celſum c. 51. Provocat ad iſtos B. Ittigius in Diſſertat. de Hæreſiarchis Sect. II. c. 8. §. 3. Ceteros vel priſcæ vel recentioris Eccleſiæ hæreticos, non tam originem horum librorum quam veritatem negantes, recenſet B. Gerhardus in prolegom. ad comment. in Deuteronom. p. 5. *Anaſtaſius Sinaita*, Sæculi VI. Scriptor, Moſen ſcriptorem quidem, ſed non Auctorem Geneſeos credidit, quod patet ex Contemplationum ejus Anagogicarum Sermone II. quem locum ex Schedis Caſaubonianis, in Bibliotheca Bodlejana obviis, Græce deſcripſi, ita habentem: Ἤκουσα παρὰ Παύλου καὶ Στεφάνου Ἀποστόλων, ἀγγέλους εἶναι τοὺς τὸ βιβλίον τῆς γενέσεως ὑπαγορεύσαντας τῷ Μωυσῇ, καὶ τούτου χάριν οὐκ ἐπέγραφεν αὐτὴν εἰς τὸ οἰκεῖον ὄνομα. i. e. *Audivi ex Paulo & Stephano, Apoſtolis, angelos eſſe, qui librum Geneſeos ſuggeſſerint Moſi, & hanc cauſam eſſe, cur nomen ſuum illi non præſcripſerit.*

Non deſunt in Gentilibus quoque Scriptoribus loca varia, quæ vel Moſis, vel Moſaicæ ſcriptionis meminerunt; nec deſiderantur veſtigia, ex quibus appareat, lecta illis fuiſſe, quæ hodie in monimentis Moſis a nobis leguntur. Collegerunt ea *Huetius* l. c. cap. II. *Stillingfleetus* in Originibus Sacris lib. II. c. 1. tum vero Interpretes, & inprimis *Gerhardus*

 *Lang-*

Digitized by Google

*Langbanius* ad Longinum περὶ ὕψυς ſect. IX. n. 18. *Hugo Grotius* de Veritate Religionis Chriſtianæ c. I. §. 16. *Chriſtianus Wormius* de Antiquitatibus Judaicis a Gentilibus corruptis, & Cl. *Jo. Jac. Schudt* in Compendio Hiſtoriæ Judaicæ paſſim, & inprimis p. 87. & 170.

III. Sed tam cumulata veritatis indicia prohibere non potuerunt, quo minus recentiores quidam veteribus illis facem quaſi ad veritatem, quæ illis certe magis cognita eſſe poterat, perſpiciendam præferre auderent. Negarunt ſcilicet illi, Moſen Pentateuchi, qualis hodie exſtat, eſſe auctorem, ſed & ipſi negantes diſſentiunt. Alii enim ſcripſiſſe quidem Moſen largiuntur rerum usque ad ſuam ætatem geſtarum commentarios; ſed, quæ nunc ſuperſunt, pro ſchediaſmatibus inde depromtis, haberi poſtulant, qualis eſt *Iſaacus Peyrerius* in Syſtemate Præ-Adamitarum lib. IV. c. 1. Alii a Moſe nihil ſcriptum putant, niſi quod ipſi in Pentateucho diſerte vindicetur, nominatim ea, quæ Deuter. XI. usque ad XXVII. continentur, quæ mens eſt *Thomæ Hobbeſii* in Leviathane Parte III. c. 33. Alii libros hiſtoricos omnes, atque adeo & Pentateuchum, ex diverſis Scriptoribus ſine inſtituto examine collectos, & poſteritati perficiendos, traditos ab Esdra (t) eſſe contendunt, pro qua ſententia pugnat *Andr. Maſius* comment. in Joſuam, *Benedictus Spinoſa* in Tractatu Theologico Politico cap. VIII. & IX. & *Anton. van Dalen* in lib. de origine & progreſſu Idololatriæ c. IV. Alii, & nominatim, *Richardus Simonius* in Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. 5. ex variis earundem rerum repetitionibus (u), quas in Pentateucho videre ſibi viſi ſunt, conjiciunt, varios ejus fuiſſe compilatores, quorum quisque pro ingenio ſuo & libitu aliam atque aliam, ſed ad eundem ſenſum redeuntem, pericopam ex commentariis librariorum publicorum, quibus res geſtas deſcribere datum fuerit, ſelegerit, & in Sacrum contextum infarſerit. Alii, & quidem Theologi Batavi, vel qui ſub eorum nomine latere voluit, *Joannes Clericus*

(t) Pentateuchum ab Esdra ſcriptum non fuiſſe, eruditi inde quoque probant, quod a Samaritanis recipiatur, inter quos tamen & Iudæos Esdræ ætate ea jam fuerit diſſenſio, ut iſti quidem nihil recepturi fuiſſe videantur, quod ab Esdra, horum doctore præcipuo, fuerit profectum. Confer hanc in rem *Guilielmi Nicholſii* Colloquium cum Deiſta.

(u) Ita fere etiam ſtatuit, ſaltem quod ad Geneſeos librum, Campeg. Vitringa lib. I. Obſervatt. Sacrar. p. 32. ubi ex rerum jam memoratarum repetitione vel uberiore explicatione colligit, illius libri hiſtoriam non eſſe contextam uno filo, adeoque ab uno homine non compoſitam, ſed potius ex variis fragmentis Patriarcharum, quæ propter excellentiam ſuam Moſes ſervanda penitus cenſuerit, conflatam.

Digitized by Google

*ricus* in *Judiciis* ſuper Hiſtoria Critica Simonis p. 128. ſeq. Pentateuchum repetunt a Sacerdote Iſraëlitico, e Babylonia miſſo, ut colonis, in Palæſtinam delatis ex Samaria, cultum Dei præiret, ſecundum 2 Regg. XVII. qui proinde vel ſolus, vel juncta aliorum opera, hiſtoriam orbis conditi & res in populo Judaico geſtas anno circiter regni Joſiæ octavo & decimo conſarcinarit. Alii denique libros ipſos Moſi relinqvunt, ſed ita, ut nonnulla loca a recentiore manu, ſuccedente tempore, inſerta credi velint.

Sed non invenerunt illi fidem, quam quærebant, apud alios. Itaque *Peyrerio*, *Hobbeſio* & *Spinoſæ* eadem opera ſe oppoſuit *Pet. Daniel Huetius* in Demonſtratione Evangelica Propoſit. IV. c. 14. argumentis eorum ſingulis ad partes vocatis, *Herm. Witſius* in Miſcellaneis lib. I. c. 14. *Jo. Henr. Heideggerus* in Exercitatt. Biblicis diſſ. IX. tota, *Fridericus Spanhemius* in Hiſt. Eccleſ. V. T. p. 260. ſq. & 330. ſeq. ex noſtratibus vero B. *Jo. Fridericus Mayerus* in Diſſertationibus Selectis Kilonienſibus & Hamburgenſibus p. 546. ſqq. ut illos taceam, qui data opera cetera Triumvirorum illorum commenta retuderunt. *Richardo Simoni* reſponderunt præter Witſium, Heideggerum & Mayerum l. c. illi, quos ſupra commemoravimus, cum de Critica ejus Hiſtoria ageremus. Adde iſtis *Natalem Alexandrum* in Hiſtor. Eccleſ. Aetate IV. Veteris Teſtamenti Diſſert. IX. *Matth. Petitdidier* in Diſſertationibus Hiſtorico-Criticis V. T. diſſ. XIII. *Ferrandum* in Summa Biblica Tom. I. lib. 10. & *Bartoloccium* obiter Tom. III. p. 632. & 636. item *Steph. Morinum* in epiſtola ad Anton. van Dalen, hujus diſſertationibus de Origine & progreſſu Idololatriæ ſubjuncta, ac *Janum Bircherodium* in Fundamentis Chronologiæ Hiſtoriæ Sacræ V. T. *Jo. Clerici* hypotheſis a Celeb. *Sebaſtiano Edzardo* ſingulari diſſertatione, Wittebergæ an. 1695. habita, exploſa eſt. Atque illa poſtea ipſi auctori diſplicere cœpit, ceu patet ex diſſertatione III. commentario in Geneſin præmiſſa, qua Moſen Pentateuchi auctorem eſſe adſtruit, eumque alia quidem, ipſius ætatem antecedentia, ex ſcriptis majorum, quæ conjectura ejus eſt, repetiiſſe; alia, cujusmodi ſunt leges & res ipſius tempore geſtæ, ſuo ſtylo conſignaſſe; alia denique, ſed ea perpauca, de quibus mox dicemus, aliis addenda reliqviſſe ſcribit. Inter eos denique, qui ſpecialia quædam loca, in Pentateucho hodie exſtantia, a Moſe proficiſci potuiſſe negant, idē Clericus præ ceteris eminet in Judiciis antea allegatis, tum vero in commentariis ſuis & Diſſertatione III. iſtis præmiſſa, in qua tamen pauciora eſſe ea, quam nonnullis

viſum fuit, profitetur. Octodecim enim loca, quæ ob ſtyli varietatem ipſi a nonnullis abjudicata ſunt, pleraque ait eſſe dubia, nec rei probandæ ſatis idonea. Additamenta tamen de rebus, Moſis ævo poſterioribus, varia largitur, allatis diverſorum de illorum auctore, ſive Joſua, ſive Esdra ſententiis, quas, nihil ipſe definiens, auctoribus ſuis relinqvit. Præter eum loca, vel penitus addita, vel interpolata ex ſua ſententia afferunt *Andreas Maſius* in comm. in Joſuam p. 2. 35. 301. & alias, *Limborchius* in Collatione cum erudito Judæo p. 181. *Basnage* in præfat. ad Hiſtoriam V. & N. T. *** 1. *Fayditius* in Telemachomania, Interpretes Galli V. T. ex Portu Regio &c. Interim examinarunt accuratius alii loca, quæ ad Moſen non referenda eſſe illi crediderunt. Huc pertinent Viri ſupra laudati, inprimis *Huetius*, tum vero *Witſius* c. XIV. §. 33. ſqq. & *Richardus Kidderus* in prolegomenis ad commentar. in Pentateuchum, Lond. 1694. in 8. editum, (quæ ſeorſim Belgice Delphis an. 1697. in 8. recuſa ſunt) *Tacus Hajus van den Honert* in opere Belgico, quod inſcripſit *Vias veras*, lib. V. & *Io. Meyer* in Prolegom. ad Seder Olam p. 192. ſeq. Witſius l. c. examinatis, quæ objici ſolent, locis ſubjicit: *Quæ cuncta, ſi, uti par eſt, ſine præjudicio examinentur, quatuor tantummodo loca ex univerſo volumine ſupererunt, in quibus cognoſcenda aliqua interpolatio eſt. Interpolatio vero tam exigua, ut vel in mutatione unius vocabuli conſiſtat, vel in additione breviſſima hiſtoriolæ, ad quam occaſio ipſis priſci ſcripti verbis præbebatur.*

IV. Communiſſima noſtratium, quibus & nos adſtipulamur, ſententia eſt, Pentateuchum totum, qualis hodie eſt, ab ipſo Moſe profectum eſſe, & quidem juſſu æque ac inſtinctu divino, Divinique Spiritus præſidio. Illuſtris in hanc rem locus legitur Deuteronom. XXXI. 24. *Cumque conſummaſſet Moſes ſcribere verba Legis hujus in libro* עד תמם *usque ad perfectionem illorum.* Hic per תורה non Deuteronomium, quod proprie משנה תורה vocatur, ſed totum Pentateuchum intelligendum eſſe, evicerunt *Jo. Henr. Majus* in Diſſertatt. Selectioribus diſſ. II. p. 55. ſqq. *Jo. Coccejus* in Conſideratione ſuper ultima verba Moſis, *Joh. Henr. Heideggerus* in Exercitationibus Biblicis Diſſert. IX. §. 4. *Pet. Daniel Huetius* in Demonſtrat. Evangelica Propoſ. IV. c. 4. & *Guil. Saldenus* in Otiis Theologicis Exercit. I. Ut igitur libri omnes hic indicantur, ita pari jure de partibus eorum omnibus locum intellexeris per phraſin עד תמם quæ omnino infert, ab alia manu acceſſionem fieri non debuiſſe. Quod Scripturæ teſtimonio conſtat, id a noſtratibus illuſtrari amplius ſolet. Res, quæ ætate Moſis ſuperiores ſunt, ab eo non tam ex antiquis monimentis

mentis commentariisve, quales exſtitiſſe nullo, nedum certo, indicio conſtat, quam ex divina revelatione in literas ſunt relatæ. Quæ vero per ipſum, & ab ipſo, facta aut inſtituta nutu divino ſunt, ea cur aliunde quam ab ipſius ſtylo deducamus, nihil omnino cauſæ apparet. Quæ denique poſt ipſum videri poterant exarata, quo inprimis cap. XXXIV. Deuteronomii, de morte Moſis exponens, pertinet, in illis ad certum auctorem referendis diſſentiunt. Alii enim ſpeciatim caput laudatum a Moſe per πρόληψιν, ſpiritu Prophetico, exaratum ſtatuunt, quod etiam placuit *Joſepho* lib. IV. capite ultimo Antiquitatum, a quo non multum diverſus abire Maimonides in Tract. de precibus & benedictione Sacerdotali viſus eſt *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. c. 14. §. 10. Alii vero, v. 6. ſeqq. capitis illius 34. adducti, vel Joſuam, Moſis miniſtrum, vel Esdram, quippe Viros θεοπνεύστους, addidiſſe cenſent, quod probabilius videtur B. *Gerhardo* in prolegom. ad comment. ſuper Deuteronom. p. 7. & pluribus aliis, ipſi quoque B. Luthero Tom. II. Altenburg. p. 813. Joſuæ eam narrationem tribuendam *Maſius* & *Cornel. a Lapide* putant, quia liber ejus cum Deuteronomio per ו particulam copulativam connectitur. Idem cum Gerhardo affirmat *Huetius* l. c. & *Witſius* p. 120. Miſcellan. Sacror. qui cætera quoque *vel verba vel ſententias, ſerioribus temporibus magis conſentaneas, ab Eſra, aut alio aliquo Scriptore θεοπνεύστῳ, in recollectione ſacrorum librorum addita aut immutata fuiſſe cenſet*; ſicut Cl. *Jo. Meyer* in Prolegomenis ad Seder Olam p. 193. monet, Ieremiam vel Eſram illas notas textus illuſtrandi cauſa adjicere, vel a prioribus adjectos approbare & retinere, potuiſſe, quas ad facilem veterum locorum vel rerum intelligentium poſteris inſervire poſſe animadvertebant. Reliquos, qui ſerius acceſſiſſe quibusdam videntur, locos noſtrates tantum non omnes Moſi ipſi vindicare commoda interpretatione conſveverunt. B. *Waltherus* vero, Vir alioquin in adſerenda librorum ſacrorum auctoritate admodum ſtrenuus, in Harmonia Biblica ad Exodi XVI. 35. non dubitavit adſerere, locum Exodi XVI. v. 35. *vel a Joſua vel ab alio Propheta poſt rem geſtam demum adjectum fuiſſe.* Idem ait is uſu veniſſe in narratione de morte Moſis Deuteronom. c. 34. additque: *neque Scripturæ auctoritati & ſublimitati exinde quicquam decedit, quandoquidem omnes Sancti Dei homines locuti ſunt & ſcripſerunt* ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι. 2 Pet. I. 21. Quo temperamento adhibito non video Moſaicæ ſcriptionis auctoritatem periclitari. Interim probo conatus M. *Henr. Aſcanii Engelcke*, qui in diſſertatione prooemiali de Sententiis in Scripturam Sacram inju-

riis B. *Schomeri* Collegio noviſſimarum controverſiarum præmiſſa, §. 16. ipſa illa quatuor loca, in quibus Witſius recentiorem manum videre voluit, Moſi penitus vindicare inſtituit.

V. Quando igitur de Moſe, Pentateuchi auctore conſtat, de *divinitate* ejus adſtruenda hoc minus laborandum nobis eſt, quo clarius ea vel inde eluceſcit. Cum vero ab aliis impetita ſit, inſultibus illorum maſcule ſe præ cæteris oppoſuerunt *Jo. Henr. Heideggerus* in Exercitationibus Biblicis diſſ. X. tota p. 279. -- 350. *Iſaacus Jaquelotus* de Exiſtentia Dei diſſert. I. *Matth. Hale* de origine generis humani p. 496. ſqq. & alias, *Edw. Stillingfleeth* in Originibus Sacris, *Pet. Allixius* in Conſiderationibus ſuper libros Scripturæ Sacræ; illi denique omnes, qui noſtra præcipue ætate de libris ſacris, a Deo inſpiratis, expoſuerunt. Noviſſime *Jo. Tolandus* Moſis fidem ſuſpectam reddere conatus eſt in Adeiſidæmone ſuo & Antiquitatibus gentis Judaicæ, cui Rev. *Jac. Fayus* oppoſuit defenſionem religionis, nec non Moſis & gentis Judaicæ, Ultrajecti 1704. in 8. Adverſariis neſcio, an frigidam ipſi inſcii ſuffundant illi, qui Moſen ad commentationem ſuam veteribus ſcriptis aut traditione inter Iſraelitas recepta uſum eſſe contendunt. Id affirmare *Jo. Clericum* in diſſ. III. commentario in Pentateuchum præmiſſa ſupra obſervavimus. Idem placuit *Edmundo Dickinſono* in Phyſica Vetere & Vera c. 3. §. 7. & doctiſſimo *Campegio Vitringæ*, ut reliquos taceam, in lib. I. Obſervationum Sacrarum c. 2. p. 33. qui alioquin non putat rationem reddi poſſe variarum repetitionum, quibus in recenſione ſua Moſes uſus ſit, *ſi hæc non ſit ratio, quod Moſes ad confirmationem veritatis ſuæ hiſtoricæ fragmenta & relationes Patrum voluerit intactas ſervare, & ſingulis ſuas præponere inſcriptiones, non ſane hoc admodum curans, an in hoc fragmento quædam de novo repeterentur, quæ expoſita erant ante, in alio rurſus quædam explicarentur latius, quam factum fuerat in priore, quia id maxime facere poterat ad vitandam omnem doli & fraudis ſuſpicionem & confirmationem validam unius ejusdemque ſimpliciſſimæ veritatis.* Bono ſane conſilio hæc ita dicuntur, ſed quod in rem malam vertere poſſunt, quibus volupe eſt humani aliquid in ſcriptis Moſaicis animadvertere. Malim itaque cum noſtratibus in eo perſiſtere, quod Moſi nec ex traditione, quæ ſane dubia eſt & errori obnoxia, nec ex ſcriptis, quorum non exſtat expreſſum veſtigium, præſidii quicquam allatum ſit. Conferatur *Jo. Martianæi* continuatio Tractatus de Scriptura Sacra.

VI. De *tempore locove* ſusceptæ ſcriptionis diſputant eruditi, quod apud alios legi malim. Alii in terra Midian, cum, privati inſtar, gregem

gem paſceret, *Geneſin* eum ſcripſiſſe volunt, quod certe Propheticæ ejus & divinæ auctoritati, quam per vocationem tunc nondum nactus erat, multum detraheret. Alii, & quidem probabilius, non multum poſt diſceſſum ex Ægypto id factum volunt in deſerto. Conf. B. *Waltherum* in Officina Biblica p. 471. Alii ſub finem vitæ totum in literas a Moſe relatum credunt, qui ſic rationem reddi poſſe cenſent phraſium illarum, quæ aliis recentiorem manum ſapere viſæ ſunt. Ita ſtatuit *Guſſetus* in comment. Linguæ Hebrææ p. 748. b. ubi ad Exodi XVI. 35. commentaturus probabile ſibi ait videri, *Moſen ſub vita finem ſcripſiſſe totum Pentateuchum, uno tenore & uno ſpiritu, in terra habitata jam verſantem, qua terra erat Galaad & Baſan.* In deſerto Amoræorum ſpeciatim Geneſin exaratam eſſe contendit *Simon Patrick*, Epiſcopus Elienſis, in comment. in Geneſin pag. 39.

*Diviſio* Pentateuchi in V. libros plerisque non a Moſe ipſo, ſed a LXX. Interpretibus, profecta creditur, quorum conjecturam Græca librorum illorum nomina confirmant. Ab aliis, ut *Heideggero*, in Enchiridio Biblico c. 8. res in medio relinquitur. Viciſſim *Gonſalez de Salas* Moſen diſtinctionis illius auctorem eſſe confidenter & tanquam certus negat in tract. de duplici terra viventium p. 121. ſq. Singulare eſt, quod *Eulogius* apud Photium codice 230. Bibliothecæ memorat, octateuchum Moſis a Doſitheo Samaritano corruptum eſſe, his omnino verbis: Εἰς ἑαυτὸν πάντα καὶ τὴν προφητείαν, καὶ τὴν ἄλλην περιέσπα θειότητα μυρίαις καὶ ποικίλαις ἄλλαις νοθείαις τὴν Μωσαϊκὴν ὀκτάτευχον κατακιβδηλεύσας: h. e. *Sibi omnia & prophetiam, & reliquam divinitatem arrogavit, & Moſaicum octaplum in innumeris diverſisque corruptelis adulteravit.* Quæ quidem verba afferens *Steph. Morinus* in Exercitatt. de lingva Primæva lib. I. p. 201. addit: *quid vocet octaplum Moſis, non liquet.* Et poſt pauca: *Sic octaplus non niſi mendoſe dici potuit pro pentaplo, aut ſextaplo, niſi exiſtimemus, libros integros Moſaicis additos, qui octonarium numerum compleverunt, quibus adulteratus Pentateuchus poſtea victrici veritatis opera purgatus eſt, & priſtinam integritatem cum legitimo Pentateuchi nomine recuperavit.* Equidem non dubito, Octateuchum hic vocari quinque Moſis libros cum ſequentibus libris Hiſtoricis, qui ea ætate, qua Eulogius ſcribebat, Octateuchi nomine vocari ſolebant, quod vel Procopii Gazæi in Octateuchum commentarius evincit. Quod itaque Photius Cod. 206. p. 272. de Procopio loquens, ὀκτάτευχον τῶν παλαιῶν γραμμάτων dixit, id, facta a potiori parte denominatione, Eulogius appellavit πεντάτευχον Μωσαϊκήν.

De

VII. De ſingulis Pentateuchi libris eorumque argumentis, diviſione, ſcopo, & chronologia dicere hic nihil attinet, cum illa quidem partim ab Interpretibus, partim a Scriptoribus Introductionum in Sacram Scripturam diligenter ſint annotata, quorum infra faciemus mentionem. Nomina ſingulis, ceu conſtat, ab initialibus ſingulorum vocibus impoſita a Judæis ſunt, qui & Paraſchas ac Haphtharas eadem ratione denominare ſolent. *Exodo* præterea aliud nomen a *damno*, de cujus reſtitutione ibi fuſe agitur, נזיקין datum eſt in Maſora ad Geneſ. XXIV. 8. ceu obſervavit *Buxtorfius* in Lexico Talmud. p. 1325. *Leviticus* in Judæorum ſcriptis audit nunc תּוֹרַת כֹּהֲנִים i. e. *Lex Sacerdotum*, ab inſtitutis officii Sacerdotalis; nunc תּוֹרַת הַקָּרְבָּנוֹת *lex ſacrificiorum*, quia de illis ibi exponitur; nunc סִפְרֵי דְּרַב *libri Raf*, ut in Halichoth Olam p. 41. Conf. Hottingerum in Theſauro Philolog. p. 458. & Buxtorf. in Tiberiade p. 289. *Numerorum* liber non tam a prima, quam exſtantiore commatis primi voce audit בְּמִדְבַּר *in deſerto*, quem olim etiam tempore Hieronymi וַיְדַבֵּר a prima voce dictum eſſe *Pelicanus* in commentario ſuſpicatur, ſicut ex Euſeb. Hiſt. Eccleſ. VI. 19. conjectura fieri poteſt, eum Origenis tempore librum הַמִּסְפָּרִים i. e. *Numerorum*, qui a LXX. appellatur, & סֵפֶר פְּקוּדִים i. e. *librum recenſionum* dictum eſſe. *Deuteronomium* præter conſvetum illud אֵלֶּה הַדְּבָרִים fert etiam nomen מִשְׁנֶה i. e. *repetitio*, vel plenius eodem ſenſu מִשְׁנֵה תּוֹרָה *repetitio legis*, quomodo vocatur Maſorethis, præeunte, ut nonnullis videtur, ipſo Codice Sacro, *Deuteronom.* XVII. 18. ubi Rex jubetur ſcribere ſibi מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה הַזֹּאת quod quidem alii de *duplici exemplari Legis* a Rege deſcribendo intelligunt, ex Judæis quidem, cum *Maimonide*, R. *Joſ. Karo* in כסף משנה fol. 288. col. 3. *Simeon* in Jalkuth fol. 285. & *Bartenora* apud B. *Carpzovium* in notis ad Schickardi Jus Regium Hebræorum p. 82. ſq. ex Chriſtianis vero *Schickardus* l. c. *Danhauerus* Part. III. Lactis Catechet. p. 165. & *Hugo Grotius* ad Deuteronomii l. c. Alii vero non totum Pentateuchum, ſed librum tantum quintum innui hic cenſent, & quidem interpretes plerique, qui cum LXX. Interpret. & Vulgato illud משנה תורה per *Deuteronomium* convertunt, tum vero ex Judæis *Abarbanel* comm. in Legem f. 369. ex Pontificiis autem *Jo. de la Haye* in Bibl. Maximis Pariſ. fol. 431. ex noſtratibus B. Lutherus, in Germ. verſ. Gerhardus item & Calovius in notis ad h. l. Alii denique τὸ מִשְׁנֶה ad exemplum Paraphraſtæ Chaldæi, qui per פַּתְשֶׁגֶן i. e. *exemplar* interpretatur, de Pentateucho, non bis ſed ſemel ex codice *αὐτογράφῳ* deſcribendo, accipiunt. Quam ſententiam

tentiam multis, nec infeliciter, probat B. *Jo. Friſchmuthus* in Diſſert. de Rege eligendo & deponendo §. 34. amplexus vero eſt B. *Carpzovius* l. c. p. 84. & Celeb. *Herm. von der Hardt* in Effigie Corporis Juris Judaici p. 35. ac *Jo. Buxtorfius* in Catalectis Philologico-Theologicis p. 194. ſq. quæ ſane & nobis præ ceteris arridet. Quicquid erit, de vero loci Moſaici ſenſu, videtur is certe occaſionem feciſſe huic appellationi *Deuteronomio* adſignandæ. Accedit ad eam Græca vox Ἐπινομὶς, qua inſignitur a Philone in libro: περὶ ὃ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος; conferatur *Ægidius Menagius* ad Diog. Laertium p. 157. a. Vocatur præterea Deuteronomium a Judæis ספר תוכחות i. e. *liber redargutionum*, ab objurgationibus in Judæos ibi frequenter conjectis. Vide Buxtorfii Lexicon pag. 951.

. Alia Moſi tribuuntur ſcripta, v. c. liber *Jobi*, de quo ſuo loco dicemus: præterea vero ſpuria quædam & manifeſto ſuppoſita, quorum mentionem fecimus in Parte I. ſub משה הנביא

## *Subſectio II.*

## DE JOSUÆ LIBRO.

*I. de Joſua ipſo. II. de libro ab eo ſcripto. III. de exceptionibus nonnullis. IV. de tempore ſcriptionis. V. de Joſua apud gentiles memoria. VI. de aliis ejus monimentis.*

I.

PRogredimur ad Joſuam ben Nun, ſive ut LXX. vocant Ναυῆ, ſervum Moſis, qui Joſ. I. 1. appellatur, de cujus nomine, ejusque origine & ſignificatione, vita & rebus geſtis, elogiis variis, typo, quem reſpectu Chriſti, Domini noſtri, repræſentavit, momentis pluribus notatu dignioribus, nec non ſepultura, erudite & diligenter more ſuo præcepit Vener. *Georgius Serpilius* in Perſonalibus Joſuæ, Lipſ. 1708. 8. editis.

II. Auctorem eſſe libri, qui ſub ejus nomine exſtat, teſtatur ipſe liber c. XXIV. 26. *Et ſcripſit Joſua omnia verba hæc in volumine Legis Domini*, i. e. ut *Huetius* demonſtr. Evangel. pag. 267. & plures alii interpretantur, *librum ſuum ad calcem libri Legis a Moſe ſcripti adjecit*. Laudatur Joſuæ liber 1. Regum XVI. 34. ubi diſerte reſpicitur ad Joſuæ VI. 25. 26. Ipſi vindicavit itidem Antiquitas Judaica, quo merito referimus Eccleſiaſtici teſtimonium c. 46. ubi Joſua Moſis ſucceſſor ἐν προφητείαις vocatur,

tur, quod cur non æque de ſcriptione ac doctrina, ore ab eo promulgata, accipi poſſit, non video. Idem conſtat ex *Bava Bathra* fol. 14. ubi dicitur is & librum ſuum & octo commata Legis, quæ ſcilicet Deut. c. 34. habentur, ſcripſiſſe. Nec diſſentit antiquitas Chriſtiana, ſicut & recentioribus nonnullis verba, quæ Hebr. XIII. 5. allegantur, ex Joſuæ I. 5. repetita, & pro divina libri auctoritate afferenda, viſa ſunt. Conf. Cl. *Surenbuſii* librum *καταλλαγῆς* p. 663. ſqq. Interim non defuerunt ex Judæis & Chriſtianis aliter ſentientes; & ex Judæis quidem *Abarbanel*, non contemnendus alioquin auctor, qui commentar. in Prophetas priores fol. 3. col. 1. *Samueli* potius vindicandum cenſet ob loca nonnulla, quæ non niſi poſt Joſuæ ætatem, eo judice, ſcribi potuerunt. Ex Chriſtianis auctor Synopſeos, cui Athanaſii nomen dari conſvevit, Joſuæ abjudicat lib. 6. *Theodoretus* qv. XIV. in librum Joſuæ pro compendio *libri Juſtorum*, qui c. X, 13. allegatur, habuit; quod nulla veri ſpecie ſe commendat, cum ille liber tantum ad certi miraculi mentionem afferatur. Nihilominus idem amplexus eſt *Peyrerius* c. 1. Syſtematis Præ-Adamit. *Leontius* de Sectis p. 404. confidenter admodum pronunciat, teſtari omnes Pentateuchum a Moſe exaratum eſſe, quæ vero eum ſeqvuntur, cujus ſint, noſſe neminem, *τὰ δ' ἐφεξῆς ὐδεὶς οἶδε, τίνος εἰσί.* Juniorem Joſua Scriptorem quoque agnovit *Procopius Gazæus* in comment. ad Joſ. XI. 21. p. 490. in Octateuchum. *Diſtinguit*, inquiens, *Judam & Iſraëlem Scriptor, quod ille ſit junior: poſtea enim Judá duæ tribus, Iſraël vero decem ſunt vocatæ ſub Roboam, filio Salomonis.* Horum forte monitis excitatus eſt *Andreas Maſius*, Interpres alioquin, ſi quis alius, eruditus & induſtrius, ut in præfat. ad comment. in Ioſuam pag. 2. ita mentem expromeret: *Inſcribitur Joſuæ nomine, quia Joſuæ imperium complectitur.* Et poſt pauca: *Mihi ea eſt opinio, ut putem Esdram ſive ſolum, ſive una cum æqualibus inſigni pietate & eruditione viris cœleſti ſpiritu afflatum, non ſolum hunc Joſuæ, verum etiam Regum, Judicum &c. ex diverſis annalibus apud Eccleſiam Dei conſervatis, compilaſſe.* Idem alias, v. c. ad IV. 9. VIII. 28. XI. 16. XIX. 28. phraſes & commata deprehendere ſibi viſus eſt, in quibus recentioris manus veſtigia obſerventur. Inprimis *φράσις* illa: *in præſentem diem Hugoni Grotio* ad Ioſ. IV. 9. tum *Thomæ Hobbeſio* in Leviathane c. 33. ſententiam hanc perſvaſit. Ad alia loca, tanquam recentioris ætatis indicia, provocat *Spinoſa* c. 8. Tractatus Theologico-Politici, *Jo. Marshamus* in Canone Chronico p. 290. & Cl. *Jo. Clericus* partim in Iudiciis Theologorum Batavorum de Hiſtor. Critica Simoniana p. 135. ſqq. partim, & quidem data opera, in prolegomenis

menis ad comment. in libros Hiſtoricos, & in commentario ipſo in Ioſuam. Alii τὸ ἰπέχειν hic ampleɖuntur. Inter hos eſt *Hermannus Witſius*, modeſtia, ut aliis præclaris dotibus, quondam conſpicuus, in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 18. §. 8. Hic enim, utut verba Ioſ. XXIV. 26. quæ paulo ante attulimus, ſolidæ demonſtrationis pondus ad probandum Ioſuam auctorem, ſuſtinere non poſſe putet, quia illa *non de tota hiſtoria, ſed de iterata ſolenni fœderis pactione* intelligi queant; quæ etiam ſententia eſt Clerici in Iudiciis p. 139. & in commentario ad h. l.; nihilominus tamen idem ſtatim addit: *Sed & quæ ab adverſa parte proferuntur argumenta, pleraque talia ſunt, ut commoda ſatis reſponſione eludi queant.*

III. Atque in danda ejusmodi reſponſione, atque adeo vindicanda Joſuæ ſcriptione ſua elaborarunt permulti, nominatim ex Pontificiis, *Pet. Daniel Huetius* in Demonſtrat. Evangelica Propoſ. IV. c. 14. p. 265. *Nicol. Serarius* comment. in Joſuam, *Bartoloccius* Tom. IV. Biblioth. Rabb. p. 490. *Lud. Elias du Pin* in Prolegomenis de Scriptoribus librorum Biblicorum lib. I. c. 3. *Claudius Fraſſenius* in Disquiſitionibus Biblicis p. 497. ſqq. & *Jo. Martianaus* in Continuatione Diſſertationum de veritate Scripturæ ſacræ. Ex Reformatis Joſuæ adſcribunt librum *Hottingerus* Theſ. Philolog. p. 462. *Heideggerus* in Enchiridio Biblico p. 60. *Fr. Burmannus* in Ioſuam p. 2. *Iſaacus Voſſius* in Appendice ad Melam pag. 119. ſq. Ex noſtratibus, quod ſciam, omnes, ſpeciatim, *Jo. Adamus Oſiander* præfat. in Ioſuam, *Abrah Calovius* in Bibliis Illuſtratis, *Jo Henr. Urſinus* in Paral. Evang. p. 5. & noviſſime Cl. *Jo. Georgius Abichtius* in Diſſert. de auctore libri Ioſuæ, Lipſ. 1712. edita, qui etiam ſigillatim ad loca, quæ tanquam nova afferuntur, reſpondet. Cumque negari non poſſit, referri quædam in libro Ioſuæ, quæ poſt ipſum contigerunt, v. c. XIX. 47. ſqq & XXIV. ubi mors Ioſuæ exponitur, alii quidem ea ab Eleaſaro, ut Iudæi in *Bava Bathra* f. 15. alii a Samuele, ut B. *Calovius* Tom. I. Bibl. Illuſtrat. pag. 653. alii ab Esdra, ut *Huetius*, *Heideggerus*, & plures; alii ab Anonymo, ſed eo tempore, quo geſta ſunt, vivente & Θεοπνεύςῳ, ut *Abichtius*, proveniſſe exiſtimant.

IV. De tempore ſcriptionis diſputatum quoque fuit. Eam ante expugnatam a Davide Hieroſolymorum arcem ſuſceptam eſſe probare quidam contendunt ex Ioſ. XV. v. 63. Confer *Cappelli* Opera poſthuma p. 416. & compara *Maſii* commentarium ad illum locum pag 265. Ad Ioſiæ Regis tempora rejicit *Jo. Clericus* in Iudiciis Theologorum Batavorum p. 140. ſeq.



Digitized by Google

V. Ioſuam alioquin, ſive ex libro ſuo, ſive ex rebus geſtis, ipſis quoque gentilibus non ignotum fuiſſe plurimi evicerunt, alii aliis felicius, inter quos eminent *Edmundus Dickinſonus*, qui tamen hic nimius eſt, *Huetius* in Demonſtr. Evangel. Propoſ. IV. c. 14. p. 273. *Gerb. Iohan. Voſſius* de Idololatria lib. I. c. 26. *Theophilus Galeus* in Atrio gentilium lib. II. pag. 57. ſq. Illi omnes ſub Herculis larva Ioſuam latere arbitrati ſunt, quam ſententiam a *Io. Iuſti Winckelmanni* exceptionibus, in Narratione ejus de Origine & Initiis Thuringorum prolatis, eradicare conatus eſt B. *Tenzelius* in Dialogis menſtruis an. 1694. p. 474. ſqq. Plura ad Ioſuam pertinentia lege in *Melchioris Leydeckeri* Opere de Republica Hebræorum lib. IV. c. 16. p. 148. ſeqq. & c. 18. *Hottingerum* in Smegmate Orientali lib. 1. c. 8. pag. 468. ſq. ex Arabibus potiſſimum Scriptoribus, & Cl. *Io. Albert. Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 889. ſqq.

VI. Si Iudæos audimus, precandi illa formula, qua hodie non ſine præjudicio ſacrorum Chriſtianorum utuntur, עלינו לשבח, Ioſuæ accepta ferenda eſt. Id ſaltem affirmare audent hinc inde in commentariis ſuis ad libros precum, & ſuo quoque calculo approbavit auctor גלי רזיא, cujus locum vide apud Wagenſeilium in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 222. Commentis autem narrationem abſolvi oſtendit doctiſſimus *Georgius Serpilius* in concione baptiſmo Iudæi præmiſſa p. 42. ſeq.

De verſibus duobus, qui Ioſuæ XXI. 36. reſtituendi hodiernis exemplaribus viſi ſunt ex MSS. & antiquis editionibus diximus ſupra, ubi de integritate Codicis Hebr. commentati ſumus.

## *Subſectio III.*

## DE LIBRO JUDICUM & RUTH.

### I.

Liber *Iudicum* alium atque alium ex diverſorum judicio auctorem nactus eſt. *Samueli* tribuunt Iudæi Talmudiſtæ in Bava Bathra fol. 14. & ex recentioribus R. *Moſes Kimchi* ac *Abarbanel*. Atque hæc ſententia plerisque inter Chriſtianos ſe probavit, olim quidem *Iſidoro* in Originibus VI. 2. poſtea vero recentioribus permultis, v. c. *Huetio* in Demonſtrat. Evang. Propoſ. IV. pag. 283. *Torniello, Saliano*; ex Anglis *Simoni Patrick*, Epiſcopo Elienſi, in comm. ſuper hunc librum, & ex noſtratibus *Walthero* in Harmonia Biblica p. 927. Alii ipſos Iudices ſua in literas retuliſſe putant, qui tamen, nominatim Abimelech aut Samſon, ea, quæ de

Digitized by Google

de iſtis leguntur, de ſe ad poſteros transmiſſuri fuiſſe vix videntur. Obſtat quoque cap. II. 19. quo confer B. *Seb. Schmidii* comment. p. 7. *Dorotheus*, ſiquidem is libri auctor eſt, de vita & morte Prophetarum Scribis Sacris, qui in tabernaculo verſati ſint, adſignat; quemadmodum vel ipſis Iudicibus vel actuariis eorum acceptum refert *Whitackerus* Controv. I. de Scriptura qu. 3. c. 4. Ad *Esdram* refert *Andreas Maſius* in præfat. ad comment. in Ioſuam, quem locum paulo ante commemoravimus. Tutiſſime agunt, qui nihil ratione Scriptoris, interim de divina libri auctoritate certi, definiunt cum *Toſtato* qu. 4. & *Hottingero* pag. 464. Theſ. Philol. Interim non diſplicet *Seb. Schmidii* conjectura p. 9. commentarii in librum Iudicum prolata his verbis: *Ita crediderim hiſtorias libri Iudicum non ab uno auctore, ſed ſecundum partes a pluribus conſcriptas eſſe, & in diſtinctis etiam membranis aſſervatas, donec tandem ſive a Samuele, vel quod propter locum Iudic. XVIII. v. ult. & penult. malim, a recentiore adhuc Viro vel viris, ſive Hiskiæ illis, ſive aliis in unum volumen omnes redactæ ſint. Ubi non abſurdum fuerit dicere, ſupplendæ hiſtoriæ alicubi quid additum eſſe, ſicut finibus aliorum librorum ſine dubio factum.* Non multum hinc abit Cl. *Jo. Clericus* in diſſertatione de Scriptoribus librorum Hiſtoricorum §. 3. quando ait, ex antiquis monimentis hiſtoriam eam eſſe depromtam.

Tempore Regum demum exaratum eſſe ex repetita illa formula: *non fuiſſe tum Regem*, manifeſtum videtur nonnullis, ſpeciatim *Franc. Burmanno* in commentar. p. 193. Alii vero etiam poſt Regum tempora, imo poſt abductas decem tribus in lucem prodiiſſe ſtatuunt, adducti capite XVIII. 29. libri Iudicum, quam in rem lege laudatum *Clericum* in Diſſert. modo citata, & in commentario ad locum ipſum. Adde *Cappelli* Opera poſthuma p. 418. Unde neſcio, quid tribuendum ſit Huetii ſententiæ l. c. exiſtimantis, hinc inde in Pſalmis alludi ad loca quædam in libro Iudicum obvia. Lege plura de Auctore apud *Natalem Alexandrum* in Hiſtoria Eccleſiaſt. Ætate IV. V. T. diſſert. XXI. & *Claudium Fraſſenium* in Diſquiſitionibus Biblicis p. 507. ſeq.

Quæ cap. XVII. leguntur, ea ratione temporis ad initium libri referenda eſſe autumat Lightfootus. Lege *Iac. Bernardi* Nova Reipubl. Literar. anni 1701. p. 14.

II. Jungimus Judicum libro librum *Ruth*, (quem Judæi alias inter quinque Megilloth ſecundo loco ponunt) ideo quod res memorat Judicum ætate geſtas, ut patet ex commate libri primo, adeo, ut pro appendice libri Judicum a Judæis habitus fuerit. Ita Hieronymus in Prologo Galeato teſtatur: *Subtexunt* (Hebræi)

*Judicum librum, & in eundem compingunt Ruth.* Conſentit Origenes apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. VI. 25. Κριταὶ, Ῥοὺθ παρ' αὐτοῖς ἐν ἑνί; i. e. *Judices, Ruth apud ipſos uno libro continentur.* Hinc & *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis pag. 141. transpoſitionem quandam & ordinis mutationem putat factam his verbis: *Liber Ruth ad librum Judicum pertinet, ejusque pars eſt, a toto ita avulſa, ut ad quem locum pertineat, vix dici poſſit, ob temporis characterem minime expreſſum.* Confer *Claud. Fraſſenii* Disquiſitt. Biblicas pag. 508. ſq. Proinde nec neceſſe eſt, ut de auctore multum disquiramus, variasque recenſeamus ſententias. Quæ enim de auctore libri Judicum allatæ antea ſunt, eæ hic fere recurrunt, earumque potior pars *Samuelem* auctorem renunciat, qui & Talmudiſtis, ac hiſtoricis Judæorum videtur. Vide, ſi placet, plura apud B. *Jo. Bened. Carpzovium* in Collegio Biblico Rabbinico ſuper librum Ruth. Ratione *temporis* ad regnorum principia videri pertinere judicat *Auguſtinus* lib. II. cap. 8. de doctrina Chriſtiana. Non ante Davidem exaratum patet ex mentione ejus cap. IV. commate ultimo facta. Num vero is privatus adhuc an Regia dignitate jam conſpicuus ibi memoretur, non æque facile eſt definire. *Quamvis privato Davide,* (Clerici verba ex Diſſertatione ejus ante laudata §. 4. habes) *ſcribi hæc potuerint, credibilius mihi videtur, literis tum demum mandata, qualia certe ſunt, cum familiæ Davidis, regia ejus dignitate non exiguus ſplendor acceſſiſſet.* Rem ipſam, quæ narratur, in tempora Judicum, ſpeciatimque vel *Ebudi* vel *Samgaris,* auctor *Seder Olam* p. 33. & poſt *Lightfootum* Tom. I. p. 48. alii affirmant. Confer præfationem in hunc librum *Annotatt. uberioribus* Rev. Michaelis præmiſſam §. 3. ubi tamen alia B. *Maji* ſententia in Oeconomia V. T. p. 723. expoſita præfertur. Lege plura de libro apud *Natalem Alexandrum* in Hiſtor. Eccl. V. T. ætate IV. Diſſert. XXII. *Huetium* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. c. 14. *Hottingerum* in Theſauro Philol. p. 485. *Heideggerum* in Enchiridio Biblico pag. 75. & *Clericum* in Judiciis Theologorum Batavorum p. 145.

## *Subſectio IV.*

## DE LIBRIS SAMUELIS, REGUM, & CHRONICORUM.

### I.

De Samuelis nomine, vita, elogiis, tum ipſius, tum librorum ejus, Naſiræatu, Sacerdotio, typo reſpectu Chriſti, Domini noſtri, aliisque memoratu dignioribus fuſe & diligenter commentatus eſt Vener.

*Georg.*

Digitized by Google

*Georg. Serpilius* in Perſonalibus Samuelis, Lipſ. 1708. editis, ubi nec deerit requirenti magna Scriptorum copia, qui de rebus ejus expoſuerunt. Adde illis Vener. *Zeibichii* concionem, qua ſcholam dedicavit, eruditis notis illuſtratam & Lipſ. 1712. editam. Nos ad inſtitutum properantes de libris, qui nomen ejus ferunt, duobus ſoliciti erimus. Eos nemo, quod ſciam, fuit, qui totos ſoli Samueli acceptos ferret. Talmudiſtæ in Bava Batra f. 15. viginti quatuor priora capita ipſi Samueli, reliqua Nathani & Gado Prophetis adſignant, adducti forte verbis 1 Chron. XXIX. 29. *Res geſtæ Davidis priores & poſteriores ſcriptæ ſunt in libro Samuelis Videntis, & in libro Nathan Prophetæ, & in volumine Gad.* Alii ex recentioribus, nominatim *Abarbanel* in præf. ad Joſuam, & R. *Jacob ben Chajim* in præfat. ad Biblia Rabbinica *Jeremiam* auctorem conſtituunt, quos ſequitur *Grotius* præfat. in lib. Samuelis. Rationem, cur illi quidem ita ſtatuerint, conjectura adſequi conatur Cl. *Vitringa* in prolegomenis ad comment. in Jeſaiam, ipſe alioquin diſſentiens; ideo, quod ultima hiſtoriæ Regum ultra ætatem Jeremiæ procurrant. Ex Chriſtianis veteribus *Iſidorus* Originum lib. VI. c. 2. Samueli ita tribuit, ut poſteriora tamen ad calcem usque operis a Davide ſcripta exiſtimat. Theodoritus in commentario ad librum I. Regum, i. e. Samuelis primum, eum revera ejus eſſe ſtatuit his verbis: Προφητῶν ἕκαστος εἰώθει συγγράφειν ὅσα συνέβαινε γίνεσθαι κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρόν. αὐτίκα γοῦν καὶ ἡ πρώτη τῶν βασιλειῶν, καὶ παρ Ἑβραίοις καὶ παρὰ Σύροις, προφητεία Σαμουὴλ ὀνομάζεται; i. e. *Unusquisque Prophetarum ſcribere conſueverat, quæcunque ſuis temporibus contingebant. Sic igitur primus liber Regnorum, & apud Ebræos, & apud Syros Prophetia Samuelis nominatur.* Recentiores magno numero ſententiam Judæorum, ipſi Scripturæ S. innixam, approbant, quos *Mendoza* comment. in libros Regum Part. I. p. 61. & Vener. *Serpilius* in Perſonalibus Samuelis allegat. Ex noſtratibus B. *Seb. Schmidius* dubitaſſe videtur, num Samuel auctor librorum horum ſit, ſcilicet, ut interpretor, ex toto, (de parte enim dubitationem non ſuſcepturus fuiſſe videtur) quando p. 246. Partis I. commentarii ſui ad Sam. IX. 9. ait: *Si conſtaret modo certo, Samuelem eſſe auctorem hujus libri, non obſtaret hic verſus.* Quantum ad initium Samuelem auctorem credit Calovius ex Paralipom. 29. v. 29. in Bibliis Illuſtratis Tom. I. pag. 741. *continuationem vero eorum ab aliis neceſſario factam eſſe* addit, de quibus vide eundem ad 1 Sam. IX. v. 9. B. *Waltherus* in Officina Biblica pag. 938. continuationem repetit *vel a Prophetis Nathan & Gad*, quibus idem librum II. in ſolidum tribuit pag. 943.) *vel ab uno ex Samuelis*

*Samuelis diſcipulis*, *vel a ſummo Sacerdote una cum poſteriori libro*, *qui huic & illi honoris ergo*, *Magiſtri & Judicis bujus celeberrimi nomen præpoſuerit*. Sane negari vix poteſt, obſervari hinc inde loca, quæ nec a Samuele, nec a Nathane aut Gado proficiſci potuerint. Sic locus 1 Sam. 9. 9. ita comparatus eſt, ut judice *Maſio* præfat. comment. ad Joſ. p. 2. *ſtultus & ſtupidus exiſtimandus ſit*, qui illa verba Samueli tribuere velit. Huetius quidem eam formulam interpretationis cauſa adjectam & deinde in contextum ipſum ab Eſdra relatam luce clarius eſſe ſtatuit. De aliis ejusmodi locis, quos *Clericus* in Diſſertat. de Auctoribus librorum Hiſtoricorum §. 5. & in commentario ipſo hinc inde profert v. c. 1Sam. VII. 15. XVIII. 16. XXVII. 6. fuſe hic ſententiam exponere inſtituti ratio prohibet. Legantur, quæ hanc in rem dixerunt *Huetius* & *Mendoza* ll. cc. item Interpretes noſtrates, inprimis *Schmidius* & *Calovius*. Ceterum ſupervacaneum fere eſt hic monere, quod Græci æque ac Latini Interpretes veteres, LXX. & Vulgatus, eorumque exemplo Doctores utriusque Eccleſiæ libros Samuelis & Regum, uno Regum titulo inſignire ſoleant, procul dubio ideo, quia in iſtis omnibus res a Regibus geſtæ enarrantur. Pervulgatum quoque eſt, libros Samuelis binos a Judæis pro uno habitos eſſe, quod vel ex computo 24. librorum ſacrorum, qui illis numerantur, apparet. Id vero omittendum non eſt, antiquitatem æque ac divinam librorum illorum auctoritatem ex ſacro Codice conſtare, in cujus libris aliis oracula ejus allegantur. Compara v. c. Pſalm. CXIII. 7. 8. cum 1 Sam. II. 8. & lege cetera, quæ ex Apocryphis libris in hanc cauſam affert *Huetius* in Demonſtrat. Evangel p. 288.

II. *Regum* libri ad Samuelis illos tam prope accedunt, ut divelli ab iſtis non poſſint. Eos poſt Talmudiſtas in Bava Bathra cap. 1. *Jeremiæ* acceptos refert *Moſes Kimchi* ad *Abarbanel* præfat. comment. in Joſuam. Ex Chriſtianis idem amplexi ſunt inter veteres *Procopius Gazæus*, & *Iſidorus* lib. VI. Origg. c. 2. Inter recentiores nonnulli idem approbarunt, quos non nominabimus, alii vero, inter quos eſt *Huetius*, Eſdræ potius, acceptos ferri voluerunt. Recte agere illi videntur, qui cum Calovio noſtrate in Bibliis Illuſtratis Tom. I. pag. 748. & *Heideggero* pag. 92. Enchiridii Biblici, diſtingvunt inter *Scriptores*, & *Collectorem*. Illos dicunt fuiſſe plures, hunc unum. Quo etiam reſpicit B. *Waltherus* in Officina Biblica pag. 946. *Probabilius eſt*, inquiens, *hiſtoriam hanc a diverſis Prophetis aut etiam Sacerdotibus*, *qui tum publici omnium temporum erant actuarii*, *originaliter fuiſſe conſcriptam*, *& poſtea ab uno in ordinem redactam*. Ad diver-

ſos

Digitized by Google

ſus ejusmodi Scriptores, qui hodie non ſuperſunt, ipſe Sacer Codex provocat potiſſimum in libris Paralipomenon, ſicut in ipſis Regum libris *verba dierum*, vel *Chronica Regum Juda & Iſraëlis* ſubinde citantur. Ita Salomonis opera priora & poſteriora a Nathane Propheta, Abia Silonita & in viſione Iddo videntis deſcripta eſſe legimus 2 Paralip. IX. 29. Roboami res geſtas enarravit Semaja Propheta, & Iddo Videns ſecundum 2 Paralip. XII. 15. Abiæ facta recenſita ſunt ab Iddo Propheta, ſecundum 2 Paralip. XIII. 22. Joſaphati vero a Jehu filio Hanan 2 Paralip. XX. 34. *Quæ commentaria omnia collegiſſe, ordinaſſe ac digeſſiſſe ſi dicatur Jeremias, non humano ſpiritu, ſed directione Spiritus Sancti*, ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενος, *non repugnabimus*, inquit B. *Calovius* in Bibl. Illuſtratis l. c. De commentariis illis pluribus, in libros Regum relatis, idem ſentiunt *Diodorus Tarſenſis* in 1 Sam. IX. 9. & *Theodoretus* præfat. in lib. Regum, cumque illis *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 294. qui tamen *Esdram* potius pro libri autore habendum cenſet, inprimis ideo quia *in digerendis & componendis libris ad res ſacras pertinentibus potiſſimum verſata eſt Esdræ induſtria, libri prioris cap. VI. Chaldaica menſium nomina uſurpantur, ut hominem decuit Chaldaico ſermoni inſuefactum.* Applaudit Rev. *Jo. Franc. Buddeus* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Part. II. p. 1009. Tempus ſcriptionis poſt captivitatem non tantum decem Tribuum, ſed etiam Judæ & Benjaminis ex fine poſterioris libri colligi poſſe cenſet *Jo. Clericus* in Iudiciis Theologorum Batavorum pagina 150. & in Diſſertat. de auctoribus librorum Hiſtoricorum §. 6.

III. Latus iis claudant *libri Chronicorum duo* (x), qui ab Hebræis דִּבְרֵי הַיָּמִים *verba dierum*, a Græcis παραλειπόμενα (y) i. e. *prætermiſſa*, quia, quæ libris Regum deſunt, hic ſubinde ſuppleri viſa ſunt, a Latinis denique recentioribus *Ephemeridum* libri vocantur. *Esdram libros Paralipomenon lucubraſſe, Ebræorum eſt omnium fama conſentiens*, ut ſcribit *Huetius*

L in

(x) Antiquos Hebræos binos illos Chronicorum libros pro uno habuiſſe conſtat ex Hieronymi præfatione, nec minus ex Maſoretharum obſervatione, quæ in calce libri II. Paralipom. legitur. Ibi enim medium totius voluminis comma collocatur in I. Paralipom. XXVII. 25.

(y) Hæc appellatio rei minus accommodata viſa eſt *Jo. Clerico* in Diſſertatione de Scriptoribus librorum Hiſtoricorum, commentario in libros Hiſtoric. præmiſſa, §. 7. eo quod revera Chronicorum libri non exhibeant aliorum ſupplementa, nec alter Scriptor alterius laborem conſpexerit.

Digitized by Google

in Demonſtrat. Evangel. p. 298. Grotium forte, idem in annotationibus ad hunc librum tradentem, ſecutus: cujus tamen relatio non ſine temperamento accipienda eſt. Nec enim ſcio quenquam inter Judæos, qui totum illud opus Esdræ acceptum ferat. Talmudici in Bava Bathræ fol. 15. a. ita: עזרא כתב ספרו ויחס של דברי הימים עד לו h. e. *Esdras ſcripſit librum ſuum, & genealogias libri Chronicorum, usque ad* ולו i. e. *usque ad 2 Paralipom. 21. v. 2.* ubi legitur: ולו אחים i. e. *& ei fuerunt fratres.* Qua ratione locum præeunte R. *Gedalia* (z) in Schalſcheleth Hakkabbala p. 66. b. recte explicat *Buxtorfius* p. 182. de Origine & antiquitate vocalium. Idem ſentit *Iſaacides* in limine commentarii in hos libros his verbis: עזרא כתב ספר היחס הזה על ידי חגי זכריה ומלאכי i. e. *Esdras ſcripſit librum hunc genealogiarum per manus Haggai, Zacharia & Malachia.* *Kimchius* vero in commentario diſtinctius rem ex ſuo judicio explicat, ſtatuens, libros hos eſſe eosdem cum *libro Chronicorum Regum Juda*, qui citatur in libris Regum, adeoque jam ante Esdram exaratos, qui eos cum Viris Synagogæ magnæ in canonem retulerit, & genealogias addiderit. Vide locum bene longum apud Buxtorfium l. c. Esdræ manus hic ſedulas fuiſſe argumento domeſtico confirmant nonnulli, ex eo, *quod ipſe libri Chronic. finis repetatur αὐτολεξεὶ initio libri Esdra, ex quo videatur conſequi, unius eſſe utrumque & ejusdem Scriptoris, qui pro ſuo jure ad hiſtoriarum ſuarum contexendam ſeriem verba ipſe ſua uſurpaverit, perinde ut a vetuſtis quibusdam Scriptoribus factum Grotius obſervavit*, quæ verba ſunt Huetii p. 299. qui argumentationem hanc ideo non probat, quod perſvaſus eſt, ipſum illud initium libri Esdræ ab incerto auctore eſſe profectum. Quod cum ab eo evictum non ſit, ceu paulo poſt apparebit, communis illa ſententia locum facile tuebitur. *Ieremiæ*, quod nonnullis placuit, tribui certe non poteſt, qui ante Cyrum vixit, cum in calce libri poſterioris libertas Iudæis a Cyro reddita memoretur. Communior ſententia *Esdræ* librum vindicat, quorſum ex noſtratibus legatur B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 555. ex Anglis vero *Io. Lightfootus* in Chronic. V. T. p. 142. Aliis denique incertus creditur auctor, & talis in univerſum, qui commentariis aliorum uſus ſit ad commentationem hanc perficiendam, id quod credere jubeant ſcripta variorum hinc inde allegata, de quibus paulo ante §. 2. diximus, tum vero antiquæ quædam memoriæ

(z) Reliqua is repetit a *Nehemia*, ſicut Abarbanel præfat. in lib Joſuæ f. 3. col. 3. Eſræ & Nehemiæ junctim adſcribit.

riæ, titulo *librorum Regum Iudæ & Iſraëlis*, aut hiſtoriæ libri Regum, indicatæ 2 Paralipom. XVI. 11. XXIV. 27. XXV. 26. XXVII. 7. XXVIII. 26. XXXII. 32. Quæ quidem loca nonnulli de ipſis Regum libris, qui adhuc exſtant, accipi voluerunt, quod vero dubium omnino videtur, ideo, quia in libris Regum quoque iidem commentarii citantur, ac præterea iidem libri Regum eadem neque utplurimum copioſiora habent, quæ in Chronicorum volumine leguntur, ne dicam utriusque nominis libros breviores eſſe, quam ut perfectos & plenos, quales veteres Judæos habuiſſe veriſimile eſt, Annales exhibere credendi ſint. Hinc vero illis videtur ſimilius, commentarios iſtos, qui in utroque Regum & Chronicorum volumine ad partes vocantur, antiquiores eſſe utroque, atque ita comparatos, ut communis fons exſtiterint, ex quo utriusque collector θεόπνευςος ſua partim hauſerit, partim vero hiſtoriam rerum locupletarit. Confer *Huetium* l. c. & *Clericum* in diſſert. ſæpe allegata §. 7. Nos quidem facile ſuas cuique permittimus conjecturas, modo ne per illas ſcriptum canonicum in mere humanum convertatur, quod vehementer cavendum eſſe prudenter B. Calovius noſtras monuit in Bibliis Illuſtratis Tom. I. p. 835. Confer interim de hac cauſa doctiſſimum *Jo. Gottlob Carpzovium* in Introduct. ad libros Hiſtoric. V. T. p. 283. & Rev. *Jo. Henr. Michaëlis* in præf. Uberioribus Annotationibus in hunc librum Halæ 1720. editis præmiſſa.

IV. Scriptio ipſa horum librorum incidit in tempora captivitatem Babylonicam inſecuta, cum liberationis tanquam pridem factæ mentio fiat 1 Paralipom. X. ipſa etiam Genealogia tum Regum tum Ducum Iſraëliticorum cap. XIII. ultra reditum ex captivitate Babylonica extendatur. Confer *Calovium* Tom. I. Bibliorum Illuſtratorum p. 748. & p. 835. *Matth. Frider. Beckium* in notis ad Targum Chronic. pag. 60. & *Claud. Fraſſenium* p. 517. Disquiſitionum Biblicarum. Poſt Darium Medum ſcriptos ex 1 Paralip. XXIX. 7. patere putat *Peleterius*: vide *Memorias Trevultinas* an. 1703. Tom. I. p. 37. Hinc & factum eſt, ut novæ quædam Hebraice loquendi formulæ, alias non obviæ, in his libris obſerventur, v. c. 1 Chronic. XXI. v. 25. ubi legitur שקלי זהב, cum vox שקל alias abſolute uſurpari ſoleat. Lege Guſſetum in Commentariis Linguæ Hebr. p. 885. Non leves in iſtis difficultates, quod ad Genealogiam & Chronologiam, Interpretibus ſe objicere agnoſcunt & Judæi & Chriſtiani. Illorum teſtimonia affert *Rich. Simon* in Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. 4. p. 35. horum autem paſſim in commentariis ac Harmonicis præcipue Scriptoribus,

ribus, B. *Walthero* & aliis invenire licet. Durior interim videtur *Andreæ Maſii* vox in commentar. ad Joſuæ librum p. 310. affirmantis, *multis in locis curtos eſſe hos libros imo confuſos.* Dignus eſt, qui hanc in rem legatur, Anonymi tractatus Latinus, qui ſub titulo: *Concordiæ librorum Regum & Paralipomenon, hiſtoriam Regum Iudæ & Iſrael complectentis*, prodiit Pariſ. 1691. in 4. Conf. Ephemerides Eruditorum Pariſienſes 1691. p. 172. ed. Pariſ. & Rev. *Io. Henr. Michaëlis* præfat. modo laudatam pag. 256. ſeq. Lege plura de Chronicorum libris præter Auctores ſupra citatos apud *Natalem Alexandrum* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. ætate V, diſſ. VII. & in Judiciis de Hiſtoria Critica Simoniana p. 155. ſeqq.

## *Subſectio V.*

## DE LIBRIS ESDRÆ, NEHEMIÆ & ESTHER.

I.

DE Esdra, cujus librum nunc ordine conſiderabimus, ejus nomine, genere, diſtinctione a Malachia Propheta, libro hiſtorico, & qui falſo ipſi tribuuntur, apocryphis, aliisque, quæ ipſi accepta feruntur, cum variæ eruditionis apparatu commentatus eſt Vener. *Georg. Serpilius* in Perſonalibus Esdræ Lipſ. 1708. 8. ad quem Lectorem merito in limine ablegamus. Ab Esdra profectum eſſe, qui nomen ejus præfert, librum, Judæi tradunt omnes poſt Doctores Talmudicos in Bava Bathra fol. 15. quos, quoad ſcio, Chriſtiani Scriptores omnes ſecuti ſunt, ex quibus nonnullos vide laudatos a Serpilio pag. 115. l. c. Atque id quidem per ipſius libri auctoritatem negari non poteſt, cum in tribus poſtremis capitibus v. c. VII. 27. 28. & IX. 1. 5. &c. Esdras de ſe in prima perſona loquatur. In ſex quidem antecedentibus id non fit, quod tamen non magis argumento eſſe poteſt, illa non eſſe ſcripta ab Esdra, quam Moſen Pentateuchi non eſſe auctorem, quia is itidem de ſe ſimili modo ex modeſtia, quæ aliis quoque externis Scriptoribus recepta fuit, loquitur. Interim hæc, puto, cauſa fuit, quæ doctiſſimum Huetium adduxit, ut capita ſex priora (a) vendicaret Anonymo, atque illi quidem, a quo libri Paralipomenon profecti olim ſint. Sententiam hanc confirmat ex

(a) Referendus huc ex parte eſt *Campeg. Vitringa*, qui in libro Esdræ inde a cap. IV. 7. usque ad v. 19. capitis VI. legi putat *fragmentum Chaldæum* de impedito Templi ædificio ſub Artaxaſta (h. e. Cambyſe Cyri filio) eoque tandem repetito, & ad exitum perducto ſub Dario; quod ſcriptor judicarit inſerendum.

Digitized by Google

ex eo, quod quæ colophonem Paralipomenis imponunt, eadem faciunt libri Esdræ initium. Ea vero verba ſicut & capita ſex integra a Scriptore profecta putat, qui rebus ipſis interfuerit, ceu inprimis ex cap. V. 4. patere cenſet. Non autem præſentem fuiſſe Eſram, quippe qui, ut c. VII. 1. traditur, Hieroſolymam demum venerit regnante Artaxerxe Longimano, cum ædificatio templi perfecta ſit ante, nempe anno ſexto Darii Hyſtaſpidis. Argumenta hæc talia viſa ſunt Cl. *Iac. Frider. Reimmanno* in Quæſtionibus ſuis Biblicis pag. 222. & antea *Io. Clerico* in Judiciis Theologorum Batavorum de Hiſtoria Critica Simoniana p. 159. ut prior quidem eam penitus approbarit, poſterior vero veriſimilem judicarit. Sed Clericus tamen mutaſſe deinde nonnihil mentem videtur, quandoquidem in diſſert. de Scriptoribus librorum Hiſtoricorum §. 8. ita diſſerit: *Nobis magis placebat vulgaris ſententia, ex qua ſtatuitur Esdras Babylone primum in Judæam rediiſſe, una cum Zorobabele & Ieſua, deinde cum reverſus eſſet in Babyloniam, iterum inde rediiſſe ſub Dario Hyſtaſpide. In prioribus capitibus ſemet ipſe non nominat, quia non erat dux & caput reditus, ut in ſecundo itinere, ſed ſatis liquet, hominem fuiſſe inter ipſos reduces, qui tempore Cyri redierunt, ex cap. VI. 14. 15. ubi ſe inter eos memorat.* Lege plura in eandem ſententiam apud Cl. *Carpzovium* in Introduct. ad libros Hiſtoricos V. T. p. 306. ſeq.

Et in ea quidem ſententia merito etiam nos acquieſcimus, ex qua etiam ſimul de tempore ſcriptionis judicium fieri poteſt, quippe quæ 70 annorum hiſtoriam complectitur, facto ſcilicet initio ab edicto Cyri pro Judæorum libertate, & deducto hiſtoriæ filo usque ad annum ſeptimum Darii Hyſtaspidis. i. e. ab A. M. 3468. ad 3538. Ex quo patet, falſam eſſe Spinoſæ hypotheſin, Esdræ & Nehemiæ libros ad Judæ Maccabæi tempora rejicientis. Eam examinatam & rejectam vide ab Huetio l. c. & Clerico in Judiciis Theologg. Batavorum p. 162. Locum quendam illuſtrem de Paſchate ex Esdræ libro Judæorum fraude ſublatum ſcribit *Juſtinus Martyr* in dialogo cum Tryphone p. 297. ſed non probavit eruditis. Vide Cl. Fabricii Codicem Pſeudepigraphum V. T. p. 1152.

De *tertio* & *quarto* libro Esdræ, qui a Latinis numerari & Esdræ falſo tribui ſolet, itemque de aliis nonnullis huc pertinentibus dixi Parte priore ſuo loco. Hic venit in mentem recordari, quod Judæi, ac ſpeciatim Maimonides in Hilchoth *Berachoth* c. 1. §. 5. tradunt, precandi formulas adhuc receptas ab Esdra ad certum numerum & ordinem revocatas eſſe. *Sed nihil certius eſt*, ut recte hic judicat auctor *Bilibra Veritatis*

*ritatis* alias non ſane probandus, p. 221. *quam hoc a magiſtris confictum eſſe, ut decretis ac inſtitutis ſuis concilient auctoritatem. Nec obſcure hoc liquet de variis benedictionibus inter Judaos hodie uſitatis, quas ipſemet Maimon fatetur originem ſuam trahere non* מן התורה *ex lege, ſed* מדברי סופרים *ex dictis vel ſtatutis Scribarum.* Poſteriora hæc verba omnino in ſuam rem vertere poſſent Judæi, qui procul dubio ipſa Scriptura Sacra præeunte Eſræ VII. 6. Eſram inter illos סופרים ut præcipuum hic a Maimonide deſignari contendent. Confer Cl. *Georg. Elieſeris Edzardi* eruditas notas ad Beracoth cap. 1. p. 277. Interim id quoque conſtat teſtimonio *Juchaſin*, ſcribentis: *Cum dicitur aliquid abſolute haberi ut Takkana* (conſtitutio) *nullo addito, intelligitur id conſtitutum ab Esdra, & ejus ſociis, qui Synagoga magna vocantur.*

De avtographo Esdræ, quod a nonnullis venditatur, dicemus infra inter Codices Biblicos MSS. Codicem Biblicum in carcere Babylonico non penitus periiſſe, adeoque nec ab Esra, quæ quorundam ſententia eſt, reſtitui debuiſſe, alibi obſervavimus. Conferantur, qui magno numero laudantur a Cl. *Fabricio* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1157. & Rev. *Serpilio* l. c. cap. 8. p. 136. ſqq. Literarum Samaritanarum cum quadratis ſive Aſſyriacis permutationem, quam Esræ conſilio factam putant nonnulli, infra ſuis remittemus auctoribus, in Tractatione de Codice Samaritano. De libro Esdræ Canonico & nonnullis capitibus huc pertinentibus conferantur fuſius differentes Cl. *Carpzovius* in Introduct. ad libros Hiſtoricos V. T. cap. 18. & Rev. *Jo. Henr. Michaelis* in Prolegom. ad librum Esræ, quæ *Uberioribus Annotationibus*, in hunc librum Halæ 1720. editis, præmittuntur.

II. *Nehemia* liber cum noſtro vel ideo conjungendus eſt, quod Hebræi in ſæpe citato loco Bava Batra, ubi Hagiographa recenſent, Nehemiæ librum omittunt & ſub Esdræ illo comprehendunt, ſicut & in Maſora finali, quæ Nehemiæ librum comitatur, commata libri Esdræ & Nehemiæ unam ſummam conficiunt. Ita quoque Hieronymus præfat. in Esdram & Nehemiam teſtis eſt, *apud Ebraos Esdra Nehemiaque ſermones in unum volumen coarctari.* Conferatur idem in epiſt. ad Paulinum & *Lactantius* Inſtitutt. Divinarum lib. IV. c. 11. ex recentioribus vero *Buxtorfius* Tiberiadis cap. 11. In Vulgata quoque verſione (quæ Syriacæ & Arabicæ hac in parte ſimilis eſt) adeoque Pontificiorum ſcriptis plerisque Nehemiæ liber tanquam *ſecundus Esdra* numeratur, forte ideo, quod narratio Esdræ in eo continuatur. Fuit tamen id fraudi nonnullis, qui ideo ipſum Esdram

dram libri Scriptorem eſſe cenſuerunt, quo ex recentioribus pertinent *Pet. Lambecius* in Comment. de Biblioth. Vindobon. Parte III. pag. 233. *Cornel. a Lapide* comment. in Esdram p. 3. *Barthol. de Barberiis a Caſtro Vetro* Gloſſ. in Scriptur. S. Tom. I. p. 487 & ex noſtratibus Centuriatores Magdeburgenſes Centur. IV. p. 307. Inter veteres ita ſtatuit *Athanaſius* in Synopſi Scripturæ Tom. II. Opp. p. 83. *Chryſoſtomus* item, & alii nonnulli. Interim Nehemiam ipſum auctorem credere jubent tum ipſa verba, quæ initium libri faciunt, tum mos ejus frequens de ſe ipſo in prima perſona loquendi. Neque obſtat caput XII. in quo genealogia Pontificum Maximorum usque ad tempora Darii Codomanni, ultimi Perſarum Regis, exhibetur. Ex eo quidem *Spinoſa* in Tract. Theologico-Politico c. 10. efficere voluit, longe poſt inſtauratum a Juda Maccabæo templi cultum confictum eſſe hunc librum a Sadducæis. Alii vero illud inſtar additamenti a Jaddo Sacerdote ſummo, cujus ibidem fit mentio, repetunt cum *Bonaventura Cornelio Bertramo*, in Lucubrationibus Franckenthalenſibus p. 93. Alii ab Anonymo iſtam quidem genealogiam inde a v. 10. usq; ad v. 27. imo forte a v. 1. contextui inſertam eſſe volunt, ideo quod v. 27. ſeries narrationis a Nehemia ſuſceptæ continuari videatur, nec veriſimile ſit, Nehemiam ad ætatem centum & quadraginta annorum perveniſſe, qui tribuendi ipſi erunt, ſi Jaddum Pontificem vidiſſe exiſtimandus ſit. Ita cenſent poſt *Dionyſ. Petavium* lib. XII. c. 25. de Doctrina Temporum & *Ludov. Cappellum*, doctiſſimus *Campeg. Vitringa* in Obſervatt. Sacris lib. VI. c. 7. p. 338. *Jo. Clericus* in comment. ad h. l. p. 690. item in diſſert. de Scriptoribus librorum Hiſtoric. §. 9. & antea in Judiciis Theologorum Batavorum pag. 61. tum vero etiam *Anton. van Dalen* in calce libri de Origine & progreſſu idololatriæ in epiſtola ad Steph. Morinum p. 740. & noviſſime *Jo. Jac. Rambachius* in præf. ad Annotationes Uberiores ſuper librum Eſræ Halæ 1720. editas, qui, cum B. Mayero ita ducentos annos eum attigiſſe dici debere putat, quos ipſe illi non ultra 120. vindicat. Sed vide, quæ in contrariam ſententiam diſputantur a *Scaligero* de Emendatione Temporum lib VI. *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. p. 305. & *Claudio Fraſſenio* in Disquiſitionibus Biblicis pag. 510. In medio rem relinquit Cl. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Introduct. ad libros Hiſtoric. V. T. pag. 341. Tempus ſcriptionis incidit in imperium Artaxerxis Longimani, & comprehendit res in populo Judaico occaſione Hieroſolymorum ædificandorum intra XII. circiter annos geſtas, quam in rem lege *Heideggeri* Enchiridion Biblicum pag. 124. ſeqq.

Sunt

Digitized by Google

Sunt qui & alias commentationes a Nehemia putant profectas, adducti loco 2 Maccab. II. 13. Ἐξηγεῖτο δὲ καὶ ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς καὶ ἐν τοῖς ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ τὸν Νεεμίαν τὰ αὐτὰ, καὶ ὡς καταβαλλόμενος βιβλιοθήκην ἐπισυνήγαγε τὰ περὶ τῶν βασιλέων καὶ τῶν προφητῶν καὶ τὰ τοῦ Δαυὶδ καὶ ἐπιστολὰς βασιλέων περὶ ἀναθημάτων. i. e. *Inferebatur in deſcriptionibus & commentariis Neemiæ hæc eadem: & ut conſtruens Bibliothecam congregavit de Regibus libros & Prophetarum & David, & Epiſtolas Regum de donariis.* Negari non poteſt, diſerte ibi tribui Nehemiæ ὑπομνηματισμοὺς, qui num a narratione, quæ exſtat, diverſi ſint, an minus, non æque patet. Vide quæ ad hunc locum commentatus eſt Cl. *Io. Albertus Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1163. & *Rich. Simon* in Reſponſione ad Judicia Theologorum Batavorum p. 106. Bartoloccius ſane Tom. IV. p. 520. ita accepit locum, ut ſcriberet: *Pariter ſcripſit quædam commentaria, in quibus diligentiſſime ea omnia complexus eſt, quæ Iudæis ex captivitate Chaldaica redeuntibus contigere; præcipue vero inventionem ignis ſacri, quem Sacerdotes exciſa urbe ſancta in profundiſſimum puteum defoderant.* Secutus is hic eſt *Cornel. a Lapide* in commentario ſuper hunc librum pag. 29. *Sixtum Senenſem* in Biblioth. Sancta lib. II. p. 89. & *Caſp. Sanctium* Prolegom. III. comment. in lib. Eſther p. 82. De aliis momentis ad Nehemiam pertinentibus, lege diligentiſſimum *Georg. Serpilium* in Perſonalibus Nehemiæ, Lipſiæ 1708. in 8. editis Cl. *Carpzovium* l. c. & *Io. Iac. Rambachium* in præfat. Uberioribus Annotatt. in hunc librum Halæ 1720. editis præmiſſa.

III. Agmen librorum Hiſtoricorum jure ſuo claudit libellus *Eſther*, b) qui a Judæis inter V. Megilloth ultimum locum occupat, & in Hagiographis Danielis Prophetæ præmittitur, niſi, quod in nonnullis Bibliis ſpeciatimque Venetis factum eſt, cum ceteris Megilloth Pentateucho ſubjiciatur. Vocatur ille κατ' ἐξοχὴν מְגִלָּה c) i. e. *volumen*, & מְגִלַּת אֶסְתֵּר

(b) Rationem nominis hujus recte plerique & ſapientiores ex Perſica lingua repetunt, in qua vox huic affinis *aſtrum* ſive ſtellam (ἀστέρα) denotat. Id jam vidit R. *Nehemias* in Tract. Talmud. Megilla f. 13. 1. Confer *Scaligerum* p. 15. b. ad Euſebium & *Pfeiferum* in ſingulari Programmate ad audiendam Orationem auſpicalem Lipſ. 1684. editam p. 1. Lege præterea tum de hoc, tum de alio, quod olim geſſerat, *Hadaſſa* nomine, Scipionem Sgambatum in Archivis V. T. p. 387. & *Wilh. Schickardum* Tom. VIII. Critic. Angl. p. 491.

(c) Quia ſcilicet præ ceteris libris Biblicis ad exemplum Pentateuchi, in Synagogis uſitati, in membrana continua, quæ circa lignum in modum cylindri tornatum circumvolvi ſolet, ſcribi & ſic prælegi ſtato tempore conſuevit.

אֶסְתֵּר *volumen Eſther* (confer *Hottingerum* in Theſauro Philolog. 488. ſq. Buxtorfium de origine punctorum p. 49. & *Leusdenium* in Philolog. Hebr. p. 88.) denique vero מְגִלַּת אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *volumen Ahaſveri*, ceu teſtatur *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. lib. II. p. 392. Locus Nehemiæ proximus illi merito adſignatur ob rem, quæ ejus ætate aut proxime geſta videtur.

Judæi Talmudici in *Bava Bathra* f. 15. a. Synagogæ Magnæ Viris adſcribunt, quos ſequitur ex recentioribus *Iſaac Arama* in præf. ad commentum in lib. Eſther, qui, rogatu Eſtheræ, eam narrationem ex commentariis Perſarum hiſtoricis hauſtam ab iis fuiſſe ait, ita tamen, ut præſidio Spiritus S. inſtructi verum a falſo diſtinxerint. Alii eorum non tam re ipſa, quam verbis, diſſentientes, *Esdræ*, capiti Synagogæ Magnæ, plerique vero *Mardochæo*, ut *Aben Eſra*, tribuunt. Unus Judæorum, quod quidem ſciam, Pſeudo-Philo in Chronographia ſua *Iojachimo*, Pontifici, acceptum fert, cui tanquam ἐμόψηφΘ-, non jungendus erat, quod factum a Viro docto video, R. *Aſarias de Rubeis*, quippe qui in ſuo אמרי בינה non tam ex ſua ſententia loquitur, quam potius Pſeudo-Philonis illius libellum Hebraice converſum exhibet. Ex Chriſtianis Patres nonnulli, ut Auguſtinus, &c. cumque iis ex noſtratibus *Gerhardus* Esdram auctorem faciunt, alii, ut *Huetius*, Viros Synagogæ Magnæ, plerique vero *Mardochæum* ipſum, adducti cap. IX. v. 20. *Scripſit itaque Mardochæus hæc omnia, & literis comprehenſa miſit ad Judæos;* cujus ſententiæ patronos magno numero laudatos vide a Rev. *Serpilio* in Perſonalibus Eſtheræ p. 8. ſqq. & doctiſſimo *Carpzovio* in Introduct. ad libb. Biblicos V. T. p. 351. Mardochæum & Eſtheram junxiſſe hic operas, perſuaderi ſibi paſſus eſt *Nic. Serarius* ex Græca loci citati c. IX. 29. verſione, ubi Eſther & Mardochæus conjunguntur. Cum vero commata 20. & 29. laudata non tam de ipſo illo libro, quam de literis negotii ipſius interpretibus & inſtituenda ſolennitate accipi commode poſſint, non adeo confecta eſt hæc cauſa, quin potius nonnulli de auctore ſecundario nihil definiendum cenſeant. Inter eos ſunt B. *Brentius*, & B. *Calovius* in commentariis ſuis, *Reimmannus* item & *Carpzovius*, iſte in quæſtionibus Biblicis, hic in laudata Introductione p. 352. ac denique *Io. Clericus* in Diſſertat. de Scriptoribus librorum Hiſtoricorum §. 10. cujus hæc ſunt verba: *Libri Eſthera auctorem indicare velle perinde eſt ac hariolum ſe profiteri. Hoc certo videmur affirmare poſſe, propter ſummam peritiam conſvetudi-*

M

Digitized by Google

*tudinum Perſarum, quæ in eo elucet, ut paſſim commentarius noſter oſtendit, ſtante Imperio Perſico, conſcriptum eſſe, ſemperque ab Hebræis inter libros ſacros habitum & admiſſum, quod probat etiam obſervatio feſti Purimorum ſeu ſortium ad ultima uuque tempora propagata.* Amplectitur hæc auctor præfationis *Annotationibus uberioribus*, in hunc librum Halæ 1720. editis, præmiſſæ. Lege plura, præter citatos, apud *Placcium* in Theatro Anonymorum pag. 5. ſq. *Natal. Alexandrum* in Hiſtor. Eccleſ. V.T. Ætate VI. diſſ. 7. *Claud. Fraſſenium* in Disquiſitionibus Biblicis p. 535. ſq. & ſingulare programma B. *Auguſti Pfeiferi*, quo orationem ſuam auſpicalem ad ſuſcipiendas Profeſſoris partes indixit Lipſ. 1684. in 4. quodque in calce Theſauri ſui Hermeneutici p. 597. ſqq. repeti curavit. Unum adhuc commemorare fas ſit, quod in Theatro Placciano l. c. pag. 5. ex ſymbola Normanniana traditur, ex ſententia R. Schabbatai tribui librum iſtum *Ezechieli*. Reſpicitur ibi ad שפתי ישנים R. Schabbatæi p. 83. a. ubi hæc leguntur verba: אנשי (יחזקאל) כנסת הגדולה כתבו ספר יחזקאל ותרי עשר ודניאל ומגלת אסתר i. e. *Quod ad Ezechielem attinet, Viri Synagogæ Magnæ ſcripſerunt librum Ezechielis, & XII. Prophetas, item Danielem & libellum Eſther.* Sunt hæc ipſa verba ex *Bava Batra*, ex quibus patet, & Ezechielis librum & Eſther Viris Synagogæ M. non autem Ezechieli acceptum ferri.

Ignoratio certi auctoris ipſius libri auctoritati divinæ nihil detrahit, nec in dubium unquam vocata fuit, vel Judæis, vel noſtratibus; ipſique B. *Luthero* nominatim, quibus id quidem præter rationem tribuit *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 317. Vide quæ pro vindicanda fama meliore attulerunt *Gulielmus Saldenus* in Otiis Theologicis lib. III. Exerc. V. B. *Pfeiferus* in Programmate laudato, Rev. *Serpilius* in Perſonalibus Eſther p. 196. ſeqq. & inprimis *Jo. Gottlob. Carpzovius* l. c. p. 353. ſeq. In quanta apud Hebræos exiſtimatione ſit, ex variis patet argumentis, quæ legantur apud *Buxtorfium* in calce præfat. ad Synagogam Judaicam, *Hottingerum* p. 488. Theſauri Philolog. & Cl. *Io. Iac. Schudt* in Memorabilibus Iudaicis lib. VI. Part. II. p. 311. ſeq. d) Hinc mirari omnino ſubit, qui fieri potuerit, ut *Richardus Baxterus* de ætern. Sanct. quiete Part. IV. p. 369. aliud & ſibi & aliis perſvaſerit, narrans, Judæos, libellum hunc lecturos, in ter-

(d) Illuſtris eſt hanc in rem Maimonidæ locus in יד חזקה Tomo I. fol. 325. a. כל ספרי

terram illum projicere conſueviſſe. Hauſit id, ni fallor, ex *Sandyſii*, popularis ſui, Itinerario lib. III p. 310. verſionis germanicæ, ubi de Iudæis Orientalibus refert, eos volumen Eſther *inter legendum* in terram ut prolabatur, pati, ideo quod in eo divini nominis mentio nusquam occurrat, quod tamen ſapienter ab auctore in Ethnicorum gratiam factum eſſe vel ſic profiteantur. Narratio hæc fide indigna viſa eſt Cl. Schudtio l. c. p. 311. Sed ponamus rem ita habere, totius inſtituti hujus ratio alia omnino redditur, quam quæ divinam libri auctoritatem dubiam eis fuiſſe evincat. Superſtitio enim hic potius dominata eſt eorum animis, quam ſolidum & idoneum argumentum. Imo, ſi conjecturis hic locus relinquendus eſt, exiſtimaverim, Iudæos Orientis indignationem ſuam de peſſimis fraudulentisque Hamani conſiliis teſtatam hoc more inter legendum facere voluiſſe. Id certum ſaltem eſt, nec Iudæos morem hunc in contemtum libri ipſius unquam adduxiſſe, nec omiſſionem nominis יהוה ita comparatam, ut ſimile quid ex ea elici potuerit. Leges, ſi volupe eſt, hanc in rem præter laudatum Schudtium p. 312. *Jo. Buxtorfium* in Catalectis Philologico-Theologicis p. 18. ſq.

Tempus ſcriptionis incidit, ex plerorumque ſententia, in imperium Ahaſveri, quem ſub Xerxis nomine intelligunt, atque adeo in annum poſt captivitatem Babylonicam quinquageſimum. Hujus varii anni in libro ipſo memorantur, v. c. cap. I. 3. annus tertius, quo convivium ſplendidum celebratur, ſicut anno duodecimo Haman ad ſupplicium rapitur cap. III. 7. tota vero narratio annorum octodecim circulo continetur. Lege hanc in rem plura apud *Campeg. Vitringam* in Hypotypoſi hiſtor. & Chronolog. Sac. p. 110. item Cl. *Carpzovium* l. c. p. 362. & in præfat. *Annotationibus Uberioribus* in hunc librum Halæ 1720. editis præmiſſa.

Alia ad libri hujus hiſtoriam & illuſtrationem pertinentia leguntur apud Rever. *Serpilium* in Perſonalibus Mardochæi & Eſtheris, Lipſ. 1708. editis, & *Cornel. Adami* Obſervationibus Philologico-Theologicis

M 2 cap.

ספרי הנביאים וכל הכתובים עתידים ליבטל לימות המשיח חוץ מגלת אסתר הרי היא קיימת כחמשה חומשי תורה i. e. *Omnes libri Prophetici & omnes Hagiographi aliquando abolebuntur diebus Meſſiæ, præter volumen Eſther, quia illud æque conſiſtit atque quinque libri Legis.*

cap. II. quibus forte non ſine emolumento addideris B. *Chriſtiani Kortholti* diſputationem ſingularem de libro Eſther & ejus additamentis, Roſtoch. 1663. in 4. editam, quæ mihi quidem ex Holmiæ Literatæ Parte III. p. 71. innotuit. Chronologiam Mardochæi & Eſtheræ totiusque libri Clariſſ. *Hardtius* ſubjunxit Memoriæ Seculari Ximenii, Helmſtad. an. 1717. in 8. editæ p. 58. ſqq. Ceterum *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. varias commentationes Mardochæo & Eſtheræ tribuit; Mardochæo quidem p. 384. ad Nehem. IX. 10. provocans דברי מרדכי i. e. hiſtoriam Mardochæi, & אגרות אל היהודים i. e. epiſtolas ad Judæos: Eſtheræ vero p. 387. ex Nehem. IX. 29. commentarium de rebus ſuis tanquam ab illo Mardochæi, & volumine, quod in ſacris eſt, diſtinctum; tum vero ſermonem, quo feſtum Purim confirmetur, ac denique אגרות ſive epiſtolas. Qua de re, quid habendum ſit, prudens quisque per ſe facile intelligit.

## *Subſectio VI.*

### De LIBRIS METRICIS, inprimis LIBRO JOBI & PSALMIS.

I.

DE libris Metricis nunc dicturi neceſſe putamus brevibus exponere, quid de illis in univerſum Judæi & Chriſtiani cenſeant. Judæi ſcilicet tres omnino libros poëtica ſcribendi ratione a reliquis diſtinctos judicant, nempe איוב משלי & תהלים quos conjunctis trium vocum literis initialibus, libros אֱמֶ"ת appellant. Tribus illis Chriſtiana antiquitas duos alios addidit, nempe Eccleſiaſten & Canticum. Lege *Gregor. Nazianzenum* Tom. II. Operum p. 98. & *Epiphanium* de ponderibus & menſuris Tom. II. Opp. p. 162. Ex recentioribus denique Chriſtianis poëtices Hebraicæ veſtigia alibi quoque, in libris tum Hiſtoricis v. c. Exodi XV. & Deuteronom. XXXII. tum Propheticis, puta Jeſ. V. & Jonæ II. &c. obſervarunt. Imo fragmenta quædam librorum poëticorum antiquiorum in Pentateucho, ſpeciatim Geneſ. III. 24. & VII. 12. audaciori forte conjectura venditare inſtituit Cl. *Jo. Clericus* in commentario ad ll. cc. *Lamechi carmen a Moſe memoratum, carminum jam illa ætate uſum abunde docere* credit Cl. *Herm. van der Hardt* in præfatione ad primam elegiam Sacram Joelis; in cujus limine poetica dictio Prophetis omnibus adjudicatur his verbis: *Sacros vates divina ſua opuſcula cæleſti beneficio ad nos, ſub gentili quondam cælo natos, propagata ligata oratione conſcripſiſſe non*

*non ſolum totus orationis habitus abunde demonſtrat, ſed & ex remotiſſima conſtat antiquitate.*

Quæ Pœſeos hujus Biblicæ ratio ſit, apprime obſcurum eſt, nec adhuc ad liquidum perductum, dubiumq; omnino eſt, an poſteritas unquam ex diverſarum, quæ hic ſe offerunt, ſententiarum ambagibus eluctatura ſit. Recenſuit illas diligenter, & interpoſito judicio ſuo ad examen revocavit doctiſſimus *Jo. Gottlob Carpzovius* in Parte II. Introductionis ad libros Biblicos, cap. I. Nos claſſes, ab eo recte conſtitutas, retinebimus, & quæ obſervata præterea a nobis ſunt, huc conferemus. Judæi quidem metricos ſuos libros ex accentuatione, quæ hic ſingularis eſt, vel dictione æſtimant, cetera vero nec metrum nec rhythmos, quibus momentis hodierna Hebræorum carmina, quæ חרוזים vocantur, abſolvuntur, in iis quæri debere aut inveniri poſſe plerumque exiſtimant, in dictionis majeſtate ſententiarumq; gravitate acquieſcentes. Ita ſentiunt auctor libri Coſri Parte II. §. 69. ſeq. pluresque alii, qui a *Buxtorfio* in Mantiſſa diſſertationum quarundam, in calce libri Coſri collocata, proferuntur, v. c. *Abarbanel* ad Exod. XV. (quanquam is diverſas conſtituit carminum ſpecies, ut paulo poſt monebitur,) R. *Aſarias* in מאר עינים Parte III. c. 60. R. *Samuel Arcuvolti* in ערוגת הבושם cap. 31. R. *Samuel Tibbonides* in initio commentarii ſui in Eccleſiaſten, prout quidem citat *Jebuda Muſcato* in comment. ad lib. Coſri p. 119. a, ac denique R. *Abraham* Medicus in שלטי גבורים fol. 3. col. 3. Et illi quidem hodiernam Hebræorum Poëſin recentem & a gentilibus mutuatam profitentur. Loca huc pertinentia collecta vide poſt Buxtorfium l. c. a *Bartoloccio* Tom. II. Biblioth. Rabbin. p. 244. & *Voiſinio* in notis ad Raym. Martini Pugionem Fidei p. 129. ſqq. Ex Chriſtianis idem ſtatuunt inprimis *Scaliger* ad Euſebium p. 6. & alii a *Carpzovio* laudati, quibus adde *Arnaldum* in Obſervationibus de Eloquentia præconum ſacrorum p 68. ubi poëſin Hebræorum a proſa putat diſtinctam ſolo ornatu, efficacia & figura dictionis, ſicut Cl. *Andr. Dacerius* in diſſ. de Poëſi Lyrica, ultimæ Horatii editioni an. 1709. præmiſſa, majeſtatem phraſium & dicendi figuras utramque hic paginam facere obſervat.

Alii, ſine reſpectu ad *metrum & rhythmos* habito, conformatione ſermonis, ad modulos Muſicos accommodata, Poëſin abſolvi ſtatuerunt, quale quid in canticis quibusdam Latinis obſervatur; quam ſententiam inprimis ornavit B. *Pfeiferus* in ſingulari diſſertat. de Poeſi Hebræorum,



Digitized by Google

Witteb. 1671. edita, (cum qua compara ejuſdem notas ad libellum סור מרע () 1 ſqq. & Dubia Vexata ad Pſalm. 1.) poſt eum vero amplexus eſt *Salomon van Til* in tractatu vernaculo de poeſi, muſica ludisque veterum Hebræorum Part. 2. c. 6. Pertinet huc ex parte Moſes Chaviv in דרכי נעם cujus judicium mox proferemus.

Alii parabolicum dicendi genus carminis Hebræi rationem conſtituere exiſtimant. Sic *Abarbanel* in comm. ad Jeſ. V. tertium carminis genus id facit, *quod non differat, neque ſecundum dictiones, neque ſecundum modulamen vocis, ſed tantum ſecundum ſenſum eorum, quatenus nimirum non intelliguntur, prout verba ſonant, imo contra, quod per ea exprimitur, fictitium eſt, quale eſt Canticum Canticorum, & canticum Jeſaiæ c. V.* Confer B. *Varenii* comment. in Jeſaiæ c. V. p. 98. ſq. Parum abit hæc ſententia ab ea, quæ primo loco commemorata eſt.

Alii in peculiari accentuum metricorum uſu & poſitu & hinc pendente lectione, Poeſin Hebræorum collocant, quæ fuit ſententia *Theodori Eberti* in lib. de Poet. Hebr. c. 2. reg. 3. *Poëſeos veteris formam primitus ſolo temporum numero circumſcriptam & occulta accentuum diſpoſitione conſtitutam fuiſſe* pronunciantis. Idem placuit Cl. *Jo. Georgio Abichtio* in tract. de Accentibus Hebræorum ex antiquiſſimo uſu lectorio vel muſico explicatis. Hæc enim ejus verba p. 264. leguntur: *Ex accentibus quoque de Hebræorum Poëſi antiqua judicium ferri poteſt. Si enim accentus, quod ſupra oſtenſum, rationem indicant, qua olim cantica ſacra diſtincte lecta vel decantata ſunt, non falluntur, qui ex illis veram poeſeos Hebrææ rationem reſtituunt.* Conferatur idem in diſſ. de Libro Recti pag. 15. ſq. ubi nonnihil diſtinctius mentem explicat, tria potiſſimum momenta in carmine Hebraico obſervanda ſvadens 1) ut brevibus conſtet membris; 2) ut adſit rhythmus, non qui, ut hodie ὁμοιοτελεύτοις abſolvatur, ſed qui conſtet ordine harmoniæ concinno ſive melodia, ſecundum quam aliæ ſyllabæ tarde aliæ breviter pronuncientur, licet tales non ſint natura; 3) ut ſtylus poeticus non deſit. Non videtur diſſentire Celeb. *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Commentar. de cauſis Linguæ Hebr. lib. 2. c. 9. §. 6. Forte eadem mens fuit *Truls Arvidſono*, Regii Archivi Antiquitatum Chalcographo, qui Holmiæ an. 1706. 4. plagula una Pſalmos Davidicos priores ſeptem ita edidit, ut repræſentaretur, *quod delectationis aurium & memoriæ juvandæ cauſa hodiernam cantandi conſuetudinem ad carminum divinorum accentuationem adaptando, collatoque ordine, fundamento, & utrimque ambarum euphonia quilibet accentus diſtinctivus metricus ſonum Muſicum admittere poſſit.*

Ab

Ab his multum abeunt, qui metro olim Hebræos æque ac alias gentes uſas eſſe credunt, atque adeo Hexametros, Pentametros & Lyrici quoque carminis veſtigia ibi obſervaſſe ſibi viſi ſunt. Pertinent huc ex Judæis *Joſephus* lib. 2. Antiquitatum Judaic. cap. ult. & alias, ex Chriſtianis vero Græcæ Eccleſiæ *Euſebius* lib. XI. de Præparat. Evangelic. c. 3. Scriptor Topographiæ Chriſtianæ apud Leonem Allatium de Libris Eccleſiæ Græcæ p. 61. ex Latinis Doctoribus Hieronymus tum in præfatione ad Chronicon Euſebii, tum alias itemque Arator. Veterum hujusmodi teſtimonia profert *Jo. Crojus* in Obſervationibus Sacris ad Novum Fœdus p. 93. ſqq. Horum autem judicium alii rident tanquam ex ignorantia profectum, cum *Scaligero* ad Euſebium p. 7. & *Jo. Clerico* Tom. IX. Biblioth. Univerſal. p. 275. ſqq. alii in rem ſuam convertunt cum *Jo. Morino* p. 537. Exercitatt. Biblic. qui hinc conficit Judæos, Hieronymi doctores, longe aliter Jobi & Pſalmorum textum legiſſe, pronunciaſſe & diſtinxiſſe, quam poſtea Maſorethas, quia in iſtis libris, ut a Maſorethis nunc punctati ſunt & diſtincti, nemo iſtas menſuras ſit deprehenſurus; alii denique excuſant cum *Cappello* pag. 730. Operum Poſthumorum & doctiſſimo *Valent. Erneſto Læſchero* in Commentar. de cauſis Linguæ Hebr. pag. 436. cui doctores illi non ad menſuram & pedes Græcorum ſed ad themata quædam breviora Hebraicis carminibus propria reſpexiſſe videntur, ſicut ex Cl. *Abichtii* ſententia in diſp. de Libro Recti p. 16. pronunciatio ſyllabarum nunc tardius nunc brevius facta rhythmi nomine illis venit. Arriſit interim illa de metris proprie dictis opinio I. H. *Alſtedio* in Triumpho Biblico p. 263. & inprimis *Franc. Gomaro* in Lyra Davidis an. 1637. Lugd. Bat. edita & in Operibus ejus an. 1645. Tom. II. p. 313. ſeqq. recuſa. Cui quamvis *Lud.* Cappellus *animadverſiones* ſuas Salmur. 1643. 12. & ad calcem Criticæ S. p. 651. oppoſuerit, non tamen effecit, quo minus nuper admodum Gomarum ſequeretur *Hardtius* in Joëlis Prophetia ad metrorum rationes revocanda. Is enim primam, quam vocat, Joelis Elegiam *Jambis* iisque *hexametris*, ſecundam itidem Iambis, ſed *tetrametris*, tertiam denique jambis iterum hexametris concinnatam obſervat. Edidit Vir paulo ingenioſior Elegias iſtas hebr. Helmſtad. 1706. 8. cum oppoſita e regione pronunciandi voces Hebraicas, quantitatis notis inſtructas, ratione. Sed inde non tam didiceris, quod Viri docti pace dixerim, quomodo Hebræi olim illa Sancti Vatis verba legerint, quam qua ratione ipſe τῇ ὑποθέσει δυλεύων nova prorſus ratione legenda vel cantillanda cenſeat. Hinc fit, ut, quando metro vendi-

tato

Digitized by Google

tato voces non ſatis reſpondent, una ſyllaba in duas tresve diducatur, על ſcilicet per *aal* ואין vero per *veeen* &c. legendo. Verſus Jambicos tetrametros acatalecticos, in commatibus illis, quæ Joſ. X. 13. ex libro הישר citantur, deprehendere ſibi viſus eſt *Andr. Maſius* in comment. ad illum locum, quem vide. *Jo. Martianaus* in Opp. Hieronymi Tom. I. Part. IV. §. 4. *ſpondaeos* inprimis & *dactylos* in metro Hebræo urget.

Alii rhythmis ὁμοιοτελεύτοις Poeſin Hebræorum veterem non minus quam hodiernam conſtare potiſſimum cenſuerunt, inter quos primus forte eſt *Auguſtinus Steuchus* in præfat. ad Pſalmos. Poſtea *Jo. Henr. Alſtedius* in Præcognitis Theologicis lib. 2. pag. 28. ſeqq. periculum fecit, Pſalmos 47, 130, 121, 128, 131, 133, 134, 100, 117, & 23 ad rhythmos hymnicos revocandi, non quod his ſcriptos eos putaret, ſed ut memoriæ tironum Linguæ S. conſuleret. Hos ſecutus eſt *Laur. Petraus* in *Cantico Canticorum* Hafn. 1640. 12, edito, ubi textum Hebraicum ad rhythmos ſatis infeliciter revocat. Jungitur his a Celeb. *Laſchero* l. c. & *Carpzovio* in Parte II. Introduct. ad libros Biblicos p. 17. *Theodorus Herbertus* (e) in lib. de Poetica Hebræorum, qui cum procul dubio idem ſit cum *Theodoro Eberto*, cujus Poeſis Hebraica Harmonica rhythmico-metrica Lipſ. 1628. 8. & Francof. ad Oderam 1638. 8. prodiit, cujusque aliam ſententiam, a nobis ſuperius commemoratam, laudatus Carpzovius ſub *Eberti* nomine p. 11. recenſuerat, nunc quidem, cum liber ad manus non ſit, definire non auſim, quid tandem Ebertus iſte ſtatuiſſe putandus ſit. Noſtra vero memoria plures patronos hæc ſententia de rhythmis Hebræorum invenit, interque eos inprimis *Jo. Clericum*, Profeſſorem apud Arminianos Amſtelodamenſem in commentario ad Pentateuchum paſſim, itemque in diſſertatione de Scriptore Pentateuchi iſti commentario præmiſſa, tum vero in Biblioth. Univerſali Tomo IX. p. 222. -- 291. (f) ubi p. 244. inter cetera ſcribit, ſe Pſalmos omnes ad verſus rhythmicos revocaſſe, nonnullas etiam aliorum librorum Poeticorum & hymnorum partes, in quibus tamen nonnulla deficiunt. Fatetur etiam p. 274. rhythmos utique oſtendi non poſſe ob rationes, quas in præcedentibus attulerit. Tandem Speciminis loco Pſalmum CL. rhythmice diſpoſitum profert, notisque

(e) Eodem modo appellat quoque Cl. *Abichtius* in Diſſertat. de Libro Recti p. 17.

(f) Diſſertatio hæc integra inſerta eſt Ephemeridibus Anglicanis, quæ ſub titulo: *Young Students Library*, Lond. 1691. fol. prodierunt. Lege librum p. 294. ſqq. ubi in fine diſſertationis dubia quædam contra auctoris Syſtema afferuntur.

Digitized by Google

notiſque illuſtrat (g). Clerici exemplo excitatus *Jacobus Cappellus*, Ludovici filius, plura rhythmicæ Poeſeos Hebræorum ſpecimina, Pſalmum ſcilicet 145. & alios in rhythmos digeſtos, ſuppeditavit Tom. XIII. Biblioth. Selectæ p. 288. ſqq. ſub titulo *Conatus* ad Pſ. 145. *pauculosque alios*. Inter Italos *Malateſta Strinatus* de Hebræorum rhythmis, ſpeciatimque Epithalamio, quod vocat, Salomonis, illis alligato, ſententiam expoſuit in *Joh. Marii Creſcimbenii* commentar. in hiſtoriam ſuam Poeſeos vernaculæ Tom. I. c. 3. p. 7. ſq. Poſt eum *Biagius Garofalus* in Obſervationibus ſuis de Poëſi Hebræorum & Græcorum, Italice Romæ an. 1707. in 4. editis, ſimiliter affirmat, neſcire Poeſin Hebræam menſuram pedum metrumque, & unice in ſyllabis ὁμοιοτελεύτοις acquieſcere, id quod productis in rem præſentem Pſalmis nonnullis, aliiſque V. T. Canticis manifeſtum facere conatur. Recenſet hanc ſcriptionem Cl. *Clericus* Tom. XX. Biblioth. Selectæ Parte I. conſenſionemque ejus tanto magis in argumentum veritatis rapit, quod is operæ ſuæ, in eadem re collocatæ, neſcius idem ſtatuerit. Confer Acta Eruditorum Lipſienſia an. 1708. p. 398. ſq. At habuit hæc hypotheſis adverſarium non unum. Ita *Thyſius* in Exercitatt. Miſcellan. XVII. p. 510. ſq. Tomo V. Opuſculorum, a Cl. Crenio junctim editorum, rhythmicam Hebræorum poeſin fuiſſe negat, ideo, quod ante Aben Eſræ ætatem nullum ejus exemplum obſervetur. Operoſius eidem invento ſe oppoſuerunt *Jo. Morinus* in Exercitationibus Biblicis pag. 538. ſq. *Salomon van Til* in commentatione de Poeſi & Muſica Hebræorum Parte II. c. 6. tum vero Rev. *Jo. Georgius Abichtius* in Diſſertat. de Libro Recti §. 8. & in Tractatu de Accentibus Hebræorum p. 267. ſqq. (h) Fuit & inter Italos Judæus *Raphael Rabbenius* (i), arte Medicus, qui aſſumto *Bar-*



(g) Cl. *Campeg. Vitringa* exempla, conjecturas hujusmodi confirmantia, ex Pſalmo II. & Deuteron. c. XXII. ſuppeditat lib. II. Obſervatt. Sacrarum cap. I. p. 4. ſeq. Adde librum III. pag. 353.

(h) Prodiit quoque libellus Italicus, Clerico nominatim oppoſitus, ſub titulo: Lettera di *** ſcritta ad uno de' ſuoi Amici ſovra un Saggio di Critica del Sign. Giovanni Clerico intorno alla poeſia degli Hebrei in 8. 2 plagulis ſine loco & anno. Suſpicor tamen prodiiſſe an. 1710. quia in limine epiſtolæ hujus tractatus Scacchi contra Garofalum (qui paulo poſt in contextu anno 1709. lucem vidiſſe monebitur) anno ſuperiore prodiiſſe dicitur. Fortaſſe quoque ipſa hæc epiſtola auctorem habet ipſum *Scacchum*, Judæum Pſeudonymum, quia eadem hic ſententia, cujus ſe in ſcripto Anti-Garofaliano patronum prælitit, defenditur.

(i) Hic in Ephemeridibus Literariis Hagæ editis (Journal Literaire) Tom. II. p. 467. vocatur mendoſe *Rabenius*.

*naba Scacchi* nomine *Garofalum* epiſtola ſingulari oppugnavit, quæ, Magliabecchio dedicata, Italice lucem vidit Patavii 1709. 4. paginis 64. In illa non ſolum rhythmicam fuiſſe negat poeſin, ſed & metricam fuiſſe adſtruit. Confer Muſeum librorum novorum, vernacula lingua editum Parte IV. p. 347. & Parte X. p. 801. quo in loco recenſeri videbis Garofalii *Obſervationes*, ſub *Octavii Marantæ* nomine Judæo iſti vindiciarum loco oppoſitas. Lege plura huc pertinentia in Memoriis Literariis Trivultinis an. 1710. Oct. 1712. p. 147. 153. 1713. p. 1292. 1715. p. 917. Inprimis quoque conſule Ephemerides Italiæ Tom. VII. p. 269. ſeq. XV. pag. 466. ſeq. XVIII. p. 198. ſqq. XXIV. p. 379. ſeq. ubi de *Blaſii Caryophili* & *Alex. Bagnoli* ſcriptis huc pertinentibus exponitur. Nec omitte Acta Erudit. Lipſ. Tom. VI. Supplement. p. 302. ubi ex R. R. libro Italico ſub tit. *Differenze Philologico-Sacre* edito, ejusque cap. ultimo monetur, auctorem pro ſententia veterum, metrum Hebraicæ poeſi tribuentium, pugnare, verſusque inæquales, quibus Odæ Pindaricæ conſtant, illis tribuere, neque tamen hexametrorum aut pentametrorum, imo etiam verſuum rhythmicorum uſum iisdem prorſus denegare. *Jac. Cappelli* conatui in Pſalmis 145, 103, 149, &c. collocato occurrit Rev. *Herm. Chriſtoph. Engelcken* ſingulari Diſſert. Roſtoch. 1712. habita. Equidem non video, quomodo ὁμοιοτέλευτα illa, ſi loca quædam caſu ita comparata exceperis, probare ſe cuiquam poſſint, qui viderit, hujus ſententiæ aſſertores & vindices licentia non toleranda in mutandis, transponendis, augendis Sacri Codicis verbis, conſtituendoque ſyllabarum numero verſari, ut alia incommoda taceam, quæ aliis jam obſervata memini.

Horum latus claudat *Marcus Meibomius*, ipſis tamen ex omni parte non probandus, qui totum ſacrum Codicem vario metri genere exaratum finxit, &, ut hypotheſin precario aſſumtam tueretur, contextum Hebræum hinc inde refingere auſus eſt. Vide quæ de eo diximus ſupra, ubi de Criticis inſolentioribus egimus, & adde Celeb. *Laſcheri* commentar. de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 183. itemque diligentiſſimum *Carpzovium* l. c. p. 21.

Addiderim his claſſibus eorum cœtum, qui veterum Hebræorum poeſin duplicem fuiſſe opinantur. Huc, credo, pertinent, B. *Daubaueri* verba, quæ in Oratione ejus Pentecoſtali, cum Politica Biblica Helmſt. 1710. edita, leguntur: *Ante omnia*, inquit is, *etiam notari velim, geminam omni tempore fuiſſe pœſeos legem, proletariam aliam ac vulgarem, aliam quaſi regiam & magnificam: illa τὸ ὅμοιον τοῦ ῥυθμοῦ, hæc τὸ εὔρυθμον conſectatur: placet*

ill

*illi* τὸ ὁμοιοτέλευτον h. e. *periodus, ſimili ſono cadens.* Et poſt pauca: *utraque poëſeos ratio in fontibus Hebrais ſcatet, ita tamen, ut prior illa caſu nata videatur, hac conſilio, ſed nobis, noviſſimis hominibus, longiſſimeque a cana illa vetuſtate remotis inſcrutabili.* Ita *Melchior Leydeckerus* metricam æque ac rhythmicam eandem fuiſſe aſſeverat in commentario de Republica Hebræorum lib. XI. c. 6. p. 643. his uſus verbis: *Obſervemus modo, proſodiam apud veteres Hebraos fuiſſe vel metricam, qua artis pedibus conſtabat, ut apud Graecos & Latinos, vel rhythmicam, ubi verſus in fine eſſent* ὁμοιότελωτοι *ſyllabis conſonantibus, uti penes Europaeos. Utriusque dantur exempla in verbo Dei.* Et poſt pauca: *Quin fuere, qui Pſalmos Davidicos rhythmice ad modulos Pſalterii Belgici compoſuerunt. Specimina videbis in Alſtedii Pracognitis & fine Grammatices Hebraa, quam edidit Henr. Dieſtius. Et nos uno alterove Pſalmo olim idem conati ſumus.* Deinde p. 641. Pſalmos binos priores rhythmice diſpoſitos invenies. Ita ex Judæis *Moſes Chavin* (k) in libro דרכי נועם prout citatur a *Bernabo Scacchi* in epiſtola modo laudata pag. 29. veterum Hebræorum carmina ad duo genera revocat, cum alia quidem æquali ſyllabarum numero atque adeo metro tantum æſtimentur, ut, ſi qua ſe offerat ſyllabarum & ſonorum in fine harmonia, caſui illa accepta ferenda ſit, alia vero, non habita ratione numeri aut conditionis ſyllabarum æqualitatis defectum compenſent vel cantu vel motione literarum gutturalium, exceſſui vero medeantur certa quadam vocis ſvavitate. Ad prius genus refert Pſalmos, Proverbia, & Jobi librum. Specimina hæc habet ex Pſalmis:

קראתיך הושיעני
ואשמרה עדותיך

ex Proverbiis:

שמע בני מוסר אביך
ואל תטוש תורת אמך:

ex Jobo autem:

ברעב פדך ממות
ובמלחמה מידי חרב

Ad poſterius pertinere ſcribit Cantica Moſis, Deboræ, Baraci in libro Judicum, & Davidis in libro Regum.

N 2 Tria

(k) Judæus hic ad antiquitatem verſuum rhythmicorum adſtruendam utitur inſcriptione Hebraica, qua Amaziæ Regis ſtatua inſignita fuiſſe traditur. Vide appendicem Buxtorfii ad librum Coſri p. 417. At ſtatuæ illius origines ſubleſtas omnino eſſe evicit Bartoloccius Tom. IV. p. 240. Confer *Beckii* Monumenta Judaica p. 6. ſqq.

Tria genera carminum Hebræorum enumerat *Abarbanel* in comment. ad Exod. XV. & Jeſ. V. (vide Buxtorf. in calce libri Coſri pag. 408.) quorum primum ab antiquitate ait ignorari, quod ſcilicet nomine חרוזים hodie appellatur, reliquorum vero binorum exempla ex codice ſacro producit, quæ apud ipſum legi malim.

Rev. *Jo. Gottlob Carpzovii* conjecturas de poëſi Hebræorum, variis capitibus conſtantes, lector in ſæpe laudata Introductione pag. 23. inveniet. Ego malim ab eorum ſtare partibus, qui interiorem illius rationem hodie ignorari, fruſtraque indagari arbitrantur. Multorum ita ſentientium teſtimonia profert *Carpzovius* l. c. p. 21. ſq. Quibus adde ex Judæis larvatum *Scacchum* in epiſtola laudata, p. 37. affirmantem, metrum poeſeos ſuæ hodie ignorari, quia juſtam temporum ſeu quantitatum menſuram neſciant, neſcire vero hanc, quod verus accentuum tonici & rhythmici uſus ſit obliteratus. Ita *Wilhelmus Francus*, ex Judæis in Grammatica ſua Hebræa Italice ſcripta, & ſub titulo *Sol Hebraicæ Linguæ* edita, pag. 404. affirmat, non fuiſſe ullum, qui docere in animum induxerit rationem verſuum Hebr. in Pſalmis, Proverbiis, aliisve libris obviorum. Ex Chriſtianis huc ſpectat *Iſaaci Voſſii* ingenua confeſſio in libro *de poëmatum cantu & viribus rhythmi* edita: *Hebræorum qualis fuerit poëſis, adeo nobis ignotum, quam quod ignotiſſimum: nam quæcunque de hac ſcripſere nonnulli, iſtiusmodi ſunt, ut longe melius fuiſſet, ea tacuiſſe.* *Jac. Bernardus* in Novis Reipubl. Literar. an. 1710. menſe April. p. 365. quicquid eruditi nonnulli de hoc argumento commentati ſint, adeo certo fundamento deſtitui, & ab aliis tam ſolide refutatum, ut reſponſioni non videatur relictus locus, affirmat. Ita B. Danhauerus in Oratione Pentecoſtali antea laudata p. 125. *circuli*, inquit, *quadraturam quærit, qui ſanctiorem illam alteram poeſeos rationem* (quam ſcilicet præter rhythmicam ſtatuit) *percontatur, cui id contigiſſe videtur, neque id temere, ſed divino judicio, quod arti notariæ, ut amiſſa olim & decocta nunc irremeabilis eſſet.* *Andreas Maſius*, vir ſagaciſſimus, quanquam is poeſin Hebræorum olim certis ſyllabarum numeris, menſuris ſive temporibus conſtitiſſe, atque hanc ſcientiam Hieronymi ſæculo nondum prorſus intercidiſſe, imo in מסכת סופרים ſpeciminibus quibusdam quaſi delineari affirmat, rem tamen hodie incompertam eſſe pronunciat, additque: *Poſui ego certe (cur enim non confitear meam curioſitatem?) nonnihil ſtudii in ea re invenienda, ſed fruſtra. Nihil enim ſatis certi abſque præmonſtratore video me de Hebraicarum ſyllabarum numeris, ac proinde neque de verſuum menſuris modisque poſſe percipere.* Sic & *Laur.*

Digitized by Google

*Laur. Friſius* Holſatus in Proſodiæ Ebraicæ Bipartita Epitome, Hafn. 1671. 4. edita, *Tota vero*, inquit §. 63. Part. II. *antiqua iſtius adeoque Prophetica Poeſeos ratio jam dudum vel doctiſſimis Judæu incognita fuit. Nec in hunc usque diem (quod ſciam) ſatis apte explicata atque detecta vel reſtituta eſt; quamvis multi Clariſſimi Viri in ea reſtituenda ſudarint.* Deinde idem conſilia ſuppeditat, quomodo poeſis hodierna Hebræorum emendari & ad antiquam faciem quodammodo reduci poſſit. Summa huc redit, quod in carminum conſtructione præcipue accentus obſervari, & ſyllabarum quantitas e tono vocis cognoſci debeat. Tandem vero §. 80. mentem ſuam de antiquæ poeſeos Hebr. ratione ita exponit: *Carmen Inordinatum eſt vetus poematu genus, quod in qualibet cujuslibet verſus regione, ſine certa diſpoſitionis ac ordinis lege varios, & inæquales admittit pedes, ita tamen, ut pronunciantu modulatione & ſono vocis hi fiant æquales. Unde ſine cantu aut Muſico ſono vix poematis rationem præ ſe fert ejusmodi carmen. Vocatur & alias Dithyrambicum, itemque ſimpliciter Dithyrambus.* Hoc nomine Moſen potiſſimum a veteribus indicatum opinatur. Atque hæc quidem de Poeſi Hebræorum ſufficiant, præmittenda iis, quæ de libris Metricis dicenda habemus. Scriptores de eodem argumento agentes magno numero afferunt B. *Aug. Pfeiferus* in Dubiis Vexatis p. 62. & ſæpe laudatus *Carpzovius* in Introduct. ad libros Biblicos Part. II. p. 28. ſq. Adde iſtis *Jo. Martianæum* in Hieronym. Tom. I. Opp. Proleg. IV. §. 4. Celeb. *Jo. Franc. Buddeum* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Tom. II. p. 296. ſq. Cl. *Car. Arndii* Prof. Roſtoch. diatribam inſertam Miſcellaneis Lipſienſ. Tom. V. p. 12. ſqq. *Jo. Frid. Treiberi* & *Gabr. Drechsleri* commentationes, *Henr. Muhlii* Diſſ. de rhythmo pag. 13. ſq. *Io. Balth. Baumbach* diſſ. de libro Pſalmorum c. 8. Cl. *Kochium* de Poeſi Moſis, *Georg. Serpilium* in Commentat. de Pſalmis p. 462. ſqq. *Ludov. Eliam Dupin* Tom. I. Prolegom. Biblic. p. 100. ſqq. *Melch. Leydeckerum* de Republ. Hebr. Tom. I. p. 643. ſq. Abbatis *Fleurii* diſſ. de Poeſi, quæ Calmeti commentario ſuper Pſalmos inſerta eſt. Conf. Ephemer. Pariſ. 1713. Part. II. p. 365.

II. Inter libros Poëticos, qui nunc conſiderandi veniunt, primus eſt Jobi, de quo, ejusque hiſtoria, aliisque huc pertinentibus tam copioſe actum eſt a nonnullis, ut difficilis labor ſit, copias eorum cogere in compendium. Ut enim prolegomena tot Jobi Interpretum huc ſpectantia taceam, ſingularis de hiſtoria Jobi exſtat *Friderici Spanhemii* commentatio, quam Ratisbon. 1710. recudi & ſuis Iobi Perſonalibus, diffuſe itidem ac diligenter ſcriptis, ſubjungi fecit Rev. *Georg. Serpilius*

Lipſ. 1710. 8. Nos, de potioribus capitibus ſoliciti, reliqva illis in locis quærenda lectori permittemus.

Auctorem libri *Moſen* credunt Talmudiſtæ in Bava Bathra f. 15. ſcribentes משה כתב ספרו ופרשת בלעם ואיוב i. e. *Moſes ſcripſit librum ſuum & Paraſcham Bileam & Jobum.* Illos ſequuntur ex recentioribus Judæis plerisque v. c. *Abraham Sacut* in Juchaſin fol. 9. b. Schalſcheleth Hakkabbala p. 66. *R. Dav. Kimchi*, *Iſaacides*, *Aben Eſra* ad cap. II. 11. *Menaſſe ben Iſrael* de Reſurrectione mortuorum p. 123. & R. *Aſarias* in Meor Enajim lib. 3. c. 42. p. 135. b. Hæc & alia Judæorum de Jobo ejusque libro loca exhibet Rev. *Jonas Conrad Schrammius* in programmate, quo *Jobum Talmudicum* ſiſtit, Helmſtad. 1716. 4. edito. Ex Arabico hebraice a Moſe converſum eſſe Hebræi tradunt, ſi credimus Genebrardo in Chronographia p. 65. b. neminem diſerte nominanti.

Inter Chriſtianos pleriqne ad Moſen referunt, ut ex veteribus *Methodius* apud Photium cod. 235. *Polychronius* & *Julianus Halicarnaſſeus* apud Nicetam in catena in Jobum, ex recentioribus vero inprimis *Huetius* in Demonſtr. Evangel. p. 322. *Librum*, inquit is, *ſcripſiſſe Moſen ad ſolatium gentis Iſraëliticæ, cum Ægyptiorum tyrannide premeretur, mibi ſane videtur perquam probabile*: quam in rem poſteà utitur potiſſimum *manifeſta* quam putat, *characteris ac ſtyli ſimilitudine.* Eam ex noſtratibus amplectitur B. *Calovius* in Critico Sacro p. 77. &, ut ceteros taceam, Cl. *Herm. von der Hardt*, qui cum temporis circumſtantiis optime conciliari poſſe putat, ſi dicatur Moſen ex Ægypto profugum cum verſus orientem ſe reciperet, cum Iobo verſatum hæc deſcripſiſſe. Vide Ephemerides ejus Philologg. p. 97. ſqq. Eum tamen longe aliter nunc ſentire paulo poſt patebit. Ex Reformatis vero eandem ſed non ſine temperamento ingreſſus eſt *Frid. Spanhemius* libro citato p. 385. edit. Serpilianæ, ubi a Moſe quidem profectum credit, ſed ita, ut is *Jobi vel amicorum adverſariis uſus* credatur, *qui rem totam certe quoad ſubſtantiam ſua lingva i. e. Arabica vel Syriaca veteri deſcripſerint.* Ei adſtipulatur *Herm. Witſius*, ipſis ejus verbis fere uſus in Miſcellan. Sacris p. 175. & ex noſtratibus Rev. *Jo. Franc. Buddeus* in Introduct. ad Hiſtor. Philoſ. Hebr. pag. 25. Neque hæc opinio nova eſt, ſed jam ex veteribus probata *Origeni*, ſiquidem is auctor eſt, in priore commentario in Jobum, tum vero *Gregorio M.* Moralium XX. 25. ex recentioribus autem *Hottingero* in Theſauro Philolog. p. 499. ex parte etiam B. *Gerhardo* noſtrati in Locis Theologicis, loco de Scriptura §. 137. ſtatuenti, Jobum quidem Arabice ſuam hiſto-

Digitized by Google

hiſtoriam ſed tralatitia opera utrumque conſignaſſe, quam deinceps Moſes talem, qualis hodie eſt, efformarit. Diſſentiunt tamen ab iis ex noſtratibus *Waltherus* in Officina Biblica p. 973. *Calovius* in Critico Sacro p. 77. *Pfeiferus* in Critica Sacra pag. 56. *Carpzovius* in Diſſertatt. Academicis p. 1345. & *Læſcherus* de Cauſis lingvæ Hebr. p. 60. Alii, ac ſpeciatim *Jo. Pineda* præf. ad comm. in Jobum, & ex noſtratibus B. *Jo. Bened. Carpzov.* Tom. II. Concion. Funebr. p. 900. item *Jo. Gottlob Carpzovius* (l) in Introduct. ad libros Poëticos V. T. p. 56. ex Anglis *Jo. Walliſius* in diſſert. de Iobo Tom. IV. Opp. p. 288. qui tamen dubius hæret, ipſine Jobo an cuidam amicorum ejus debeatur, ipſi *Jobo* adſcribunt ex verbis, quæ leguntur c. XIX. 23. cujus ſententiæ patronos malim legi apud Serpilium p. 34. Alii amicis Jobi deberi affirmant, interque eos inprimis *Elihu* vindicat *Lightfootus* in Harmonia V. T. Part. I. p. 44. ſqq. Alii cogitarunt de *Salomone*, inter quos, ſi Polychronio procem. in Catenam Jobi fides, fuit etiam *Gregorius Nazianzenus*, & B. *Lutherus* noſter, ſi Huetio fides habenda. Priorem autem ita non ſenſiſſe manifeſtum fecit Rev. *Serpilius* in Perſonalibus Jobi p. 27. cum is in Orat. IX. p. 158. ed. Colon. memoriæ vitio locum qui c. 3. Jobi exſtat, Salomoni tribuat, quod aliis quoque frequenter accidit. Lutherus in Colloquiis quidem menſalibus c. 61. a pio & erudito homine tempore Salomonis, quo hiſtoriæ ejusmodi ſcribi ſæpe ſolitæ ſint, rem iſtam deſcriptam opinatur, ſed idem tamen ibidem ſuſpicatur, Salomonem forte ſcriptorem libri eſſe. Gregorii exemplo, falſo credito, permoveri ſe forte paſſus eſt *Pet. Jurieu*, ut in Hiſtor. Critica dogmatum & cultuum cap. 3. contenderet, librum Jobi ante Moſen ipſum Arabice exaratum & a Salomone demum Hebraice redditum eſſe. Idem ante ipſum placuit *Iſaaco Jaqueloto* in diſſert. de Exiſtentia Dei p. 291. & *Jo. Harduino* in Chronologia V. T. quam in rem lege Acta Erudit. 1700. p. 183. Sed vide in contrariam ſententiam B. *Jo. Georg. Neumanni*, Theologi quondam Witteb. diſſert. de Pſalterio Salomonis. Noſtra memoria Venerabili D. *Jo. Andrea Schmidio* probabilis

(l) *Viri docti hæc eſt ſententia: Priora duo una cum extremo capita non ab eodem, quo reliqua auctore profecta eſſe, cum nimis manifeſta ſit ſtyli differentia; Jobum ipſum inde a c. III. 2. ad XLII. 7. ſcriptionis filum produxiſſe; denique vero cum divinis auſpiciis Moſis opera condendi canonis ſacri factum eſſet initium, diu poſt, circa Samuelis forte ætatem, ejuſdemque fortaſſe manu, divini Numinis juſſu, librum, qualis a Jobo ſcriptus erat, canonicis additum, & prologo æque ac epilogo per eundem Samuelem inſtructum fuiſſe.*

lis eorum conjectura viſa eſt, qui vel ad *Salomonis* vel ipſius quoque captivitatis Babylonicæ tempora ſcriptionem hanc rejiciunt, (confer Jo. Clerici Biblioth. Select. Tom. III. p. 157. & Judicia de Simonis Critica p. 84. ſq.) ideo, quod ante Jeremiam & Ezechielem XIV. 14. nemo ejus fecerit mentionem. Vide ejus diſſert. de modo propagandi religionem per carmina p. 16. Davide & Salomone poſteriorem facit ſcriptorem *Grotius* præf. comment. in Jobum, quippe ex quorum ſcriptionibus pleraque in hanc narrationem defluxiſſe videantur. Viciſſim *B. Waltherus* in Officina Biblica p. 972. Davidem ex Jobi libro plures ſententias mutuas ſumſiſſe affirmat. Alii pluribus Scriptoribus acceptum ferunt, & meminit jam R. *Levi Gerſonides* nonnullorum, qui undecim libri capita ab alio quam a Jobo profecta putarunt.

Alii denique, iique & tutiſſime & modeſtiſſime agentes, divinum quidem ſed incertum credunt Scriptorem, inter quos ex noſtratibus eſt B. *Seb. Schmidius* p. 4. Commentarii in Jobum.

*Arabica* lingva (m) ſcriptum olim fuiſſe aſſerunt multi, de quibus lege tum *Spanhemium* in Hiſtoria Jobi p. 383. ſqq. & *Serpilium* pag. 177. id quod ex Arabiſmis hinc inde obviis manifeſtum eſſe arbitrantur. Eos noſtra memoria illuſtrare conati ſunt *Jo. Abrahamus Kromayerus* in libro ſingulari de uſu lingvæ Arabicæ, Francof. & Lipſ. 1707. 4. & Cl. *Alb. Schultens*, Profeſſor Franequeranus, in Animadverſionibus Philologicis in Jobum, Ultraj. 1708. 8. cujus cogitata approbat & amplectitur Rev. *Jo. Henr. Michaëlis* in præfat. ad librum Jobi Annotationibus uberioribus præmiſſa p. 13. Alii vero eos non videre ſe profeſſi ſunt, ut *Joſ. Scaliger* apud Colomeſium in Gallia Orientali p. 144. Alii ex iis id, quod volunt, conſequi negarunt, quod faciunt noſtratium plerique omnes. Arabice Jobi ætate ſcribi non potuit doctorum quorundam Virorum judicio, quia tunc ipſa lingva nondum exſtitit. Lege *Campeg. Vitringam* lib. I. Obſervatt. Sacrarum, p. 41. ſqq. qui Arabiſmos illos a ſequioris ævi homine, totius libri Scriptore, derivandos cenſet, cui tamen oppoſuit nonnulla B. *Abrah. Hinkelmannus* in proœmio diſſ. de Theologia Jobæa & Cl. *Jo. Juſtus Loſius* in diſputat. de Philoſophia Jobi Arabica, ad patriam Jobi Arabiam vocesque Arabicas & ritus Arabum ibi obvios provocans.

Voces,

(m) Sic ipſe *Aben Eſra* in comment. ad cap. II. 11. Jobi ſuſpicatur, Jobi librum ex alia lingua in Hebr. fuiſſe converſum, atque hinc repetit difficultatum, quæ in interpretando occurrunt, originem.

Digitized by Google

Voces, quas Arabicas putant nonnulli, ex antiquiſſimo ſermone Aramæo & Cuſitico Jobo & amicis adhæſiſſe, quarum cognata deinde in Arabicum idioma defluxerint, judicat Cel. *Læſcherus* de Cauſis Lingvæ Hebr. pagina 60.

De *tempore* ſcriptionis ſigillatim diſquirere nihil attinet, cum ex commemoratis colligi poſſit, pro diverſis, qui ſtatuuntur, auctoribus diverſas de tempore ſententias in medium prolatas fuiſſe. Quamvis enim Jobus ipſe a plerisque Moſe judicetur antiquior, quam in rem lege *Claudium Fraſſenium* in Diſquiſit. Biblicis p. 550. ſqq. *Jo. Seldenum* de Jure Naturæ & Gentium p. 881. ſq. & *Thom. Burnetum* in Archæologia Sacra lib. I. cap. ultimo; imo perſonato *Liberio de S. Amore* p. 306. epp. Theologg. ante diluvium vixiſſe videatur: res ipſa tamen oſtendit, ab ejus ætate ad libri originem argumentum duci non poſſe, quoad auctor ipſe ad liquidum non ſit perductus. Unus, credo, *Tilloſonus* eſt, qui Jobi librum omnium antiquiſſimum, & Moſe ipſo longe antiquiorem eſſe ſtatuit in Concionibus LIV. Anglicanis Lond. 1714. fol. editis p. 482. Poſt Geneſin, ratione temporis habita, collocandum cenſet *Lightfootus* in Regulis Studioſo Theologiæ obſervandis & in Chronic. V. T. p. 25. quæ plurimorum eſt ſententia, variis rationibus ſtabilita a Rev. *I. H. Michaelis* in præfat. ad Uberiores annotationes in Jobum §. 6. Viciſſim nemo eſt, qui libri ætatem longius removerit, quam V. C. *Herm. von der Hardt* in Program. ad Aben Eſram Helmſtad. 1712. 4. ed. p. 68. ſeq. qui ſcilicet ab auctore, quicunque demum is ſit, hebraice primum, qualis nunc eſt, *ætate Jeremiæ, Ezechielis, & Danielis, Hieroſolyma jam deleta, Republica everſa, vicinis gentibus, Judæorum cognatis, regno peſſundato inſultantibus,* deſcriptum opinatur, quomodo, ceu idem tradit, *de Jobo & in Jobum adornatum opus magnum & vere magnificum effigies regni Iudaici, mille ante finem modis, divina providentia graſſati, lacerati, exhauſti, tandemque in morbi & exitii paroxyſmo ab omnibus populis propinquis, Edomæis, Moabitis, Ammonitis, Syris, ludibrio habiti & contemti.* Addit idem, ea ætate Linguas Hebræam, Syram & Arabicam per gentes peregrinas hoſtilesque, hinc inde graſſantes, ex Græca fuiſſe corruptas & inflexas, ut, qui Jobi librum intelligere cupiat, eum Græcæ Linguæ ſubſidiis uti neceſſe ſit. Sed hæc omnia non magis idoneis argumentis ſuperſtruuntur, quam quibus Vir cetera doctus uſus eſt ad novam ſpeciem Jonæ affricandam: unde nec periculum eſt, fore, ut multis ſe probent. Certe, quæ hactenus hiſtorica credita ſunt, ea videntur & hic in ſymbolica transmutari.



Digitized by Google

De ipſius hiſtoriæ veritate orta eſt diſputatio, quam diligenter adductis, qui eam ingreſſi ſunt, viris recenſent Spanhemius cap. I. hiſtoriæ Jobi, & Serpilius c. 10. Inter Judæos, qui ad noſtrum inſtitutum inprimis faciunt, non pauci pro parabola habent, & Jobum ipſum unquam exſtitiſſe negant. Pertinent huc Talmudiſtæ in Bava Bathra fol. 15. a. in fine, quando ajunt de Jobo: נביא לא היה ולא נברא אלא משל היה i. e. *Propheta non fuit, neque unquam exſtitit, ſed parabola eſt.* Illos fere ſequitur, vacillante tamen nonnihil pede, *Maimonides* in More Nevochim Part. III. c. 22. quando rem quidem in medio relinquit, colloquium vero inter Deum & Satanam traditionemque Jobi in poteſtatem ejus inter parabolica refert. Alios Judæos memorant Celeb. *Henr. Muhlius* in Apologia Talmudis p. 9. & *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* ad Sota p. 231. Interim non exiſtimandum eſt, eos hoc ipſo de libri auctoritate divina & canonica quicquam detrahere. Contrarium apparet ex Maimonidæ verbis, ab Hottingero ex More Nevochim Arabice prolatis p. 503. Theſauri Philolog. Confutat interim Talmudicorum aſſertionem *Bartoloccius* Part. III. p. 558. & ex Judæis ipſis *Aben Eſra* & R. *Abrab. Perizol*, imo plerique omnes eam ſuis auctoribus reliquerunt. Inter Chriſtianos Scriptores pauci admodum Jobum unquam fuiſſe negarunt, adeoque narrationem penitus, bono licet fine, inventam crediderunt, plures vero, ipſius hiſtoriæ fundamento agnito, ornatus & ἐμφάσεως gratia multa a Scriptore addita eſſe aſſeverarunt; (n) ex noſtratibus vero, quod ſciam, omnes, pro veritate rei divinaque libri quoad omnes partes auctoritate diligenter & feliciter pugnarunt, ipſis Scripturæ Sacræ oraculis, Ezech. XIV. 14. & Jac. V. 11. præterea vero argumentis aliis domeſticis uſi. Vide inprimis B. *Abrab. Calovium* in Bibliis Illuſtratis Part. I. p. 884. & *Seb. Schmidium* in limine commentarii in Jobum. Prior B. Lutherum, qui in Colloquiis ſuis menſalibus Jobi librum cum Terentii Comœdiis aut Virgilii Æneide comparaſſe nonnullis viſus eſt, ab hac criminatione vindicat, quod idem fecit *Jo. Gerhardus* in Locis Theologicis Loc.

(n) Ita *Franc. Vavaſſor* in præf. ad commentarium ſuper librum Jobi, (cui *Rich. Simon* in Epiſtolis Selectis p. 179. permultum tribuit) non obſcure mentem expromit; *Jam vero*, inquiens, *ſi cui videtur argumentum, quod omnino ſubeſt, vel amplificatum eſſe oratorie, vel poëtice depictum, vel tractatum quoquo modo figurate, non invitus conceſſerim: quod res ipſa manifeſte evincit: neque enim credo, ut cetera omittam, miſeri dum lugent, ſic ordinate lugent & artificioſe, ut laſcivire in malis & ornare miſerias velle ſuas videantur.*

Loc. I. p. 143. ſqq. & ex inſtituto doctiſſimus Lubecenſium Præſul *Georg. Henr. Gœtze* in ſingulari diſſertatione, quæ Meletematibus ejus Annæbergenſibus An. 1707. editis, inſerta eſt. Ex Pontificiis veritatem hiſtoriæ & canonicam libri ipſius auctoritatem adſeruerunt præ ceteris *Jo. Pineda* in commentario ſuo, *Claud. Fraſſenius* in Diſquiſitionibus Biblicis p. 543. & *Ludov. Elias Dupin*, qui tamen narrationem, quoad ſubſtantiam veram, multum quod ad circumſtantias amplificatam a Scriptore putat, in diſſ. præliminari ad Bibliothec. Scriptorum Eccleſiaſtic. p. 12. Ex Reformatis has partes tuentur *Frid. Spanhemius* l. c. *Jo. Henr. Heideggerus* in Enchiridio Biblic. & data opera *Hermannus Witſius* in diſſert. Epiſtolica ad Ulricum Huberum, in qua de Scripturæ S. auctoritate divina ex ſola ratione adſtruenda diſſeritur, eademque opera oppugnantur Theologi Batavi, in Judiciis ſuis de *Rich. Simonis* Hiſt. Crit. epiſtola octava temere aſſerentes, parabolicam poëticamque ſcribendi rationem hic nimiam eſſe, multaque a decoro & veritate aliena proferri.

Cetera, quæ huc videri poterant pertinere, legantur in Clar. *Jo. Gottlob Carpzovii* Introduct. ad libros Poëticos cap. II. & Rev. *Joh. Henr. Michaelis* præfatione in Jobum *Annotationibus* in eum *uberioribus* præmiſſa.

III. *Pſalmorum* liber, ab Hebræis סֵפֶר תְּהִלִּים dictus, Jobo proximus collocatur, conſtatque is canticis diverſis, quæ generali nomine תְּהִלִּים ſive תִּלִּים (o) ab argumento, quod maximam partem ad laudem Dei pertinet, deinde vero מִזְמוֹרִים a pulſibus citharæ vel alius inſtrumenti (p) muſici, ad quos decantari ſolebant, appellantur. Poſterior vox מזמור proxime reſpondere videtur voci Græcæ ψαλμὸς, qua proprie ſonum percuſſi Pſalterii deſignari oſtendit eruditiſſimus *Ezechiel Spanhemius* p. 469. ad Callimachum. Decem diverſa Pſalmorum nomina, ex Pſalmis ipſis collecta, exhibet *Jo. Druſius* in Fragmentis Vett.

 Interpr.

(o) Appellationem hanc, per Syncopen facta, jam *Pet. Galatini* ætate receptam fuiſſe neceſſe eſt, cum lib. I. de Arcanis Cathol. verit. p. 3. librum תלים per *librum acervorum* ſcilicet a תל i. e. *cumulus*, interpretetur; infeliciter omnino, nec vel ad mentem Judæorum, vel rem ſolam ſatis accommodate.

(p) In hac Etymologia malim ſane acquieſcere, quam eam amplecti, quæ Clerico veri ſimilis habita eſt. Is enim Tomo IX. Biblioth. Univerſalis p. 240. מזמור derivat a זמר in quantum *ſcindendi* ſeu *amputandi* habet notionem, putatque hac ipſa appellatione alludi ad concisam, quæ in Pſalmis occurrit, dictionem.

Interpr. pag. 872. Notabilis eſt *Steph. le Moyne* obſervatio, quæ in notis ejus ad Varia Sacra his verbis concepta exſtat: *Pſalmi apud Hebræos dividebantur in* תהלים, מזמורים & שירים. *Sunt proprie* תהלים Ψαλμοὶ, מזמורים *ſunt* ὕμνοι, & שירים *ſunt* ᾠδαί. *Ad iſtam Pſalmorum diviſionem videtur alludere Apoſtolus ad Coloſſ. c. 3. & ad Epheſ. c. 5. ubi dicit:* λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, (q) καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.

De auctore eorum diverſæ ſunt inter Judæos etiam ſententiæ. Alii eorum omnes a Davide repetunt, ut Rav *Hunna* in Medraſch Tillim, f. 3. c. & alii apud Aben Eſram in præfat. ad commentarium ſuum, nec non Gemarici in *Peſachim* c. 10. p. 117. & *Berachoth* c. 1. p. 9. b. in fine, ſi interpretationem Bartoloccii amplectimur Tomo II. p. 214. qui & ipſe ita ſentit. Idem etiam ex veteribus placuit Auguſtino lib. XVII. de Civit. Dei c. 14. & recentiorum paucis, citatis a Cl. *Jo. Gottlob Carpzovio* in Introd. ad libros Poëtic. V. T. p. 91. Alii vero agnoſcunt plures eorum ſcriptores, partim antiquiores Davide, partim illius æquales. Hæc eſt Gemaricorum in *Bava Batra*, *Kimchii* & *Aben Eſræ* ſententia, qui ſcilicet exiſtimant, Pſalmos ab illis revera eſſe ſcriptos, quorum nomina præ ſe ferunt, atque illi ſunt: *Adamus*, *Melchiſedech*, *Abraham*, *Aſaph* (r), *Heman*, *Ethan* (s), *Jeduthun*, *Moſes* (t), & *filii Core*, quos appellant *Aſſir*, *Elkana* &

(q) De hymnis eorumque notione & uſu lege Rev. *Salom. Deylingii* Obſervationes Sacras Parte III. Obſ. 44.

(r) Hunc Aſaphum de juniore quodam homonymo accipit *Sam. Bochartus* in Hierozoico, III. 29.

(s) *Heman* & *Ethan*, ſi *Lightfootum* audimus Tom. I. Opp. p. 163. nepotes fuerunt Judæ Patriarchæ ex Thamare, (quorum mentio fit 1 Chron. II. 4. 6.) atque adeo cantica hæc ſua in Ægypto longe ante Davidem compoſuerunt. Sed veri eſt ſimilius, eos fuiſſe Davidi æquales, tum aliis de cauſis, tum inprimis quod Pſ. 89. v. 21. & 36. David memoratur. Lege in hanc ſententiam plura apud *Nicol. Gurtlerum* p. 104. Theologiæ Prophet. Rabbini, neſcio, quo argumento ducti, *Ethanem* in limine Pſ. 89. laudatum de *Abrahamo* accipiunt, teſte R. Salomone Iſaacide in commentario ſuper cap. I. Bava Bathra, ubi de Pſalmis exponitur.

(t) Huic vindicatur Pſalmus 90. in ipſa inſcriptione: veteres autem reliquos, qui ſeqvuntur, undecim eidem acceptos tuliſſe, patet ex iis, quæ *Hieronymus* tradit adverſus Rufinum Tom. II. p. 137. & *Raſchi* ad Pſ. 90. Non Moſen Legiſlatorem, ſed cantorem aliquem Davidicum ὁμώνυμον hic innui *Aben Eſra* affirmare viſus eſt B. *Polyc. Lyſerop.* 63. Trifolii veræ religionis. Sed non video, quo is indicio nitatur. Quæ enim ad Pſalmum ipſum commentatur Aben Eſra, aliud eum ſtatuiſſe evincunt. Ita enim ſcribit: לפי דעתי שמשה ארונינו חבר זאת התפלה i. e. *Mea ſententia Moſes, Domi-*

& *Abiaſiph*. Ab his diſcedunt alii, itidem Judæi, qui Davidem nullum compoſuiſſe Pſalmum, ſed ab aliis elaboratos collegiſſe & diſpoſuiſſe putant, ceu teſtatur *Kimchius* (u) in præfat. ſua, ad quam in hanc rem provocat *Schickardus* apud Dorſchæum p. 408. Pentadecadis. Media illa ſententia plerisque Eccleſiæ veteris Doctoribus, & recentioribus Chriſtianis, interque eos noſtratibus ſe approbavit, qui affirmant, plerosque Davidi, alios vero illis, quorum nomina recitantur, alios denique & quidem ἀνεπιγράφυς, quos tamen plurimi ipſi Davidi (x) acceptos ferunt, deberi. Vide in hanc ſententiam poſt B. Lutherum ex noſtratibus B. *Mich. Waltherum* in Officina Biblica p. 981. & in Introitu ad Sacrarium Pſalterii c. 3. & *Jo. Georg. Dorſcheum* in Pentadecade pag. 489. Ex Reformatis huc tendunt *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 490. *Andr. Rivetus* in Prologo ad Pſalm. f. 14. & *Sal. van Til* de veterum ac nominatim Hebræorum Poeſi & Muſica. Ex Pontificiis in eandem ſententiam legatur *Jac. Tirinus* comm. in Pſalmos, *Jo. Euſeb. Nierenbergius* de Origine Script. Sacr. lib. IX. c. 30. *Iac. Bonfrerius* Præloqu. in Scripturam p. 24. ſq. *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis pag. 141. inprimis vero *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. Nihil in hoc negotio definiendum eſſe putavit *Natalis Alexander* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Ætate IV. diſſ. 24.

Inſcriptiones nonnunquam per φράσιν לדוד Davidi Pſalmum vindicare, qui non ſit ipſius, ſed tantum ad imitationem Davidis factus, ex Pſalmo XIV. ſuſpicatur *Jo. Clericus* in notis ad Davidis Clerici Quæ-

 ſtiones

*Dominus noſter, conſcripſit hanc precationem.* At fuit inter Chriſtianos Scriptores, qui hic de Moſe recentioris ætatis cogitaret. Is eſt Coſmas Indopleuſtes lib. V. Coſmograph. p. 223. quem locum obſervavit Cl. *Fabricius* p. 838. Codicis Pſeudepigr. V. T.

(u) Kimchii locus ita habet: אמרו רבותינו ז״ל כי דוד מלך ישראל כתב ספרו על ידי עשרה זקנים ואילו הם אדם הראשון וג׳ i. e. *Tradunt Rabbini noſtri, Davidem Regem Iſraëlis ſcripſiſſe librum ſuum per manus decem Seniorum, qui ſunt: Adam primus &c.* Enarrat itaque Kimchius non ſuam ſed majorum ſententiam, eamque deinde ita interpretatur: רצוני לומר כי אלו העשרה אמרו המזמורים הכתובים בשמם: i. e. *Volo dicere, illos decem compoſuiſſe Pſalmos inſcriptos nominibus eorum.* Patet itaque, nec Kimchium, nec ejus judicio veteres Doctores, Davidi nullos omnino Pſalmos tribuiſſe, ſed tantum illos ei abjudicaſſe, qui nomen ejus præ ſe non ferant.

(x) Ita ſtatuit B. *Calovius* noſter & alii, ideo, quod nonnulli τῶν ἀνεπιγράφων v. c. XCV. in N. T. Hebr. IV. 7. diſerte vindicantur. Idem de Pſalmo 105. affirmat Aben Eſra in commentario ſuo, faciendæ fidei cauſa provocans ad 1 Paral. XVI. 8.

ſtiones Sacras p. 279. ad comma ſeptimum provocans, quod in captivitate Babylonica demum ſcriptum hunc Pſalmum eſſe evincat. Nec deſunt, qui Pſalmos Davidis ætate longe inferiores dari profiteantur. Inter eos ex *Grotii* in commentario & *Durelli* ſententia pag. 77. hiſtoriæ rituum Eccleſiæ Anglic. numerari debet Pſalmus CXXXVII. quem etiam *Salom. van Til* ad carcerem Babylon. refert, & *Calvini* judicio XXIX. cujusmodi plures recenſet *Huetius* l. c. Imo noſtra ætate *Herm. von der Hardt*, Vir alioquin doctiſſimus, ſed ingenio nimis indulgens, probare aggreſſus eſt, Pſalmos מעלות ſive *Graduum*, in memoriam cathedrarum (y), quas Nehemias ad prælectionem legis fieri curaverit, ſcriptos, ſpeciatim vero Pſalmum CXX. inimicis Nehemiæ, Schechanjæ & Meſchullam oppoſitum eſſe. Vide ejus Schediaſma ſub tit. Schechanja & Meſchullam, Helmſtad. 1713. 8. editum. *Idem* Pſalmum I. (z) Zachariæ Prophetæ tribuit, tanquam poſt Captivitatem compoſitum: vide programma ejus an. 1712. ed. Porro in *Nehemia* ſuo Pſalmum CXII. honori Nehemiæ ab Esra dicatum, & CXVII. ab eodem in memoriam novorum murorum urbis Hieroſolymitanæ factum alio ſchediaſmate, Helmſtad. an. 1713. edito profeſſus eſt, quemadmodum idem Pſalmum 119. *Iaddo* pro Republica Judaica precanti vindicare inſtituit, primo quidem in programmate 1714. deinde vero libro ſingulari, Gvelferb. 1716. 8. Huic opinioni viam inter ceteros præivit *Clericus*, modo commemoratus, alio in loco, nempe in Judiciis de Critica Simoniana p. 184. ſqq. cui ſe ex parte oppoſuit *Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 18. De Pſalmis filiorum Cora (a) exſtat ſingularis diſſertatio M. *Gottlob Adolphi* Lipſ. 1706. habita, qui

(y) Alia eſt Anonymi ſententia in epiſtola, quæ legitur in Novis Reipubl. Literar. anni 1705. Tom. II. p. 523. ſqq. Is cenſet a *gradibus* appellatos ideo, quod a Levitis, noctu excubias ſupra gradus templi agentibus, in ſignum vigilantium decantati ſint, tanquam ad hoc argumentum præ reliquis accommodati, quippe qui querelas de Judæorum inimicis contineant, & Zelum pro templo Dei teſtentur. Provocat auctor ad Pſ. 134. & Malach. II. 12.

(z) In Codicibus nonnullis MSS. Pſalmus I. inter ceteros non numeratur, ſed inſtar prooemii habetur, facto numerandi initio a Pſalmo II. Teſtatur hoc Rev. *Michaëlis* in calce præfationis, Pſalmorum libro in Bibliis Hebraicis Halenſibus præmiſſæ. Enimvero nihil huic invento tribuendum eſſe ex eo intelligitur, quod Pſalmus II. ut ſecundus Act. XIII. v. 33. allegatur.

(a) Quid ſibi velit inſcriptio Pſalmi XLVI. 1. למנצח לבני קרח recte meo judicio oſtendit *Jac. Guſſetius* in Commentario de Cauſis L. Hebr. p. 528. b. putans ſcilicet, deſignari cantorem, quem habuerint filii Coræ, eo fine, ut ageret partem continuam ſymphoniæ.

Digitized by Google

qui ſingulos percurrendo ex variis circumſtantiis evincere conatur, eos uni ex filiis Coræ (ita enim phraſin Hebræam aliorum exemplo accipiendam putat) adſcribendos eſſe. *Aſaphi* Prophetæ, ex I Paralipom. XXV. omnino eſſe Pſalmos, qui inſcriptionem לאסף præferunt, communior eſt ſententia, quam noviſſime quoque amplexus eſt Rev. *Io. Henricus Michaëlis* ad 2 Paral. 29. v. 30. provocans, in præfatione ad Annotationes uberiores in Pſalmos p. 5. qui tamen eodem in loco ſimili phraſi לבני קרח adduci ſe non paſſus eſt, ut filios Coræ vel eorum unum, auctores agnoſceret, cum potius ipſius judicio *cantores* tantum fuiſſe videantur, *quia probabile haud ſit, unum eundemque Pſalmum pluribus eſſe inſpiratum, & durior ellipſis, ſi pro filiis Coræ unum de filiis Coræ cum aliis interpreteris.* De pluribus Pſalmorum auctoribus confer B. *Chriſtoph. Henr. Rittmeieri* Programma Helmſtad. 1712. in 4. editum, *Dorſcheum* item in Pentadec. Diſp. XII. p. 407. ſq. & Cl. *Io. Gottlob Carpzovium* in Introd. ad libros Poëtic. V. T. pag. 92. tum vero *Sal. van Til* de Hebræorum Poëſi & Muſica pag. 189.

Cum igitur negari non poſſit, plures eſſe Pſalmorum, qui a Davide inprimis appellantur, auctores, & forte etiam tales, qui Davide ſunt poſteriores, conſequitur, ut diſquiramus, cui & collectio iſta & diſpoſitio accepta ſit ferenda. Esdram hic nominant multi, quamvis tacentibus, qui alioquin Esdræ permultum tribuunt, Judæis, apud quos nihil tale ſe reperiſſe teſtatum ſcribit *Sebaſt. Munſterus.* Ad eum tamen hic provocant ex antiquis Doctoribus Chryſoſtomus, Hieronymus & Hilarius; ex recentioribus vero *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 332. ſqq. ex noſtratibus B. *Gerhardus* in Locis Theologicis Loc. I. §. 141. & *Abrah. Calovius.* Ante eos *Hugo Grotius* in not. ad Pſalm. LXXII. Pſalmos LXXII. primos a Davide ipſo ordinatos putat, eo quod iſti ſingulari clauſula, *abſolutos hic eſſe Davidis Pſalmos*, obſignentur, reliquos ab Aſapho & aliis ejus ſociis, ac denique ab Eſra acceſſiſſe autumans. Cum vero inter eos, qui hos 72. Pſalmos ſeqvuntur, ſint, qui ex inſcriptionis fide Davidem habuerint auctorem, v. c. Pſ. 86. 101. 108. &c. inter 72. vero iſtos nonnulli dentur, qui eidem adſcribi non poſſint, aliis ſententia hæc merito viſa eſt rejicienda. Interim & Judæi quidam idem de 72. iſtis Pſalmis ſtatuerunt, de quibus vide *Bartoloccium* Tom. 2. p. 212. Esræ hanc operam tribuere non vult Bartoloccius p. 211. quia is ut vir θεόπνευςος meliorem ordinem, & qui rei ipſi reſponderet, obſervaturus fuiſſe videatur. Itaque p. 214. Pſalmos omnes a Davide quidem divino inſtin-

ctu

ctu compoſitos, & poſt Esdram demum, a quocunque tandem in eum, quem nunc videmus, ordinem redactos exiſtimat. Non multum abit *Salomon van Till* in libro de veterum ac inprimis Hebræorum Poëſi & Muſica, cantores & melodos Iſraëlitarum, qui Babylone fuerint, hymnos, fideliter hucdum in ſchedulis non ordinatis aſſervatos & magni factos, in carceris ſolatium in unum faſciculum compegiſſe autumans. Poſt captivitatem demum collectionem hanc inſtitutam cenſent Theologi Batavi in Judiciis de Hiſtoria Critica Simoniana p. 185. qui nec ordinem temporis ibi obſervatum ſtatuunt, ideo, quod a diverſis diverſo tempore congeſti ſint, & procedente tempore per alios locupletati. Ante captivitatem Babylonicam Pſalmorum librum talem fuiſſe, qualis eſt, opera amicorum Regis Ezechiæ, ab Athanaſio affirmari tradunt multi a R. Serpilio p. 393. allegati, quem tamen Esdræ potius hoc ſtudium tribuiſſe ex verbis ejus in Synopſi Scripturæ exſtantibus patet. At Joſephus, Chriſtianus Scriptor, rectius pro hac ſententia citatur, qui in lib. II. c. 120. Hypomneſtici ſui apud *Lambecium* lib. 3. de Bibl. Vindobon. p. 33. & Cl. *Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. pag. 912. ita præcipit: *Ψαλμὺς τρισχιλίυς λέγεται ἐν Παραλειπομένοις εἶναι τȣ̃ Δαβίδ. μόνυς δὲ ἐξ αὐτῶν τὺς ρν ὑπὸ τῶν φίλων Εζεχίυ τȣ̃ βασιλέως ἐξελέχθαι τὺς δὲ ἄλλυς ἀποκεκρύφθαι.* h. e. *de Pſalmis Davidis legitur quidem in Paralipomenis, eos fuiſſe numero ter mille: ex illis tamen centum quinquaginta tantum ab amicis Regis Ezechiæ ſelecti, reliqui autem abſconditi ſunt.* Sed non magis verum putandum eſt, illos Ezechiæ amicos hanc operam ſuſcepiſſe, quam in Paralipomenis quidquam de 3000. Pſalmis Davidis memoratum invenitur. Meo judicio vel Esdræ vel alii Viro *θεοπνεύςῳ* ſub captivitate Babylonica viventi, non autem privatis, & ſuo tantum conſilio utentibus, hominibus, Pſalmorum liber acceptus ferri debet, ut divina ejus auctoritas tanto ſanctior & certior habeatur, quæ certe vel frequenti illius allegatione, a Servatore ipſo & divinis Scriptoribus in Novo Inſtrumento facta, ſatis ſtabilitur. Recte enim obſervavit Rev. *Jo. Henr. Michaelis* in præfat. ad Annotationes uberiores in Pſalmos p. 12. *tertiam fere partem Pſalmorum allegatam inveniri in N. T. crebrius etiam, quam quis putaverit, ad phraſin Pſalterii reſpici.* Hanc divinam auctoritatem contra auctores Judiciorum de Hiſtoria Critica Simoniana adſtruxit *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 18. §. 19. ſqq. quemadmodum *Rich. Simon* in Defenſione Criticæ p. 140. ſq. & ex noſtratibus B. *Jo. Henr. Majus* in Diſſertationibus Sacris Loc. I. pag. 38. evicerunt contra eosdem, Davidem & fuiſſe Pro-

Digitized by Google

Prophetam & pro tali a Judæis habitum. Multa in hanc cauſam diſputata nuper ſunt occaſione interpretationis Pſalmi CX. Hiſtoriæ Criticæ Reipubl. Literariæ Tom. I. Artic. III. inſertæ, cujus auctor Pſalmos quoad ſenſum literalem unice quandam vitæ Davidicæ circumſtantiam & conditionem reſpicere exiſtimat. Compara, ſi placet, eruditiſſimi *Jo. Jac. Schudtii* commentarium Philolog. in eundem Pſalmum Francof. ad Mœn. 1718. in 8. editum.

Dividuntur Pſalmi apud Hebræos, ad Pentateuchi Moſaici exemplum, in quinque libellos, quorum primus Pſ. 1.--41. ſecundus Pſ. 42.--72. tertius 73.--89. quartus 90.--106. quintus autem 107.--150. comprehendit. Commemorant hanc diviſionem Judæi in *Midraſch Tillim*, fol. 2. & *Kimchius* in præfat. ad commentar. ſuum, aliique. Confer *Jo. Druſium* in quæſ. Hebr. II. 57. Ex Chriſtianis illius meminerunt *Hieronymus* præf. in Pſalmos, *Ambroſius* Enarratione in Pſalmum XL. quorum hic opinioni iſti applaudit, iſte autem minus favet, quia in N. T. ſemper *Pſalmorum liber* non autem in plurium numero allegetur. Originem ejus ad ipſum Davidem refert *Kimchius* l. c. *Sicut Moſes*, inquit is, *Legem diviſit in quinque volumina, ita & David Pſalterium ſuum in quinque volumina diviſit.* Rectius alii ad Hebræos generatim provocant cum Epiphanio de Ponderibus §. 5. τὸ ψαλτήριον διεῖλον εἰς πέντε βιβλία οἱ Ἑβραῖοι, ὥστε εἶναι καὶ αὐτὸ ἄλλην πεντάτευχον. Occaſionem, quod ex his locis patet, feciſſe videtur Pentateuchus Moſis. Bartoloccius vero Tom. II. p. 214. neſcio quo auctore (neque enim ullum recitat) addit hanc rationem: *Quia ſicut quicquid in 5. libris Moſis continetur, quaſi per compendium & ſummam in Pſalterio quoque continetur.* Nonnulli in Pſalmis ipſis diviſionis hujus anſam quærunt. Quatuor enim illi Pſalmi, qui quatuor priores claſſes terminant, formula votiva *Amen*, & apud LXX. γένοιτο clauduntur. Reddit eam cauſam *Hieronymus* & *Ambroſius* ll. cc. Placuit hæc partitio Syris item & Arabibus, quod monuit *Hottingerus* in Theſauro Philolog. poſt Sionitam in præfat. in Pſalmos. Ex ea novum illi collectioni nomen τῆς ἄλλης πεντατεύχου indidit *Nicetas* in Catena in Pſalmos. Confer doctiſſimi *Steph. le Moyne* notas ad Varia Sacra p. 975. Singularis eſt *Salomonis van Till* conjectura, quam in commentario de Veterum, nominatim Hebræorum, Poëtice ac Muſica protulit parte II. ſuſpicatus, quinque colonias Judaicas in Chaldæum deductas, atque adeo quinque diverſis vicibus collectionem Pſalmorum fuiſſe inſtitutam. Exſtat etiam apud Græcos diviſio quinquepartita, ratione argumenti inſtituta. *Athanaſius*

*naſius* enim in epiſtola ad Marcellinum ſcribit: *οἱ μὲν ἐν διηγήματι λέγονται, οἱ δὲ ἐν παραινέσει. οἱ δὲ ἐν προφητείᾳ. οἱ δὲ ὡς ἐν εὐχῇ, οἱ δὲ ὡς ἐν ἐξομολογήσει.* h. e. *alii ſunt narratorii, alii exhortatorii, alii prophetici, alii precatorii, alii eucharistici.* Confer *le Moyne* l. c. p. 977. qui p. 978. diligens eſt in enarranda, quæ apud Græcos recentiores locum habuit, Pſalmorum diviſione in XX. *καθίσματα* ſive *ſeſſiones*, quia, dum Pſalmi decantabantur, ſedebat populus, cui, cum lectiones fierent, ſtandum erat. Hinc etiam vocabantur *στάσεις* ſive ſtationes, quod ibi ſiſtendus gradus & cantus, & ad lectiones pergendum erat. Lege plura apud *Carolum du Freſne* in Gloſſario mediæ & infimæ Græcitatis, & *Leonem Allatium* de libris Eccleſiaſt. Græcorum (b).

Diviſiones illæ omnes, ut certam ſufficientemque cauſam vix ſecum ferunt, ita de *ordine*, quo ſe invicem Pſalmi conſeqvuntur, quid habendum ſit, non admodum eſt manifeſtum, utrum ſcilicet deſtinato conſilio, an, prout optio dederit, ita, prout hodie eſt, ſit inſtitutus. Id videtur nunc quidem exploratum, temporis ſeriem obſervatam non fuiſſe. Lege hanc in rem *Io. Lightfootum* in *Chronicis Temporum & Ordine Textuum V. T.* Tom. I. Opp. pag. 55. ſqq. ubi occaſionem & tempus ſcriptionis Pſalmorum ex inſcriptionibus & aliis circumſtantiis inveſtigare conatur, ſectatorem nactus inter ceteros B. *Io. Henr. Majum* in Oeconomia V. T. Itaque alii Eſdram & Synagogam Magnam Pſalmos eo ordine collocaſſe volunt, quo in templo cani conſveverint, prout vel anniverſariæ feſtivitates vel ſacrorum ratio poſtulabat. Ita ſentit *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 335. Enimvero contrariatur id Judæis ipſis, qui alium omnino canendi Pſalmos ordinem, quam quo diſpoſiti illi ſunt, in templo obtinuiſſe indicant. Vide ſpeciatim Maimonidem in תמידין c. 6. Hinc & *Salomon van Till* de Poëtice & Muſica veterum Hebræorum parte III. obſervat, Muſicorum præfecto id datum fuiſſe negotii, ut canerentur Pſalmi ea ſerie, quæ a *θεοπνεύστοις* eorum Scriptoribus fuerit conſtituta, & quæ ab Eſdra Prophetiſque Haggai, Zacharia & Malachia reſtituta fuerit, quamvis inter ipſos Judæos hodie ignoretur. Lege ibi plura de eo, quomodo ex recentiorum Judæorum narratione Pſalmi olim in templo decantati ſint. Adde Acta Eruditorum 1693. p. 75. Fieri tamen

(b) Judæi hodie nova Pſalmorum diviſione utuntur, in ſeptem quaſi claſſes eos diſtinguentes, pro numero ſeptem dierum, ut ſcilicet totum volumen una hebdomade legendo abſolvi poſſit. Hoc modo diſpoſiti conſpici ſolent in calce librorum precum.

Digitized by Google

tamen potuit, ut collector ſacer in diſpoſitione ſua magis habuerit rationem argumenti. Hoc voluit Hilarius in Prologo in Pſalmos, quando tradit, priores L. Pſalmos iis convenire, qui a vitiis ſeſe ad meliorem frugem recipiunt, ſequentes quinquaginta iis, qui aliquos fecerunt in pietate progreſſus; iis denique reliquos, qui ad ſummum virtutis apicem evaſere. Quemadmodum hic ad formandos ſenſim mores reſpectum in collocatione habitum eſſe ſtatuit; ita alii ſtatum conditionemque imo & fata Eccleſiæ ordine ibi delineari exiſtimarunt. Inter eos fuit *Conradus Pontinius*, cujus ſententiam exponit pariter ac explodit B. *Mich. Waltherus* in Centur. Miſcell. Theologic. p. 237. ſq. Confer *Serpilii* Perſonalia Davidis p. 528. ſq. qui toto c. 5. diverſas de ordine Pſalmorum ſententias colligit. Equidem non dubitaverim, ordinem, qui hodie obſervatur, certo conſilio fuiſſe inſtitutum, quod tamen hodie nobis æque, ac plurima alia Pſalmorum momenta, occultum ſit.

De VII. Pſalmis Alphabeticis, qui ſunt 25, 34, 37, 111, 112, 119, & 145. lege ſpeciatim *Bartoloccium* Tom. II. pag. 261. ſeqq. De Hallel, Hallel magno, Pſalmisque, qui ſub hoc nomine comprehenduntur, commentatur idem ex Hebræorum ſententia Tom. II. pag. 238. ſqq. Inſcriptiones Pſalmorum (c), nonnunquam obſcuriſſimas, libro ſingulari & erudito illuſtravit non infeliciter B. *Chriſtoph. Sonntagius*, quem de Titulis Pſalmorum inſcripſit. Adde de iisdem *Io. Walliſii* diſſertationem Tomo IV. Operum pag. 294. ſeqq. Judicia Theologorum Batavorum de Hiſtoria Critica Simoniana pag. 317. *Rich. Simonem* in Hiſtoria Crit. V. T. lib. 1. pag. 30. & alias, item in Biblioth. Critica Tom. III. c. 19. & 20. Examine ulteriori digna eſt doctiſſimi *Jac. Guſſeti* obſervatio in Commentariis ejus Linguæ Hebraicæ pag. 528. propoſita. Animadverterat ille, vocem מנצח, quæ in Pſalmorum titulis frequens eſt, in libris Chronicorum tantum, Esdræ item & Habacuci occurrere. Hinc argumentari quenquam poſſe putat, verbum hoc cum ejus participio non eſſe excogitatum niſi ultimis regni annis, diuque adeo poſt Davidem, vivis exemtum. Ex quo ſimul conſequeretur, titulos Pſalmorum, utpote participio



(c) Nonnulli Pſalmi nomina quædam & titulos in Scriptura non obvios, nacti ſunt, v. c. Pſalmus XCI. qui שיר פגעים i. e. *Pſalmus occurſuum* vocatur a Maimonide in More Nevochim Part. III. c. 51. quia ſcilicet exponit de providentia magna & præſervatione ab omnibus malis tam univerſalibus quam particularibus, quæ homini evenire poſſunt. Confer *Winderum* de Vita functorum ſtatu p. 95. Sic Pſalmus CIII. Græcis dictus eſt προοιμιακός; vide *Car. du Freſne* Gloſſar. Græcitat. pag. 1248.

ticipio hoc ſæpiſſime utentes, a Davide non eſſe profectos. Lege ibidem plura, & eodem Guſſetio præeunte intelliges, quomodo vel ſic inſcriptionibus illis ſua auctoritas ſarta tectaque ſervari poſſit.

Octo tonos Muſicos, qui diverſis nominibus in ipſis Pſalmorum titulis inſigniuntur, ex Hebræorum monimentis illuſtrat *Bartoloccius* Tom. II. pag. 205. ſqq. qui inde a pag. 185. ſqq. in rationem inſtrumentorum Muſicorum apud Hebræos inquiſiverat. Hæc autem diligentius inveſtigarunt ſæpe laudatus *Salomon van Till* libro ſingulari de Poëtica & Muſica Veterum, inprimis Hebræorum, Belgice Dordraci 1692. 4. edito & Germanice Lipſ. 1706. recuſo, & alii a Celeb. *Io. Alberto Fabricio* in Bibliographia Antiquaria pag. 372. commemorati. Comparentur, quæ de Muſica Hebræorum in univerſum attulit *Bartoloccius* Tom. IV. p. 427.—444. quæque de cantricibus ſpeciatim obſervavit Cl. *Io. Iac. Schudt* de voto, fato & facto Jephthæ p. 214. ſeqq. Eam typicam & myſticam fuiſſe ex conditione illius ſummatim, ſigillatim vero ex inſtrumentis ipſis evincere conatur Cl. *Fridericus Adolphus Lampe* in Exercitat. I. earum, quas ſcripſit in Pſalmum XLV. Quæ quidem ideo hic commemoro, quia ſine aliqua horum capitum notitia difficilis omnino eſt ad Pſalmorum intelligentiam acceſſus.

Reliqua, quæ quodammodo huc pertinent, diligenter collegit Rev. *Georg. Serpilius* in Perſonalibus Davidis, Lipſ. 1713. in 8. editis, Rev. *Io. Henr. Michaëlis* in præfat. ad Annotationes Uberiores in Pſalmos, Cl. *Io. Gottlob Carpzovius* in Introduct. ad libros Poëticos c. 3. pag. 86. ſqq. & *Auguſtinus Calmetus* Ordinis Benedict. in præfatione generali ad commentarium literalem in Pſalmos, qui & ibidem ſingulares diſſertationes de voce מנצח (d) & סלה (e) exhibet. De aliis, quæ Davidi falſo adſcri-

(d) Is quidem cum aliis tantum non omnibus *præfectum chori Muſici* per מנצח indicari putat. Adde *Jo. Druſii* Quæſita per epiſt. XC. & *Friſchmuthi* Diſſertat. ad Pſalm. XXII. c. 1. §. 8. *Jo. Braunius* lib. V. Selectorum Sacrorum Exerc. I. pag. 554. aliquid amplius hac voce exprimi cenſens, innui putat homines, qui alios canendo longe ſuperarint, aut occultam vim habuerint mulcendi animos, affectus cohibendi, & Spiritum Propheticum excitandi.

(e) De voce hac lege, ſi placet, *Bartoloccium* Tomo II. p. 268. ſqq. qui nec rhythmi, nec metri commutationem, nec canendi viciſſitudinem, nec cujusvis Muſicæ varietatis ſilentium, ſed *æternitatem* potius per eam innui cenſet, atque hanc notionem ſingulis, in quibus exſtat, Pſalmis data opera vindicare conatur. *Ottoni* in Cruce Criticorum p. 21. celeuſma ad *proſtrationem*, *Salomoni van Till* de Muſica & Poëſi vett. Hebr. incitamentum

ſcribuntur, quantum ſatis eſt, diximus in Parte priore ſub Davide, ſuo loco. Adde doctiſſimi *Io. Alberti Fabricii* Codicem Pſeudepigraphum V. T. pag. 1000. ſeqq.

## *Subſectio VII.*

## DE LIBRIS SALOMONIS.

*I. De auctore libri* Proverb. *II. divina auctoritate. III. tempore promulgationis. IV. de* Eccleſiaſte, *ejusque appellatione Hebraea. V. auctore. VI. divina auctoritate. VII. ordine & tempore ſcriptionis. VIII. de* Cantico Canticorum, *ejusque titulo. IX. auctore. X. auctoritate divina. XI. de ordine libri & ſcriptionis tempore.*

I.

PAtri proxime jungimus filium *Salomonem* ob triplicem librum, qui ætatem tulit, & in canone Hebræorum legitur. Primus eſt *Proverbiorum*. quæ ab Hebræis משלים ſive משלי שלמה ex Proverb. I. 1. a LXX. παροιμίαι communiter, tum vero παραβολαὶ 1 Regg. IV. 32. & παιδεῖαι Prov. XXV. 1. vocantur. Auctorem eorum Salomonem eſſe ipſum libri limen evincit, quod & Judæi profitentur, quamvis ab aliis ea in literas relata eſſe exiſtiment. Ita enim tradunt in Bava Bathra fol. 14. b. חזקיה וסיעתו כתבו ישעיה משלי שיר השירים וקהלת: i. e. *Ezechias & conſeſſus ejus ſcripſerunt Ieſaiam, Proverbia, Canticum & Eccleſiaſten.* Rationem aſſertionis hujus R. *Sal. Iſaacides* repetit ex Prov. XXV. 1. ubi hæc legas: *Etiam iſta ſunt Proverbia Salomonis, quæ transſcripſerunt viri Hiskiæ Regis Iudæ.* R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala f. 66. b. & ante eum alii Judæi apud Eugubinum commentario in Geneſin c. I. tradunt, *Ieſaiam* ſcripſiſſe librum ſuum & Proverbia, & Canticum Canticorum & Coheleth. Ipſe Codex Sacer ſtatuere jubet, unum quidem eſſe eorum auctorem, Salomonem, ſed collectores plures, ita quidem, ut quæ a cap. I. ad XXIV. decurrunt, & dicta & ſcripta eo ordine a Salomone exiſtimentur, reliqua a XXV. ad XXIX. *Viris Hiskiæ*, inſcribantur. De duobus poſtremis capitibus dubium eſt, utrum ea ipſi iterum Salomoni,



mentum ad ſonum *tympanorum & tubarum* acuendum, *Calmeto* v. l. c. nihil certi inferre videtur. Alias ſententias expoſitas videbis a *Tillio* l. c. *Uſſerio* de LXX. Interprett. p. 93. *Druſio* in Quæſt. Hebr. I. 70. *Io. Michaelis* in diſſertat. ſingulari Gryphisvvald. 1662. & *Io. Paſchio* in Sela Philologice enucleato Witteb. 1685. Confer quoque Miſcellanea Lipſienſia Tomo III. Obſerv. LVI.

Digitized by Google

cum amicorum Ezechiæ mentio non fiat, an c. 30. Aguri, qui in limine nominatur, ultimum denique Viro cuidam Sancto vindicanda veniant? B. *Geierus* noſtras in comm. in Proverbia Salomonis pag. 2. ea quoque, quæ cap. 30. & 31. leguntur, Salomoni ideo tribuit, quod *Aguris* & matris Bathlebæ ſalutariter dicta recenſuerit, & concinnius forte, ſi non emacularit, attamen diſpoſuerit, aut ordinarit, atque inter ſua ipſemet numeraverit. Idem ad Proverb. c. XXV. 1. per Viros Hiskiæ Sapientes nonnullos, Regis Hiskiæ tempore viventes, intelligit, quos adhibere is non tam ad expeditiones aulicas ac ſeculares, quam ad ſacras & eccleſiaſticas conſveverit, quales putat fuiſſe Jeſaiam, Hoſeam & Micham, quibus injunxerit, ut ſententias has Salomonis ex aliis ſcriptis Salomoneis, tunc adhuc ſuperſtitibus, colligerent. Hoc ipſum enim verbum העתיקו ſibi velle, perſvadere poteſt collatio locorum Geneſ. XII. 8. & XXVI. 22. Confer in eandem fere ſententiam differentem Cl. *Io. Gottlob Carpzovium* in Introduct. ad libros Poëtic. V. T. pag. 174. Atque ea quidem rectius ſe tuebuntur, quam quæ alii de iſtis Hiskiæ viris attulerunt, quæ vide apud Cl. *Chriſtian. Bened. Michaëlis* in præfat. ad Annotatt. Uberiores in lib. Proverbiorum §. 15. Exſtitiſſe ſane plura Salomonis Proverbia, quam quæ hodie leguntur, Codex Sacer credere jubet, quando is non ſolum dicitur compoſuiſſe parabolas multas Eccleſiaſtæ XII. 9. ſed etiam ter mille proverbia prolocutus fertur 1 Regg. V. 12. Jam vero in ea, quæ nunc exſtat, collectione, 915. tantum commata ſeu verſus deprehendas, ceu Maſora recte calculum ſubduxit conſentiens cum *Hieronymo* Quæſt. Hebr. in lib. Regum, in Proverbiis verſus 915. contineri, ſcribente. Itaque materia & occaſio aliis ſatis ampla facta eſt Proverbia Salomonis, ab ipſo primis illis capitibus ordine comprehenſa, aliis ejusdem, licet argumento forte diverſis, certe in canonem nunquam relatis, locupletandi.

Hinc facile exiſtimari poteſt, quid de *Hugonis Grotii* ſententia habendum ſit, quam notæ in Proverb. I. 1. exhibent, librum ſcilicet illum eſſe ἐκλογὴν optimarum ſententiarum, ex Scriptoribus Salomone antiquioribus ab ipſo ſelectarum. Lege in contrarium *Calovii* animadverſionem in Bibliis Illuſtratis. Patet quoque, quam recte *Natalis Alexander* in Hiſt. Eccleſ. V. T. Ætate V. diſſ. IV. duo poſtrema capita Salomoni abjudicet. Patet etiam, quousque admittenda ſit *Huetii* ſententia in Demonſtrat. Evangelica p. 344. totius libri Proverbiorum unum Salomonem aucto-

rem

rem, nonnulla vero ejus ab aliis collectoribus profecta, quæ tandem omnia ab Esdra vel Synagoga Magna in ordinem redacta ſint.

II. Sed de his non multum laborandum eſt, modo de divina libri auctoritate conſtet. Eam ipſi Judæi in dubium vocare aliquando aggreſſi ſunt, ceu ex Cod. *Schabbath* cap. II. fol. 30. b. apparet: ואף ספר משלי בקשו לגנח שהיו דבריו סותרין זה את זה: i. e. *Etiam librum Proverbiorum voluerunt* (Sapientes) *abſcondere* (i. e. pro apocrypho declarare) *eo quod verba ejus ſe invicem everterent.* Ἐναντιοφανείας illi quandam deprehendere ſibi viſi ſunt inter Proverb. XXVI. 4. & 5. quam cum deinceps tolli poſſe intelligerent (quod cuique facile, credo, perſpicitur) a conſilio priſtino animum avocarunt. Atque in eo præſtat acquieſcere, quam cum Hottingero pag. 496. Theſauri Philologici ſtatuere, ſiniſtram illam de Proverbiis opinionem ex eo natam eſſe, quod *Proverbiorum nomine aliquando veniret Sapientia Salomoni tributa.* Quamvis enim pervulgatum ſit, Doctores Eccleſiæ Græcæ Eccleſiaſticum & librum Sapientiæ σοφίας nomine una cum genuinis Salomonis ſcriptis inſigniviſſe, quam in rem vide, quæ *Io. Bapt. Cotelerius* ad epiſtolam Clementis Romani, & *Henricus Valeſius* ad Euſebii Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 80. b. 83. a. & 94. commentantur; hinc tamen non efficitur, hanc appellationem ipſis quoque Judæis familiarem fuiſſe, qui nusquam Eccleſiaſticum ſeu Sapientiæ librum Proverbiorum nomine appellant, quamvis Proverbia & Eccleſiaſten ספרי חכמה i. e. *libros Sapientiæ* vocent in Toſephoth ad Tract. Talmud. Bava Bathra f. 14. b. Ad Judæos igitur gratis provocabunt, qui ex recentioribus ſiniſtre de Proverbiorum libro judicarunt. Ad eos referendi ſunt auctores Judiciorum de Critica Simoniana pag. 271. ſqq. contra quos vide præter *Simonium* in Reſponſione ſua p. 138. ex noſtratibus *Io. Henr. Majum* in Diſſertationibus Selectis pap. 39. ſq. & in Diſſertatt. Sacris Loc. VII. pag. 420. ſq. *Io. Gottlob Carpzovium* in Introduct. ad libros Poëtic. V. T. pag. 186. ſqq. ex Reformatis *Herm. Witſium* in Miſcellaneis Sacris lib. I. cap. 18. §. 32. ſeqq. ut Interpretes numero plures omittam, qui in prolegomenis ſuis eandem operam divino libro præſtiterunt. Frequens ejus in N. T. allegatio, quæ ſe non ſolum ad priora capita XXIV. ſed & ad illa, quæ amicorum Ezechiæ nomen præſcriptum gerunt, extendit (vide Proverb. XXV. 14. & compara cum 2 Pet. II. 27. additis Cl. *Guſſetii* obſervationibus p. 657. commentarii de Lingua Hebr.) rem extra controverſiam collocat. Repetitionem nonnullarum ſententiarum, quæ

Digitized by Google

quæ in poſterioribus capitibus ex prioribus fieri videtur, & a *Simone* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. c. 4. p. 27. confictis ab ipſo librariis, a *Guſſeto* vero l. c. Scribis priſcis ſeculi Prophetici accepta fertur, deſtinato potius conſilio partim ad majorem illuſtrationem, partim ad *ἐνέργειαν* & præſtantiam gnomarum illarum ſignificandam, factam eſſe cenſemus.

III. Tempus promulgationis Proverbiorum Judæi in ſenectutem Salomonis referunt in Seder Olam Rabba p. 41. אבל לעת זקנ׳ שלמה סמוך למיתתו שרתה עליו רוח הקודש ואמר שלמה ספרים הללו משלי שיר השירים קהלת: i.e. ex verſione Cl. *Io. Meyeri: cum autem Salomo ad ſenectutem vergeret, prope mortem ſuam, Spiritum S. habuit inhabitantem, & dictavit iſtos libros, Proverbia, Canticum Canticorum & Eccleſiaſten.* Id quod repetitur a R. *Gedalja* in *Schalſcheleth Hakkabbala* pag. 15. a. & *Zemach David* f. 14. Ex Chriſtianis vero plerique omnes antequam conſeneſceret, imo antequam in profanas mundi delicias abripi ſe pateretur, ſententias has a Salomone profectas putant, v. c. *Mich. Waltherus* in Officina Biblica p. 990. & *Mart. Geierus* prolegomenis in commentar. p. 3. qui id non immerito ex 1 Regg. V. 12. manifeſtum eſſe exiſtimat, quod argumentum Cl. *Michaëlis* in præfat. aliquoties citata p. 1119. eo auget, quod nuſquam in Proverbiis aberrationis ſuæ faciat mentionem, quæ in Eccleſiaſte paſſim occurrat.

Plura de Proverbiorum libro lege apud Rev. *Georg. Serpilium* in *Salomone* ſuo Ratisbonæ 1715. edito, c. 24. toto, Cl. *Chriſtianum Benedict. Michaelis* in diſſert. de Proverbiis habita Halis 1712. & in limine Annotationum ejus Uberiorum, ibid. 1719. editarum, præfationis loco, accedentibus hinc inde notis, recuſa; itemque *Io. Gottlob Carpzovium* in Introduct. ad libros Poëticos V. T. pag. 172. ſqq. quibus nos non parum adjutos profitemur. Dignus quoque eſt, qui conferatur *Auguſtinus Calmetus*, Benedictinus, in prolegomenis ad commentar. Pariſ. 1713. in 4. editum.

IV. Provehimur ad librum Salomonis alterum, qui ab Hebræis קֹהֶלֶת, a *τοῖς* LXX. *ἐκκλησιαστὴς*, & ad horum exemplum a Vulgato *Eccleſiaſtes* vocatur, habito utrinque reſpectu ad propriam vocis Hebrææ ſignificationem. קָהָל enim formaliter collectionem hominum, quocunque demum conſilio convocatorum, infert, ceu ex uſu Codicis Sacri patet, & ex verſione *τῶν* LXX. manifeſtum eſt, quæ *τὸ* קהל per *ἀθροίζειν* & *ἐκκλησιάζειν* reddere conſvevit. Nec præter rationem

nem ad Græcum verbum *καλεῖν* & hinc ortum Latinorum *calare*, i. e. convocare provocaveris, quippe quorum utrumque non inepte ab Hebræo קהל cum Etymologis plerisque derives. *Congregatorem* ſeu *calatorem* ad bonam frugem, atque adeo, quod ad ſcopum proximum ſpectat, *concionatorem*, inferet vox קהלת forma quoad externum habitum fœminina, quæ tamen, ſi uſum Scripturæ reſpicias, pro communi habenda eſt. Hinc enim ſolet conjungi cum verbo utrumque genus exhibente, & maſculinum quidem Eccleſ. I. 2. & XII. 8. fœmininum autem VII. 27. Ex quo manifeſtum eſt, minus recte in ſe pro maſculino haberi ab *Hottingero* in Smegmate Orientali c. 7. pag. 112. ad Arabiſmum provocante, in quo *nomina, officium virile denotantia, ſub terminatione fœminina maſculina* eſſe dicuntur. Lege plura apud Cl. *Io. Gottlob Carpzovium* in Introduct. ad libros Poëticos Bibliorum p. 200. ſqq.

V. Auctorem Judæi libri hujus eundem faciunt, quem Proverbiorum, iis in locis, quæ ſupra allegavimus §. 1. nempe *Ezechiam* cum cœtu ſuo Talmudici, in Bava Bathra c. 1. f. 15. a. *Ieſaiam* vero R. *Gedalja* in Schalſcheleth f. 66. b. non alia puto ratione adducti, quam quod ab uno libro, nempe Proverbiis, ubi viros Ezechiæ occupatos fuiſſe Scriptura teſtatur, ad alium argumentum commode duci poſſe arbitrarentur. Interim iidem Doctores Talmudici alibi & quidem Codice *Schabbath* fol. 30. a. & Judæi recentiores in Seder Olam Rabba pag. 41. edit. Meyerianæ, nec non in *Zemach David* pag. 13. itemque *Aben Eſra* in commentario ſuo Salomoni ipſi vindicant. Atque ea ſententia ſe omnino præ ceteris commendabit conſiderantibus tum ipſum libri initium, tum argumenta domeſtica, quæ Regiam Salomonis perſonam & res geſtas a magnificentia, opibus, conſiliis, parabolis, & inprimis ſapientia ita deſcribunt, ut de nulla alia cogitare poſſis. Hinc recte *Herm. Witſius* Miſcellan. Tom. I. lib. 1. c. 18. p. 227. *Oportet ſane auctorem mortalium omnium mendaciſſimum eſſe, niſi Salomon ſit. Quis enim præter eum filius Davidis, & Rex Hieroſolymis fuit? quis tantis fuit inſtructus opibus, ut grandia iſta opera perficeret, quibus auctor hic ſuo ſe indulſiſſe animo teſtatur? quis in tantam potentiam & ſapientiam excrevit, ut præceſſerit omnes, quotquot ante ipſum Hieroſolymis fuere? quæ omnia ita Salomoni propria ſunt, ut in nullum alium tranſſcribi queant.* His aliiſque adhuc argumentis & inprimis ſcribendi genere uſi ſunt illi, qui Salomoni vindicandum librum recte cenſuerunt, ita quidem, ut non ſolum auctor ejus, ſed etiam Scriptor vi Eccleſiaſtæ XII.

Q 10.

10. haberetur. Inter hos eminent ex noſtratibus *Seb. Schmidius* & *Mart. Geierus* in commentariis ſuis, *Abrab. Calovius* in Bibliis Illuſtrat. Rev. *Io. Henr. Michaelis* in ſingulari diſſert. (cujus compendium *uberioribus* in hunc libellum *Annotationibus* præmiſſum eſt) de hoc libro Halæ 1716. habita §. 4. & 5. Rev. *Georg. Serpilius* in Salomone c. 25. & *Io. Gottlob Carpzovius* l. c. p. 207. ſeqq. Apud eos & inprimis apud Carpzovium refutatos quoque videbis tum *Grotium*, ad Zorobabelis tempora rejicientem, tum Cl. *Herm. von der Hardt*, qui in ſingulari programmate Helmſtad. 1714. edito ſcriptionem libri ad tempora exilium Babylonicum inſecuta refert, tanquam ſuſceptam a Jeſu Jojadæ filio, qui, ſapientiam commendaturus, Salomonis perſonam ad conciliandam ſibi auctoritatem induerit, ſicut deinceps nepos ejus Jeſus Siracides Eccleſiaſten illum longiori ſermone amplificarit, & hinc Eccleſiaſticum confecerit. Ex Pontificiis Salomonem auctorem habent inprimis *Pineda* in Prolegomenis ad commentar. ſuum, *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. *Claudius Fraſſenius* in Disquiſitionibus Biblicis, & noviſſime *Auguſtinus Calmetus*, Benedictinus, in commentario literali ad hunc librum, Pariſiis in 4. edito. Ex Reformatis denique huc pertinent *Hottingerus* in Theſauro Philolog. *Heideggerus* in Enchiridio Biblico, & inprimis *Witſius* l. c.

VI. Auctore ſic comperto de divina & canonica libri auctoritate non eſt cur dubitemus, quæ præterea tum ipſa libri ſumma, timorem Dei pietatemque dignis Deo modis urgente, tum vero non obſcura alluſione ad varia ejus loca in N. T. facta confirmatur. Compara hanc in rem Eccleſiaſt. XI. 5. cum Joh. III. 8. IX. 10. cum Joh. IX. 4. VI. 1. cum Matth. XII. 36. V. 19. cum Rom. XIV. 17. & de aſſertione hac non dubitabis. Et vel ſic tamen Judæi ipſi ſiniſtre de eo ſentiendi, imo de occultatione ejus cogitandi occaſionem ſumſerunt, ceu patet ex Codice *Schabbath* fol. 30. b. בקשו חכמים לגנוז ספר קהלת מפני שדבריו סותרין זה את זה: h. e. *quæſiverunt Sapientes abſcondere* (ἀποκρύπτειν) *librum Koheleth, quia verba ejus ſe invicem evertunt.* Adde *Medraſch Koheleth* fol. 114. a. 82. b. & *Vajikra Rabba* f. 141. b. ubi eam ſententiæ ſuæ reddunt rationem שמצאו בו דברים שנוטים לצד מינות i. e. *quod invenirent ibi verba inclinantia ad hæreſin*, i. e. Atheiſmum. Confer Maimonidem lib. II. c. 28. More Nevochim, *Aben Eſra* ad c. VII. 3. R. *Aſariam* in Meor Enajim p. 75. a. & quæ ad ea loca monuerunt B. *Pfeiferus* in Critica Sacra pag. 357. *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 487. *Chriſtoph. Cartwrightus* in Mellificio Hebr. pag. 853.

853. ſq. Tom. VIII. Crit. Angl. *Theodor. Hackſpanius* in Not. Bibl. Part. II. p. 468. & noviſſime Cl. *Herm. von der Hardt* in programmate allegato p. 3. ubi ſpeciatim obſervat, recentiores Judæos ſe vehementer torſiſſe in majorum ſuorum effatis vel palliandis vel declinandis. Quam in rem videri jubet R. *Moſen Almoſnino* in יד משה f. 337. & 338. R. *Schemuel Haccohen* in צפנת פענח pag. 5. ſqq. item R. *Eliam Aſchkenaſi* in מכלול יופי ſpeciatimque in præfatione commentarii in Koheleth ad p. 3. Duplicem afferunt Judæi tentatæ ſuæ *ἀποκρύψεως* rationem, nempe *ἐναντιοφανείας* nonnullas, quas cumulat Aben Eſra in comment. ſuo ad c. VII. 3. deinde vero ſententias improbas & liberiores, quas in locis quibusdam difficilioribus ac ſpeciatim in Æternitate Mundi, quæ hic ſtabiliri falſo viſa eſt (vide *Maimonidem* in More Nevochim Parte II. c. 28.) inveniri putarunt. Mutarunt tamen poſtea conſilium ideo שתחלתו דברי תורה וסופו דברי תורה h. e. *quia in initio & fine ejus verba legis occurrant*, ſcilicet c. I. 3. & XII. 13. . Confer *Hieronymi* commentar. in Eccleſiaſten XII. v. ult.

Ex veteribus Chriſtianis ſeculo demum VI. *Theodorus Mopſveſtenus* Salomonem non prophetiæ, ſed prudentiæ humanæ, beneficio Eccleſiaſten conſignaſſe ſtatuit, publica auctoritate condemnatus, quod patet ex *Binii* Conciliis Generalibus Tom. II. pag. 535. Noſtra vero ætate ejus veſtigia renovare quaſi conati ſunt poſt *Spinoſam*, Theologi Batavi, in Judiciis de Hiſtoria Critica Simoniana p. 272 ſqq. quibus ſe feliciter oppoſuit *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 18. §. 35. ſqq. Non parum quoque injurium in libri hujus auctoritatem ſe præſtitit obſervator Halenſis Tom. VIII. Obſervatt. Selectarum Obſerv. XIII. ubi omnem movet lapidem, ut Salomonem Scepticum fuiſſe & in ipſo illo libro talem egiſſe demonſtret; ne quid de *Anton. Collino* in tract. de libertate cogitandi, licentia non toleranda Salomonem Atheis jungente, dicam. Occurrerunt his conatibus induſtrii eruditique Recenſionum Theologicarum auctores an. 1705. p. 181. ſq. doctiſſimus *Jo. Franc. Buddeus* in tract. de Atheiſmo & Superſtitione c. 1. §. 5. Cl. *Fabricius* noſter in Codice Pſeudepigrapho V. T. pag. 1057. ſq. & Cl. *Io. Gottlob Carpzovius* l. c. pag. 228. a quo alii, in ejusdem cauſæ defenſione ſeduli, laudantur.

Lutherum quoque noſtrum abjecte de libro hoc ſenſiſſe calumniantur Scriptores quidam Pontificii, *Pineda* inprimis & *Huetius* pag. 355. Demonſtrat. Evangel. quibus tamen pridem reſponſum eſt a variis, v.

c. *Jo. Hülſemanno* Animadverſ. in Bellarminum c. II. §. 7. & *Jo. Henr. Majo* in Diſſertationibus Selectis p. 42. qui manifeſtum fecerunt, Lutherum in Sermonibus Convivalibus, ad quos provocant, non de Eccleſiaſte ſed de Eccleſiaſtico Siracidæ cogitaſſe. Ad loca, quæ obſcuritate ſua præjudicium creaverunt libro, a variis varia obſervata ſunt, ſpeciatim a B. *Pfeifero* in Dubiis Vexatis & ab Anonymo Scriptore tractatus Gallici de religione contra Atheos cap. IX. & X. Ad cap. III. v. 19. ſqq. qui præ ceteris nodum vindice dignum exhibere viſus eſt, lege præter Interpretes, nominatimque *Auguſtum Varenium*, acute pariter & ſolide judicantem, *Pet. Schele* de immortalitate animæ c. XIV. *Franc. Worgerum* in Pſychologia Salomonis p. 48. & *Jo. Edwardum* in Exercitationibus Criticis Parte I. Exercit. VIII.

VII. *Ordo* collocationis diverſus deprehenditur. In Bava Bathra l. c. Proverbiis proxime jungitur Eccleſiaſtes. In faſciculo τῶν V. Megilloth quartum occupat locum, & librum Eſther antecedit. Ille vero faſciculus a Judæis vel Pentateucho ſubjici ſolet, vel etiam inter Hagiographa, quod plerique Chriſtianorum in Bibliis Hebræis imitantur, reponi, ubi tunc proxime ante Danielem legitur.

Tempus ſcriptionis rectius poſt ortam pœnitentiam & revocatam a ſæculi deliciis mentem ſtatuitur, quam ad ætatem vegetam Salomonis refertur. Prius apparet vel ex cap. II. & VII. 27. ſqq. ubi non obſcure profitetur auctor, qualis fuerit olim, qualem nunc induerit mentem, & quales velit eſſe alios. Propterea & Judæi, hunc non minus quam Proverbiorum librum in ſenectutem Salomonis rejiciunt, quod ſuo loco jam oſtendimus. Lege in eandem ſententiam ex Pontificiis *Pinedam* in præfat. c. 3. §. 5. ex Reformatis *Jo. Henr. Heideggerum* in Diſſertatt. Selectis Tom. II. diſſ. IX. qua de Salute Salomonis diſquiritur §. 40. item *Jo. Lightfootum* in Chronicis Temporum & Ordine textuum V. T. Tom. I. Opp. pag. 76. ex noſtratibus denique B. *Mart. Geierum* in præfatione ad comment. ſuum.

Gentiles ex Eccleſiaſte multa hauſiſſe obſervavit, poſt *Grotium* in notis ſuis, *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. & *Natalis Alexander* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Ætate V. diſſ. V.

De obſcuritate conqueſti ſunt Interpretes in univerſum omnes, & Cl. *Hardtius* in programmate ſæpe laudato p. 1. librum vocat *mole parvum, pondere & difficultate immenſum, omniumque obſcuriſſimum æſtimatum.* De connexionis inveniendæ difficultate ſpeciatim queruntur *Coccejus* ex

Re-

Digitized by Google

Reformatis, *Geierus* ex noſtratibus prolegomen. in commentar. §. 4. & ex Pontificiis *Delrio* ad Eccleſ. VII. 9. Vocibus novis & peregrinis abundare monuerunt, iisque ad librum ipſum Salomoni abjudicandum abuſi ſunt alii, rectius judicante, & occaſionem, unde illæ provenerint, oſtendente *Huetio* in Demonſtrat. p. 354.

VIII. Sequitur conſiderandum *Canticum Canticorum*, quod ab Hebræis vocatur שִׁיר הַשִּׁירִים, a Græcis vero ᾆσμα ᾀσμάτων. Non ſane eo ſenſu, ut comparetur cum 1005. illis, quæ Salomoni 1 Regg. IV. 32. tribuuntur, pro quo numero veteres quidam memoriæ vitio 5000. numerant, caſtigati ab *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. p. 414. ſed ut potius dignitas ejus & præſtantia, more loquendi Hebraico, generatim innuatur. Ita ſane recte tituli rationem capit R. *Salomon Iſaacides* comm. in Cantic. I. 1. שיר שהוא על כל השירים i. e. *canticum canticis omnibus præſtantius*, atque eum plerique Chriſtianorum ſeqvuntur. Priorem tamen ſententiam amplectuntur R. Aben Esra & Kimchius in commentariis ſuis. Loca eorum omnia *Chriſtoph. Cartwrightus* Hebr. & Latin. exhibet in Mellific. Hebr. IV. 4. Tom. VII. Criticorum Anglican. pag. 855. ex quibus etiam intelliges, quam ſacer illis hic liber habeatur, quem קודש קדשים i. e. *Sanctum Sanctorum* vocare conſveverint.

IX. Auctor habendus omnino eſt *Salomo* vi ipſius inſcriptionis, quia diſerte dicitur אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה i. e. *Salomonis*, ſicut ſæpe dicitur מִזְמוֹר לְדָוִד *Pſalmus Davidis*, & תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה Pſ. 90. v. 1. i. e. *precatio Moſis*. Negare tamen nolim ſenſu ſecundario, quem nonnulli præter rem primarium fecerunt, admitti poſſe, quod ita alludatur ad auctorem principem, Spiritum Sanctum, per quem *Salomoni* ſit inſpiratum. Mirum itaque eſt, Judæos in Bava Bathra l. c. illud cum cæteris Salomonis libris Ezechiæ Viris ſeu amicis adſcribere, eo procul dubio ſenſu, quod iſti primum in literas retulerint, quæ a Salomone olim promulgata eſſe noverant. Sed invenerunt illi etiam inter ſuos pauciſſimos aſſeclas, nominatim Kimchium, qui *Jeſaiam*, quem Ezechiæ amicum credidit, venditat auctorem.

X. De divina ac canonica libri auctoritate teſtimonium fert, tum non diſerta quidem, ſed tamen nec obſcura ad loca ejus varia alluſio in N. T. facta; tum conſenſus Judaicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ fere univerſalis. Quod ad prius Cl. *Jo. Henr. Michaelis* in diſſert. de Cantico Canticorum

rum §. 3. comparari inprimis vult Epheſ. V. 27. cum Cantic. IV. 7. Apocal. III. 20. cum Cantic. V. 2. Matth. XXI 31. cum VIII. 11. Joh. VI. 44. cum I. 4. 1 Tim. II. 9. cum I. 10. 11. Joh. III. 29. cum II. 8. &c. Ut taceam, in univerſum huc alludi, quando in Novo Fœdere nuptiarum, convivii cœleſtis, prandii, ſponſi & ſponſæ mentio occurrit. Quid Judæi de eo ſtatuerint, patet ex Codice ידים cap. III. §. 5. pag. 157. col. 1. ubi ita ex R. Akibæ mente legas: אין כל העולם כלו ראי כיום שנתן בו שיר השירים לישראל שכל הכתובים קדש ושיר השירים קדש קדשים: i. e. *univerſus mundus non dignus eſt die illo, quo Canticum Canticorum datum eſt Iſraeli. Cum enim Hagiographa omnia ſint ſanctum, Canticum Canticorum eſt Sanctum Sanctorum. Si qua*, pergitur, *de Salomonis ſcriptis diſſenſio fuit, ea tantum de Eccleſiaſte fuit.* Adde Aben Esram præfat. in Canticum, ubi diſerte ait: ואין עליו מחלוקת h. e. *non eſt ſuper eo diſſenſio.* Teſtis his antiquior eſt *Joſephus* lib. I. contra Apionem. Chriſtianos hic conſenſiſſe apparet ex *Euſebii* Hiſtor. Eccleſiaſt. IV. c. 26. paucique admodum fuerunt, qui in contrariam abierint ſententiam cum *Theodoro Mopſveſteno* in Synodo II. CPolit. damnata. Lege de his fuſius diſſerentem doctiſſimum *Jo. Gottlob Carpzovium* in Introduct. ad libros Poëticos V. T. pag. 263. Neque obſtat, quod veteres Chriſtiani juvenes a libri lectione arcere ſolebant, quod conſtat ex Origenis præfat. in Canticum & *Theodoreti* Tom. I. Operum pag. 985. ubi quæ additur ratio, inſtitutum hoc non a libro ipſo, ſed a conditione lectorum minus ex ætate ad myſticum ſenſum capiendum idoneorum, id repeti jubet. Quem autem librum tota antiquitas in ſummo pretio habuit, eum de throno quaſi deturbare temere conati ſunt recentiores quidam, nunc quidem obſcura, nunc plana quaſi via. Alii enim cum profanis idylliis ac carminibus externorum Scriptorum Catulli, Horatii, Ovidii, &c. comparare ſtuduerunt cum *Grotio* & *Nierembergio* de Origine Sacræ Scripturæ VII. 7. Alii vero eo etiam procedunt, ut eclogam eſſe pronuncient, qua Salomon, paſtoris habitu uſus, ſermones miſceat cum femina, Pharaonis forte filia. Ita ſtatuunt Theologi Batavi in Judiciis de Hiſtoria Critica R. Simonis ep. 12. tum vero *Menetrerius*, ubi de ludis Scenicis agit, p. 23. ſicut & *Jac. Basnage* in Hiſtoria V. & N. T. pag. 110. hymenæum profanum hic agnoſcit. Sed horum argumentis vel potius conjecturis temerariis ſatis fecerunt ex veteribus, conatus ejusmodi animo quaſi præcipientibus *Theodoretus* l. c. ex recentioribus autem *Jo. Henr. Majus* in Diſſertatt.

Sele-

Digitized by Google

Selectioribus diſſ. I. p. 42. *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 18. §. 38. *Natalis Alexander* in Hiſtoria Eccleſiaſt. Ætate V. diſſ. IV. & noviſſime *Jo. d' Outrein* in ſingulari epiſtola contra Joncourtium Belgice edita. Viciſſim pro Sacra Ecloga habent anonymus Scriptor de Ecloga, & *Pet. Francius* in Oratione pro Poëtica, quæ exſtat in Poſthumis ejus pag. 142. Atque iſta quidem communis eſt noſtratium ſententia, haberi hic epithalamium nuptiis amoribusque myſticis, qui inter Chriſtum & Eccleſiam intercedunt, dedicatum. Huc reſpexit Judaica quoque antiquitas, id quod teſtatur R. Salomon Iſaacides in Cant. I. 1. תנו רבותינו כל שלמה האמורים בשיר השירים קדש מלך שהשלום שלו: i. e. *tradiderunt Rabbini noſtri, nomen Salomonis quotiescunque exſtat in Cantico, eſſe ſanctum, ut deſignet regem, cujus eſt pax.* Oraculum hoc affert etiam Maimonides in יסוד תורה c. 6. ſect. 12. Simili modo Aben Esra in præfat. ad commentarium ſuum agnoſcit hic סוד סתום וחתום i. e. *arcanum abſconditum & obſignatum.* Idem ex Græcis Doctoribus evincit *Theodoretus* l. c. & *Iſidorus Peluſiota.*

XI. *Ordo* libro inter ſcripta Salomonis ex Bava Bathra tertium locum vindicat; inter quinque Megilloth autem primum, ideo, quod lectio ejus ſolennis feſto Paſchatos, quod cetera feſta antecedit, a Synagoga ſuſcipi ſolet. Inter Hagiographa limen occupat.

Si Judæos audimus, *tempus* ſcriptionis una cum cæteris in ſenectutem Salomonis incidit, quos inter reliquos ſequitur *Jo. Henr. Heideggerus* in Enchiridio Biblico pag. 299. Alii in ſtylo florido, copioſo & ornato vegetæ floridæque ætatis veſtigia, videre ſibi viſi ſunt, qui tamen etiam ab ipſius argumenti conditione non minus recte repeti poterat. Vide pro hac ſententia differentem Cl. *Carpzovium* l. c. pag. 244. & *Frid. Spanhemium* in Hiſt. Eccleſ. V. T. Tom. I. Operum pag. 368. Tutiſſimum fuerit in ἐποχῇ hic acquieſcere, a qua tamen adeo alienum ſe præſtat *Jo. Lightfootus* in Chronic. Temporum & Ordine textuum V. T. Tom. I. Opp. pag. 76. ut ipſum regni Salomonei annum triceſimum, qui obitum ejus decem annis antecedit, determinet, occaſionemque ſcriptionis e deductione filiæ Pharaonis in domum, quam ei paraverat, 1 Regg. IX. 24. derivet. Quæ ſententia, nonnullis aliis ex parte probata, quam exigua veri ſpecie ſe commendet, per ſe patet. Et vel ſic tamen eam non ita pridem ornare inſtituit *Jac. Benignus Boſſvetus*, Epiſcopus Meldenſis, in præfat. & notis ad Canticum Cantic. ubi per totum commentarium

Digitized by Google

rium duplicem ſenſum ſectatur, hiſtoricum alterum de Salomone & Sponſa Ægyptiaca, alterum myſticum de Chriſti & Eccleſiæ amoribus.

Plura de Cantico Cantic. lege in ſingulari diſſertatione Rev. *Joh. Henr. Michaelis*, Hal. 1717. habita, (cujus ſumma *notis uberioribus* in librum Cantici præmittitur) Cl. *Io. Gottlob Carpzovii* Introduct. ad libros Biblicos Parte II. cap. 6. & Rev. *Georg. Serpilii* Salomone cap. XXVI.

De aliis ſcriptis, quæ Salomoni tribui ſolent, diximus Parte priore, quæ ſuo loco locupletabimus. Lege interim Cl. *Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1014. ſqq. & Rev. *Serpilium* in Salomone c. 27.

## *Subſectio VIII.*

## DE PROPHETIA & PROPHETIS.

*I. De Prophetarum nomine, origine, notis. II. de variis Prophetiæ modis & gradibus. III. de Prophetarum claſſibus. IV. de ordine librorum Propheticorum, & diviſione. V. de titulis & inſcriptione.*

I.

AD Propheticos libros pro inſtituti ratione recenſendos nunc acceſſuri, generatim quædam de illis commemorare neceſſum putamus, ad quæ in ſpeciali ſingulorum enarratione deinde provocabimus. Quod ad Prophetarum nomina attinet, tria potiſſimum in Sacro Codice Hebræo occurrunt, nempe נָבִיא, חוֹזֶה & רוֹאֶה. De his fuſiſſime omnium expoſuit *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. cap. 1. ubi primæ appellationis rationem accurate inveſtigat, manifeſtumque facit, generali ſignificatu denotaſſe olim amicum Dei, qui gaviſus ſit patefactione arcanorum Dei, converſatione cum Deo, & auctoritate ac dono de Deo loquendi ad alios; ſpecialiori vero notione inferre cognitionem rerum arcanarum, quam Samuelis tempore ei voci ſubjectam eſſe ex 1 Sam. IX. 9. contendit. Per *nuncium* omnium optime verti נביא repetita ejus origine ab Arabica radice, quæ *nunciare* ſignificat, affirmat Cl. *Clericus* in commentar. ad Geneſ. XX. 7. p. 163. a. contra quem *Witſius* lib. I. c. 14. §. 43. oſtendit, eam Moſis quoque tempore in uſu fuiſſe, quod ille negaverat in Judiciis Theologorum Batavorum de Hiſtoria Critica Simoniana. Et mutavit is poſtea omnino mentem, quando in commentario l. c. affirmat, vocem illam primum inter Hebræos in uſu fuiſſe, deinde frequentius adhibitam dictionem רואה ſed tandem נביא in

in uſum revocatam. Confer *Huetii* Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. p. 497. ſq.

A Propheta nominatur Prophetia ſive ſcientia rerum arcanarum, divino præſidio & inſtinctu tradita, eo fine, ut cum aliis communicaretur. Dari autem tale donum divinum, nec naturam aut media naturalia hic quidquam facere, quod Petro Aponenſi, Pomponatio & Cardano, Pet. Petito item in lib. de Sibylla & Spinoſæ in tract. Theologico-Polit. perſvaſum fuit, oſtenderunt permulti; ex noſtratibus nominatim B. *Jo. Hülſemannus* in diſſertatione ſingulari de Prophetia, commentario ejus in Jeremiam præmiſſa, Celeb. *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Prænotionibus Theologicis p. 224. *Juſtus Chriſtoph. Schomerus* in Collegio Controverſiarum cap. I. §. 12. & *Jo. Franc. Buddeus* in diſputatione de quæſtione: an naturali homines polleant vaticinandi facultate? Ex Reformatis huc lege *Sam. Mareſium* de Prophetia & Prophetis, *Pet. Molinæum* in Vate, ſeu libris V. de præcognitione futurorum & bonis maliſque Prophetis, Gorinchemi 1672. 8. item *Nicol. Gurtlerum* in Syſtemate Theologiæ Propheticæ cap. I. pag. 1. ſqq. & *Herm. Witſium* in Miſcellan. lib. I. c. 8. p. 51. Judæi ipſi hic non admodum conſentiunt, aliis hic omnia Deo, aliis naturæ, & cujusq; genio pluribusq; ejusmodi circumſtantiis nonnulla tribuentibus. Ita *Maimonides* in יסודי התורה cap. VII. §. 1. a ſapientia robore & divitiis Prophetiæ donum pendere facit his verbis: אין השכינה שורה אלא על חכם גבור ועשיר ובעל קומה i. e. *Spiritus Sanctus non recumbit niſi ſuper ſapientem, fortem, divitem & excelſum.* Conferatur idem in More Nevochim Parte II. c. 32. ubi eandem ſententiam adſtruit, atque eos pro imperitis habet, qui nihil aliud hic requirant, quam ut homo probus, bonus & honeſtus ſit. Hauſit ſua *Maimonides* ex Gemara Cod. *Nedarim* f. 38. a. lin. 17. vel *Schabbath* f. 92. a. lin. 33. ubi eadem traduntur. Lege iſta ac præterea alia Judæorum loca apud *Hottingerum* in Theſauro Philolog. pag. 562. ſqq. item in erudita diſſert. Rev. *Guſtavi Georg. Zeltneri* de Debora §. 4. ſqq. unde intelliges *Menaſſen ben Iſrael* idem ſtatuere, *Abarbanelem* vero in lib. Regg. c. 3. f. 210. eam Talmudiſtarum aſſertionem ita emollire, quod hæc non habuerint pro requiſitis Prophetiæ donum antecedentibus, ſed potius conſequentibus. Confer *Imman. Aboab*, Judæi Hiſpani, Nomologiam p. 158. ubi de ratione prophetiæ donum conſequendi ex triplici Judæorum ſententia diſſerit. Non multo rectius idem *Maimonides* de *notis* veri Prophetæ

in præfat. ad Ordinem Seraim p. 2. ſq. diſſerit, ubi etiam ſingularem tractatum de illis pollicetur pag. 4. edit. Surenhuſianæ. Rectiora inveneris apud B. *Jo. Georgium Neumannum* in Programmatibus Academicis pag. 7. ſqq. Rev. *Jo. Gottlob Carpzovium* in diſſ. de Prophetis Eccleſ. Judaic. *Pet. Molinæum* de Vate lib. III. c. 5. item *Nicol. Gurtlerum* in Syſtemate Theol. Prophet. cap. III. p. 27. ſqq. & *Witſium* lib. I. Miſcell. cap. 15.

II. Variis olim in V. T. modis uſum fuiſſe Deum, quibus ſe voluntatemque ſuam & conſilia revelaret ſuis, ex ſacris literis æque ac Judæorum ſcriptis conſtat. *Maimonides* parcior eſt, quando tres tantum prophetiæ ſpecies ſtatuere videtur, quarum unam tantum Moſi propriam facit. Verba ita habent in יסודי התורה c. VII. §. 6. כל הנביאים בחלום או במראה ומשה רבינו רואה והוא ער ועומד: i.e. *Omnes Prophetæ vaticinabantur in ſomnio vel in viſione, ſed Moſes, doctor noſter, vidit vigilans & ſtans.* Sed plures omnino fuiſſe revelandi modos oſtendit *Witſius* l. c. cap. III. & ſeqq. quorum alius eſt *immediatus*, alii *mediati* per certa quædam ſymbola, quæ nunc ſenſus externos afficiebant, ut ſortes, (f) filia vocis (בת קול) nunc phantaſiæ ſe offerebant modo vigilantium, modo dormientium, quo pertinent ecſtaſis & inſomnia, quibus denique accedit revelatio Angelorum miniſterio facta. De his omnibus diligenter præcipit *Witſius* usque ad cap. VII. cum quo compara *Molinæum* de Vate lib. I. a quo tamen prior nonnunquam diſcedit, & *Gurtlerum* l. c. cap. 2. p. 13. ſqq. Adde elegantem Cl. *Sam. Gerhardi a Melle*, Eccleſiaſtæ Lubecenſis,

(f) De ſortibus Hebræorum (de quibus utinam exſtaret *Gilb. Gaulmini* liber ſingularis!) lege *Steph. le Moyne* ad Varia Sacra p. 586. 590. 591. itemque *Mart. Mauritium* de Sortitionibus Hebræorum; nec non Interpretes V. T. paſſim, nominatim *Jo. Clericum* ad Levit. XVI. 8. De conformi Chriſtianorum ritu, ſortitionem ex dictis Codicis Sacri inſtituendi, exponunt auctor Obſervationis XIII., quæ exſtat Tomo IV. Obſervationum Selectarum Halenſium; B. *Jo. Deutſchmannus*, & B. *Jo. Georg. Neumannus*, ille in diſput. ſingulari Witteb. 1698. hic in programmate, quod inter reliqua ejus programmata legitur de ſortibus veterum Biblicis, p. 100. Quæ inter gentiles hanc in rem obſervata ſunt, diligenter collecta exhibent *Bulengerus* in tract. de ſortilegio, *Anton van Dalen* in diſſert. de Oraculis II. Cl. *Burchardus Gotthelf Struvius* in Syntagm. Antiquitat. Roman. pag. 298. & *Pet. Balius* in Dictionario Hiſtorico & Critico, Tom III. pag. 2877. Sortes Homericas & Virgilianas ſpeciatim recitant plures, quos appellant *Struvius* l. c. pag. 303. Cl. *Fabricius* lib. II. Biblioth. Græc. pag. 351. & Obſervator Halenſis l. c. pag. 269. ſeqq. Sortem inter tria Oraculorum genera, quæ ſibi invicem ſucceſſerint apud Hebræos, numerat *Gaulminus* p. 303. de vita & morte Moſis. Illa ſunt præter ſortem *Urim & Thumim*, & Bath Kol.

Digitized by Google

cenſis, diſſert. de Commercio Dei & Hominum, Witteb. 1712. habitam. Quam vere iſta modorum revelandi varietas adſtruitur, tam parum tribuendum eſt *gradibus* prophetiæ, (quos iidem conſtituunt, & qui ex parte cum memoratis illis modis coincidunt, ipſi vero prophetandi rationi derogare aliquid videntur) præeunte iterum Maimonide in יסודי תורה cap. VII. ſect. 3. ubi ita: הנביאים מעלות הן כמו שיש בחכמה חכם גדול מחבירו כן בנבואה נביא גדול מנביא: h. e. *Prophetarum certi dantur gradus, ſicut unus ratione ſapientiæ altero eſt ſapientior, ita ratione Prophetiæ Propheta major altero.* Hinc fit, ut idem in *More Nevochim* Parte II. cap. 45. undecim omnino gradus conſtituat, quos R. *Joſeph Albo* in libro עקרים ad quatuor reducit. Lege, ſi placet, poſt *Paulum Fagium* in notis ad Paraphraſin Chaldaicam Onkeloſi ad Num. XII. 8. *Hottingerum* in Theſauro Philologico p. 565. ſqq. & inprimis *Jo. Friſchmuthum* in Diſſertat. de diviſione Sacræ Scripturæ Judaica, in qua data opera illam graduum differentiam convellit. Inprimis non eſt toleranda illa oppoſitio, quam inter רוח נבואה & רוח הקדש ita invehere conati ſunt, ut poſteriorem gradum, in quo Davidem & Salomonem collocant, infimum eſſe pronuncient. Id vero ſibi volunt Judæi, quod is proprie Propheta dicatur, qui in ecſtaſi divinæ revelationis fit compos; ſicut, qui ſenſibus ſuis diſtincte utitur, & tamen a Spiritu S. impellitur, per רוח הקדש agere dicitur. Recte obſervavit *Jac. Guſſetus* in Commentario de Lingva Hebr. pag. 782. a. utrumque Spiritum *Prophetiæ* ſcilicet & *Sanctitatis* ſtilo Biblico idem inferre, quod ad rem ipſam, nec diſtingvi, niſi quod ad perſonas, cum נביא cenſeatur, qui vocatione ac munere ordinarie exercendo Propheta ſit, ſicut is per רוח הקודש loqui exiſtimetur, qui repetitis vicibus a Spiritu Sancto actus ad ſcribendum loquendumve impellatur, alii interim muneri deſtinatus. Cæterum Judæorum de hoc negotio aſſertiones explicat, & nonnihil interpretando emollit B. *Jo. Bened. Carpzovius* in diſſert. de *Θεοπνευστία* Sac. Scripturæ, Diſputationibus ejus Academicis inſerta p. 1351.

III. Prophetæ ipſi, ſi a ſacris diſcedas, in ſuas diſtingvuntur *claſſes.* Alii eorum nomen tuentur verique appellantur, alii mentiuntur, & habentur pro falſis. Lege de utriſque *Anton. van Dalen* in diſſert. II. de Idololatria, & *Nic. Gurtlerum* in Syſtemate Theologiæ Propheticæ, qui in tribus illis ætatibus, quas Eccleſiæ tribuit, Prophetas tum veros tum falſos ſigillatim recenſet, & a ſe invicem diſtingvit: quemadmodum

idem cap. VI. p. 51. ſqq. commentitia Prophetiarum genera inter gentes olim recepta enumerat, qua opera ante eum defunctus quoque eſt *Pet. Molinæus* de Vate lib. III. & illi fere omnes, qui de Oraculis veterum gentilium commentati ſunt. Veri quidem Prophetæ illi iterum a variis varie diſtingvuntur. Judæi, quod ſupra vidimus, diſtingvunt in ראשונים *priores* & אחרונים *poſteriores*, quorum illi libros Hiſtoricos, hi Prophetas majores & minores, qui appellantur, comprehendunt. B. *Michael Waltherus* noſter, quem plures alii ſeqvuntur, tres eorum conſtituit claſſes, in Officina Biblica p. 1004. Prima eſt eorum, qui inde a templo Salomonis usque ad exilium decem tribuum in Aſſyria floruerunt, nominatim Jonas, Amos, Hoſeas & Jeſaias. Secunda eos ſiſtit, qui a captivitate Aſſyriaca usque ad Babylonicam floruerunt, puta, Nahum, Jeremias, Joel, Zephanja, & Habacuc in Judæa, Ezechiel vero in Chaldæa. Tertia denique eorum eſt, quorum vita tum in captivitate tum poſt eam acta eſt, inter quos numerat Danielem, Haggæum, Zachariam, & Malachiam. *Hermannus Witſius* in Miſcellaneis lib. I. c. 16. Prophetæ nomen latius extendens, easdem quidem numero claſſes, ſed admodum a prioribus diſtinctas, ordinat; ita, ut alii ante Legem Moſis, alii ſub ea, ac iterum alii ſub Evangelio vixiſſe exiſtimentur. Ad claſſem I. refert Adamum, Enochum, Noachum, &c. de quibus toto cap. XVI. Ad ſecundam transfert eos, qui vel in deſerto, vel in Cananæa, vel in captivitate Babylonica, vel poſt eam floruerunt: de his capita illa omnia, quæ inter XVII. & XXI. interjiciuntur, præcipiunt. Tertiam denique claſſem conſtituunt Prophetæ in Evangelica Hiſtoria laudati, capite XXI. *Nic. Gurtlerus* tres facit Eccleſiæ ætates, iisque ſingulis ſeptem tribuit periodos. Prima ætas a condito mundo ad Moſen, altera a Moſe ad Chriſti mortem, tertia a morte illa usque ad interitum mundi extenditur. In ſingulis tum veros tum falſos Prophetas offendit, eosque ordine recenſet. Neque mirum cuiquam videri debet, etiam poſt Malachiæ tempora Prophetiæ & Prophetarum ab iſtis fieri mentionem, cum communis fere & Judæorum & Chriſtianorum ſententia teſtetur, Prophetiæ donum cum Malachia inter Judæos exſtinctum fuiſſe, ceu oſtendit doctiſſimus *Campeg. Vitringa* in Obſervatt. Sacris lib. VI. cap. 6. Sunt enim, qui inſigni illo, quod inter Malachiam & Johannem Baptiſtam intercedit, intervallo, quatuor circiter ſæculis comprehenſo, non omnes omnino extraordinarios revelandi modos Judæis defuiſſe cenſent, quamvis illi tam illuſtres & continui non fuerint, quales



Digitized by Google

les ſe in Prophetis κατ' ἐξοχὴν ſic dictis prodiderunt. Vide quæ huc copioſe ex Joſepho, Pandectis Talmudicis & ipſa quoque Hiſtoria Evangelica attulit laudatus *Vitringa* cap. VIII. usque ad XIV. ubi inprimis de בת קול (g) ſive *filia vocis* fuſe commentatur, eamque, a multis alias negatam, adſtruit. Sed illa quidem ad nos non admodum pertinent, qui de illis potius Prophetis ſoliciti ſumus, quorum ſcripta vel in ſacro canone exſtant, vel qui ut Prophetæ in iisdem ſcriptis ſacris memorantur. Atque illorum numerus ex mente Talmudiſtarum in Megilla pag. 14. octo & quadraginta abſolvitur, quibus addunt ſeptem Propheтiſſas. Vide locum iſtum apud Bartolocc. Tom. III. Biblioth. Rabbin. p. 457. qui R. *Salomonis Iſaacidæ* interpretationem ex auctore הלכות גדולות ſimul recenſet, ab auctore שלשלת הקבלה p. 18. repetitam. Conf. Cl. *Jo. Alberti Fabricii* Codicem Pſeudepigraphum V. T. pag. 896. ſq. ubi p. 898. Epiphanii cujusdam, LXXII. Prophetas & decem Prophetidas numerantis, locum deprehendes.

IV. *Ordo* Propheticorum librorum, qui exſtant, non temporis, quo Scriptores vixerunt, ſed molis potius & amplitudinis ratione habita, a majoribus conſtitutus eſt: hinc & tres illi *Jeſaias*, *Jeremias* & *Ezechiel* גדולים i. e. majores, reliqui vero קטנים ſive minores appellantur. Ii etiam, qui eorum collocationem ad temporis rationes exigere voluerunt, non omnino in hoc negotio conſentiunt, ideo quod nonnullorum Prophetarum ætas diſerte non definita ſit, ut proinde conjecturis ampliſſimus campus pateat. Legantur hanc in rem præter univerſalium Introductionum in Scripturam Sacram auctores & Chronologos Sacros, nominatim *Uſſerium*, *Cappellum*, *Torniellum*, *Marshamus* in Canone Chronico, *Lightfootus* in Chronicis & Ordine Textuum V. T. *Gurtlerus* in Syſtemate Theologiæ Propheticæ, & alii bene multi. Nos repetemus hic ea, quæ B. *Mich. Waltherus* in Officina Biblica pag. 1004. ſeq. in hanc rem ita commentatur: " Chronologia Prophetarum & ordo ratione temporis incredibilem affert lucem interpretationi & intelligentiæ, ideoque multum profuerit eos eo pervolvere ordine, quo ſunt vaticinati. Primus eſt *Jonas*, qui ſub Jeroboamo II. filio Joaſi docuit, paulo



(g) De Bath Kol differunt ex Judæorum ſcriptis *Jo. Henr. Häner* in diſputationibus binis Jenæ 1673. *Jac. Baſnage* in Hiſtoria Judæorum Tom. III. p. 126 ſqq. & noviſſime doctiſſimus *Jo. Andr. Danzius* in differt. de filia vocis nefanda divinæ æmula, Jen. 1716.

„paulo ante Jeſaiam, poſt mortem Eliſæi, 2 Regg. XIV. 25. Secundus „eſt *Hoſeas*, qui diſerte ſcribit, ſe docuiſſe in diebus Jerobeam, filii Joas, „Regis Iſrael, quo tempore Uſias in regno Judæ ſucceſſit Amaſiæ, ut „habetur 1 Regg. XV. Ac quia regnantibus deinceps ordine in Juda „Ozia, Joathamo, Achaſo, Ezechia, munus Propheticum geſſit, ideo ad „octuageſimum ferme annum curriculum ejus extenditur. Tertius eſt „*Amos*, utpote cujus prophetia etiam facta eſt ſub dicto Jerobeamo, & „in diebus Uſiæ. Quartus eſt *Eſaias*, qui regnante adhuc Uſia, Rege „Juda, vaticinari cœpit, & ad extrema Ezechiæ tempora pervenit. „Quintus eſt *Michæas*, qui ad munus Propheticum acceſſit in diebus Joa„tham, illudque continuavit ſub Achaſo & Ezechia. Sextus eſt *Nahum*, „qui prophetavit ſub Ezechia, quod oracula ejus de clade & horribili „exitu Sennacheribi & exercitus, deque πανωλεθρίᾳ Ninives luce me„ridiana clarius evincunt. Septimus eſt *Joel:* quod enim is docuerit „poſt deportatas decem tribus a Salmanaſſare, ex eo haud obſcure col„ligitur, quod ſuas conciones ad ſolum regnum Juda dirigit, nulla facta „regni Iſraelitici mentione, & quod c. 3. hoſtibus populi Iſraelitici judi„cium in valle Joſaphat & exitium minatur. Octavus eſt *Habacuc*, cu„jus ætas in Scriptura quidem non eſt annotata, ſed tamen conciones „ipſius oſtendunt, illum ſub imperio Manaſſæ floruiſſe, cujus etiam ty„rannidi & impietati denunciat ſupplicium. Nonus eſt *Jeremias*, qui „ſub Joſia cœpit docere, & munus ſuum continuavit, usque ad Hiero„ſolymæ & templi everſionem. Decimus eſt *Sophonias*, qui Jeremiæ „fuit σύγχρονος, & ſimiliter, ut Nahum, excidium Ninivæ & imperii „Aſſyriaci prædixit. Undecimus eſt *Obadias*, qui poſt excidium urbis & „templi prophetavit, & Idumæis ſupplicium minatus eſt. Duodecimus „eſt *Daniel*, in Chaldæa cum capto Rege Joackimo. Decimus tertius „eſt *Ezechiel*, in Babylone, anno quinto poſt migrationem Jechoniæ. „Decimus quartus eſt *Haggæus*. Decimus quintus *Zacharias*, qui ſecundi „templi ſtructuram adjuverunt, & Chriſtum in eo docturum prævide„runt. Decimus ſextus eſt *Malachias*, qui cum duobus prioribus vixit „poſt reditum ex captivitate ſub Dario Hyſtaſpe.“ Conſentit fere in eundem ordinem *Herm. Witſius* lib. I. Miſcellan. Sacr. c. 18. pag. 236. ſqq. niſi quod Joelem *Amoſo* proximum facit, tanquam qui in regno Judæ prophetam egerit, ſicut Amos in regno Iſraëlis, qui etiam de eadem plaga locuſtarum ſiccitatis & ignis loquatur, de qua Amoſus. Quoad reliquos Witſius *Obadiam* Habacuco proximum collocat, huic vero jun-

git

git *Zephanjam* atque iſti *Jeremiam*, ſimul vero profitetur *Obadiæ* ætatem ἄδηλον eſſe, & certam determinationem non admittere. Ex quo factum eſt, ut Arias Montanus inter Prophetas minores Obadiam primum eſſe juſſerit, qui alioquin cum Walthero conſentit. Ad captivitatis tempus refert Ezechielem & Danielem, atque illum quidem facit priorem. Sequentes ex carcere egreſſos eadem ſerie enumerat. Dignus eſt, qui cum his comparetur, præſtantiſſimus *Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ pag. 35. ſqq. ubi hunc Prophetarum ordinem conſtituit: *Jonas, Joel, Amos, Hoſea, Jeſaia, Micha, Obadja, Nahum, Jeremia, Habacuc, Zephanja, Daniel, Ezechiel, Haggai, Zacharia, Malachia.* Ab eo abit nonnihil Celeb. *Herm. von der Hardt* in diſſ. VI. Hoſeæ hiſtoriæ & antiquitati redditi pag. 54. ſqq. ubi hoc ordine comparent: *Jonas, Amos, Hoſeas, Jeſaja, Micha, Nahum, Jeremias, Habacuc, Joel, Zephanja, Ezechiel, Obadja, Daniel, Haggæus, Zacharias* & *Malachias*. De his momentis ſpeciatim paulo poſt dicemus, hæc hactenus ſufficere arbitrati ad univerſalem quandam ideam animo imprimendam.

Quod ad Hebræos attinet, illi quidem in ſæpe citato loco *Bava Bathra* majores illos tres a reliquis ſeparant, duodecim minores conjungunt ea ratione, qua in Bibliis Hebræis conſpiciuntur, *Danielem* vero inter Hagiographos recenſent. Ex quo apparet, collocationem hanc admodum eſſe antiquam, quæ hodie eſt, in qua tamen, quod ad Prophetas tres majores, diſceſſio fit a Bava Bathra & Codicibus nonnullis MSS. in quibus ſcilicet non *Jeſaias*, ſed *Jeremias* primum locum tuetur, quod ſupra de Canone in univerſum præcipientes evicimus. Duodecim minores jam olim in unum volumen compactos fuiſſe apparet ex *Siracidis* teſtimonio cap. 49. v. 13. ubi duodecim Prophetarum oſſa efflorescere jubentur, idemque Hieronymus manifeſtum facit, *unum eſſe XII. Prophetarum librum* aſſerens, ſicut & communis & freqventiſſima Judæis appellatio idem evincit. Ab illis enim שְׁנֵים עָשָׂר & ex Chaldaica forma תְּרֵי עֲשַׂר per Syncopen vero תריסר vocantur in ipſa quoque Maſora parva ad 1 Regg. III. 15. Confer *Buxtorfii* Tiberiadem p. 290. & *Hottingerum* in Theſauro Philolog. pag. 477. Collectioni illi occaſionem dediſſe videtur parva libellorum moles, ut vel ſic jacturæ aut confuſioni via præcluderetur. De his vero non omittendum eſt, τοὺς LXX. eos ipſis Prophetis majoribus præmiſiſſe, quos imitati quoque ſunt nonnulli Græcæ Eccleſiæ doctores, de quibus vide *Hottingeri* Analecta Hiſtorico-

rico-Theologica diſſert. VIII. in Appendice. Cauſa forte hæc eſt, quod viderent, nonnullos eorum Prophetas majores ætate antevertere.

Sed gravior reſtat quæſtio de *ordine* ipſarum prophetiarum ſingulis libris comprehenſarum. Eum ſane nonnulli non ab ipſis Prophetis, ſed ab eorum amanuenſibus, aut aliis piis Viris repetendum putarunt. Siniſtre hic, more ſuo, judicat *Spinoſa*, in tractatu Theologico-Politico c. X. p. 128. cujus hæc ſunt verba: *Pergo itaque ad libros Propheticos. Cum ad hos attendo, video, prophetias, quæ iis continentur, ex aliis libris collectas fuiſſe, neque in hiſce eodem ordine ſemper deſcribi, quo ab ipſis dictæ vel ſcriptæ fuerunt; neque etiam omnes contineri, ſed eas tantum, quas hinc illinc invenire potuerunt, quare hi libri non niſi fragmenta prophetarum ſunt.* Aſſeclam is nactus eſt *Rich. Simonem*, cujus ſententia lib. I. Hiſtor. Critic. V. T. c. 4. p. 28. huc redit, quod Prophetæ tanquam oratores publici conciones ſuas perorarint, quæ deinceps in acta Reipublicæ relatæ & in tabulariis aſſervatæ ſint, poſtquam per apographa varia ad plurium manus perveniſſent. Ex his diverſis Prophetiis, certo & arbitrario ordine diſpoſitis & in compendium redactis, corpus, quod nunc exſtat, coaluiſſe opinatur. Quemadmodum vero illa Spinoſæ de *fragmentis* ſententia, tanquam nullo argumento adſtructa, atque adeo meris conjecturis nixa, merito damnatur ab aliis, & noviſſime a doctiſſimo *Vitringa* in prolegomenis ad commentar. in Jeſaiam p. 12. confutata eſt; ita Simonii opinionem, quam ad Moſaicos & alios Codicis Sacri libros extendit, ſuos inveniſſe debellatores ſupra, ubi de Simone diximus, oſtenſum fuit, neque hic faſtidioſe repetendum videtur. Eſt tamen aliquid in utriusque hypotheſi precario aſſumta, quod ſe probavit aliis, de dignitate auctoritateque ſacrorum librorum rectius & præclarius alioquin ſentientibus. Illi ſcilicet prophetias in Prophetarum, quos habemus, libris, non ſecundum temporum ordinem, atque adeo non ab ipſis Prophetis, ſed aliis, ſanctis tamen piisque Viris, poſtliminio ita, ut nunc ſunt, collocatos exiſtimant. Primus, quem ſciam, *Jo. Calvinus* eſt, cujus hæc verba ſunt in præfatione ad Jeſaiam: *Poſteaquam Prophetæ concionem habuerant ad populum, brevem ejus ſummam colligebant, quam valvis templi affigerent, ut omnibus pateret, & melius innoteſceret prophetia* (h). *Quæ cum per aliquot dies ſatis patuiſſet,*

(h) Calvinum hic ſequitur *Coccejus* comment. in Habac. II. 2. (cui tamen Prophetæ tabulas ejusmodi non publice ſed privatim domi inſpiciendas volentibus dediſſe videntur) *Heideggerus* Exercitatt. Biblic, p. 380. & *Witſius* p. 102. Miſcellan. Sacr. Ex noſtratibus B.

*fuiſſet, auferebatur a miniſtris templi, atque reponebatur in theſaurum, ut perpetuum ejus rei monimentum exſtaret. Hinc confectos eſſe libros Prophetarum veriſimile eſt, idque colligi poteſt ex ſecundo capite Habacuc, ſi quis ipſum rite expendat, atque etiam ex octavo capite Jeſaiæ. Imo qui diligenter & cum judicio verſati ſunt in Prophetis, mihi concedent, non ſemper fuiſſe, quo decebat, ordine congeſtas conciones, ſed, ut ferebat opportunitas, inde conflatum fuiſſe volumen. Singulari autem Dei providentia effectum eſt, ut Sacerdotum opera, quorum officium erat prophetias ad poſteros mandare, (quanquam & ipſi ſæpe infeſtiſſimi eſſent Prophetis) hæc ad nos usque pervenerint.* Conferatur idem ad Jeſ. VIII. 2. Ex recentiſſimis Interpretibus in eandem ſententiam conceſſit *Campeg. Vitringa* in prolegomenis ad comment. in Jeſaiam p. 12. b. ſtatuens, prophetias ſecundum exactas rationes Chronologicas non eſſe digeſtas, ſed obtinere hic ὕϛερον πρότερον, idque obſervari in *Jeſaia* & *Jeremia*: de minoribus autem non liquere, & de *Ezechiele* magis eſſe dubium. De Jeremia omnes ait concedere, quam in rem vide, quæ paulo poſt ſub Jeremia dicentur. In *Jeſaia* vero prophetiam de *Damaſco* & *Ephraimo* cap. XVII. 1. ſq. ſine dubio in initiis Achaſi Regis editam putat, cum tamen XIV. 28. mentio obitus Regis illius jam facta fuiſſet. Hinc conficit ab aliis collectas eſſe illas prophetias, id quod his omnino verbis ediſſerit: *Nempe prophetiæ ſingulæ, a Prophetis editæ & vulgatæ, ſingulis ſchedis, per modum voluminis* (מגלה) *in longum ductis inſcriptæ fuerunt, aut a Prophetis dictatæ, & a fidis amanuenſibus exceptæ, quorum alterum ex* HABACUCI II. 2. *alterum ex* JEREMIÆ XXXVI. 1. 4. *exemplo patet; quæ ſtudioſe aſſervatæ a Sacerdotibus, aut diſcipulis & ſectatoribus illorum, Viris piis & Dei reverentibus, (qualem operam Baruch præſtitit Jeremiæ) poſt illorum obitum diligenter collectæ vulgatæque fuerunt in uſum Eccleſiæ, & a populo Dei debita cum reverentia exceptæ.* Meo quidem judicio non neceſſe eſt, ut ad ſolvenda τὰ ὕϛερα πρότερα illam collectionem Prophetiarum ab aliis quam a Prophetis ipſis factam dicamus. Potuit enim certa cauſa nobis vel incognita prorſus, vel conjecturis forte aliquando adſequenda, impellere Prophetas, ut vaticinia ſua alio ordine proponerent, quam quo primum auditoribus

S erant

B. *Salom. Glaſſius* columnas æneas, in porticu Salomonis collocatas, huic uſui inſerviiſſe ſtatuit in Rhetorica Sacra Tract. I. cap. 13. p. 1352. Adde quoque non diſſentientes *Jo. Hulſemannum* comm. in Jeremiam p. 10. & ex recentioribus Rev. *Jo. Gottlob Carpzovium* in diſſ. de Prophetis Eccleſ. Judaicæ pag. 49. & meritiſſimum Eulenburgei ſium Præſulem *Chriſtoph. Henricum Zeibichium* in diſſert. de expetitis audientium phylacteriis, pag. 43.

erant promulgata. Niſi enim alia huic rei occaſio in Jeremiæ & Jeſaiæ libris, in quibus hic ordinis neglectus deprehendi viſus eſt, fuiſſet, quam collectio ab aliis inſtituta, non video, qui idem non acciderit Ezechieli & minoribus Prophetis, quorum tamen prophetiæ non minus ac reliquorum diverſis temporibus editæ fuerunt. Agnovit ipſe Vir doctus & pro modeſtia ſua profeſſus eſt, *Jeſaiam* ſaltem juſtas potuiſſe habere rationes, quare in digerendis prophetiis ſuis ordinem temporis ubique ſecutus non ſit, videlicet, quod prophetias ejusdem generis & argumenti, quales v. g. illæ fuerunt, quæ ad gentes exteras ſpectabant, inter ſe voluerit conjungere. Quid, ſi de cæteris idem vel ſimile quid dicatur, vel ſaltem agnoſcatur, fieri poſſe, ut idonea adſit cauſa, quæ tamen a nobis ignoretur? Placet itaque *Witſii* modeſtia, qui poſt relatam Calvini ſententiam ignorantiam ſuam profiteri mavult, quam quidquam definire, his tandem uſus verbis: *Multa cogimur in talibus ignorare. Prædicemus ſolummodo Dei providentiam, atque immenſæ bonitati ipſius gratias agamus gratiſſimas, quod divinas ſuas prophetias, omnes in ſe divinitatis notas habentes, ad noſtra usque tempora, noſtramque inſtructionem incolumes ſervare dignatus ſit. Malimusque modum collectionis humiliter neſcire, quam temere, citra divinæ humanæque hiſtoriæ ἀξιοπιστίαν, definire.* Ne quid tamen hic diſſimulem, Judæi forte ipſa hac cauſa videntur adducti, ut Jeſaiæ vaticinia, ſcilicet quod ad collectionem, Viris ſive amicis Hiskiæ adſcriberent, qua de re ſuo loco videbimus. Quo ex parte pertinet, quod in *Berachoth* f. 10. a. traditur, in libris Prophetarum hiſtorias non ſecundum ſeriem temporum ſed rerum argumenta digeſtas eſſe.

V. Titulos ſive inſcriptiones librorum Propheticorum non ab ipſis Scriptoribus Sacris ſed ab aliis profectas eſſe, Grotius aſſeveravit in notis ad Amoſi I. 1. a Senatu Magno eas repetens, qui Prophetarum ſcripta collegerit & tempora prænotarit. *Rich. Simon* in Hiſtoria Crit. V. T. lib. I. c. 4. p. 18. a breviatoribus, quos ſtatuit, Biblicis derivat, qui tamen alibi, nempe in Caſtigationibus Iſaaci Voſſii pag. 237. ed. Lat. easdem cum Grotio Synedrio Magno adſcribit. Legatur ejusdem reſponſio ad Judicia Theologorum Batavorum pag. 78. Ante utrumque *Joannes Calvinus* & Genevenſes in verſione Bibliorum Gallica, nominatim in præfat. ad Jeſaiam Sacerdotibus eas acceptas tulere, quorum fuerit prophetias in templo ſartas tectas conſervare. Enimvero cum antiquis Scriptoribus admodum receptum fuerit ſua libris nomina præfigere, aliis etiam circumſtantiis interdum additis, non video, quid obſtet, quo minus

Digitized by Google

minus idem a Sacris Scriptoribus obſervatum arbitremur. Confer B. *Calovii* Biblia Illuſtrata ad Amoſi locum citatum. Adde Cl. *Vitringæ* commentarium ad inſcriptionem Jeſaiæ, quam is recte omnino ipſi Jeſaiæ vindicat, non quidem, ut totius libri, ſed ut talem, quæ ad primam iſtam concionem ſpectet. Non parum huc refert, obſervare, quod Prophetia Jeſaiæ ſub ipſo illo titulo, qui hodie volumen ejus aperit, allegetur 2 Chron. XXXII. 32. ubi dicitur: *Scripta illa eſſe* בחזון ישעיהו בן אמוץ הנביא *in viſione Jeſaiæ, filii Amos Prophetæ.*

Scribendi ratio Prophetica alia atque alia eſt, & diverſis Prophetis varia, de qua ſub ſingulis ſuo loco dicemus. Liberius de ea & minus ex vero judicavit *Guilielmus Whiſtonus* in explicatione Prophetiarum quarundam, quæ legitur in calce commentarii ejus in Apocalypſin. Illi enim ſtylus Prophetarum non ſemper ſibi conſtare & ita cohærere videtur, ut in eodem argumento perſiſtat & res in ſe connexas exponat, ſed interrumpi potius, (ſaltem, qui nunc eſt prophetiarum habitus,) & diſtingvi phraſibus argumentisque diverſi generis. Sed vide, quæ contra eum monuit *Sam. White* in præfat. ad comment. ſuum in Jeſaiam. Adde Cl. *Clerici* Bibliothecam Selectam Tom. XXIII. pag. 426. ſqq.

Atque hæc quidem de Prophetis generatim conſideratis ſufficiant. In enarratione ſingulorum eum nunc ſequemur ordinem, qui in Bibliis Hebraicis obſervatur, niſi quod Danielem ex Hagiographis proximum tribus illis Prophetis majoribus jungemus. Ceterum *de Prophetis Eccleſiæ Judaicæ* generatim commentatur doctiſſimus *Jo. Gottlob Carpzovius* in diſſertat. ſingulari, Lipſiæ edita, 1714. 4. Nihil prohibet, quo minus hic ſubjiciamus indicem alphabeticum eorum Scriptorum, qui de Prophetis ac Prophetiis in univerſum commentati ſunt:

*Io. Guil. Bajerus* de Vaticiniis per ignorantiam & Prophetiis fortuitis, ad vindicandam Scripturæ S. auctoritatem, Jen. 1691.

*Theod. Bibliandri* Oratio de Sermone Prophetico, quæ cum Enarratione ejus in Eſaiam Tiguri 1552. ed. exſtat.

*Io. Franc. Buddei* diſſertat. de eo, an naturali homines polleant vaticinandi facultate, Jen. 1698. 4.

*Io. Gottlob Carpzovii* Exercitatio Theologico-Hiſtorica de Eccleſiæ Judaicæ Prophetis in genere, Lipſ. 1714.

*Nic. Claget* in libro Anglicano: Veritas defenſa contra Whiſtoni librum de impletione Prophetiarum Scripturæ, Lond. 1710. 8.



Digitized by Google

*S. Dorothei* Synopſis de vita ac morte Prophetarum & Apoſtolorum, in Biblioth. PP. Tom. III. edit. Lugdun. p. 422.

*Gottlieb Eckſtein* de Prophetia & Prophetis, Witteb. 1682. 4.

*Epiphanius* de Vita & Interitu Prophetarum, Græco-Latin. Baſil. 1529. & alias.

*Euſebii*, Cæſarienſis, Fragmentum de Vitis Prophetarum, Græco-Lat. per Carterium, Pariſ. 1580. Alia veterum adhuc ἀνέκδοτα laudat Cl. Fabricius in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1071.

*Andr. Franckenbergerus* de amplitudine & excellenti Hiſtoriæ Propheticæ dignitate, de cauſis ad lectionem illius nos impellentibus, & adminiculis in meditatione: Witteb. 1580. 8.

*Wilh. Guild* Harmonia Prophetica, Angl. Lond. 1619.

*Abrah. Gulichii* Theologia Prophetica de rebus Veteris Teſtamenti, ubi accedit præfatio de ratione interpretandi tum S. Scripturam univerſe, tum ſpeciatim Prophetias: Pars I. Amſtelod. 1675. 4. Pars II. ibid. 1684.

Ejusdem librorum Propheticorum Compendium & Analyſis, ibid. 1685. 4.

*Nic. Gurtleri* Syſtema Theologiæ Propheticæ, Amſtelod. 1701. 4.

Ejusd. Aphoriſmi Theologiam Propheticam illuſtrantes, Lugd. Bat. 1717. 8.

Ejusd. Vocum Typico-Propheticarum Brevis Explicatio, primum an. 1698. tum Traj. ad Rhenum 1715. edita in 4.

*Corn. de Haſe* Oratio Inauguralis de ſumma neceſſitate ſtudii Prophetici, Bremæ 1683. 4.

*Io. Henr. Heideggeri* Oratio de Prophetia.

*Io. Huldr. Herlini* Iſagoge ad lectionem librorum V. T. Propheticorum omnium, cum verſibus μνημονευτικοῖς duplicibus, Bernæ 1604. 8.

Ejusd. Analyſes Synopticæ omnium Prophetarum, ibid. 1603. 8.

*Ant. Hulſii* Nucleus Prophetiæ V. T. in duas partes diſtributus, prima de vaticiniis, altera de typis illuſtribus, Lugd. Bat. 1683. 8.

*Ioh. Hülſemanni* diſſert. de Prophetis in genere præmiſſa eſt ejusdem Commentario in Jeremiam.

*David Knibbe* Hiſtoria Prophetarum, libris quatuor, ex Belgico Germ. converſa a Geroldo Freytag, Bernæ 1709. 4.

*Andr. Ludov. Kœnigsmanni* Prodromus Clavis Propheticæ, Triade Diſſertationum de Emblematibus Propheticis conſtans, Kilon. 1712. 4.

Ejusd.

Digitized by Google

Ejusd. Diſſertat. de Perſvaſione Prophetarum per ſigna, ibid. 1711. 4.

*Io. Henr. Maji* Theologia Prophetica, Francof. ad Mœn. 1710. 4.

*Sam. Mareſius* de Prophetia & Prophetis, Grœning. 1659. 4.

*Io. Meiſneri* Tract. de Prophetiis, Witteb. 1649. & 1670. 4.

*Pet. Molinæi* Vates ſeu de præcognitione futurorum, & bonis malisque Prophetiis, Lugd. Bat. 1641. 8.

Ejusdem liber de complemento Prophetarum, Genev. 1660. 8.

*Iac. de Montefrio* methodus didaſcalica fabricandæ Biblicæ prælectionis ex libris maxime Prophetarum, Antwerp. 1684. 4.

*Henr. Mori* Synopſis Prophetica, ſive compendioſus proſpectus in Sacrarum Scripturarum Vaticinia de Anti-Chriſto venturo. Vide Opera ejus Theologica pag. 579. ſqq. Inter cetera eminet Alphabetum compendiarium Propheticorum iconiſmorum pag. 595. ſeqq.

*Seb. Munſteri* præfatio in Tom. II. Bibl. Hebr. de Prophetarum V. T. dignitate, uſu & neceſſitate, Tigur. 1539.

*Io. Georg. Neumanni* programma de notis veri & falſi Prophetæ, inter reliqua ejus Programmata Witteb. an. 1707. edita p. 100.

*Pet. Petiti* de Sibylla libri tres, Lipſ. 1686. 8.

*Salom. van Till* Pax Hieroſol. & Introductio in ſcripta Prophetica, Belgice, Dordraci 1697. 4.

*Campeg. Vitringa* Typus Doctrinæ Propheticæ, cum Hypotypoſi Hiſtoriæ & Chronologiæ Sacræ, Franeqv. 1708. 8. Adde eundem in lib. VI. Obſervationum Sacrarum.

*Io. Wandalini* Diſſertat. Theologico-Philologica de Prophetis & Prophetiis, Hafn. 1676. 4.

*Io. Rudolphi Wetſtenii* Diſput. de Prophetis laudatur in Novis Literariis Helvetiis 1702. p. 127.

*William Whiſton* de impletione Prophetiarum, Anglice, Cantabrig. 1708. 8.

*Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris.



Digitized by Google

## *Subſectio IX.*

## DE JESAIA.

I. *De ordine Prophetiæ ejus. II. de tempore ſcriptionis. III. divina libri auctoritate. IV. ſtylo. V. de morte Prophetæ. VI. aliisque ſcriptis ei ſuppoſitis.*

I.

JEſaias, nomine ipſo ſpem in ſalutem a Domino parandam præferens, non minus natalium regiorum dignitate, quam doni prophetici præſtantia eminentiore, primum inter Prophetas locum obtinet, ſi credimus Abarbaneli in commentar. ſuo fol. 1. col. 1. de quo confer Cl. *Io. Meyeri* notas ad Seder Olam p. 967. ubi alias quoque ex ejusdem mente prærogativæ hujus rationes perſpicies. Regium ejus genus Judæi inde confirmant, quod dicitur in inſcriptione filius אמוץ, quem iidem Amaziæ Regis, de quo 2 Regg. XIV. 1. ſermo eſt, fratrem fuiſſe tradunt. Et merito quidem mireris, ſententiam, mera majorum traditione, (ad quam primo, quem ſciam, loco, Talmudiſtæ ipſi in Megilla fol. 10. b. tum recentiores eorum Doctores. R. *Salomon Iſaacides* & *Kimchi*, itemque Hiſtorici, *Zacutus* in *Iuchaſin* p. 12. a. & *Gedalja* in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 18. b. provocant) & conjecturis nonnullis nixam ſeſe non Judæis ſolum univerſis, ſed permultis Chriſtianorum approbare potuiſſe, cum tamen non uni obnoxia ſit exceptioni. Lege hanc in rem ſagaciſſimum *Campeg. Vitringa* in prolegom. ad comment. in Jeſaiam pag. 2. & adde B. *Pfeiferi* Dubia Vexata p. 671.

Itaque præſtat ad aliam *ordinis* hujus rationem ſe recipere, & vel huc afferre ipſam libri prophetici amplitudinem, qua reliquos omnes antecedit, vel divini Vatis ætatem, ſecundum quam, quod paulo poſt intelligemus, *Ieremiam* & *Ezechielem* omnino ſuperavit, ex minoribus vero Prophetis antiquiſſimos æquales habuit. Ad antiquitatem appellare hic vix licet, quippe quæ olim, ceu mox declarabitur, *Ieremiæ* primum locum adjudicaſſe videtur. Interim iſta, quæ nunc obtinet, collocatio antiqua eſt, quia & in Græca τῶν LXX. verſione, & in recenſionibus quibusdam Canonis Biblici, apud veteres Eccleſiæ doctores obviis, obſervatur.

II. Vaticinia, quæ exſtant, vere a Jeſaia profecta eſſe, nemo unquam dubitavit. Quod enim a Talmudicis in *Bava Bathra* f. 14. dicitur, Eze-

Ezechiæ amicos Jeſaiæ librum concinnaſſe, id non tam de ſcriptione ipſa, qûam de collectione vaticiniorum diverſis temporibus editorum, intelligendum eſſe paulo ante monuimus.

De *tempore* geſti ab eo muneris Prophetici multum inter Interpretes & alias quoque diſputatur. Antiquiſſimi inter Judæos, ceu *Abarbanel* in præfat. ad commentarium ſuum profitetur, initium prophetiarum ejus cum exitu vitæ ipſoque anno mortis Regis *Uſiæ* conjungunt, quos etiam plerique alii ſeqvuntur, interque eos ſpeciatim *Aben Eſra*, in limine commentarii in Jeſaiam his omnino verbis: והקרוב אלי כי בשנת מותו התחיל להתנבא: i. e. *veriſimile mihi videtur, cum* (Jeſaiam) *anno emortuali* (Uziæ) *incepiſſe prophetare.* Primus ex Judæis *Iſaacus Abarbanel* l. c. contrariam omnino viam ingreſſus initia vaticiniorum Jeſaiæ in ipſas origines regni Uziæ refert, eo uſus argumento, quod 2 Chronic. XXVI. 22. dicatur Jeſaias priora & poſteriora Uziæ acta deſcripſiſſe; quæ tamen argumentandi ratio merito imbecillis viſa eſt *Kimchio* in præfat. ſua ad commentarium, cum Vates divinus poſtliminio deſcribere potuerit, quæ longe vel paulo ante geſta erant. Hinc idem Kimchi rem rectius in medio relinquit. Et fateor ſane, cauſam hanc penitus ad liquidum perduci non poſſe, niſi quod illa Aben Eſræ ad majorem probabilitatis gradum, quam Abarbanelis iſta recentior adſcendat. Propheraſſe dicitur Jeſaias in ipſa libri inſcriptione ſub quatuor Regibus *Uzia, Iothamo, Achaſo* & *Hiskia.* Quod ſi jam omnes illorum vitæ annos ſua ipſe vita emenſus fuiſſe credatur, prodierit numerus annorum centum & tredecim, quibus omnino ſaltem triginta addendi veniunt, quos habuiſſe Jeſaiam veri fit ſimile, antequam munus hoc ſacrum auſpicaretur. Hoc vero modo naſcetur unum & dimidium fere ſæculum, quod vitæ Jeſaiæ foret tribuendum, exemplo tali, quod illa tempora, in quæ Jeſaias incidit, vix admittere videntur. Itaque vel Uziæ, vel Hiskiæ annis demendi fuerint aliqui, quibus non fuerit vates Jeſaias. De Hiskia id ex 2 Regg. XX. 1. conſtat, Jeſaiam vixiſſe adhuc anno regni ejus quarto & decimo, quippe quo Deus Jeſaia ad Regem illum interprete uſus eſt ad ſignificandum vitæ, qua morbus eum expulſurus tunc videbatur, productionem.

Num poſtea & quouſque ſupervixerit Jeſaias, non liquet. Recte itaque illi inſtituere rationes mihi videntur, qui nonnullos vitæ extremæ Regis Uziæ annos, omnes vero Jothami & Achaſi, ac denique prio-

Digitized by Google

priores Hiſkiæ, muneri Prophetico Jeſaiæ tribuunt, præcipue cum pauciſſima Jeſaiæ oracula in tempora Uziæ incidant. Egregie, meo judicio, hæc diſputavit Cl. *Vitringa* tum in Typo Doctrinæ Propheticæ p. 34. tum in prolegomenis ad commentarium ſuum pag. 3. Alia, quæ huc pertinent, ultro citroque ab eruditis diſputata, lege apud B. *Auguſtum Varenium* in commentar. Part. I. pag. 9. ſqq. qui mortem Prophetæ in Manaſſæ tempora conjiciens, prophetiam hanc opus centum annorum eſſe pronunciat. Vide etiam *Lightfootum* in Chron. V. T. Tom. I. Opp. p. 97. ſqq. nec non Rev. *Io. Henr. Michaëlis* diſſertationem de Jeſaia Propheta §. 4. & in prolegomenis ad Jeſaiam, quæ in Bibliis Hebræis Halenſibus leguntur, tum vero diligentiſſimum *Serpilium* in Perſonalibus Jeſaiæ cap. 3. Quicquid hujus erit, ætas ſanctiſſimi Vatis octingentis circiter annis ex calculo Uſſeriano, qui plerisque probatur, CHRISTI, Domini noſtri, nativitatem antevertet.

III. Divinam libri originem & auctoritatem extra dubium collocant præter repetitam ejus & cum appellatione nominis conjunctam vaticinii allegationem Luc. III. & IV. factam, criteria illa omnia, ex quibus de vero divinoque Propheta argumentum capitur. Ea omnia in cumulum congeſſit laudatus ſæpe *Vitringa* in Prolegomenis ſuis p. 10. ſq. atque eadem opera retudit Spinoſæ φλυαρίας in Tractatu Theologico-Politico effuſas, cui tamen hoc liberalius dare videtur Vir doctus, quod prophetiæ ejus alio ordine, quam quo editæ ſunt, ab aliis potius quam ab ipſo Propheta diſpoſitæ credi debeant. Lege, quæ de hac cauſa paulo ante diſputavimus, cum de Prophetis in univerſum præciperemus.

IV. Stylus Prophetæ mirabilis & Hebræis & Græcis & Latinis Scriptoribus viſus eſt ob elegans, ſublime, affectuoſum majeſtatisque plenum dicendi genus. *Abarbanel*, quem & ipſum dictionis cura Ciceronem inter ſuos appellari fecit, ita cenſet: ויורה גם כן על יחוסו ונועם דבריו ווופי מליצתו כדברי המלכים וויועצי הארץ שידברו באופן יותר נאה וצח משאר בני אדם: h. e. *Evincit etiam nobilem ejus proſapiam ſuavitas verborum ejus & nitor dictionis, qua refert verba Regum & conſiliariorum, qui loqui ſolent modo ſuaviori & elegantiori, quam vulgus.* Adde *Maimonidem* in More Nevochim Parte II. c. 29. Inter Græcæ Eccleſiæ doctores *Chryſoſtomus* Jeſaiam μεγαλοφωνότατον appellat homilia XC. in Matthæum; quod elogium retinet, ſed & amplificat *Anaſtaſius Sinaita* apud Meurſium p. 36. Variorum Divinorum, προφητῶν εὐγλωττότατον καὶ μεγαλοφωνότατον vocans.

vocans. Ex Latinis *Hieronymus* in Prologo ad commentar. ſuum: *Ac primum*, inquit, *de Eſaia ſciendum, quod in ſermone ſuo diſertus ſit, quippe ut vir nobilis, & urbanæ elegantiæ, nec habens quicquam in eloquio ruſticitatis admixtum.* Plura ejusmodi elogia affert *Alexander Morus* in præfat. ad notas in caput LIII. Jeſaiæ, & Cl. *Io. Iac. Schudt* in Deliciis Hebræo-Philologicis p. 103. ſqq. Nemo autem fidem his dictis magis & luculentius, exemplis in rem præſentem allatis, fecit, quam aliquoties hic excitatus Vitringa in Prolegomenis ſuis pag. 7. ſqq. qui poſt *Mericum Caſaubonum* in Tractatu de quatuor linguis recte obſervavit inter cetera, Vatem divinum inprimis paronomaſiis inſigniter fuiſſe delectatum.

V. Vaticiniorum ſuorum finem invenit Jeſaias ſub Manaſſe, novo mortis genere mulctatus, ſerraque diſſectus. Ita omnino tradunt Judæi Talmudica traditione innixi, quæ exſtat in *Jevammoth* fol. 49 b. & *Sanhedrin* fol. 103. b. Affirmant idem *Iſaacides*, *Abarbanel*, & R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala pag. 19. a. Conf. B. *Hackſpanii* Specimen Theologiæ Talmudicæ cap. 1. §. 29. Ex Patribus vero Græcæ Latinæque Eccleſiæ poſt Juſtinum in dialogo cum Tryphone permulti, quorum loca congeſſit Cl. *Thomas Milles* in notis ad Cyrillum Hieroſolymitanum p. 29. & Cl. *Fabricius* Parte III. Codicis Apocryphi N. T. pag. 530. Ex recentioribus itidem tantum non omnes, ſpeciatimque Interpretes epiſtolæ ad Hebræos cap. XI. v. 37. in quo ad memoratum Jeſaiæ ſupplicium alludi exiſtimarunt. Neque tamen caruit adverſariis hæc traditio. Inter Judæos *Aben Eſram* neceſſe eſt parum huic hiſtoriæ tribuiſſe, cum mortem Jeſaiæ in Hiskiæ tempora referat. B. *Calovius* noſter in Bibliis Illuſtratis ſpeciatimque præloquio ad Jeſaiam p. 10. de hoc mortis genere locutus ſubjungit: *Quæ vero traditio, fidem vix meretur. Nam nec ætas tanta Prophetæ, quem oportuiſſet ita ultra 120. annos* (imo amplius, ſi rationes accurate inſtituantur) *vivendo confeciſſe, veriſimilis eſt, iſtis ſeculis inuſitata; neque titulus congruit, vel inſcriptio, qua dicitur tantum prophetaſſe Eſaias ſub Uſia, Jotham, Achas, & Ezechia, non vero ſub Manaſſe: cujus mentionem utique non neglexiſſet, ſi tempora ejusdem attigiſſet, & cum ille jam grandior & nequitior eſſet, vixiſſet.* Pro fabula præterea habent *Jo. Buxtorfius* in Catalectis p. 83. & Cl. *Vitringa* in prolegomenis ad commentar. ſuum p. 2. Dubiam rei veritatem pronunciat *Phil. Rohr* in Pictore errante Sect. I. n. 10. Inter ſuperioris ætatis Interpretes *Alphonſus Toſtatus*, atque is forte unus, in comment. in 2 Regg. XXI, 17. calculum hiſtoriæ huic ſuum negavit.

Mihi quidem omnis hæc narratio a Judæis profecta eſſe videtur, barbaram Manaſſis crudelitatem, 2 Regg. XXI. 16. narratam, ſingulari aliquo facinore declarare conantibus, quibus, pro more admodum ipſis familiari, parum intereſſe viſum eſt, vera ne an ficta id fieret hiſtoria. Ipſa hujus ſupplicii origo & occaſio a miraculo quodam, cujus generis nullum Scriptura alias memorat, ab illis repetitur. *Invocavit Ieſaias*, inquiunt Judæi in Jevammoth l. c. *nomen Dei, & glutitus eſt cedro. Adduxerunt cedrum, & ſerraverunt illam. Quando ſerra pervenit ad os ejus, quievit anima ejus, propterea quod ipſe dixiſſet:* & in medio populi, polluti labiis, habito (cap. VI, 5.) Nimis ſane iſta quidem genium Rabbinicum ſapiunt. Nihilominus tamen Rev. *Jo. Henr. Michaelis* pro veritate narrationis hujus propugnavit in eximia ſua de Jeſaia diſſertatione pag. 15. ſqq. & in prolegomenis ad Jeſaiam, in Bibliis Hebr. Halenſibus obviis, pag. 7. data ad ea, quæ excipi ſolent, reſponſione, quam ſtrictim, pace ejus, perpendemus. Cum enim recte a B. Calovio & aliis admonitum fuiſſet, non memorari Manaſſen in inſcriptione Prophetiæ inter eos Reges, ſub quibus vixerit Jeſaias, reſpondet Vir doctus cum Abarbanele, f. 4. a. commentarii, Prophetam mox, ex quo regnaverit Manaſſes, a Prophetico munere abſtinuiſſe, ſtatimque occiſum eſſe. Enimvero Abarbanelem id effari non alio fundamento, quam quod Rabbini ita referant, nec alio conſilio, quam ut narrationi iſti ſua conſtaret fides, vel ex eo apparet, quod ſimpliciter ad illam majorum traditionem provocat. Illa vero ideo non meretur fidem, eo quod neceſſario præſtruit, Jeſaiam ſub Manaſſis imperio docendi munere defunctum fuiſſe, quia alioquin nullam is cauſam nactus fuiſſet in Prophetam tam graviter animadvertendi. Non autem vaticinatus eſt ſub Manaſſe, quia Scriptura ceteros Reges memorans, hunc tacet. Itaque nec ultimo ab eo ſupplicio eſt affectus. Objecerunt alii incredibile vitæ ſpatium, quod emetiri ſic debuiſſet Jeſaias. Reſpondet vir doctiſſimus, exſtare aliud ſimilis ætatis provectioris exemplum in Jojada eodem fere tempore, quem 130. annos vixiſſe Scriptura teſtetur 2 Chronic. XXIV. 15. At vero Jeſaias, quod ex calculo paulo ante ſubducto patuit, Jojadam illum viginti adhuc annis ſuperare debebat, quod, ſi quidem ita contigiſſet, non minus enarraturus fuiſſe videtur ſacer codex, quam illam Jojadæ ætatem ſilentio non præteriit. Sed iſta quidem aliis dijudicanda permittimus. Conferatur præter ceteros Cl. *Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. pag. 1088. & Rev. *Serpilius* in Perſonalibus Jeſajæ c. XI. ubi

ubi de morte Prophetæ diſſerit, ſicut idem c. XII. de venditato ejusdem ſepulchro commentatur.

VI. Jeſaiæ præter librum Propheticum alia quædam a nonnullis adſcribuntur. Sic pro ſingulari ejus libro, qui nunc perierit, habet *Cornel. a Lapide* deſcriptionem rerum Uziæ Regis, quæ Jeſaiæ accepta fertur 2 Paralipom. XXVI. 22. Sed eam libris Regum contineri, ad quos ſuum ἐπιβάλλον μέρος contulerit Jeſaias, ſtatuit B. *Calovius* in Bibliis Illuſtratis in Præloquio ad Jeſaiam pag. 10. cum multis aliis. Ad ipſam Jeſaiæ prophetiam hic reſpici putat *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 329. Abit Cl. *Vitringa* in Prolegomenis pag. 13. quando exiſtimat, librum illum hiſtoricum in uſum Reipublicæ conſcriptum & publicæ cuſtodiæ ac curæ mandatum, appoſitumque fuiſſe ceteris commentariis & Annalibus Regum Judæ & Iſraëlis prolixioribus, quorum excerpta in compendium redacta exſtent in iisdem Regum & Chronicorum libris, quos Esdras & ſocii ejus in opere divino judicarint Eccleſiæ in perpetuum uſum ſufficere.

Proverbiorum Salomonis librum quam recte *Jeſaiæ* nonnulli Judæorum tribuant, ſupra ſuo loco oſtenſum fuit.

Quæ nonnulli Græcorum Scriptorum de ὁράσει ſeu viſione Jeſaiæ item de ejusdem ἀναβατικῷ ſeu adſcenſione referunt, ea collecta & exploſa ſunt ab aliis. Lege inprimis Cl. *Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. pag. 1086. ſqq. ubi & p. 1094. ſqq. latine factum leges dialogum, quem inter Hiskiam Regem & Jeſaiam interceſſiſſe fingunt Talmudici in *Beracboth* cap. I. Vide editionem a Cl. *Georg. Elieſere Edzardo* curatam pag. 106. ſqq.

## *Subſectio X.*

## DE JEREMIA.

*I. De nomine & ordine Jeremiæ, temporeque vaticinii. II. de diſpoſitione vaticiniorum. III. de capite ultimo, an Jeremiæ. IV. de divina Prophetiæ auctoritate. V. de ſtylo. VI. Threnis. VII. ſcriptis aliis, & VIII. obitu.*

I.

JEremias vel ab *exaltatione*, quæ plerorumque ſententia eſt, vel a *projectione* per Dominum facta, vel a *timore* Dei appellatus, proxime nunc jungitur Jeſaiæ, quamvis olim alium inter majores Prophetas locum tenuiſſe videatur. Supra enim, cum de Canone generatim diſputaremus,

mus, oſtenſum a nobis fuit, in Bava Bathra fol. 14. b. primum illi inter eos locum adſignari. Afferemus huc rationem hujus ordinis l. c. ab ipſis redditam his verbis: מכדי ישעיה קדים מירמיה ויחזקאל ליקדמיה לישעיה ברישא כיון דמלכים סיפיה חרבנא וירמיה כוליה חורבנא ויחזקאל רישיה חורבנא וסופיה נחמתא וישעיה כוליה נחמתא מסכינן חורבנא לחורבנא ונחמתא לנחמתא: h. e. ex luculenta Vitringæ interpretatione: *Quid cauſa eſt, cur Jeſaiæ, qui ordine temporu præceſſit Ieremiam atque Ezechielem, primus non detur locus? Nimirum cum libri Regum finiantur in hiſtoria de deſolatione Templi & urbis; Ieremiæ autem prophetia tota in eodem verſetur argumento; Ezechielis vero libri prima quoque agant de deſolatione, ultima vero terminentur in conſolatoriis eximiorum bonorum promiſſis; quod idem eſt argumentum totius prophetiæ Ieſaiæ; recte ſe facere opinati ſunt, ſi affinis argumenti libros inter ſe proxime conjungerent.* Alia recentiorum Judæorum in hanc rem loca, nec minus exempla Codicum MSS. huc pertinentia; præter Cl. *Opitium* in ſingulari diſſertatione de Jeremia inter Prophetas primo, attulerunt illi, quos ſupra ſuo loco laudavimus. Cauſa, quam reddunt Talmudiſtæ, non contemnenda illa quidem prorſus eſt, cum argumenti rationem habitam hic eſſe tradit, ſed neque tamen ita approbanda, ut non melior, cum conjecturis hic agendum ſit, afferri poſſit. Laudatus modo *Vitringa* non inepte provocat potius ad perſvaſionem Judæorum de libris Regum, a Jeremia exaratis, quæ ſane efficere potuit, ut Ieremiæ prophetiam ipſis illis Regum libris tanquam ejusdem auctoris monimento jungendam cenſerent, præcipue cum extrema illa librorum Regum ad illuſtrandas Ieremiæ prophetias facerent. Qui igitur ordine olim præceſſit, & Ieſaia & pluribus aliis Prophetis ætate & tempore vaticinii inferior fuit. Ex limine enim capitis I. apparet, eum inde ab anno tertio & decimo Ioſiæ usque ad annum Sedeciæ undecimum, adeoque usque ad deſolationem urbis ac templi, a Babyloniis factam, imo ultra eam, cum poſtea in Ægypto commoratus ſit, vi cap. XLIII. 8. ſq. Prophetico munere functum fuiſſe. Fuit itaque ſub quinque omnino Regibus, Ioſia ſcilicet, Ioachas, Iojakim, Iechonja & Sedekia, quorum anni ad calculum revocati, & inde a XIII. Ioſiæ ad Sedekiæ XI. computati quadraginta & dimidium conficiunt. Illis vero nonnulli, ac ſpeciatim B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 1015. tot annos prædicationis in Iudæa & Ægypto ad ſuos factæ addunt, ut per 77. annos integros Prophetam egiſſe credi poſſit. Pro longævo ſane habuerunt Iudæi, ſi

fides

fides habenda eſt auctori libri *Tarick Montekheb* ex quo *Herbelotus* p. 499. Biblioth. Orientalis refert, Ieſaiam ex Ægypto reverſum eſſe Hieroſolymas poſt urbis demolitionem, ibique ex ſententia Muhamedanorum & Iudæorum quorundam vitam usque ad trecentos annos protuliſſe.

II. Ieremiam vere ſuæ prophetiæ auctorem eſſe nemo unquam negavit. Eundem Barucho ut librario ſeu amanuenſe uſum, ſaltem in nonnullis vaticiniis liquet ex Ierem. XXXVI. 1. 2. & 32. item XLV. 1. ubi Baruchus ex ore Prophetæ quædam legitur conſignaſſe. Alia ab ipſo in literas relata eſſe, dubitare nemo poteſt, qui legerit cap. LI. 60. *Et ſcripſit Ieremias omne malum, quod venturum erat ſuper Babylonem, in libro uno, omnia verba hæc, quæ ſcripta ſunt contra Babylonem.* Utraque aſſertio, cum ad ſingularia tantum vaticinia, diverſis temporibus edita & promulgata pertineat, non prohibet, quo minus deinceps omnia & ſingula ab ipſo Ieremia in unum volumen collecta eſſe exiſtimemus. Intercedere tamen hic nonnullis videtur ipſarum prophetiarum collocatio, quæ non ſecundum temporis, quo pronunciatæ ſunt, ordinem, ſed diverſo prorſus modo facta ſit, atque adeo non ipſi Ieremiæ, ſed vel Barucho vel alii accepta ferri debeat. Hinc repetunt tot *ὕστερα πρότερα*, quibus Ieremiam præ ceteris abundare Iudæi æque ac Chriſtiani fatentur. Ex illis quidem Abarbanel in præfat. comment. in Ieremiam ita ſcribit: ותמצא בדבריו גם כן המוקדם מאוחר והמאוחר קודם כי הנה אחרי שזכר חרבן הבית ותשלום מלכות צדקיה חזר לספר מעניני המלך יהויקים שקדם אליו: h. e. *Et invenies in verbis ejus πρότερον ὕστερον, & ὕστερον πρότερον, quia v. c. poſtquam commemoravit deſolationem domus & finem regni Zedekiæ, revertitur ad enarrandas res Regis Iojakimi, qui eum præceſſit.* Paulo poſt addit idem, in reliquis Prophetis ejusmodi nonnulla occurrere, quæ tamen, ſi cum noſtro comparentur, pauca omnino ſint. Inter Doctores Chriſtianæ Eccleſiæ idem obſervatum eſt *Origeni* in epiſtola ad Africanum, & *Hieronymo* in præfat. ad commentarium ſuum. Nec diffitentur recentiores, nominatim *Joſephus Scaliger* in Elencho Orationis Chronolog. pag. 21. & 22. *Jo. Morinus* in Exercitationibus Biblicis lib. I. p. 142. &, ut reliquos taceam, *Huetius* in Demonſtrat. Evangelica p. 378. qui dubius hæret, cui cauſæ iſte ordo tribui debeat; *ſive quod hoc ordine diſpoſita in Baruchi adverſariis, eo defuncto, reperta ſint, cum morte fortaſſe oppreſſus ea nondum digeſſiſſet, ſive caſu deinde aut librariorum incuria confuſa ea ſint, ſive denique temporum rationem inſuper habuerit Baruchus, & certis aliquibus de cauſis alium ordinem*

*nem ſecutus ſit, quod non temere credi poteſt.* Malim ego idem, quod paulo ante de Ieſaia monui, hic repetere, & ipſi Ieremiæ eam collocationem adſcribere ex idoneis, quamvis nobis quidem incompertis, cauſis factam.

III. Ultimum caput non Ieremiæ eſſe credidit Abarbanel, ſed partem ejus ex fine poſterioris libri Regum a Viris Synagogæ Magnæ ad complementum prophetiæ ſignificandum, translatam eſſe, ſtatuit in commentario ad hoc caput. Contra ea ex noſtratibus *Seb. Schmidius* ex vaticinio Ieremiæ in librum Regum transſumta hæc ſtatuit. Grotius a primoribus captivitatis Babylonicæ derivat, ut eſſet quaſi introductio ad Threnos Ieremiæ, qui prophetiam ejus excipere ſolent. Eum *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. pag. 377. ſequitur, inſuperque addit, caput hoc ab Esdra ex libro Regum, ab eodem compoſito, adtextum eſſe. Illis accedit *Rich. Simon* in Reſponſione ad Iudicia Theologorum Batavorum pag. 99. ſqq. Equidem nihil cauſæ video, cur Ieremiam non credamus auctorem. Neque enim obſtat clauſula capitis LI. *hucusque verba Ieremiæ;* quippe quæ commode ad ſingularem iſtam prophetiam contra Babelem referri poſſunt, ſicut cap. 48. v. ult. dicitur: *hucusque judicium Moabi:* vel etiam de prophetiis ſpeciatim accipienda ſunt, non excluſo ſic capite ultimo, quod hiſtoriam tantum complectitur. Non magis ſolide urgeri poteſt, referri ibi quædam Jeremiæ ætate poſteriora, *v. c.* ipſum Jechonjæ obitum. Huic enim Jeremias ſuperſtes fuit. Confer Judicia Theologorum Batavorum de Critica Simoniana pag. 152. Ultima quatuor commata, ne quid diſſimulem, ab alio, ſi quid adjectum ſit, acceſſiſſe dubie largitur B. *Calovius* in Bibliis Illuſtratis ſuo loco.

IV. Divina libri auctoritas ex oraculis ejus in Novo Inſtrumento v. c. Matth. II. 17. & XXVII. 9. diſerte citatis evincitur. Quæ autem in præjudicium attulit *Spinoſa* in Tractatu Theologico-Politico c. X. ea maſcule retudit *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. l. c. Magnam illi præ ceteris Prophetis auctoritatem & prærogativam vindicare conatus eſt Abarbanel, quando eum proxime ad Moſen acceſſiſſe, atque adeo Deuteronom. caput XVIII. 15. ſq. ad eum accommodandum eſſe in præfat. ſui in eum commentarii affirmat. Sed lege, quæ contra diſputata ſunt a M. *Gottl. Wilhelmo Keller* in diſputatione, quæ ſub titulo *Convenientia disconveniens R. Abarbanelis* Ienæ prodiit. Adde *Iac. Altingii* Opera Tom. I. pag. 649.

V. Stylum ſimplicem & neglectum humilemque Jeremiæ tribuunt Judæi & Chriſtiani, nominatim Abarbanel in præfat. commentarii

rii ſui, qui ſcriptionem ejus ne quidem ſatis grammaticam eſſe, ob neglectam generum numerorumque convenientiam, adſerit (i). Adde præf. R. *Iac. ben Chajim* ad Biblia Hebr. Veneta. Ex Latinæ Eccleſiæ doctoribus Hieronymo in præfat. ad Jeremiam ſermo ejus ſermone Jeſaiæ, Hoſeæ & aliorum quorundam Prophetarum videtur *ruſticior*, quem ex recentioribus inprimis *Sixtus Senenſis* in Biblioth. Sac. lib. I. pag. 15. ſecutus eſt. Imo *Rich. Simon* in epiſtola de inſpiratione librorum ſacrorum ſolœciſmos illi tribuere non veretur pag. 49. nec multo mitius diſſerit in Hiſt. Crit. V. T. pag. 39. lib. I. Illud vero Hieronymi judicium alii excuſant, eum non ex ſua ſed Judæorum ſententia ita locutum aſſerentes, inter quos eſt B. *Calovius* in Dedicat. commentarii Hülſemanniani; alii vero improbant & obelo confodiunt, ſpeciatim *Caſp. Sanctius* Prolegom. II. in Ieremiam, & ex noſtratibus B. *Io. Conr. Danhauerus* in Hermenevt. p. 356. Imo ipſe Hieronymus eodem in loco verba ſua vel emollivit, vel interpretatus eſt: *Verum*, inquiens, *quantum Ieremias in verbis ſimplex videtur, & facilis, tantum in majeſtate ſenſuum profundiſſimus eſt.* Oſtendit hoc ſuſcepta Analyſi Rhetorica capitis II. Jeremiæ M. *Dietericus Hermannus Kemmerichius* in Diſput. de Eloquentia Jeremiæ (k), Lipſ. 1703. in 4. Abarbanelem, durius judicantem, ſequitur *Jac. Guſſetus* in Commentario de Lingva Hebr. pag. 836. b. *Ieremiam putans præ reliquis neglexiſſe ſtylum ſuum apparere ex numero Keriim, quæ ad 124. aſſurgant, & ſæpe conſiſtant in Scriptura parum analoga reducenda ad legendi modum analogum* v. c. IV. 19. & 30. item IV. 7. & 8. Occurrit autem iſti objectioni, contra Abarbanelem

(i) Criminationem hanc in Abarbanele, & aliis cum ipſo ſentientibus Judæis caſtigavit Cl. *Jo. Andr. Danz* in tract. de Scriptura S. V. T. vacillante p. 94. idemque decadem Solœciſmorum Jeremiæ noſtro objectorum abſtergit in *Sinceritate Scripturæ V. T. eluctante* Jenæ 1717. Eandem cauſam egit M. *Wolfg. Henr. Frider. Pertſchius* in Diſſert. Philolog. de Scriptura Sacra omnis dictionis vitii experte, vindicatis ſcilicet, ſpeciminis loco, locis quibusdam Eſaiæ, in hanc ſuſpicionem immerito vocatis, Jenæ 1719. 4. Adde Cl. *Franc. Wokenii* Pietatem Criticam, in cujus Parte II. Synchyſes ſeu confuſiones tum vocum tum ſectionum a ſcriptis ſacris utriusque fœderis amolitur. Nec omitte, quæ Vener. *Læſcherus* in commentario de Cauſis Lingvæ Hebr. contra Hebræo-maſtigas pro lingva & dictione Hebraica paſſim erudite affert.

(k) Cum Eſaiæ ſtylo comparat Cl. *Hardtius* in Programm. ad Aben Eſram p. 53. Is enim de Jeremiæ volumine diſſerens: *Libros Propheta*, inquit, *comprehendit pene ſeptuaginta, non mole grandes, ſed ſtyli dignitate maximos, & vere ſublimes. Nihil cedit Eſaiæ ſtyli & orationis quadam majeſtate. Præterquam enim, quod idem ſit in omnibus, quo agebantur, ſpiritus, dictionis decor in Jeremia æque fulget, ac in omnibus aliis Prophetis.*

Digitized by Google

lem diſputans Cl. *Chriſtianus Bened. Michaelis* in diſput. de Jeremia & vaticinio ejus §. 26. Id certiſſimum eſt, Ieremiam, divino Spiritu actum data opera ſimpliciori dicendi genere uſum eſſe in Prophetia ſua, cum in lamentationibus ſuis eum adhibuerit ſtylum, ut *Sanctius* recte ſtatuat, *antiquitatem nihil illis habuiſſe gravius, numeroſius aut ſonantius.* Legantur plura de hoc argumento apud B. *Samuelem Bened. Carpzovium* in Lance Satura p. 85. & Celeb. *Georg. Henric. Gœtzium*, Antiſtitem Lubecenſium Sacrorum meritiſſimum, in commentatione de Eruditis ruſticis §. 5.

Truncatam in locis quibusdam, Judæorum fraude, Ieremiæ prophetiam eſſe *Juſtinus* in dialogo cum Tryphone queritur pag. 298. qua de re, quid ſentiendum ſit, lege apud Cl. *Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1107. ſq.

VI. Præter Prophetiam ſuam ſcripſit etiam lamentationum librum, quem Hebræi a voce initiali אֵיכָה ab argumento vero קִינוֹת, Græci *Θρήνους* & Latini eorum exemplo *Threnos* appellant. Exſtat is, Iudæorum more, inter V. Volumina parva ſeu Megilloth loco tertio: alias a Chriſtianis conjungi in editionibus Bibliorum ſolet cum ipſa prophetia. Ieremiæ eum eſſe omnis credidit antiquitas, nec quisquam eſt, qui dubitarit, imo ipſa Prophetia Ieremiæ credere jubet, in qua c. XIV. 17. & XXXI. 17. lacrymæ ſuper ruinis Hieroſolymorum effuſæ memorantur. Num illud lamentationum volumen fuerit, quod a Barucho prælectum, juſſu Jojakimi Regis in flammas conjectum, deinde vero repetita induſtria iterum conſignatum eſt, docti diſputant. Affirmat ex Judæis R. *Salomo Iſaacides*; (l) negat, allatis argumentis, *Huetius* in Demonſtrat.

(l) Confutavit Iſaacidem Aben Esra ad Jeremiæ c. 36. hoc argumento, quod in libro Threnorum duo illa momenta non legantur, quæ Deus inſcribi juſſit libro, flammis exuſto. Adſtipulatur illi *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 355. Idem pro magno volumine hanc ſcriptionem habendam putat, quia anno Joachimi quarto ſcribere juſſus ſit Propheta, neque tamen ante menſem nonum anni quinti abſolvit: neque veri videatur ſimile, Prophetam ad exiguum librum ſcribendum librarii opera uſurum fuiſſe. Dicuntur præterea lectæ fuiſſe tres vel quatuor pagellæ, quas ex Hebræorum more per *membranas* interpretandas cenſet, opinatus præterea, דלתות illas ſive *cardines* inferre librum pluribus umbilicis conſtantem. Ex his tandem idem Sgambatus conficit p. 358. in librum iſtum relata eſſe omnia, quæ Deus Jeremiæ ab initio promulganda tradiderat, hinc vero in noſtram, quam legimus hodie, Prophetiam derivata eſſe, quæ poſterorum inſtitutioni profutura videbantur.

Digitized by Google

monſtrat. Evangelica pag. 386. ſqq. (m) Noſtra ætate Cl. *Hermannus Hardtius*, conjecturis plus juſto indulgens, communem illam de auctore ſententiam vulgo relinquendam ſtatuit in ſingulari programmate, quod lucem adſpexit Helmſtad. 1712. in quo Threnorum interpretationem a ſe ſuſcipiendam indicit. Is itaque non unum, ſed quinque diverſos, pro numero capitum quinque, auctores, *Danielem*, *Sadrach*, *Meſach*, *Abednego* & *Jechonjam* Regem, Babylone hærentem, pronunciat, diverſitate ſtyli, quam apertam putat, pro argumento uſus. Jeremiam vero quo minus Scriptorem credat, prohiberi ſe ait ab incredibili illa, qua obrutus fuerit, triſtitia, ætate item provectiore, & itineribus moleſtiſſimis, quæ omnino non permiſerint, ut Jeremias lamentationem tam diffuſam & literarum ſerie concinnatam conſcriberet. Enimvero, quod ad ſtyli diverſitatem attinet, dubito, an quis in toto libello ullam, ne dicam talem, quæ quinque diverſos credere jubeat auctores, ſit deprehenſurus. Imo vero ipſa illa methodus ſingula commata a ſingulis Alphabeti Hebr. literis ordine ſe excipientibus inchoandi, quæ per quatuor prima capita diligenter obſervatur, tertio capite ſingulas literas ter repræſentante, auctorem eundem ut ſtatuamus, jubere videtur. Quod ſi Ieremias ob animi mœrorem non credendus eſt næniam hanc ſcripſiſſe, & illi & aliis Prophetis varia Prophetiarum capita eodem animi triſtiſſimi habitu ſimili modo & affectu & cura in literas relata diſputanda fuerint. Imo ipſe ille affectus negotium hoc promovere potuit, ne dicam, Spiritum Sanctum nihil hic feciſſe videri, (quod Vir doctus nunquam dixerit,) ſi decrepita Ieremiæ ætas & itinera tædii plena dicantur ſcriptioni huic obicem poſuiſſe. Ordo commatum alphabeticus eo conſilio videtur a Ieremia divino nutu obſervatus, ut eo facilius legentium audientiumve animis imprimeretur, & in iisdem conſervaretur. Quod malim dicere, quam cum *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. pag. 386. affirmare, ideo id factum, *ne quid in iis modulandis cantores turbarentur*. Quæ contra quintum caput allata a quibusdam ſunt tanquam argumento a prioribus diverſum, ea diſcuſſit Huetius l. c.

VII. Jeremiam præterea alia ſcripſiſſe quidam credunt. *Regum* libros ei a Talmudicis vindicari ſupra, cum de iis ageretur, expoſuimus.

U Pro

(m) Confer, ſi placet, *Jo. Guil. Grötzſch* Specimen Philologicum de libro Jeremiæ combuſto ad Jerem. XXXVI. Altorf. 1711. 4. qui tamen verba narrationis illius magis explicat, quam de illa re, cujus hic facimus mentionem, commentatur.

Digitized by Google

Pro *Pſalmorum* quorundam auctore haberi ſuo quoque loco commemoratum fuit. Ioſephus leſſum in Ioſiæ funus laudat a Ieremia exaratum: Ἱερεμίας δὲ ὁ Προφήτης ἐπικήδειον Ἰωσίου συνέταξε μέλος θρηνητικὸν, ὃ καὶ μέχρι νῦν διαμένει, h. e. *Ieremias autem Propheta in Joſia funere lugubre carmen compoſuit, quod ſupereſt ad hunc diem.* Carminis illius mentio quoque fit 2 Paralipom. XXXV. 24. ſq. Atque illud quidem poſt Hieronymum procœm. in Threnos, qui etiam ad Judæos conſentientes provocat, plerique omnes Threnis Ieremiæ, quos habemus, putant comprehendi. Et ſane vix veri fit ſimile, illud, quod ad ſuam usque ætatem ſartum tectumque perveniſſe ſcribit Ioſephus, poſtea fuiſſe interiturum. Pro diverſo tamen habet *Grotius* in notis ad l. c. Paralipomenon, & *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. pag. 388. nuperrimeque Cl. *Bened. Chriſtianus Michaelis* in præfat. Annotationibus uberioribus in Threnos præmiſſa. Et hanc ſententiam, fateor, non parum confirmat, quod nullam Ioſiæ mentionem ibi fieri videas, ut de argumenti diverſitate nihil commemorem. In alio quodam faſciculo Joſephi ætate carmen illud in Ioſiæ obitum obvium fuiſſe affirmat quoque Cl. *Herm. von der Hardt* in Progr. ad Aben Esram Helmſtad. 1712. edito p. 19. ſqq. Idem vero in antecedentibus p. 14. ſq. oſtendere conatur, Joſephum, traditione vulgi deceptum, Jeremiam Prophetam pro auctore carminis hujus habuiſſe, qui potius fuerit Libnenſis ille, Joſiæ Regis ſocer. Qua de re nunc quidem diſputare, nihil attinet.

De Apocryphis Jeremiæ, quæ a quibusdam citantur, item de locis N. T. quæ ex Jeremia producuntur in ejus prophetia, nonnullorum judicio, hodie non exſtantia, adeoque alibi quærenda, lege Cl. *Jo. Albert. Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1102.

VIII. Quo tempore locove, quove mortis genere obierit Ieremias, obſcurum omnino eſt. In Ægypto eum lapidibus interiiſſe teſtatur R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 96. b. Ibidem eum non procul Cairo urbe ſepultum credi, teſtis eſt *Lucas* Tomo I. Itinerarii ſui p. 37. Alias aliorum ſententias recenſet Cl. *Fabricius* lib. cit. p. 1111. in notis & Cl. *Chriſt. Bened. Michaelis* in diſſertat. de Ieremia §. 19. qui cogitata ſua de eodem Propheta in compendium retulit in prolegomenis ad Ieremiam, quæ in Bibliis Hebræis Halenſibus leguntur.

Sub-

## *Subſectio XI.*

## DE EZECHIELE.

*I. De nomine & genere Ezechielis. II. ordine & ſcriptione Prophetiæ. III. ſcriptionis tempore. IV. divina auctoritate libri, & exiſtimatione Prophetæ etiam inter gentiles. V. de ſtylo & aliis ſcriptis illi tributis. VI. de morte & ſepulchro ejus. VII. de capitibus nonnullis Prophetiæ data opera illuſtratis.*

I.

E*Zechiel*, Hebræis יְחֶזְקֵאל, Græcis ἰεζεκιὴλ, Vulgato & plerisque aliis Latinis *Ezechiel*, Tremellio *Jechezkel*, Druſio *Ezeciel* Quæſt. Hebr. II. 48. ratione originis a *fortitudine* ſeu *robore* Dei (n) appellatus, genus ex poſteris Aaronis derivat, parentem nactus *Buſi*, quem Judæi non ſolum Prophetam ſed ipſum Jeremiam fuiſſe autumant. Teſtem habemus *Abarbanelem* in præfat. ad commentarium ſuum, qui ex majorum ſententia hanc addit rationem, cur Jeremias בוזי appelletur, ſcilicet שהיו מבזים אותו i. e. *quod contemſerint eum.* Sed recte quidem, quicquid hoc eſt, rejicit ipſe Abarbanel eodem in loco, eo quod Jeremias a ducenda uxore & procreandis liberis prohibeatur cap. XVI. Taceo conjecturam iſtam tam longe petitam eſſe, ut eam ſine nimiæ ineptæque credulitatis ſuſpicione amplecti non poſſis. Sacerdotem fuiſſe apparet ex cap. I. 3.

II. Ordine is olim alio in Codice Sacro comparuit, quam quo nunc conſpicitur. Talmudici enim in *Bava Bathra* loco, paulo ante ſub Jeremia allato, teſtantur, eum Jeremiæ primo inter Prophetas proxime junctum fuiſſe, atque adeo Jeſaiam anteceſſiſſe. Cum vero rationi, quam Iudæi hujus collocationis afferunt, parum tribuendum ſit, mirum non eſt, ordinem illum deinceps mutatum fuiſſe, cum ipſa ætatis ratio Ezechielem utrisque, Jeſaia & Jeremia, poſteriorem faciat.

 Aucto-

(n) Abarbanel præf. in comment. ſuper Ezech. explicat quaſi חוזק אל i. e. *robur Dei* hoc ſenſu, quod Ezechiel ſit narrator & Propheta roboris ac fortitudinis Dei, futuro tempore exhibendæ. *Matthæus Hillerus*, Vir ſagaciſſimus, in Onomaſtico Sacro vertit per *prævalebit Deus*: quem ſequitur Cl. *Michaelis* in prolegomenis ad Ezechielem, quæ in Bibliis Hebraicis Hallenſibus leguntur §. 6. Quos per Monachos Latinos innuat auctor peſtilentiſſimi libri *Nizzachon* apud Wagenſeilium in Telis igneis Satanæ p. 165. non dixero. Hos autem ait interpretari per: *omnipotenti Deo.*

Auctorem Prophetiæ ſuæ Ezechielem eſſe ipſe manifeſtum fecit, tam frequenter de ſe in prima perſona loquens, tum in limine, tum alias, v. c. cap. I. 15. 27. II. 1. 2. 3. &c. Antiqvum quoque hujus rei teſtimonium habetur in Siracide cap. XLIX. 10. certe longe antiquius, adeoque verius eo, quod exſtat in *Bava Bathra* fol. 15. a. (conf. Schalſcheleth Hakkabbala pag. 66. b. & 69. b.) ubi Viris Synagogæ Magnæ tribuitur ea de cauſa, quæ in ſe rejicula eſt, & contrariis exemplis falſitatis convicta. Ajunt enim ibi doctores, extra terram Sanctam non licuiſſe eſſe Prophetam. Raſchii hæc ſunt verba: אמרו רבותינו שאין השכינה שורה בחוצה לארץ אלא עליהו ששרתה בארץ: h. e. *Rabbini tradunt, quod non habitet majeſtas divina ſuper quenquam extra terram ſanctam, niſi ſuper quem habitavit in terra.* Alibi parum abeſt, quin obelo confodiatur a Judæis totum Prophetæ vaticinium. In tractatu enim *Schabbath* refertur doctores de expungendo libro deliberaſſe & conſilium perfecturos fuiſſe, niſi Ananias quidam interceſſiſſet. Cauſam capti hujus conſilii quærunt in pugna quadam, quæ illis inter quædam Ezechielis & Legis Moſaicæ loca, nominatim inter Exodi XXXIV. 7. & Ezechielis XVIII. 40. occurrere viſa eſt. Quamvis autem ea conciliandi ratio in promtu ſit, nihilominus tamen *Spinoſa* in Tractatu Theologico-Politico c. 2. & 11. libentiſſime his uſus eſt in præjudicium libri diviniſſimi. Hujus vero conatus irritos eſſe oſtendit poſt *Pet. Danielem Huetium* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. *Hermannus Witſius* in Miſcellan. Sacris lib. I. cap. 19. §. 9. & noviſſime diligentiſſimeque omnium Cl. *Jo. Meyerus* in proœmio diſſertationis Theologicæ, qua Propheticas viſiones Ezechielis de Templo, novem extremis capitibus contentas, nondum impletas eſſe demonſtrare conatur. Abſit interim, ut cum contemtu ejusdem vaticinii conjunctum exiſtimemus aliud Judæorum inſtitutum, quo cautum eſt, ne quis minoris ætatis ad lectionem primorum capitum Ezechielis accederet. Vide hanc in rem *Maimonidem* in יסודי תורה c. IV. ſect. 17. cum notis *Guil. Vorſtii* pag. 24. & *Schickardum* in Bechinath Happeruſchim p. 88. aliosque ab Hottingero in Theſauro Philolog. pag. 78. citatos. Confer, quæ R. *Salomon Iſaacides* & R. *Dav. Kimchi* in limine commentariorum ſuorum referunt de parvulo, qui, cum in legenda viſione currus Ezechielis verſaretur, flammis ex Angelo Chaſchmal prodeuntibus, fuerit conſumtus. Enimvero hoc potius de exiſtimatione teſtatur, in qua apud eos fuerit iſta inprimis Prophetiæ Ezechielis pars, quæ Interpretibus omnino omnibus viſa eſt admirabilis.

III. Tem-

Digitized by Google

III. Tempus ſuſcepti vaticinii ab ipſo auctore diſerte ſatis innui videtur, quando commate primo *trigeſimum* annum, & commate ſequenti annum *quintum* a deportato Rege Jojachimo memorat. Sed non exigua orta eſt diſputatio de eo, unde initium illorum 30. annorum ducendum ſit. Mihi quidem veri maxime ſimilis viſa eſt eorum interpretatio, qui ad initium regni Nabopolaſſaris, quem Nebucadnezar Patrem habuit, reſpiciendum hic eſſe exiſtimant. Ita inprimis ſtatuit *Joſephus Scaliger* de Emendat. Temporum fol. 288. & ex noſtratibus *Friedliebius* ad Ezechielis l. c. Fundamentum ſententiæ hujus (quam Rev. *Michaelis* loco paulo poſt citando itidem placuiſſe video,) perſpicue deſignavit *Campeg. Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ pag. 41. his verbis: *Si enim annis Nabopolaſſari 21. quot illi dantur in canone Ptolemai ſubducas biennium, quo Nebucadnezar cum Patre regnavit, invenies, quos quaris, annos triginta ab initio Nabopolaſſari usque ad deportationis Jechonia quintum.* Alia, quæ huc pertinent, diligenter collegit Cl. M. *Jeremias Friderici* in diſſ. de Ezechiele Propheta ejusque vaticinio §. 11. ſqq. Ultimæ vel ſaltem unius ex poſtremis viſionis, Prophetæ oblatæ, mentio diſerta fit Ezech. XL. 1. diciturque illa incidiſſe in annum 25. factæ deportationis, qui, ſi ad quintum Jojachimi Regis exulis annum referatur, evincit, Ezechielem viginti omnino annis vaticiniorum divinorum Interpretem fuiſſe. His vero duo adhuc addendi ſunt ex cap. XXIX. 17. ubi vaticinantem ſe ſiſtit Ezechiel adhuc anno 27. ſcilicet exſilii. Neque hæc ſecum invicem pugnant, cum fieri potuerit, ut vaticinium capite 29. memoratum & ratione temporis ad ultima pertinens eo, quo nunc exſtat, loco ſit poſitum, ideo ut prophetiæ contra Ægyptum pronunciatæ ſibi invicem a Vate jungerentur, quod alibi quoque factum monuimus. Conf. Rev. *Michaelis* prolegom. ad Ezechielem in Bibliis Hebræis Halenſibus obvia §. 5. & notas ad cap. XXIX. 17.

IV. Canonica & divina libri auctoritas omnibus illis argumentis nititur, quæ pro ceteris libris ſacris afferri ſolent, quibus proinde hic repetendis ſuperſedere poſſumus. De auctore Tractatus Theologico-Politici aliter ſentiente, ſed & ab aliis pridem confutato paulo ante diximus. *Richardus Simon* fabulas Prophetiæ huic tribuere viſus eſt nonnullis ex lib. I. c. 8. Hiſtoriæ Criticæ V. T. ubi ſecundum Latinam interpretationem ita ſcribit p. 52. *Mittenda ſunt, qua Talmudici fingunt de libris Ezechielis & Proverbiorum. Veteres iſti Magiſtri in Concilio deliberatum fuiſſe affirmant, num hi libri in canonem reciperentur, pluresque cenſuiſſe, ut omnino*

 *ſuppri-*

*ſupprimerentur.* *Ut pleraque Talmudis mera tantum ſunt commenta, & iſtud nullam fidem meretur; quæ Ezechiel de templo habet, cum aliis Scripturæ locis in ſpeciem contraria, hujus fabuloſæ hiſtoriæ occaſionem fecerunt.* Sed vide, quomodo hujus ſententiæ ſuſpicionem a ſe amoliatur ipſe *Simon* in Reſponſione ad Judicia Theologorum Batavorum p. 142. Judæis Ezechiel non minor viſus eſt Prophetis duobus, quos maximos illi habent, Jeſaia & Jeremia, quod patet tum ex *Maimonide* in More Nevochim lib. 3. c. 6. tum inprimis ex *Abarbanele*, qui in præfat. ad commentarium ſuum quatuor momentis oſtendit, Ezechielem cum utroque illorum exacte conferri poſſe. Compara Cl. *Jo. Meyeri* notas ad *Seder Olam* p. 981. ubi ſimul intelliges, cur idem Abarbanel Vatem hunc reliquis, præter binos illos, Prophetis præferendum judicarit. Magna ejusdem inter ipſos gentiles fuit auctoritas & exiſtimatio, ſi conjecturis eruditorum quorundam novis locum relinquimus, qui Ezechielem cum Zarato, Pythagoræ præceptore, Zaratum vero cum Zoroaſtre eundem eſſe opinantur. Lege hanc in rem affirmantis *Huetii* Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. p. 397. & confer negantem Cl. *Jo. Andr. Danzium* in diſputat. de Jure Talionis p. 68. Adde *Belium* Tom. III. Dictionarii Hiſtorico-Critici pag. 3078. b. & Tom. I. pag. 1171. in notis, & *Jo. Alb. Fabricium* in Codice Pſeudepigr. V. T. p. 1120. ſqq.

V. Scribendi genus viſum eſt nonnullis inter Jeſaiæ & Jeremiæ characterem quaſi medium. Hieronymus illis præiviſſe videtur, in præfat. ad Ezechielem inquiens: *Ezechielis ſermo nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus, ſed ex utroque medie temperatus.* Ex recentioribus placent *Herm. Witſii* verba, quæ in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 19. §. 6. leguntur: *Fuit hic noſter Vir eruditione & ingenio eximius, ita, ut, ſepoſito etiam prophetiæ dono, quod incomparabile eſt, cum aliis illuſtribus Scriptoribus comparari mereatur, ob pulcherrimas εἰκόνας, comparationes elegantes, & magnam rerum multarum, præſertim architecturæ, peritiam.*

Præter prophetiam alia quædam noſtro adſcribi videas. Sic Vulgatus Interpres & codices quidam Græci eam præferunt Pſalmi LXV. (ſecundum Vulg. LXIV.) inſcriptionem, quæ *canticum Jeremiæ & Ezechielis pro populo transmigrationis* compoſitum, credere jubet, quod *Huetius* ita interpretatur, ut exiſtimet, a Jeremia quidem ad modum canticorum Davidicorum compoſitum, ab Ezechiele vero, cui miſſus fuerit, recognitum eſſe. Sed cum Hebræa inſcriptio ſoli Davidi vindicet, nec dicendi ratio abludat, merito alii de Ezechiele hic non cogitandum eſſe cen-

cenſuerunt. Vide inprimis B. *Martinum Geierum* ad h. l. & noviſſime Rev. *Jo. Henr. Michaelis* Annotationes Uberiores ad Pſalmos p. 448. Longe minus tribuendum eſt illi nonnullorum ſententiæ, qui præter librum prophetiæ adhuc ſuperſtitem alium olim fuiſſe exiſtimant, loco Joſephi Antiquitt. Judaic. X. 6. obſcuriore adducti. *Οὐ μόνον γὰρ οὗτος*, inquit is, *Ἱερεμίας προεθέσπισε ταῦτα τοῖς ὄχλοις, ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκίηλος, ὃς πρῶτος περὶ τούτων δύο βιβλία γράψας καταλέλοιπεν.* Sane Joſephus ipſe, ſacrum canonem lib. 1. contra Apion. pag. 1036. libros XXII. canonicos recenſens unum tantum Ezechielis librum memorat, nec proinde binos ab eo unquam ſcriptos fuiſſe ſtatuit. Itaque illi mihi approbandi videntur, qui unam illam Ezechielis prophetiam in duo olim volumina diſtinctam fuiſſe arbitrati ſunt. Lege hanc in rem *Huetii* Demonſtrat. Evangel. l. c. *Steph. le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 338. & ex noſtratibus B. *Jo. Henr. Majum* in Oeconomia Temporum V. T. pag. 1057. Confer Cl. *Fabricii* Codicem Pſeudepigraphum V. T. pag. 1118. ſqq. ubi etiam loca quædam cumulata videbis, quæ a veteribus Ezechieli adſcribuntur, & vel ex ſcripto ſuppoſito vel ex traditione derivata videntur. Quid de magno illo libro, Ezechielis *αὐτογράφῳ*, quem auctor יחוס האבות apud Hottingerum in Cippis Hebraicis pag. 84. a Judæis in feſto expiationis legi tradit, ſtatuendum ſit, non dixerim.

VI. De morte, ſepulchro item in Babylonia adhuc viſendo, reliquiisque Prophetæ multa more ſuo fabulantur Judæi, nominatim *Benjamin Tudelenſis* in Itinerario ſuo p. 78. ed. a Cl. Lempereur curatæ, item R. *Petachja* in Itinerario, quod *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in Exercitationibus varii argumenti num. IV. edidit, pag. 179. Ex his ſua procul dubio hauſerunt R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala pag. 20. a. & *Abarbanel* in præfat. ad Ezechielem, nec non auctor יחוס האבות h. e. *Genealogia Patriarcharum*, quam *Hottingerus* in Cippis ſuis Hebraicis exhibet, pag. 82. Memoratur ibi terra Aſſyriæ, ubi fluvius Chiddekel, ibique traditur ſepultus Ezechiel, & in rei fidem ipſa ſepulchri figura repræſentatur. Neque ſane ea, quæ ad ſepulchrum pertinent, a Judæis tantum credita eſſe, manifeſtum eſt ex *Petri de la Valle* Itinerario, Tom. I. ep. 17. qui teſtatur haud procul a ruderibus veteris Babyloniæ ſepulchrum Ezechielis Prophetæ, quod Judæi magna ceremonia colunt, oſtendi. Conf. B. *Wagenſeilii* notas ad Sota p. 717. & *Pet. Balii* Dictionarium Hiſtorico-Criticum Tom. II. p. 1170.

VII. Liceat hic ſtrictim memorare nonnullos, qui difficiliora quædam

quædam Prophetiæ Ezechielis momenta commentationibus ſuis illuſtrare conati ſunt. Ita myſterium Cherubinorum & rotarum cap. I. explicavit data opera doctiſſimus *Campeg. Vitringa* lib. IV. Obſervationum Sacrarum cap. I. & II. & *Henr. Gottlieb Reime* in Diſſertat. Academica de Curru Jecheskelis Vatis, Ien. 1717. qui viſione iſta currus totum θεοπνευςίας actum deſignatum cenſet. Adde his Rever. *Godofredi Ludovici* commentat. in Prophetiam Ezechielis & Chasmal, præſertim Ezechieliticum, Coburg. 1720. 4. Ex Rabbinorum ſcriptis varia huc attulit Cl. *Jo. Henr. Hottingerus* in commentatione de Inceſtu, Creationis & currus opere ad illuſtrandum Codicem *Chagiga* pag. 41. Mirus vero in hoc argumento eſt Auctor CC. quæſtionum de animarum revolutione qv. 74. De fletu ſuper Thammuz, de quo agitur cap. VIII. 14. erudite egit ſingulari diſſertatione Witteb. 1704. habita Rev. *Salomon Deylingius.* Conf. *Herm. Witſii* Ægyptiaca II. 12. *Jo. Braunium* in Selectis Sacris IV. 7. *Marshamum* in Canone Chronico pag. 31. & *Jo. Seldenum* de Diis Syris II. 10. Signum ſeu תו cap. IX. 4. memoratum accuratius conſiderarunt laudatus modo *Deylingius* in Obſervatt. Sacris Part. II. n. 49. *Jo. Gregorius* in Obſervationibus ſuper varia Scripturæ loca c. 17. *de la Marque* in diſſert. ſingulari, quæ legitur Tom. II. Biblioth. Criticæ Rich. Simonis c. 28. ut & *Bartoloccius* Tom. IV. Biblioth. Rabbin. p. 461. *Gog* & *Magog* cap. 38. & 39. luce quadam perfuderunt Cl. *Herm. Hardtius* opuſculo ſingulari, antea vero *Sam. Bochartus* in Geographia Sacra, & *Jo. Seldenus* de Synedriis Hebr. lib. II. cap. 3. item *Campeg. Vitringa* comment. in Apocalypſin p. 1170.

## *Subſectio XII.*
## DE DANIELE.

*I. De Danielis nomine, ordine & charactere Prophetæ. II. Prophetiæ γνησιότης. III. lingua duplex. IV. ſcriptionis tempus. V. Apocrypha & Pſeudepigrapha. VI. ætas & exitus.*

I.

AD Danielem proxime pergimus, a *judicio* ſive, ut alii malunt, *vindicta* (o) Dei appellatum. Eum majoribus Prophetis accenſemus

(o) Plerique interpretantur per: *Deus eſt judex*; vid. *Hilleri* Onomaſticon S. p 346. Ita & *Immanuel Aboab*, Judæus in Nomologia p. 40. *Mi Iuez el Dios.* Aliorſum trahit nomen *Saadias Gaon*, qui explicat per דיין של אל דיין טוב ונאמן i. e. *judex Dei, judex bonus & fidelis.* *Witſius* in Miſcellan. Sacris lib. I. c. 19. §. 13. de vindicta his

mus merito, cum alios minores, ſi *Hoſeam* & *Zachariam* exceperis, numero capitum, omnes vero voluminis mole ſuperet. Ezechieli vero ſuo quodam jure jungitur, eo quod cum ipſo, durante carcere Babylonico, vixit, in quem ante eum, anno ſcilicet primo Nebucadnezaris, & tertio Iojakimi abductus eſt. Iudæi locum ipſi dant inter Hagiographos ſextum, proximum ſcilicet quinque Voluminibus minoribus, quod quo conſilio, quove jure fiat, ſupra, cum de τευχολομία librorum Biblicorum ageretur, diſputatum eſt. Nobis hic ſufficit, Sanctiſſimum Servatorem & Dominum noſtrum eum Matth. XXIV. 15. diſerte Prophetam appellare, Iudæos præterea idem hoc nomen ei tribuere, inter quos Ioſepho Antiquitatt. X. capite ultimo εἷς τῶν μεγίςων προφητῶν audit; denique vero omnia Prophetæ criteria, quæ in ceteris obſerves, in ipſo concurrere. Vide hæc a pluribus præter eos, quos l. c. produximus, luculente evicta, nominatim ab *Herm. Witſio* in Miſcellan. Sacris lib. I. c. 19. §. 19. ſqq. & a Cl. M. *Jeremia Friderici* in diſput. de Daniele Propheta ejusque vaticinio, §. 6. & 7. qui eadem opera adverſantium Iudæorum argumenta, in ſpeciem, ut puto, prolata confutant. Adde, quæ paulo ante a nobis de diverſis Prophetiæ gradibus, ad quos Iudæi hic inprimis provocare ſolent, commemorata ſunt.

II. Danielem vere ſuæ Prophetiæ eſſe auctorem ipſum libri comma primum evincit; Scriptorem vero prodit VII. 1. ubi conſignatio ſomnii alicujus recitatur; imo colophonem toti libro impoſuiſſe XII. 4. diſerte affirmatur. Quæ quidem omnia cum de nullo ex reliquis Propheta in Sacro Codice nobis tam perſpicue enarrentur, mirum eſt, vel ſic Judæos in *Bava Bathra* cap. 1. fol. 14. Viros Synagogæ Magnæ pro Scriptoribus venditare potuiſſe, eadem ſcilicet de cauſa, qua permoti ſunt, ut de Ezechiele idem contenderent. Longius procedere auſus eſt *Uriel Acoſta*, ex Judæo Atheus, qui immortalitatem animæ negans ferre omnino non potuit illuſtre de ea corporisque reſurrectione teſtimonium in Danielis cap. XII. exſtans. Hujus vim ut effugeret, in libro manu exarato affirmavit, librum hunc ad exemplum libri Judith, & libri III. ac IV. Esdræ, confictum eſſe a recentioribus, idque in Phariſæorum gratiam. At ejus impudentiam ſolide repreſſit *Samuel da Silva*



hic magis cogitari vult, quaſi diceretur דנני אל i. e. *cauſam meam agit Deus.* Alia lege apud *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 375. & Cl. *Jo. Meyerum* in notis ad Seder Olam p. 964.

in tractatu de Immortalitate animæ, Luſitanica lingua exarato c. XXIII. p. 127. ſqq. ubi in univerſum confirmat, Danielem verum eſſe Prophetam. Opponi *Acoſta*, &, ſi quos habuit, aſſeclis ejus poteſt Joſephus, fidei ſocius, & ipſis illis Talmudiſtis antiquior, qui lib. X. c. 12. Antiquitatum monet: τὰ βιβλία ὅσα δὴ συγγεγραμμένος καταλέλοιπεν Δανιῆλος, ἀναγινώσκεται παρ' ἡμῖν ἔτι καὶ νῦν. h. e. *Libri, quos ſcriptos reliquit Daniel, leguntur apud nos etiamnum.* Quæ vel *Porphyrius* vel *Spinoſa* in tractatu Theologico-Politico contra aſſeruerunt, illis fecit ſatis poſt *Huetium* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. *Herm. Witſius* l. c. & illi, quos in Parte priore laudavimus p. 335. Sufficit nobis, Danielem ut Virum Deo maxime gratum adeoque gratiæ ſublimioris participem memorari in Veteri inſtrumento Ezech. XIV. 14. ſqq. in Novo autem vaticinium ejus ſub ipſius nomine exſerte allegari Matth. XXIV. v. 15. & Marc. XIII. v. 14.

III. Librum ipſum partim Hebræa partim Chaldaica lingva exaratum eſſe conſtat, cujus rei hæc danda viſa eſt ratio, quod alia & quidem priora iſta res magis Chaldæorum proponant, quæ proinde eadem lingva ad narrationem rectius inſtituendam proponenda videbantur; alia vero, poſtrema ſcilicet capita, res Hebræorum propius ſpectant. Hæc fuit *Abarbanelis* ſententia, quam in præfat. ad commentarium ſuper Danielem expromit his verbis, prout illa a Cl. *Meyero* in notis ad Seder Olam p. 984. latine exhibet: *Daniel lingua ſancta initium & finem libri ſui ſcripſit, quia fuerunt propria ipſius verba ad populum ſuum, & verba Angeli ad ipſum, quæ ſcripta ſunt poſtea, ſicut erant pronunciata. Sed verba Chaldæorum & Regum illorum lingua Aramæa pronunciata, nec non verba ſua, quibus ipſos Daniel quoque allocutus eſt, Chaldaica ſcribere voluit, ſicut enunciata ſunt, quoniam multis modis errores committi poſſunt, quando verba ex una lingua in aliam transferuntur.* Quanquam enim hæc cauſa totum Danielis conſilium non exhaurire videatur, potior tamen habenda eſt ea, quam affert *Huetius* in Demonſtr. Evangel. pag. 403. ſqq. Is enim ait *librum totum Chaldaice primum in Chaldæa fuiſſe exaratum a Daniele, deinde Hebraice verſum a Judæis reducibus, in gratiam & utilitatem ſuæ gentis, idque publica auctoritate, demum etiam Græce* (id quod de Additamentis Suſannæ &c. intellectum vult) *ab auctore priſcæ interpretationis, ab Aquila, Theodotione, Symmacho, aliis.* Omne illud venditatæ interpretationis conſilium non intelligitur ullo modo, cum Judæi ea ætate Chaldaicæ linguæ æque, niſi magis, periti fuerint, quam Hebraicæ, ut alia omittam, hariolationi huic & conjecturæ pridem

dem

Digitized by Google

dem a *Witſio* l.c. p. 256. oppoſita. Fortaſſe non erraverit, qui exiſtimet, Danielem hoc modo manifeſtum facere ſuis & docere poſteros voluiſſe, Numen maximum revelationes ſuas non linguæ certæ, puta Hebraicæ, quod hactenus factum erat, alligatas velle, ſed omnibus potius promiſcue pro temporis circumſtantiarumve aliarum ratione uti conſtituiſſe. Nec improbanda videtur Cl. *Michaelis* conjectura, in præfat. Uberioribus in Danielem notis præmiſſa, p. 48. exiſtimantis, tribuendum hic aliquid eſſe libero Danielis judicio, qui, utpote utriusque lingvæ peritus, pro lubitu nunc Hebræa nunc Chald. lingua uſus ſit. Ceterum conſtat R. *Levi Gerſonidem* capita illa Chaldaica in Hebræum transtuliſſe, quam induſtriam Leusdenius poſt eum imitatus eſt, ceu infra, ubi de editionibus Danielis commentabimur, admonendi dabitur locus.

IV. Tempus, quo Propheticam dignitatem exſerere cœpit Daniel, indicatur cap. II. v. 1. ubi interpretatio ſomnii, Regi Nebucadnezari oblati, contigiſſe narratur anno imperii ejus ſecundo, ducto ſcilicet computo ab eo tempore, quo ipſe poſt Patris Nabopolaſſari obitum ſolus ſceptro erat potitus. Hic vero annus reſpondet ſeptimo *Jehojakimi*, quod patet ex comparatis inter ſe *Jerem.* XXV. 1. & *Daniel.* I. 1. 2. Ex quo ſimul manifeſtum eſt, Danielem ratione muneris Prophetici Ezechielem antecedere, quippe cui prima, ut paulo ante monuimus, viſio oblata eſt anno V. deportati in exilium Jehojachimi, i. e. duodecimo exilii Babylonici & Nebucadnezaris. Quæ cauſa eſt, cur merito deſeramus *Jo. Lightfooti* ſententiam, ſtatuentis, anno demum 36. carceris Babylonici iſtam ſomniorum interpretationem a Daniele ſuſceptam eſſe. Vide ejus Harmoniam V. T. Tom. I. Opp. p. 131. Pro noſtro calculo propugnat poſt *Uſſerium* in Annalibus V. T. p. 120. *Campeg. Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ p. 40.

V. Præter Prophetiā alia etiā, v. c. hiſtoriā *Suſannæ*, *Beli*, & *Draconis*, non minus conſtat hodie illi a Pontificiis tribui, quā ab eruditis pārtim ex defectu teſtimoniorū antiquitatis, partim ex interioribus ipſarum narrationum argumentis evictum eſt, ea ob fabuloſas ineptias auctori ſuo, quicunque is demum fuerit, remittendas eſſe. Quam in rem lege, quæ alii de libris Apocryphis & inprimis *Jo. Rainoldus* in limatiſſima illa ſua Cenſura librorum Apocryphorum attulerunt. Non parum ſane fraudi eſt horum librorum auctoritati ipſa, quæ pro iis ſuſcepta a Viris alioquin doctis eſt, defenſio, tam frigide ſcilicet, ut vel ipſi illi animum abjeciſſe neque ſerio rem egiſſe dicendi ſint, vel ipſa cauſa tam inanis & deſpe-

rata habenda ſit, quæ nullum pateretur patronum. Merito hoc frigus in doctiſſimo *Huetio*, apocrypha hæc Danieli vindicare conato, obſervavit, & modeſte caſtigavit *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. pag. 258. De ceteris ψευδεπιγεάφοις, quæ Danielis nomen præferunt, lege, quæ dicta ſunt Parte priore num. 537.

VI. Ætatem Danielis admodum provectam fuiſſe credere jubet tempus longius, quod ſub imperio quinque Regum Nebucadnezaris, Evilmerodachi, Belſazaris, Darii Medi & Cyri, quos omnes vidit Daniel, defluxit. Centenarium itaque eum fuiſſe, ſtatuunt plerique; nonnulli numerum hunc, & quidem ex Judæis, quos *Sanctius* adducit, quinquaginta annis augent. Vide laudatam Cl. *Friderici* diſſertationem §. 11. & Cl. *Chriſtiani Bened. Michaelis* præfat. ad *Uberiores notas* in Danielem c. I. §. 18. De fatis illius, in leonum foſſam conjecti, fabuliſque Judæorum & Arabum huc relatis, lege *Samuelem Bochartum* in Hierozoico p. 748. Vitæ finem in gladio ipſum inveniſſe credet, qui fidem habuerit vetuſto cuidam Codici Baſilii Porphyrogeniti, ubi Daniel ſub Attalo capite plexus depingitur, teſte *Cornel. a Lapide* comment. in Daniel. pag. 1264. Sed huic rei adeo adverſatur Scriptura Dan. XII. 13. ut alia confutatione non ſit opus, quam tamen, qui volet, legere poterit apud M. *Philip. Rohr* in Pictore Errante cap. II. n. 11. Suſis eum ad Tigridem obiiſſe tutius credideris, cum ibi Danielem anno tertio Cyri, atque adeo jam grandævum, commoratum fuiſſe Sacer Codex teſtetur Dan. X. 1. 4. Eo quoque in loco ſepulchrum ejus eſſe affirmat *Benjamin Tudelenſis* in Itinerario p. 76. edit. a *Lempereurio* curatæ. Accedit ei R. *Petachias* in Itinerario ſuo, quod recuſum eſt a B. *Wagenſeilio* in Exercitationibus varii argumenti pag. 186. nec minus *Abulfeda Arabs* apud *Schickardum* in notis ad Diſſertat. de feſto Purim, qui uterque præterea alia nonnulla de loculo ipſo memorant miraculorum quidem, ſed procul dubio fictorum, plena. Unus inter Judæos, quem ſciam, auctor יחוס האבות i. e. *Genealogia Patriarcharum*, qui tamen αὐτοψίαν præfert, Babylone ad fluvium Euphratem ſepulchrum ejus conſpici tradit. Vide *Hottingeri* Cippos Hebraicos p. 80. Ex Græcis Scriptoribus eandem urbem a ſepulchro Danielis memorant *Epiphanius* & *Dorotheus* de Vitis Prophetarum, item auctor Chronici Paſchalis, qui tamen fidem non invenerunt apud *Thom. Reineſium* in Variis Lectionibus p. 232. Plura de noſtro lege in Cl. *Chriſtiani Bened. Michaelis* præfatione longiore, qua *Notæ* ejus *Uberiores* in Danielem Hal, 1720. 4. inſtructæ ſunt.

*Subſe-*

## *Subſectio XIII.*
## DE PROPHETIS MINORIBUS.

*I. De Hoſea, ejusque nomine & gente. II. ordine & tempore ſcriptionis. III. ſtylo. IV. de Joele. V. Amoſo. VI. Obadja, ejusque patria & ordine. VII. de Jona, ejusque nomine & patria, item ſcriptionis tempore. VIII. de hiſtoriæ veritate. IX. de aliis ipſi ſuppoſitis, & exitu. X. de Micha. XI. de Nahum. XII. de Habacuco. XIII. de Zephanja. XIV. Haggai. XV. Secharja. XVI. Malachia.*

I.

INter Prophetas Minores primum ſe offert *Hoſeas* (p) הושע, a Græcis Ωσηὲ vel *Αὐσῆ*, a Latinis in antiquis potiſſimum codicibus (vide *Joh. Druſii* Quæſtiones Sacras I. 54.) *Auſe* vel *Auſea*, a recentioribus nonnullis *Oſea* ſine adſpirandi nota, appellatus. Ratione ſignificationis *ſalvatorem* infert, quocunque demum modo hic proceſſeris. Fuit is *Beeri* filius, vide cap. I. 1. quem Prophetam itidem fuiſſe credunt Hebræi, pervulgata inter ipſos regula adducti, qua Prophetam patrem habuiſſe judicatur, cujus Pater in limine Prophetiæ memoratur, ceu teſtem habemus *Kimchium* in præfat. ad comm. in Prophetas minores. Sed quia regula hæc precario aſſumitur, quod inde deducitur, non majorem obtinebit fidem. Ad tribum Ruben iidem referunt Hebræi, nec, puto, rectius aut tutius, ideo forte, quod Beeri hunc non diſtinctum eſſe putarunt a Beera, Joelis filio, de quo 1 Paralip. V. 6. Vide *Juchaſin* p. 11. & *Schalſcheleth Hakkabbala* pag. 18. b. De tribu itaque *Iſaſchar* fuiſſe tradit Pſeudo-Epiphanius de Vitis Prophetarum, & Hieronymus, quorum ille ex *Belomoth*, hic ex *Bethſemes*, utraque ejusdem tribus urbe, ortum putat. Hieronymum ſeqvuntur recentiores plerique omnes, v. c. *Druſius* in limine commentarii ſui, & *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. Confer de hac cauſa differentem *Abarbanelem* in præfat. ad commentarium ſuum, quem *Franc. ab Huſen* Latine converſum dedit.

II. Primus ipſi locus inter Prophetas minores in Sacro Codice datur,

X 3

(p) Ab Arabica radice, quæ ſalvandi notionem habet, repetit *Jo. de la Haye* Tom. XII. Bibl. Maximorum pag. 1. ſed præſtat acquieſcere in Hebræa ejusdem notionis voce. Abarbanel præfat. comment. in Ezechielem ita eum appellatum tradit a ſectione ea, qua totam prophetiam ſuam c. XIV. obſignavit, ubi ſcilicet ad pœnitentiam cohortatur, & divinam gratiam pollicetur.

tur, quem eidem Hebræi quoque in *Bava Bathra* fol. 14. vindicant. Vere Hoſeæ eſſe librum extra dubitationem collocat tum ipſum Codicis Sacri teſtimonium in limine libri conſignatum, tum conſenſus antiquitatis, tum allegatio quorundam ejus locorum in Novo Inſtrumento, v. c. *Matth.* IX. 13. ex VI. 6. *Luc.* XXIII. 30. ex X. 8. *Rom.* IX. 25. ex c. II. 23. &c. ubi poſtremo loco ipſum Hoſeæ nomen diſerte additum videbis. Quæ ipſa quoque canonicam & divinam libri auctoritatem agnoſcere quemque jubent.

*Tempus* Prophetiæ ita definiunt plerique, ut eum, ſi Jonam & Joelem exceperis, omnium Prophetarum antiquiſſimum cenſeant. Quos enim habuit æquales, *Amoſum* ſcilicet, *Jeſaiam* & *Micham*, illis omnibus, niſi forte Amoſum, de quo mox, excipiendum ſtatuas, prior eſt. Ita ſtatuunt Talmudiſtæ in *Bava Bathra* fol. 14. b. מכדי הושע קדים דכתיב תחלת דבר יהוה בהושע וכי עם הושע דבר תחלה והלא ממשה ועד הושע כמה נביאים היו א״ר יוחנן שהיה תחלה לארבע הנביאים שנתנבאו באותו הפר׳ ואלו הן הושע וישעיה עמוס ומיכה: i. e. *Quare Hoſeas antecedit? Quia ſcriptum eſt (c. 1. 2.) in principio locutus eſt Deus per Hoſeam. Qui vero per Hoſeam locutus eſt primum? nonne a Moſe ad Hoſeam multi fuerunt Prophetæ? reſpondet R. Jochanan, quod primus fuerit quatuor Prophetarum, qui prophetarunt eodem tempore; hi autem fuerunt Hoſeas, Jeſaja, Micha & Amos.* Eadem habentur in *Peſachim* c. VIII. p. 87. extrema. Sententia ipſa videtur omnino vera, quamvis rationi minus idoneæ ſuperſtruatur. Rectius enim verba commatis ſecundi ita cum B. Luthero noſtro & aliis interpretibus vertuntur: *cum primo dixit Deus per Hoſeam, locutus eſt Dominus ad Hoſeam.* Lege hanc in rem Cl. *Campeg. Vitringam* in prolegomenis ad comment. in Jeſaiam p. 4. ubi animadvertitur in *Lightfootum*, Judæorum interpretationem in Chronic. & Ordin. Textuum V. T. Tom. I. Oper. pag. 92. approbantem. Interim tamen præter rem *Abarbanel* a majorum ſuorum opinione receſſiſſe arbitrandus eſt, quando in comm. in Prophet. poſteriores fol. 1. b. Hoſeam Jeſaia poſteriorem facit. Inſcriptio enim ipſa vaticinii oſtendit, Hoſeam *diebus Jeroboami* filii Joaſi, adeoque forte circa initium Uziæ Regis, quod anno 27. Jeroboami, ſecundum 2 Regg. XV. 1. reſpondet, vel certe imperio ejus, non multum provecto, Prophetam præſtitiſſe. Jam vero ſupra evictum eſt, Jeſaiam non toto tempore imperii Uziæ, ſed extremis tantum annis prophetico munere functum fuiſſe. Ex his Prophetiæ Hoſeæ initiis totam ejus

ejus ætatem æſtimare poſſumus, quam diu protractam fuiſſe neceſſe eſt, cum comma primum teſtetur, eum Uliæ, Jothami, Achaſi & Hiskiæ tempore doctorem publicum egiſſe. Jam, ſi per conjecturam dixeris, eum in initiis Hiskiæ obiiſſe, id quod inter ceteros *Joannes Quinquarboreus* ad Targum Hoſeæ in v. 1. affirmat, vel ſic in longum protrahetur & vaticinii & ætatis Prophetæ ſeries. Lege hanc in rem plura in M. *Jeremiæ Friderici* diſſert. de Hoſea & ejus vaticinio Lipſ. 1715. habita, §. 5. Adde Cl. *Herm. von der Hardt* Hoſeam hiſtoriæ & antiquitati redditum, diſſ. VI. p. 55. ubi poſtquam ſecundum allegatum locum ex Bava Bathra adſtruxiſſet, Hoſeam Jeſaia fuiſſe priorem, totam ætatis & officii rationem his verbis complectitur: *Hoſeas annis circiter ſex ante finem Jeroboami* (i. e. octavo Uziæ Regis) *ſcribere orſus, juvenis, paucis annis Amoſi coætaneus, longo dein 70. ferme annorum intervallo, ad finem usque Samariæ & regni, tot regibus, inter continuos bellorum motus, dicere & in Samariæ ac regni Iſraelitici exitium ſcribere perrexit.*

III. Quod ad ſcribendi rationem attinet, obſcurior illa merito ob brevitatem & ſententiarum frequentiam viſa eſt Interpretibus, qui proinde hinc inde in ediſſerendo ſenſu hæſitarunt. Agnovit id ſpeciatim Hieronymus, quando in proœmio commentarii ſui ita infit: *Si in explanationibus omnium Prophetarum Sancti Spiritus indigemus adventu, ut, cujus inſtinctu ſcripta ſunt, illius revelatione pandantur: quanto magis in explanatione Hoſeæ Prophetæ orandus eſt Deus, & cum Petro dicendum:* Ediſſere nobis parabolam iſtam &c. Speciatim *Io. Marckius* in præfat. ad commentarium ſuum in Hoſeam obſervat, nexum rerum inde a cap. IV. fruſtra inveſtigari.

Ad illuſtrandam Prophetiam hanc ex antiquitate & hiſtoria non parum præſidii attulit Cl. *Herm. Hardtius* in commentatione modo laudata, quæ Helmſtad. 1712. 4. lucem vidit. In ea totum Prophetæ volumen 29. libellis abſolvi dicitur, quorum quatuor primi ſex ultimis Jeroboami annis, tres ſequentes 12. Zachariæ Regis annis, ſeptem proximi primo Menachemi anno, & ſic porro conſignati ipſi videntur.

IV. יואל a *volendo* juxta nonnullos (q) dictus, Græcis Ἰωὴλ, Lati-

(q) Ita ſtatuit *Abarbanel* in præf. comment. in Ezechielem, nominis rationem eum dans, שיואל ורצה השם לשוב לרחמנו h. e. *quia prædixit, Deum inpe-ſternum*

Latinis *Joel*, eruditis bene multam de patria & ætate ſua vaticiniique tempore diſputandi materiem ſuggeſſit, cum ex Codice Sacro nihil de eo afferri poſſit, niſi quod Patrem Pethuelem habuerit. Diverſas Judæorum de ætate ejus ſententias in cumulum congeſtas legere licebit apud Ganzium in *Zemach David* ad an. 3190. *Iſaacides & Kimchius* in commentariis ſuis ad majorum traditionem provocant, qui eum ad Joramum, filium Achab, de quo 2 Regg. VIII. 1. rejiciunt. Seder Olam Rabba & Suta ſeu Chronicon Hebræorum majus & minus p. 55. & 105. edit. Cl. Meyeri ſub Manaſſe collocat, quod idem traditur in הלכות גדולות & alias. Auctor libri *Juchaſin* pag. 12. a Micha traditionem eum vult accepiſſe. *Abarbanel* in catalogo Regum Judæ & Iſraëlis, qui in commentario ejus exſtat, Joelem itidem ad Manaſſis tempora refert, ſed in præf. ad XII. Prophetas & ad ipſius Joelis I. 1. eum Hoſeæ facit æqualem, & ante Amoſum Prophetæ officio defunctum ſtatuit, ita tamen, ut Manaſſis quoque tempora attigiſſe eum exiſtimet. Vide ſententiam ejus expoſitam a Cl. *Meyero* in notis ad Seder Olam p. 995. Argumentum, cui ſententiam hanc ſuam ſuperſtruxit, ſtolidum & ineptum viſum eſt *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. p. 422. quod multi, credo, non diffitebuntur, qui tamen ipſam opinionem propterea non contemnendam putabunt, inprimis poſtquam idoneis & pluribus eam rationibus ſtabilivit doctiſſimus *Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ p. 35. & in Prolegomenis ad commentarium in Jeſaiam p. 5. ubi his potiſſimum utitur verbis, ad probandum, Joelem Amoſo priorem vaticinatum eſſe: „*Implementum prophetiæ Joelis de locuſtis, quarum tamen myſticam contemplationem non ſperno, demonſtravit Amoſus* IV. 9. *& quod apud eundem prophetam legitur* V. 18. Væ „expetentibus diem Jehovæ *perſvaſum habeo, objectum a Propheta eſſe hominibus profanis, qui Joelis vaticinium de magno & illuſtri die Jehovæ cum contemtu & irriſione exceperant.*" Acceſſit non ita pridem ad Vitringæ partes doctiſſimus *Buddeus* in Hiſtoria Eccleſiaſt. V. T. Tom. II. p. 597. ſeq. qui & ad Huetii exceptiones ſtrictim reſpondet. Confer Rev. *I. H. Michaelis* præfat. ad Joelis Prophetiam in Bibliis Hebr. Halenſibus obviam. Abit ab his longius Cl. *Herm. von der Hardt*, qui in Hoſea antiquitati reſtituto p. 56. ipſo Jeremia & Habacuco poſteriorem facit noſtrum, eumque ſub Joſia,

*ſterum ſuis miſericordiam præſtare velle.* Malim ego pro nomine ex duobus compoſito habere, ut idem ſit, quod יהוה אל i. e. *Dominus eſt Deus.* Lege *Hilleri* Onomaſticon Sacrum p. 568. & Cl. *Michaelis* in præfat. ad Joëlem in Bibl. Hebr. Halenſ.

Joſia, non florente, ſed afflicto in publicum proceſſiſſe opinatur. Quod ipſum quoque in notis ſuis hinc inde reſpexit, cum quibus *Tres primas Joelis Elegias Sacras* edidit Helmſtad. an. 1706. 8. Sed non magis, ſi quid video, hæc hypotheſis ſe approbabit, quam illa ejusdem, cui ornandæ totam illam commentationem in publicum protuliſſe videtur. Exiſtimat enim, & vocibus ſingulis ad metri rationes revocatis oſtendere conatur, illas, quas vocat, elegias ligata oratione, & quidem Jambis, nunc tetrametris, nunc hexametris, conſignatas eſſe. Idem totum libellum in ſex diſpeſcit elegias, quas intra viginti annos, ſub Joſia, Joas, Jojakimo, Jojachino & Zedekia exaratas putat: primam quidem anno regni Joſiæ 20. in diram ſiccitatem, alteram in eandem calamitatem longius protractam, tertiam in augurium proximæ per Babylonios obſidionis & deditionis Hieroſolymorum ex inſectorum copia captum &c.

Canonicum eſſe librum & a Joele omnino profectum diſerta nominis ejus appellatio Act. II. 16. ſeqq. facta evincit, quem locum cum Joëlis II. diligenter & erudite confert Cl. *Surenbuſius* in libro *καταλλαγῆς* pag. 387. De aliis nonnullis capitibus ad Joëlem pertinentibus ex Abarbanelis commentario exponit Clar. *Meyerus* in notis ad Seder Olam pag. 995. ſqq.

V. AMOS, ab *onere* (r) in quo denunciando prophetiæ ejus frequentes ſunt, appellatus, a Patre Jeſaiæ *ὁμωνύμῳ* probe diſtingvendus, patria Thekoenſis, ex armentario ſeu pecuario divinus Propheta conſtitutus eſt. Vide *Sam. Bocharti* Hierozoicon Part. I. p. 442. ubi erudite illuſtratur Amoſi VII. 14. quo commate Amos ſe appellat בוקר ובולס שקמים. Quem nunc occupat locum in Codice Hebræo, is ipſi adjudicatur quoque in Bava Bathra f. 14. & a LXX. Interpretibus, in editionibus recentioribus. Quod vero *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 426. affirmat, Græcos Interpretes Hoſeæ libro hunc Amoſi adjunxiſſe, id de antiquioribus editionibus eſt intelligendum. Recte Amoſi nomen præferre hanc prophetiam ipſius, qui de ſe ipſe loquitur frequenter, & inprimis c. 7. aſſertio evincit. Nec deeſt ipſi antiquitatis teſtimonium, quod



(r) Amos proprie *oneratum* ſignificat, judice *Hillero* p. 743. Onomaſtici Sac. Abarbaneli ita dictus videtur מפני שהיה עלג ועמוס שפתים i. e. *quia balbus fuit & gravis labiis.* Lege ejus præf. in comm. ſuper Ezechielem & adde ויקרא רבא ſect. 12. *Loquacem* aut *irritatorem* vertit *Procopius* p. 495. in Octateuchum, neſcio quo argumento inductus.

quod Tobiæ liber c. VIII. 1. 2. perhibet, oraculum quoddam egregium ex Amoſi VIII. 10. recitans. Eundem imitari viſi quibusdam ſunt alii divini Prophetæ, uſurpatis ejus phraſibus, in exordio obviis, nominatim Jeremias XXV. 30. & alias, ceu obſervavit *Huetius* in Demonſtr. Evangel. p. 426. qui idem a Joele obſervatum putat. Enimvero, ut ego convenientiam hanc ejusdem, qui utrumque agebat, Spiritus impulſui potius, quam quæſitæ cuidam imitationi tribuere malim; ita Joëlem imitatorem Amoſi eſſe non potuiſſe affirmabunt, qui hunc illo poſteriorem credunt. Interim eſt, quod mireris, *Hobbeſium* c. 33. Leviathanis ſcribere potuiſſe: *Liber Amos prophetia ipſius eſt; an tamen ab eo ſcriptus ſit, non apparet.*

Tempus vaticinii Amoſi, ſecundum I. 2. incidit in regnum Jeroboami Regis Iſraëlitarum, & Uſiæ Regis Judæorum, ita quidem, ut celebrem quendam terræ motum biennio præverterit. Eum vero terræ motum contigiſſe credunt Judæi eo tempore, quo Uſias Pontificalem dignitatem uſurpare præter fas cœpit, quod ipſum anno 27. regni ejus factum putant, approbatores nacti Joſephum & Hieronymum, cum quibus etiam facit Menochius, aliis, ut Saliano, Torniello & Tirino ad annum imperii 25. referentibus. Confer Cl. *Jo. Meyeri* notas ad Seder Olam pag. 959. ſqq. Cum vero ille computus incertus ſit, nihil hic pro certo definiri poteſt, niſi id, quod Jeroboamo adhuc vivo Prophetam egerit, deinde vero, quod non ultra Uſiæ tempora perrexerit, cum nullius præterea Regis mentio fiat. Interim non videtur improbabilis Cl. *Hardtii* conjectura in *Hoſea hiſtoriæ & antiquitati reddito* p. 55. ſtatuentis, Amoſum jam ſenem, inclinante Jeroboami regno poſt longi, ex Ieroboami interminatione, ſilentii intervallum animo ſumto, ad ſcribendum converſum eſſe in Samariæ & regni Iſraëlitici panolethriam imminentem anno Jeroboami 40. biennio ante illius obitum ac Hieroſolymitanum ex Uſſia tumultum. Hoſeam addit valde juvenem & quidem quatuor annis priorem Amoſo ſcribere quidem cœpiſſe, ſed poſt eum longius vaticinium ſuum & ætatem, cum iſte quidem biennio prophetias ſuas abſolverit, protuliſſe, ut proinde ratione temporis & obitus Amos eo prior ſit collocandus. Confer in eandem fere ſententiam doctiſſimum *Campeg. Vitringam* in prolegom. ad commentar. in Jeſaiam pag. 4.

VI. OBADIAS, עֹבַדְיָה i. e. *ſervus Dei* Hebræis, Græcis Ὀβδιάς, Latinis

Latinis *Obadja* vel *Obadias* vel *Abdias* appellatus, confundi minime debet cum præfecto illo in aula Regis Achabi, de quo 1 Regg. 18. aut altero ὁμωνύμῳ 2 Chronic. XXXIV. Prius placuit etiam Hebræis quibusdam in cap. IV. *Sanhedrin* & *Tanchuma*, quos ſecuti ſunt ex recentioribus R. *Salomon Iſaacides* & R. *David Kimchi* in commentariorum ſuorum limine, tum vero, qui ad eosdem provocat, *Abendana* in Spicilegio ad Michlal Jophi, & *Abarbanel* ad v. 1. qui ſimul confutare conatur *Aben Eſram*, auctoritatem majorum hic negligentem, ideo, quod Obadja ille 1 Regg. 18. non Propheta, ſed timens Dei appelletur. Abarbaneli vero reſpondit B. *Aug. Pfeiferus* in Tractatu Philologico Anti-Rabbin. ſeu examine commentarii Abarbanelis in Obadiam p. 1094. Operum Philologicorum (s). Nullum ſane hujus ſententiæ aliud fundamentum præſtructum videtur, quam nominis convenientia, qua nihil infirmius eſſe recte judicat in hac cauſa *Huetius*. Non tutius iisdem Judæis credideris, Obadjam fuiſſe Idumæum, & quidem ex poſteris Eliphaſi, quem Sacer Codex inter Jobi familiares memorat. Provocat & hic conſentiens Abarbanel ad majorum placita, ſpeciatimque locum ex cap. IV. Sanhedrin, ubi diſerte affirmatur, quod Obadja fuerit proſelytus ex Idumæis. Non alia opinionis hujus ratio videtur fuiſſe, quam quod in Edom tota Obadjæ prophetia invehatur, unde eodem in loco Sanhedrin memoratur proverbium hinc ortum: *Ex qua eſt, in eandem ſylvam ſecuris redit.* Recte autem Hebræis in re incerta certis, & majorum traditionem loco argumentorum proferentibus, objicitur regula, ipſis eorum doctoribus familiaris: *Cujuscunque Prophetæ indicatur nomen & non item civitas, is Hieroſolymitanus eſt.* Lege de hoc canone *Vorſtium* ad Maimonidæ conſtitutiones de fundamento Legis p. 148. Rectius forte pro *Sichemita* habendum cenſuerunt *Pſeudo-Epiphanius* & *Dorotheus*.

*Ordo*, quo in Codice Hebræo exſtat, obſervatur etiam a LXX. Intt. & Talmudicis in Bava Bathra fol. 14. Alium autem ipſi deberi, nemo facile certo dixerit, cum ætas ejus admodum ſit obſcura, utpote ipſius verbis non definita. Hinc *Herm. Witſius* in Miſcellan. Sacris lib. I. p. 138. ætatem ejus prorſus ait eſſe ἄδηλον. Alii *Hoſeæ*, *Joelis* & *Amoſi* æqualem faciunt, adducti forte Hieronymi auctoritate, qui in prologo in XII. Prophetas ex Hebræorum quadam regula de Obadiæ ætate judicat, ea

 ſcili-

(s) Adde B. *Seb. Schmidium* in Comment. ad libros Regum p. 115. & Cl. *Jo. Möllerum* in Homonymoſcopia Sect. II. c. 1. p. 119. ſqq.

ſcilicet, *quod in quorum titulo tempus non præfertur, illi ſub illis Regibus prophetarint, ſub quibus præcedens.* Sed illa regula, ſi quidem in ſe vera foret, præſtrueret, eo ordine hodie exſtare Prophetas diſpoſitos, quo inde a prima collectione collocati fuerunt, quod diffuſæ dubiæque diſputationi obnoxium eſſe apparet. Sub Achaſo vixiſſe vult Cl. *Campeg. Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ p. 37. argumentumque prophetiæ deſumtum putat ex hiſtoria 2 Chronic. XXVIII. 6. ſqq. *Quo enim*, inquit is, *tempore Rezin Syriæ & Peka, Ephraimi, Reges conſilium inierant de exſcindendo Regno & partienda inter ſe terra Judææ* Jeſ. VII. 6. *projecta in Hieroſolymam ſorte* (Obadiæ v. 11.) *& fuſus erat Achaſi exercitus, junxerant ſe Idumæi hoſtibus Judæorum, eandemque quoque ipſi captarunt occaſionem Judææ a meridionali parte invadendæ, ſpoliandæ, & urbium ejus occupandarum.* Enimvero cum urbs Hieroſolyma repetitis vicibus illam, quæ v. 11. deſcribitur, ſortem ſit experta, nec ex verbis Obadjæ certum judicium, quo illa expugnatio pertineat, formari poſſit, malim hic ἐν ἐποχῇ acquieſcere, vel certe illam Vitringæ ſententiam amplecti, quæ etiam ſe antea probavit *Huetio* in Demonſtrat. Evangelica, & ex noſtratibus *Jo. Franc. Buddeo* in Hiſtoria Eccleſiaſt. V. T. Tom. II. pag. 606. Jeremia certe antiquior eſt, ſi credimus Huetio l. c. ſuſpicanti, quod Jeremias hinc inde phraſes & vaticinia Obadiæ referat, quam in rem varia capitis XLIX. loca non inconcinne urget. Et veri quoque hoc ſimile viſum eſt Hieronymo in comment. ad cap. I. profitenti, *excepto ordine commutato & aliis, quæ videntur diſcrepare, magnam partem Abdiæ in Jeremiæ volumine contineri.* Ego quidem idem hic repetendum putem, quod antea de Amoſo obſervavi, convenientiam hanc non imitandi ſtudio, ſed Spiritui divino, in utroque eodem modo ſe exſerenti, tribuendam eſſe. Interim id ſaltem hinc conſequitur, de *divina* Prophetæ hujus *auctoritate* dubitari non poſſe, qui tam manifeſta Spiritus ſtylique & characteris Prophetici argumenta exhibeat.

In Idumæos inprimis calamum ſtrinxiſſe Obadjam ipſa voluminis inſpectio oſtendit. Concione vero ejus peſſime abutuntur Judæi, ac potiſſimum Abarbanel in commentario ſuo, quando per Idumæos (t) Chriſtianos intelligendos, illisque eas, quæ ibi nunciantur, pœnas exſpe-

(t) Per אדום & מלכות אדום imperium Romanum, & generatim Chriſtianos a Judæis intelligi evincit nubes locorum, quæ ex ſcriptis eorum attulerunt varii a Cl. *Jo. Jac. Schudtio* in Judæo Chriſticida p. 116. & 117. laudati. Unus inſtar omnium hic

ſpectandas eſſe pronunciat. In qua aſſertione infamis odii calumniæq; multum, veritatis autem nec micam deprehendi pridem monuit B. *Pfeiferus* in laudato commentarii Abarbanelis examine, quod ipſum plura de nonnullis huc pertinentibus ſuppeditabit.

In Galilæa Superiore & quidem in monte Gaaſch valde excelſo divinum Vatem ſepultum eſſe credat, qui volet. Tradit id R. Petachja in Itinerario ſuo p. 195. והר געש גבוה מאד ובהר געש קבור עובדיה : Ad vaticinium noſtri illuſtrandum nonnulla attulit Cl. *Hardtius* in *Siphara Babylonia*, qui tractatus Helmſtad. 1708. 8. editus inprimis pertinet ad explicandum comma viceſimum.

VII. JONAS, Hebræis יוֹנָה, Græcis Ἰωνᾶς, ratione originis ex plerorumque ſententia ab *oppreſſione* appellatus, vel, quod aliis placet, bono omine *columbæ* (u) ſignificatum præferens, Patrem habuit *Amathi*, patriam vero *Gat Hachepher*, vicum Galilææ in tribu Sabulon, quod utrumque patet ex 2 Regg. XIV. 25. comparato Joſuæ XIX. 13. conf. Cl. Hardtii programma, Helmſtad. 1719. 4. editum, quo Jonam una cum Elia, Eliſa, Amoſo, Hoſea & Nahum Galilææ vindicavit. Errant itaque ex Chriſtianis Doctoribus antiquis *Pſeudo-Epiphanius*, *Dorotheus*, *Theodoretus* & *Rupertus*, qui *Gath* Philiſtæorum hic intelligunt; ſicut inter Judæos hallucinatur *Abarbanel* præ nimio acumine, quando Jonam filium *Amitthai* non tam a patre, quam a veritate, quæ Hebræis אמת dicitur, prædictionum voca-



hic fuerit *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto Part. I. p. 745. ſqq. Calumniam hanc amoliti ſunt præter Pfeiferum l. c. *Laur. Normannus* in Diſſert. ſingulari, Upſal. 1688. 8. vulgata, & *Matthias Frid. Beckius* in 2. Exercitatt. adverſus Iſaac Abarbanelem de nomine Edom, Jen. 1673. & 1674. Confer B. *Carpzovium* ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 50. *Hackſpanium* in Expoſit. Cabbalæ Judaicæ §. 129. *Hoornbeeckium* de convertendis Judæis p. 177. & *Coccejum* ad Sanhedrin p. 373.

(u) Utramque ſane notionem radix Hebræa admittit. Addit vero tertiam Cl. *Hillerus* in Onomaſtico Sacro pag. 429. qui derivari quoque poſſe cenſet nomen hoc a radice יאה i. e. *pulcher fuit*. Hinc enim primum יאונה tum per Syncopen יונה dici poſſe arbitratur. Malim ego in *oppreſſionis* ſignificatu acquieſcere cum *Guſtavo Peringero* in diſſert. de Jonæ קיקיון mantiſſa I. B. *Aug. Pfeiferus* ad *columbam* reſpexiſſe putat Parentes in nomine hoc boni ominis cauſa imponendo. Vide commentar. ejus ad Jonam §. 1. Veteres, teſte *Heſychio*, interpretati ſunt per ὑψίςῳ πονῦντος, i. e. *Supremo* (ſc. Deo) *laborante*, ideo, ut puto, quod vocem ex nomine יהוה & alia, neſcio qua, (forte ינה) compoſitam eſſe crediderunt. Grotii, ex יון i. e. ἰών, quaſi Græcanicus fuerit, derivantis ſententiam non vidi cuiquam adprobari.

vocatum cenſet. Quod argumentum debere is ex parte videtur majoribus ſuis, qui, teſte *Hieronymo* & *Iſidoro*, eum viduæ Sareptanæ filium eſſe judicarunt, quoniam illa dixit: *in ore tuo veritas* אמת *eſt*, quæ ipſa locutio eum filium אמתי dici fecerit. Sed ut ipſa temporis diſcrepantia id quidem refellit, ita patria in Sacro Codice non Sarepta, quæ eſt Sidoniorum, ſed Gat Chepher appellatur, quemadmodum Jonas ipſe ſe Hebræum vocat cap. I. 9. qualis haberi non poterat ex femina gentili ſcilicet oriundus. Alia, quæ Judæi de parentibus & patria Jonæ tradiderunt, lege apud *Abarbanelem* in comment. ad 2 Regg. VIII. 9. & inde in Cl. *Ioh. Meyeri* Annotationibus ad Seder Olam p. 933.

*Ordine* eo, quo in Codice Hebræo hodie conſpicitur, idem comparet in Bava Bathra fol. 14. & in LXX. Interpretibus editionum recentiorum. Alius vero locus ipſi aſſignandus erat, ſi temporis, quo vatem divinum egit, ratio haberi debuiſſet. Id quidem adeo removent a ceteris Prophetis Judæi, ut exiſtiment, Jonam ſub Rege Jehu floruiſſe, eumque ad Regiam dignitatem ſuſcepta ſacra oratione inauguraſſe. *Filium* enim *Prophetarum*, quem Eliſa huic negotio adhibuiſſe legitur 2 Regg. IX. 1. noſtrum eſſe credidit auctor *Seder Olam Rabba* pag. 47. edit. Meyerianæ, quem ſeqvuntur R. *Salomo Iſaacides*, *Kimchi* & *Abarbanel* in commentariis ſuis ad 2 Regg. IX. 1. tum vero *Ganzius* in Zemach David ad A. M. 3055. Quod ipſum cum mera conjectura abſolvatur, ſatius eſt in eo acquieſcere, ut dicamus, Prophetam hunc floruiſſe tempore Jeroboami II. vel etiam extremis Joaſi, Patris ejus, annis, id quod clariſſime ex 2 Regg. XIV. 25. liquere ſcribit *Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ pag. 33. Ibi enim dicitur Propheta pronunciaſſe reſtitutionem finium terræ Iſraëliticæ, per Jeroboamum, Joaſi filium, factam, quod vel ante faſces ab eo ſuſceptos, vel tunc, cum eos teneret, prædictum eſſe veri ſit ſimile. Confer in eandem ſententiam *Scaligeri* Animadverſiones ad Euſebium f. 68. B. *Aug. Pfeiferum* in Obadia pag. 18. & in Prolegomenis ad Jonam, & *Herm. Witſium* in Miſcellan. Sacris lib. I. p. 172. Preſſius ſcriptionem Prophetiæ ejus definit Cl. *Hardtius* in Hoſea hiſtoriæ & antiquitati reddito diſſ. VI. pag. 54. *Libros enim ejus ſuperſtites contextos eſſe circa Jubilæum anno Jeroboami 19.* (x) *Uſſia quarto veriſimile eſſe ait, cum Propheta ſolennia illa tempora, in maximis populi congreſſibus, ad dicendum*

(x) Legendum videtur 29. vel 31. quia Uſias anno Jeroboami 27. demum Rex conſtitutus eſſe dicitur 2 Regg. XV. 1.

Digitized by Google

*cendum & ſcribendum obſervarent.* Addit idem paulo poſt, eum cæteris Prophetis omnibus priorem primum Iſraëliticæ gentis exilium præfiguraſſe, quod Amos & Hoſeas & reliqui mox omnes apertius pronunciarint & confirmarint. Conf. ejusdem diſſertatio, quam inſcripſit Hiſtoriam lumen fontium Hebraicorum in quæſtione Chronolog. de ætate Jonæ, Helmſtad. 1719. 4.

VIII. Librum ipſum recte Jonæ nomen repræſentare diſerta ejus, ut Prophetæ, appellatio, aliquoties in N. T. repetita, v. c. Matth. XII. 39. ſeqq. XVI. v. 4. & Luc. XI. v. 30. commonſtrat, ut antiquum Eccleſiæ Judaicæ teſtimonium ex Tob. XIV. 5. 6. & tertio Maccabæorum libro omittam, quod in hanc cauſam urſit *Huetius* in Demonſtr. Evangel. Propoſ. IV. qui ibidem nonnulla Jonæ fatorumque ejus veſtigia in Græcorum de Hercule aliisque fabulis obſervaſſe ſibi viſus eſt. Quæ quidem, quamvis obſcura nonnullis habita ſint, & longius petita, recte tamen ab antiquis Eccleſiæ Doctoribus, nominatim *Theophylacto* cap. II. in Jonam eo fine illa Græcorum commenta adhibentur, ut appareat, præter rem ea illos in Sacro Codice damnare & averſari, quæ ipſi in ſuis ut fide digna recipiunt & amplectuntur. Confer interim *Gerh. Ioh. Voſſium* de origine & progreſſu idololatriæ lib. II. c. 15. *Pet. Bælium* Dictionarii Hiſtorico Critici Tom. II. pag. 1651. *Mart. Lipenium* in Periplo thalaſſio Jonæ, *Hugon. Grotium* in notis ad lib. de Veritate Religionis Chriſtianæ, *Ramireſium de Prado* in Pentecontarcho cap. 45. *Huetium* in Alnetanis Quæſt. & *Barthium* ad Æneam Gazæum p. 123. Ceterum ſunt quædam in Jonæ prophetia, quæ tum Judæis tum Chriſtianis ſcrutinii accuratioris materiam ſuppeditarunt. Ita Iudæi curioſe inquiſiverunt, quæ cauſa ſit, cur Deus Ninivitis, hominibus gentilibus, Prophetam miſerit, quæ alias populi Iudaici prærogativa fuerit; nec non, quid tandem Ionam ad fugam ſuſcipiendam adduxerit. Diſputant de hoc argumento *Kimchi* & *Abarbanel* in commentariis ſuis, quorum cogitata in ſummam contulit Cl. *Meyerus* in Annotationibus ſuis ad Seder Olam p. 1010. ſqq. Quibus commentis iidem miraculum ſervati in piſce Ionæ per ſe ſatis illuſtre illuſtrius ſuo judicio reddere, vel potius deprimere, & multis cavillatoribus ridendi occaſionem præbere conati ſint, intelligi poterit ex ſingulari libro *Lipenii* modo laudato, Dictionario *Bælii* l. c. & *Io. Henr. Otthonis* Lexico Philolog. pag. 285. ſq. Iudæos hæc omnia & alia ejus generis non ad literam intelligi voluiſſe, ſed ænigmatibus eſſe uſos, is crediderit cum Cl. *Hardtio* in commentatione de Hiſtoria Lumine Fontium Hebr. in

in Quæſt. Chronolog. de ætate Jonæ, Helmſtad. 1719. edita, qui dubitat, in Iudæos ineptias cadere poſſe. Mirandum certe non erat, ſi gentiles Scriptores, ſiquidem hæc fabularum Iudaicarum aſſumenta legiſſent, totam rem in dubium vocaſſent, quod de Porphyrio aliisque nonnullis conſtat, quibus omnino addendus eſt Lucianus, qui in tract. de vera hiſtoria refert, ſe in cetum, 1500. ſtadia mole ſua æquantem, incidiſſe, atque una cum mari & ſociis a balæna abſorptum in eadem per integrum annum & octo menſes delituiſſe, eo, ut apparet, conſilio, ut ſolemni more ſacras literas, in quibus Ionæ fata legerat, non obſcure rideret. Sed illis quidem cavillationibus ex priſtinis Eccleſiæ Doctoribus occurrit non unus, nominatim vero *Auguſtinus*, in epiſt. XLIX. ex recentioribus vero B. *Ioh. Georgius Neumannus* in Programmate ſingulari de miraculo Ionæ ab Empæctis vindicato, quod inter reliqua ejus Programmata legitur p. 60. Incredulis animis obicem hic quoque poſuerunt illi, qui, cujus generis piſcis fuerit Ionæ ſepulchrum, enarrare inſtituerunt. Qua in re *Sam. Bochartus* præ ceteris induſtriam ſuam exercuit Parte II. Hierozoici lib. V. cap. 12. qui non balænam ſed canem carchariam Ionam devoraſſe autumat. Approbatores ſententiæ is habuit *Rondeletium* & *Bernh. Lamy* in Introduct. ad Scripturam Sacr. lib. 3. cap. 2. adverſarium nactus *Io. Brunsmannum* in diſſertatione ſingulari, Ienæ 1687. 8. edita, & *Sigiſmundum Auguſtum Pfeiferum* in diſſertat. Lubecæ 1697. vulgata, ubi argumenta B. *Franc. Chriſtiani Paulini*, qui pro Bocharti ſententia in *Deliciis ſuis tempus fallentibus* ſect. XX. pugnaverat, ad examen revocantur. Adde de tota hac cauſa *Iſaacum Jaquelotum* de exiſtentia Dei pag. 674. Alii aliam viam ingreſſi ſunt, & rem iſtam non vere accidiſſe, ſed potius in viſione & ſomnio Prophetico repræſentatam fuiſſe aſſeverarunt, inter quos noſtra ætate numerari voluit *Hardtius*, ceu apparet ex *Jona in Carcharia* & Programmate ejus *de rebus Jonæ*, Helmſt. 1719. in prioris ſcripti vindicias edito. Sed hæc quidem interpretatio non magis ſe probabit cordatis judicibus, quam plures aliæ Viri, cætera doctiſſimi, expoſitiones vel potius detorſiones miraculorum in res mere naturales ſeu imaginarias. Huic inprimis conatui ſe maſcule oppoſuit Rev. *Sigiſmundus Beerman*, Paſtor Wolfenbüttel. partim in epiſtola ad amicum, qua Hardtii *Jonas in Carcharia* examinatur, Wolfenbüttelæ 1719. in 8. partim in diſſertatione epiſtolica, Programmati modo laudato oppoſita, ibidem 1719. 8. Et vel ſic tamen *Hardtius* ſuam ornare ſententiam perrexit tum in *Ænigmatibus Jonæ*, tum in *Evangelica rei integritate in negotio Io-*

næ

*na declarata*, tum in *hiſtoria, lumine Fontium Hebraicorum de ætate Ionæ*, tum in *Arione Citharœdo a Delphino in mari ſervato*, tractatibus eodem anno 1719. editis; inprimis vero in opuſculo Germanico, quod *Lucem Ionæ* inſcripſit, Helmſtad. 1720. 8. ut alia ejusdem omittam.

De aliis Prophetiæ hujus momentis difficilioribus v. c. de קִיקָיוֹן (y) &c. non attinet hic dicere. Pleraque eorum erudite excuſſit B. *Auguſtus Pfeiferus* in Prælectionibus ſuis in Prophetiam Jonæ, Wittebergæ primum in 8. editis, ac deinde in Operibus ejus Philologg. recuſis. His adde *Io. Leusdenii* Jonam cum commentariis Rabbinorum editum, & notulis illuſtratum. Sunt & qui quædam ὕστερα πρότερα in hac Prophetia obſervarunt. Vide inprimis Cl. *Jo. Clericum* Tom. X. Bibliothecæ Univerſalis pag. 162. ſqq.

IX. Præter librum illum, de quo diximus, vaticinium quoddam ejus memoratur 2 Regg. XIV. 25. Illud exſtitiſſe aliquando & deinde periiſſe ſtatuit ex Judæis *Kimchi* in commentario ad h. l. Idem affirmat *Claud. Fraſſenius* in Disquiſitionibus Biblicis p. 612. *Huetius* in Demonſtr. Evangel. & alii plures. Sed ut nullo argumento conſtat, illam imminentis felicitatis prænunciationem, Jeroboamo factam, literis unquam conſignatam fuiſſe; ita multo minus evincetur, eam, ſi ſcripta fuerit, in canonem receptam eſſe. In Alcorano legitur precatio, quam Ionas in piſcis ventre pronunciaverit, diſtincta ab ea, quæ hodie in Sacro Codice deprehenditur. Eam omnium precum præſtantiſſimam & efficaciſſimam judicant Muhammedani, teſte *Barthol. Herbeloto* in Bibliotheca Orientali p. 495.

Quousque ætatem produxerit Jonas, temerarium fuerit, Scriptura tacente, definire. Judæorum judicio inter maxime longævos numerandus erat. Inter eos enim plerique, & ipſe Abarbanel, eum, quod ſupra monuimus, ſub Jehu Rege vixiſſe, & ſub Zacharia, filio Jeroboami, adhuc Prophetam egiſſe volunt, quod patet ex catalogo Regum

Z Judæ

(y) De ricino accepit *Bochartus* Part. II. Hierozoici p. 623. quam in ſententiam ſingularis ejusdem epiſtola exſtat Tomo II. Operum. Aliorum opiniones recenſet *Andr. Mullerus* in Gloſſario Sacro p. 89. qui Ægyptiacam credit vocem *Kiki*, ex qua addita terminatione Græca, exortum ſit κίκιον, quod punctatores deinde expreſſerint per קִיקָיוֹן. Idem ante eum veriſimile viſum eſt *Scaligero* ep. 232. & poſtea *Guſtavo Peringero* in diſſert. ſingulari pag. 19. ſqq. Vide præterea *Joh. Morini* Exercitatt. Biblic. lib. I. Exercit. VI. pag. 135.

Judæ & Iſraelis, prout eum ex Abarbanelis conſignatione refert Cl. *Meyerus* in Annotatt. ad Seder Olam p. 627. Quod ubi admiſeris, centum & amplius annorum ætatem aſſecutus credi debebat. Sepulchrum ejus in Galilæa Superiori vidiſſe ſe refert R. *Petachja* in Itinerario apud *Wagenſeilium* in Exercitationibus varii argumenti p. 196. Fabricam illi elegantem impoſitam eſſe tradit, pone quam hortus ſit omnis generis fructibus refertus. Ejus autem horti cuſtodem agere hominem non Judæum, qui ſui ſimilibus, h. e. infidelibus, nihil horum fructuum largiatur, liberaliter vero & perhumaniter exhibeat Iudæis, tanquam fidei gentisque ſociis. Zipporiæ ſibi in monte ſepulchrum Ionæ viſum ſcribit *Benjamin* in Itinerar. pag. 51. Auctor autem Genealogiæ Patriarcharum apud *Hottingerum* in Cippis Hebr. p. 74. vicum *Cana*, & quidem in vertice montis in templo gentium pulchro fornice exhibere illud teſtatur. Sed illa quidem non magis vera videntur, quam quæ *Simon* in Dictionario Bibl. pag. 433. neſcio quo auctore refert, Turcas ſcilicet in exiguo quodam vico Moſcheam quandam ſeu ædiculam nomini Ionæ dedicaſſe, quæ illuſtris ſit lampade perpetua ardente, quamvis nec oleum nec ullum aliud liquoris genus adfundatur.

X. Proximus huic & a latere hæret מִיכָה, nomine obſcuræ & dubiæ notionis (z), quod Græci Μιχαίας, Latini autem ad Hebræorum exemplum *Micha*, vel ad Græcorum *Michaeas* efferunt. A patria ſe ipſum vocat מורשתי *Moraſchtiten*, a *Moreſcheth* viculo quodam alias ignobili, de quo Hieronymus & Euſebius in Locis Hebraicis legantur. Locum eundem Talmudici ipſi aſſignant in Bava Bathra, alium vero editiones τῶν LXX. antiquiores, in quibus tertium inter Prophetas minores habet a primo. Quoad temporis rationes Hoſeæ & Ieſaiæ æqualis eſt, utroque tamen nonnihil inferior, quod commate primo indicatur, quando ſub Jothamo, Achaſo & Hiskia, Judæ Regibus, prophetaſſe dicitur. Itaque neceſſe eſt, eo vaticinium ſuſcipiente, jam exſtitiſſe aliquas Jeſaiæ prophetias, quippe quem extremis Uſiæ annis hoc munere jam functum, ſupra oſtendimus. Hinc ſimul patet, unde tanta inter utriusque

(z) Abarbanel dictum putat quaſi מי כהשם i. e. *quis eſt ſicut Deus?* addita hac impoſiti nominis ratione, quod varia oracula de Dei potentia ediderit. Vide ejus præfat. ad comment. in Ezechielem. *Depreſſionem* nomine hoc inferri ſtatuit *Hillerus* pag. 884. Onomaſtici Sacri, a qua interpretatione alieni non ſunt, qui per *pauperem* aut *humilem* cum *Leusdenio* in Onomaſt. S. explicant. Alias etymologias prætereo.

Digitized by Google

triusque prophetias etiam, quod ad loquendi rationes, conſenſio ſit, quæ inprimis ex comparatis Jeſ. II. 2. & Mich. IV. 1. locis manifeſta eſt. Conf. Celeberr. *Jo. Franc. Buddei* Hiſtoriam Eccleſiaſt. V. T. Tom. II. pag. 602. Recte itaque *Seder Olam* p. 52. ex eo, quod *Jothami* demum diebus (adeoque non Uſiæ) verbum Domini ad Micham factum eſſe dicitur, colligit, שכולן קדמו ארת מיכה i. e. *quod omnes* (ſcilicet antea in Seder Olam laudati, Hoſeas, Jeſaias & Amos) *antecesſerint Micham*.

Recte librum hunc Prophetæ tribui, teſtimonio Jeremiæ ad ipſum cap. XXVI. 18. diſerte provocantis, tanquam certiſſimo argumento conſtat, ut de Zephanjæ & Ezechielis locis non dicam, quæ Michæ nonnullis affinia judicavit Huetius. Judaicæ quoque Eccleſiæ ſuffragium in N. T. acceſſit. Hic enim eſt, ad cujus illuſtre vaticinium de patria Meſſiæ provocabant Judæorum doctores Matth. II. 4. Fata ejus mitiora fuerunt, quam multorum Prophetarum, quia acerbiora etiam vaticinia impune pronunciavit, quod non ſine admiratione recitat Jeremias l. c. . Qua ex re intelligitur, quid de commento *Pſeudo-Epiphanii* de Vitis Prophetarum, violenta morte eum periiſſe aſſerentis, habendum ſit. Duas tantum prophetias ad liberationem Judæorum prænunciandam pertinentes affert & hypotheſi ſuæ accommodat Abarbanel in libro משמיע ישועה ſive Præcone ſalutis. Ad gentes omnes vaticinia ejus pertinere, recteque Prophetam catholicum & Jeſaiæ æmulum vocari ſcribit *Claud. Fraſſenius* in Disquiſitt. Biblicis pag. 613.

XI. נחום a *conſolando* dictus, Græcis Ναοὺμ, Latinis *Nahum* vel *Nachum*, multarum inter eruditos diſputationum argumentum fuit. Pater in Scriptura prorſus tacetur, patria vero commemorari nonnullis viſa eſt, aliis diſſentientibus. Nomen enim אלקושי quod ipſi commate primo tribuitur, derivant quidam ab *Elceſi*, viculo quodam, quem Hieronymus de Locis Hebraicis in Galilæam collocat, Pſeudo-Epiphanius vero trans Bethabaram ad tribum Simeon refert. Paraphraſtes Chaldæus האלקושי vertit per מבית קושי i. e. *ex domo ſeu familia Koſchi*, qui proinde patriam hic innui non putavit. Nihilominus tamen R. *Salomon Iſaacides* in commentario ſuo, Paraphraſtæ auctoritate adducta, affirmat אלקש היה שם עירו i. e. *Elkoſch fuit nomen urbis*, *h. e. patria ejus*.

*jus* (a). Kimchius rem in medio relinquit his verbis: וקראו אלקושי מתיחס אל עירו או אל אבותיו: h. e. *& appellat eum* (Scriptura) *Elkoſchi, denominans a patria ejus vel a majoribus ejus.* Diſcedit ab utraque hac interpretatione Abarbanel, nimis hac in parte ingenioſus, quandoquidem pro appellativo habet nomine, quod a radice לקש, quæ *cunctationem* infert, derivandum veniat. *Elkoſchaum* itaque ſeu cunctatorem dici cenſet ideo, quod Nahum in vaticinio, contra Niniven pronunciando, Jona fuerit poſterior. Res ipſa in communi illa ſententia, quæ nomen hoc pro patriæ indicio habet, acquieſcere nos ita jubet, ut ſupervacaneum videatur quidquam de eo monere.

De ætate, qua vixerit, diſſentiunt veteres Eccleſiæ doctores, quorum ſententias collectas vide ab *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. Iudæi ad Manaſſæ Regis tempora referunt, ut auctor Seder Olam p. 55. *Kimchi* item & *Abarbanel* in commentariis. Recentiores tantum non omnes cum doctoribus antiquis plerisque ſub Hiskia vixiſſe autumant, alii quidem ante, alii poſt illuſtrem illam Senacheribi cladem. Prius placuit *Huetio* l. c. & ex noſtratibus B. *Calovio*, ac B. *Majo* in Oeconomia V. T. ſuis locis, tum vero *Gurtlero* in Theolog. Prophetica pag. 122. & *Lightfooto* Tom. I. Opp. p. 109. quibus accedere videtur Rev. *Michaelis* in præf. ad Nahumum, in Bibliis Hebr. Halenſibus obvia, a quo etiam diverſa *Bocharti* ſententia in Geographia Sacra pag. 6. propoſita confutatur. Poſterius magis probat *Campeg. Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ pag. 37. qui inde argumentum prophetiæ putat deſumtum, & captatam occaſionem prædicendi integrum interitum Nini & Regni Aſſyriaci. Conſentit Cl. *Io. Franc. Buddeus* in Hiſtor. Eccleſiaſt. V. T. Tom. II. pag. 603. & *Hermannus Witſius* in Miſcellan. Sacris lib. I. pag. 603. quibus non difficulter me junxerim. Cl. *Hardtius* in Hoſea antiquitati reddito p. 56. ſub Hiskiæ finem, Samaria jam deleta, floruiſſe, & Iudaicæ Reipublicæ terminum indixiſſe cenſet.

Divinam & canonicam libri auctoritatem præter interna reliquisq; ſacris libris communia criteria adſtruit Eccleſiæ Judaicæ & Chriſtianæ teſtimonium univerſale, cui non præter rationem cum Huetio junxeris loca quædam Ezechielis & Habacuci, in quibus ad Nahumi prophetiam phra-

(a) Hinc non video, cur *Heideggerus* pag. 218. Hieromnemonici ſcribat, eum ex ſententia Chaldæi Interpretis & Jarchii Elkoſchitam a familia vocari.

phraſinque reſpici videtur. De aliis nonnullis momentis, Vati noſtro propriis ex Abarbanele potiſſimum differentem lege Cl. *Meyerum* in notis ad Seder Olam pag. 1027. ſqq.

XII. חֲבַקּוּק, ex plerorumque ſententia ab *amplexando* (b), h. e. ſolatiis dulcibus excipiendo dictus, qui Græcis audit Αμβακὰμ; Latinis autem nunc *Abacuc*, nunc *Habacuc*, nunc *Ambacuc*, quod oſtendit *Jo. Druſius* in calce libelli de tetragrammato. Inſolens viſa eſt, nec immerito, Græca nominis ſcriptio per Αμβακὰμ; & Cl. *Clericus* Parte III. Artis Criticæ p. 38. ed. Lipſienſis a linguæ Hebraicæ peritis Prophetæ nomen ita exprimi potuiſſe negat, exiſtimans, τὰς LXX. omnino ſcripſiſſe ΑΒΒΑΚΟΥΚ, ſed tam barbarum nomen, forte nec ſine litura ſcriptum in Archetypo, aut non ſatis eleganter, non adſecutum librarium legiſſe Αμβακὺμ. Quæ conjectura, ſi non fallit, mirum omnino eſt, ſcriptionem hanc tam frequenter & tantum non ſemper in Græcis Codicibus apud Interpretes æque ac Patres obſervari. Interim nec deſunt exempla ſcriptionis per β, quemadmodum *Jo. Bapt. Cotelerius* in notis ad Tom. II. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ teſtatur, ſe inveniſſe Αββακὰμ, Αβακὰμ, Αμβακὰκ in Chryſoſtomo Savilii Tom. V. p. 839. l. 7. & Αββακὰκ in Dorothei doctrina 2. Svidas in Lexico recte judicavit, omnino ſcribendum eſſe per ββ, quamvis ratione innixus prorſus inani, derivandum ſcilicet nomen cenſens ex אבא i. e. pater, & קים ut idem ſit, qui Græce diceretur πατὴρ ἐγέρσεως.

Ætatem ejus in longinquo collocant Hebræi, eum ſatis confidenter filium mulieris Sunamitidis, ab Eliſæo in vitam reductum, renunciantes. Traditur hoc in Paraphraſi Chald. libro Sohar Paraſcha בשלח & repetitur a recentioribus, ipſo quoque Abarbanele in commentario. Quam in rem falſa nominis derivatione utuntur, quærentes eam in verbis Eliſæi 2 Regg. IV. 16. חבקת בן i. e. *amplecteris filium*, ſicut alii eum ita dictum ſtatuunt apud Bartoloccium Tom. II. pag. 825. לפי שנתחבק



(b) B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 1030. per *amplexatorem* ſeu *concionatorem conſolatorium* vertit, quia brachiis quaſi amplectitur & conſolatur Judæos factæ promiſſioni divinæ fortiter innixus. *Amplexum* ſeu חִבּוּק hic innui ſtatuit Abarbanel, ſed alio ſcopo, quia ſcilicet contendat de proſperitate Nebucadnezaris, כאילו היה מתחבק עם השם לריב עמו i. e. *quaſi is eſſet conjunctus cum Deo ad contentionem populi ſui.*

שנתחבק ב׳ פעמים אחד מאמו ואחד מהנביא: *quia bis complexu fruitus eſt, ſemel a matre, & ſemel a Propheta.* Sed & ipſa origo nominis nimis ingenium Rabbinicum ſapit, & temporum rationes nimis repugnant, quam ut in eam ſententiam concedere poſſimus, quæ & a Bartoloccio l. c. exploſa eſt. Quod ad exercitium Prophetici muneris, Judæi proximum illum faciunt Nahumo in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 19. b. ubi ab illo doctrinam accepiſſe dicitur. Sub Manaſſe ſpeciatim Prophetam egiſſe volunt auctor *Seder Olam* p. 55. & *Iuchaſin* p. 12. b. quos & ſequitur Abarbanel. Ignorantiam ſuorum, quod ad ætatem ejus, profitetur *Ganzius* in Zemach David pag. 821. Alii ex recentioribus ad tempora nonnihil inferiora revocant, quæ ſcilicet in Joſiæ vel etiam ipſius Jojakimi imperium incidant. Pro Ioſiæ regimine pugnat *Campeg. Vitringa* in Typo Doctrinæ Propheticæ p. 38. ex eo inprimis, quod ex cap. I. 14. 15. 16. colligitur, regnum Babyloniorum eo tempore, quo Vates adverſus Chaldæos declamavit, jam ſatis confirmatum fuiſſe. Idem tuetur Cl. *Hardtius* in Hoſea antiquitati reddito pag. 56. Iojakimi tempore concionatum ſtatuit *Uſſerius* in Annalibus ad A. M. 3395. verbis Prophetæ cap. I. 5. 6. adductus, qui idem perſuaſit *Heideggero* in Enchiridio Biblico pag. 222. Malim equidem in communiſſima & antiquiſſima ſententia acquieſcere, quæ Manaſſis ætatem cum Prophetæ illa conjungit, quia cum querelis de omnis generis ſordibus, quæ ſub hoc Rege maxime invaluerant, inſecuturas calamitates pronunciat. Vide hanc in rem plura apud *Huetium* & *Aldephonſum de Padilla* in commentario ſuo, tum vero apud *Herm. Witſium* in Miſcellaneis Sacris Tom. I. p. 237. ac Cl. *Io. Franc. Buddeum* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. p. 605. In longum vitæ annos produxiſſe credi debebat, ſi fides habenda foret iis, qui noſtrum hunc Danieli, in leonum foſſam projecto, cibum miniſtraſſe putant. Antiquiſſimus hujus ſententiæ auctor eſt, poſt Scriptorem Apocryphum hiſtoriæ Beli & Draconis, *Joſephus Pſeudo-Gorionides* lib. 1. c. 11. p. 35. edit. Breithauptianæ, qui dum Habacucum Prophetam in terra Judaica Danielis curam in illis anguſtiis levaſſe ſcribit, ſatis, opinor, diſerte hiſtoriam illam de noſtro accipiendam eſſe innuit. Hinc & Pontificiorum plerique Scriptore illo Apocrypho, qui tamen forte nec ipſe de Propheta noſtro, ſed de alio cognomine cogitavit, permoti idem aſſeverant, diſſentiente a ceteris *Huetio* & *Bartoloccio* Tom. II. pag. 826. Refragati autem recte ſunt inter Judæos *Abarbanel* in commentario ſuo apud Cl. *Meyerum* in notis ad Seder Olam pag. 1042. ad nimis longam vitæ ſeriem provo-

cans.

cans. Ex Chriſtianis vero *Seb. Munſterus* in notis ad l. c. qui recte dubium eſſe pronunciat, quis tandem Habacuc hic ſit intelligendus. Facta hic omnia rectius credideris, ideo quod præter hiſtoriam Sacram de tota re prorſus taceat *Joſephus Græcus* lib. X. cap. 11. Antiquitatum. Adde, ſi placet, *Breitbauptii* notas ad Pſeudo-Gorionidem l. c. p. 35.

Recte librum iſtum Habacuci nomen præferre, & ad canonem pertinere inter cetera Judæorum & Chriſtianorum conſenſus, inprimis vero prophetiæ ejus luculenta veſtigia in ſcriptis poſteriorum Prophetarum, ac denique allegatio in Novo Inſtrumento, hinc inde facta, extra dubium ponunt. Ad Habacucum ſane reſpicitur Act. XIII. 40. 41. & Rom. I. 17. Quo compara, quæ curate de utroque loco commentatus eſt Cl. *Guilielmus Surenhuſius* in libro καταλλαγῆς p. 426. & 435.

De hiſtoria *Beli & Draconis*, quam in Græca verſione, tum vero ab Euſebio & Apollinario Habacuco noſtro adſcriptam teſtatur Hieronymus in proœmio commentarii in Danielem, nihil eſt, quod ad refellendam hanc ſententiam afferamus, præter ea quæ ipſe *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 445. hanc in rem monuit. Riſum vero, ſi non potius indignationem merentur, quæ Talmudici in Codice תענית c. 3. p. 23. ad interpretanda Habacuci II. 1. verba de circulo, magico more ducto, fingunt, quamvis digna viſa ſint R. *Salomoni Iſaacide*, quæ ab ipſo in commentario repeterentur.

Plura de divino Vate lege apud *Bollandum* Tomo I. Actorum Sanctorum Januar. p. 994. & B. *Theoph. Spitzelium* in Specimine Biblioth. Univerſalis p. 1. Corpus ejus ſub Theodoſio repertum ſcribit Sozomenus lib. VI. cap. ultimo. Sepulchrum ejus prope *Jakuk* ad viam videri, teſtatur auctor Genealogiæ Juſtorum apud Hottingerum in Cippis Hebraicis pag. 74.

XIII. צְפַנְיָה, a *ſpeculando* vel *abſcondendo* (c) vocatus, Græcis Σοφονίας, Latinis *Zephanja* vel *Sophonias*, quoad parentes & majores ex ipſo primo commate prophetiæ notus eſt, ubi tamen commemoratio Ezechiæ, cujus abnepos ibi renunciatur, diſputandi materiam præbuit, aliis

(c) *Bartoloccius* Tom. IV. Biblioth. Rabb. p. 524. interpretatur: *arcanus Dei*, ſive *ſpeculator Dei*, aut *arcana Dei*. Alii, ut *Hillerus* in Onomaſtico Sac. p. 952. innui cenſent, quod *Deus ſe abſconderit*. Abarbanel vocatum ita putat Prophetam לפי שגלה דברים צפונים ונסתרים i. e. *quia revelavit res abſconditas & occultas*.

aliis ſub hoc nomine Regem Judæorum, aliis alium ipſi cognominem ſignificari exiſtimantibus. Prius ſtatuit *Aben Eſra* in commentario, rem vero in medio relinquit *Kimchius*, ceteri tacent. Probabile idem videtur *Huetio* in Demonſtrat. Evangelica, *nullo* vero *colore* ſe commendavit *Guil. Vorſtio* in notis ad Zemach David p. 242. quia vaticinatus ſit tempore Joſiæ f. Ammon, qui ferme 90. annis poſt Hiskiam regnum acceperit. Alii & nominatim Ribera idem ex eo improbabile reddunt, quia 2 Regg. XX. 21. unus tantum filius, nempe Manaſſes, Ezechiæ tribuatur. Ætas Prophetæ magis in luce verſatur, quam inſcriptio ipſa ad Joſiæ imperium refert, in cujus initia & ante provectum reformationis opus incidere vaticinium ejus videtur poſt Huetium *Witſio* in Miſcellaneis Sacris lib. I. p. 239. ideo quod cap. I. 4. 5. *acriter invehitur in eos, qui adorant in tectis exercitum cœli, & jurant per Jehovam & per Malcam, ac minatur, Deum exciſurum eſſe reſiduum Baalis & nomen poparum cum Sacerdotibus.* Ei ſuffragatur Rever. *Joh. Franc. Buddeus* in Hiſtor. Eccleſiaſt. V. T. pag. 606. Nec diſſentiunt Hebræi, quod inde patet, quia ipſo Jeremia priorem vaticinatum eſſe ſtatuunt. Hinc Maimonides præfat. in comment. ad Miſchnam Jeremiam Zephaniæ facit diſcipulum, & *Schalſcheleth Hakkabbala* fol. 19. b. cum *Juchaſin* fol. 12. b. credi vult, Sophoniam ab Habacuco an. 3280., Jeremiam vero a Sophonia an. 3316. cabbalam atque adeo docendi ordinem accepiſſe. (d) Sed quemadmodum id per temporis rationem admitti non poteſt, ut ſcilicet inter Sophoniæ & Jeremiæ vaticinium 36. anni interjiciantur, quia Jeremias Prophetam agere cœpit anno ætatis Joſiæ 21. (vide Jer. I. 2. & 2 Regg. XXII. 1.) atque adeo Sophonias annis 15. ante natum Joſiam vaticinatus credi debebat; ita alia ſunt in promtu, cur ſtatuamus Sophoniam poſt Jeremiam adeoque extremis Joſiæ annis publice docuiſſe. Hoc manifeſtum videtur eſſe ex animadverſione in filios Regis (בני המלך) quæ legitur cap. I. v. 8. Zephanjæ in ipſos ob veſtium luxum peregrinumque habitum exercita. Jam vero filii Regis, quos nonnulli, neſcio quo argumento, figurato ſenſu de nobilibus & magnatibus interpretantur, tempore vaticinii Jeremiæ vel non nati, vel certe pueri erant, ut proinde caſtigatio hæc in eos cadere non potuerit, niſi prophetia Zephanjæ longius removeatur. Confer

(d) *Kimchi* in limine commentarii ſui ad Zephanjam, quando tres Prophetas tempore Joſiæ vaticinatos refert, memorat primo loco Ieremiam, tum Zephanjam & Chuldam, additque Jeremiam in plateis, Zephanjam in ſcholis docuiſſe.

Digitized by Google

Confer *Jo. Lightfooti* Chronica Temporum Tom. I. Opp. p. 115. & Cl. *Chriſtiani Bened. Michaëlis* diſſert. de Jeremia, Corollar. II. & in præfat. Prophetæ huic in Bibl. Hebræis Halenſibus præmiſſa. Quicquid hujus erit, temeraria eſt *Thomæ Hobbeſii* aſſertio in Leviathane c. 33. contra diſſertum Scripturæ teſtimonium aſſerentis, Sophoniam omnium Prophetarum eſſe antiquiſſimum & Uſiæ æqualem. Nec deeſt ſane, quod ad locum Zephanjæ cap. I. 4. 5. reſpondeatur. Quis enim crediderit, piiſſimum Regem omnem idolorum ſuperſtitioſique cultus uſum per totam regionem ſibi ſubjectam uno impetu evertere, vel ubi evertiſſet, prohibere potuiſſe, quo minus hinc inde nunc palam nunc in occulto priſtini mores a nonnullis revocarentur, quibus illi tam diu adſveverant. Et nonne ſic invectivi Prophetæ ſermones etiam poſt peractam reformationem locum habere potuerunt?

Divina & canonica libri auctoritas plerisque illis argumentis, quæ alias adduximus, innititur, ut ea iterum hic repetere ſupervacaneum merito videatur. Memoratur præterea ab Athanaſio in Synopſi Scripturæ Prophetia quædam noſtri ἀπόκρυφος, στίχων ſexcentorum, cujus mentionemquoque fecit *Nicephorus CPolitanus* in Stichometria, quæ in calce compendii Chronici exſtat. Conf. Cl. *Jo. Alberti Fabricii* Codicem Pſeudepigraphum V. T. p. 1140.

De reliquis ejus fatis, & morte legantur *Epiphanius* & *Dorotheus* ſæpe laudati. Martyrologium Romanum ejus meminit III. Decembris. Sepulchrum in *Geba*, montis Libanon, in media ſpelunca clauſa vidiſſe ſe refert auctor Judæus Genealogiæ Patriarcharum, apud *Hottingerum* in Cippis Hebraicis p. 64. Idem addit ſcholam ejus eodem in loco adhuc perſiſtere.

XIV. חַגַּי a *feſto* ſeu *ſolennitate* (e) dictus, Græcis Ἀγγαῖος, Latine *Haggæus* & *Aggæus*, primus inter tres, qui ex carcere Babylonico in Judæam ſuos comitati ſunt, Prophetæ munere functus eſt, & quidem, quod ex cap. I. 1. patet, anno ſecundo Darii Regis, quem alii de Notho, cum *Scaligero* lib. VI. de Emendat. Temporum, alii de Hyſtaspidis filio putant interpretandum. Et pro hac ſententia poſteriore faciunt ex antiquitate Judæi, niſi quod R. *Salomon Iſaacides*, & *David Kimchi* Darium II. intelligunt,



(e) *Abarbanel* in præfat. ad comm. in Ezechiel, vertit חוגג i. e. *feſtum celebrans*, eo quod prædixit, populum reverſurum Hieroſolyma ad ædificandam Dei domum, ex quo ipſo eam illis lætitiam conciliaverit, quæ nocti illi propria eſt, qua ſanctificetur feſtum.

& plerique Eccleſiæ Chriſtianæ doctores, quos diligenter laudat Huetius, quibus etiam maxima pars recentiorum Chronologorum ſe junxit. Utriusque partis rationes in ſummam contulit, & æſtimavit *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 20. §. 18-31. cujus examinis hæc apud ipſum vis fuit, ut nihil certo definiri poſſe judicaret. Mihi quidem poſterior ſententia viſa eſt probabilior, ex illis cauſis, quas Huetius in Demonſtrat. Evangelica diligenter & erudite attulit. Adde *Campeg. Vitringam* in Typo Doctrinæ Propheticæ p. 41. *Jo. Lightfootum* Tom. I. Opp. pag. 139. *Guil. Vorſtium* ad Zemach David p. 244. *Jo. Meyerum* ad Seder Olam pag. 1079. *Jo. Franc. Buddeum* in Hiſtoria Eccleſ. V. T. Tom. II. p. 942. & *Herm. Hardtium* in Hoſea antiquitati reddito p. 57. qui Haggæum anno liberationis decimo ſeptimo, Darii Hyſtaſpis ſecundo, menſe Julio in publicum prodiiſſe cenſet. Confer etiam M. *Jerem. Friderici* diſſert. de Zacharia §. 8-11. Canonica libri auctoritas in dubium vocari non poteſt, cum uterque Codex veteris & novi Inſtrumenti pro ea teſtimonium ferat. Prophetaſſe Haggæum & Zachariam diſerte teſtatur Esdras V. 1. nec obſcurum eſt, Paulum in epiſt. ad Hebræos XII. 26. Haggæi II. 6. reſpexiſſe. Compara Cl. *Surenhuſii* librum καταλλαγῆς p. 661. Præter hanc prophetiam nihil illi tribui video, ſi excipias Pſalmos 146. 147. & 148. qui in verſione Græca & Vulgata accepti feruntur Haggæo & Zachariæ. Quo procul dubio factum eſt, ut Pſeudo-Epiphanius in Vitis Prophetarum eosdem illi vindicandos cenſeret. Sed hujus inſcriptionis veſtigium in Codice Hebræo fruſtra quæritur. De aliis noſtri fatis rebusque nihil apud Hebræos ſpeciatim inveneris, niſi quod ea omnia ipſorum judicio ad eum quoque referenda ſint, quæ alioquin accepta ferri ſolent Viris Synagogæ Magnæ. Inter hos enim Haggæum referunt, ceu patet ex præfat. Maimonidæ in יד חזקה ubi ita; *Esdras & conſiſtorium ejus acceperunt* (ſcil. traditionem) *a Baruch filio Neriæ, & conſiſtorio ejus. Per conſiſtorium autem Eſræ intelliguntur viri Synagogæ magnæ, Haggai nempe, Zacharias, Malachias, Daniel &c.* Enim vero non ſatis ſecum invicem in enumeratione conſentiunt Judæi. Ante Maimonidem illi in *Pirke Avoth* cap. 1. tres, quos diximus, Prophetas a Viris Synagogæ Magnæ ita diſtinguit, ut hos ab illis accepiſſe traditionem dicat, ſicut ipſi acceperint a Prophetis, ut perinde hoc indicio claſſem ſingularem inter Prophetas ac Viros Synagogæ M. mediam conſtituere cenſendi ſint. Poſt Maimonidem autem varia in ejus recenſione deſideravit Abarbanel in præfat. ad נחלת אבות quæ apud ipſum legantur. Interim non exiſtimandum eſt, Judæos, dum ad Synagogam Magnam referunt,

Digitized by Google

ferunt, ex Prophetarum numero excluſos eos voluiſſe. Amolitur hanc ſuſpicionem a ſe ſolicite Abarbanel l. c. quando monet, ſe Haggæum, Zachariam & Malachiam inter Prophetas non recenſuiſſe, quia doctores dixerint, ubi Seniores legem Prophetis tradidiſſe dicantur, ibi Prophetas priores intelligendos eſſe. Jam vero pervulgatum eſt, Haggæum cum duobus aliis ad poſteriores Prophetas pertinere non vulgari illo ſenſu, de quo ſupra; ſed eo, qui Talmudiſtis ſolennis eſt, ut Prophetas priores vocent, qui ante captivitatem Babyl. vixerunt, ut Jeremias & Ezechiel, poſteriores autem, qui poſt eam floruerunt. Et qui negare is eum Prophetam poterat, qui eundem quinquies Prophetam appellari in prologo ad XII. Prophetas, miratus eſt, conſiliique hujus eam rationem reddidit, quia alioquin dubium alicui videri potuiſſet, num is pro Propheta habendus ſit, qui abſente arca & Schechina publice docuerit. Conf. Cl. *Meyeri* Annotatt. ad Seder Olam 1078. ſqq.

XV. זְכַרְיָה a *memoria* ſeu *recordatione* (f) Dei dictus, Græcis *Ζαχαρίας*, Latinis nunc *Zacharias*, nunc *Zecarjas*, filius Barachjæ ben Iddo commate I. prophetiæ ſuæ vocatur, cujus genealogiæ rationem poſt *Uſſerium* in Annalibus V. T. p. 33. ſqq. *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. ſuo loco *Herm. Witſius* in Miſcell. Sacris lib. I. p. 268. doctiſſimus *Jo. Franc. Buddeus* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Tom. II. p. 943. ſeq. & Cl. *Jeremias Friderici* in diſput. de Zacharia §. 2. & 3. exponunt, qui & eadem opera diſputant, utrum hic Zacharias idem cum eo, de quo Jeſaias VIII. 2. aut cum iſto, cujus meminit Servator Matth. XXIII. 35. (g) habendus ſit. Ad nos quidem hæc nunc non pertinent. Tempus vaticinii in ipſo limine libri

 ejus

(f) Duplicem notionem nomen hoc infert, ut ſcilicet vel idem ſit, quod latine dixeris, *recordatur Dominus* noſtri vel: *recordatur* alius v. c. Propheta *Domini*. Poſterior ſignificatus ſe probavit *Abarbaneli* in præf. ad comm. in Ezech. ubi hanc nominis cauſam reddit: שזכר את השם ומעשיו בנבואתו h. e. *quod commemoravit Deum & opera ejus in Prophetia ſua*. Eodem reſpexiſſe videtur *Hieronymus*, qui per *memoriam Dei* explicat, ſicut & recentiores plerique ita accipiunt, inter quos *Tarnovius recordatorem Domini* interpretatur. Prior veriſimilior viſa eſt Cl. *Hillero* in Onomaſtico Sacro p. 957. & 958. quem ſequi malim. Qui per *maſculum domini* explicant, non tam ad circumſtantias, quam ad nudum nominis habitum attendunt.

(g) Interim non prætereundum eſt ſilentio Talmudicos in Sanhedrin cap. חלק p. 96. b. memorare cædem Zachariæ, Prophetæ, a populo factam ideo, quod excidium urbis Hieroſolymitanæ prænunciaverit. Additur ibidem, Nebuſardanum, belli præfectum, mortem Zachariæ ultum eſſe, occiſis Legis *doctoribus* & eorum diſcipulis. Lege integram narrationem apud Bartolocc. Tom. II. p. 813. ſq.

ejus ita definitur ut a tempore Haggæi duobus tantum menſibus removeatur. Hinc & Eſræ V. 1. uterque Propheta conjungitur. Quæ itaque de Haggæo modo allata ſunt, huc facile accommodari poſſunt: qua de cauſa nec ea repetemus, quæ Judæi de eo tanquam membro Synagogæ Magnæ tradiderunt. Id vero iisdem Judæis mirum viſum eſt, quod Zachariæ prophetiæ tam accurate additis anni menſis & diei notis ſignentur. Inveſtigare conſilii hujus rationes conatus eſt poſt Maimonidem Abarbanel in commentario ſuo. Confer Cl. *Jo. Meyerum* in notis ad Seder Olam pag. 1082. ſqq.

Genuinum Prophetæ, divino ſpiritu acti, monumentum hoc eſſe & canonicam auctoritatem recte obtinere, apparet ex diſerto ipſius Prophetæ, ſuum appellantis nomen & de ſe in prima perſona loquentis, teſtimonium cap. I. 7. 8. tum vero ex frequentiori oraculorum ejus citatione in N. T. quæ diligenter collegit *Huetius* in Demonſtrat. Evangelica. Inprimis conferantur, Matth. XXI. 4. 5. cum Zach. IX. 9. Matth. XXVI. 31. cum Zach. XIII. 7. & ex nonnullorum ſententia Matth. XXVIII. 9. cum cap. XI. 13. item Joh. XIX. 37. cum XII. 10. quæ loca ſingula inter ceteros accurate excuſſit diligentiſſimus *Surenhuſius* in libro *καταλλαγῆς*. Quam certa hæc ſunt, tam lubrico & inani fundamento, quod pace Viri cetera doctiſſimi dixerim, *Herm. Hardtii* conjectura ſuperſtructa eſt, opinantis, Pſalmum I. Zachariam agnoſcere auctorem, qui eum poſt carcerem Babylonicum Præfecto Muſices in laudem & memoriam cultus divini, a Serubabele inſtaurati, decantandum tradiderit, aſſumta occaſione a pravitate filiorum & propinquorum Joſuæ Sacerdotis Summi, qui Lege divina contemtim habita ethnicas duxerint uxores. Hoc vero Zelo ſuo effeciſſe Prophetam, ut in templo juxta altare vitam amiſerit. Vide hæc propoſita magis quam demonſtrata, quod in re nova & ab antiquitatis teſtimonio prorſus deſtituta inprimis fieri debebat, in Hiſtoria Pſalmi I. an. 1712. Helmſtad. edita. Videtur huic opinioni anſam dediſſe inſcriptio nonnullorum Pſalmorum Græca & Latina, quæ, ut modo monuimus, Haggæi & Zachariæ nomen præfert. Magis adhuc a vero aliena videntur, quæ *Sozomenus* lib. IX. Hiſt. Eccleſ. capite ultimo, & poſt eum *Nicephorus* XIV. 8. refert de ſepulchro Zachariæ in Chaphar Zachariæ, i. e. vico, Eleutheropoli vicino, poſt factam apparitionem invento, repertaque ſimul inſcriptione Hebræa, qua Propheta a Joaſo Rege Judææ occiſus fuiſſe dictus ſit. Ibidem Prophetæ corpus integrum adhuc apparuiſſe & ad cutem tonſum, naſo recto, barba modice promiſſa, capite bre-

viore

viore conſpectum traditur. Judæi ad radices montis oliveti ſepulchrum Zachariæ exſtare crediderunt, quod patet ex auctore Genealogiæ Patriarcharum apud *Hottingerum* in Cippis Hebraicis p. 46. Verba ita habent: וקרוב לו קבורת זכריה הנביא ע״ה במערה סגורה ועליו כיפה נאה מאבן אחת i. e. *Ipſi vicinum eſt ſepulchrum Zachariæ Prophetæ p. m. in ſpelunca clauſa cui ſuperſtructa teſtudo imminet elegans ex lapide unico.* Conferantur ibi *Hottingeri* notæ, quæ oſtendunt, tantam fuiſſe olim ſepulchri hujus inter Judæos exiſtimationem, ut in mediis calamitatibus conſtituti ad illud ſe receperint, inſtitutisque precibus & jejuniis circuitionibusque Summum Numen placari poſſe cenſuerint.

Prophetia noſtri Judæis viſa eſt obſcurior, forte ideo, quod intelligere nollent tam clara, quæ de Meſſia in illa exſtant, vaticinia. Sic *Iſaacides* in commentario ſuo ad Zachar. l. 1. inquit: נבואת זכריה סתומה היא מאד כי יש בה מראות דומות לחלום הניתן לפתרון ואין אנו יכולין לעמוד על אמיתת פתרונו עד יבא מורה צדק:

h. e. *Prophetia Secharjæ abſcondita eſt valde, quia ſunt in ea viſiones ſimiles ſomnio, cui interpretatione opus eſt: nec poſſumus nos certi eſſe de veritate interpretationis illius, donec veniat doctor juſtitiæ.* Auctor מכלל יופי comparat obſcuritatis cauſa cum prophetia Danielis: הנה מראות זכריה סתומות מאד כמראות דניאל i. e. *viſiones Zacharjæ valde ſunt abſtruſæ, ſicut viſiones Danielis.* Confer Rev. *Michaëlis* præfat. ad hanc prophetiam in Bibliis Hebr. Halenſibus obviam.

XVI. מַלְאָכִי i. e. *Angelus meus* vel *Angelus Domini* (h) quaſi מלאכיה dictus, Græcis Interpretibus *Μαλαχίας*, Latinis *Malachias*. Nominis notio grammatica effecit, ut ex veteribus quidam, nominatim *Origenes*, Huetio ideo caſtigatus in Origenianis, *Angelum* a Deo in terras miſſum innui, alii vero, inter Judæos æque ac Chriſtianos officii i. e. *nuncii* divini rationem ſignificari cenſerent. Inter Judæos ita ſtatuit Paraphraſtes Chaldæus qui verba ביד מלאכי interpretaturus addit דיתקרי שמיה עזרא ספרא i. e. *per Malachiam, cujus nomen proprie vocatur Eſra ſcriba.* Ex eo enim quod Eſram ſub perſona hac latere cenſet, manifeſtum eſt, ipſi non pro nomine proprio, ſed appellativo habitum fuiſſe. Communem eam fuiſſe Judæorum opinionem ex cap. 1. Megilla juxta Midraſch appare-

 re

(h) Ita interpretantur recte *Hillerus* in Onomaſtico p. 875. & *Michaelis* in præfat. ad Prophetam hunc in Bibl. Hebr. Halenſ. obvia.

re ſcribit *Bartoloccius* Tom. IV. pag. 517. Eadem forte fuit ſententia *τῶν* LXX. quia commatis primi verba ביד מלאכי verterunt appellative *ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ*, legentes ſcilicet non מלאכי ſed מלאכו. Ex recentioribus Judæis eidem conjecturæ calculum adjecerunt R. *Moſes Nachmanides*, & *Elias Levita* in præfat. ad librum Maſoræ, עלה עזרא הוא מלאכי i. e. *aſcendit Eſras, qui eſt Malachias.* Placuit idem Hieronymo in procemio in Malachiam. Inter Chriſtianos officii, non perſonæ, nomen vidiſſe ſibi hic viſus eſt *Lud. Cappellus* in Operibus Poſthumis p. 178. quo judice præſcriptio nominis hujus in libri limine facta, nata eſt ex v. 1. ביד מלאכי quod illi legerint ex flexione Chaldaica ביד מלאכיה i. e. *per manum Angeli ſui.* Meditatio hæc docta viſa eſt Cl. *Vitringa* in lib. VI. Obſervationum Sacrarum c. 7. p. 339. qui his utitur verbis: *Certe vel id verum eſt, Prophetam hoc nomine explicare voluiſſe ſuum officium, quod maxime probabile habeo; vel Prophetam ſe hoc nomine συμβολικῶς appellaſſe, quod vaticinium ediderit clariſſimum in hac prophetia de aliqua illuſtri perſona ſacerdote, præcurſore Meſſiæ, Johanne Baptiſta, titulo Angeli Domini cap. III.* 1. Enimvero aliis hæc nominis interpretatio ingenioſior viſa eſt, quam verior, quam in rem vide præter *Huetium* in Demonſtrat. Evangelica pag. 458. Hieronymi argumenta confutantem, *Adrianum Relandum* in notis ad Othonis hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 3. Cl. *Jo. Meyerum* de Conjug. pag. 262. *Jo. Lightfootum* Tom. I. Operum p. 143. & noviſſime Rev. *Jo. Henr. Michaëlis* in præfat. ad hunc Prophetam, Bibliis Hebr. Halenſibus obvia. Ipſe etiam ſagaciſſimus *Vitringa* l. c. Eſram vel Haggæum hoc nomine innui affirmare non audet, quia *Eſras* quidem nullibi Prophetæ nomine inſigniatur, illi autem, qui canonem conſtituerunt, ignorare non potuerint, Malachiam hominem ab Haggæo diſtinctum fuiſſe, cujus proinde vaticinium ab altero illo non diſtincturi fuiſſe videantur. Recte ſane hæc moneri nemo temere negaverit, qui præterea meminerit, oppoſitam ſententiam tum mori Prophetarum perpetuo, libris ſuis propria ſibi, non appellativa, nomina præfigendi, tum traditioni Eccleſiaſticæ, tum antiquiſſimo illi teſtimonio Siracidæ c. 49. 2. duodecim Prophetas, qui ſane, ſi Malachias pro Haggæo habendus foret, non eſſent, memorantis, adverſari. Nec Iudæi ſibi hic conſtant, quippe quorum Chronologi omnes Zachariam Haggæum & Malachiam tanquam Prophetas a ſe invicem diſtinctos memorant. Sic *Seder Olam Rabba* pag. 55. מרדכי היהודי וחגי זכריה ומלאכי כולהם נתנבאו בשנתב׳ לדריוש i. e. *Mordechai Judæus, Haggai*

*Haggai, Secharja, & Malachias omnes prophetarunt anno ſecundo Darii.* R. *Abraham ben Dior* in libro Kabbalæ, ubi Viros Synagogæ Magnæ recenſet, Malachiam & a binis illis & ab Eſra diſtinguit, omnes illos an. 448. computi minoris obiiſſe ſcribens. Confer *Iuchaſin* p. 14. Hinc & *Abarbanel* majores ſuos, Mardochæum vel Eſram ſub Malachia latere exiſtimantes, confidenter & ſolide confutat in commentario ſuo. Adde Cl. *Meyeri* notas ad Seder Olam p. 1086. Citatus modo locus Chronici majoris Hebræorum evincit quoque ſub Malachia non intelligendum eſſe *Mardochæum*, quippe qui ab eo diſerte diſtinguitur. Non defuiſſe autem inter Iudæos, qui ita ſtatuerent, patet ex cap. 1. Megilla & *Aſarja de Rubeis Jmre Bina* c. 18. fol. 83.

Ratum igitur hoc eſto, Malachiæ nomen proprium eſſe, & notare Prophetam a reliquis omnibus diſtinctum. Proximum eſt, ut de vaticinii ab eo editi tempore diſpiciamus. Iudæi quidem, quod ex *Seder Olam* modo conſtare potuit, Haggæum, Zachariam & Malachiam æquales faciunt. Pro poſtremo tamen iidem habent Malachiam, quod Kimchi in commentario ad Eſræ V. 1. inde probabile eſſe putat, כי לא נזכר בדבר בנין הבית h. e. *quod ejus non fiat mentio in hiſtoria ſtructuræ templi.* Abarbanel in limine commentarii ſui tres illos a ſe invicem ita diſtinguit, ut Haggæum ante ſtructuram templi & ſub ejus initium, Zachariam circa ſtructuram hujusque finem, Malachiam denique paulo poſt abſolutam ſtructuram (i) vixiſſe exiſtimet. Et iſta quidem quod ad poſtremum vere dicuntur. Haggæus & Zacharias populum & optimates ad ſtructuram templi impellunt, Malachias vero, ut eo exſtructo rite utantur, auctor eſt. Et ſane, niſi Malachias templum penitus exſtructum vidiſſet, non poterat commemorare valvas nec ignem altaris, quod facit cap. I. 10. nec prænunciare adventum Domini ad templum ſuum, qui imminere dicitur III. 10. Nec poſſunt alii inter Judæos ab hac ſententia alieni eſſe, cum Malachiam communiter חותם הנביאים i. e. *ſigillum prophetarum* appellent, & poſt ipſum prophetiæ donum defeciſſe profiteantur. Lege omnino Cl. *Vitringam* l. c. p. 323. ſqq. qui in hac generali temporis determinatione non acquieſcendum eſſe ratus, accuratius & diſtinctius vaticinii Malachiæ fines conſtituere conatus (eſt poſt *Ludov. Capellum* p. 178. Operum Poſthumorum. Hic enim Malachiæ aſſignavit tempus, quod inter Ar-

(i) *Iſaacus Abarbanel* ei 40 omnino annos geſti muneris prophetici tribuit in commentar. ſuper Prophetas poſter. fol. 297. col. 3. Confer librum Cosri Part. III. n. 39. p. 215.

Digitized by Google

Artaxerxis Mnemonis ſecundum ac viceſimum, & primum Ptolemæi Evergetis annum intercedit. Hoc autem ſpatium cum nimis longum videatur, annos ſcilicet centum & viginti comprehendens, *Vitringa* allatis domeſticis & ſatis idoneis rerum argumentis, inter quæ eminet collatio prophetiæ Malachiæ cum libro Nehemiæ, prophetiam ejus ad poſtrema tempora Artaxerxis Longimani non autem Mnemonis refert. Sed hæc apud ipſum legi & accuratiori examini ſubjici, quam hic cum faſtidio repeti malim. Eadem ſententia placuit B. *Calovio* noſtro in Bibliis Illuſtrat. & Rev. *Michaëlis* in præf. ad Prophetam hunc in Bibl. Hebr. Halenſibus legenda. Ceterum, quo jure Talmudici Vatem noſtrum inter Viros Synagogæ Magnæ referant, & num iidem quoue ſenſu eum ex Prophetarum numero excludant, de eo lege, quæ ſub Haggæo a me allata ſunt.

Divinam & canonicam libri fidem comprobat allegatio oraculorum ejus, in Novo inſtrumento repetita vice facta. Quæ enim Malach. III. 1. leguntur, ea recitantur Matth. XI. 10. Marc. I. 2. & Luc. VII. 27. quo confer Cl. *Surenhuſii* librum *καταλλαγῆς* p. 228. ſq. Sic et Paulus Rom. IX. 13. merito creditur reſpexiſſe Malach. I. 3. Comparetur idem *Surenhuſius* l. c. p. 456. ſq.

# SECTIO III.
## DE LIBRIS APOCRYPHIS.
### *Subſectio I.*
### DE LIBRIS APOCRYPHIS GENERATIM.

De illis pro conſtituto ſupra ordine dicturi præmonemus, non omnia, quæ afferri poterant, huc relatum iri, ſed ea tantum, quæ ex ſcriptis Judæorum huc pertinere videntur. Cetera enim ab aliis jam exhauſta eſſe eruditis non ignoratur. Huc ſcilicet operam ſuam diligenter feliciterque retulerunt alii quidem magis theologice, quo ex noſtratibus præter Interpretes illorum librorum pertinent *Frid. Tilemannus* in commentatione de auctoritate librorum Apocryphorum, Argentorati edita, & B. *Mich. Waltherus* in Officina Biblica pag. 1096. ex Reformatis vero *Io. Raynoldus* Anglus in aurea illa Cenſura librorum Apocryphorum, Oppenheim. 1611. in 4. vulgata, *Moſes Blondellus*, Davidis frater, in libro Gallico ſub titulo *Jeruſalem au*

*ſecours*

*ſecours de Geneve*, Sedani an. 1624. edito, (k) in quo Proteſtantium de libris Apocryphis ſententiam conſentientibus Judæorum & Patrum ſuffragiis confirmat, nec non *Io. Henr. Heideggerus* in libro Germanico, Chriſtophoro Ottio, Patri Ignatiano, oppoſito, quem inſcripſit *Neceſſarias veritatis vindicias quoad libros Apocryphos V. T.* Tiguri 1680. 8. ejusdemque libelli *Apologia* ibidem 1684. in 8. Alii hiſtorice magis & critice in hoc argumento verſati ſunt, inter quos numero doctiſſimum amiciſſimumque nobis *Jo. Alb. Fabricium*, tum in prolegomenis, quibus Apocryphos quosdam libros V. T. Lipſ. 1691. in 8. editos inſtruxit, tum in Bibliotheca Græca lib. III. cap. 29. & M. *Georg. Jo. Hencke*, cujus etiam diſſertatio de Uſu librorum Apocryphorum V. T. in Novo exſtat, in Prolegomenis ad libros Apocryphos V. T. quæ Halæ 1711. 8. lucem viderunt. Addiderim his ex Pontificiis *Scipionem Sgambatum* Romanæ Eccleſiæ placitis indulgentem, in Archivis V. T. pag. 461. ſqq.

Nos pro inſtituti noſtri ratione hic Judæorum ſententiam de illis generatim proponemus ex R. *Schabtai* שפתי ישנים pag. 84. cujus verba Latine ita habent: *Scias, oportet, gentes ſæculi* (i. e. Chriſtianos) *complures libros ſcripſiſſe, qui apud nos non exſtant. Dicunt, ſe inveniſſe quosdam eorum Chaldaice, Arabice & Græce exaratos. Jungere autem ſolent hagiographis & vocant Apocrypha, b. e. libros abſconditos, qui publice non ſunt propoſiti.* (שלא נתנו בפרהסיא) *Eorum ſunt novem: Primus eſt* LIBER TOBIÆ, *fil. Tobiel, fil. Uriel. Eum, ajunt, vixiſſe tempore captivitatis. Scopus libri eſt, recenſere Tobiæ pietatem & vaticinia; itemque apparitionem Angeli Raphaelis ipſi factam. Laudatur præterea conjugium & eleemoſynæ ſtudium. In Zemach David* pag. 10. *hæc legas verba:* Scias, librum Tobiæ, qui apud nos eſt Hebraice, ex Latina lingua converſum eſſe per Sebaſtianum Munſterum (l), ſicut vel ex incondita dictione intelliges, Scriptorem non eſſe Hebræum. Prodiit Iſnæ & Venetiis, 365. C. 1605. 4.

*Secundus eſt* LIBER SAPIENTIÆ *aut* SAPIENTIA MAJOR SALOMONIS. *Eam Salomonem Regem ſcripſiſſe ajunt. Alii autem auctorem faciunt Philonem Judæum, qui ſub Templo II. vixit. Argumentum eſt inſtitutio*



(k) *Chifletius* Davidem, fratrem noſtri, libri auctorem eſſe cenſuit: ſed vide inprimis *Pet. Balium* in Dictionar. Hiſtorico-Critico Tom. I. p. 612. M. & *Paulum Colomeſium* in Miſcellaneis p. 828. Operum, Hamburgi junctim editorum.

(l) Tradi hæc per errorem, non ignorant illi, quibus compertum eſt, Hebraicam illam verſionem Conſtantinopoli editam fuiſſe ante, quam eandem Munſterus cum interpretatione ſua Latina Iſnæ recudi curaret. Cæterum *Ganzius* l. c. nihil huic narrationi de *Tobia* veri ſubeſſe ſtatuit.

*Principum & Judicum, itemque abominatio idololatria. R. Moſes Nachmanides meminit ejus in præfatione commentarii ſui in Legem, quem vide.*

*Tertius eſt* LIBER BARUCH, *fil.* NERIA, *cujus conſilium eſt, prænunciare captivis in Babylonia reditum in urbem Hieroſol. aliaque nonnulla, quæ extremis temporibus ſint eventura.*

*Quartus* LIBER BEN SIRA, *qui vocatur* ECCLESIASTICUS. *Eum ſcripſit Jeſchua ben Sira, aut Joſua ben Saruk. Argumentum libri eſt, admonere populum, ut obediant mandatis Judicum & Principum ſuorum, ſectenturque mores probos. Laudat vero etiam ſapientiam & viros pios. Conſtat 51. capitibus. Translatus eſt in linguam Germanicam per Moſen Witmund, titulumque habet* ארחות יושר. *(Eſt vero & alius Ben Sira.) Prodiit Amſtelod. 421. C. 1661. 8.* (m)

*Quintus eſt* LIBER JUDITH, *qui recenſet hiſtoriam, quomodo populus Iſraëliticus ex poteſtate Græcorum ſit ereptus.*

*Sextum conſtituunt* DUO LIBRI ESRÆ POSTERIORES, *quos duobus illis, qui apud nos ſunt, (i. e. Eſra & Nehemia) jungunt. Liber prior recenſet feſtum Paſchatos, quod Hieroſolymis celebravit Ioſias, agit quoque de poſteris ejus & captivitate Babylonica; narrat etiam diſputationem, quæ inter tres juvenes interceſſerit de eo, utrum vinum, aut mulier, aut veritas, aut mors prævaleat. Denique deſcribitur Templum ſecundum & expulſio feminarum alienigenarum. Argumentum libri ſecundi verſatur in compendioſa repetitione librorum Sacri Codicis, & in recenſione viſionum ac prophetiarum Eſræ. Dicunt autem* (Chriſtiani) *dubium eſſe, num duos illos libros ſcripſerit Eſra.*

*Septimum efficiunt* TRES LIBRI MACCABÆORUM, *qui verſantur in recenſendis bellis cum Græcis geſtis. Vocantur autem* LIBRI HASMONÆORUM. *Exſtant quoque Germanice. Vocatur* JUDA MACCABÆUS, Baſil. 372. C. 1612. 4.

*Octavus eſt* LIBER ARISTEÆ, *quo enarratur, quomodo* תלמי *Rex, qui vocatur Ptolemæus, miſerit ad Eleaſarum Sacerdotem Summum, ut mitteret ſibi Seniores, qui Legem Græce interpretentur: quaque ratione negotium proceſſerit. Translatus exſtat liber Hebraice in libro Aſariæ, qui dicitur* מאור עינים.

*Nonus eſt* LIBER SUSANNÆ, *filiæ Chilkija: exponit autem hiſtoriam duorum Iudicum, qui eam vi comprimere, nolentem autem in ſuſpicionem commiſſi adulterii adducere conati ſint, a Daniele vi ſapientiæ ſuæ liberatam.*

*Decimus* LIBER BEL, *citatur in Zemach David* (vid. an. 4392. edit. Latinæ

(m) vide Part. I. n. 1546. & 410.

Latinæ pag. 175.) *& adſcribitur Danieli, quia is abolevit idolum Beli nomine appellatum.*

Illa quidem maximam partem petita ſunt ex R. *Gedalja* Schalſcheleth Hakkabbala p. 68. b. & 69. a. edit. Cracov. in 4. & p. 55. a. edit. Amſtelod. vitioſiſſime an. 457. C. 1697. 8. curatæ. Addidit nonnulla auctor de ſuo, & hinc inde ad Ganzii Chronologiam provocat, cujus verba repetere hic nolim. Patet interim ex hac recenſione, ignorari ſcriptiones quasdam ἀποκρύφους Judæis v. c. *fragmenta Eſther & Danielis* &c. *Ariſteæ* vero hiſtoriam inter eas recenſeri, quæ nunquam apud noſtrates hunc locum obtinuit. Cum hoc comparanda ſunt, quæ R. *Aſarias* de Rubeis habet in מאור עינים pag. 175. Addam hic locum R. *Iſaaci* ex peſtilentiſſimo libro חזוק אמונה, qui in Telis Igneis Satanæ legitur p. 346. Latino ſermone ita expreſſus: *Libri, quorum in hac objectione mentio fit, aliique ejus generis, quos nos non admittimus, non ſunt verba Prophetarum, ſed aliquos eorundem effinxere Chriſtiani, ex ſuoque ingenio commenti ſunt, ut cauſæ ſuæ conſulerent, quales duo poſtremi libri deprehenduntur, quos Eſræ affingunt, itemque liber, quem Barucho, Neriæ filio, falſo aſſignant, & alii inſuper. Ceterum quosdam ex illis libris Judæi compoſuerunt, uti librum Tobiæ, librum Judith, & librum Joſuæ, filii Siræ, alioſque. Hanc ob cauſam &c. Deinde in unum quoque congeſſerunt* (Chriſtiani) *ſcripta hominum Nazaræorum, quæ juvandæ ſuæ religioni commenti ſunt, itemque ſcripta Judæorum quorundam, de rebus minime ſacris compoſita, quæque vel res ad morum & ſapientiæ diſciplinam, vel ad hiſtoriam attinentes complectuntur, atque hæc quoque in unam claſſem compegerunt, & illa Græca voce Apocrypha, h. e. ſcripta a vero aliena, appellarunt. Fit rei hujus clarum indicium in præfatione præmiſſa editioni Bibliorum, quæ lingua Polonica in urbe Lithuaniæ Briſca prodiit, itemque in Bibliis excuſis in urbe Niſmeras, ex verſione Simonis Budni, noviſſimi Interpretis; nec minus in Bibliis, quæ recenter admodum Cracoviæ in lingua Polonica fuere impreſſa. Etſi enim in his poſtremis libri Canonici cum libris Apocryphis confunduntur, tamen vidi in præfatione, libro quarto, Eſræ ab iis tributo, præfixa, ipſos fateri, antiquos non recepiſſe illum librum, quia ab Eſra Legisperito non ſit profe-*

*ctus.* *Et vero, qui libros, Apocryphos dictos, conſulcrit, facile cognoſcit atque intelligit, pleraque ibi falſa atque conficta eſſe.* *Nam tertius liber, qui ſub Eſræ nomine exſtat, nihil aliud complectitur, quam quæ libro II. Paralipomenon inde a principio capitis XXXV. usq; ad finem ejus libri habentur: quod ſuccedit, id omne ex libro Eſræ fuit depromtum.* *Ceterum in quarto libro, quem ſimiliter Eſræ adjudicant, mera mendacia ſunt, & nugæ, ceu apparet ex viſionibus & vaticiniis Eſræ, in quibus adeo Jeſu Nazareni mentio injicitur.* *Quapropter ipſæ præfationes, quæ libris Apocryphis præmittuntur, ſententiam illorum deſtruunt, cum teſtentur, libros, qui Apocryphi appellantur, eſſe opus hominum, non autem Dei, quales ſunt libri antiquiores, Prophetici ab iis dicti.* *Præcipue autem notabilis eſt præfatio, quæ agnoſcit, librum illum quartum,* (qui Eſræ nomen gerit) *nullo modo ab Eſra profectum eſſe.* *Similiter, circa finem libri, quem Baruch filius Nerijæ compoſuiſſe dicitur, adjecta eſt epiſtola, quam Jeremiam ad captivos exſules miſiſſe perhibent.* *In ea ſcriptum, manſuros ipſos in captivitate Babylonica annos multos, usq; ad generationes ſeptem.* *Atque hoc enorme mendacium eſt, nec enim de iis decretum fuerat, ut amplius quam 70. annos in captivitate Babylonica agerent.* *Sic in hiſtoria confracti Belis occiſique Draconis legitur, Danielem ob illam cauſam, hoc eſt, quia Belem comminuerat peremeratque Draconem, conjectum fuiſſe in foveam leonum, atq; ibi ad diem usq; ſeptimum permanſiſſe.* *Sed hoc falſum eſt funditus.* *Scriptura enim in libro Danielis cap. VI. clariſſime nos docet cauſam, quare Daniel in foveam leonum fuerit projectus, nec meminit alterius.* *Tum vero teſtatur eadem, Danielem una tantum nocte in fovea leonum commoratum eſſe.* *In libro, quem primum Maccabæorum vocant, nihil habetur, niſi hiſtoria bellorum a Chaſmonæis geſtorum; & is, quem ſecundum Maccabæorum appellitant, maximam partem ex rebus atq; hiſtoriis compoſitus eſt, quæ in Joſephi libro leguntur.* *Qui idem complectitur quoque bella Chaſmonæorum, in quibus recenſendis totus liber occupatur: idque ſcripta illa inſpectantibus fit manifeſtum.*

Notamus in his verbis, Scriptori rationem appellationis, qua Apocryphi libri dicuntur, ſcilicet quod a vero aliena ſint, eminus tantum

tum nec ſatis diſtincte cognitam fuiſſe, quæ certe magis in propinquo poſita erat. Poterat enim Hebraice per גְּנוּזִים vertere, quippe quæ vox eundem omnino ſignificatum infert, & de ſimili negotio librorum Biblicorum uſurpatur. Sic ſupra cum de Proverbiis & Eccleſiaſte ageremus, monuimus de ſtudio Judæorum utrumque librum a communi uſu removendi, id quod Talmudici exprimunt per בקשו לגנוז i. e. *ſtuduerant abſcondere, occultare*, ἀποκρύπτειν.

De voce utraque Hebraica & Græca, & diverſa utriusque notione, lege plura apud *Hottingerum* in Theſauro Philologico pag. 515. *Io. Henr. Majum* in Diſſertatt. Selectis diſſ. II. §. 3. & *Io. Caſp. Svicerum* in Theſauro Eccleſiaſtico fol. 1. Ab iis diſputatum inter cetera invenies, quid de Epiphanii loco c. 4. de ponderibus & menſuris, vitioſe habito, ſentiendum ſit, quem cum Scaligero pag. 99. ad Euſebium Hottingerus ita legi vult: διὸ ἐδὲ ἐν τῷ ἀαρὼν (ארון) ἀνετέθησαν, ἔςτ' ἐςιν ἐν τῷ τῆς διαθήκης κιβωτῷ. Bonam olim vocis ἀπόκρυφος notionem fuiſſe, quæ ab Aquila primum in ſequiorem fuerit aſſumta, affirmat *Iſaacus Voſſius* in lib. de Sibyllinis Oraculis & in Reſponſ. ad iteratas Simonii objectiones pag. 180. & 204. notatus ideo a *Rich. Simonio* in Caſtigationibus ad opuſculum ejus de Oraculis Sibyllinis, quæ Disquiſitionibus ejus Criticis ſubjectæ ſunt, pag. 230. At vide, quæ pro *Voſſio* non infeliciter diſputat, & ad conſtituendam primam τȣ͂ ἀποκρύφȣ notionem docte monet B. *Gottfr. Olearius* in notis ad Evangel. Matthæi p. 75. ſeqq. Sed hæc quidem fuſius nunc exponere non vacat.

## *Subſectio II.*

## DE LIBRIS APOCRYPHIS SPECIATIM.

*I. & II. De libro Juditha. III. Sapientiæ. IV. Tobiæ. V. Eccleſiaſtici. VI. Baruchi. VII. Maccabæorum. VIII. Eſtheris. IX. Acceſſionum Danielis de Suſanna, Belo, Dracone, itemque de hymnis Aſariæ & trium puerorum. X. de tertio & quarto Eſdra. XI. de aliis nonnullis minoris momenti. XII. de Pſeudepigraphis.*

I.

DE ſingulis nunc nonnihil expoſituri eum ſequemur ordinem, qui B. *Walthero* in Officina Biblica ſe probavit.

JUDITHÆ hiſtoria recenſetur non ſolum a Chronologis & Hiſtoricis

ſtoricis Judæorum, ſed & ut vera recipitur, & de tempore, quo contigerit, ſolicite diſputatur. Lege *Ganzii* Zemach David Part. I. an. 4622. (ed. Lat. p. 75.) & Part. II. an. 3393. (ed. Lat. pag. 175.) & compara notas Vorſtii pag. 274. Adde Aſariæ מאור עינים c. 32. 34. & 51. aliosque Judæos, quos tanquam aſſertores hujus hiſtoriæ laudat B. *Carpzovius* in Concionibus Funebribus Tom. II. pag. 1311. ſqq. qui & alia tradit ad libri hujus hiſtoriam pertinentia. Confer, quæ dicta a me ſunt Parte I. ſub יהודית. Iſtis vero addendum velim, inter viros doctos, *Pet. Danielem Huetium* & *Io. Fridericum Breithauptum* diſputatum eſſe de eo, *an ulla feſtivitatis, ex facto Iudith inſtitutæ, occurrat in Hebræorum libris memoria.* Quod cum *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. ſuo loco negaſſet, *Breithauptius* viciſſim ad precationem Judaicam hodie inter ipſos receptam provocavit, in qua Judithæ, Holofernis & Achioris fiat mentio. Et recte quidem Huetius reſpondet, ex illo carmine nullam feſtivitatem Judithæam evinci, cum id potius ad aliud feſtum pertineat. Addit vero, eſſe ſibi librum antiqvum Precum Judaicarum in membranis deſcriptum, in quo neque carmen illud exſtet, neque carminis lemma. Lege hæc expoſita in epiſtola ſingulari Huetii ad Breithauptium, quæ exſtat in Diſſertationibus Theolog. & Philolog. ab Abbate *Tilladeto* collectis Parte II. p. 204.

II. Hebraice unquam ſcriptum fuiſſe, nullo veterum teſtimonio conficias, quam in rem lege Cl. *Fabricii* Bibliothec. Græc. lib. III. pag. 741. Neque Hebraica ejus verſio hucdum exſtat niſi manu exarata in Codice Oppenheimeriano octavi ordinis, qui ספורי מעשים i. e. *narrationes hiſtoriarum* inſcribitur, & inter cetera complectitur מעשה יהודית i. e. *hiſtoriam Iuditha.* Qualis tamen illa ſit, & unde petita, non dixerim. Quæ vero interpretatio hujus libri Francof. ad Mœnum an. 1715. 8. cura R. *Sam. Lunden* prodiit, ea dialecto Hebræo-Germanica concepta eſt. Quæ de veritate hiſtoriæ inter Chriſtianos in utramque partem diſputata ſunt, non ignorantur. Inter hæc ſcripta eminent, quæ a Viris Pontificiis edita ſunt, hinc a Clariſſ. *Bernhardo Montfauconio* in libro Gallico, Pariſ. 1690. & 1692. 12. edito, quem inſcripſit *Veritatem hiſtoriæ Iudithæ*, illinc a *Mirabili de Bonacaſa* in *Iuditha ficta*, quæ Veronæ 1614. lucem vidit; quo quidem ſcripto duo oſtenduntur, alterum quidem, librum eſſe ἀπόκρυφον, alterum, ipſum quoque factum Judithæ ita eſſe comparatum, ut vituperio potius quam laude dignum haberi debeat. Adde *Pet. Balii* Dictionarium Hiſtorico-Criticum Tom. II. pag. 1669. Cl. *Iac. Baſnage* in Hiſtoria Vet. & Novi Teſtam. pag. 146. nec non

*Io.*

*Io. Prideaux* in Hiſtoria V. T. quæ recenſetur in Biblioth. Anglicana Tom. I. Part. I. pag. 9.

III. SAPIENTIÆ liber, quem a Judæis vidimus appellari סֵפֶר הַחָכְמָה vel חוּכְמְתָא רַבְּתָא דִשְׁלֹמֹה i. e. *Sapientia magna Salomonis*, conſideratus a nobis eſt Parte I. pag. 973. ſub Philone, quem libri hujus vel auctorem vel Interpretem plerique crediderunt. Hebraice unquam exaratum fuiſſe vix crediderim, cum Hieronymus teſtetur, fruſtra jam ſua ætate Hebraice a ſe fuiſſe requiſitum. Chaldaice (n) exſtitiſſe credendum putem R. *Moſi Nachmanidæ* (o), qui eum ſuis ſe oculis vidiſſe in præfatione ad commentarium in Legem teſtatur. Imo talis viſus eſt R. Aſariæ in *Meor Enajim*, ut dubium ſe profiteatur, utrum translatus liber an ab ipſo Salomone, lingua tamen Syriaca, quam alii dicunt, Chaldaicam exaratus. Verba ejus p. 175. b. ita habent: ממנו קרוב הוא אצלי אם לא נעתק שחובר מאת המלך שלמה בלשון ארמי לשלחו אל איזה מלך אשר בקצה המזרח: i. e. *Probabile mihi videtur, quod, ſi non translatus liber eſt, compoſitus ſit a Rege Salomone lingua Aramæa, ut mittere eum poſſet ad Regem aliquem, in extremo Oriente habitantem.* Addit idem rationem, cur in canonem non ſit relatus; quia ſcilicet Eſra eos tantum libros recognoverit, qui ſcripti ſint a Prophetis per Spiritum Sanctum, lingua ſancta. Videtur etiam, quod mireris, R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala, de ſuis loqui p. 104. b. quando ait: ח״א שחברו שלמה המלך h. e. *ſunt, qui ajunt, ſcripſiſſe eum Regem Salomonem.* De Chriſtianis enim ſtatim loquitur, quando addit, eos ipſum hunc librum inter ceteros Sacri Codicis libros numerare. Ad hæc loca, credo, reſpexit Huetius, quando in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IV. p. 359. affirmat, Rabbinos aliquot Salomonem auctorem appellare.

Id vero nemo eorum diſerte facit, neque fieri etiam temere debebat a recentioribus, inprimis *Godofredo Arnoldo* in Sophia ſua, & ejus aſſecla,

(n) Dialectum potius eſſe pure Syriacam, atque adeo translationem recentiorem, pridem obſervavit *Buxtorfius* in Biblioth. Rabbin. pag. 342. Compara verſionem hujus libri Syriacam, quæ in Polyglottis Anglicanis exſtat.

(o) Hic *Maimonides* perperam vocatur in Obſervatt. Halenſ. Selectis Tom. V. p. 414. Duo ſunt loca, quæ Nachmanides l. c. ex libro Sapientiæ affert Chaldaice concepta. Ea inde repetit R. Aſarias, cum verſione autem Latina exhibet *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. pag. 527.

Digitized by Google

aſſecla, auctore Obſervationis XIII. Tomi V. Obſervationum Selectarum ad rem literariam ſpectantium. Sed prioris argumenta retudit doctiſſimus *Gottlieb Wernsdorfius*, Wittebergenſis Academiæ decus, in diſſertat. ſingulari, de eo, quod liber Sapientiæ & Eccleſiaſticus pro canonicis non ſint habendi, Witteb. 1702. in 4. Sufficit nobis, inter ipſos Pontificios eſſe, qui librum Salomoni abjudicent. Ita *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. pag. 525. a Salomone non putat ſcriptum, quamvis ſententias pleraſque omnes ejus eſſe cenſeant, adeoque ad Philonem non referendas. Quando antiquioris Eccleſiæ doctores tanquam librum ſacrum allegare videntur, argumento quidem eſt, libellum hunc cum aliis ejus, ſpeciatim Proverbiis & Eccleſiaſte eodem Sapientiæ nomine inſigniviſſe, quod fieri ab illis conſveviſſe, a pluribus & nobis quoque ipſis ſupra eſt obſervatum.

IV. De *Tobiæ* libro nihil eſt fere quod addamus illis, quæ Parte I. ſuo loco commemoravimus. Exemplum ejus Hebraicum manu exaratum vidimus in Bibliotheca Oppenheimeri. Dialecto Hebræo-Germanica cum libro Maccabaeorum & Judith prodiit Francof. ad Mœnum an. 1715. 8. cura R. Samuelis Lunden, qui B. Lutheri verſionem ſecutus eſt. Vidit quoque lucem eadem lingua *Furthi* anno 451. C. 1691. 8.

V. *Eccleſiaſticus*, qui alias *Siracidæ* liber appellatur, itidem Parte I. ſub בן סירה a nobis, quantum opus erat, conſideratus fuit. Quæ autem dicenda ſuperſunt, ſupplementis ad Partem I. reſervabimus. Interim editioni Hebræo-Germanicæ p. 257. memoratæ adde alias, & quidem unam, quæ *Amſtelod.* an. 420. C. 1660. 12. pp. 35. prodiit, tum *Furthenſem* an. 455. C. 1695. 8. apud Ioſ. ben Salman Schneior, ac denique Amſtelodamenſem anni 472. C. 1712. 8. pp. 36. ubi Interpres *Joſeph. b. Iacob* מארשן profitetur, ſe libellum iſtum primum ex belgico vertere germanice, qui olim primo a Ioſua fil. Iehozadac hebraice ſcriptus, a Ioſua f. Sirack vero græce converſus ſit, cum antea ad exemplum aliorum quorundam librorum ſacrorum hebraice exſtare deſiiſſet. Novam Cl. *Hardtii* ſententiam de Eccleſiaſtico ejusque auctore, ſupra, ubi de Eccleſiaſte diximus, ſuo remiſimus auctori. Illa vero ita habet. Duplicem facit Eccleſiaſticum, parvum alterum, qui Coheleth, ſeu Eccleſiaſtes dicitur, & Salomoni acceptus fertur, alterum magnum, qui Siracidis nomine venit. Priorem tribuit is Ieſu Iojadæ, qui inter Pontifices ſummos poſt carcerem Babylonicum quartum locum tenuit; poſteriorem vero

vero Ieſu Siracidæ filio, Ieſu Iojadæ nepoti, qui Eccleſiaſten illum uberiori dicendi ratione perſecutus ſit, majusque inde opus Eccleſiaſtici hebraice confecerit. Hoc ait deinde a Jeſu Siracide per filium Eleaſarem ad Joſephum Eleaſaris filium delatum eſſe, cujus opera Græcum habitum induerit, quo etiamnum inter Apocryphos conſpiciatur. Vide hæc a Viro, cetera docto, propoſita in ſchediaſmate *de libro Coheleth*, Helmſtad. 1714. edito. Si quis hic nihil aliud deſideraverit, quam idoneum antiquitatis teſtimonium, quo certe in his cauſis omnia vel ſtant, vel cadunt, is ſatis ad confutandam novam opinionem dixerit. Vide tamen præterea alia apud Cl. *Jo. Gottlob Carpzovium* in Introduct. ad libros Poëticos V. T. p. 206. ſqq. Quæ *Godofr. Arnoldus* pro divina hujus libri auctoritate attulit, ea a Celeberr. *Wernsdorfio* diſcuſſa eſſe, modo monuimus.

VI. BARUCHI librum *apud Hebræos nec legi, nec haberi*, teſtis eſt Hieronymus in præf. ad commentarium in Jeremiam. Hinc mirum viſum eſt nonnullis, quod lib. V. Conſtitutt. Apoſtolic. cap. ultimo traditur, Baruchi librum a Judæis in Synagogis ſuis quotannis cum Threnis Jeremiæ legi, id quod alii cum *Dallæo* pro falſo habuerunt, alii vero de Helleniſtis quibusdam accipiendum putarunt. Lege hanc in rem Cl. Fabricii Biblioth. Græcam lib. III. p. 740. Hebraice olim exſtitiſſe non crediderim, cum omnis taceat antiquitas. Prophetiam ei vindicatam non ignorant Judæi, ſed nec recipiunt. Hinc præter ſupra citatos R. *Aſarias* in Meor Enajim p. 169. b. ita: ברוך המקובל לנוצרים בלתי מקובל. אצלינו : h. e. *Baruch, qui receptus eſt a Chriſtianis; non recipitur a nobis.* Imo Prophetam eum unquam fuiſſe negant. Vide *Maimonidem* in More Nevochim Parte II. c. 32. Quem ſecutus *Immanuel Aboab*, in Nomologia ſua, hiſpanice ſcripta, Parte II. p. 160. ita ſententiam exponit: *Sapientes antiqui ajunt, Baruchum filium Neriæ, diſcipulum Prophetæ Jeremiæ, virum fuiſſe perfectiſſimum, tam practice quam theoretice, atque adeo promeritum prophetiæ donum. Et vel ſic tamen illud non obtinuit, quamdiu fuit in terra ſancta, ob pravam temporis conditionem. Cumque ideo, quod ſpe ſua excidiſſet, multum conquereretur, reprehendi eum per Prophetam juſſit Dominus Ieremia XLV. 1* Addit idem p. 161. propterea Judæos nihili facere librum ejus & epiſtolam, quæ tanquam a Jeremia ad ipſum ſcripta, capite ultimo libri, apud Græcos & Latinos venditetur. Deinde cap. XVIII. p. 213. ſq. ſigillatim contra epiſtolam illam ejusque auctoritatem diſſerit occaſione loci, quo ipſa idololatria ut licita & veniam facile nactu-



Digitized by Google

ra deſcribitur, modo mens hominis aliter ſentiat. Quæ R. Iſaac in חזוק אמונה in epiſtola illa reprehendat, ex ſuperioribus intelligi potuit. Ex recentioribus Chriſtianis *Io. Henr. Urſinus* in Paralipomenis lib. II. c. 17. p. 324. ſqq. variis argumentis; ſed minus ſolidis, fœtum hunc Barucho, Jeremiæ amanuenſi, adſerere conatus eſt, pro quo alii rectius Baruchum aliquem juniorem cum *Heideggero* in Enchiridio Biblico p. 549. vel Judæum qvendam Alexandrinum cum *Henrico Kippingio* Exerc. XIII. de Scriptura Sacra p. 157. ſqq. ſubſtituunt. Lege hanc in rem Cl. *Jo. Möllerum* in Homonymoſcopia ſua p. 159. ſq. ubi plures laudari videbis, qui libro huic fidem ſuam & auctoritatem penitus ademerunt. Adde illis *Lud. Cappellum* in Operibus Poſthumis p. 565. ſqq. Nec deſunt Pontificiorum teſtimonia, canonicam libri auctoritatem in dubium vocantia, quæ collecta vide a B. *Dorſcheo* in Detectione malæ fidei Papalis p. 651. ſq. Exſtat & epiſtola quædam Baruchi, ut inſcriptio fert, Syriace, quam in Bibliis Polyglottis Anglicanis videbis præter iſtam ipſi libro Baruchi. Sed illam merito tribuendam homini Chriſtiano judicavit *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 390. De ſepulchro Baruchi & fulgore, qui inde prodiiſſe narratur, lege, ſi placet, R. *Petachiae* itinerarium in Wagenſeilii Exercitatt. varii argumenti obvium p. 191.

VII. MACCABÆORUM vel *Machabæorum* (p) (vide Druſii Obſervatt. lib. XI. c. 14.) tres hodie exſtant libri, Hasmonaeorum, (q) & inprimis *Judæ Maccabæi* res geſtas exponentes. Primum illorum *Hebraice* i. e. dialecto illa, quæ eo tempore inter Judæos recepta erat, exaratum vidiſſe ſe teſtatur *Hieronymus* in prologo Galeato, inſcriptionem vero itidem Hebraicam ab Origene, (r) diſcimus apud *Euſebium* Hiſtor. Eccleſ.

(p) De ratione & originibus nominis hujus variorum ſententias recitant *Guil. Henr. Vorſtius* p. 272. ad Zemach. David, *Jo. Frid. Breithauptius* ad Pſeudo-Gorionid. p. 200. & Cl. *Jo. Albert. Fabricius* in Biblioth. Græc. lib. III. p. 748. Inſpice quoque, ſi placet *Jo. Henr. Reizii* notas ad Goodvvini Moſen & Aaronem p. 6. qui, refutata Symbolica nominis conditione, quæ poſt Grotium multis ſe probavit, id inferri hic vult, quod voces מַכָּה בִּי i. e. *plaga* ſeu *cædes* (hoſtium) *per me*, ſignificent. Cl. *Hillerus* in Onomaſtico Sacro p. 871. non inconcinne ex Chaldæo מְכַבִּי i. e. *exſtinctor* repetit, & ad 1. Maccab. II. 4. provocat.

(q) Lege de hoc nomine *Hottingerum* in Theſauro Philolog. 523. ſq. *Fullerum* in Miſcellan. II. 13. *Conſtant. Lempereur* ad Middoth p. 27. nec non *Jo. Seldenum* de Succeſſ. in Pontificatum I. 10.

(r) Locus Origenis ita a Valeſio eſt converſus: *extra horum* (i. e. Canonicorum librorum) *cenſum ſunt libri Maccabæorum*; minus quidem recte, ſi audimus B. *Gottfridum O-*

Digitized by Google

Eccleſ. VI. 25. his verbis : *Ἔξω δὲ τούτων* (ſcil. *ἐνδιαθήκων βιβλίων*) *ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ, ἅπερ ἐπιγέγραπται Σαρβὴθ Σαρβανὲ ἔλ.* s) Quæ quidem verba a variis nominatim *Scaligero* ad Euſebium p. 140. *Bocharto* & *Huetio* p. 460. Demonſtrat. Evangel. varie ſunt explicata. Equidem non difficulter applaudo *Huetio*, cum *Bocharto* per שרביט שר בני אל i. e. *ſceptrum principis filiorum Dei* interpretanti, qui alias in notis ad Origenem p. 9. minus accomodate, ut puto, per שרביט סרבני אל i. e. *ſceptrum rebellium Dei* expoſuerat. His argumentis permotus Scaliger lib. V. de Emendatione Temporum : *Prius*, inquit, *volumen Maccabaeorum Ebraice ſcriptum fuit ab auctore eximium opus, ex quo omnem Machabaeorum hiſtoriam hauſit Joſephus. Utinam ipſum hebraice exſtaret : jam diu enim eſt, quod periit.* Joſephum igitur ſua huic debere putavit *Scaliger* & alii, qui græce hiſtoriam hanc ab eo lectam putant; ſicut Judæi interque eos R. Iſaac in חזוק אמונה, quem locum paulo ante produximus, librum ſecundum ex Joſepho, nempe Pſeudo-Gorionide illo, qui de his rebus lib. 1. & lib. 3. exponit, petitum ſine ulla veri ſpecie exiſtimavit. Joſephi enim



Gorioni-

*learium* in Obſervationibus Sacris ad Matthæum p. 74. Vertendum enim eo judice erat : *præter iſtos omnes exſtant* (nempe in Ebræorum canone cujus XXII. libri erant recenſendi) *etiam Maccabaica. Quid*, ita pergit Vir doctus, *quod nulla ratio appareat, cur Origenes in recenſendis Canonis Hebraeorum ſcriptis occupatus Apocryphum eumque unicum, Maccabaica nempe debuerit commemorare* ? Equidem in Valeſiana interpretatione perſiſtendum puto, quod vox *ἔξω* eam magis, quam alteram ferat, atque idem omnino ſibi velit, quod in ſimili argumento *ἐκτὸς* apud Gregor. Nazianzenum carm. 33. ubi poſt libros Canonicos recenſitos addit : *Πάσας ἔχεις, εἴ τι τούτων ἐκτὸς, οὐκ ἐν γνησίοις.* Et in promtu præterea cauſa eſt, cur Origenes Maccabaicorum tantum, non autem ceterorum Apocryphorum mentionem fecerit. Videbat enim ea exſtare hebraice vel Chaldaice, verebaturque adeo, ne præ reliquis eodem loco, quo canonici eadem lingua exarati haberentur.

(s) Joſephus in hypomneſtico MS. ex quo locum attulit B. *Godfr. Olearius* in Obſervationibus ad Matthæum p. 74. titulum non nihil aliter exprimit, nempe per *σαβαναιέλ*. Quam lectionem cum Valeſius ſe in variis Euſebii Codicibus manu exaratis deprehendiſſe ſcribat, idem Olearius p. 75. totam inſcriptionem ita conceptam olim fuiſſe ſuſpicatur: שרבט זבני אל, i. e. *deſtruit eos, qui me vendunt, Deus.* Ex communiori autem appellatione, *Σαρβὴθ σαρβανὲ ἔλ*. *Scipio Sgambatus* p. 509. Archivorum V. T. exſculpit שרביט שרבנא אל easque voces interpretatur per *ramos cedri divina*, ac ſi ſtirpem Haſſamonæorum cedrum vocaret, ramos vero fratres, qui ex ea prognati ſint.

Gorionidis ætas longe infra teſtimonia ſubſidit, quæ pro Maccabæorum libris in antiquitate exſtant. Scriptor interim iignotus eſt, nec forte unquam conjecturainveſtigandus. Diverſas ſententias nervoſe ita complexus eſt *Heideggerus* in Enchiridio Biblico p. 396. *Scriptor libri hujus ſic ſatis in obſcuro eſt. Jochananis tamen ſive Johannis Hircani, qui filius fuit Simonis Machabei, temporibus ſcriptum videri a Pontifice vel Sacerdote quopiam, non pauci exiſtimant. A Johanne Hircano ſcriptum eſſe Cornelius a Lapide fidem facere conatur, his argumentis, quod Patri in principatu & Pontificatu ſucceſſerit, & omnibus fere patris & patrui geſtis interfuerit: quod Prophetam eum fuiſſe Joſephus Antiquitt.* XIII. 10. *teſtetur, quod Iſraeli annis 21. præfuerit, & pace cum vicinis culta otio abundaverit: quod denique in morte Simonis Patris ſui deſierit. At Hieronymus catalogo Virorum Illuſtr. & lib. 2. contra Pelagianos primi & ſecundi auctorem Joſephum ſubinnuit. Quod alii repudiant, rationibus pluribus ducti, hoc interea dantes, tempora a Joſepho vel ex Joſepho utrique libro addita eſſe.* Alii præterea *Judam Eſſenum* ſcriptorem faciunt: quam in rem vide *Serarii* præfat. ad commentarium ſuum. Ab aliis *Simoni*, Joannis Hircani parenti, imo etiam *Philoni* acceptum ferri memini. Imo *Claudius Fraſſenius* in Diſquiſition. Biblic. p. 633. ita rationes inſtituit, ut ſingulos fratres Hasmonæos res ſua ætate geſtas in literas retuliſſe exiſtimet. Confer Theatrum Anonymorum Placcianum p. 8. & *Natal. Alexandrum* in Selectis Capitibus Hiſt. Eccleſ. Aetate VI. diſſ. VII.

Pro auctoritate libri canonica Pontificii, *Serarius*, *Huetius*, *Fraſſenius* & quis non inter eos? acriter propugnant. Sed nec deſunt inter ipſos aliter ſentientes. Quæ cap. I. v. 6. 7. ſqq. referuntur, diſerte inter fabulas numerat *Adrianus Valeſius* ad Ammianum Marcellinum p. 367. Sed hæc quidem cauſa ad alios pertinet. Librum hunc inter Judæos hodie hebraice converſum exſtare nusquam deprehendi. Citatur tamen a R. Aſaria in מאור עינים cap. 33. & 36. liber primus Hasmonæorum i. e. Maccabæorum ex Abarbanele. Locum hunc repetiit *Ganzius* in Zemach David ad an. 3590. quem huc ex Latina Vorſtii verſione apponendum puto: *In libro Meor Enajim c. 53. uti & cap. 36. ſcribit nomine Don Iſaac Abravanel, finem regni Græcorum & initium regni Chaſmonæorum fuiſſe in terra ſancta anno 148. juxta computum Græcorum. Sic quoque exſtat lib. i. Chasmonæorum cap. i. quod Antiochus Epiphanes inceperit affligere Iſraëlem anno 143. regni Græcorum & aggravavit ſuper illos manum ſuam, cum poneret abominationem ſuam deſolantem* (i. e. idola) *in ſanctuario anno 148. & ſub finem trium annorum reſpexit Dominus ad afflictionem populi expulitque eum, ac diſceſſit ab iis cum*

*iracun*

*iracundia & æſtu , atque obiit anno 149. ex vehementibus morbis , quales non viſi erant.* Operæ pretium eſt , ut verba Hebræa , qualia ex cap. I. libri I. Chasmonæorum hic citantur legamus : היינו כי אנטיאוכוס אפיפניס החל להפר את ישראל שנת ק״מג למלכות יונים והכביד את ידו עליהם עם נתינת שקוצו השמ▭ במקדש שנת קמ״ח ומקצת שלש שנים בשנת ק״מת ראה יהוה בעני עמו ויגרשהו וילך מעליהם לחמר▭ ולקצף ויהי בשנת ק״מט מת בתחלואי▭ אשר לא נראה כהם לרוע : Obſervandum hic in hebraico contextu æque ac in verſione collocationem idolorum in templo referri ad annum ק״מח i. e. 148. vitio manifeſto , cum legi debeat ק״מה i. e. 145. id. quod ex ſequentibus verbis patet , quibus affirmatur Deus poſt ſpatium trium annorum i. e. ק״מח (qui numerus in Hebræo diſerte additur , a Vorſtio perperam omiſſus) reſpexiſſe calamitatem populi ſui ita ut anno 148. clade affectus & 149. morte abreptus ſit. Atque illa quidem omnia exacte conſpirant cum narratione , quæ exſtat cap. 1. & 6. libri I. Maccabæorum , qui apud nos eſt. Ibi enim cap. I. v. 25. dicitur anno 143. Hieroſolymam acceſſiſſe , templique ornamenta ſpoliaſſe , poſtea vero ſecundum comma 30. & 57. urbem graviter oppugnatam cepiſſe , & in altari ſacro idola expoſuiſſe, quod crimen poſtremum eadem phraſi in Græco & Germanico noſtro exponitur , qua uſus eſt Scriptor Hebræus. Dicitur enim Epiphanes *abominationem deſolationis* in altari collocaſſe. Quæ de morte ejusdem referuntur , leguntur c. 6. eaq; ſpeciatim v. 16. incidiſſe narratur in annum 149. Cum itaque hæc talia cum his, & inprimis temporis, circumſtantiis fruſtra in Joſepho Græco æque ac in Hebræo, Pſeudo-Gorionide, quærantur., relinquitur , Abarbanelem ſua ex noſtris libris hauſiſſe , ſive eos hebraice converſos habuerit , ſive hæc ex Latina interpretatione percepta pro arbitrio expreſſerit. Poſterius malim , qui , quæ in cap. I. & VI. fuſius narrantur , ipſe in compendium miſiſſe intelligitur. Jam intelligis , recte conjeciſſe Druſium , quando in commentario ad difficiliora loca Geneſeos ita ſcribit : *His addi poſſet primus Maccbabæorum , quem Hieronymus ſe Hebraicum vidiſſe teſtatur. Ego ſuſpicor , eum eſſe , qui in hiſtoria illius gentis vocatus liber Haſamonæorum. Siquidem quos Chriſtiani Macbabæos appellant , eos Hebræi vocant Haſamonæos.* Quam editionem Hebraicam MS. apud *Hottingerum* fuiſſe ſcribit *Heideggerus* in Enchiridio p. 398. eam non puto eſſe diverſam ab ea , quæ inter reliquos libros Apocryphos fuit , quos ſe ex Latina vulgata hebr. converſos habuiſſe teſta-

 tur

tur p. 520. Theſauri Philologici. Ceterum pertinet huc libellus מגלת אנטיוכוס de quo dixi Parte I. n. 336. quibus adde, quod MS. viderim eundem in Biblioth. Oppenh. Exſtat & editio Hebræo-germanica, præter Pragenſem, alia ſine loco & anno vulgata una plagula in 8.

Liber II. Maccabæorum Græce exaratus eſt, teſte Hieronymo præfat. in libros Regum. Filum hiſtoriæ in primo cœptum cave credas hic continuari, cum conſtet binis epiſtolis huc non pertinentibus, ea vero, quæ cap. III. IV. & V. narrantur, tempore priora ſint illis, in quibus recenſendis liber primus occupatur. Maxima præterea illorum, quæ hic leguntur, pars ſummam exhibet eorum, quæ Jaſon Cyrenæus libris quinque fuſius deſcripta reliquit. Id enim profitetur epitomaſtes c. II. v. 20. Pro ſcriptore nec *Philonem*, nec *Ioſephum*, nec *Iudam Eſſenum* haberi poſſe, Huetium puto tam manifeſtum feciſſe, ut nemo facile aſſenſum cohibiturus videatur. Interim merito mireris, eundem *Huetium* impetrare a ſe potuiſſe, ut libri hujus γνησιότητα & antiquitatem adſtruendam ſuſciperet, cum ipſa illa opera primum librum, cui ſecundus ille hinc inde adverſatur, magis in falſi ſuſpicionem vocare poſſit, quam ſecundo fidem conciliare. Fortaſſe tamen non minus mireris, *Perronium* ea eſſe profeſſum, quæ in Perronianis pag. 259. leguntur: precationem ſcilicet pro mortuis (reſpicit procul dubio II. 43.) ex Maccabæorum libris probari poſſe, ſed hoc non ſufficere, cum ante omnia neceſſe ſit, ut horum librorum canonica auctoritas adſtruatur, quod nemo doctorum hactenus præſtiterit. Quod ſibi dictum putent *Claudius Fraſſenius* p. 641. Diſquiſitt. Biblicarum & *Elias de S. Tereſia* pag. 773. de purgatorio, in eodem labore fruſtra omnino tempus collocantes.

*Tertius* Maccabæorum utroque prior eſt, resque ibi narratæ quinquaginta minimum annis Judæ Maccabæi tempora ſuperant, nec alio nomine hanc inſcriptionem merentur, quam quod heroes ibi laudati non minus ſe conſtantes & cordatos quam fratres Maccabæi in adſerendo Dei cultu & honore præſtiterint. Philonem Alexandrinum auctorem eſſe *Iunio* in præfat. ad libros Apocryphos perſuaſit ſimilitudo dictionis, quam ſibi obſervaſſe viſus eſt, aliis aliter omnino ſentientibus. Cum Latina verſio antiqua non exſtet, ſubnaſci non potuit occaſio Eccleſiæ Papææ librum hunc ceteris addendi.

*Quartus*, qui numeratur *Philoſtorgio* & veteribus aliis, Maccabæorum

rum liber, non alius eſt a Joſephi libello περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, quam in rem vide inprimis doctiſſimum *Fabricium* lib. III. Bibliothec. Græc. pag. 750. apud quem & alia ad quatuor illos libros pertinentia requires. Adde *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. pag. 508. ſeqq. qui præter duos illos libros, quos pro canonicis recipiunt Pontificii, Maccabæis tribuit תקנות ſeu conſtitutiones quasdam, tum traditionem quandam, Epiphanii tempore adhuc celebrem.

VIII. ESTHERIS libro quædam in Græca editione per ſex, vel ſecundum alios ſeptem aut octo capita junguntur, quæ Judaicæ antiquitati ignorata fuerunt, ſicut & Hieronymus in præfat. ad lib. Eſther ea Græce tantum exſtare teſtatur. Cur Origeni in Epiſtola ad Africanum probabile viſum ſit, additamenta hæc initio quidem in exemplari Hebraico exſtitiſſe, non intelligo. Ea enim eſt, ut de luſibus vocum Græcarum in narratione obviis non dicam, inter librum Canonicum Eſtheris & Apocryphas has lacinias pugna, quæ efficere facile potuiſſet, ut huic conjecturæ nuncium mitteret Pater doctiſſimus. Exempla lege apud *Waltherum* in Officina Biblica pag. 1157. Conjecturæ quoque inanis locum tuetur Bellarmini ſententia, opinantis, duo olim exſtitiſſe exemplaria libri Eſther Hebraice, brevius alterum, alterum diffuſius, quorum hoc injuria temporum perierit, ita tamen, ut ſupplementis Græcis locum fecerit & materiam ſuppeditarit. *Ioſepho* ea adſcribit *Lyra*, *Grotius* Helleniſtæ cuidam, auctori verſionis Græcæ *Dupinius* Tom. VI. Biblioth. Auctorum Eccleſiaſt. in reſponſione ad Animadverſiones Petitdidierii pag. 7. Poſt Artaxerxis ætatem in literas relata eſſe hæc fragmenta Cleopatræ & Ptolemæi in iis facta mentio evincit. De Græcis & Latinis editionibus ac verſionibus lege Cl. *Fabricium* Bibliothec. Græc. lib. III. pag. 746.

IX. Acceſſiones, quæ vocantur DANIELIS, non majoris ſunt auctoritatis. Hoc nomine venit hiſtoria de *Suſanna*, de *Belo*, de *Dracone*, tum vero canticum *Aſariæ* ac trium puerorum. Hebraice illa nunquam exſtiterunt, id quod teſtimonio *Origenis* in lib. de Oratione p. 47. & *Hieronymi* in præf. ad Danielem conſtat. *Bartoloccius* Tom. II. p. 304. ſeqq. fragmentorum illorum defenſionem nunquam ſuſcepiſſet, niſi profeſſio nominis Pontificii hanc operam ipſi extorſiſſet. Idem puto judicandum de *Claud. Fraſſenio* p. 596. Disquiſitt. Biblicarum. Interim ſunt ex Pontificiis, qui aliter & rectius hic ſentiunt, ex quibus vide *Rich.*

*Rich. Simonium* in Caſtigat. Iſaaci Voſſii pag. 12. & laudatum modo *Dupinium* in Appendice Apologetica ad Tom. VI. Biblioth. Scriptorum Eccleſiaſtic. pag. 4. Quid inter Origenem & Africanum de hiſtoriæ illius veritate, (non autem canonica libri auctoritate, quam nunquam agnovit Origenes) diſputatum ſit, inprimis ex *Job. Rudolphi Wetſtenii* diſſertatione ſingulari Baſil. 1691. 4. edita, diſci poteſt. Ceterum hiſtoria Suſannæ, item Beli & Draconis, accepta fertur a veteribus quibusdam Habacuco cuidam ben Jeſu, quod idem factum quoque eſt ab Interprete Græco. Hieronymi verba clara ſunt præfat. in comment. Danielis: *Porphyrio Euſebius & Apollinaris pari ſententia reſponderunt, Suſanna, Beliſque ac Draconis fabulas non contineri in Hebraico, ſed partem eſſe prophetiæ Habacuc, filii Jeſu de tribu Levi, ſicut juxta LXX. Interpretes in titulo ejusdem Belis fabulæ ponitur:* προφητεία Ἀββακοὺμ υἱοῦ τοῦ Ἰουδᾶ (ubi alii legunt Ἰησοῦ) ἐκ φυλῆς Λευί. Quæ ſpeciatim in narratione de Dracone leguntur, ea Judæis non ignota ſunt. Lege בראשית רבא ſect. 68. & confer *Raymund. Martini* in Pugione fidei Part. III. diſt. 3. c. 23. n. 7. Pertinet huc etiam Flavius Joſephus Antiquitt. X. 12. & Joſephus Pſeudo-Gorionides lib. I. c. 11. p. 36. edit. Breithauptianæ. Ex recentioribus Judæis legatur *Abarbanel* ad Habacuc. cap. I. *Sam. Bochartus* lib. III. Hierozoici c. 3. integrum locum ex Saadiæ commentario in Danielem exhibet huc pertinentem, quem is ex Additamentis ad Danielem petitum putat.

Hymni duo, alter *Aſariæ*, alter trium Danielis ſociorum, in calamitatibus ſuis conſtitutorum & igni proximorum adjuncti ſunt a Græcis tertio Danielis capiti poſt comma 23. Auctor utriusque tam incertus eſt, quam certum, ignorari eum ab Hebræis, & indicia quoque habere ſcriptionis a Viris θεοπνεύστοις alienæ, inter quæ merito cum Heideggero numeres, quod commate 9. hymni Azariæ Babyloniorum Rex vocatur: ἄδικος καὶ πονηρότατος παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν, quæ imprecandi ratio a conſvetudine precandi, ſanctis Viris recepta, utique longiſſime abeſt.

Jungimus his MANASSÆ Regis orationem, quam in vinculis pronunciaſſe fingitur. Hebraice eam unquam exſtitiſſe non crediderim, licet B. *Walthero* in Officina Biblica pag. 1163. Hebraicam phraſin reſipere videatur, qui ibidem poſt alios nonnullos eam ne Græce quidem, ſed Latine tantum legi tradit minus convenienter, cum non ſolum in Conſtitutionibus Apoſtolorum lib. II. c. 22. ſed & alias Græco ſermone occurrat. Occaſionem illius concinnandæ præbuiſſe videtur Sacer Codex

dex 2 Chronicorum XXXIII. 18. Illa nec a Pontificiis in canonem recepta eſt, quod fieri poſſe viſum eſt *Bonfrerio* in Præloqv. ad Script. Sac. c. V. ſect. 4.

X. De tertio, qui ita dictus videtur, non quod ab Eſra ſcriptus ſit, ſed quod de rebus ejus cap. VIII. ſq. exponat, & quarto ESRÆ libro, parum eſt, quod addam iis, quæ Parte I. Biblioth. hujus commemorata ſunt ſub Eſra n. 1768. Quid Judæi de utroque judicent, patebit ex loco R. Iſaaci ben Abraham, quem paulo ante ex libro ejus חזוק אמונה in medium attulimus. Apponam hic *Jo. Morini* verba ex Exercitatt. ejus Biblicis pag. 225. *Certum quoque eſt*, inquit is, *libros tertium & quartum Eſdræ; ſecundum & tertium Macchabæorum Hebraice aut ſaltem Chaldaice primum ſcriptos fuiſſe, & ex utralibet lingua in Græcam translatos. Materia enim & phraſis Judaica eſt, ſtylus quoque totus Judaicus eſt, & Græcam eloquentiam nullo modo ſapit. Iudæi præterea linguarum exterarum ſunt incurioſiſſimi, ſtudiumque ejusmodi cenſetur apud eos homine ingenuo indignum, ut teſtatur Ioſephus Antiquitatt. Iudaic. lib. XX. cap. ultimo. Quapropter alio idiomate quam Hebraico compoſitos primum fuiſſe nulla conjectura ſvadet.* Quod ſi eadem fuiſſet Patrum Tridentinorum ſententia, procul omni dubio utrumque eorum in canonem retuliſſent, quod factum non eſt, approbante conſilium *Bartoloccio* Parte I. pag. 239. ob fabulas ſcilicet quasdam Judæorum putidiſſimas. Eadem eſt ſententia *Rob. Bellarmini*, de verbo Dei lib. I. c. 20. Genebrardum, qui aliter ſentit, caſtigantis. Benedictini Monachi in nova Operum Ambroſii editione Ambroſium excuſant quidem, ſed non ſeqvuntur, quando is in libro de bono mortis libro IV. Esdræ multum tribuit. Lege Acta Eruditorum Lipſienſia an. 1688. p. 68. Itaque hoc magis mireris, *Stiefelium* in Apologia tractat. Chriſtian. contra Jo. Piſcatorem, canonicam ejusdem libri auctoritatem adſtruere auſum eſſe. *Seidenbecheri* idem ſentientis teſtimonium habes apud *Godofr. Arnoldum* in Hiſtoria Eccleſ. & Hæreſiolog. Part. III. pag. 134. b. Cordatiores certe in *Steph. le Moyne* judicio acquieſcent, cujus in notis ad Varia Sacra p. 835. hæc ſunt verba: *Quartus Eſdræ liber tot fabulis refertus eſt, ut nulli unquam, licet ſimpliciori & ad nugas admittendas & concoquendas faciliori, potuerit ſe probare.* A Judæo quodam idem addit fuiſſe compoſitum, multaque Judaica & Cabbaliſtica complecti. Obiter monendum puto, utrumque librum in antiquioribus Bibliorum Germanicorum editionibus fruſtra quæri, ideo, quia B. Lutheri opera non ſunt converſi. Quæ vero in recen-

recentioribus editionibus exſtat interpretatio, illa Dan. Cramero accepta ferri debet.

XI. Apocryphis his libris ab *Heideggero* in Enchiridio Biblico pag. 419. ſubjiciuntur nonnulli, *ab Eccleſiæ lectione remoti, dubii & nonnulli etiam ſpurii, quorum tamen major apud SS. Patres etiam æſtimatio fit, quam priorum illorum.* Illi ſunt *appendiculæ libri Iobi*, alia quidem in calce libri, ex Græca verſione, quæ genealogiam Jobi & amicorum ejus continet; alia poſt verſum 8. capitis II. quæ orationem uxoris Jobi ad ipſum exhibet, ut alia ex antiquis hinc inde memorata omittam. *Auctarium Pſalterii*, ſcilicet Pſ. 151. de quo alias. *Additamentum Eccleſiaſtici*, in plerisque Latinis Codicibus obvium, ubi ad calcem libri legitur oratio Salomonis, quæ partem priorem precationis, a Salomone 1 Regg. VIII. recitatæ, complectitur. *Præfatio* Threnis Jeremiæ paucis verbis præmiſſa, & in Græca editione obvia.

Atque illa quidem de Apocryphis libris ſufficiant, de quibus id adhuc puto obſervandum, quod *Hottingerus* pag 520. Theſauri Philologici teſtatur, habere ſe omnes libros Apocryphos ex Vulgatæ verſionis fide Hebraice converſos. Venit hic quoque in mentem recordari Societatis, quam Ajiroli, Ignatiani Ordinis Pater, ad provehendas literas Hebræas in Collegio Romano an. 1706. inſtruxit. Hujus membra induſtriæ argumento an. 1713. in cœtu ſuo protulerunt verſionem Hebraïcam librorum Apocryphorum, qui hucdum non niſi Græce exſtant. Sed nihil eorum hucdum lucem adſpexit. Vide Memorias Literarias Trivultinas an. 1713. Februar. p. 296. & Ephemerides Pariſienſes anni 1714. Januar. p. 93. edit. Amſtelodamenſis.

XII. Ab Apocryphis his diſtingvenda ſunt *Pſeudepigrapha*, quo nomine appellantur libri, qui vel θεοπνεύστοις Scriptoribus vel Sanctis Dei Viris a recentiori manu ſuppoſiti ſunt, & ab antiquis lecti, ita tamen, ut de fraude hic facta facile conſtet, nec publica auctoritate unquam ab ullo Chriſtianorum cœtu ad lectionem recepti fuerint aut commendati. De his hinc inde a noſtratibus nunc in Locis Theologicis de Scriptura Sacra, nunc in Introductionibus ad libros Biblicos, v. c. a B. *Walthero* in Officina Biblica p. 1204. ſqq. actum fuit. Poſtea vero inter Pontificios *Scipio Sgambatus* cum ampliori apparatu ad hoc argumentum tractandum acceſſit in libris III. Archivorum V. T. quæ Neapoli an. 1703. fol. lucem viderunt, & in Actis Erudit. Lipſienſibus an. 1705. pag. 337. ſeqq. recenſentur. Omnium vero induſtriam ſuperavit doctiſſimus

*Io.*

*Io. Albertus Fabricius* in pleniſſima collectione, quæ ſcripta ipſa, ubi haberi potuerunt, vel ſaltem fragmenta eorum cum eruditorum de illis judiciis, aliisque, quæ huc pertinent, Obſervationibus exhibet, & ſub titulo *Codicis Pſeudepigraphi V. T.* lucem vidit, Hamburgi 1713. in 8.

# SECTIO IV.
## DE LIBRIS IN CODICE HEBRÆO CITATIS, SED NON EXSTANTIBUS.

*I. De libris deperditis generatim. II. de Henochi libro. III. de delendis Amalekitis. IV. libro fœderis. V. Bellorum Domini. VI. Recti. VII. Judicii regni. VIII. de tribus Salomonis ſcriptis. IX. de libro verborum Salomonis. X. de verbis dierum Regum Iſraëlis. XI. de verbis dierum Regis Davidis. XII. de verbis Samuelis Videntis, Nathanis, & Gad Videntis. XIII. de ſcriptis Nathanis, Abiæ & Iddo. XIV. de verbis Semajæ. XV. de libro Jehu. XVI. de libro hiſtorico Jeſaiæ. XVII. Choſai. XVIII. Jeremiæ carmine lugubri. XIX. Chronicis Regum Mediæ & Perſiæ. XX. de libro Domini, de quo Jeſ. 34. v. 16. verbis antiquis, de quibus 1 Chronic. 4. v. 22.*

I.

FRuſtra hodie nonnullos libros quæri, qui in canonicis paſſim citantur, omnes, quod ſciam, fatentur, non quidem eo ſenſu, ac ſi vel divini Numinis providentia, vel Judæorum indefeſſa in aſſervandis ſacris oraculis cura permiſerit, ut quidquam eorum, quæ unquam in canone fuerunt, intercideret, ſed quod, qui deſiderantur, libri nunquam in eum, tanquam ad doctrinam neceſſarii, recepti fuerint. Lege, quæ hanc in rem ſupra Sectione I. §. 6. diſputata ſunt, ubi etiam in medium produximus varia Judæorum loca, quæ jacturam nonnullorum librorum ſacrorum factam eſſe profitentur. Illis addere hic liceat narrationem, quamvis fabuloſam, quæ in præfatione ad librum הישר, Francof. ad Mœn. A. C. 1674. recuſum, ambitioſe enarratur. Factum ſcilicet in excidio Hieroſolymorum eſſe, ut aliquis Titi dux, nomine Sidrus, diruto pariete aliquo, inveniret conclave, reple-



Digitized by Google

tum libris plurimis, Pentateucho, Prophetis & Hagiographis, ut & libris de Regibus Iſrael & Regibus gentium, itemque aliis libris plurimis ad Iſraelitas ſpectantibus, una cum correctis Legis exemplaribus. Conſpexiſſe eundem Senem quendam in his libris legentem, quem deinde Hiſpalin ſecum abduxerit, una cum libris, quibus adſervandis ſingularem domum ædificarit. In illis libris, ait fabulator, ſcripta eſſe omnia, quæ futura ſint in regnis mundi, usque ad adventum Meſſiæ. Ex iſtis credi jubet librum הישר in manus ſuas incidiſſe cum aliis pluribus, qui ex illa domo tempore exſilii Judæorum exportati & Neapolin perlati fuerint. Lege hæc fuſius relata & deinceps tanquam fabuloſa recte repudiata a Cl. *Abichtio* in diſſ. de libro Recti pag. 22. ſqq. Majorem forte fidem merentur, quæ *Epiphanius* in hæreſi Ebionæorum, a Joſepho quodam Ex-Judæo ſibi relata narrat de gazophylacio ſcriptorum variorum, poſt devaſtatum templum apud Tiberienſes Judæos obvio, ad quod paucis patuerit aditus. Ex eo loco conficit B. *Gottfr. Olearius* in Obſervatt. Sacris ad Matthæum pag. 75. a Judæis ea ſcripta, quæ ſtabiliendæ Chriſtianæ religioni poterant inſervire, diligentiſſime fuiſſe ſuppreſſa, quæ tamen Apoſtolis tanquam Judæis innotuerint, ut iis hinc inde, divino Spiritu ſuggerente, uti potuerint. Interim, neque id inficias ire poſſumus, quosdam illorum librorum, qui inter deperditos numerantur, præter rem in hunc cenſum referri, cum vel nunquam ſcripti ſint, vel in ipſis etiam pandectis ſacris ſub alio titulo occurrant. Hinc locum nacta eſt diſtinctio inter libros *vere* & *apparenter* deperditos, de quibus poſterioribus exſtat ſingularis diſſertatio B. *Joſiæ Henrici Opitii* Lipſiæ 1704. habita, quæ tamen aliqvos eorum tantum perſeqvitur. Illorum omnium recenſionem ſummariam nunc ingreſſuri afferemus locum ex *Ioſephi*, Scriptoris Chriſtiani, ὑπομνηστικῷ nondum edito, qualem olim ex Codice MS. Biblioth. publicæ Cantabrig. deſcripſi. Verba cap. 120. ita habent: Τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα βιβλία, μὴ εὑρισκόμενα δέ; Νάθαν, καὶ Ἀδδὼ, καὶ Ἀχία τοῦ Σειλωνίτου, καὶ Σεμεεὶ, καὶ Ἰησοῦ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν βασιλειῶν γέγραπται εἶναι βιβλία. Προφῆται γὰρ οὗτοί εἰσιν, εἴτε γεγράφασι, περὶ ὧν προεφήτευον, ἃ οὐχ εὑρίσκονται. Ψαλμοὺς τρισχιλίους λέγεται ἐν παραλειπομένοις εἶναι τοῦ Δαβίδ, μόνους δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς ρν´ ὑπὸ τῶν φίλων Ἐζεχίου τοῦ βασιλέως ἐξελέχθαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἀποκεκρύφθαι. Πεντακισχιλίας παροιμίας ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος ἐκθέσθαι ἡ τῶν Παραλειπομένων λέγει γραφή· ἀλλ᾽ οὐκ εἰσι νῦν εἰ μὴ μόναι αἱ ἐκκλησιαζόμεναι. Τὸ ᾆσμα τοῦ Σολομῶντος τὸ μυστικὸν ἐξ ᾀσμάτων πλειόνων ἐξελέχθαι ἐπιγέγραπται.

Digitized by Google

γεγράφθαι. Ἰώσηππος δὲ ἱστορεῖ δύο βιβλία προφητειῶν τὸν προφήτην Ἐζεκιὴλ γεγράφθαι. ἓν δὲ μόνον ἐπιγινώσκομεν εὑρίσκεσθαι. Latinam verſionem brevitatis cauſa omitto, quam leges, ſi placet, apud *Lambecium* lib. III. de Biblioth. Vindobon. pag. 33. Cl. *Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. pag. 912. & B. *Olearium* in Obſervationibus Sacris ad Matthæum pag. 73. Jam enarrabimus ſingulos eo ordine, quem vel temporis ratio vel allegatio in V. T. facta præſcribit, quamque ſecutus eſt B. *Mich. Waltherus* in Officina Biblica pag. 1172.

II. *Henochi* liber, qui nonnullis a Juda v. 14. & 15. epiſtolæ citari viſus eſt, Parte I. n. 631. commemoratus fuit. Adde iſtis, quod in Vita Jo. Dee a *Thoma Smitho* p. 51. narratum video, hominem (Dee) an. 1586. libros ſuos 28. in quibus hiſtoriam revelationum ſibi factarum deſcripſerat, comburere juſſum, elapſis novem diebus, tres illorum iterum conſpexiſſe, humi ſub amygdala ſtratos, inter quos fuerit *Enochi* liber. Atque hunc jure ſuo inter apparenter deperditos numeres. Eruditi enim tantum non omnes negant, ullum tale ſcriptum ab Enocho exaratum, aut tanquam exaratum a D. Juda, Apoſtolo, allegari. Vide teſtimonia bene multa hanc in rem collata a Cl. *Fabricio* pag. 199. Codicis Pſeudepigr. V. T.

III. *Liber de delendis Amalekitis*, nonnullis citari viſus eſt Exodi XVII. 14. his verbis: כְּתֹב זֹאת זִכָּרוֹן בַּסֵּפֶר וְשִׂים בְּאָזְנֵי יְהוֹשֻׁעַ כִּי מָחֹה אֶמְחֶה אֶת זֵכֶר עֲמָלֵק מִתַּחַת הַשָּׁמָיִם: h. e. *Scribe hoc memoriale in librum, & pone in aures Joſua, quod delendo deleturus ſim memoriam Amaleck de ſub cælo.* R. *Levi ben Gerſon*, quem ſequitur B. *Aug. Varenius* in comm. ad Exod. XVII. 16., in commentario ſuper Legem f. 71. col. 1. veri putat ſimile, Moſen ea ſcripſiſſe in librum, qui eo tempore notus fuerit, v. c. *librum Chronicorum*, aut etiam *librum Bellorum Domini.* Verba ita habent: יתכן שכתב זה בכפר מה היה ידוע אצלם והוא ספר הזכרונות או ספר מלחמות יהוה כמו שכתב אבן עזרא: Locus Aben Eſræ, ad quem Gerſonides provocat, legitur in commentario ad Exod. XVII. 14. ubi librum iſtum vel de *libro Legis*, vel de *libro Bellorum Domini* interpretandum cenſet. Aliam præterea conjecturam recitat *Gerſonides* idem l. c. quando ita hæc verba accipi poſſe cenſet, ac ſi præciperet Deus Iſraelitis, ut recordarentur eorum, quæ Amalekitæ fecerint, & quæ illis facere debeant, quale præceptum etiam exſtet Deuter. XXV. 17. Quo ipſo non



Digitized by Google

obſcure is innuit, ipſum hunc Exodi & Deuteronomii locum reſpiciendum eſſe. Atque hæc ſententia placuit *Nachmanidæ* comm. in Legem f. 56. & *Abarbaneli* in comment. ſuper Legem f. 164. itemque *Abendana* in Spicilegio ad Michlal Jophi, quorum hic magis ad Deuteronomium, illi vero bini magis ad Exodum digitum intendi ſtatuunt. Ex Chriſtianis Interpretibus *Io. Druſius* & *Franc. Vatablus* in comment. ad h. l. Aben Eſram ſeqvuntur; alii ut B. *Calovius* in Bibliis Illuſtratis, Vinarienſes, *Rivetus* item & B. *Rungius* cumque eo B. *Majus* in Oeconomia Judic. Divinorum Part. I. pag. 328. de ipſo illo Exodi capite accipiunt, ita quidem, ut Rungius hiſtoriam belli Amalekitarum a Moſe ſtatim ſeorſim deſcriptam, deinde vero, cum colophonem imponeret Pentateucho, Exodo c. 17. a v. 18. ad finem & Deuteronom. XXV. 17. inſertam exiſtimet. Exodi librum generatim hic intelligendum ſvadet *Dupinius* in Diſſertat. Prælimin. ad Biblia pag. 22. niſi potius, quod ſtatim addit, Ephemeridas quis malit, in quas retulerit Moſes, quæ ipſi acciderint. De ſingulari libello ſermonem hic eſſe aſſerit *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 227. Librum Bellorum Domini, de quo Num. XXI. 14. hic innui credit *Richardus Simon* p. 76. Reſponſionis ad Judicia Theologorum Batavorum. Vide hæc fuſius exponentem B. *Opitium* in diſſ. de libris apparenter deperditis Sect. I. qui §. 8. ita rem definit, quod, quæ Deus Moſi v. 14. præcipit, ea ſtatim ſequentium verborum conſignatione perfecta ſint, verborumque iſtorum hic ſit ſenſus: *Scribe hoc*, (ſcilicet, quod ſtatim ſequitur) *in librum, & auribus Joſuæ diligenter inculca, quod aliquando penitus exſtirpaturus ſim Amalekitas, quos ille nunc quidem debilitavit.* Atque ab hac interpretatione cur diſcedamus, nihil omnino cauſæ video.

IV. Proximum, qui allegari viſus eſt, conſtituit ספר הברית *librum Fœderis*, de quo Exod. XXIV. 7. ויקח ספר הברית ויקרא באזני העם h. e. *& ſumſit* (Moſes) *librum fœderis, & legit in aures populi.* R. *Salomon Iſaacides* intelligit hic totum Geneſeos librum & 19. priora Exodi capita, apud Buxtorf. in Bibl. Rabbin. fol. 91. col. 1. ספר הברית מבראשית ועד מתן תורה ומצוות שנצטוו במרה: i. e. *Liber fœderis incipit a Geneſi, & producitur ad publicationem Legis, & præcepta, quæ mandata ſunt in Mara*, i. e. Exod. XV. 23. ſqq. Alii, nominatim *Aben Eſra* (t) comment. in h. l. innui hic putat *judicia* & *præcepta*, quæ Moſes in monte acceperit, & deinde Exod.

(t) Idem ſentit *Spinoſa* in Tractatu Theolog. Politico c. 18. contra quem vide *Huetium* in Demonſtr. Evangel. pag. 262.

Exod. XX. 22. uſque ad XXIII. 34. conſignarit. Verba ita habent: וטעם ויבא משה בתוך מחנה ישראל ויספר לעם את כל דברי יהוה מצוות עשה ולא תעשה שהם כתובים מן אתם ראיתם כי מן השמים עד סוף כי יהיה לך למוקש: i. e. *Senſus eſt, Moſen veniſſe in media caſtra Iſraelitarum, populoque enarraſſe omnia verba divina, præcepta affirmativa & negativa, quæ ſcripta ſunt inde ab illis verbis:* Vos vidiſtis, quod de cœlo, (Exod. XX. 21.) *uſque ad finem:* quia erit tibi in laqueum. Accedit ad eum R. *Moſes ben Nachman* comm. in h. l. fol. 66. qui ibidem provocat ad conſentientem R. *Elieſer*: itemque *Abarbanel* ad eundem locum, ubi ita: ודברי יהוה הם פרשת אתם ראיתם כי מן השמים דברתי עמכם וכן פרשת הנה אנכי שלח מלאך לפניך וכן ספר להם את כל המשפטים שבפרשת אלה המשפטים: h. e. Verba autem divina (quæ ſcilicet prælegit Moſes populo) ſunt ſectio: *Vos vidiſtis, quod de cœlo vobiscum locutus ſim* (Exod. XX. v. 21.) item ſectio: *Ecce ego mitto angelum coram te.* Inſuper vero expoſuit illis omnia judicia, quæ ſunt in ſectione: *Iſta ſunt judicia.* Compara cum his *Gerſonidem* in comm. ſuper h. l. R. *Iſaac ben Arama* in עקדת יצחק f. 130. a. & R. *Elieſer* in מעשה יהוה fol. 150. a. Ex Chriſtianis eandem ſententiam tuentur plerique omnes, ex veteribus quidem *Auguſtinus* Tom. IV. Opp. p. 157. ex Pontificiis *Cornel. a Lapide, Bonfrerius* item & *Eſtius* ad h. l. ex Reformatis *Hottingerus* in Theſauro Philolog. pag. 525. ex noſtratibus vero *Chemnitius* in Examine Concil. Trident. pag. 14. 15. *Gerhardus* LL. Theol. de Script. S. c. 2. §. 16. *Scherzerus* in Anti-Bellarmino Diſp. II. p. 154. & *Waltherus* in Harmon. Bibl. pag. 323. citati a B. *Opitio* in Diſſertat. laudata pag. 22. qui in confutanda Raſchiana iſta feliciter occupatur, denique vero *Theodorici Hackſpanii* approbat, in notis Philolog. Part. I. pag. 382. exiſtimantis, librum hunc Fœderis bonam Exodi partem fuiſſe, ſcriptam a Moſe in charta, quam deinde libris ſuis inſeruerit. Conſtitiſſe autem tribus veluti ſectionibus, *Decalogo*, qui ad Patres-familias; *Ceremoniis*, quæ ad Levitas; & *Judiciis*, quæ ad Magiſtratum ſpectarint, ut adeo liber Fœderis quatuor integra Exodi capita, XX. XXI. XXII. & XXIII. continuerit. Ita Cl. *Surenbuſius* in libro καταλλαγῆς pag. 631. ex Hebr. IX. 19. colligit: *Moſen omnia verba Dei, atque omnia jura prius enarraſſe populo, & poſtea illa ſcriptis conſignaſſe, populo illa omnia approbante & obſervationem eorum in ſe ſuſcipiente, patet ex Exod. XXIV. 3. 4. 7. quibuscum conferri poſſunt ea, quæ traduntur Exod. XX. 21. 22. 23. ut omnia præcepta iſta, quæ ad initiationem V. T. pertinent, includantur, moralia,* cere-

*ceremonialia & judicialia.* *Ludov. Elias Dupin* in Diſſert. Prælimin. ad Biblia p. 22. exiſtimat, omnia præcepta, quæ inde ab Exod. XIX. v. 22. ſeqq. leguntur, libro hoc indicari. Noviſſime Rev. *Io. Georg. Abichtius* in diſp. de libro Recti pag. 5. pronunciavit innui hic, quæ c. XIX. 21. ſqq. & cap. XX. 1. ſqq. usque ad v. 17. leguntur.

Ex his apparet, non ſignificari hic libellum a reliquis Biblicis diverſum & deperditum, ceu quidem viſum eſt Pontificiis nonnullis, teſte *Scherzero* in Syſtemate Loco I. §. 20. Cave tamen eandem ſententiam Raſchlo ſ. Salomoni Iſaacidæ tribuas cum Hackſpanio l. c. Eum enim aliter ſtatuiſſe ex loco modo allato perſpicitur. Adjiciemus his B. *Aug. Varenii* locum ex Comment. ejus in Exodum ad h. l. *Ceterum, licet continuatum aliquod volumen authenticum concedere poſſimus, in quo Moſche, uti ſupra hiſtoriam belli Amaleck, (conf. c. 17. 14.) ita hic, quæ poſt illud ſecuta ſunt, deſcripſerit, primario tamen liber fœderis Paraſcham Miſchpatim, ſive c. 21. 22. 23. Exodi, & preterea illa ipſa continuit præcepta, quæ accedenti ad caliginem Moſi Deus propoſuiſſe dicitur Ex. XX. a v. 23. 24. ut vehementer erret Raſchi, qui illa Miſchpatim, quæ huic libro fœderis inſcripta fuerunt, explicat de 7. præceptis Noachidarum, & judiciis in Mara, de quibus paſſim Rabbini περιλογοῦσι.* Plura de hoc libro commentari ſolent Interpretes ad Hebr. IX. 19.

V. *Liber Bellorum Domini* ſeu ספר מלחמות יהוה memoratur Num. XXI. 14. his verbis: על כן יאמר בספר מלחמות יהוה את והב בסופה ואת הנחלים ארנון: ואשר הנחלים אשר נטה לשבת ער ונשען לגבול מואב: i. e. *Unde dicitur in libro Bellorum Domini, ipſam Vaheb* (urbem) *in turbine* (evertit Dominus) *& ipſos torrentes Arnon. Et effuſio torrentium, quæ declinat ad habitationem Ar, & incumbit terminis Moab.* Singularem his librum indicari cenſet R. *Abrab. Aben Eſra* ad h. l. his verbis: ספר היה בפני עצמו ושם כתוב מלחמות יהוה בעבור יראיו ויתכן שהיה מימות אברהם כי ספרים רבים אבדו ואינם נמצאים אצלינו כדברי נתן ועדו ודברי הימים למלכי ישראל ושירות שלמה ומשליו: h. e. *Liber erat per ſe* (u) [i. e. ſingularis] *in quo deſcripta erant bella Domini propter timentes eum, & fortaſſe fuit inde a temporibus Abraham, quia multi libri perierunt, neque apud nos inveniuntur, v. c. verba Nathan & Iddo, item Annales*

(u) Hinc non video, qui *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. p. 268. Aben Eſram dicere poſſit hic intelligere librum Judicum.

Digitized by Google

*les Regum Iſraël, & cantica Salomonis, ac proverbia ejus.* In eandem ſententiam pronunciat *Abarbanel* ad h. l. pag. 245. col. 4. edit. Baashuyſenianæ: והביאת ראיה מספר מלחמות י״י. והואת ספר היות בין האומות נכתבו בו המלחמות אשר קרו בכל הארץ. ויחסום אל השם כי הכל מאתו ובידו. והמספרים היו עושים ספוריהם במשלים וחידות יפות. ושם נאמר על מלחמת האמורי ולקיחתו ארץ מואב את והב וכל״: h. e. *Et affert argumentum ex libro Bellorum Domini: atque hic liber fuit inter gentes, in quo deſcripta erant bella, quæ in omni terra evenerunt. Eum autem denominarunt a Domino, quia omnia ſunt ab eo, & in manu ejus. Hiſtorici autem illi narrationes ſuas inſtituebant more, qui in parœmiis & rhetoricis ſermonibus receptus eſſe ſolet. Atque ibi dictum quoque eſt de bello Europæorum, & expugnatione terræ Moab:* והב &c. Itaque Abarbanel non ſolum pro peculiari habet ſcripto, ſed & pro tali, quod a gentilibus fuerit profectum. Hoc vero ſibi vix quisquam perſvaſerit, qui & titulum a Summo Numine deſumtum viderit, quod in gentes vix cadit, & præterea recogitet, non eſſe veriſimile Hiſtoricum Sacrum ad comprobandam Iudæis rei veritatem uſurum fuiſſe libro, qui nec exſtet inter eos, nec ab ipſis ſit profectus. Debet vero ex parte hanc ſuam ſententiam R. *Moſi Gerundenſi*, cujus locum *Druſius* in Henocho ſuo ita ex ejus libro מלחמות יהוה Latine converſum exhibet: *Nam erant in illis ætatibus viri ſapientes & intelligentes, qui ſcribebant libros bellorum magnorum, autoresque librorum illorum vocabantur* מושלים παροιμιάζοντες, *quia tollebant in illis parœmias & facundas orationes victoriasque mirabiles in oculis eorum, & attribuebant bella illa Domino. Nam ejus ſunt in veritate.* Auctor ספר הישר, qui hiſtorias, in Pentateucho, libro Joſuæ & Judicum contentas, exhibet, in calce hiſtoriæ Joſuæ, librum Bellorum Domini allegans, eum *a Moſe, Joſua & Iſraëlitis ſcriptum* ait, adeoque a pluribus ſuccedente tempore continuatum credit. Nec abit multum *Bechai* in comm. ad h. l. qui credit fuiſſe librum, jam deſideratum, quo index variorum caſuum & liberationis conceſſæ in ſolatium piorum, inde a temporibus Abrahami contineatur. Alii ex Judæis non librum, ſed narrationem hic intelligunt, & quidem in poſterum inſtituendam. Ita fere Raſchi ad h. l. על חניה זו ונסים שנעשו בה יאמר בספר מלחמות י״י כשמספרים נסים שנעשו לאבותינו יספרו: h. e. *de caſtrametatione hac & miraculis in illa factis dicetur in enarratione bellorum Domini, quando narrantes miracula, quæ facta ſunt Patribus*

*tribus noſtris, recenſebunt.* Hunc locum, credo, reſpexit *Lyra*, quando ex mente Judæorum, ad quos provocat, hunc ait eſſe ſenſum: *Quando narrabuntur bella, quæ fecerunt filii Iſrael, narrabitur etiam iſtud, quod ſubditur.* Huc tendit quoque *Hottingerus*, ſed dubius in Theſauro Philolog. p. 524. qui ita verba [illegible]: *horum duorum verſuum* (qui ſcilicet Num. XXI. 14. & 15. exſtant) *in recenſendis bellis Domini ſera poſteritas maximam ſemper habebit rationem.* Alii narrationem, quæ eo tempore jam frequentata ſit in populo, inferri ajunt, quæ eſt ſententia *Franc. Iunii* ad h. l. & ante eum Epiſcopi Chiſamenſis, de quo *Sixtus Senenſis* lib. II. Biblioth. Sanctæ ſub titulo: *Bellorum Domini liber.* Alii librum quidem, ſed qui adhuc in Codice Sacro exſtet, intelligunt, & quidem vel *librum Legis* in univerſum, ut Targum Jonathan & Hieroſolymitanum, ubi per ספר אורייתא vertitur; vel *librum Judicum* cap. XI. 13. ſeqq. ubi fines Ammonitarum & Moabitarum deſignantur, bellaque cum Amaleckitis geſta deſcribuntur; vel *Numerorum* librum, in quo idem fieri conſtat. Atque illi quidem, qui Judicum librum hic intelligunt, hoc argumento utuntur, quod diſerte dicit Moſes: יֵאָמַר i. e. *dicetur, narrabitur*; qua ratione interpretatur poſt *Eugubinum Arias Montanus.* Numerorum librum hic ſignificatum non abſurde dici poſſe affirmat *Hottingerus* l. c. Alii ex Judæis allegorice interpretantur locum, & intelligi volunt diſputationes eorum, qui in Legem commentantur, quorum prælia in pacem definunt. Vide locum ex Sohar apud *Sgambatum* in Archivis V. T. pag. 268. Hoc non magis probaveris, quam *Rupertum*, qui lib. 2. de victoria verbi Dei c. 18. Scripturam S. putat vocari librum bellorum Domini & librum juſtorum, ob inimicitias inter ſemen mulieris & ſerpentem poſitas. Alii, quæ ſententia quoque *Abarbanelis*, modo a nobis rejecta, erat, librum *externum* & *Politicum*, hic credi malunt, nominatim *Auguſtinus* Qv. XLII. in Numeros, quem falli hic cenſet *Dupinius* in Diſſ. Prælimin. p. 22. Idem tamen ſe probavit B. *Walthero* noſtrati in Officina Biblica p. 1180. Alii ad *canticum* quoddam vel librum canticorum hujus generis, qui interciderit, reſpici cenſent, cum revera bina illa commata cantici habitum præ ſe ferant. Huc propendet *Iſaacus Jaquelotus* in diſſert. de exiſtentia Dei pag. 292. qui canticum hoc, cujus verba quædam ibi enarrantur, tantum ad hoc prælium inter Ammonæos & Moabitas geſtum pertinuiſſe putat, & *Dupinius* l. c. qui unde habeat, quod alii librum *Pſalmorum* (Davidis, ut puto) citari hic arbitrentur, non dixerim. Alii, ut *Jac. Alringio* Tom. I. Opp. pag. 113. b. videtur fuiſſe ſeu liber, ſeu catalogus victoriarum

ctoriarum Sihonis, de Moabitis, quos magna parte terræ mutilavit. Equidem non dubito cum plerisque affirmare, librum hunc fuiſſe peculiarem, & a Judæo exaratum, interque Judæos tum temporis obvium, quia communior hæc eſt vocis ספר acceptio; ipſa etiam ejus verba, quæ in lib. Iudicum aut Numerorum fruſtra requiras, afferuntur; præterea enallage temporis futuri pro præterito in hiſtoricis argumentis frequentiſſime adhibetur, ac denique, quod ex ſequentibus conſtabit, alibi ejusmodi annales vel libri hiſtorici, non amplius ſuperſtites, excitantur. Confer hanc in rem *Druſium* in commentar. ad loca difficil. Numer. & *Andr. Maſium* ad Joſuam p. 200. Ceterum, quæ ex citatis his, de quibus hucdum diximus, libris, argumenta repetere conati ſunt *Spinoſa* & *Peyrerius* ad vocandam in dubium Pentateuchi γνησιότητα, ea refutata ſunt ab *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. pag. 262.

VI. *Liber Recti* סֵפֶר הַיָּשָׁר binis in locis allegatur, nempe Joſuæ X. 13. in recenſione miraculi, Sole conſiſtente, facti, & 2 Sam. I. 18. ubi de carmine lugubri, quo David Saulis & Jonathanis mortem proſecutus dicitur. Inſcriptionem varii varie interpretantur. Sic *Druſius* in Henocho c. 28. p. 33. in plurium numero *librum rectorum* intelligit, ſecutus forte, quem & allegat, Vulgatum, qui reddit *librum juſtorum*, quo nomine & *Lyranus* appellat. Græci Intt. reddunt βιβλίον εὐθὲς accommodate ad Hebræum. *Sebaſt. Schmidius* noſter *librum Recti* vocat, per *Rectum* autem *Deum* κατ' ἐξοχὴν innui cenſet, quia in eo referantur, quæ Deus cum & pro Iſraële per aliquot ſecula egerit. Vide commentar. ejus in 2 Sam. I. 18. Rev. *Abichtius* in diſſert. de libro Recti pag. 5. verti vult per *librum iſtius recti*, quia ה ꝛ demonſtrativi hic omnino ſit habenda ratio. Deſcribi itaque putat librum, qui certi alicujus celebris & juſti Viri res geſtas celebret, & prædicet. Abit ab omnibus Cl. *Jo. Henr. Majus* in lib. IV. Obſervatt. Sacr. pag. 143. ſq. Huic enim *Rectus* ſpeciali notione notat ἀνδρεῖον, qua voce Hebraica exprimitur a LXX. Proverb. XV. 19. Complexus itaque ejus judicio fuerat liber ſupremorum militiæ magiſtrorum מישרים, κατορθώματα, *recte facta* belli temporibus.

Ad Scriptoris *fidem*, vel populi Iſraelis appellationem ישורון hic reſpici cenſet *Andr. Maſius* ad Joſuæ locum. *Inter illos igitur annales*, ſtatuit is, *fuiſſe unos, qui* ספר הישר i. e. *liber Recti ideo vocabantur, quod optima fide atque ſerie res apud Dei cœtum geſtas, perſtringerent, aut quia Iſraelitici populi facta continerent; quem populum* ישורון *tum Moſes Deuter. XXXII. 15. tum Iſa-*

*ias XLIV. 2. vocarunt.* Poſteriorem tituli rationem debet *Maſius Abarbaneli*, cujus locum mox adducemus; priorem vero videtur hauſiſſe Maſius ex præfatione ad ספר הישר qui hodienum exſtat, & hiſtorias in Pentateucho, lib. Joſuæ & Judicum relatas exhibet, Francof. ad Mœnum A. C. 1674. Germanice excuſus. In calce enim illius præfationis hanc reddit tituli rationem, quam Latinis verbis a Cl. *Abichtio* in diſp. de Libro Recti pag. 23. expreſſam huc transferemus: *Scriptum inventum eſt, hunc librum appellari librum Recti, qui ideo ſic appellatus eſt, quod omnes res ordine ſint conſcriptæ, prout olim factæ ſunt, ſecundum antecedentia & conſequentia. Non invenies in illo libro res præcedentes poſtpoſitas, aut conſequentes præpoſitas, ſed omnia enarrantur loco & tempore ſuo.* Hæc de titulo ſufficiant, cum de ipſa libri conditione plura dicenda reſtent.

Eum ex Judæis quidam in ipſo Codice Sacro exſtare adhuc putarunt, quod patet ex capite II. Codicis עבודה זרה ubi R. *Chija* filius Abba nomine R. Jochananis per eum intelligit librum Abrahami, Iſaaci & Jacobi, i. e. librum Geneſeos, in quo ſcilicet res ab iis geſtæ enarrantur, quo fine inprimis provocat ad *Num.* XXIII. v. 10. & *Geneſ.* XLIX. v. 8. Viciſſim ibidem R. *Elieſer* intelligit Deuteronomium argumento ex Deut. VI. 18. & XXXIII. 7. ducto. Denique R. *Sam. ben Nachman* Judicum librum deſignari cenſet, recipiens ſe ad Judic. XVII. 6. & III. 2. Eadem de Geneſi ſententia repetitur & pluribus, nec tamen magis idoneis, imo ineptis rationibus ſtabilitur in Bereſchith Rabba fol. 8. col. 4. Locum priorem integrum lege, ſi placet, apud *Maſium* ad Joſ. l. c. & *Bartoloccium* Tom. III. pag. 621. ſed accuratius & plenius apud Cl. *Georg. Elieſ. Edzardum* in Avoda Sara cap. II. pag. 28. utrumque vero in laudata Cl. *Abichtii* diſſert. §. 12.

*Geneſin* innui putat & *Raſchi*, tum in comment. ad Joſ. X. 13. & 2 Sam. I. 18. tum in additamentis ad comment. in Prophetas (conf. *Morini* Exercitatt. Biblic. pag. 138.) *Kimchius* autem librum Legis, qui hanc in rem ad Joſ. l. c. utitur loco Scripturæ, quo dicitur נגד כל עמך אעשה נפלאות i. e. *coram omni populo tuo faciam mirabilia*, ſicut idem ad 2 Sam. I. 18. ad conſenſum Paraphraſtæ Chald. eo in loco per ספרא דאוריתא i. e. librum Legis vertentis provocat. Proxime ad hunc accedit *Abarbanel*, qui in comm. ad Joſuæ locum hæc habet: ואחשוב אני שיחזור לנקמה שזכר שישראל בעצמו יקום מאוביו · ואמר שאותה נקמה היתה נעשית על ידם וכבר אותו הנס השמימיי הנה משה רבינו בספר התורה

התורה שהוא ספר הישר יער עליהם כי ראה אותה בנבואתו חכותו אם כן סייע לורה הנס כמו שזכרתי · ויהיה זה בפרשת וזאת הברכה באמרו אין כאל ישורון וכו': . Senſus verborum eſt, reſpici hic ad vindictam, quæ prioribus verbis memorata erat. Subdit autem eam vindictam prædictam eſſe in libro Recti i. e. Moſis, & quidem ſpeciatim Deuter. XXXIII. v. 26. *Non eſt Deus, ſicut Deus Jeſchurun, qui perequitat cœlum cum auxilio ſuo* &c. His aliisque Rabbinorum in hoc negotio rationibus judiciisque in medium allatis merito ſubjungit *Job. Morinus* in Exercitatt. Biblicis pag. 138. *Sed utrumque textum comparantibus frigida prorſus & inſipida erunt iſtæ alluſiones, demonſtrabiturque de alio libro, quam Moſaico verba illa eſſe neceſſario depromta.* Nihilominus tamen majorum ſuorum placita ſeqvuntur etiam recentiores alii, v. c. R. *Moſche Alſchech* in מראות הצבאות f. 12. col. 2. R. *Jehuda Chaſan* in חבורי לקט f. 4. col. 2. & *Naphthali ben Aſcher* in lib. אילה שלוחה ſuper Prophetas priores fol. 9. col. 2. Viciſſim alii, ut R. *Levi Gerſonides*, non habita majorum diſſentientium ratione, in omnia alia abierunt, & librum periiſſe dixerunt. Verba Gerſonidæ clara ſunt ad Joſ. X. 13. והנה ספר הישר אחשוב שהיה נקרא כך ואבד עם הגלות: h. e. *ecce de libro recti putem, quod hoc nomine* aliquis liber *vocatus ſit, qui perierit in captivitate. Bartoloccius*, quod obiter moneo, minus recte Tom. III. pag. 621. vertit: *Iſte liber Recti erat in æſtimatione* (magna), *ideo ſic vocabatur, ſed periit in* (populi) *transmigratione.* Convertit ille vocem אחשוב ac ſi legiſſet חשוב. Comparetur cum hoc locus Gerſonidæ alius ad 2 Sam. I. 18. והנה ספר הישר לפי מה שאחשוב ספר היה מפורסם אצלם וככר אמרו ספר הישר שהוא ספר בראשית: i. e. *quod ad librum Recti attinet, meo judicio is liber apud eos notus fuit: jam vero dicunt, quod ille liber ſit liber Geneſeos.* Poſterius illud non ex ſua, ſed aliorum, puta, Talmudiſtarum &c. ſententia pronunciat, qui certe eorum obliviſci non poterat, quæ paulo ante ad Joſuam erat commentatus. Unde miror, Cl. *Abichtium* in diſſ. de libro Recti pag. 51. noſtrum hunc inter eos numeraſſe, qui Geneſeos librum innui arbitrentur. Alii ex Hebræis exiſtimaſſe viſi ſunt, hunc librum a ſacris reliquis diſtinctum, adhuc exſtare adeoque ætatem tuliſſe. Ita ſane Cl. *Abichtius* in diſſert. ſæpe laudata interpretatur præfationem, quæ præmiſſa eſt libro הישר, qui Hebraice aliquoties, Germanice autem 1674. prodiit, ceu inter Anonymos fuſius dicemus. Equidem

dem in præfatione illa nihil aliud video referri, quam librum iſtum, qui alias etiam appelletur ספר תולדות אדם alio quoque titulo nempe הישר inſignitum inveniri. Quod autem is ſit, qui in Sacro Codice hoc nomine veniat, non omnino memoratur ab auctore, qui neglecturus hoc non erat, ſi in ea ipſe ſententia fuiſſet. Antiqui, fateor, venditantur illi libri, ex quibus hic inſtar ſpeciminis proferri nunciatur, ſed auctor & hoc credere poterat, ſi vel maxime de antiquiſſimo illo non cogitaſſet. Sed iſta quidem in medio relinquimus.

Supereſt, ut, quid Chriſtianis de hoc libro viſum ſit, exponamus. Ex antiquis Eccleſiæ Græcæ Doctoribus *Theodoritus*, qui illum in quæſt. 14. ſuper librum Joſuæ βιβλίον τὸ εὑρεθὲν, & in 2 Regg. quæſt. 4. βιβλίον τὸ εὐθὲς vocat, priori loco de Scriptore libri Joſuæ ait, quod ὑπειδόμενος, μή τις ἀπιστήσῃ τῷ λόγῳ, ἔφη τοῦτο ἐν τῷ παλαιῷ εὑρεθῆναι συγγράμματι. δῆλον τοίνυν κἀντεῦθεν, ὡς ἄλλος τις τῶν μεταγενεστέρων τὴν βίβλον ταύτην συνέγραψε, λαβὼν ἐξ ἑτέρας βίβλου τὰς ἀφορμάς. h. e. *Veritus, ne quis verbis ſuis fidem non haberet, addidit idem in antiqua commentatione inveniri. Manifeſtum itaque hinc eſt, poſterorum aliquem hunc librum conſignaſſe, arrepta ex alio libro occaſione.* Summa eſt, librum iſtum Recti exſtitiſſe olim, & materiam feciſſe Scriptori ſeqvioris ætatis alia ejus fide conſignandi. *Procopius* ad Joſuæ l. c. pag. 489. in Octateuchum ſimilibus verbis utitur: *Scriptor ait, ego non primo id miraculi commemoro: inventus enim liber eſt, qui rei miraculum edocet.* Ex Latinis Doctoribus *Hieronymus* ad Jeſ. XLIII. 22. & Ezech. XVIII. Judæos ſecutus, librum Geneſeos hic quærit. Alii, nominatim B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 1181. *Hieronymum* in Quæſt. ſuper 2. lib. Samuelis citant tradentem, quod liber juſtorum *Samuelis liber* ſit. Sed id quidem *Waltherus* magis ex conſvetudine & communi ſententia quam rei veritate fecit, cum hodie evictum ſit, illas quæſtiones ad Hieronymum falſo referri. Aliæ veterum ſententiæ, v. c. quod intelligendus veniat liber æternæ prædeſtinationis, in quo ſcripti ſint omnes juſti, ex Pſalmo LXVIII. 29. vel liber XII. Prophetarum, ex Habac. III. 11. cum ipſa recenſione a Sixto Senenſi in Bibl. Sanct. lib. II. p. 99. facta facile exploduntur. Quis ex Judæis *Exodum* hic ſignificari dixerit, quod refert Huetius p. 268. nondum perſpexi. Recentiores plerique omnes in eo conſentiunt, librum hunc intercidiſſe. Huc pertinet *Andr. Maſius*, cujus locum ſupra attulimus, ad quem accedit *Bartoloccius* l. c. *Sanctius* comment. ad 2 Regg. I. pag. 538. *Bonfrerius*, *Huetius*, ex

Re-

Reformatis *Franc. Junius* in notis ad locum Joſuæ, *Hottingerus* pag. 528. Theſauri Philolog. *Jo. Gregorius* cap. I. Obſervationum Sacrarum & *Jo. Claudius* Tom. V. Opp. poſthum. p. 315. ex noſtratibus vero poſt *Bugenhagium*, *Oſiandrum*, *Balduinum*, *Seb. Schmidius* l. c. B. *Calovius* in Bibliis Illuſtratis ad Joſuæ locum, B. *Waltherus* in Officina Biblica pag. 1183. & qui non?

Sed illi tamen in ediſſerenda libri conditione nonnihil diſſentiunt. Alii de *carmine* quodam unico accipiunt, quo pertinet *Grotius* ad Joſuæ locum Ἐπινίκιον *poëma* interpretatus, *in quo Iſrael contracte* ישר *ſit dictus, quaſi ceteris gentibus æquitate præſtans.* Ita & Cl. *Abichtius* in diſſ. de libro Recti p. 40. de uno accipit epicedio, in funere *recti* unius, v. c. *Joſuæ*, de quo Joſ. X. 13. & *Saulis*, de quo 2 Sam. I. 18. recitato, qui proinde non collectionem quandam, ſed ſpecialem unius recti deſcriptionem hic cogitari vult, in ipſa autem illa diſſertatione multis probat, Hebræos æque ac alias gentes in more poſitum habuiſſe, ut heroum Principum & illuſtrium Virorum obitum carminibus ejusmodi celebrarent. *Cornel. a Lapide* pro *libro Annalium*, vel *catalogo Sanctorum* habet, ſicut ex noſtratibus pro *ſcheda & epiſtola* nuda *Dan. Cramerus* in tractatu vernaculo de perfectione Scripturæ pag. 140. Alii rectius de collectione quadam carminum variorum accipiunt, iidem tamen iterum diſſentientes, cum nonnullis, v. c. *Sanctio* in comment. ad 2 Sam. I. *pia carmina* collecta ibi videantur, *quæ varie pro temporum occaſionibus canerentur, Pſalmique a variis compoſiti & ad divinas laudes accommodati, ex quibus deinde concinnatum ſit Pſalterium;* aliis vero, ut B. *Calovio* l. c. ejusmodi carmina, *quibus res geſtæ heroum & virorum decantatæ ſint.* *Calovio* proxime acceſſit Rev. *Jo. Franc. Buddeus* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Part. II. p. 122. & nuper Cl. *Majus*, ceu ex verbis ejus ſupra allatis patet. Cantica etiam hic conſpexit *Lud. Elias Dupin* in diſſert. præliminari ad Biblia p. 22. & ante eum *Jo. Gregorius* cap. I. Obſervatt. Sacrarum, quæ Tomo VII. Criticorum Anglican. pag. 555. ed. Francof. recuſa exſtant. Hic enim ex comparatis binis, in quibus citatur, locis, efficit, eo comprehenſa fuiſſe monumenta metrica, ſicut & in Mechilta ad Exod. c. X. verba apud Joſuam X. 13. inde citata cantici nomine veniant. Pro Poëtico libro habet quoque *Clericus* in Biblioth. Univerſalis Tom. IX. pag. 236. & diſertius in comment. ad Joſuam: *Verum*, inquit, *quicquid eſt, crediderim, librum recti fuiſſe collectionem hymnorum, aut carminum de rebus geſtis Hebræorum, forte non uno tempore factam, in qua fuerit carmen de hac Joſuæ victoria, ſive æqualis Joſuæ temporibus,*

*poribus, ſive poſterioris poëta fuerit, tum etiam carmen Davidis.* Militaris argumenti ſcriptionem fuiſſe, in qua arcum edoceri juberentur Iſraëlitæ, ex 2 Sam. I. 18. colligi poſſe monet *Dupinius* in notis ad pag. 22. Diſſert. prælimin. quod tamen inde confici poſſe minime apparet. Ad Politicas & morales præceptiones referre maluit *Arias Montanus* in Joſuam, qui *librum recti* ideo dictum cenſet, quod de *jure*, *lege* & *officio* cujusque in eo præciperetur, ſicut Cicero *de Officiis* ſimilem ſuam commentationem inſcripſit. Enimvero ex fragmentis libri id quidem non exſculpas. *Huetio* in Demonſtrat. Evangel. pag. 268. *probabile ſit, librum fuiſſe* παιδευτικὸν, *ad pie ſancteque vivendum homines informantem, in quo fortaſſe ſcriptum erat, quod ſæpe in libris ſacris ſcriptum legimus, debere ſe Viros pios Deo in tutelam ac fidem totos committere; hoc ſi faciant, futurum haud dubie, ut præſenti eos adverſus hoſtes Deus auxilio proſequatur.* Longiſſime & nimis longe ab his abit *Scipio Sgambatus*, Vir doctiſſimus, ſed ingenio abuſus. Is enim in Archivis V. T. p. 265. verba Hebræa הלא היא כתובה על ספר הישר commode ita verti poſſe cenſet: *Nonne hæc hiſtoria ſcripta eſt juxta narrationem rectam*, quod idem ſit ac ſi diceret: nonne hoc ſcriptum eſt vere? Sed nihil attinet monere, quam hæc expoſitio tum ab Hebraica phraſi, tum ab aliis circumſtantiis deſeratur, in quibus eam cum maxime numerem, quod utroque in loco, *Joſuæ* ſcilicet & *Samuelis* aliquid affertur, (in altero quidem deſcriptio miraculi, in altero lamentatio,) tanquam quod in citato libro legatur. Sufficit ipſum *Sgambatum* hanc interpretationem deſerere, & pro ſingulari habere libro, quem alibi, nempe p. 356. pro collectione τῶν קינות habet, quarum 2 Paralip. XXXV. 25. mentio fit. Non magis veriſimilis eſt ſententia auctoris Ephemeridum literariarum Berolinenſium *(Journal de Berlin)* qui an. 1697. p. 358. pro קשת *(arcus)* legi vult קשה *(durus, difficilis)* eo ſenſu, quod Iſraëlitæ carmen hoc edocti ſint duris & calamitoſis temporibus. Ut itaque cauſam hanc tandem conficiamus, non putem dubitari cum ratione poſſe 1) libellum hic ſingularem appellari, cujus ſcilicet diſerta verba afferuntur; 2) eundem fuiſſe poëticum ſeu metricum, cum dicendi ratio vegeta ſit & a proſaica humilitate alienior; 3) non poſſe quæri inter libros ſacros hodie exſtantes, quia in nullo eorum ea leguntur verba, quæ ex libro הישר utrinque afferuntur; 4) collectionem plurium monimentorum repræſentaſſe, quia bis eodem titulo citatur, & in iis quidem argumentis, quæ videntur diverſi fuiſſe generis. Locus enim 2 Sam. I. omnino exhibet carmen lugubre in cædem Saulis ſeu epicedium; alter vero ille

Digitized by Google

le ſervavit nobis fragmentum narrationis vel de miraculo Solis nutu divino conſiſtentis, vel in univerſum de victoria ab hoſtibus Judæorum reportata. Jam fieri quidem potuit, ut hæc res in epicedio Joſuæ, ceu Cl. *Abichtius* ſibi perſvadet, commemoraretur, ſed ex commemoratione illa non effeceris, epicedium Joſuæ fuiſſe. Itaque malim affirmare, libello hoc varia carmina comprehenſa fuiſſe, ſive illa ἐπινίκια, ſive θρηνητικὰ, ſive ἐπαινετικὰ fuerint.

VII. סֵפֶר מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ h. e. *liber judicii regni* memorari videtur 1 Sam. X. 25. his verbis: וידבר שמואל אל העם את משפט המלכה ויכתב בספר וינח לפני יהוה: h. e. *& locutus eſt Samuel ad populum rationem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino.* Inſcriptio varie a variis redditur pro diverſa vocis משפט acceptione, quæ *judicium, rationem, legem, morem* aut *conſuetudinem*, itemque *jus* denotare ſolet. Inprimis vero de eo diſputatum eſt inter eruditos, rectiusne vox de *more & conſvetudine*, an de *jure*, ſcilicet legitimo, acciperetur, quam in rem vide quæ afferuntur a B. *Carpzovio* ad Schickardi Jus Regium Hebræorum p. 1. & *Jo. Buxtorfio* in Catalectis pag. 31. Media incedunt via, qui cum Scaligero per *modum* vertunt ep. 15. Sed hæc quidem ad nos non admodum pertinent, qui de eo potius ſoliciti eſſe debemus, utrum hic ſingularis libellus indicetur, an minus. Judæi in diverſas partes hic ſcinduntur. R. Dav. Kimchi ita exponit ſententiam ad 1 Sam. X. 25. משפט המלוכה חק המלוכה על העם כמו שכתוב למעלה: h. e. *ratio regni ſignificat ſtatutum regni ſuper populo, ſicut ſcriptum eſt ſuperius.* Atque hæc quidem verba varie explicantur. Alii enim innuere eum volunt ea, quæ cap. VIII. 11. ſequentibus fuerint a Samuele commemorata, quæ eſt ſententia B. *Opitii* in diſſ. de libris deperditis p. 28. (x) Alii primam partem libri primi Samuelis ſignificari volunt cum *Hottingero* pag. 530. Theſauri Philolog. Poſſis vero non inepte putare, Kimchium hic reſpicere explicationem ſuam, quam dederat ad 1 Sam. VIII. 11. ubi τὸ משפט itidem interpretatur per חק. Quicquid eligere placuerit, id manifeſtum eſt, Kimchium de ſingulari libello hic non cogitaſſe. Huc etiam tendunt R. *Moſche Al-*

 *ſchech*

(x) Ad hanc interpretationem accedit B. *Carpzovius* in notis ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 165, ubi verba וינח &c. trahit & refert ad verba Kimchii hic a nobis allegata: ſed ſi textum ipſum curatius inſpexeris, ea videbis eſſe ſeparanda, quia ſtatim explicantur.

Digitized by Google

*ſchech* in מראות הצובאות fol. 12. col. 2. & R. *Schelomo ben Melech* in מכלל יופי f. 61. At *Iſaac Abarbanel* in comment. ad Prophetas priores ſuper 1 Sam. X. 25. aliud quid & a ſuperioribus diſtinctum innui cenſet, his uſus verbis: משפט המלוכה הוא כמו שכתב הרל״בג הכח שיש למלך על עמו והעונש הראוי למי שימרה את פיו והדברים אשר הוא חייב עליהם: i. e. *Jus regni ſignificat, prout ſcribit R. Levi ben Gerſon, poteſtatem, quam Rex habet in populum, & pœnam convenientem illi, qui voluntati ejus repugnat, ut & leges, quibus ipſe eſt obnoxius.* Ne quis vero putaret, hæc in ſuperioribus Samuelis capitibus exſtare atque adeo iſta reſpici, addit ſtatim: ואין זאת הפרשה הקודמת שאמר השם י״ת לאימם ולהפחידם כי אם המשפט הצדק אשר לו: i. e. *hæc vero non continentur in Paraſcha antecedente, quam propoſuit illis Deus benedictus ad terrorem & timorem iis incutiendum, ſed ſermo eſt de jure ejus legitimo.* Interim ex ſequentibus patet, non ſatis certum fuiſſe Abarbanelem de hac ſua interpretatione, quia ſtatim addit, quo temperamento verba hæc de antecedenti Jure Regis explicari poſſint. In eandem mentem nonnulli, nominatim B. *Opitius*, interpretanda cenſuerunt *Gerſonidæ* verba, quæ tamen id meo judicio non inferunt. En tibi illa, & judica: משפט המלוכה ר״ל הכח שיש למלך על עמו והעונש הראוי למי שימרה את פיו וכתב זה בספר והניחו לפני י״י ר״ל אצל ארון י״י כדי שימצא שם תמיד: h. e. *Jus regni ſignificat poteſtatem, quæ eſt Regi ſuper populum ſuum, & jus pœnæ debitæ illi, qui repugnaverit mandato ejus: hoc ſcripſit in libro, quem repoſuit coram Domino, h. e. ad arcam Domini, ut perpetuo ibi adſervaretur.* Ibi certe manifeſtum eſt משפט המלוכה *jus regni*, de quo 1 Sam. X. 25, exponi de משפט המלך i. e. *Jure Regis*, de quo 1 Sam. VIII. 11. ut proinde Gerſonides nihil aliud velit literis conſignatum in rei memoriam, quam quod antea Samuel Dei nomine prælegerat. Idem antiquis quoque placuit, quorum idoneus Interpres eſt Joſephus lib. VI. Antiquitatt. Judaic. cap. 5. Τὰ μέλλοντα, inquit is, *συμβήσεσθαι κακὰ γράψας αὐτοῖς ὁ προφήτης ἀνέγνω τοῦ βασιλέως ἀκροωμένου. καὶ τὸ βιβλίον τίθησι ἐν τῷ τοῦ θεοῦ σκηνῇ, ταῖς μετέπειτα γενεαῖς μαρτύριον ὧν προείρηκε.* i. e. *Poſtquam, quæ eventura illis mala erant,* (ſub Regio dominatu) *prælegerat Propheta, ipſo Rege audiente, libellum in tabernaculum Dei repoſuit, futurum poſteris prædictionis ſuæ monumentum.* Quinam illi ſint Hebræi Sacerdotes ac Magiſtri,

qui

Digitized by Google

qui librum hunc de Jure Majeſtatis a Regibus ipſis concerptum ac dilaceratum prodiderint, ut liberius in ſuos tyrannidem exercerent, non dixerim. Tradit tamen illud *Jo. Bodinus* lib. 1. de Republ. c. 10. pag. 231. Ex Chriſtianis totidem dantur ſectæ, nempe altera, quæ de libello peculiari, qui nunc deſideratur, ſermonem eſſe ſtatuit, altera, quæ in Sacro Codice exſtare affirmat. Ad priores ex Pontificiis pertinent *Sanctius* in comment. ad h. l. cujus hæc ſunt verba: *Scripſit ergo Samuel leges haud dubie ex divino praeſcripto, in quibus tam Regi, quam populo, rei communis & publicæ præponeretur forma.* Et poſt pauca: *Quid de libro* (iſto) *actum ſit, ignoramus.* Secutus hic videtur *Sixtum Senenſem* in Biblioth. Sancta lib. II. pag. 106. ſub voce Samuel. Adde iſtis *Seb. Munſterum*, *Guil. Eſtium*, *Cornel. a Lapide* in commentariis ſuis, alioſque plures. Ex Arminianis huc pertinet *Grotius* in notis ad h. l. qui putat, fuiſſe hunc libellum ædificium exſtructum ſuper fundamentis, quæ ſunt Deuter. XVII. 16. ſeqq. Ex noſtratibus huc retulerim *Brentium* comm. in h. l. & B. *Waltherum* in Officin. Biblic. pag. 1185. qui non videtur ab eorum ſententia alienus, qui putant, illo libro expoſita fuiſſe fata Iſraelitarum ſub Regibus, tum vero jus Regium & pœnam rebellionis. Altera familia eorum eſt, qui ſcriptionem, de qua hic ſermo eſt, ipſo cap. VIII. 11. ſqq. contineri ſtatuunt, & משפט המלוכה a משפט המלך non diſtingvunt. Ita ſentiunt ex Reformatis *Hottingerus* in Theſauro Philolog. pag. 530. *Druſius* in notis ad Loca difficil. Pentateuchi pag. 511. *Jo. Leusdenius* in Philologo Hebræo diſſ. IX. ex noſtratibus autem *Seb. Schmidius* in comment. ad h. l. *Abrah. Calovius* in Bibl. Illuſtratis, *Jo. Bened. Carpzovius* in notis ad Schickardi Jus Regium pag. 165. & noviſſime *Opitius* diſſ. citata p. 28. Atque huic ſententiæ nemo non adjecerit calculum, qui filum orationis curatius attendat & ſequatur. Ex capite VIII patet, Judæos cum impetu & præfracte Regem ſibi conſtitui voluiſſe. Ab hoc conſilio eos avocaturus Deus ſignificari populo curat, qui futuri ſint Regis mores, quæve ipſorum conditio. Hæc omnia ore ſuo Samuel promulgaſſe legitur v. 10. At cum vel ſic in deſtinatis perſiſterent, Regem iis præfici curat Deus. Quo facto repetit, (v. cap. X. 25.) *jura* ſeu *mores Regis*, antea ſcilicet prænunciatos, ut eorum bene tempore opportuno meminiſſe poſſent: quo etiam conſilio in literas refert & juxta arcam recondit, more ſcilicet Prophetarum, qui, ut alibi monuimus, ea populo recitare primum conſveverant, quæ deinde literis conſignaturi erant. Accedit



Digitized by Google

dit ad fidem huic interpretationi faciendam ipſa phraſis, qua libellus dicitur coram facie Dei repoſitus. Id de arca Dei ejusve latere accipiet, qui meminerit, urnam mannæ Exod. XVI. 34. dici collocatam לפני יהוה, quæ in arca vel ad arcam fœderis exſtitiſſe dicitur Hebr. IX. 3. 4. Jam vero nihil attinet monere, eam fuiſſe librorum ſacrorum & perpetuo uſui deſtinatorum prærogativam, ut ad exemplum Legis Moſaicæ vel in arca ipſa vel ad latus ejus reponerentur, quod ſupra evicimus. Itaque, ſi idem de hoc libello factum credetur, neceſſe eſt, ut vel adhuc in tabulis divinis ſuperſit, vel non levis pars canonicæ ſtructuræ interiiſſe putetur. Quod poſterius cur perſvaderi nobis patiamur, nihil eſt cauſæ, præcipue cum Divinum Numen ipſam hanc deſignationem memoriæ poſterorum ex Judæis inſervire voluerit.

VIII. Tria *Salomonis* ſcripta, quæ in ſacris non exſtant, recenſeri videntur 1 Regg. IV. 32. his verbis: וידבר שלשת אלפים משל ויהי שירו חמשה ואלף: וידבר על העצים וכו׳: h. e. *Et locutus eſt tria millia Proverbiorum, & Canticorum quinque & millia. Et locutus eſt de arboribus, inde a cedro quæ eſt in Libano, usque ad hyſſopum, qui prodit ex pariete; & locutus eſt de jumentis & de avibus, & de reptilibus & de piſcibus.* De tribus Proverbiorum millibus R. *David Kimchi* ſtatuit ad h. l. שאינם נמצאים אצלינו *quod non amplius inveniantur.* Sic & inter deperdita numerat *Aben Eſra* in comm. ad Num. XXI. 14. nec minus R. *Becbai* in comm. ſuper legem fol. 185. itemque *Abarbanel*, qui cum de libro Proverbiorum diſſeruiſſet: וכבר יראה שחבר ספרים אחרים בזאת החכמה ועל זה אמר וידבר שלשת אלפים משל כי עשירת המשלים היא מבעלי המוסר: h. e. *Apparet quoque eundem ſcripſiſſe alios libros in hac ſcientia*, (ſcil. morali) *quam in rem dicitur:* & ſcripſit tria millia proverbiorum, *quia compoſitio Proverbiorum proficiſcitur a doctoribus morum.* Clarius eandem ſententiam exprimit *Kimchius* ad h. l. אינם נמצאים אצלינו וכן ויהי שירו חמשה ואלף כי רבים ספרים אבדו מישראל בגלותם: וכן מה שחבר בחכמת הטבע כמו שאומר וידבר על העצים שהודיע טבעם ורפואתם וכן על הבהמה ועל העוף ועל הרמש ועל הדגים בכל מה שתחת גלגל הירח גבורה חכמתה וחבר בהם ספרים ואינם נמצאים אצלינו: i. e. *Non inveniuntur illa* (3000. Proverbia) *apud nos, quod & ſtatuendum eſt de carminibus 1005. quia multi libri perierunt inter Judæos*

*in*

*in exilio eorum. Par ratio eſt eorum, quæ ſcripſit de ſcientia naturali, ſicut dicitur: & locutus eſt de arboribus, quarum ſcilicet naturam & uſum in medicis edocuit. Sic & ad jumenta & aves, & reptilia & piſces, imo omnia, quæ ſunt ſub orbe Lunæ, ſe extendit ſapientia ejus, de quibus etiam compoſuit libros, qui apud nos non inveniuntur.* Non dubito his accenſere antiquiorem illis *Joſephum* lib. VIII. c. 2. Antiquitatt. Judaic. pag. 257. ed. Lipſ. Συνετάξατο δὲ καὶ βιβλία περὶ ᾠδῶν καὶ μελῶν πέντε πρὸς τοῖς χιλίοις, καὶ παραβολῶν καὶ εἰκόνων βίβλους τρισχιλίας. καθ' ἕκαστον γὰρ εἶδος δένδρου παραβολὴν εἶπεν, ἀπὸ ὑσσώπου ἕως κέδρου. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ κτηνῶν καὶ τῶν τ' ἐπιγείων ἁπάντων ζώων καὶ τῶν νηκτῶν καὶ τῶν ἀερίων. οὐδὲ μίαν γὰρ τούτων φύσιν ἠγνόησεν, οὐδὲ παρῆλθεν ἀνεξέταστον, ἀλλ' ἐν πάσαις ἐφιλοσόφησεν, καὶ τὴν ἐπιστήμην τὴν ἐν αὐταῖς ἰδιωμάτων ἄκραν ἐπεδείξατο. h. e. *Compoſuit etiam libros Odarum & Carminum* (y) *quinque ſupra mille, & parabolarum ac ſimilitudinum libros ter mille. Cuilibet enim ſpeciei plantarum ſuam adbibuit parabolam ab byſſopo usque cedrum: idem fecit de pecoribus & ceteris terreſtribus animantibus, natatilibusque, & quæ per aërem feruntur. Nullius enim horum naturam ignoravit, aut inſcrutatam reliquit; ſed circa omnes philoſophatus eſt, & ſcientiam proprietatum earum ſummam præ ſe tulit.* Ita certe hic Joſephus has Salomonis commentationes deſcribit, ut cum tales fruſtra inter ſacra monumenta hodie quæſiveris, earum jacturam ejus judicio factam eſſe merito credas. Joſephum hic verba Sacri Codicis verſione ſua interpolaſſe, quando ex parabolis ſeu ſententiis 3000. totidem fecit earum libros ſeu collectiones, pridem ab aliis eſt obſervatum. Similiter LXX. & Vulg. Interpretes canticorum numerum ita amplificant, ut eorum quinque millia fuiſſe credere jubeant.

Aliter omnino verba Hebræa intellexit R. *Salomon Iſaacides*, quando ad h. l. ita commentatur: שלשת אלפים משל שלשת לימודי משלות שלש פעמים כתוב משלי שלמה בספר משלי ויהי שירו חמשה· שלשה אלה ושיר השירים וקהלת· ואלף בכל אחד כדי הוא לתלמוד: h. e. tria millia parabolarum, i. e. *tres diverſas doctrinas ſeu ſpecies proverbiorum, ſicut ter ſcriptum eſt* משלי שלמה *in libro Proverbiorum.*



(y) Ad Græca Joſephi verba propius acceſſeris, ſi vertas: *Compoſuit etiam libros 1005. de odis & canticis* &c. eo ſcilicet ſenſu, ut de arte poëtica tot libellos conſignaſſe Salomon credatur. Quod quamvis fidem ſuperet, fieri tamen poteſt, ut Joſephus ita ſtatuerit, ſicut idem illi 3000. non parabolas, ſed parabolarum libros non majori veri ſpecie adſcribit. Confer Cl. *Clerici* comment. ad 1 Regg. IV.

*biorum*. Et fuerunt cantica ejus quinque: id eſt *tria illa*, (de quibus ſcilicet ante dictum erat) *itemque Canticum Canticorum & Eccleſiaſtes. Vox vero* ואלף *denotat in ſingulis iſtis doctrinam inveniri*. Patet hinc, ut cetera taceam, Iſaacidem locum hunc per novam vocis אלפים, quaſi doctrinam denotet, ſignificationem eo convertere vel potius torquere, ut hic nihil aliud indicatum exiſtimari poſſit, quam quod hodie Proverbiis, Cantico Cant. & Eccleſiaſte comprehenditur. Quæ quidem interpretatio ita comparata eſt, ut nemo alius deſtinato conſilio ullam magis inconvenientem ſomniare potuerit. Et videtur ſane ipſe Iſaacides illi diffiſus, quandoquidem ſtatim aliam majorum adducit, quæ id ſibi vult: שהי״ה אומר בכל פסוק שלשת אלפים. משל ועל כל משל אלף וחמש״ה טעמים: h. e. *quod* (Salomo) *ſuper omnem verſum* (Scripturæ) *dixerit ter mille proverbia, & ſuper omne proverbium quinquies & mille ſenſus*. Alludit forte ad dictum Rav Hammenuna, quod exſtat Cod. *Eruvin* c. 2. p. 21. b. quodque ita recenſet *Bartoloccius* Tomo III. pag. 399. *Innuit Salomonem dixiſſe ſuper quodlibet verbum Legis tria millia parabolarum* ועל כל דבר ודבר של סופרים חמשה ואלף טעמים: *& ſuper quodlibet verbum Scribarum quinque & mille*. Affine huic eſt, quod *Abarbanel* comm. in Prophet. priores fol. 209. col. 4. ex *Tanchuma* repetit, ubi cum admonitum fuiſſet, Salomonem non niſi 800. verſiculos, computo inito, vaticinatum deprehendi, additur, hoc ipſo Scripturam innuere, *quod in quolibet verſiculo, quem dixerit, duo vel tres ſenſus deprehendantur*, שבכל פסוק ופסוק שאמר יש בו שנים ושלש״ה טעמים וכל׳: Eandem interpretationem adducit quoque *Kimchius*.

Media incedit via *Levi Gerſonides*, quando in commentario ad h. l. exiſtimat, ex illis Proverbiis, quæ hic numerantur, ſelecta eſſe ea, quæ Proverbiorum libro continentur, ideo quod hæc ceteris omnibus præſtiterint, cetera vero ad eam dignitatem & utilitatem non pertigerint, atque adeo illis libris non ſint inſerta, qui ſcripti ſunt per Spiritum S. שאלו המשלים לבר היה תועלתם באלו הענינים שזמר פה ואולם שאר המשלים שדבר שלמה לא היה תועלתם לאלו הדברים ולזה לא נכתבו באלו הספרים שנכתבו ברוח הקודש: Ex Chriſtianis *Hieronymus*, ſive, quisquis auctor eſt Quæſtionum Hebraic. arbitratus eſt, numerum 3000. Proverbiorum ex libro Proverbiorum hodie ſuperſtite & Eccleſiaſte

Digitized by Google

ſiaſte produci poſſe. Cumque in utroque libro non niſi 1155. verſus inveniantur, ex noſtratibus *Michael Waltherus* non tam verſus, quam ſententias, quarum nonnunquam duæ tresve uno commate contineantur, ſupputari debere cenſuit. Sed vel ſic *Opitius*, ceu ipſe in diſſ. de libris apparenter deperditis teſtatur pag. 38., ex utroque libro non niſi 1490. verſuum ſummam elicere potuit, ex Proverbiis quidem 1218., ex Eccleſiaſte vero 272. Alii itaque ea, de quibus hic ſermo eſt, ſcripta omnia temporis injuria abolita cenſent. Quo ex Pontificiis tendit Gloſſa Ordinaria, cujus hæc ſunt verba: *Conſtat, neque verba, neque diſputationes Salomonis hodie eſſe. Sanctius* comm. ad 1 Sam. X. v. 59. aliique plures a *Bonfrerio* in Append. ad cap. VII. Præloqv. in Scriptur. Sac. ſect. 9. & *Jo. Gerbardo* noſtrate in Conf. Cathol. p. 429. citati, quibus adde *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. pag. 307. Ex noſtratibus huc referendus eſt *Theodor. Hackſpanius* in Notis Philolog. pag. 696. Tom. II. Alii partem eorum nunc ſupereſſe putarunt, ut *Sixtus Senenſis* Bibl. Sanct. lib. 2. in præfat. & *Cornel. a Lapide*, id quod de Canticis ſpeciatim affirmat B. *Waltherus* in Officina Biblica pag. 1185. Canticum Canticorum ex tot canticorum cumulo ſupereſſe nobis exiſtimans, quo forte ſenſu Proverbia, quæ exſtant, ad 3000. illa pertinere cenſuit Cl. *Michaëlis* in Diſſert. de Proverbiis Salomonis §. 7. quemadmodum *Grotius* in notis ad 1 Regg. IV. eorum excerpta nos in Proverbiorum libro habere ſtatuit, qui & Canticum Cant. ex reliquis deſumtum putat. Confer & *Jo. Claudium* Tom. V. Opp. p. 317. & *Jo. Clericum* in commentar. ad 1 Regg. IV. 32. Ad has partes ſe confert *Opitius* in diſſertat. de libris apparenter deperditis pag. 39. Nos quidem ad verum proxime nobis videmur acceſſuri, ſi & Proverbia & Cantica illa æque ac ea, quæ Salomoni de arboribus, pecoribus, &c. hic tribuuntur, non amplius exſtare dicamus, ſive illa ore tantum pronunciata ſint a Salomone, nec in literas relata, quæ ſententia eſt *Bonfrerii* l. c. & *Frider. Spanhemii* Tom. I. Opp. pag. 368. ſive literis quidem vel ab ipſo Salomone, vel a quodam amicorum ejus excepta ſint, (z) ſed nunquam in canonem relata, quod præ ceteris arriſit doctiſſimo *Jo. Gottlieb Carpzovio* in Introductione ad libros Biblicos Part. II. pag. 172. Quæ de *libro Medico* Salomonis ex 2 Regg. XX. exſculpere conatus eſt Kim-

(z) Sic & *Jo. Druſius* in Henocho pag. 34. *Cur uſus eſt verbo* דבר locutus eſt, *& non verbo* כתב ſcripſit? *An, quia ipſe locutus eſt, quæ alii deſcripſerunt, & exceperunt?*

Kimchius, ea huc non pertinent. Interim vide, quæ de eo dicta ſunt Parte I. pag. 1049.

IX. Propius huc ſpectat, quod de *libro verborum* ſive *Annalibus Salomonis* commemoratum legitur 2 Regg. XI. 41. his verbis: ויתר דברי שלמה וכל אשר עשה וחכמתו הלא הם כתובים על ספר דברי שלמה: i. e. *& reliqua verborum Salomonis & omnia, quæ fecit, item ſapientia ejus, nonne conſignata ſunt in libro verborum ſeu rerum Salomonis?* Exſtare hunc librum negat *Kimchi* ad h. l. בספרים שחבר בחכמתו לא נמצאו היו' אצלנו וגם בג' הנמצאים אצלינו משלי שיר השירים וקהלת ומה שאמר על ספר ולא אמר על ספרים כי לכל דבר בענינו חבר ספר בפני עצמו: i. e. *inter libros, quos fecit pro ſapientia ſua, non inveniuntur hodie apud nos, etiam inter illos, qui apud nos exſtant, Proverbia, Canticum Canticorum & Eccleſiaſtes. Quod vero memorat librum, non autem libros,* (fecit) *quia de omni negotio ſeorſim aliquid conſignavit.* Uberius hæc explanat *Abarbanel* in comment. ad h. l. הנה כל זה היה כתוב בספר דברי הימים שעשו בזמנו לספור עניני שלמה בפרט לפי שמנהג המלכים היה שכל אחד בזמנו יצוה לחכם אחד יודע למצא דברי חפץ וכתב יושר אמרי אמת שיכתב ויספר כל ענינו ומעשיו יום ליום יביע אומו ולילה ללילה ועל הספר שהוא אמר כאן על ספר דברי שלמה וכן כתוב בשאר המלכים על ספר דברי הימים למלכי ישראל או למלכי יהודה כי כלם היו כותבים ספוריהם והנביא לקח מאותם הספורים הדברים היותר רשומים ומועילים כפי כוונתו וכתב אותם כאן כפי מה שבאהו הנבואה והניח שאר הדברים שלא היה הכרח או תועלת בספורם ומהם לקח אחר כך עזרא הסופר וכתב על ספר ומפני זה נמצאו בדברי הימים של עזרא ספורי דברים שלא נזכרו בכאן לפי שהוציאם עזרא מאותם הספרים:
h. e. *Hæc omnia ſcripta ſunt in libro Annalium, quos ſcripſerunt tempore ſuo in enarrationem rerum Salomonis ſpeciatim, quia mos erat Regum, ut unusquisque ſua ætate Sapienti cuidam, qui peritus eſſet linguæ & ſcribendo valeret* (i. e. Hiſtoriographum agere poſſet) *præciperet ſcribere & enarrare res a ſe geſtas, ita ut dies diei enarraret ſermonem, & nox nocti. Hoc,* inquam, *habendum eſt de libro iſto, quem hic memorat ſub titulo:* libri verborum aut rerum Salomonis. *Sic etiam de reliquis Regibus ſcribitur, quando memoratur* liber Annalium Regum Iſraelis aut Regum Judæ, *quia omnes ſcribebant* (vel ſcribi cura-

curabant) *rerum ſuarum ſeriem ; ex his autem deſcriptionibus Propheta deſumſit res magis præſtantes & utiles pro ſcopo & intentione ſua, & in hunc librum retulit, reliquis, quæ referre vel neceſſe non erat, vel non attinebat, relictis. Inde autem Eſra Scriba ſua hauſit poſtea & deſcripſit in libro ſingulari. Ex quo fit, ut in Chronicis Eſræ inveniantur recenſiones rerum, quas hic fruſtra quæras, quia eas Eſra ex dictis illis* (Annalium) *libris depromſit.* Locum hunc bene longum deſcribere hic placuit, ut appareret, prælusiſſe Abarbanelem ſic ſatis diſerte *Richardo Simoni*, aliisque poſt eum, opinantibus, libros Hiſtoricos ex Annalibus ejusmodi tanquam compendium ex majori opere profluxiſſe. Quod ad præſens inſtitutum manifeſtum hinc eſt, ex Abarbanelis ſententia commentarios hos hiſtoricos non ab ipſo Salomone, ſed ipſius auſpiciis & nutu ab Hiſtoriographo quodam ejus profectos eſſe.

Ex Chriſtianis veteribus nonnulli librum hunc de poſteriori Paralipomenon interpretandum cenſuerunt, quod patet ex iis, quæ a *Theodoreto* in Qv. ſuper 3. lib. Regum qv. 37. (quem tamen locum fruſtra ego quæſivi) citante Pineda p. 3. de rebus Salomonis, & poſt eum *Walthero* p. 1186. Offic. Bibl. contra hanc ſententiam diſputantur. Neque id temere ſe cuiquam probabit, qui meminerit, non fuſius in illo Chronicorum libro res Salomonis geſtas deſcribi, quam in illo Regum factum eſt. Altera vero ratio, quam *Pineda* urget, quod neceſſe ſit, ut libri Paralipomenon poſt Regum libros exarati ſint, atque adeo in his citari non potuerint, quia ea comprehendat, quæ in Regum libris ſint omiſſa ; nihil quidem effecerit, cum non tam a re ipſa, quam ab inſcriptione Græca eaque nonnullorum judicio non ſatis idonea petita ſit. Alii non putant eam ſcriptionem diſtingvendam a libro Nathanis Prophetæ, Ahiæ & Addo, de quo paulo poſt. Ita ſtatuit *Abulenſis* in 1 Regg. XI. & *Franc. Turrianus* in explanatione Clementis lib. 2. c. 22. Sed non video, cur, ſi idem cum his fuerit, non ſub eodem titulo, quo alias veniunt, hoc loco non ſit allegatus. Alii ipſum Salomonem auctorem credunt, ut *Sixtus Senenſis* Biblioth. Sanct. lib. II. p. 106. qui ibidem alios Oſai Prophetam pro auctore agnoſcere obſervat. Alii, ſpeciatim laudatus *Pineda* pro parte habet Chronologiæ, quæ ex præſcripto Reipublicæ texebatur a tempore primorum dierum & Regum usque ad noviſſimos ; qui dicebatur *Liber verborum dierum Regum Juda & Iſrael.* Interim idem fatetur potuiſſe eam partem, propter hiſtoriæ rerumque copiam, peculiari libro contineri. Atque huic ſententiæ applaudit ex noſtratibus B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 1187. Non video ſane, quid obſtet, quo minus

nus dicamus commentationem ſingularem ſub hoc titulo exſtitiſſe, quæ rebus Salomonis enarrandis data opera deſtinata ſit præ ceteris Regibus, quos variis nominibus omnino ſuperavit. Quicquid hujus erit, illum commentarium, ſive publica ſive privata auctoritate concinnatum, tam certo aliquando exſtitiſſe, quam hodie deſideratur, non puto inficiandum.

X. *Verba dierum Regum Iſraelis* citantur 1 Regg. XIV. 19. & *Juda* ibidem v. 29. & XV. 7. quando de rebus Jeroboami, Rehabeami, Avijæ, &c. ſermo eſt, & plura in Annalibus citatis deſcripta dicuntur his verbis: הלא הם כתובים על ספר דברי הימים למלכי יהודה aut על ספר דברי הימים למלכי ישראל Ut loca longe plura in libris Regum & Chronicorum obvia prætercam, in quibus iidem commentarii ad partes vocantur. Ubi tamen obſervandum, inſcriptionem nonnunquam mutari, ita, ut nunc quidem liber Regum ſimpliciter, ut 2 Paralipom. XXIV. 27. nunc *liber verborum dierum Regum Iſrael*, nunc *liber dierum Regum Juda*, nunc, juncto utroque cœtu, *liber Regum Juda & Iſrael* nuncupetur. Libros hos periiſſe conſtans eſt Hebræorum ſententia. Profitetur id *Aben Eſra* in comment. ad Num. XXI. 14. u[illegible]ter ceteros, qui deſiderentur, libros numerat quoque דברי הימים [ל]מלכי ישראל Fuſiſſime omnium & accommodate ad rem de illis præcipit *Abarbanel* in proœmio ſecundo ad libros Regum, quem proinde ſolum adhuc audiemus. Verba ita habent: חה יורה שהיו ביניהם ספרי דברי הימים אשר נכתבו עליהם עניני המלכים כלם אחד למלכי ישראל ואחד למלכי יהודה ושהנביא כאשר כתב ספר לקח משם קצת הדברים ועזב קצתם ולכן באחרית הספור יאמר הכתוב ששאר עניני אותו המלך שלא כתבם הנביא הנה כתובים על ספר דברי הימים: h. e. *Hoc evincit, quod fuerint inter eos libri Chronici, quibus conſignatæ erant res geſtæ Regum omnium; quorum alius continebat res geſtas Regum Iſrael, alius Regum Juda; quodque Propheta* (Jeremias) *ſcribens librum hunc* (Regum) *inde deſumſerit partem narrationis, partem vero omiſerit, in fine autem recenſionis monuerit, reliqua geſta ejusdem Regis, quæ non deſcripſerit Propheta, tradita eſſe in libro Annalium.* Idem in ſequentibus conſilii hujus, quo alia omiſſa, alia in literas relata ſunt, rationem redditurus, obſervat, libris ejusmodi Annalibus, quibus res geſtæ, & genealogiæ ac familiæ ſingulorum Regum conſervatæ fuerint, duo narrationum genera comprehenſa fuiſſe, quarum ſcilicet aliæ ad per-

Digitized by Google

perficiendum hiſtoriæ filum neceſſariæ, aliæ vero arbitrariæ tantum & ad ingenium Scriptoris accommodatæ fuerint. Deum autem per Prophetam ea tantum ad poſteros propagata voluiſſe, quæ pertinerent ad illius ſeculi mores, Regum genealogias, bene item maleve geſta & hinc conſecuta damna aut præmia rectius cognoſcenda. Hinc factum eſſe, ut multa, quæ alio pertinerent, omitterentur. Lege hæc fuſius apud ipſum, & apud *Jo. Morinum* in Exercitatt. Biblicis pag. 139. Ex his conſequitur, Abarbanelis judicio binos fuiſſe Annalium libros, a ſe invicem diſtinctos, quorum alter Regibus Iſrael, alter Regibus Judæ ſit deſtinatus, utrumq; autem non tam nutu divino, quam humano conſilio exaratum Sacro Scriptori aliquam materiæ conſignandæ partem ſuggeſſiſſe. Eadem omnino eſt Chriſtianorum ſententia. Inter veteres huc ſpectat *Theodoretus* Qu. in lib. III. Regum qv. 49. Quando enim interrogat: *πῶς νοητέον, οὐκ ἰδοὺ ταῦτα γέγραπται ἐπὶ βιβλίου λόγων τῶν ἡμερῶν τῶν βασιλέων Ἰούδα;* i. e. *quomodo intelligendum eſt: an non ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Juda?* reſpondet: *Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον ὡς ἅπαντα συνεγράφη τὰ τηνικαῦτα γενόμενα, καὶ ἐξ ἐκείνων τῶν βιβλίων τὰς μὲν οὗτος ὁ συγγραφεὺς, τὰς δὲ οἱ τὰς παραλειπομένας συγγεγραφότες ἔλαβον τῆς ἱστορίας τὰς ἀφορμάς.* i. e. *Et hinc eſt perſpicuum, quod omnia conſcripta ſunt, quæ tunc temporis gerebantur: & ex illis libris, partim quidem hic Scriptor, partim autem ii, qui conſcripſerunt Paralipomena, acceperunt occaſionem & argumentum hiſtoriæ.* Recte omnino Pater præſtantiſſimus libros hos ab utroque Regum & Chronicorum volumine diſtingvit. Utrinque enim citantur, ita quidem, ut quæ in libris Regum tanquam fuſius ibi expoſita memorantur, ea fruſtra requiras in Chronicorum libris, quæ vero hic nunciantur tanquam ibi legenda, in libris Regum ſuperſtitibus non exſtent. Lege v. c. 1 Regg. XVI. 5. 20. 27. & cap. ultimo v. 39. item 2 Regg. XIV. ubi de hiſtoria Jeroboami & c. XV. ubi de poſtremis Regibus Iſraelis agitur. Hæc omnia in libris Paralipomenon non inveneris; ſicut, quæ 2 Paralip. XXIV. 27. tanquam in מדרש ספר המלכים explanata afferuntur, inani labore in libris Regum quæſiveris. Confer in eandem ſententiam ex Pontificiis *Sixtum Senenſem* Biblioth. Sanct. lib. II. p. 101. & *Ludov. Eliam Dupin* in Diſſertat. prælimin. pag. 23. in not. ex Reformatis *Altingium, Walæum, Hottingerum* pag. 530. Theſauri Philolog. *Leusdenium* in Philologo Hebræo diſſ. IX. ex noſtratibus denique inter multos B. *Waltherum* in Officina Biblica pag. 1188. ad quos merito & ſecure nos quoque accedimus, exiſtimantes, librum hunc Chronologico-

Politicum nunquam in Pandectas ſacros receptum ſine Eccleſiæ damno aboleri potuiſſe.

XI. *Verba dierum Regis Davidis*, tanquam liber ſpecialis, memorantur 1 Chronic. XXVII. 24. his verbis: ולא עלה המספר במספר דברי הימים למלך דוד: i.e. *& non adſcendit* (relatus eſt) *numerus* (ſupputati populi) *in numerum* (recenſionem) *verborum dierum Regis Davidis*. Non ignoro, R. *Salom. Iſaacidem* in comment. ad h. l. verba ita interpretari, quod numerus iſte 1 Chron. XXVII. non ſit æqualis numero, qui deſignatus eſt 2 Sam. XXIV. quo ipſo diſerte ſatis innuit, librum hunc dierum Davidis pro poſteriori iſto Samuelis accipiendum eſſe. Sed illi tamen rectius mihi verba accepiſſe videntur, qui de alio quodam libro, a ſacris diſtincto, ſermonem hic eſſe eo, quem expoſuimus, ſenſu exiſtimant. Ita explicavit olim *Iunius* in notis ad h. l. approbante ex noſtratibus *Abrah. Calovio* in Bibliis Illuſtrat. *Videtur*, inquit is, *David pœnitentia facti ductus recenſionem a ſe inſtitutam feciſſe irritam, & ne in annales publicos referretur, caviſſe.* Sapienter quoque *Jac. Guſſetius*, poſtquam numerum facti cenſus duplicem, qualis utroque loco refertur, conciliare inſtituiſſet, ſubjungit: *Quod negat autem illius cenſus, a Joabo facti, numeros conſignatos in Annales Davidis, hoc intelligitur de alio libro, ut dixi, qui inſerviebat uſui civili regis & regni, & forte taceri placuit, quia res funeſtæ memoriæ erat, ac digna, quæ exſtingueretur. At contra Deus voluit in his libris ad uſum ſuæ Eccleſiæ ſtructis hoc peccatum fuſe publicari, eundem in finem, in quem alia ſanctorum peccata omnibus ac ſemper noſci voluit.* Vide ejus Commentarios Lingvæ Hebr. pag. 601. a. Neque mirum cuiquam videbitur, ſingularem librum de rebus Davidis Regis olim exſtitiſſe, qui recogitaverit, facta Salomonis peculiari commentario, qui dicitur דברי שלמה, illuſtrata fuiſſe. Cl. *Clericus* in comment. ad h. l. verba ita reddit: *Nec* poſtea *pervenit* Iſraëlitarum *numerus*, *ad numerum* qui exſtat *in Ephemeridibus Regis Davidis*, quaſi hoc velit Scriptor Sacer, a temporibus Davidici cenſus tam numeroſum non fuiſſe Iſraëlem ſeu propter bella, ſeu propter morbos. Nec ſane inficiandum eſt, hanc interpretationem ad contextum Hebræum propius accedere. Quicquid hujus erit, id certum eſt, allegari h. l. librum de rebus Davidis exponentem.

XII. *Verba Samuelis Videntis, Nathanis Prophetæ & Gad Videntis* excitantur 1 Paralipom. XXIX, 29. his verbis: ודברי דוד המלך הראשונים והאחרונים

והאחרונים הנם כתובים על דברי שמואל הרואה ועל דברי נתן הנביא
ועל דברי גד החוזה: i. e. *Et verba Davidis Regis priora & poſteriora, ecce illa deſcripta ſunt in verbis Samuelis Videntis, & in verbis Nathanis Prophetæ & in verbis Gad Videntis.* Talmudiſtæ in *Bava Batra* f. 14. libros hos de utroque Samuelis interpretantur, ita quidem ut priorem Samueli ſoli, poſteriorem vero inſtar continuationis Nathani & Gado vindicent. Non diſſentit ex parte Raſchi ad Chronic. l. c. & R. *Moſen Kimchi* pro eadem ſententia allegat *Sixtus Senenſis* in Biblioth. Sancta lib. II. pag. 207. a. Ex recentioribus idem affirmant bene multi, quam in rem vide, quæ ſupra attulimus, ubi de utroque Samuelis libro diſputatur. Pertinent huc inprimis *Sixtus Senenſis* l. c. lib. I. pag. 8. qui tamen alibi, nempe libro II. ubi de *Nathane* & *Gad* diſſerit, ita mentem exponit, ut pro ſingularibus ſcriptis habuiſſe poſſit videri. Applaudunt præterea *Gilbertus Genebrardus* in Chronographia p. 103. & *Ludov. de Tena* lib. 2. de Scriptura S. diſp. I. ex Reformatis *Io. Claudius* Tom. V. Opp. pag. 316. cui poſteriorem partem librorum Samuelis conſtituere eorum ſcripta videntur; ex noſtratibus autem B. *Waltherus* in Officina Biblica pag. 1188. Alii vero eos putant intercidiſſe. Huc referendus eſt *Stapletonus*, qui hoc utitur argumento, quod in libris Samuelis non legantur res in cunctis terrarum regnis geſtæ, quæ tamen commate 30. tanquam ibi recenſitæ nunciantur. Sed vide, quæ ad hæc reſpondet *Waltherus* l. c. *Grotii* eadem fuit ſententia, qui in notis ad h. l. libros Samuelis & Regum ex iſtis Samuelis, Nathanis & Gad ſumtos putat, atque adeo pro compendio operum illorum majorum, quæ non exſtent, habet. *Witſium* his accedere apparet ex ejus Miſcellan. Sacris lib. I. p. 212. ubi ait, Samuelem, Nathanem & Gad ſui temporis hiſtoriam, cui prophetiæ ipſorum inſertæ fuerint, ſcripſiſſe, ex qua tamen non niſi ἀποσπασμάτια quædam habere videamur, quæ divina providentia ad uſum Eccleſiæ ſufficere arbitrata ſit. Adde & *Jo. Clerici* commentar. in h. l. Ex Pontificiis *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. pag. 292. habet pro libris Non-canonicis, tum exſtantibus, ſed nunc deperditis. *Ludov. Elias Dupin* in Diſſert. præliminari ad Biblia p. 22. dubitari non poſſe cenſet, libellos illos fuiſſe memorias a diverſis iſtis Prophetis conſignatas, vel potius Prophetias (vide 2 Paralipom. IX. 29.) hiſtoricis monimentis mixtas. Singulare vero eſt argumentum, quod ediſſeritur in Judiciis Theologorum Batavorum ſuper Hiſtor. Critica R. Simonis p. 146. ad probandum, monimenta illa a Samuelis libris diſtin-

 cta

cta eſſe. Monetur enim *Φράσιν* דברי נתן & דברי גד denotare vitam & res geſtas illorum Prophetarum, de quibus cum pauca admodum apud Samuelem exſtent, credi non poſſe illius libros innui. Sed vide, quæ opponit *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. pag. 212. Meo judicio *Samuelis verba* commode de iis accipientur, quæ a Samuele in illis libris, qui ſub ejus nomine exſtant, profecta ſunt. De reliquis duobus idem non ſine erroris periculo affirmaveris, cum veri videatur ſimilius, monimenta ab illis conſignata æque ampla fuiſſe, ac Samuelis illa, quibus junguntur, & a quibus ſatis videntur diſtingvi. Et ſane, ſi utriusque illius Prophetæ ſcriptiones in unum illud corpus unquam coaluiſſent, illius rei indicium non minus exſpectari poterat facta inſcriptione ſpeciali, quæ alias in ſacris literis obtinet, quando v. c. in Pſalmis & Proverbiis diſerte ſuis, quibus debentur, auctoribus ſingula adſcribuntur. Interim facile largior, ex utriusque commentariis varia in librum Samuelis poſteriorem relata eſſe, qua de re vide, quæ paulo ante diximus.

XIII. Jungimus his, quæ 2 Paralipom. IX. 29. de Nathane, Ahia & Iddo vel Addo citantur his verbis: ושאר דברי שלמה הראשונים והאחרונים הלא הם כתובים על דברי נתן הנביא ועל נבואת אחיה השילוני ובחזות יעדי החזה על ירבעם בן נבט: h. e. *& reliqua res Salomonis priores & poſteriores nonne ſcriptæ ſunt in verbis Nathanis Prophetæ, & in prophetia Achijæ Silonitæ, & in viſionibus Iddo Videntis ſuper Jeroboamo filio Nebathi?* R. *Salomo Iſaacides* ad h. l. verba Nathanis de illis interpretatur, quæ leguntur inde a verbis: ויהי בלילה ההוא usque ad ויקרא שמו ידידיה leguntur. Prophetiam Achijæ accipit de iis, quæ exſtant 1 Regg. XI. 29. de Iddo vero nihil monet, forte ideo, quod nullum ejus monimentum in Sacro Codice exſtare crederet. In alia omnia abit *Abarbanel* in comment. ad 1 Regg. XI. ubi ita: ר"ל שנעשו שני ספורים בספורי מעשה שלמה אחד מהם היה מהדברים הראשונים רוצה לומר מהבנינים ומן המעלות שהיו בו ומן הצלחות שבאו עליו וכל זה כתב נתן הנביא שנעשה הכל בזמנו והספר האחר היה מהדברים האחרונים ר"ל שקרו בזקנת ומאהבתו לנשים ומנטות לבבו אחריהן ומע"ז שהמה היו עושות ומהנבואות והדבורים האלהיים שבאו על יד הנביאים בענשו · ומהשטנים אשר קמו בימי זקנותו נגדו והרעות אשר היו עושים לישראל

לישראל וכל זה כתב אחיה השילוני בספרו חטאות שלמה וצרותיו באחרית ימיו׃ וגם כן נכתב דבר מזה בספר אחר עשה עדו החוזה כמו שכתב בעניני ירבעם בן נבט כי שמה הוצרך לדבר דברים משלמה מהמתיחסים לעניני ירבעם הנה א״כ שלושת הנביאים האלה נתן ואחיה ועדו לא כתבו כולם ספר אחד ולא נתייחדו בספור אחד אבל כל אחד כתב ספרו כפי מה שזכרתי׃ i. e. Senſus eſt: *duas narrationes exſtare de rebus geſtis Salomonis, quarum altera exponat de actis prioribus i. e. de ædificiis, variisque ejus prærogativis & ſucceſſibus, quos habuerit, quæ omnia deſcripſerit Nathan Propheta, quippe cujus tempore iſta acciderint. Alterum vero librum enarraſſe res geſtas poſteriores, i. e. quæ acciderint in ſenectute ejus, amorem item feminarum cordisque in illas converſionem, tum idololatriam quam promoverint, prophetias quoque & conciones divinas, quæ facta ſint per prophetas in pœnam ejus: porro hoſtes, qui ei ſe in ſenectute oppoſuerint, & mala, quibus afflixerint Iſraelem. Hæc omnia conſignavit Achija Silonita in libro ſuo, peccata ſcilicet Salomonis, & anguſtias ipſi ſub vita finem oblatas. De hoc vero argumento ſcriptum quoque aliquid fuit in libro alio, quem fecit Iddo Videns, quando nempe de Ieroboami rebus commentatus eſt. Ibi enim neceſſe fuit, ut de rebus Salomonis quoque ageret, quæ ſcilicet Ieroboamum tangerent; Ecce hoc modo tres iſti Prophetæ, Nathan, Achija & Iddo non ſcripſerunt omnes ſeu junctim librum unum, neque coaluerunt in unam narrationem, ſed quisque eorum ſcripſit librum ſuum ſeorſim, prout commemoravi.* Addit Abarbanel, ſe hac in parte diſcedere a reliquis Interpretibus Scripturæ.

Ex Chriſtianis *Sixtus Senenſis* Bibliothec. Sanct. lib. II. pag. 89. duo Nathani tribuit volumina, alterum ad *Davidis*, de quo paulò antea, alterum ad *Salomonis* vitam pertinens, quod proinde non amplius exſtare putaſſe videtur. Achijæ librum ſingularem fuiſſe idem affirmat pag. 38. quod & de viſionibus Iddonis pag. 72. tradit. Imo eodem in loco diſtingvit, nec præter rem, ut opinor, a viſionibus ſuper Jeroboamo, quæ etiam citantur 2 Paralip. XII. 15. librum, qui 2 Paralipom. XIII. 22. allegatur ſub titulo מדרש הנביא עדו i. e. *Commentarius Prophetæ Iddo*, tanquam talis, in quo de rebus Abijæ diſſeratur; ſicut de Rehabeamo quoque egiſſe cognoſcitur ex 2 Paralip. XII. 15. unde tres nonnullis libri enati ſunt. Digna ſunt, quæ legantur *Scipionis Sg'ambati* verba ex Archivis V. T. pag. 295. Ita autem ille: *Quidam hos tres libros ita diſtingvunt. Primum* (חזות) *ajunt comprehendiſſe viſiones contra Jeroboam Regem Iſraël, admixtis quibusdam de Salomone. Secundum fuiſſe hiſtoriam rerum geſtarum*

*ſtarum ſub Roboam Rege Juda. Tertium de factis dictisque memorabilibus Abiæ Regis Juda. Sed R. Salomo putat unius libri tria eſſe nomina, & librum eundem partim hiſtoricum fuiſſe, partim Propheticum, partim conciones comprehendiſſe, & adhortationes ad vitia fugienda virtutesque ſectandas. R. Dav. Kimchi ait, ejus hiſtoriam vocatam eſſe* מדרש *quia poſt narrationem rei geſtæ digrediebatur ad contemplationem divinæ providentiæ ac Numinis, humanæque nequitiæ. Itaque viſiones ab hiſtoria diſtingvit, non tamen hiſtoriam & Midras.* Periiſſe hos commentarios ſtatuit etiam *Dupin* l. c. & ante eum *Pineda* in Commentar. de rebus Salomonis p. 4. ubi ſpeciatim, quod ad Nathanem attinet, exiſtimat, commentationem ejus de Davide, de qua §. 12., conjunctam fuiſſe cum alterá illa de Salomone: priora autem hujus geſta a *Nathane*, poſteriora vero ab Ahija & Iddo deſcripta videri, ea cum differentia, ut Nathan univerſam Salomonis gloriam, Ahija inclinationem regni, peccataque ac ſupplicia Salomonis, Iddo vero res inter Jeroboamum & Salomonem filiumque ejus geſtas deſcripſerit. Ex quo patet, Pinedam proxime ad Abarbanelem accedere. Ex Reformatis *Io. Claudius* libros Regum ex Achijæ, Iddonis & aliorum Prophetarum libris coaluiſſe putat. Ex noſtratibus B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 1189. & cum eo plerique, *Nathanis* verba de poſteriore Samuelis libro, Ahijæ prophetiam de ea, quæ refertur 1 Regg. XI. accipiunt; de tertio vero Iddonis non difficulter admittunt, ut periiſſe credatur. Mihi quidem, quod de tertio conceditur, de duobus reliquis itidem videtur pronunciandum, periiſſe ſcilicet hiſtoricas illas enarrationes, poſtquam potiora earum capita in ſacris libris ad poſteritatem propagata & transmiſſa ſunt. Quod enim de voce נבואה, qua Ahijæ labor indicatur, monetur, eam, in ſingulari quippe numero collocatam, reſpectum habere ad unam illam, de qua 1 Regg. XI., id parum probat, cum nihil frequentius ſit in lingva Hebræa, quam numerorum enallage uti. Confer *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. pag. 294. ubi ex Rabbinorum ſcriptis de Achija quædam leges.

XIV. *Semajæ* liber דִּבְרֵי שְׁמַעְיָה jungitur 2 Paralipom. XII. 15. Addonis illi, de quo modo diximus, tanquam qui res geſtas Rehabeami priores & poſteriores, item bella inter Rehabeamum & Jeroboamum agitata deſcripſerit. Sigillatim vero monetur eum genealogiarum habuiſſe rationem. Hoc enim ſibi vult verbum להתיחש, quod ita quoque interpretatur *Kimchi* in h. l. ita commentatus: דברי שמעיה ועדו הנביאים

הנביאים היו בדברי המלכים ובהתיחשם: h. e. *verba Semaja & Iddonis Prophetarum egerunt de rebus Regum & genealogia eorum. Hieronymus* tamen & cum eo *Jo. Clericus* in not. ad h. l. de *accurata narratione* accipere maluit, quia non videatur Propheta librum ſcripſiſſe, in quo Davidis gentem recenſeret. Periiſſe & hujus ſcriptionem ex eo manifeſtum eſt, quod cum antea 2 Paral. cap. XII. vaticinium ejus fuiſſet recitatum, vel ſic verba ejus allegantur, ex quibus plura ſcilicet cognoſci poſſint. Idem ſtatuit *Raſchi*, quando monet, unumquemque Prophetam Prophetiam ſuam in ſingularem librum retuliſſe. Conſentiunt ex Pontificiis *Sixtus Senenſis* Biblioth. Sanct. lib. II. pag. 107. a. & *Ludov. Elias Dupin* l. c. ex noſtratibus vero *Waltherus* pag. 1190. Officin. Biblicæ. Ab hoc Semaja probe diſtingvendus eſt alter, *Nechalamita*, qui libellum ſeu epiſtolam contra Ieremiam & ejus vaticinia ſcripſiſſe narratur Jer. XXIX. 24. ſqq.

XV. Liber *Jehu* Prophetæ ſingularis innui viſus eſt nonnullis 2 Chronic. XX. 34. וְיֶתֶר דִּבְרֵי יְהוֹשָׁפָט הָרִאשֹׁנִים וְהָאַחֲרֹנִים הִנָּם כְּתוּבִים בְּדִבְרֵי יֵהוּא בֶן חֲנָנִי אֲשֶׁר הֹעֲלָה עַל סֵפֶר מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל: i. e. *& reliqua verborum* (rerum) *Ioſaphati priorum & poſteriorum, ea ſcripta ſunt in verbis Iehu fil. Chanani, qui* (ſc. liber) *relatus eſt in librum Regum Iſraelis.* Sed & hic varii varie ſentiunt. R. *Salomon Iſaacides* ad h. l. videtur tantum accipere de illis Jehu verbis, quibus is uſus eſt adverſus Joſaphatum 2 Chron. XIX. 2. Hæc enim verba בדברי יהוא בן חנני ita exponit: שאמר אל המלך יהושפט הלרשע לעזור: i. e. *qui*, vel quando *dixit ad Ioſaphatum: num impio ſuccurrendum erat*, &c. Alii reſpici hic volunt 1 Regg. XVI. 3. ubi bis memoratur Jehu contra Baeſam Regem, qui Jeroboamum occiderat, vaticinatus. Ita ſtatuit ex noſtratibus B. *Waltherus* pag. 1190. Offic. Biblic. hanc addens rationem: *quod enim Iehu iſtam* (prophetiam 1 Regg. XVI. 3.) *conſignarit Regumque libris inſeruerit, ipſa fere litera teſtatur. Dicitur enim is res geſtas Ioſaphati digeſſiſſe* in libris Regum Iſrael. *Quæ verba oſtendunt hac in parte nihil prorſus eſſe vel amiſſum vel omiſſum.* In eandem ſententiam conceſſit olim V. C. *Jo. Clericus* in Judiciis Theologorum Batav. pag. 90. qui tamen deinde eam mutaſſe videtur, cum commentarium ſcriberet in 2 Chron. XX. 34. Ibi enim poſtquam monuiſſet, librum Jehui inſertum eſſe Ephemeridibus Regum Iſraelis, ſubjungit: *Cujus rei nulla alia ratio reddi poteſt, niſi quod in eo libro multa eſſent ad regnum Iſraelis pertinentia ſcripta; qua de cauſa inſertus fuerat commentariis publicis rerum, quæ apud Iſraelitas contigerant, aut ſingulari quapiam de cauſa nunc*



Digitized by Google

*nobis ignota.* Itaque tunc pro peculiari ſcriptione habuit, Ephemeridibus Regum Iſraelis poſtliminio ab aliis inſerta. Et videntur omnino verba illa non de libro Regum, qui ſupereſt, ſed de eo potius, qui, ceu ex §. 10. conſtat, alias ſub titulo hiſtoriarum Regum Iſraelis & Judæ occurrere ſolet, intelligenda, primum quidem ideo, quod quæ 1 Regg. XIV. leguntur, non ad Joſaphatum, ſed ad Baeſam pertinent, ſicut animadverſio in Joſaphatum 2 Chronic. XIX. 2. talis certe non eſt, ex qua res geſtæ priores & poſteriores Regis hujus intelligi poſſint. Deinde 1 Regg. XVI. 5. poſt enarratam Jehui adverſus Baeſam prophetiam, provocatur ad Chronica Regum Iſraelis. Ex quo conjicio eundem illum librum ibi innui, qui hic 2 Chronic. XX. excitatur. Is vero non poteſt eſſe prior Regum liber, quia alioquin ſe ipſum citare dicendus eſſet. Ipſa ſane verba idem ſvadent, ſi recte inſpiciuntur, quamvis veteribus quoque non ſatis perſpecta. Interpretes enim LXX. verba אשר העלה על ספר reddunt: *ὃς καλέγραψε βιϐλίον Βασιλέων Ισραὴλ*, ac ſi legiſſent אֲשֶׁר הֶעֱלָה: Vulgatus autem rectius nonnihil: *quæ digeſſit in libros Regum Iſrael.* At Hebræi contextus אֲשֶׁר הֹעֲלָה mens eſt, *qui* (ſcil. liber verborum Jehu) *relatus* vel inſertus eſt *libro Regum Iſraelis*, quem certe neceſſe eſt plura comprehendiſſe, quam quæ de Baeſa aut Joſaphato ab eo 1 Regg. XVI. aut 2 Chron. XIX. dicta leguntur. Ita igitur ſentio, illam Jehui ſcriptionem vitas & res geſtas Baeſæ & reliquorum Regum usque ad Joſaphatum complexam eſſe, quæ deinceps inſerta ſit Ephemeridibus Regum Iſraelis. Hinc ſimul manifeſtum eſt, Ephemerides illas ex variorum Scriptorum opuſculis conflatas fuiſſe. Confer *Sixti Senenſis* Biblioth. Sanct. lib. II. pag. 73. a. *Dupin* Diſſert. Præliminar. p. 23. & *Scipion. Sgambatum* in Archivis V. T. p. 324.

XVI. Seqvitur *Jeſaiæ* liber hiſtoricus, de quo 2 Paralip. XXVI. 22. וְיֶתֶר דִּבְרֵי עֻזִּיָּהוּ הָרִאשֹׁנִים וְהָאַחֲרֹנִים כָּתַב יְשַׁעְיָהוּ בֶן אָמוֹץ הַנָּבִיא: i. e. *& reliqua verba* (res) *Uſiæ priora & poſteriora deſcripſit Jeſaia fil. Amotz Propheta.* De hoc lege, quæ ſupra, ubi de Prophetia Jeſaiæ agitur, admonuimus. Eum vere a Jeſaia conſcriptum, deinde vero, quod mere hiſtoricus eſſet, injuria temporis conſumtum non dubito. Eadem fuit Lyrani, a Judæis procul dubio, quorum hic miror ſilentium, edocti ſententia, quam ex noſtratibus tuetur B. *Waltherus* p. 1190. quia quæ in libris Regum & Jeſaiæ prophetia de Uſia occurrunt, & de quibus

alii

alii hæc verba accipi voluerunt, tam multa non comprehendunt, ut priora & poſteriora, i. e. omnia geſta Uſiæ repræſentare dici poſſint. Lege huc Cl. *Clericum* in comment. ad 2 Paralip. XXVI. 22.

XVII. *Choſai* commentatio de Manaſſe Rege memoratur 2 Chron. XXXIII. 19. ותפלתו והעתר לו וכל חטאתו ומעלו והמקומות אשר בנה בהם במות והעמיד האשרים והפסילים לפני הכנעו הנם כתובים על דברי חוזי: i. e. *Et precatio ejus & ſupplicatio, & omnia peccata atque prævaricationes ejus, & loca, in quibus ædificavit excelſa, & conſtituit lucos, & ſculptilia antequam humilis evaderet, ea, ecce ſcripta ſunt in verbis Choſai.* Dubium hic eſt, utrum *Choſai* pro proprio an appellativo nomine ſit habendum. Prius placuit, ut recentiores taceam, τοῖς LXX. & Vulgato. Illi enim h. l. vertunt ἐπὶ τῶν λόγων τῶν ὁρώντων, i. e. *videntium*, quaſi ſcriptum fuiſſet חוזים, quo nomine Prophetæ venire ſolent, & v. 18. diſerte vocantur. Placet hæc verſio Kimchio, qui ad h. l. ita כמו חוזים h. e. idem eſt, ac ſi dixiſſet חוזים i. e. *videntes*. Cum vero terminatio nominis non ſit pluralis, nec ullibi alias hac forma occurrat; viciſſim vero חוזים ſtatim antecedat, rectius illi agere videntur, qui pro nomine proprio accipiunt. Hanc ſententiam confirmat, quod, niſi Propheta quidam ſingularis hic indicandus fuiſſet, Scriptor procul dubio ea, quæ v. 29. memorat, verſu proxime antecedente, ubi, ſi pauca exceperis, eadem occurrunt, recitaturus fuiſſe videtur. Crediderim itaque *Choſai* illum nonnulla ceteris diſtinctius, alia vero, quæ illi omiſerant, ſolum tradidiſſe, atque hinc denique factum, ut illius ſcriptio ſigillatim allegaretur. Pro peculiari libro, qui nunc perierit, habuerunt & alii, v. c. ex Pontificiis *Pagninus*, *Arias Montanus*, *Sixtus Senenſis* in Biblioth. Sanct. lib. II. pag. 49. *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 348. qui contraria Kimchii argumenta refutat; ex noſtratibus B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 1191. ex Reformatis *Hottingerus*, *Leusdenius*, ac denique *Jo. Clericus* in commentar. ad h. l.

XVIII. *Ieremiæ* lugubre carmen in funus Regis Joſiæ tribuerunt nonnulli, adducti quidem loco 2 Paralipom. XXXV. 25. וַיְקוֹנֵן יִרְמְיָהוּ עַל יֹאשִׁיָּהוּ: i. e. *& planxit Ieremias Ioſiam.* Vide, quæ ſupra diximus, de Jeremiæ prophetia commentati. Ibi monitum eſt, nonnullos carmen illud quærere in Jeremiæ Threnis, inter quos a *Sixto Senenſi* lib. II. Biblioth. Sanct. p. 72. numeratur R. Salomon. Cujus, quem locum innuat,



Digitized by Google

nuat, neſcio. Certe ex commentario ejus ad h. l. nihil tale colligas, Hieronymus tamen, hic conſentiens, itidem ad Hebræos ὁμοψήφως provocat. Recentiores pro ſingulari opuſculo habent, quod interciderit. Huc pertinent *Sixtus Senenſis* l. c. *Grotius*, item *Leusdenius*, & noviſſime *Io. Clericus* in notis ad h. l. ex noſtratibus vero *Waltherus* l. c. pag. 1191. qui tamen dubius eſt, num nænia illa voce tantum prolata, an literis conſignata ſit. Mihi quidem extra dubium res collocata videtur, cum ſequentia verba והנם כתובים על הקינות i. e. *& ecce illa relata ſunt in Threnos*, evincant, & Jeremiæ & ceterorum cantiones lugubres memoriæ poſterorum vindicatas eſſe in ſingulari quadam collectione. Talem enim tunc temporis exſtitiſſe credidit recte *Salomon Iſaacides*, qui voces על הקינות interpretatur per על ספר הקינות i. e. *in librum Threnorum*. Atque hæc collectio proinde non minus ac Jeremiæ carmen inter deperdita numeranda fuerit. Conſentientem habeo *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. pag. 356. qui denique ſuſpicatur, non diſtingvendam eſſe hanc collectionem a *libro Iuſtorum*. Cl. *Hardtius* in Programm. ad Aben Eſram Helmſtad. 1712. edito, pag. 13. næniam illam pro Jeremiæ Libnenſis, (de quo 2 Regg. XXIII. 31.) carmine habet, quod cum aliis Judæorum næniis uno comprehenſum libro, non ſacro, perierit.

De ejusdem Prophetæ libello, qui flammis traditus legitur Jer. XXXVI. 23. ſupra pro inſtituti ratione diximus ſatis, ubi de Jeremia expoſuimus.

XIX. Non omittendus eſt *liber Chronicorum Regum Mediæ & Perſiæ*, de quo Eſther X. 2. Poſtquam enim ibi Scriptor Sacer commemoraſſet opera potentiæ, fortitudinem magnificentiamque Mardochæi, quibus a Rege auctus ſit, addit: הלא הם כתובים על ספר דברי הימים למלכי מדי ופרס: i. e. *nonne hæc ſcripta ſunt in libro Annalium Regum Mediæ & Perſiæ?* Non dubium eſt, hoc volumen, publica forte auctoritate & ipſorum Regum auſpiciis exaratum, tum temporis exſtitiſſe, quod per gravia bella denique interiit, ita ut fruſtra eſſet Golius, cum de monimentis his inveſtigandis ſolicitum ſe præberet. Lege hanc in rem *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 528. qui tradit, Annales fuiſſe, in quibus acta diurna Regum, ſervata temporis ratione, breviter annotata, & apud Babylonios in publica urbis Ecbatanæ bibliotheca aſſervata ſint. Chronicon hoc procul dubio continuatio fuit Annalium illorum, quos Ahaſ-

verus

verus Rex ſibi prælegi juſſit, ſecundum Eſther VI. 1. Ab ipſo autem Ahaſvero Regibusque ceteris illos commentarios conſcriptos eſſe, neſcio, quomodo ſibi perſvadere potuerit *Scipio Sgambatus* in Archivis V.T. pag. 393. qui ibidem ex Apocryphis fragmentis Eſther eidem tribuit אגרות ſive epiſtolas.

XX. Superſunt aliæ nonnullæ citationes, quæ libellos ſingulares innuere viſæ ſunt, a plerisque neglectæ, quas hic in cumulum conferemus. Sic *Jeſaia* XXXIV. 16. admonentur gentes דרשו מעל ספר יהוה i. e. *requirite in libro Domini*. Per hunc librum R. *Salomo Iſaacides* reſpici credit librum Geneſeos. Ita enim is commentatur: קראו מעל ספר בראשית כשהביא המבול גזר שיתקבצו כל הבריות להסגר בתיבה זכר ונקבה אחת מהנה לא נעדרה מלבא אל אחת וכו׳ i. e. *Legite in libro Geneſeos, quando adduxit diluvium, decrevit, ut congregarentur omnes creaturæ, ut includerentur arca, mas & fœmina, nulla ex iis deſiderata eſt, quo minus in unum convenirent.* At *Kimchius* ad eundem locum intelligit potius ipſam Jeſaiæ prophetiam, ſpeciatimque eam, quam tunc conſignaverat, ſectionem de avibus beſtiisque variis, exitii teſtibus & inſtrumentis futuris. Ait enim דרשו מעל ספר יהוה והוא הספר הזה h. e. *Legite in libro Domini: hic eſt liber præſens ſcilicet Ieſaiæ.* Qui librum naturæ hic appellant, præter rationem allegorias ſectantur. Ego Kimchii interpretationem ceteris prætulerim, quod idem faciunt *Sixtus Senenſis* in Biblioth. Sanct. lib. II. pag. 61. *Grotius* in notis ad h. l. & *Hottingerus* p. 528. Nuperrime Rev. *Chriſtoph. Matth. Pfaffius* in Theologia Dogmat. & Morali p. 50. *Deuteronomium* hic innui cenſuit.

*Verba antiqua*, de quibus 1 Chron. IV. 22. libri ſpeciem nonnullorum oculis repræſentarunt. Memorantur ibi genealogiæ ex præteritis ſeculis variæ, & tandem ſubjungitur: וְהַדְּבָרִים עַתִּיקִים i. e. ut plerique vertunt: *& verba ſunt antiqua.* Vulgatus habet: *& verba ſunt vetera.* Sicut LXX. λόγοι παλαιοὶ, quorum ſenſum *Sixtus Senenſis* l. c. pag. 126. ita exprimit, *fuiſſe in hoc libro deſcriptam hiſtoriam principum quorundam ex tribu Iuda, qui regnaverint in Moab.* Ego quidem vix crediderim, Sixtum acu rem tetigiſſe, cum Vulgatus per *verba* illa facile intelligere potuerit, ſecundum Hebraicam loquendi rationem, res a recentiori memoria remotas, de quibus nihil nunc attineat monere. Ita Hebræi, nominatim *Iſaacides* ad h. l. שהיו בימים קדמונים h. e. *hæc contigiſſe vel fuiſſe diebus antiquis.* *Kimchi* accipit de narrationibus ore propaga-



Digitized by Google

tis, quando ita ſcribit : אף על פי שלא נמצא זה בספרי הנבואה מדברים הם ידועים בקבלה ובמסורה ונעתקים איש מפי איש : i. e. *quamvis hæc non inveniantur in libris propheticis, ſunt tamen nota per cabbalam & traditionem, & tranſlata ſunt de ore ad os.* Autor quæſtionum Hebr. librum *Ruth* hic citari ſtatuit, tanquam in quo ſimilia his, quæ h. l. recenſentur, occurrunt. Sed præſtat omnino acquieſcere in interpretatione illa, qua דברים עתיקים per *res antiquas*, ut *Clericus* vult, vel *res obſoletas*, ut cum Junio *Hottingerus*, redduntur, quarum ſcilicet memoria ita jam interciderit, ut brevibus enarrari non poſſint.

Sunt præter hæc alia quædam, quæ tum a *Sixto Senenſi* in Bibliotheca Sancta paſſim, tum ab *Hottingero* in Theſauro Philologico, itemque *Scipione Sgambato* in Archivis V. T. ſub librorum nomine afferuntur, v. c. ספר כריתות *liber repudii*, ספר קנאה *liber Zelotypiæ*, ספר חתום *liber obſignatus*, de quo Jeſ. 29. v. 10. Sed cum vel ſola inſcriptio judicium ita formare jubeat, ut ex librorum proprie & vere dictorum numero expellantur, ab eorum enarratione merito abſtinemus, atque ſic tractationi huic colophonem imponimus. Dictorum ſumma hæc eſt: 1) libros quosdam in ſacris allegatos omnino interiiſſe, v. c. *librum verborum Davidis*, item *Salomonis*, item *Regum Iuda & Iſraelis*, &c. 2) Illorum alios a Prophetis quidem v. c. *Nathane, Gad, Jeſaia, Jeremia*, non vero ut Prophetis, ſed ut Hiſtoricis; alios autem ab aliis privatis hominibus, qui hodie ignorentur, conſcriptos eſſe. 3) Eos non fuiſſe ſacros ſeu canonicos, ſed Politicos & ad civilem uſum deſtinatos, imo ex parte in gentium magis quam Judæorum uſum exaratos, quo ſane *Chronicon Regum Mediæ & Perſiæ* pertinet. 4) Nullam itaque jacturam hic feciſſe vel Judaicam vel Chriſtianam Eccleſiam, multo minus canonem corruptionis poſtulari debere. 5) Quosdam falſo pro deperditis haberi, cum vel *nunquam ſint ſcripti*, ut *verba antiqua*, de quibus modo diximus, *prophetia Enochi* &c. vel in canone adhuc exſtent, ut *liber Domini*, de quo Jeſ. XXXIV. 6. *Jus Regium*, de quo 1 Sam. X, 25.

SECTIO V.

Digitized by Google

# SECTIO V.

## Scriptores recenſens, qui Introductiones in Scripturam Sacram, ſive Enchiridia Memorialia & Hieromnemonica Biblica aliasve hujusmodi commentationes, vel ſeorſim ediderunt, vel majoribus operibus inſeruerunt.

Cum in præcedenti tractatione neceſſe fuerit, ut ſubinde ad varios Scriptores, qui in eodem argumento ante nos verſati fuerunt, provocaremus, aliis, qui tamen non minus huc pertinebant, de induſtria omiſſis, operæ pretium facturi nobis videmur, ſi accuratiorem eorum recenſionem nunc ſuſcipiamus. At illorum quidem plures ſunt, nec uno omnes conſilio ſcriptis ejusmodi viam ad Scripturæ S. tractationem feliciorem ſtraverunt. Videntur tamen commode ad tres claſſes revocari poſſe, ut alii præ reliquis dicantur *Hiſtorici*, quorum ſcilicet potior cura fuit, præmiſſis, quæ ad auctorem, tempus, occaſionem, argumentum libri ſacri ſpectant, in *οἰκονομίαν* ejus inquirere, eamque inſtituta analyſi repræſentare. Alii vocari poſſunt *Mnemonici*, qui vel per carmina vel per tabulas memoriam juvare conati ſunt ad imprimenda felicius & tenenda fidelius, quæ ex uſu fore videbantur. Alii denique magis ſunt *Critici*, qui ſcilicet ex Philologia interiori de conditione Canonis Sacri, de Bibliorum editionibus, verſionibusque variis, tum vero aliis capitibus ad ſtudium Biblicum pertinentibus commentari ingreſſi ſunt. Horum omnium numerum ſecundum claſſes modo conſtitutas nunc inibimus, literarum ordine obſervato.

### Introductiones in Scripturam Sacram *Mnemonicæ*, ubi ſumma librorum capitumve Biblicorum nunc per carmina, nunc per tabulas, nunc per quæſtiones & reſponſiones, nunc alia compendii via proponitur.

*Guilielmi Alardi*, Paſtoris Crempenſis, Epitome Biblica, qua ſingulorum utriusque Teſtamenti capitum Summa, ſingulis incluſa diſtichis perſpicua brevitate proponitur. Roſtoch. 1596. & 1599. 8. item Lipſ.

Lipſ. 1624. 12. ſub novo titulo *Commeatus Sacri*, in qua editione recens accedunt Micæ Evangelicæ ſive Sylloge meditatiuncularum ex pericopis Evangeliorum anniverſariis & reliquiæ. Laudat inſtitutum B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 445. Credo eundem eſſe librum, qui ſub titulo *Nuclei Biblici* prodiit Lipſ. 1640. 4.

*Viti Albini* Epitome univerſos SS. Bibliorum libros, ſingulorum capita, ſummas &c. oſtendens, in Tabulis duabus diſpoſita, Erfurt. 1592. 8.

*Io. Iac. Albrecht*, Præceptoris Leutkirchenſis, Biblia in Nuce, lingva Germanic. ubi hymnis 56. ſecundum notos alioquin modulos cantandis, ſumma ſingulorum capitum Sacri Codicis, ita ut ſingulis ſinguli verſus reſpondeant, comprehenditur. Lindav. 1705. 12.

*Io. Henrici Alſtedii* Præcognitorum Theologicorum libri II. Francof. 1615. 4. In illorum ſecundo p. 85. ſqq. exhibetur typus librorum Biblicorum per Analyſin ſingulorum in tabulas redactam, tum vero p. 567. ſeqq. iidem libri quoad auctores & argumenta &c. fuſius percenſentur. Hæc credo repeti in Memoriali ejusdem Biblico & Oeconomia Bibliorum, Herbornæ Naſſov. 1620. in 8. & 1627. 12. ed.

*Apollinarius Senior* quæ huc olim magno labore retulit, dudum perierunt. Vide interim Socratis Hiſtor. Eccleſ. III. 16. & II. 18.

*Anonymi* Memoriale Biblicum, omnium Scripturæ S. librorum ac capitum ſummam diſtichis Latinis comprehendens, & Sæculo XIV. exaratum in membrana. Vide Biblioth. Uffenbachian. Part. IV. p. 6.

*Anonymi* Summarium Biblicum, carmine Heroico expreſſum, & Bibliis Latinis, quæ an. 1521. per M. Jac. Saccen, in fol. edita ſunt, præfixum, in quo argumentum cujusque capitis unico vocabulo artificioſe exprimitur, ſuperimpoſitis pro majori declaratione gloſſulis alio charactere. Vide Walthorum l. c.

*Anon.* Synopſis Biblica, ſive Summaria celebris Theologi, per ABC lingva German. concepta Luneburgi in 12. Vide Lipenii Biblioth. Theolog. Tom. I. pag. 169. ubi col. 2. laudari quoque videbis *Tabulas Biblicas* Antw. fol. editas.

*Anon.* Manuale Biblicum ſive Enchiridion S. Scripturæ a variis antiquis compendiatum, Francof. 1610. 8.

*Anon.* Icones hiſtoricæ V. & N. T. carminibus Lat. & Gallicis illuſtratæ, Genev. 1680. 8.

*Anon.* Bibliſches Luſt-Spiel/ Jen. & Helmſt. 1693. 8. Vide Rev. Widemanni Artem Mnemonic. pag. 27.

Neſcio

Neſcio quis ſit auctor libri Gallici ſub titulo: *Notion generale de l'Ecriture Sainte*, methodo catechetica editi. Damnatam vero eſſe hanc ſcriptionem & ab ipſo auctore retractatam, diſco ex Ephemerid. Pariſ. 1702. pag. 10. ed. Belg.

Jo. Abrah. Kromayerus in præfat. ad Diſpoſitiones Memoriales p. 5. ſcribit, *ſe noviſſe Theologum ampliſſimi nominis, qui magno labore & artificio ſic conſtruxerit verſus; ut voces memoriales ordine alphabetico ſequerentur, & qualibet non argumentum duntaxat, ſed numerum quoque capitis indicaret.*

*Viti Beſoldi*, Paſtoris Gymnaſii Portenſis, Acroſticha Biblica plena & plana, ubi ſumma ſingulorum capitum Biblicorum ſingulis hexametris repræſentatur, quorum quisque a nova litera ſecundum literarum ſeriem incipit. Lipſ. 1638. 8. itemque Norimberg. Subjiciuntur ſingulis verſibus explicationis loco ſummaria proſaica, quæ oſtendunt, quid inprimis innuatur.

*Jani Bielcke*, Cancellarii Norvagiæ, Summaria Biblica. Hafn. 1634. in 12. Vide Alb. Bartholin. de ſcriptis Danorum p. 63.

*Io. Bockſpergeri* Figuræ Biblicæ, 1564. 4.

*Io. Brentii* in libros V. & N. T. argumenta & ſummæ III. chartis, Halæ Svevorum 1548.

*Fab. Bricii* Synopſis Scripturæ S. univerſæ, Genev. 1645. 4.

*Ulrici Buchneri* Theatrum Biblicum anagrammaticum, Borrichio in diſſ. de Poetis minus probatur.

*Io. Amos Comenii* Janua ſive Introductio in Biblia, Norimb. 1658. 8.

*Sam. Cradocci*, Angli, hiſtoria V. T. methodice digeſta ex parte huc pertinet. Prodiit illa Lond. 1683. fol. Angl. & recenſetur in Actis Erudd. Lipſ. 1685. pag. 205.

*Viti Dieterici* ſive *Theodori*, Paſtoris Norimberg., Summaria V. T. lingva Germ. Witteb. 1545. 4. Novi Teſtam. ib. 1548. 4. utriusque autem junctim Norimberg. 1548. f. Witteb. 1554. & Jen. 1594. Latine Francof. 1591. & Lipſ. 1603. 8.

*Jordani Edenii* Memoriale Biblicum, Summas librorum S. Codicis & ſingulorum capitum præcipuas res atque ſententias exhibens. Upſal. 1664. 8.

*Georg. Ederi*, JCti, Maximiliano II. a conſiliis, Oeconomia Bibliorum ſive Partitionum Theologic. libb. V. in tabulis, Colon. 1568. & 1581. fol. Confer Vergnügung müßiger Stunden Part. IX. p. 77. & Dupinii Biblioth. Novam Scriptorum Eccleſ. Tom. XVI. p. 121.

*Chriſtoph. Entzmanni*, Paſtoris Oberwierenſis, Bibliſches Geſang-Büchlein/ Berolin. 1669. 8. quo ſummam ſingulorum capitum hymnis Germanicis exhibuit, Berol. 1669. Conf. Rev. Widemanni præf. ad lib. vernaculum Nützliche Gedächtniß-Kunſt p. 25.

*Caſp. Eurymachera* Parva Biblia, i. e. carmen Elegiacum ſingula utriusque Teſtamenti capitula, omnesque hiſtorias & ſententias eorundem ordine alphabetico complectens. Erfurti 1581. 8. & Lipſ. 1615. Laudatur a Walthero p. 445. Officinæ Bibl.

*Salom. Glaſſii* Enchiridion S. Scripturæ Practicum ſive Bibliſches Hand-Büchlein/ Goth. 1651. 8.

*Mich. Grienbergeri* Quæſtiones ſuper ſingula capita Bibliorum, germanice; Lipſ. 1587. 4.

*Io. Georg. Groſſii* libellus Biblicus verſibus Germanicis comprehenſus, Baſil. 1621. 12.

*Io. Pet. Grunenbergii*, Prof. Roſtoch. Tabulæ Oeconomicæ in integrum S. Scripturæ Codicem, tum alias, tum cum Tabulis Sacris Genealogicis prodierunt Roſtoch. 1707. fol. Tabulæ ſunt omnino 69. quarum ſingulæ ſingulis libris Biblicis deſtinantur.

*Mart. Grundmanni* Kurtz gefaßte Gedächtniß-Bibel/ Dresd. 1624. 12.

*Io. Iac. Grynæi* Epitome, ſive Bibliorum in libros & capita V. T. argumenta, Baſil. 1577. 8.

*Franc. Gotthi*, Minoritæ, Tetraſticha rhythmica, quorum ſingulis vocibus ſingula capita Biblica ſummatim indicantur, ſuperpoſita brevi expoſitione proſaica. Vide Waddingum p. 120. Progreditur ille usque ad librum Jobi. Prodiit cum ſimili libro Leandri de S. Martino, de quo mox.

*Frider. Hemmingii* Breviarium Biblicum, oder Extract und Kern der gantzen heiligen Bibel/ Lipſ. 1612. 4.

*Io. Huldrici Herlini* Iſagoge ad lectionem librorum V. T. Propheticorum omnium, cum verſibus μνημονευτικοῖς duplicibus, Bernæ 1604. 8. Eadem Iſagoge in Jobum, Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſten & Prophetas omnes: ibid. an. 1608 8. Ceterum *Caſp. Simonides* in præf. ad Compend. Biblicum obſervat, Herlinum illum ſua debere Gvalthero & Gemmæ Fabro.

*Io. Himmelii*, Profeſſoris Theologi Jenenſis, Analytica diſpoſitio, tum generalis tum ſpecialis Bibliorum, Spiræ 1616. 4. Vocatur etiam Memoriale Biblicum generale, i. e. Analytica diſpoſitio ſingulorum

Digitized by Google

rum librorum totius Codicis Sacri, Jen. 1624. 4. Memoriale Biblicum Speciale, continens librorum Apocryphorum analyſin, Lipſ. 1616. 4. & Jen. 1624. Confer Zeumeri Vitas Profeſſorum Jenenſ. inter Theologos p. 138. Commendatur a B. Hulſemanno in Methodo Studii Theolog. p. 248.

*Jo. Cyriaci Hoferi* Frag-Bibel/ i. e. Biblia per quæſtiones, Lubec. 1697. 8. cum præf. B. Auguſti Pfeiferi.

*Io. Hübneri*, Rectoris Scholæ Hamburg. Bibliſche Hiſtorien. Hamb. 8.

*Ægid. Hunnii*, Prof. Witteb. Epitome Biblica vel Summarium, comprehendens ſummas breves & argumenta capitum totius Sacræ hiſtoriæ V. T. Canonicæ. Witteb. 1593. & 1608. in 8. itemque Tomo III. Operum pag. 1356. - - 1424. Perſequitur Auctor tantum libros hiſtoricos V. T. & deſinit in libro Jobi.

*Leonhardi Hutteri*, Prof. Witteb., Enchiridion Biblicum, Germ. Witteb. 1605. in 16. 1609. & 1628. in 8.

*Stephani Jebſen*, Paſtoris Flensburgenſis, Mnemonica nonnulla Biblica per partes edita varia exſtant, ſingulari & jucunda methodo, quam hic exponere per inſtituti rationem non licet. Exſtant autem vernaculo ſermone Acta Evangelica, harmonice ex 4. Evangeliſtis ordine temporis diſpoſita, notatis ſingulorum Evangeliſtarum capitibus, Flensburgi 1714. 4. Eadem proſtant cum vocibus mnemonicis, quæ capita & commata ſimul indicant, præmiſſa introductione, quæ totum artificium repræſentat, ibid. an. 1715. Eodem modo exſpectantur Epiſtolæ Paulinæ & totum Novum Fœdus.

*Chriſtiani Keymanni*, Rectoris Zittavienſis, Mnemoſyne Sacra, Hexametris Latinis ſingulis ſingula capita utriusque Fœderis artificioſa methodo in ſumma exhibens. Gorlitz. 1646. 8. Latino Germ. & Lipſ. 1652. 8. Acceſſerunt Balthaſaris Menzeri Summaria, & Martinii Memoriale Biblicum.

Ejusd. Kleine Gedächtniß-Bibel/ h. e. Mnemonica Biblia parva, i. e. hymni Germanici ſummam capitum eodem modo repræſentantes. Lege de utroque libello Rev. Widemannum in tract. vernaculo Nützliche Gedächtniß-Kunſt p. 17. & 24.

*Davidu Konigii* Memoriale Biblicum.

*Io. Abrab. Kromayeri*, Paſtoris Ohrdruffienſis, Diſpoſitiones Memoriales N. T. quæ lucem viderunt Jen. an. 1696. Ejusdem Diſpoſitiones Memoriales in libros Apocryphos an. 1698. iterumque ibid. 1720.

 ubi

ubi in præfatione promittuntur Diſpoſitiones in libros Propheticos.

*Chriſtiani Langhanſenii*, V. D. Min. Regiomontani, Bibliſche Haus-Andachten / quoad partem priorem i. e. inde a Geneſi ad librum Judicum methodo catechetica hiſtoriam ſacram perſeqvuntur. Prodierunt an. 1703.

*Georgii Chriſtoph. Langii* Biblia Sacra in tres tabulas redacta, una cum *Jo. Michaelis Langii*, filii, Oratione de recondito ſtructuræ Biblicæ artificio, item diſſertatione de Compendiis Biblicis, Altorf. 1697. fol. Diſſertatio illa lucem ſeorſim adſpexit ibid. 1697. 4. in qua §. 20. de harum tabularum Oeconomia diſſeritur, quarum I. totum corporis Biblici nexum quoad ſingulos libros ſacros, II. libros V. T. III. libros N. T. diſtinctius conſiderat.

*Joach. Langii*, D. & Prof. Theologi Halenſis, Sciagraphia Sacra, quæ in memoriæ ſubſidium librorum utriusque Teſtamenti Hiſtoricorum ſtructuram & Analyſin exhibet. Hal. Sax. 1711. 8. ex ed. 2da Hiſtoria Marci & Lucæ omiſſa eſt, quippe quæ ad Matthæum & Johannem commode exigi poſſe viſa eſt.

*Bartholom. Lenderici*, Notarii Acad. Altorf., Hiſtoriſche Kinder-Bibel / Norimb. prodiit, quo libro hiſtoriæ utriusque Fœderis tum verbis ſufficientibus, tum figuris ære expreſſis, ſummatim proponuntur.

*Cyriaci Lentuli* Mnemonicon Sac. Scripturæ tripartitum librorum, capitum & rerum. Herborn. 1663. 8. Totum opuſculum diſtichis Latinis conſtat, ita, ut Pars I. libros Biblicos generatim, II. capitum ſingulorum argumentum ſingulis fere vocibus, III. vero res ſingulorum librorum præcipuas ſiſtat.

*Ambroſii Lobwaſſeri* Biblia, i. e. rhythmi Germanici, quibus ſumma capitum Biblicorum exhibetur. in 8.

*Jo. Locke*, Paſtoris Bardovicenſis, Bibliſcher Gedenck-Ring / Hamb. 1653. 8. ubi exemplo Rinckarti, de quo mox, rhythmis Germanicis capitum argumentum indicatur.

*Matthiæ Lothman* Synopſis Biblica.

*Sam. Magdalii* Memoriale Metrico-Biblicum, Witteb. 1617. 12.

*Matthiæ Martinii*, Freyenhagenſis, Memoriale Biblicum, metrico compendio, quam fieri potuit, breviſſimo factum in omnes libros canonicos V. & N. T. etiam in Apocryphos. Is diſtichis Latinis capitum ſummam ita exhibuit, ut ſingulis capitibus ſingulas deſtinaret vo-

ces,

Digitized by Google

ces, quas deinde explicatione proſaica explanavit. Prod. Herborn. 1603. 8. tum Bremæ 1618. 1622. 1627. 1649. & 1659. in 12. & Lipſiæ 1699. 12. Commendatur a Meiſnero in Brevi Inſtruct. de Lectione Biblica.

*Leandri de S. Martino*, Benedictini, Prof. Regii L. Stæ Duaceni, Sacra ars memoriæ ad Scripturas divinas in promtu habendas memoriterque addiſcendas accommodata. Duaci 1623. 8.

*Balthaſ. Menzeri* ſcriptio huc pertinens exſtat in *Io. Himmelii* Memoriali Biblico, parte ſpeciali.

*Andr. Mergileti* Parva Biblia, ſeu capita Bibliorum ſingula ſingulis diſtichis, textum & doctrinas indicantibus, comprehenſa. Smalcald. 1599. 8.

*Nic. Michaelii* Summaria Biblica, Hafn. 1618. 12.

*Io. Molleri*, Paſtoris Notlebienſis, Memoriale Biblicum, quo ſingula capita ſingulis diſtichis Germanicis comprehenduntur, Erfurti 1673. 4.

*Joach. Morgenwegii*, Paſtoris Orphanotrophii Hamburg., Collegæ amiciſſimi, Analyſis ſingulorum capitum, terminis commodis expreſſa & in Bibliis Germanicis, Hamb. 1708. 8. ed. & ibid. in 4. recuſis obvia omne punctum tulit.

*Lud. Mulhuſini* Breviarium Bibliorum, monoſtichis Latinis ſingula capita exhibens. Svecice vertit Jo. Groſchius cum Vincent. Schmuckii ſententiis præcipuis in quolibet libro occurrentibus.

*Io. Myntzenbergii* Manuale Biblicum ſive Enchiridion S. Scripturæ, Francof. 1610. 8.

*Philippi Cyriaci Nicolai* Monoſticha Biblica, Dantiſci 1639. 12.

*Nicephori Xanthopuli* γραφῆς πάσης σύνοψις ἠκριβωμένη, h. e. *Scripturæ totius Synopſis accurata*, qua continentur Jambi Senarii, ſummam capitis Biblici comprehendentes. Prodiit libellus cum *Theodori Prodromi* epigrammatibus ſimilis argumenti, de quibus mox ſumus dicturi.

*Gottfridi Olearii* Ideæ Diſpoſitionum Biblicarum, huc pertinent, quarum partes tres priores Lipſ. 1666. 1668. 1673. adeoque ſucceſſu temporis lucem viderunt, ſicut Pars IV. Halæ 1678. V. vero & VI. ibidem 1681. prodiit.

*Io. Olearii* Nucleus totius Scripturæ, Germanice, Leucopetræ an. 1684. in forma octava oblonga. Idem in magno opere der Bibliſchen Erklärungen ſingula capita ſingulis vocibus in ſumma exhibuit.

*Lucæ Oſiandri* Enchiridion capitum Biblicorum ſuccinctam ſummam complectens, Tubing. 1593. 8.

*Euſeb. Pagit.* Concionatoris Londinenſis, Hiſtory of the Bible briefly collected by way of queſtion and Answer, i. e. Hiſtoria Bibliorum breviter collecta methodo catechetica, Lond. 1663. Gallice prodiit per Jo. Ludov. Waldkirchium, Genev. 1671. 8. & Germanice per S. S. R. Baſil. 1668. 12. Siſtit ſummam librorum tantum hiſtoricorum utriusque fœderis, unde & ex N. T. præter Evangelia Actus & Apocalypſin nihil habet. Vide plura in Vener. Jo. Andr. Schmidii præfat. ad Cl. Reimanni Quæſtiones Biblicas.

*Pet. Palladii*, Epiſcopi Seelandiæ, Iſagoge Biblica ad libros Prophetarum & Apoſtolorum in quæſtiones redacta & notis illuſtrata, Witteb. 1558. & 1577. Eadem auctior per Dan. Cramerum, Stettini 1605. 8. Witteb. 1611. & Roſtoch. 1630. item cum Crameri methodo concionandi, Witteb. 1606. 8. Germanice per Herm. Emſinghof, Witteb. 1589. 8. Laudatur a Walthero in Dedicat. altera Officinæ Biblicæ f. 2.

*Io. Paludani* Biblia Parva, i. e. rhythmi Germanici, quorum ſinguli unum duo vel tria momenta capitis, ad quod pertinent, exhibent. Tubing. 1589. 8.

*Io. Pappi* Parva Biblia, ſive Synopſis Biblica, ſummam totius S. Scripturæ V. & N. T. continens, Argent. 1615. 12. 1620. Hafn. 1630.

*Moſis Pflacheri* Analyſis Typica, omnium cum V, tum N. T. librorum Hiſtoricorum ad intelligendam rerum ſeriem & memoriam juvandam accommodata, Tubing. 1587. 1590. & 1595. in 4. itemque Baſileæ 1606. 4. quæ in titulo quarta appellatur editio. Conf. Fiſchlini Biographiam in Supplement. p. 381. cum Continuatione Jac. Brandmulleri, Baſil. 1621. 4. Laudat Waltherus p. 445. Officinæ Biblicæ. Simili modo ceteros libros Biblicos non hiſtoricos perſecutus eſt Tegetmeierus, de quo mox.

*Io. Piſcatoris* Summaria Biblica, ſeu argumenta in ſingula capita utriusque Teſtamenti carmine comprehenſa, Herborn. 1613. 8.

*Georg. Prætorii* Manuale Biblicum librorum Canonicorum V. & N. T. omnium ſummam diſtichis proponens. Magdeb. 1614. 8.

*Io. Quiſtorpii* Theſaurus in agro Scripturæ Sacr. ſive Summaria librorum Scripturæ S. Germanice in 8.

*Iac. Raupii* Parva Biblia ſive Memoriale Biblicum, in quo ſumma cujusque capitis

capitis ſecundum alphabethi ſeriem rhythmis Germanicis proponitur. Erfurti 1665. 8.

*Leonhardi Rechtenbachii* Sciagraphia Biblica generalis, exhibens S. Scripturæ librorum & capitum generalem ſcopum aut propoſitionem Part. 2. Lipſ. 1620. 8.

*Ambroſ. Reudenii*, Theologi quondam Jenenſis, Iſagoge Biblica, Hamb. 1602. 8. & Oeconomia V. & N. T. oſtendens, quid ibi obſervandum ſit. Lipſ. 1603. 8.

*Petri a Riga*, Rhemenſis Eccleſiæ Presbyteri, Aurora, quo libro carmine leonino utriusque Fœderis libri deſcribuntur.

*Mart. Rinckardeii*, Archidiac. Urbergenſis, zehnfacher Bibliſcher und Kirchen-Hiſtoriſcher Local- und Gedenck-Ring / ubi per rhytlmos Germanicos, ſed admodum inconditos & Biblica capita & hiſtoriæ aliæ breviter recenſentur. Lipſ. 1629. 8. Conf. Widemannum l. c. p. 21.

*Georg. Ritſch* Kleine Gedächtniß-Bibel / ubi in duobus hymnis Germanicis ſumma capitum Biblicorum V. & N. T. conſpicitur. Lipſ. 1628. 8. Lege Widemannum l. c. p. 23.

*Mich. Rittaler* totum Sacrum Codicem verſibus ſummatim exprimere inſtituerat, ita, ut ſingulis capitibus tria diſticha, uſibus vero inde deductis totidem deſtinarentur. Ita Pentateuchum abſolvit. Prodiit Helmſtad. 1702. 16. ſub tit. *Moſes*. Conf. Czwittingeri Specimen Hungariæ Literatæ p. 316.

*Petri de Roſenheim* Diſticha in ſingula Sacrorum Bibliorum & librorum eorundem capita, Stettini 1570. 8.

*G. D. Rönningeri* kurtz-verfaßte Hiſtorien-Bibel / Hal. Svevorum 1670.

*Eraſmi Sarcerii* Summarien und Auslegung der Bibel / Leipz. 1558. 4.

*Jo. Sauberti*, Patris, Summaria, Operi Biblico Noribergenſi ſ. Vinarienſi inſerta, a B. Salom. Glaſſio in Enchiridio Scripturæ S. Practico ceteris prælata ſunt.

*Vincent. Schmuckii* Bibel-Büchlein / Teutſche Monoſticha auf alle Capitel der gantzen Bibel ſamt den vornehmſten Sprüchen / Leipz. 1601. 1614. 1632.

*Jo. Schneideri* Memoriale Biblicum, Witteb. 1617. 12. una cum Magdalii iſto prodiit.

*Jo. Shaw* Bibliorum Summula ſive argumenta ſingulorum capitum diſtichis comprehenſa, Lond. 1623. 8.

Jo.

*Io. Schraderi* Summarium Biblicum Alphabeticum cum Chronologia Biblica, Germ. Schwinfurti 1605. 8.

*David de Schweinitz* Biblia Parva ſive Summaria Biblica, verſibus German. Dantiſci 1647. 8. & Laubæ 1693.

*Caſp. Simonidis*, Debrecini, Compendium Biblicum Metro-Memoriale, Francof. 1684. tertia vice recuſum 8. In eo ſingulis capitibus ſinguli deſtinantur hexametri Latini, quorum voces ſingulæ notantur nota arithmetica, quæ lectorem refert ad verſum, unde vox petita eſt. Litera initialis cujusque verſus ex alphabeto ordine petita, numerum capitis, finalis autem librum Biblicum innuit. Vide Langii diſput. de Compendiis Biblicis p. 14.

*Cyriaci Spangenbergii* Tabulæ in omnes ſacros Biblicos libros Hiſtoricos V. T. usque ad Jobum, Baſil. 1563. 1576. & 1669. fol.

*Werneri Steinhauſen*, Paſtoris Glœtenſis & Ulnitzenſis, Bibliſches Gedächtniß-Vortheil / h. e. Subſidium Mnemonicum Biblicum, an. 1667. 8. ubi non verſibus, ſed in proſa Germanica ſumma capitis paucis quibusdam vocibus exprimitur, quarum una ita comparata eſt, ut ſimul numerus capitis ſubinnuatur. Exemplum habes in Widemanni præfat. ad Artem ſuam Mnemonicam p. 22.

*Tob. Stimmeri* Figuræ artificioſæ, Baſil. 1576. 4. cum Lat. & German. carminibus, Argentor. 1625. 8.

*Io. Strubii* Memoriale Biblicum novum, cum Introductione Chronolog. Rintelii 1635. 8.

*Io. Svaningii* Biblia Parva, Hafn. 1656. 8.

*Steph. Szegedini* Tabulæ Analyticæ in aliquot V. & N. T. libros, Schafhuſ. 1592. 1595. fol. Baſil. 1598. & 1620.

*Henning. Tegetmeieri* Analyſis Pſalmorum Davidis & Prophetarum Minorum, edita ab Ezechiele Vogelio, Lipſ. 1626. fol. & 1640.

*Theodori Prodromi*, Phrygiæ Epiſcopi Sæc. V., *Ἐπιγράμματα ὡς παλαιὰ, οὕτω καὶ εὐσεβέστατα, ἐν οἷς πάντα τῆς ἑκατέρας Διαθήκης κεφάλαια ὡς ὀλβιώτατα συλλαμβάνονται.* h. e. Epigrammata ut vetuſtiſſima ita piiſſima, quibus omnia utriusque Teſtamenti capita feliciſſime comprehenduntur. Sunt Tetraſticha Jambica & heroica, quibus ſumma capitum Biblicorum non omnium, ſed quæ in V. T. inde a Geneſi ad Regum ultimum, & in Novo in Evangeliis IV. & Actibus exſtant, delineatur. Prodiit liber Baſil. 1536. 8. una cum Nicephoro Xanthopulo, de quo ſupra.

*Auguſti*

*Auguſti Varenii* Oeconomiam in univerſum V. T. MS. vidit Cl. *Io. Mich. Lange*. Vid. diſput. de Compendiis Biblicis p. 15. 16. De Evangeliis idem tentantem auctorem mors oppreſſit.

*Sim. Waſtelii* The true Chriſtians daily Delight, h. e. Veri Chriſtiani deliciæ quotidianæ, ſive Summa omnium Scripturæ S. capitum verſibus exhibita, Lond. 1623. 8. Idem libellus ibidem 1629. in 8. recuſus eſt ſub titulo: *Microbiblion*.

*Michaelis Widemanni*, Antiſtitis Stolbergenſis, Bibliſcher Gedächtniß-Redner, partibus duabus, quarum prior ſummam ſingulorum capitum ſingulis verſibus rhythmicis exprimit, poſterior vero modum oſtendit, quo argumenta ſingulorum capitum memoriæ facile mandari poſſint. Lipſ. 1706. 8.

Ejusdem Bibliſcher Inhalt-Redner/ ubi omnia capita Biblica accurata analyſi evolvuntur, & argumenta potiora terminis commodis ſtrictim indicantur. Vetus Teſtamentum partibus VII. Novum autem una abſolvitur. Prodiit liber Lipſ. 1712. 8.

Ejusdem Nützliche Gedächtniß-Kunſt/ Lipſ. 1706. 8. edita, ex parte quoque huc pertinet.

*Henr. Winandi* Quæſtiones Biblicæ ex Iſagoge Pet. Palladii formatæ, Steinfurti 1602. in 8.

*Nic. Zapfii*, Superintend. Vinarienſis, Mnemonica Biblica, Geræ paucis plagulis prodiit. Laudatur a Jo. Abrah. Kromayero in præfat. ad Diſpoſitiones Memoriales.

*Io. Conr. Zelleri* Summarien über die gantze Bibel.

## Introductiones in Scripturam Sacram *Hiſtoricæ*, quæ de ſingulorum librorum Scriptoribus, occaſione, argumento, ſtylo, &c. exponunt.

*Adriani*, Græci Doctoris, Iſagoge in Sacras literas laudatur a Photio Cod. 2. Prodiit vero cura Dav. Hœſchelii, Aug. Vindelic. 1602. 4.

*Io. Henr. Alſtedii* quæ huc pertinent, de iis in Indice antecedente diximus.

*Auguſtini* liber de Doctrina Chriſtiana Introductionis in Scripturam S. vicem præſtat.

*Iac. Bonfrerii*, S. J. Profeſſoris Theologi Duacenſis, Præloquia in totam Scripturam Sacram, quibus commentarium ſuum in Pentateuchum inſtruxit, Antwerp. 1625. fol. editum. Quæ in his merito deſiderentur,

tur, annnotata vide a Cl. Jo. Gottlob Carpzovio in præf. ad Introduct. in libros Hiſtoric. V. T.

*P. Bruneti* Manuductio ad Sacram Scripturam methodo dialogiſtica exhibens Prolegomena Biblica, cum Appendice de Verbo Dei tradito. Tomus I. complectens quæſtiones de Scriptura S. in ſe conſiderata, & de libris V. T. Tomus II. complectens quæſtiones de N. T. de contradictionibus apparentibus librorum Canonicorum, de libris Apocryphis ac deperditis & de traditione. Pariſ. 1701. 12.

*Io. Franc. Buddei*, Theologi Jenenſis, in Hiſtoria Eccleſiaſt. V. T. Halæ 1719. in 4. duobus Tomis ſecundum edita, ſuis locis hiſtoriam Scriptorum Biblicorum erudite perſequitur.

*Abrah. Calovii*, Theologi Wittebergenſis, Prolegomena in commentarium ſuper Geneſin, tum præfationes, quibus ſinguli libri in Bibliis Illuſtratis inſtructi ſunt.

*Io. Gottlob Carpzovii*, Profeſſ. Theologi Lipſienſis & Eccleſiaſtæ hodie Thomani, Introductio ad libros Hiſtoricos Bibliorum V. T. Præcognita Critica & Hiſtorica ac auctoritatis vindicias exponens, Lipſ. 1714. in 4. Ejuſdem Introduct. ad libros Poëticos V. T. ibidem 1720. 4. Idem Partem III. de libris Propheticis ſperare juſſit. Hic vero haud dubie omnium copioſiſſime doctiſſimeque & eleganter in hoc argumento verſatus eſt, quando præter nomenclaturam libri locum ſedemque in canone, Scriptorem genuinum, libri ſcopum argumentumque, tum vero canonicam auctoritatem a recentioribus hinc inde in dubium vocatam, ac præterea Chronologiam inveſtigare & adſtruere conatus eſt, ſubjecta in fine ſingulorum librorum partitione, tabulis comprehenſa, & accurata Interpretum recenſione.

*M. Aurel. Caſſiodori*, Doctoris Latini Sæc. VI., Tractatus de divinarum Lectionum inſtitutione merito huc refertur, quem laudat *Rich. Simonius* in Hiſtoria Critica V. T. lib. 3. p. 42.

*Iac. Dornkrellii* Biblia Hiſtorico-Harmonica, Luneb. 1683. fol. edita in prolegomenis varia exhibent huc pertinentia.

*Lud. Eliæ Dupin* Diſſertatio Præliminaris &c. de qua in Indice ſubſequente fuſius dicturi ſumus.

*Io. Henr. Heideggeri* Enchiridion Biblicum ἱερομνημονικὸν Lectioni Sacræ, Analyſi generali ſingulorum V. & N. T. librorum & delibato capitum argumento, præmiſſis quin etiam ad notitiam cujusque libri

de

de auctore, ſumma, ſcopo, Chronologia, partitione, &c. notis, ſubnexa libris ſingulis Tabula Synoptica, denique expreſſis Interpretibus varii generis unice inſerviens. Tiguri 1680. 8. & tertium ibid. 1703. 8. In auctoribus recenſendis paſſim humani aliquid ipſi accidiſſe exemplis comprobavit Cl. *Crenius* in Animadverſionibus Hiſtorico-Philologg. Part. 2. c. 4. §. 1. Confer Cl. *Carpzovii* præfat. ad Introd. in libb. Hiſtor. V. T. & *Io. Abrah. Kromayeri* præfat. in Diſpoſitiones Memoriales. Pertinent huc ejusdem Exercitationes Biblicæ, Cappelli, Simonis, Spinoſæ, & aliorum ſive aberrationibus ſive fraudibus oppoſitæ, quæ lucem viderunt Tiguri 1700. 4. ubi de Bibliorum nominibus, Scriptoribus Sacris in genere, authentia, integritate, perfectione, partibus Scripturæ Sac.; tum vero de libris V. T. generatim de Scriptore & divinitate Pentateuchi &c. diſſeritur. Conf. infra *Sal. van Till.*

*S. Hieronymi* præfationes, quibus commentarios in libb. Biblicos ornavit, variæque ejusdem Epiſtolæ huc pertinent.

*Junilii,* Epiſcopi Africani, qui Sæculo VI. floruit, libri II. de Partibus legis divinæ per quæſtiones & reſponſiones adornati, huc jure quodam ſuo referuntur. Exſtant illi in Biblioth. PP. Tom. X. p. 339. & ſeorſim lucem viderunt Baſil. 1545. 8. & Francof. ad Oder. 1603. 8.

*Ioach. Langii,* Prof. Theologi Halenſis, Hiſtoria Eccleſ. V. T. Halæ 1718. in 4. edita, aliquam ſui partem huc ſpectat.

*Io. Lightfooti* Chronica Temporum & Ordo Textuum V. T. in Tomo I. Operum p. 1. ſq. recuſa leguntur, eruditis omnino commendanda, quamvis minus ſe probaverit labor *Rich. Simonio* in Reſponſione ad Judicia Theologorum Batavorum p. 212. ſq. Confer ejusdem librum Anglicanum ſub titulo *Reliquiarum*, Lond. 1700. 8. editum, ubi in *Conſiliis*, literarum ſacrarũ Studioſo datis, exhibet obſervationes quasdam generales in Scripturam S., cujus deinde libros ordine Chronologico perſequitur.

*Io. Henr. Maji,* Prof. quondam Theologi Gieſſenſis, Oeconomia Temporum V. T. item Oeconomia Iudiciorum divinorum hiſtoriam Scriptorum Biblicorum paſſim illuſtrat.

*Io. Henricus & Benedictus Chriſtianus Michaelis*, Profeſſores Halenſes, tum in Diſſertationibus ſeorſim de *Ieſaia, Ieremia, Eccleſiaſte*, *Cantico Cantic.* & *Proverbiorum* libro editis, tum in prolegomenis, ſingulis libris in no-

va Bibliorum Hebraic. editione Halenſi anni 1720. præmiſſis, multa bonæ frugis hanc in rem attulerunt.

*Antonii a Matre Dei*, Carmelitæ Excalceati, Lectoris Theologiæ Salmanticenſis, Præludia Iſagogica ad Sacrorum Bibliorum intelligentiam, Lugduni 1669. fol. Ibi de eſſentia & exiſtentia S. Scripturæ, de libris Protocanonicis & Deuterocanonicis, deque eorum auctoribus ſecundariis, de linguis, quibus ſcripti & in quas translati, & de cujusque translationis auctore & auctoritate agitur. Confer *Imbonati* Bibliothecam Latino-Hebraic. p. 314. b.

*Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro, tum alias, tum Coloniæ 1608. fol. edito, nonnulla ad librorum ſacrorum hiſtoriam, ſed opera ſatis tralatitia, monuit.

*Iac. Friderici Reimmanni* Quæſtiones Biblicæ ſuper V. & N. T. quibus poſt repræſentatam Sacrorum librorum hiſtoriam de ſingulorum Scriptore, argumento, ſtylo, ſcopo, &c. diſſeritur, brevi tandem ſynopſi in tabula quadam comprehenſa. Goslar. 1705. 8. iterumque Francof. 1711. 8.

*Alphonſi Salmeronis*, S. J. Prolegomena Biblica in Operibus ejus, Madriti 1602. & Colon. 1611. editis, leguntur.

*Sixti Senenſis*, Ord. Prædicat. Bibliotheca Sancta pro illorum, quibus ſcripta eſt, temporum ratione, ſatis docte, Pontificiis tamen hypotheſibus convenienter, de libris Biblicis ſuis locis commentatur.

*Nic. Serarii*, Jeſuitæ non indocti, Prolegomena Biblica, Mogunt. 1612. fol. edita, non ſingulos libros Biblicos perſeqvuntur, ſed generales quasdam quæſtiones tractant. Ea Dupinius in Bibliotheca Nova Tom. XVII. p. 41. doctrinæ plena, ſed methodo nimis Scholaſtica tractata, & controverſiis magis, quam par erat, referta judicat.

*Georgii Serpilii*, Præſulis hodie Ratisbonenſis ſolertiſſimi doctiſſimique, eſſe illa, quæ *ἀνωνύμως* quondam Germanice prodierunt, Scriptorum Sacrorum, *Perſonalia*, nemo hodie ignorat. Perſonalia *Moſis, Ioſuæ, Samuelis, Eſræ, Nehemiæ, Mardochæi & Eſther*, lucem viderunt Lipſ. 1708. 8. partibus ſex. Perſonalia Jobi ib. 1710. 8. quorum pars poſterior de commentatoribus Jobi ſigillatim præcipit, & adjunctam habet Jobi hiſtoriam a Frid. Spanhemio deſcriptam. Atque hæc conſtituunt Partem VII. Pars VIII. exhibet Interpretes Pſalmorum Davidis, ordine literarum usque ad lit. F. deductos, Ratisbon. 1711. 8. Pars IX. Perſonalia Davidis complectitur, Lipſ. 1713. 8. Poſthæc ſub

ſub expreſſo *Serpilii* nomine lucem vidit *Salomon* in continuationem, ut titulus habet, Scriptorum Biblicorum, Ratisbon. 1715. 8. ac denique *Ieſaias*, ibid. 1717. 8. Reverendus auctor præterea, quæ ab Heideggero & aliis hujus argumenti Scriptoribus moneri ſolent, varia alia ad Vitam, miracula vel res geſtas Scriptorum Biblicorum pertinentia inſerit, inprimis vero in recenſendis Interpretum Biblic. vitis ſcriptisque & elogiis diffuſus omnino eſt, ſed plerumque tamen lectu omnino digna ex libris rarioribus affert, ut diligentia Viri, hac in parte comprobata, laudari aut excuſari magis, quam reprehendi debeat.

*Sal. van Till*, Profeſſoris Theologi Trajectini, Opus Analyticum, comprehendens Introductionem in S. Scripturam, ad Jo. Henrici Heideggeri Enchiridion Biblicum, Traject. ad Rhenum 1720. 4. 2. voll. Tota hæc commentatio in illuſtranda Analyſi librorum Biblicorum Heideggeriana fuſe occupatur.

*Mich. Waltheri*, Antiſtitis per Friſiam Orient. Generalis, Officina Biblica noviter adaperta, in qua perſpicue videre licet, quæ ſcitu cognituque maxime neceſſaria de SS. Scriptura in genere, & in ſpecie de libris ejus I. Canonicis, II. Apocryphis, III. Deperditis, & IV. Spuriis, Lipſ. 1636. 4. tum ex αὐτογράφῳ B. Auctoris auctior 1668. iterumque ibidem, ſed mendoſe 1703. in fol. Communi fere omnium laude labor hic exceptus fuit, atque ita ſe probavit Heideggero, ut, diſſimulato quamvis nomine, vitula ejus arare non dubitaverit, obſervante Cl. Carpzovio in præfat. ad Introduct. in libb. Hiſtoric. V. T.

*Io. Arnoldi Zeitfuchs* Hodegus Biblicus (Bibliſcher Wegweiſer) ſive Introductio in verum ſenſum & uſum Scripturæ S. ubi hiſtoria librorum Biblicorum eodem fere modo, quo Cl. Reimmannus uſus eſt, traditur. Francof. & Lipſ. 1712. 8.

Recenſendi hic quoque erant, qui vel olim vel noſtra ætate de recte inſtituenda Codicis Sacri lectione præceperunt, niſi longioribus nobis eſſe per inſtituti rationem non liceret. Pertinent huc ex noſtratibus *Dornkrellius, Franckius, Heerwartus, Schadius, Veielius*; ex Reformatis *Hyperius, William Lowth, Byfield, Zepperus*, alii.

## Introductiones in Scripturam S. *Criticæ*, quæ ex Philologia ſanctiore de conditione Canonis Sacri, Bibliorum editionibus, verſionibusque variis & aliis capitibus huc pertinentibus differunt.

*Natalis Alexander*, Rothomagenſis, Theologus Pariſienſis, in Selectis Hiſtoriæ Eccleſiaſt. V. T. capitibus, Pariſ. 1689. in 8. editis & deinde recuſis varia ad hiſtoriam librorum Biblicorum, contextum Hebræum & verſionem τῶν LXX. Intt. pertinentia congeſſit. De Vulgata verſione Latina ſpeciatim ſingulari diſſertatione commentatus eſt, quam in diſſertatione Eccleſiaſtica Apologetica & Anti-Critica ab exceptionibus Fraſſenii vindicavit, Pariſ. 1682. 8.

*Sixtini Amamæ*, Profeſſ. olim Franeqverani, Antibarbarus Biblicus, primum Franeqver. 1628. 4. editus, & deinde libro IV. variisque diſſertationibus Criticis auctior ibidem 1656. recuſus de textu originali Scripturæ Sacræ ejusque verſionibus, inprimis τοῖς LXX. & Vulgata Lat. multa egregie monet.

*Iac. Baſnage*, concionatoris olim Roterodamenſis, nunc Hagienſis, varia ſcripta huc referuntur, nominatim *Hiſtoria Eccleſiaſtica Dogmatica*, Roterod. 1699. in fol. Gall. edita. *Diſſertat. III.* quæ cum epiſtola Chryſoſtomi ad Cæſarium Monachum prodiit Roterod. 1694. 8. *Hiſtoria V. & N. T.* ſive Introductio in eam cum diſſertatt. variis, de exiſtentia Dei, inſpiratione librorum ſacrorum, divina N. T. origine & veritate religionis Chriſtianæ, Amſtelod. 1704. fol. Gall. cum figuris, quæ in repetita edit. in 8. omiſſæ ſunt; nec non *Hiſtoria Judæorum* Roterodami primum an. 1707. in 8. edita, & Hagæ 1716. eadem forma auctior recuſa. In hac poſtrema commentatione varia argumenta Critica ad textum Hebr. Paraphraſes, Maſoram &c. pertinentia excutiuntur. Adde ejusdem diſſertationem de Canone Scripturæ S. contra Richardſonum, de qua vide Henr. Baſnagii Hiſtoriam Scriptorum eruditorum an. 1704. p. 18. ſq.

*Ioannes Buxtorfii* tres, Pater, Filius & Abnepos, præclare hic meruerunt. Pater in Tiberiade ſua, ſeu commentario Maſorethico, Baſileæ primum 1620. fol. edito, ac deinde aliquoties in 4. tum vero in fol. 1663. cura Jo. Jacobi Buxtorfii ibidem recuſo. Filius autem plura eo huc contulit in tractatu de Origine & antiquitate puncto-

rum

rum vocalium, in *Anti-Critica, Diſſertationibus Theologico-Philologicis*, & aliis, de quibus dicemus, ubi de Maſora agetur. Abnepos denique in Catalectis Theologico-Philologicis, quæ cum epiſtolis Virorum doctorum ad Jo. Buxtorfium, Patrem & Filium, prodierunt Baſileæ 1707. 8. varia Critices Sacræ capita illuſtrat.

*Abrah. Calovius*, ὁ μακαρίτης, præter ea, quæ in priore Indice indicavimus, hic commemorandus venit ob Criticum Sacrum Biblicum de S. Scripturæ auctoritate, canone, lingua Originali, Fontium puritate ac verſionibus præcipuis, inprimis vero Vulgata Latina & Græca τῶν LXX, qui primum 1643. deinde auctior 1670. in 4. Wittebergæ prodiit.

*Io. Clericus*, Prof. Theologus Arminianorum Amſtelodamenſis, variis libris hoc argumentum, quamvis non ubique æque recte feliciterque illuſtravit, qua de re ſupra diximus.

Cogitari vero hic inprimis debet de Arte ejus Critica, Amſtelodami primum 1696. 8. 2 voll. tum Lond. 1698. hinc cum tertio volumine epiſtolarum Eccleſiaſt. & Critic. Amſtelod. 1699. iterumque ibidem cum nonnullis acceſſionibus 1712. ac denique Lipſiæ 1713. 8. recuſa. Præterea vero huc ſpectant Judicia Theologorum Batavorum de Hiſtoria Critica Rich. Simonis, eorumque defenſio eo inprimis annitente Amſtelod. 1685. 8. & paulo poſt edita, ut & notæ, quibus Quæſtiones Sacras Stephani Clerici, Patris ſui, Amſtelod. 1683. 8. editas inſtruxit; nec minus Prolegomena & diſſertationes, quæ cum commentariis ejus in Scripturæ S. libros prodierunt.

*Io. Coſini*, Epiſcopi Dunelmenſis, Hiſtoria Scholaſtica Canonis Scripturæ Sacræ Anglicano ſermone, Lond. 1683. 4. qui ceteris, nominatimque *Hodio*, de eodem argumento diligentius commentatis, viam feliciter ſtravit.

*Andr. Iulii Dornmeieri*, Rectoris Berolinenſis, Philologia Sacra, Lipſ. 1699. 8. edita, tironibus ſalivam movere poteſt ex aliis plura hauriendi.

*Ludov. Eliæ Dupin*, Doctoris quondam Sorbonici & Profeſſ. Philoſ. Diſſertatio Præliminaris vel Prolegomena in Biblia in Supplementum Bibliothecæ Scriptorum Eccleſiaſtic. Tomis II. Pariſ. 1699. 8. iterumque ibidem & Amſtelod. 1701. in 4. In eo opere Tomo I. de Canone librorum Sacrorum, Scripturæ Sacræ auctoritate, Auctoribus Sacris, tum vero Textu Hebræo, Pentateucho Samaritano, Verſionibus Græc. Lat. & Orientalibus variis præcipitur. Tomus II. ſimiliter

militer ad N. T. refertur. Primas hujus commentationis lineas duxerat in diſſertatione de Auctoribus Sacris Tomo I. Bibliothecæ hujus præmiſſa, quam ab exceptionibus nonnullis liberat in Appendice ad Tomum VI. Bibliothecæ ejusdem. Acerbius in hæc Prolegomena invectus eſt *Rich. Simon* in Tomo II. Epiſtol. Selectarum, cujus etiam epiſtolæ Criticæ p. 248. ſq. inſpici poſſunt. Hæc prolegomena innuit *Humfr. Hody* in præfat. ad libros IV. de textibus Original., quando librum ejus vernaculum de Canone Sacro memorans, queritur, ea, quæ in hiſtoria Ariſteæ ſcripſerat, in eum, diſſimulato nomine ſuo, relata eſſe. *Anglice* prodiit *Lond.* 1700.

*Ludov. Ferrandus*, Advocatus Senatus Pariſienſis, Summam Biblicam Pariſ. 1690. 12. edere cœpit, cujus Tomus I. de Scripturæ encomio, divinitate, auctoritate, ſtilo, obſcuritate, eloquentia, diviſione, auctoribus, canone, de LXX. item Interpretibus & Vulgata verſione exponit.

*Matthias Flacius Illyricus* in egregia illa Clavi Scripturæ, Jenæ 1674. fol. optime recuſa, pauca ad hoc argumentum commonſtravit.

*Io. Albertus Fabricius*, Vir doctiſſimus, tum in Bibliotheca Græca paſſim, tum in prolegomenis ad *libros* quosdam *Apocryphos* Græce & Latine ab ipſo editos, Lipſ. 1691. 8. tum in *Codice Pſeudepigrapho* V. T. Hamb. 1713. in 8. non tralatitia opera in hoc argumento verſatus eſt.

*Laur. Fabricii*, Prof. Hebr. L. Witteberg., Partitiones Codicis Hebræi, in quibus per quatuor ſectiones, quibus Biblia Hebræa doctoribus diviſa, omnia abſtruſiora textibus ſacris adjecta explicantur, marginalia & finalia ἐπιτάγματα varia enodantur, Chronologia, nomina librorum & virorum ſecundum Hebræos, & ſummæ ſingulorum librorum diligenter tractantur, Prophetarum vita, tempus officii & quot annos ante Chriſtum quilibet vixerit, breviſſime monſtrantur. Witteb. 1610. 4. iterumque itidem 1626. 8. & 1671. 8. ac denique in Theſauro librorum Philologic. Cl. Crenii opera edito, Lugd. Bat. 1700. 8. Laudatur liber a Wolfg. Franzio in aureo tractatu de Interpretatione Scripturæ Sac. p. 45. Conf. Andr. Charitium de Viris eruditis Gedanenſibus p. 52.

*Claud. Fraſſenii*, Peronenſis, Doct. Theologi & Collegii Generalis FF. Minorum Pariſienſium Guardiani, Disquiſitiones Biblicæ quatuor libris comprehenſæ, prodierunt Pariſ. 1682. 4. quæ efficiunt Tomum Operis I. ſicut Tomus II. ſub titulo Disquiſitionum Biblicarum in Pen-

Pentateuchum, ibidem 1705. 4. lucem vidit. Tomus prior tantum huc pertinet, cujus lib. I. de origine & antiquitate Scripturæ, II. de variis Scripturæ S. editionibus & verſionibus, III. de canonibus librorum V. & N. T. veteribus & recentioribus, IV. denique de *ἐναντιοφανείαις* Scripturæ S. commentatur. Siniſtre de his præter Simonium in Caſtigationibus Iſaaci Voſſii p. 226. judicat Natalis Alexander in Diſſertat. Eccleſiaſt. Apologetica & Anti-Critica adverſus Fraſſenium, Pariſ. 1682. 8. & ex noſtratibus *Io. Henr. Majus* in præfat. ad Examen Hiſt. Crit. N. T. Simonianæ. Vita ejus exſtat in Memoriis Trivultin. 1712. Januar. p. 104.

*Salom. Glaſſii*, Theologi quondam Jenenſis, Philologiæ Sacræ, qua totius SS. V. & N. T. Scripturæ, tum ſtilus & literatura, tum ſenſus & genuinæ interpretationis ratio expenditur, libri V. quorum I. & II. generalia de S. Scripturæ ſtilo & ſenſu, III. & IV. Grammatica Sacra, ac V. denique Rhetorica Sacra comprehenditur. Prodiit opus eximium Ien. 1623. 1643. 1663. 1668. item Francof. 1653. tum Lipſiæ 1705. 4. ubi Logica Sacra acccedit, ac denique cum præfat. Celeb. Jo. Franciſci Buddei, Jenæ 1713. 4. Ad invidiam labor hic noſtratium laudibus exceptus eſt. Vide v. c. Sam. Bened. Carpzovium in præf. ad Aug. Pfeiferi Theſaurum Hermeneut. B. Danhauerum in Idea boni Interpretis p. 60. Cl. Jo. Jac. Schudt in Deliciis Hebræo-Philolog. p. 219. & Thom. Crenium in Animadverſ. Hiſtorico-Philolog. Tom. I. c. 4. §. 2. Laudatur vero etiam exteris, nominatim Sixtino Amamæ in Antibarbaro Biblico, Joh. Clerico in Arte Critica p. 119. ed. I. Amſtelod. & Jac. Bernardo in Novis Reip. Literar. 1707. Majo p. 581.

*Io. Baptiſta du Hamel*, Presbyteri & Ex-Profeſſoris Regii, Inſtitutiones Biblicæ ſeu Scripturæ Sacræ Prolegomena, una cum ſelectis annotationibus in Pentateuchum, Pariſ. 1698. 12. Diſſertationum illarum I. de libris Sacris eorumque numero & *θεοπνευςίᾳ*, II. de auctoritate textus Hebræi ejusque verſionum, III. de ratione Scripturam S. interpretandi diſſerit; IV. denique capita Chronologiæ & Geographiæ Sacræ maxime neceſſaria complectitur. Laudem Dupinii promeruit labor, quem vide in Bibliotheca Nova Scriptorum Eccleſiaſtic. Sæc. XVIII. p. 298.

*Hermanni von der Hardt*, Profeſſoris hodie Lingv. Orient. Helmſtad. commentationes variæ huc ſpectant, inprimis vero eæ, quas de Pſalmis



Digitized by Google

nonnullis eorumque ætate & Scriptoribus conſcripſit, ſuo loco commemoratas, tum vero Programmata in Aben Eſram, Helmſtad. 1712. in 4. & Hoſeas hiſtoriæ & antiquitati redditus, ib. 1712. 4. ac opuſcula varia de rebus Jonæ. Quibus ſcriptionibus ut nec doctrina nec ingenium deeſt, ita poſterius luxuriare nimis & in licentiam evagari cordati Viri pridem monuerunt.

*Henr. Philippi Herwarti* Scrutinium Philologicum ex Glaſſio, Francof. 1669. & 1675. 8. ſeu Nucleus Philologiæ Sacræ Glaſſianæ poſt auctoris obitum cum præfat. Jo. Friſchmuthi prodiit Jenæ 1684. 8. adjuncta in fine Synoptica & Philologica Introduct. ad Lectionem Biblicam. Idem libellus cum Glaſſii Logica Sacra cura M. Jo. Frider. Schmidii recuſus eſt Francof. ad Mœn. 1713. in 8. cum præf. Rev. Jo. Georgii Pritii.

*Humfredi Hodii*, Lingvæ Græcæ Profeſſoris Regii & Archidiaconi Oxonienſis, literis nimis mature erepti, Libri IV. de Bibliorum Textibus Originalibus, verſionibus Græcis & Latina Vulgata, una cum præmiſſa Ariſteæ Hiſtoria, Oxon. 1705. fol. editi, doctrinæ & induſtriæ ſingularis laudem retulerunt. Inprimis optimo conſilio toti Operi Tabulæ ſubjectæ ſunt, ex quibus canonis Biblici conditionem, qualis illa omni tempore in Eccleſia fuit, cognoſcas.

*Io. Henr. Hottingeri*, Theologi Tigurini, an. 1667. morte extincti, Theſaurus Philologicus ſeu Clavis Scripturæ notior eſt, quam ut multa de eo hic dici neceſſe ſit. Prodiit primum Tiguri 1649. iterumque ibidem multo auctior 1659. in 4. Vide Elenchum Scriptorum ab eo editorum Cippis Hebræis, Heidelb. 1662. 8. editis, præmiſſum, in quo alia huc ex parte pertinentia occurrent, v. c. Exercitatt. Anti-Morinianæ, Tiguri 1644 in 4. Bibliothecarius Quadripartitus, ibid. 1664. 4. Analecta Hiſtorico-Theologica, 1653. 8. Hiſtoria Eccleſ. N. T. Diſſertatt. Theologico-Philologic. Faſciculus, 1660. itemque alia.

*Petri Danielis Huetii*, Epiſcopi Abrincenſis, Demonſtratio Evangelica quod ad Propoſit. IV. quæ de Scriptoribus Biblicis tota erudite, quamvis Eccleſiæ Romanæ placitis convenienter, diſſerit, huc pertinet. Prodiit illa aliquoties, Pariſ. 1679. fol. tum ibidem 1687. hinc ab auctore auctior 1690. fol. Prima illa eruditis propterea cara habetur, quod loca nonnulla, in ſeqventibus omiſſa, repræſentet. Ad tertiam illam quæ acceſſerunt, recenſentur in Bibliotheca Univer-

ſali

Digitized by Google

ſali Cl. Clerici Tom. XXIII. p. 47. ſeqq. Præter Pariſienſes exſtat *Amſtelodamenſis* anni 1680. minus accurata minusque plena, tum *Lipſienſis* an. 1694. (de qua inprimis ob effigiem ſuam, quæ ruſticanam & ſubabſurdam ipſi faciem tribuat, conqueritur Huetius in comment. de rebus ſuis p. 400.) iterumque Lipſ. 1702. 4. B. Joh. Frid. Mayerum de nova Operis editione, Hamburgi cum acceſſionibus curanda, cogitaſſe ex literis ad Huetium datis patet, quas ipſe Huetius memorat l. c. In eo labore laudando certarunt quaſi inter ſe eruditi, tum noſtrates tum ceteri. Sam. Pufendorfius in epiſtola ad Fratrem editioni Lipſienſi an. 1694. addita profitetur, non videre ſe ullum in hoc genere opus neque ex antiquis Patribus neque ex recentioribus Scriptoribus, cui Huetii ſcriptura non æquiparari aut anteferri mereatur. B. Mayerus noſter eo etiam in loco, ubi ab ejus ſententia diſcedit, incomparabilem vocat commentarium, cujus auctor veritatis Evangelicæ ſub ipſo Papatu confeſſoribus accenſeri debeat. Opus ſtupendæ eruditionis audit Stephano le Moyne in notis ad Varia Sacra p. 786. Omitto alia hujusmodi encomia, quæ illorum cupidus leget in libro vernaculo Unpartheyiſcher Bibliothecarius, Parte X. p. 841. ſqq. Nactus interim eſt auctor, idque hinc inde non præter rem, adverſarios inter ſuos æque ac alienos, quibus occurrendum putavit in præfat. ad editionem Pariſ. 1690. in fol. ſunt illi, quorum tamen nominat neminem, ex Pontificiis *Rich. Simon* & *Claudius Fraſſenius*; ex ceteris *Io. Clericus*, *Io. Saldenus*, *Hermannus Witſius* & *Iac. Baſnage*. Confer Auctoris Commentarium de rebus ſuis p. 283. Noviſſime impotenter admodum in librum invectus eſt *Io. Tolandus* in Originibus Judaicis, quæ cum Adeiſidæmone lucem viderunt Hagæ 1708. 8. Lege Auctorem l. c. p. 412. Pertinent huc quoque variæ ejus epiſtolæ & diſſertationes, quas ſub titulo Diſſertationum de variis argumentis Theolog. & Philolog. Abbas Tilladetius Hagæ 1714. 8. 2 tomis edidit. In illarum enim priore Tomo inter cetera eruditæ in Tolandi librum memoratum animadverſiones p. 369. ſqq. ſicut vindiciæ nonnullorum locorum Demonſtrat. Evangelicæ pag. 387. ſeqq. leguntur.

*Cherubinus a S. Ioſeph*, Carmelita diſcalceatus, ingens deſtinaverat Opus ſub titulo *Bibliotheca Critica Sacra circa omnes fere ſacrorum librorum difficultates*, XII. voluminibus edendæ. Sed quatuor tantum ejus Tomi

mi lucem viderunt Lovanii 1704. & Bruxellis 1705. & 1706. fol. In duobus prioribus variæ exſtant diſſertatt. de auctoribus & diſtinctione &c. librorum ſacrorum, item de Cabbala, Talmude, &c. Lege plura in Memoriis Trevultin. an. 1713. Jun. p. 1062. ubi ejusdem *Summa Critica Sacræ* Burdigalæ 1709. ad 1711. quatuor tomis in 8. vulgata recenſetur. Confer de eo Cl. Carpzovii præfat. ad Introduct. in libros Hiſtoricos V. T. & Ephemerides Pariſ. 1705. p. 132. ſq. ed. Amſtelod. ubi ordo in collectione hac deſideratur.

*Chriſtiani Kortholti*, Theologi Kilonienſis, an. 1694. defuncti, Tractatus Theologico-Hiſtorico-Philologicus de variis Scripturæ editionibus, Kilon. 1686. 4. itemque Diſſertatio de Canone Sacræ Scripturæ, Kilon. 1669. 4. In priori reprehendit nonnulla *Wandalinus* in epiſtola, quæ in B. *Mayeri* Hiſtoria Verſionis Lutheri legitur.

*Bernhardi Lamy*, Presbyteri Oratorii Pariſ. an. 1715. denati, Apparatus Biblicus ſive Manuductio ad S. Scripturam tum clarius tum facilius intelligendam, ſæpiſſime prodiit, nempe *Gratianopoli* 1687. *Lugduni* 1696. 8. auctior, denique vero *Lugd. Bat.* 1711. 8. Gallice quoque, annitente Bellegardio, lucem vidit Pariſ. 1697. 8. (vide Ephemerides Pariſienſes hujus anni p. 369. ed. Amſtelod.) iterumque alterius cura 1700. in 4. (vide Nova Reip. Literar. 1700. p. 107.) quemadmodum jam antea Simonius eundem Gall. verſum Dictionario ſuo Hiſtor. præmiſerat, Pariſ. 1693. fol. In Tabula XVIII. legas catalogum librorum Sacrorum V. & N. T. addita temporis, quo auctores vixerunt, deſignatione. Tabula XIX. vero hiſtoriam textus Hebræi, Græci, verſionum &c. repræſentat.

*Jac. le Long*, Presbyteri Oratorii Pariſ. Viri doctiſſimi & ad invidiam diligentis, Bibliotheca Sacra ſive Syllabus omnium ferme Scripturæ Sacræ editionum ac verſionum, ſecundum ſeriem lingvarum, quibus vulgatæ ſunt, notis hiſtoricis & criticis illuſtratus, lucem primum vidit Pariſ. 1708. deinde vero cum variis Rev. doctiſſimique *Chriſtiani Frider. Bœrneri*, Profeſſoris Theologi Lipſienſis, acceſſionibus, Lipſ. 1709. 8. Spes operis facta erat jam an. 1704. in epiſtola ad Leibnitium, de qua vide Acta Erudit. 1704. p. 287. Superavit eruditorum ſpem auctor ſolertiſſimus omnibusque cupiditatem Partem alteram, quæ Commentatoribus recenſendis deſtinata eſt, videndi excitavit. Eam vero lucem hucdum non vidiſſe ſcribit do-

doctiſſimus Amicus noſter Chriſtoph. Matthæus Pfaffius in Introd. ad Hiſtor. Theologiæ Literar. p. 65. quod ægre tulerit Auctor, Syllabum hunc ſuum in Germania ſtatim recuſum eſſe. Quicquid hujus eſt, omnis illa opera a Cl. le Long ſponte nunc in Rev. Bœrneri, cum quo ſua communicavit, humeros devoluta eſt. Ad hiſtoriam & præſtantiam collectionis hujus cognoſcendam faciunt, quæ in Rich. Simonis Biblioth. Critica Tom. III. c. 35. & 36. p. 411. ſqq. leguntur. Confer ejusdem Biblioth. Selectam Tom. I. pag. 146. & epiſtolam C. T. V. i. e. Chriſtiani Theophili Vngeri τῷ μακαρίτῃ Muſeo librorum novorum (Neuen Bücher-Saal) Part. VI. p. 495. inſertam.

*Valentini Erneſti Læſcheri*, Antiſtitis hodie Dresdenſis, de literis omnis generis meritiſſimi, Commentarius de Cauſis Lingvæ Hebrææ, Lipſ. 1706. 4. editus, multa de præſtantia textus originalis, antiquitate literarum, vocalium & accentuum, conditione contextus Hebræi &c. egregie monet.

*Io. Leusdenii*, Profeſſoris quondam Ultrajectini, an. 1699. exſtincti, varia de hoc argumento exſtant: *Philologus* ſcilicet *Hebræus*, Ultrajecti 1656. 4. editus, & ibid. 1672. auctior recuſus; *Philologus Hebræo-mixtus*, ibid. 1663. & 1682. ac *Philologus Græcus*, 1670. ut non commemorem diſſertationes, quibus Jonam & Joelem ſuum inſtruxit.

*Barth. Majeri*, V. D. Miniſtri Lipſienſis, Philologia Sacra, quæ partibus II. abſolvitur, quarum prior Lipſ. 1629. 8. edita Prodromum Chaldaiſmi Sacri exhibet; pars vero poſterior, ibidem 1631. 8. vulgata, Hiſtoriam Lingvæ S. ſuccinctam tradit, ejusque antiquitatem vindicat.

*Io. Henr. Maji*, Theologi Gieſſenſis, an. 1719. defuncti, Introductio ad ſtudium Philolog. Criticum & Exegeticum, in qua ſimul Joh. Clerici Ars Critica & Marci Meibomii novum Specimen Biblicarum Emendationum & Interpretationum examinatur. Ea primum Gieſſæ 1699. 4. tum vero Francof. ad Mœnum 1708. 4. cum repetito examine Hiſtoriæ Criticæ N. T. Simonianæ lucem vidit. Præterea huc referendæ ſunt ejusdem Diſſertationes Sacræ, Gieſſ. 1690. ut & Diſſertatt. IV. Selectiores, Francof. & Wetzlar. eodem anno in 8. quarum I. de Inſpiratione libb. Sacrorum, II. de eorundem in arcam repoſitione, III. de canonis conſignatione, & IV. de Germanica Lutheri verſione præcipit. II. & III. earum recuſæ ſunt in

in limine Theologiæ Propheticæ, Francof. ad Mœn. 1710. 4. quas ibi deinceps excipit III. de auctoritate Eccleſiæ Judaicæ de canone V. T. teſtantis.

*Io. Martianai*, Ordinis Benedictini ex Congreg. S. Mauri, an. 1717. demortui, Tractatus Gallicus de veritate & cognitione librorum ſacrorum ejusque continuatio & vindicatio, Pariſ. 1698. & 1699. magnam ſui partem huc ſpectat. Nec omittenda ſunt ſcripta ejus Anti-Pezroniana, v. c. Defenſio textus Hebræi contra Antiquitatem Temporum reſtitutam, an. 1689. Continuatio defenſionis illius, 1693. tum vero Tractatus hiſtoricus de Canone librorum ſacrorum, inde ab eorum origine usque ad Concil. Trident. 1703. ac denique ſcriptum Anti-Simonianum, id eſt, defenſio Bibliorum Hieronymi, 1699. & Apologia pro eruditione Hieronymi contra Clericum, an. 1700.

*Arnaldi Milbeti*, Congregationis doctrinæ Chriſtianæ Præpoſiti Generalis, Notitia Scripturæ Sacræ in tres partes diſtincta, & Toloſæ an. 1690. & 1691. 12. vulgata. Tomo I. generales de Scriptura S. quæſtiones perſequitur, II. vero ac III. ſingulos libros V. ac N. T. hiſtorice delineandos ſuſcipit.

*Adami Erdmanni Miri*, Conrectoris Scholæ Zittavienſis, Philologia Sacra, Lipſ. 1699. 8. Philologia Biblica, ibid. 1713. 8. Iſagoge Biblica, ſiſtens S. Codicis partitionem, fontium puritatem, & verſiones tam Orient. quam Occidentales, Francof. 1687. 12.

*Benedicti Ariæ Montani* mentio hic facienda eſt ob *Apparatum* in Bibliis Polyglottis Antwerpienſ. Tomo VI. editum.

*Io. Morini*, Presbyteri Oratorii Pariſienſis, an. 1659. denati, Exercitationes Biblicæ de Hebræi Græcique textus ſinceritate, Pariſ. primum an. 1638. 4. tum altera parte auctiores ibidem 1669. & 1686. in fol. recuſæ, & in duos libros diſtinctæ. Illorum prior in Græcos Sacri Codicis textus inquirit, & Vulgatam verſionem antiquiſſimis Codd. Græcis conformem pronunciat; poſterior omnia, quæ ad Hebræi textus Criticam, Talmud, Paraphraſes Chaldaicas, Lingvæ Hebraic. vocales & accentus, Codicisque Sacri partitionem, Maſoram item Hebræorum pertinent, examinat, ita quidem, ut auctor nihil non in fraudem textus Hebr. abripiat, non ſine doctrinæ apparatu, magnoque labore, quem quinque & viginti annis conſtitiſſe inſcriptio docet. Vide, quæ de aſſertionibus Viri adverſariisque ejus & libris

Digitized by Google

bris Apologeticis diximus ſupra p. 25. Pertinent huc Antiquitates Eccleſiæ Orientalis, Londini 1682. Richardi Simonis cura editæ, & Lipſ. 1683. 12. ſed mendoſè admodum recuſæ, quibus ſcilicet variæ Barberini Cardinalis, Leonis Allatii, Luc. Holſtenii, Morini noſtri, Buxtorfii, Hottingeri & aliorum epiſtolæ Philologg. continentur; nec non ipſius Morini Opuſcula Hebræo-Samaritica, Pariſ. 1657. 12.

*Simeonis de Muis* ſive *Muiſii*, an. 1644. denati, Profeſſoris Lingvæ Hebr. Pariſ. Aſſertio Veritatis Hebrææ contra Morini Exercitationes, Pariſ. 1631. 8. Aſſertio altera Veritatis Hebr. ibid. 1634. 8. & Caſtigatio Animadverſionum Morini, ſeu Aſſertio tertia, ibid. 1639. 8. Laudat hanc ejus operam Rich. Simon in Hiſtor. Crit. V. T. lib. III. c. 18. Confer Dupinii Bibliothecam Novam Scriptorum Eccleſiaſtic. Tom. XVII. p. 250.

*Stephani Morini*, Profeſſoris Lingvarum Orient. & Eccleſiæ Gallo-Belgicæ Paſtoris Amſtelodamenſ. Exercitationes de Lingva primæva ejusque Appendicibus, Ultraject. 1694. 4.

*Joſ. Paſini*, Doctoris Theologi & in Seminario Patav. LL. Orient. Profeſſoris, Diſſertatio Polemica de præcipuis SS. Bibliorum lingvis & verſionibus, cui accedunt quæſtiones aliquot ex ipſarum lingvarum interpretatione ortæ, Patav. 1716. 8. Lege plura in Ephemeridibus eruditorum Venetis Tom. XXVI. p. 466.

*Matthæi Petitdidier*, Presbyteri & Monachi Benedictini e Congregat. S. Vitoni & Hydulphi, Diſſertationes Hiſtoricæ Criticæ & Chronolog. in Scripturam Sacram V. T. Tulli Leucorum 1699. 4. Lege Ephemerides Pariſienſes an. 1700. p. 128. ſqq. ed. Pariſ.

*Pauli Pezroni* ſcripta huc pertinentia cum exceptionibus adverſariorum recenſuimus ſupra p. 18. ſq.

*Auguſti Pfeiferi*, Antiſtitis olim Lubecenſis, an. 1698. defuncti, *Critica Sacra* de Sacri Codicis partitione, editionibus variis, lingvis Originalibus, puritate fontium, Scripturæ interpretatione, verſionibus variis, Maſora item, Cabbala, Talmude, &c. prodiit primum Dreſdæ 1680. iterumque ibidem 1688. 8. & alias, denique vero inter Opera Philologica Ultrajecti 1704. Hottingeri exemplo ut excitatus ad hunc laborem fuit, ita eum paſſim, nec illaudatum, ſecutus eſt, multis de ſuo additis, laudatiſque ſemper Scriptoribus, qui in eodem argumento ſuam induſtriam exercuerint. Hinc dignus non

Digitized by Google

non erat, qui duriori exciperetur judicio a Jac. Bernardo in Novis Reip. Literar. 1704. menſe Majo p. 597. Quæ B. Georg. Chriſtianus Burcklinus ſupplementi loco in præfatione ad Jo. Merceri commentarium in 5. Prophetas minores ſua cura recuſum attulit, pauca ſunt, nec exſpectationem ſuſtinent.

*Andr. Riveti*, Profeſſoris Theologi Lugdunenſis in Batavis, an. 1650. denati, Iſagoge ſeu Introductio generalis ad Scripturam Sac. V. & N. T. in qua ejus natura, exiſtentia, auctoritas, neceſſitas, puritas, verſionum & interpretationum rationes & modi indagantur, ejusque dignitas, perfectio & uſus, adverſus veteres & novos Scripturarum lucifugas aſſeritur, & de vero controverſiarum fidei judice fuſius diſputatur. Lugd. Bat. 1627. 4. & in Operibus in fol.

*Guil. Saldeni*, Doctoris Theologi & Concionatoris quondam Amſtelodamenſis, Otia Theologica, ſeu exercitationum ſubciſivarum varii argumenti libri IV. Amſtelod. 1684. 4. ob Exercitationes quasdam libri I. huc pertinent, quæ etiam effecerunt, ut Huetius in præfat. ad Demonſtrat. Evangelic. ed. Pariſienſis anni 1690. in fol. ipſi ſe opponeret. Is tanto abjectius de opere judicat, quanto præclarius inter ceteros de eodem ſentire ſe profeſſus eſt Herm. Witſius in præfat. ad Diſſert. de Legione fulminatrice.

*Wilhelmi Schickardi*, Profeſſoris quondam Tubingenſis, an. 1636. defuncti, Bechinat Happeruſchim, i. e. Examinis commentationum Rabbinicarum in Moſen Prodromus vel Sectio prima, in generalem protheoriam de textu Hebræo, Targum Chaldæo, verſione Græca, Maſorethis, Kabbala, Peruſchim. Tubing. 1624. 4. Siniſtre fere de opera hac ab eo ſuſcepta judicat Rich. Simon in Hiſtor. Crit. V. T. lib. 3. c. 19. pag. 96. rectius vero & mitius idem in Biblioth. Critica Tom. IV. ep. 25. p. 204. ſq. ubi fuſe recenſetur.

*Scipionis Sgambati*, Neapolitani, S. J. Archivorum Veteris Teſtamenti libri tres, Neapoli 1703. in fol. Hic primo de Lingua Hebræa ejusque antiquitate commentatus de Scriptoribus Canonicis ſtrictim, de Apocryphis vero, Pſeudepigraphis & deperditis diligentius diſſerit, & Hebraicæ Rabbinicæque lectionis non contemnendum apparatum in medium profert.

*Richardi Simonis*, Presbyteri quondam Oratorii Pariſienſis, an. 1712. fatis functi, ſcripta huc pertinentia ſupra p. 31. ſqq. recenſuimus, ubi de iis diximus, qui contextui Hebræo parum faventes ſe præſtiterunt.

Io.

Digitized by Google

*Io. de Sylveira*, Carmelitæ, Prof. Theologi, Opuſcula varia, Lugd. 1676. fol. Eorum primum ſub tit. Præludii & Inſtitutionis ad Scripturam S. de variis Scripturæ verſionibus commentatur.

*Ioſephi Mariæ Torre*, Genuenſis, ex ordine Prædicator. Inſtitutiones ad Verbi Dei ſcripti intelligentiam an. 1711. lucem viderunt. Ejus quatuor ſunt partes, quarum I. de Scripturæ S. exiſtentia, canone, librisque V. & N. T. Canonicis & Apocryphis, II. de contextibus originalibus, Hebraico & Græco, editionibus variis & verſionibus, III. de obſcuritate Scripturæ Sacræ, (quam Pontificii fingunt) ſenſu item & interpretationibus, IV. denique de perfectione Scripturæ S. & aliis huc non admodum pertinentibus præcipit. Confer Ephemerides Eruditorum Italicas Tom. V. p. 404.

*Campeg. Vitringa*, Prof. Theologi Franeqverani, Obſervationes Sacræ varia, quæ huc pertinent, complectuntur. Earum libri VI. junctim lucem viderunt Franeqver. 1712. in 4. poſtquam liber I. antea quater, liber II. & III. ter, liber IV. autem bis in publicum prodiiſſet. Præterea huc merito refero ejusdem libros tres de Synagoga Vetere, Franeqver. 1696. 4. editos, itemque Hypotypoſin hiſtoriæ & Chronologiæ Sacræ cum typo doctrinæ Propheticæ, ibidem 1708. 8.

*Ioſ. de Voiſin*, Senator Burdigalenſis, hic laudandus venit ob annotationes, quibus Raymundi Martini Pugionem Fidei in procemio illuſtravit. Conſtat vero illum prodiiſſe Pariſ. 1651. in fol. & recuſum eſſe cura B. Carpzovii Lipſiæ an. 1687. fol.

*Iac. Uſſerii*, Archi-Epiſcopi Armachani & Hyberniæ Primatis, Viri doctiſſimi diligentiſſimique, anno 1655. defuncti, Hiſtoria Dogmatica de Scripturis & Sacris vernaculis, Londin. 1689. 4. item Syntagma de Græca verſione *τῶν* LXX. Lond. 1655. 4. & Lipſ. 1695. 4. cui acceſſit diſſertatio ejusdem epiſtolica ad Ludov. Cappellum, de variantibus Lectionibus textus Hebraici, quæ Lond. 1652. 4. formis erat exſcripta; ne dicam de Annalibus V. & N. T. Lond. 1650. & 1654. editis, itemque poſtea Pariſ. & Bremæ recuſis, in quibus præclara de ætate & conditione Scriptorum Sacrorum monentur. Lege plura in Vitis a Guil. Bateſio collectis p. 734. ſqq.

*Briani Waltoni*, Epiſcopi tandem Ceſtrienſis, an. 1661. ex vita avocati, Apparatus Chronologicus, Topographicus & Philolog., quo præter varios aliorum tractatus *Waltoni* Prolegomena de lingvis, inprimis

Hebræa, editionibus item & verſionibus Bibliorum, Græca præcipue & Vulgata, variis Scripturæ lectionibus & Maſora continentur. Exſtat ille in Tomo I. Polyglott. Londinenſium an. 1657. editorum, & Io. Henr. Heideggeri cura Tiguri 1673. fol. ſeorſim recuſus eſt. In Prolegomena illa diſſertationes quædam Leodii 1699. 8. prodierunt, ſi titulo credas, quæ tamen præter nudam eamque compendioſam Latini textus verſionem nihil, ſi vitia & hallucinationes varias exceperis, complectuntur. Vide hanc in rem Memorias Trivultinas an. 1701. Tom. I. p. 242. ſqq. ubi etiam p. 243. forte non præter rem obſervatur, Waltonum collectorem potius illarum diſſertationum, quam auctorem habendum eſſe, cum ea, quæ a Pearſonio, Caſtello & aliis inter Anglos Epiſcopalibus hanc in rem conſcripta ſint, in unam ſummam contulerit. Hinc etiam factum eſt, ut in dicenda ſententia non ſemper ſibi conſtet, diverſos ſcilicet auctores ſecutus, quorum diverſæ fuerunt de iisdem rebus opiniones. Conf. Rich. Simonis Diſquiſ. Crit. de variis Bibl. editt. cap. ultimo. De verſione illa Gallica lege ejusdem Simonis epiſtolas Selectas Tom. II. ep. 36. de ipſis vero Prolegomenis ejusdem Hiſtoriam Criticam V. T. lib. III. p. 102. ed. Lat. qui ibidem cap. XXI.--XXIV. totam illam commentationem ſub examen revocat, ejusque novam editionem cum animadverſionibus ſuis pollicetur. Certe nec doctrinæ nec induſtriæ laus Waltono dubia facienda eſt, nimium vero obſequium, quo Cappello obnoxium ſe fecit, cum Waſmutho in Vindiciis Hebraicis merito improbandum. Idem *Edmundi Caſtelli* Introductionem ad lectionem Lingvarum Orientalium, Lond. 1651. 12. editam, recudi fecit an. 1655. 12. cum præfatione ſua, in qua de lingvis his textuumque Originalium & verſionum antiquitate, auctoritate & uſu diſſeritur. Recuſa illa præfatio eſt cum Jo. Wowerii diſſert. de LXX. Intt. Roterod. 1700. 12. & antea ſeorſim Daventr. 1658. 12.

*Herm. Witſii*, Theologi quondam Ultrajectini ac deinde in Batavis Lugdunenſis, an. 1708. denati, Miſcellaneorum Sacrorum libri IV. ſeu Tomus I. Ultrajecti 1691. 4. iterumque auctiores Lugdun. Batav. 1695. 4. prodierunt. Eorundem Tomus II. lucem vidit Ultrajecti 1700. 4. uterque vero recuſus cum Marckii Oratione de vita & obitu auctoris, Herbornæ Naſſov. an. 1712. 4. In eorum Tomo I. multa

huc

Digitized by Google

huc pertinentia, inprimis vero tractatio de Prophetis deprehenduntur.

Præter eos, quos hucdum recenſuimus, auctores illos quoque huc revocandos meminerit Lector, qui doctrinam diviniorem in Locis Theologicis ſpeciatim de Scriptura Sacra expoſuerunt, aut Hiſtoriam Sacram V. T. accuratius exemplo Uſſerii, Spanhemii, Robinſoni recenſuerunt. Nec omittendi hoc loco ſunt, quorum induſtria in Diſſertationibus Philologicis eluxit, inter quos numeraverim *Io. Chriſtoph. Wagenſeilium, Io. Friſchmuthum, Io. Bened. Carpzovium, Matthiam Waſmuthum, Henr. Opitium, Herm. Hardtium, Iac. Rhenferdium, Adrianum Relandum*, &c.

Inter eos, quos hucdum enumeravimus, Scriptores non deſunt, qui Commentatorum quoque ſeu Interpretum rationem habuerunt. Cum vero alii præter eos in iſtis enarrandis majori diligentia verſati ſint, operæ pretium duco, eorundem hic ſtrictim facere mentionem. In his a me omittentur Scriptores Bibliothecarum univerſalium, v. c. *Geſnerus*, *Kœnigius*, &c. vel ſpecialium, v. c. *Alegambe*, &c. tum catalogi Bibliothecarum privatarum inſigniorum, tum & ii, qui de Judæis ſpeciatim expoſuerunt. Horum enim poſtremorum in præfat. ad Part. I. Biblioth. Hebrææ recenſione pridem ſumus defuncti. Seqvitur itaque

## Deſignatio Alphabetica Scriptorum, qui Interpretes Scripturæ Sacræ nunc ſecundum diverſa ſacrorum inſtituta ſeu religiones, nunc ordine alphabetico, nunc juxta ordinem librorum Biblicorum recenſuerunt.

*Anonymi* Biblioth. Theolog. & Scripturalis Epitome, una cum Scriptoribus, qui in Biblia ſcripſerunt. Rom. 1594.

*Anonymi* Catalogus Auctorum, qui in ſacros V. & N. T. libros ſcripſerunt. Witteb. 1579. & 1581. 8. Conf. *Georg. Draudii* Bibliothec. Claſſicam pag. 67.

*Car. Arndius*, vid. *Mayerus*.

*Pet. Beſodneri* Bibliotheca Theologica, ſeu Index Bibliorum præcipuorum eorundemque Interpretum Hebræorum, Græc. & Latin. tam veterum quam recentiorum in certas claſſes digeſtorum. Francof. 1608. 4. Conf. *Czwittingeri* Specimen Hungar. Literatæ p. 66.

*Pauli Bolduani*, Stolpenſis, Bibliotheca Theolog. ſeu Elenchus Scriptorum



Digitized by Google

Eccleſiaſtic. illuſtrium, Rabbinorum, Patrum, Proteſtantium, Calvinianorum, qui in ſacros libros Biblic. V. & N. Teſt. usque ad an. 1614. commentati ſunt. Jen. 1614. 4. Vide *Leonem Allatium* pag. 362. diatribes de Georgiis, & *Imbonatum* in Biblioth. Latino-Hebr. p. 184.

*Io. Gottlob Carpzovius* in Introduct. ad libros Hiſtoricos Bibliorum V. T. cap. I. commentatores in Scripturam S. univerſales recenſet. Lipſ. 1714. 4.

*Guil. Crowai*, Angli, Elenchus Scriptorum in Scripturam tam Græcorum quam Latinorum, in quo exhibentur eorum genus, patria, profeſſio, religio, librorum tituli, volumina, editiones variæ. Lond. 1672. 8. Auctor recenſet Scriptores ordine literarum, ſubjecto in calce indice librorum Biblicorum, cum deſignatione eorum, qui in iſtos ſcripſerunt. De libro ipſo minus præclare judicant eruditi: vide inprimis Clariſſ. *Caroli Arndii* Bibliothecam Mayeri Biblicam continuatam pag. 6. ſeq. Ab hoc libro diſtinctus eſt alius, maximam partem ejusdem, Anglicano ſermone ſcriptus, & ἀνωνύμως editus, ſub titulo: An exact Collection or Catalogue of our English Writers on the Old and New Teſtament either in whole or in part, whether Commentators, Adnotators, Elucidators or Expoſitors, at large or in ſingle ſermons; i. e. *Accurata collectio aut catalogus Scriptorum Anglorum in V. & N. T. tum univerſalium, tum ſpecialium, ſive Commentatorum, Annotatorum, Elucidatorum aut Expoſitorum nomine veniant, operaque hac vel fuſe vel ſpecialibus ſermonibus ſint defuncti*. Lond. 1663. 8. Auctor ibi ſequitur ordinem librorum Biblicorum, ac primo quidem commentatores Anglos generales, tum vero ſpeciales in ſingulos libros, eorumque capita & commata recenſet. Non vidi factam hujus catalogi mentionem a noſtratibus, ſi B. *Mayerum* (*) in Biblioth. Bibl. p. 38. exceperis. Inter Anglos vero *Anton. a Wood* in Athenis Oxonienſibus Part. II. p. 233. refert, *Guilielmum Crowaeum*, Suffolcienſem, Ludimagiſtrum Croydenienſem, qui ſibi ipſe laqveo gulam fregerit an. 1674., catalogum illum edidiſſe an.

(*) B. *Mayerus* Vernevilium quendam hujus collectionis, ab aliis deinde continuatæ initium ait feciſſe. Et ſane in ipſius præfationis limine pluribus præſtantibus Viris, & paulo poſt inprimis *Vernelio* (pro quo manus Poſſeſſoris Anonymi *Vernevilium* in margine nominat) labor hic acceptus fertur, de quo nihil mihi amplius conſtat.

an. 1659., atque adeo prævertiſſe *Io. Osborne*, Creditona Devonienſem, qui in conficiendo ejusmodi Indice diligentiſſime verſatus, deinde vero, plagulis octo excuſis, hac Crowæi opera ab inſtituto ſuo proſequendo prohibitus fuerit. Quod exemplar ego poſſideo, illi annus editionis 1663. (pro quo B. *Mayerus* l. c. an. 1668. deſignat) præfixus eſt. Poſſeſſor Anglus priſtinus tum apparatum illum Scriptorum manu ſua amplificavit, tum auctoris nomen per *Crow* expreſſit, eumque unum inter cuſtodes Biblioth. Publicæ Cantabrigienſis fuiſſe monuit. Hæc de libro parum cognito fuſius commemoraſſe liceat.

*Io. Georg. Dorſchei*, Theologi quondam Argentorat. & Roſtochienſis, Biblia Numerata, ſeu Index Specialis in V. & N. T. ad ſingula omnium librorum capita & commata, &c. per *Io. Grambſium* edita, & non ſatis dextre aut feliciter amplificata. Francof. 1674. fol. Vid. Gl. *Burch. Gotth. Struvii* Introduct. ad Notitiam Rei Literar. c. 2. §. 4. qui teſtatur, Dorſchei apparatum integrum ſine additamentis Grambſianis exſtare manu exaratum in Biblioth. Acad. Ienenſi.

*Georg. Draudii* Bibliotheca Claſſica, Francof. 1611. 4. & 1624. auctior edita huc ex parte pertinet.

*Io. Albertus Fabricius*, Vir doctiſſimus nobisque amiciſſimus, in Biblioth. Græc. lib. IV. p. 205. ſqq. ſtrictim enumerat commentatores in ſingulos V. & N. Inſtrumenti libros.

*Philip. Henr. Fridliebius*, Profeſſ. quondam Gryphiswald. in Theologia Exegetica, Annotationibus ſuis in ſingulos libb. Biblicos præmiſit ſeriem Commentatorum potiorum.

*Io. Henr. Heideggerus*, Theologus Tigurinus, Hieromnemonico ſive Enchiridio Biblico, Tiguri 1681. 8. edito, & alias recuſo, ſingulorum librorum Biblicorum Analyſi catalogum commentatorum ſatis locupletem ſubjungit.

*Io. Henr. Hottingerus*, Theologus Tigurinus, Bibliothecario ſuo Quadripartito, Tiguri 1664. 4. edito, inſeruit tres Commentatorum Biblicorum potiorum Indices, p. 182. ſqq.

*Jo. Irlenii*, Sigenenſis, D. Theologi, Specimen Bibliothecæ Theolog. ſeu Encyclopædiæ Sacræ, Francof. 1621. fol. Vide *Georg. Draudii* Bibliothec. Claſſicam p. 67.

*Fabiani Juſtiniani*, Genuenſis, Index univerſalis alphabeticus, materias in omni Facultate conſulto pertractans, earumque Scriptores deſignans;

gnans; Elenchus item Auctorum, qui in S. Biblia vel univerſe vel ſigillatim, etiam in verſiculos ſcripſerunt. Rom. 1612. In eo attentius ſtudium & accuratiorem operam deſiderat, variaque hallucinationum ſpecimina recenſet *Io. Pineda* præfat. commentarii in Eccleſiaſten c. 13. §. 6. p. 43.

*Mart. Kempius* in Bibliotheca Anglorum Theologica, Regiom. 1677. 4. vulgata, Interpretes Anglos in libros Biblicos, eorumque capita & commata enumerat, uſus hanc in rem Scriptoris Angli opera, quam paulo ante ſub Crowæo laudavimus. Conf. B. Mayeri Bibliothec. Biblic. p. 38.

*Io. Kælmbergeri* Statua Mercurialis, Helmſtad. 1662. 4.

*Bernhardus Lamy*, Oratorii Pariſ. Presbyter, in calce Harmoniæ Evangelicæ, Pariſ. 1689. 12. editæ, catalogum præcipuorum Interpretum ſtrictim exhibet.

*Mart. Lipenii*, Conrectoris quondam Gymnaſii Lubecenſis, Bibliotheca Theologica, Francof. ad Mœn. 1685. fol. in qua ſub titulis & nominibus Scriptorum Sacrorum, literarum ordine collocatis, ſecundum literarum ſeriem enarravit nomina Interpretum Biblicorum.

*Io. Mabillon*, Monachus Benedictinus, in libello Gallico de Studiis Monaſticis, Bruxellis 1692. 8. edito, & Campoduni an. 1702. Latine recuſo, catalogum ſuppeditat librorum optimorum atque adeo & commentatorum præcipuorum.

*Io. Frid. Mayer*, Theologus Gryphiswaldenſis, argumentum hoc tractandum ſuſcepit diſſertationibus aliquot ſingularibus, in Academ. Gryphiswald. habitis, quæ deinceps junctæ unam Decadem efficiunt Francof. & Lipſ. ſecunda vice an. 1709. quarta autem Lipſ. 1714. 4. editæ. Opera Viri præſtantiſſimi acquievit in enarratione, tum eorum, qui Interpretum numerum inierunt, tum iſtorum, qui vel ex Pontificiis vel ex Reformatis, ſpeciatimque Anglis, in univerſum Codicem Sacrum ſunt commentati. Hinc Cl. *Carolus Arndius*, Prof. Roſtochienſis, occaſionem nactus eſt edendi *Bibliothecam B. Mayeri Biblicam* continuatam, Roſtoch. 1713. 4. in qua ſiſtuntur Commentatores ex *Lutheranis* generales & ſpeciales.

*Gerb. Meierus*, Theologus inter Reformatos Bremenſis, lib. II. cap. 3. Biblioth. Theolog. Contractæ Interpretes potiores laudat.

*Cœleſtinus a Monte Marſanno*, Capucinus, Clavis Davidicæ ſeu Arcanorum

Scri-

Scripturæ Sacræ, Lugduni 1659. fol. ed. librum quintum integrum deſtinavit recenſendis Scripturæ commentatoribus.

*Iac. Pamelii*, Epiſc. Audomaropolit. Catalogus veterum in Biblia commentariorum cum Caſſiodori Divinis Lectionibus prodiit Antwerp. 1566. 8.

*Auguſtus Pfeiferus* in Critica Sacra, ſæpius recuſa p. 184. ſqq. ſelectos librorum divinorum Interpretes enumerat.

M. *Io. Caroli Poëtii*, Eccleſiaſtæ Waldkirchenſis, Bibliotheca Portatilis Exegetico-Biblica, h. e. Commentariorum omnium tam generalium quam ſpecialium in univerſa Biblia Sylloge. Lipſ. 1703. 8. Auctor non ſuſtinuit exſpectationem eruditorum; laudatur tamen a Cl. *Carolo Arndio* p. 7. Bibliothecæ Bibl. B. Mayeri continuatæ.

*Anton. Poſſevini* Bibliotheca Selecta aliquoties edita lib. II. cap. 79. exhibet Elenchum Interpretum, atque eorum, qui Gloſſas vel Paraphraſes atque Concordantias in omnes Scripturæ S. libros ediderunt, quorum uſus & emendationes ab Auctore deinde fuſius tractantur in Apparatu Sacro. Sequitur is utplurimum Sixtum Senenſem.

*Angelus Roccha a Camerino*, Epiſcopus Tagaſtanus, Romæ 1594. edidit Bibliothecæ Theolog. & Spiritualis Epitomen, ſeu Indicem, ordine alphabetico digeſtum, ad promtius invenienda & facilius intelligenda, quæ in S. Scriptura a Doctoribus Sanctis & a præcipuis aliquot Theologis elucubrata ſunt; adjectus eſt inſuper catalogus alphabetico ordine deſignatus, Scriptores omnes, qui in Biblia aliquid unquam ediderunt, continens. Retinuit ille Sixti Senenſis Indicem non mutatum nec auctum, obſervante B. *Mayero* in Bibliotheca Biblica p. 9. Conf. Curtii Elogia p. 247. ſq.

*Anton. Sanderi*, Canonici Iprenſis, Elenchus Catholicorum Interpretum in Scripturam. Lovanii 1649. 4.

*Andream Schottum* de Scriptura & Catholicis Scripturæ Interpretibus ordine Bibliorum ſcripſiſſe, & ſua Colon. edidiſſe refert Phil. Alegambe in Biblioth. Jeſuitica p. 56. Conf. B. *Mayerum* l. c. p. 10.

*Sixti Senenſis* Bibliotheca Sancta, ſæpiſſime poſt editionem Venetam recuſa, libro IV. omnium Catholicorum expoſitorum, exſtantium & non exſtantium, qui ab anno 800. ante Chriſtum divina volumina expoſuerunt, nomina, cognomina, genus, &c. exhibet.

*Georg. Serpilius*, Antiſtes hodie Ratisbonenſis, in Perſonalibus Scriptorum Sacrorum, de quibus ſuperius plura diximus, non omittit commemo-

memorare Interpretes eorum omnes & ſingulos, additis de iisdem eruditorum judiciis.

*Rich. Simon*, Presbyter Oratorii Pariſienſis, in Hiſtoria Critica V. T. de qua ſupra, libro III. Interpretes V. T. mediocri, in Hiſtoria vero Critica N. T. Tomo III. majori induſtria & apparatu recenſet. Tractationem hanc Germanice converſam edidit *Leonh. Chriſtoph. Rublius*, Goslar. 1713. 8.

*Danielis Springinsgut* Aurifodina Biblica, exhibens catalogum locupletiſſimum Auctorum, qui ab ipſis inde Eccleſiæ incunabulis S. Scripturæ editiones ejusque expoſitiones procurarunt, itemque conſilia varia de ſtudio exegetico. Straleſundii 1671. 4.

*Gisb. Voëtius* in Bibliotheca Studioſi Theologiæ, Ultraj. 1644. 12. edita, & ſæpe poſtea recuſa lib. II. p. 523. ſqq. ſiſtit Indicem Scriptorum in libros Scripturæ S. potiorum.

*Mich. Waltherus* Officinæ Biblicæ, Witteb. 1668. 4. recuſæ, p. 440. ſqq. inſeruit recenſionem præcipuorum Scripturæ Interpretum ſecundum ordinem ipſorum librorum.

M. *Iac. Friderici Wildesbauſen* Bibliotheca Diſputationum Theologico-Philologicarum in V. & N. T. Hamb. 1710. ſecundum auctior edita vel ideo huc pertinet, quod in limine ſingulorum librorum Biblicorum, in quorum capita & commata diſputatt. recenſentur, commemorat Interpretes ad integrum librum exponendum pertinentes.

*Io. Wilkins*, Epiſc. Ceſtrienſis, in Eccleſiaſte ſuo Sect. III. enumerat Interpretes in ſingulos libros Biblicos tantum quod ad nomina. Auget catalogum eorum *Henr. Ittershagen* in notis ad verſionem ſuam illius libri Germanicam p. 133. ſqq.

*Car. Witaſſius* in lib. Gall. quem inſcripſit: Principales queſtions a examiner & a diſcuter dans les etudes Theologiques.

*Iac. Zanacbii* Bibliotheca Theologica, tam auctorum, qui in S. Biblia huc usque ſcripſerunt, quam materiarum. 1592. 8.

Omiſi hic ſtudio Scriptores Theologiæ Exegeticæ & Methodologicos, qui alioquin in hanc rem conſuli poſſunt.

Interpretes vernaculos recenſendos ſibi ſumſerunt:

*Georg. Draudius* in Biblioth. librorum Germanicorum, Francof. 1610.

*Ephraim Prætorius*, Eccleſiaſtes Gedanenſis, in Bibliotheca Homiletica, cujus Pars I. primum Gedani 1690. tum altera parte auctior Lipſ.

Digitized by Google

Lipſ. 1698. 4. quæ recuſa poſtea eſt ibid. 1711. 4. ſicut Pars II. 1708. & Pars III. ib. an. 1719. lucem vidit.

M. *Henningius Witte* in Repertorio Biblico, Rigæ 1680. & ibidem an. 1690. cum acceſſionibus in 4.

De plerisque horum Scriptorum fuſius diſſeruit B. *Ioh. Fridericus Mayerus* diſſertat. I. & II. Bibliothecæ Biblicæ. Adde, ſi placet, Rev. *Matth. Chriſtoph. Pfaffii* Introductionem in Hiſtor. Theologiæ Literar. *Car. Arndium* in Biblioth. Bibl. Mayeri continuata p. 3. & M. *Io. Chriſtoph. Dorn* in Hiſtoria Theologica Critica p. 95. ſqq.

Accuratiſſimam & pleniſſimam Commentatorum Biblicorum hiſtoriam exſpectamus a diligentiſſimo Oratorii Pariſienſis Presbytero, *Iacobo le Long*, qui eam ut Partem II. Bibliothecæ Sacræ jampridem publico Orbi deſtinat. Conf. Rev. *Chriſtoph. Matth. Pfaffii* Introduct. ad Hiſtor. Literar. Theologiæ pag. 65.

# LIBER II.
# HISTORIAM MSS. ET EDITIONUM HEBRÆI CODICIS COMPLECTENS.

IN Narrata ſic Scripturæ Sacræ Hiſtoria recenſionem diverſorum Codicum antiqui Fœderis Hebraici aggreſſurus eum dicendi ordinem ſequar, ut Sectione I. ſiſtam αὐτόγραφα quædam Scriptorum Sacrorum, quæ nonnullis credita ſunt. II. exponam de exemplaribus antiquiſſimis, ad quæ Critici Judæorum paſſim provocarunt. III. MSS. antiquioris vel recentioris ætatis commemorem, quæ adhuc ſuperſunt. IV. tribuam recenſioni Bibliorum Polyglott.

V. recenſeam editiones, quæ Biblia Hebræa vel integra, vel ex parte complectuntur. VI. denique enumerem verſiones S. Codicis, quæ a Judæis vel Ex-Judæis profectæ ſunt.

# SECTIO I.

## DE
## ΑΥΤΟΓΡΆΦΟΙΣ, quæ vel exſtiterunt, vel venditantur, SCRIPTORUM SACRORUM.

I.

MOſen ea, quæ ſub ejus nomine exſtant, vere ſcripſiſſe, ſupra evicimus; quamdiu vero ætatem tulerint, quæ ſuis ipſe manibus exaravit, fuerunt, qui definire auderent. Certe non aliena illum opera in ſcribendo uſum fuiſſe veri fit ſimile, nec illi inprimis negabunt, qui Moſen pro literarum Hebræarum inventore, & Scriptore primo omnium habent; quam in rem vide inprimis *Gvil. Saldeni* Otia Theologica lib. I. Si quid Judæorum apud nos auctoritas valet, res confecta erit. Ex iis enim Moſes Maimonides aliique non alio niſi conjecturæ argumento ducti, Moſen non unum ſed tredecim Legis exempla exaraſſe tradunt, quorum unum in arcam reconderetur ad poſteritatis memoriam, reliqua ſingulis Tribubus populi inſervirent. Diſerta ſunt verba ejus, quæ in limine præfationis ad librum *Jad Chaſaka* leguntur: כל התורה כתבה משה רבינו קודם שימות בכתב ידו ונתן ספר לכל שבט ושבט וספר אחד נתנהו בארון לעד שנאמר לקוח את ספר התורה הזה ושמתם אותו מצד ארון ברית יהוה: i. e. *Totam legem ſcripſit Moſes, Doctor noſter, antequam moreretur, ſua manu, deditque ſingulis Tribubus exemplar, unum vero repoſuit in arcam in perpetuum, ſicut dicitur: capite librum Legis hujus, & reponite illum a latere arcæ fœderis Dei, Deuter. XXXI, 26.* In eandem ſententiam pronunciant & alii, quorum loca affert *Jo. Buxtorfius* in Diſſertatt. Philologico-Theolog. diſſ. IV. p. 208. Hauſiſſe illi ex uno videntur fonte, nempe commentario antiquo ſatis & magnæ inter Judæos auctoritatis דברים רבה fol. 300. Veſtigiis eorum inſtitit *Guil. Poſtellus*, opinionum Judaicarum ſtrenuus alioquin ſectator, in libro de Etruriæ origine, religione, inſtitutis & moribus pag. 113. ubi de ſuo tamen, judice Buxtorfio, hoc addidit, quod duodecim illa exempla Samaritanis, tertium & decimum vero Hebraicis

cis literis exaratum fuiſſe docet. Adjiciunt & hoc Judæi, illud αὐτόγραφον Moſaicum vocalibus æque caruiſſe ac Codices Pentateuchi illos, quibus hodie in Scholis uti conſveverunt. Quam in rem lege, quæ fuſe commentatur *Io. Buxtorfius* in Tractatu de punctorum antiquitate & origine p. 40. & ſeqq. Ex Judæis præ ceteris legatur lib. *Cuſari*, quem vulgo *Coſri* vocant, p. 25. b.

II. Nos aliquod Moſis αὐτόγραφον exſtitiſſe non dubitamus, qualecunque id fuerit. Evincit illud luculente locus Deuteron. XXXI. 26. ad quem vide quæ poſt *Io. Coccejum* in Conſiderationibus ad ultima verba Moſis diligenter commentatus eſt B. *Jo. Henricus Majus* in Diſſertationibus Selectis cap. I. toto, & inprimis p. 62. ſq. Recte itaque ad eum provocarunt Judæi, quorum tamen nonnulli a litera temere receſſerunt, qui αὐτόγραφον illud in arcam repoſitum ſcripſerunt, quod tamen מצד ארון *a latere arcæ*, id eſt בקופסא in capſa quadam, ut *Jonathan* interpretatus eſt, locum inveniſſe contextus Sacer affirmat. Compara, ſi placet, B. *Abrahamum Calovium* in Bibliis Illuſtratis ad Deuteronom. l. c. & Cl. *Georg. Elieſerem Edzardum* in eruditis Obſervationibus ad *Avoda Sara* cap. II. p. 216. nec non *Jo. Buxtorfium* in diſſ. de Arca Fœderis p. 67. Quod itaque ibi exſtitit exemplar, id quousque durarit, vel quando temporis injuria perierit, difficile videtur definire. Qui arcam in captivitate Babylonica periiſſe affirmant, idem eos de Moſis αὐτογράφῳ affirmare non dubitabunt. Periiſſe autem arcam & ad Templum II. non perveniſſe, Judæi tantum non omnes ſibi perſvadent. Vide *Buxtorfium* in Hiſtoria Arcæ Fœderis p. 181. & B. *Jo. Bened. Carpzovium* in Diſſert. de Arca Fœderis, quæ inter Diſputationes ejus Academicas prima eſt. Cum vero illa ſententia non usque adeo ad liquidum ſit perducta, ut non invenerit diſſentientes, vel ſic æra aboliti exemplaris Moſaici incerta & obſcura erit. Adverſantur autem hic ex noſtratibus B. *Wolfgangus Franzius* in Schola Sacrificiorum Diſp. XI. cujus argumenta in compendio repetit *Jo. Georg. Dorſcheus* Parte II. Theol. Zacharianæ Diſp. II. qv. 2. qui Jac. Salianum & Torniellum idem ſtatuere obſervat. Sed hoc argumentum hic excutere non vacat. Id quoad præſentem cauſam, in quam inquirimus, certum eſt, ſub Templo I. fieri mentionem αὐτογράφου Moſaici, quam in monimentis ſub Templo II. exaratis fruſtra requiras. Quem Hilkias invenit codicem in templo Domini 2 Regg. XXII. 8. eum meo judicio recte de authentico Moſis interpretatur *Hugo Grotius* in notis, advocato in



Digitized by Google

ſubſidium 2 Paralipom. XXXIV. 14. Verba ita habent: מצא חלקיהו הכהן את ספר תורת יהוה ביד משה: i. e. *invenit Chilkijahu Sacerdos librum Legis Domini per manum Moſis.* In extremis illis verbis ellipſis nemini non obvia eſt, quam commode ſuppleveris per *traditum* vel *ſcriptum.* Et poſterius amplecti ſvadent reliqua, quæ ibidem referuntur. Neque enim credi poteſt, Joſiam, viſo iſto exemplari, tantam animo lætitiam cepiſſe, ſi commune aliquod & librarii cujusdam manu fuiſſet exaratum. Id vero ipſi videri poterat admiratione & gaudio dignum, quod ipſum Moſis αὐτόγραφον ſartum tectum oculis offerretur. Lege in eandem ſententiam (a) acutiſſimi *Petri Allixii* Conſiderationes ſuper libros Moſaicos p. 45. ed. German. & eruditiſſimi *Campegii Vitringa* Synagogam Veterem p. 395. Ad hanc ſententiam ex parte accedit *Jo. Clericus*, auctor Judiciorum Theologorum Batavorum de Hiſtoria Critica R. Simonii p. 120. quando affirmat, librum in allato Paralipomenon loco laudatum, quem ipſe τῇ ὑποθέσει δουλεύων de parte Deuteronomii accipit, ipſius Moſis manu exaratum videri. Ex his conſequitur, minimum ad Joſiæ, piiſſimi Regis, ætatem αὐτόγραφον Moſis perveniſſe. Quid poſtea de eo factum ſit, nusquam commemoratum invenies. Mentio quidem fit *libri Legis Moſis* ספר תורת משה, Nehemiæ VIII. 1. ſed nec ipſa hæc verba, nec reliquæ circumſtantiæ aliud hic quam Legis divinæ ἀπόγραφον quodcunque intelligi hic jubent, atque id quidem certum faciunt, Eſræ ætate Codicem Sacrum non penitus interiiſſe, ita ut a Viro hoc Legis peritiſſimo reſtituendus fuerit. Vide hanc in rem *Iac. Altingium* in Heptade Diſſertationum Tom. V. Opp. p. 198. ſqq.

III. Caruit itaque jampridem gens Judaica nobili hoc cimelio, & carere etiam potuit ſecure, poſtquam exemplar, fide digniſſimum, in tot alia ἀπόγραφα abierat. Ponamus enim, & Moſis Pentateuchum & cetera Prophetarum αὐτόγραφα tempore carceris Babylonici intercidiſſe, quod ſibi perſvadent *Sixtus Senenſis* lib. I. Biblioth. Sanct. & *Alphonſus Salmero* Comm. in N. T. proleg. 9. dubitandum tamen non eſt, tot inter Judæos exemplaria Codicis Sacri fuiſſe, ut ex iis de Scriptis Virorum divinorum conſtare potuerit. Vide pro hac cauſa propugnantem B. *Io. Frider. Mayerum* in Diſſertatt. Selectis p. 559. ſqq. ubi de Autographis Biblicis

(a) Ea certe probabilior eſt, quam *Scipionis Sgambati*, qui in Archivis V. T. p. 351. contendit, non Pentateuchum, ſed alium Moſis librum ab Helkia inventum fuiſſe, qui ab eo ante ſcriptus ſit, ut populus Judaicus in officio contineri poſſet.

Digitized by Google

blicis commentatur. Adde *Io. Henr. Hottingerum* in Theſauro Philologico p. 118.

IV. Fuerunt, qui *Io. Morino* exprobrarent, quod Pentateuchum Moſis αὐτόγραφω poſſidere ſe jactarit. Ita accepit Morini, pro αὐθεντεία Pentateuchi Samaritani pugnantis, verba, neſcio quo loco prolata *Simeon de Muis*, quando in Vindiciis Veritatis Hebr. pag. 30. *Eſt hodie*, inquit, *qui, ſi Deo placet, Codicem Samaritanum pro Pentateuchi archetypo venditare audeat, imo, qua eſt fronte, nihil heſitans affirmat, neſcio quem Samaritanum Codicem, quem in manibus habet, purum putum eſſe Moſis Pentateuchum.* Sequitur Muiſium *Hottingerus* l. c. Ego vero mitius interpretanda Morini verba, quæcunque ſint, ex reliquis ejus aſſertionibus cenſeo. Nihil enim ſibi voluiſſe videtur aliud, quam quod Pentateuchus Hebraicus ad Samaritanum exigendus ſit, de qua ejus ſententia, omnino rejicienda, alibi exponemus.

V. De reliquorum Scriptorum Sacrorum αὐτογράφοις, quid judicandum ſit, ex dictis liquet. Itaque de uno tantum adhuc dicemus, *Eſdra* ſcilicet, quem nonnulli Sacrum Codicem non recenſuiſſe ſolum, ſed deperditum denuo reſtituiſſe, & literis ita conſignaſſe ſtatuunt, ut exemplar manu ipſius exaratum alicubi conſpici poſſit. Enimvero ſupra oſtendimus, libros divinos nunquam penitus deletos fuiſſe, ſed tantum ab Eſdra recognitos, atque adeo procul dubio ejusdem manu deſcriptos. Hinc tamen non conſequitur, αὐτόγραφον illud adhuc ſupereſſe, ut mirum ſit, complures de hac re tanquam certiſſima confidenter admodum pronunciare potuiſſe. Ex Judæis non memini quenquam ad illud provocare, ſi unum exceperis R. *Aſariam de Rubeis*, Scriptorem alioquin præter Judæorum morem χειλκώτατον. Is enim in libro מאור עינים, qui prodiit Mantuæ an. 1574. cap. IX. p. 53. b. refert, ſe vidiſſe exemplar Codicis Sacri, manu Moſis Maimonidæ deſcriptum, in cujus calce hæc tradiderit, quæ, ne longior ſim, ex *Jo. Morini* verſione (vid. Exercitatt. ejus Biblicas p. 15.) Latine huc transferam. *Liber autem*, inquit, *ex quo transſcripſi, notus eſt in Ægypto, qui complectitur 24. libros ſacros, Hieroſolymisque permanſit a diebus Tanaim & Amoraim. Sed cum capta eſt Jeruſalem a Rege Carolo, translatus eſt inde, venitque captivus in Ægyptum, ipſi autem nos innitimur illo. Poſtquam autem abſolvi librum meum, manu Dei favente mihi, in animum meum induxi, proficiſci ex Ægypto in regnum Burgundiæ, quod eſt in Gallia ad civitatem Cabillonum* (שלון, quod pro *Chalons* dicunt

cunt Itali) *ad fluvium Ararim* (שאונא) *ſitam, ſtudioſe vero inquiſivi, & petii, ubi inveniretur liber Legis Dei noſtri, ſcriptus ſancta manu Esdræ Sacerdotis, magni Scribæ expediti. Tuleram autem mecum correctiones Scribarum, Petuchas, Sethumas & Sidras, quas transſcripſeram e libro viginti quatuor*, (i. e. Codice Biblico) *qui allatus fuerat a Jeruſalem, & inveni omnes Petuchas & Sethumas in membrana exacte correſpondentes cum libro, quem mecum adduxeram* &c. Ipſe tamen Aſarias eodem in loco narrationem hanc ſuſpectam reddit, quando ingenue fatetur, illa verba non ipſa Maimonidæ, cui adſignatur Codex, manu ſcripta ſibi videri, ſed potius aliunde illuc translata, quæ *Buxtorfii* quoque ſententia eſt in præfat. ad Maimonidæ More Nevochim, & *Bartoloccii* Tom. II. Biblioth. Rabb. p. 800. ſq. Mirum quoque fore cenſet Aſarias, quod, ſi res ita geſta eſſet, ut ibi refertur, Maimonides illius mentionem non fecerit in Halacha ספר תורה c. VIII. Ibi vero longe aliud inveneris, nempe Codicem illum fuiſſe R. Aſer, Hieroſolymis obvium, & ad emendandos codices alios adhiberi ſolitum, ſe vero ex Ægypto Hieroſolyma profectum, ut ſuum exemplar ad illius fidem exigeret. Ceterum aliæ, quæ hic narrantur, circumſtantiæ efficiunt, ut nemo cordatior fidem ſibi extorqueri patiatur. Lege *Io. Morinum* l. c. p. 15. Inter Chriſtianos primus, quod conſtat, Autographum Eſdræ non *Cabilone*, ſed *Bononiæ* (b) ſervari, teſtatus eſt *Adrianus Finus* (c) Ferrarienſis in *Flagello Judæorum*, libro rariſſimo, & ſub initium Sæc. XVI. ab auctore exarato, ſed aliquot poſt annis, nempe an. 1537. *Ferraræ* & 1538. (d) *Venet.* in 4. per filium *Danielem* edito. Verba ita habent lib. IX. c. 2. p. 557.: *Quando Hieroſolyma deſtructa fuerunt per Nabucodonoſor, lex Moſis aduſta fuit, ſed reſtaurata poſtea fuit per Eſdram Scribam Legis, aliis tamen literis ſive literarum figuris, quibus nunc utuntur Judæi, cum ad illud usque tempus iidem Hebræorum & Samaritanorum characteres fuerint, ut inquit B. Hieronymus in Prologo Galeato, & licet fuerit per Eſram reſtaurata, & cuſtodiatur in civitate Bononiæ in Eccleſia S. Dominici, tamen in multis locis ab Hebræis*

(b) *Cairi* in Ægypto Esdræ αὐτόγραφον ſe vidiſſe Judæi quidem Orientales, teſtati ſunt *Claud. Cappellano* in Mari Rabbin. Part. II. cap. X.

(c) De hoc alibi dicemus. Interim lege *Naudæana* p. 60. ubi tamen auctor mendoſe *Daniel Finus*, quod nomen filius *Adriani*, libri hujus editor, geſſit, vocatur. Conf. *Patiniana* p. 110. & Rev. *Georg. Serpilii* Perſonalia Eſræ p. 221.

(d) Duplicem hanc editionem affert *Imbonatus* p. 1. Biblioth. Latino-Hebr., neſcio, quam recte. *Venetam* ipſe ego poſſideo.

*bræis vitiata fuit, quoniam per Communitatem Bononiæ loco pignoris data fuit Hebræis mutuantibus pecuniam ipſi communitati.* Attuli integram verborum ſeriem, quæ alibi mutilata nec accurate ſatis utplurimum commemorari video. Eſt aliquid in hac narratione vero conſentaneum. Exſtat enim *Bononiæ* apud Patres Dominicanos Codex Sacer, manu exaratus ſatis antiqvus, a Judæis donatus, initio Sæculi XIV. quo *Aymericus* Præfectum Ordinis illius egit. Refert rem Cl. *Bernardus de Montfaucon* in Diario Italico pag. 399. & commemorat inſcriptionem in medio hoc volumine conſpiciendam, quæ teſtetur, *hunc Legis rotulum ab Eſdra ſcriptum & ab antiquo pro tali inter Judæos habitum eſſe.* Manifeſta igitur eſt fabulæ origo. Judæi gratiam inituri a Monachis dono obtulerunt Codicem, quod ut pretioſius ſibique ad captandam gratiam magis proficuum videretur, vel ex dolo vel ex imprudentia ad antiquiſſimam Esdræ ætatem referendum putarunt. Hoc vero præterea obſervandum eſt, Codicem illum Bononienſem non integra Biblia, qualia Cabillone deprehendi tradebat ſupra Aſarias, ſed Pentateuchum tantum complecti. Unde neſcio, quid ſtatuendum ſit de *Franc. Tiſſardi Ambacei*, ad αὐτοψίαν provocantis, teſtimonio. Cum enim is, in Grammat. Hebr. Pariſ. 1508. edita, de Bibliis Hebraicis diſſeruiſſet, laudat exemplar *calamo Esdræ, pulcherrimo & optimo charactere conſcriptum. Ea enim Biblia* (ita pergit) *Bononiæ in ſacrario ædis D. Dominici tam honorifice ferme ac pretioſum ejusdem Dominici caput reconditur. Quod quidem opus ſæpenumero vidi, nam mihi nonnunquam committebatur, neque id tamen cum parva ſolennitate. Quoque ſæpius videbam, eo magis admirabar. - - - Quid mundius dicam, quid incorruptius? quid denique perfectius?* Quæ hic de integritate exemplaris hujus narrat, ea mirum quantum recedunt a venditata per *Finum* labe & corruptione.

VI. Quam variæ itaque de eo exſtant narrationes, tam diverſa quoque judicia eruditorum deprehendas. Alii enim pro genuino Eſdræ codice habent, vel, quod habeant pro tali, videri ſaltem voluerunt. Inter eos ſunt *Angelus Roccha* in lib. de Bibliotheca Vaticana pag. 394. *Cornel. a Lapide* in Pentat. p. 1019. & *Sixtus Senenſis* in Bibl. S. lib. II. pag 64. Alii & quidem plerique omnes tanquam confictum rejiciunt. Ex Pontificiis *Bened. Arias Montanus* in præfat. de varia in libris Hebr. lectione Codicem hunc antiqvum & elegantem vocat, Esdræ autem non tribuit. Idem ſtatuunt eruditiſſimus *Bernh. de Montfaucon*, & *Io. Morinus* ll. cc. tum vero *Bartoloccius*, Judaicis narrationibus alioquin nonnihil indulgens, in Bibliotheca Magna Rabbinica; *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 405.

*Claud.*

*Claud. Cappellanus* in Mari Rabbinico infido Parte II. c. 10. *Claud. Fraſſenius* in Diſquiſit. Biblicis, & *Rich. Simon* in Diſquiſitionibus Criticis de variis Bibliorum editionibus pag. 11. Ex noſtratibus eadem mens eſt B. *Aug. Pfeiferi* in Critica Sacra pag. 30. *Carpzovii* in Harmonia Evangelica Part. I. p. 483. & *Io. Frid. Mayeri* in Diſſertatt. Selectis p. 564. Inter Reformatos idem jampridem pronunciavit *Io. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 115. ſq. item Cl. *Iac. Baſnage* Tom. IX. Hiſt. Judaic. p. 555. ſeq. ex Anglis vero *Gilb. Burnetus* in Epiſtolis Itinerariis p. 410. & *Waltonus* in Proleg. IV. ad Bibl. Polygl. §. 4. In neutram partem pronunciat Cl. *Henr. Jac. von Bashuyſen*, quando lib. I. Obſervatt. Sacrar. p. 23. ſtatuit, valida utrinque eſſe argumenta & affirmantium & negantium ſupereſſe Eſdræ Codicem; quod quidem p. 24. ita emollit, ut MSS. dari exiſtimet, ad illum Eſræ Codicem emendata. Cui plures Scriptores de hoc argumento noſſe volupe eſt, is adeat Rev. *Georg. Serpilium* in Perſonalibus Eſdræ p. 220. Cl. *Io. Alb. Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1147. & diligentiſſimum *Iac. le Long* in Bibliotheca Sacra p. 62.

VII. Neſcio, an operæ pretium ſit commemorare, quod B. *Ioh. Chriſtoph. Wagenſeilius* in comment. de Republ. Noribergenſi p. 81. refert, nunciatum ſcilicet fama fuiſſe de Judæo ad CHRISTI ſacra converſo, qui Magno Hetruriæ Duci donarit libros Davidis & Prophetarum quosdam, ante & paulo poſt deſtructum Templum II. ſcriptos. Famam enim hanc falſam fuiſſe ipſe Magnus Dux Magliabechio affirmavit. Eo ante aliquot annos *proceſſit veteratorum impudentia*, (utor Cl. *Iablonskii* verbis ex præfat. ad Biblia Hebr. §. 35.) *ut nuperrime Amſtelodami codicem venalem ſisterit, anno Templi ſecundi 208. (ſi inſcriptioni fides) ſcriptum, tribus circiter ante C. N. Seculis. Is ipſe tamen Codex, quod merito mirere, ab omnibus minutiis Maſorethicis erat inſtructiſſimus, imo Maſora in imaginum figuras calamiſtrata ornatus.* De Pentateucho Helmſtadienſi, qui ante Chriſtum exaratus falſo creditus eſt, vide infra inter MSS. Helmſtadienſia ſuo loco.

VIII. Samaritani, ut multa alia ſibi gratis tribuunt, ita antiquiſſimum Pentateuchi exemplar ab Abiſai, filio Pinchaſi ſcriptum, poſſidere ſe gloriati ſunt. Id enim ſibi volunt verba epiſtolæ a Samaritanis ad Judæos Anglos exaratæ: *Penes nos eſt ſcriptum ſacrum, Codex nempe Legis, jam a diebus gratiæ divinæ, ubi ſcriptum reperitur: Ego Abisha, filius Pinchaſi, filii Eleaſari, filii Aaronis Sacerdotis, ſcripſi hoc ſcriptum ſacrum in oſtio Tabernaculi conventus anno 13. commorationis filiorum Iſraëlis in terra Canaan, circa limites ejus*

*ejus.* Vide *Thomæ Smithi* Vitam Rob. Huntingtoni pag. 14. ubi poſt hæc monetur, Huntingtonum hanc Samaritanorum relationem inter fabulas numerandam oſtendiſſe. Adde ipſas Huntingtoni epiſtolas p. 56.

In fabulis omnino putandum eſt, quod apud *Herbelotium* pag. 698. Biblioth. Orientalis legitur ex ſcripto quodam Imae Thalebi, Judæos ſcilicet, Esdræ divinam vocationem probaturos, quinque calamos ipſi dediſſe, quibus ſcripſerit, ac ſi unum tantum haberet, totumque Codicem Hebræum ex memoria conſignarit. Addit idem, eosdem Judæos, γνησιότητα Codicis in dubium vocantes, vetus quoddam Codicis Sacri exemplum, in petra olim reconditum, cum autographo Esdræ comparaſſe, eique per omnia ſimile deprehendiſſe.

# SECTIO II.

## *DE* EXEMPLARIBUS MSS. ANTIQUISSIMIS, ad quæ Judæi paſſim provocant.

*I. Tres Codd. MSS. Anonymi. II. Hillelis. III. Ægyptius. IV. Babylonius. V. Sinaiticus. VI. Hierichuntinus. VII. Hiſpanicus. VIII. Codex* זנבוקי.

POſt αὐτόγραφα memorantur hinc inde a Judæis alia Codicis Sacri exemplaria, recentiora illa quidem, ſed magnæ tamen antiquitatis & auctoritatis, quæ breviter hic recenſebo. Inter ea ſunt:

I. Tres Codices, quos Talmud Hieroſolymitanum Codic. *Taanith* c. IV. f. 68. col. 1. l. 40. in atrio templi Hieroſolymitani inventos tradit his verbis: שלשה ספרים מצאו בעזרה ספר מעוני וספר זעטוטי וספר היא: i. e. *tres codices invenerunt in atrio, codicem dictum* מעוני *& codicem* זעטוטי, *& codicem* היא. Locum integrum infra, ubi de Maſora præcipiemus, recitabimus. Interim lege *Jo. Lightfootum* in Opp. Tom. I. p. 284. ad Matth. V. 18. qui tria illa exemplaria triplici cœtui Judæorum in *Judæa* ſcilicet, *Babylonia* & *Ægypto* reſpondere ſuſpicatur.

II. Exemplar *Hillelis*, ספר הלאלי, cujus ex Judæis meminerunt R. *Dav. Kimchi* in lib. Radicum ſub rad. שום, & alibi, quæ loca omnia attulit

attuſit *Buxtorfius* de Antiquitate Punctorum p. 351. R. *Moſes Nachmanides* in comm. ſuper librum Jezira p. 61. ed. Mantuan. R. *Elias Levita* in Tabulis fractis, & R. *Menachem de Lonzano* paſſim in libro אור תורה, & luculentiſſime omnium R. *Zacut* in *Juchaſin* p. 132. Hujus iſta ſunt verba: במלכות ליאון הוציאו ספר הארבא׳ ועשרים אשר נקרא הביבליא שכתב אותם ר׳ הילל ומשם היו מגיהים כל הספרים ואני ראיתי חלק מהם שנמכרו באפריקא ובזמני היה ט׳ מאות שנה שנכתבו וקמחי אמר בחלק הדקדוק בפסוק למען תזכרו שהחומש היה בטולטולה: Horum verborum ſententia hæc eſt, prolatum fuiſſe in regno Legionenſi A. M. 4956. i. e. C. 1196. Codicem Biblicum, a R. Hillele ſcriptum, ad quem corrigi conſveverint ceteri, cujus partem viderit in Africa, ante 900. annos exaratam. Addit idem Kimchium in Grammatica ſua ad verſum למען תזכרו (i. e. Num. XV. 40.) teſtari, Pentateuchum iſtum Hillelis exſtare Toleti. Summatim hæc repetit *Zemach David* Parte I. ad A. M. 4956. Ex Chriſtianis de Codice hoc exponunt *Jo. Buxtorfius* de Antiquitate Punctorum p. 350. ſqq. *Io. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 105. *Io. Mercerus* in Proverb. XXIV. 14. *Wilh. Schickardus* in Bechinat Happeruſchim p. 51. *Iac. Baſnage* Tom. V. Hiſtor. Judaic. p. 1654. *Bartoloccius* Tom. II. Biblioth. pag. 798. ſq. *Rich. Simon* in Hiſt. Critic. V. T. lib. I. c. 22. & *Io. Morinus* in Exercitatt. Biblic. p. 467. Inprimis hic notandum venit, Judæorum teſtimonio exemplar hoc punctis fuiſſe inſtructum. Vide Kimchii ספר שרשים ad radic. שום, & *Michlal Jophi* ad Pſ. 109. v. 10. & Deuter. XII. 11. nec non Levit. V. 21. Adde celeberrimi doctiſſimique *Gerhardi Mejeri* diſſert. de Iſaaci Voſſii ἀνεβεβαιωσία, §. 44. ubi iſto exemplo novitatem punctorum deſtruit, quorum originem is ſex ſæcula non excedere affirmaverat. Diſputatum hic fuit, cuinam Hilleli hic Codex ſit tribuendus, utrum Babylonio illi, qui ante excidium Templi II. vixit, an iſti, qui Principis (הנשיא) nomine appellari ſolet. Priori adſcribunt *Cunæus* de Republica Hebræorum p. 159. & *Wilh. Schickardus* de Jure Regio Hebr. p. 39. poſteriori, cujus ætas in Sæculum IV. poſt C. N. incidit, *David Ganz* in Zemach David p. 56. & *Buxtorfius* de Antiquitate Punctorum p. 353. Neutri ex his, ſed recentiori cuidam Hiſpano ejuſdem nominis vindicandum cenſent *Ludov. Cappellus* in Arcano Punctationis Revelato ad Sæc. V. Scriptorem referens, (contra quem vide *Buxtorfium* l. c.) *Io. Morinus* de Græci & Hebr. textus ſinceritate p. 29. cui ſe opponit *Hottingerus* in Theſauro p. 106. & *Rich. Simon* in Diſquiſitionibus Critic. de

variis

Digitized by Google

variis Bibl. editt. c. 3. ubi ſuſpicatur, *Hiſpanum fuiſſe hunc Hillelem & celeberrimum Scholæ alicujus Rectorem, qui Maſorethicam editionem jamdudum publici juris factam ad vetuſta exemplaria locis aliquot reformarit.* Et ſane, ſi *Zacuti* Salmanticenſis computo, quem ex libro Juchaſin adduximus, ſtandum ſit, Codicis illius Hilleliani, quem vocat, ætas in finem Sæculi VI., cum Hillel duobus Sæculis ante vixerit, poſt C. N. incidet. Floruit enim *Zacutus* Sæc. XV. exeunte, (vid. Biblioth. Hebr. Part. I. pag. 104.) partem vero Codicis Hilleliani, ſibi viſam, ante nongentos ab iſto tempore annos exaratam fuiſſe teſtatur. Aut igitur rationes minus accurate ab eo ſubductas eſſe dicemus, aut recentioris cujusdam Hillelis operam eſſe fatebimur.

III. Succedit Codex *Ægyptius*, quem *Maimonides* in Hilchoth ספר תורה c. VIII. Sect. 4. ספר ידוע במצרים i. e. *Codicem in Ægypto notum*, appellat. Locus Latine ita habet: *Liber, cui innixi ſumus in rebus iſtis* (i. e. in ſignandis ſectionibus clauſis & apertis) *eſt liber celeberrimus in Ægypto, comprehendens omnes 24. libros, qui a plurimis annis fuerat Hieroſolymis, ut ex eo corrigerentur libri. Et huic libro omnes innitebantur, eo quod eum correxiſſet Ben Aſcher, & multos annos diligentem in eo operam navaſſet, multoties⁊ eum recenſuiſſet, cum eum transtulit.* Ex his verbis apparet, cur idem Codex Ægyptius alias vocari ſoleat *Paleſtinus*, ſeu *Hieroſolymitanus*, (confer R. Eliam Levitam in Tabulis fractis) a loco ſcilicet, in quo adſervatus fuit, item Codex *Ben Aſcher*, ab auctore, cujus diligentiæ debetur, nec non סֵפֶר יִשְׂרָאֵל ſeu *liber Iſraël*, h. e. Judæorum Palæſtinorum, a ſectatoribus perpetuis.

IV. Huic opponi ſolet סֵפֶר בָּבְלִי i. e. *Codex Babylonius*, qui ſcilicet induſtriæ *Ben Naphthali*, ſeu, ut plenius vocari ſolet, R. Moſis filii Davidis de tribu Naphthali, acceptus fertur. Ad eum ſe recipere ſolent Judæi Babylonii ſeu Orientales ſuarum quondam in Babylonia Synagogarum Præſidem ſecuti, ſicut Occidentales ſeu Hieroſolymitani Codicem Ben Aſcher inſtar normæ amplectuntur. Vide Part. I. Biblioth. Rabbin. p. 126. unde intelliges, in quo Codicum illorum varietas poſita ſit, & quo tempore uterque Doctor vixerit.

V. סֵפֶר סִינַי *Codex Sinai*, quo nomine R. *Elias Levita* in Tabulis fractis appellat *Pentateuchum*, diverſitatem accentuum obſervantem, ab ignoto auctore profectum.

VI. חוּמַשׁ יְרִיחוֹ *Pentateuchus Hierichuntinus*, quem idem *Elias* l. c. exemplar Legis emendatiſſimum vocat, Hierichunte allatum, in quo de ſcriptione vocum plenarum aut defectivarum agatur. *Menachem de Lonzano* in libro אור תורה paſſim allegat Codicem תפרי i. e. *Hierichuntinum*, explicante *Hottingero* p. 158. Bibliothecar. Quadripart. ideo, quod *Hiericho* alias palmarum civitas appellata fuit.

VII. סֵפֶר אַסְפַּמְיָא *liber Aſpamia*, i. e. *liber Hiſpania*, quem idem Elias excitat eo ſenſu, ut omnes libri in Hiſpania ſcripti intelligantur. Eos R. *Menachem de Lonzano* in calce libri אור תורה vocat ספרי ספרד i. e. *codices Hiſpanicos*, & per ſcriptionis compendium ס"ס prædicatq; eodem in loco המוגהים ונאמנים i. e. *correctos & fide dignos*. Affert etiam conſententia judicia R. *Abrah. ben Dior* in animadverſionibus ad finem cap. I. *Berachoth*, & *Nachmanidæ* in libro המלחמות, ubi ait: אבל ספרי ספרד יותר נאמנים מספרינו: h. e. *ſed libri Hiſpanici digniores fide ſunt quam noſtri Codices.*

De his Codicibus MSS. antiquioribus confer *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 105. & Cl. *Iac. le Long* in Biblioth. Sacra p. 60.

VIII. Præter hos ad partes vocare ſolet R. *Menachem* modo laudatus Codicem *Sanbouki*, qui qualis ſit, ignorare me lubenter profiteor cum *Rich. Simone* in Biblioth. Critica p. 367. Idem Menachem in libro ipſo p. 26. b. allegat duos Codices *Hieroſolymitanos*, i. e. ut interpretor, ad amuſſim lectionis Ben Aſcher examinatos, quorum alter ſit 540. alter plurium annorum. Commodum incido in elegantiſſimum locum, quem de iſto *Menachemi* libro ex literis *magni Theologi*, (quo *Io. Buxtorfium* innui arbitror,) affert *Hottingerus* in Bibliothecar. Quadripartito p. 158. Eum totum huc referam, quia pertinet ad ſupplementum eorum, quæ in Parte I. p. 766. de iſto libro dicta ſunt, & inter cetera explicat nonnihil, quid ſibi velit codex *Sanbuki*. Verba ita habent: *De antiquis Bibliorum Hebraicorum codicibus inquirendis res eſſet neceſſaria pariter & utiliſſima; non enim dubitandum, ratione punctorum quorundam & accentuum, & ſimilium minutiarum multa reſtitui poſſent. Laudabile bujusmodi collationis initium fecit Menachem de Lonzano in Pentateuchum, quem totum transtuli. Uſus ille eſt multis exemplaribus MSS. ex variis terris conquiſitis, annorum 400, 500, 600. & paulo ultra, libris item variis Maſorethicis. Citat codices Hieroſolymitanos, Ægyptiacos, Arabicos, Hiſpanicos, Germanicos, librum Esdræ, codicem Hillelianum; laudat valde codicem antiquiſſimum ſcriptum in Catalonia; codicem quendam, quem vocat* נשיאי

(Hille-

(Hillelianum, qui fuit נשיא) *alium* תמרי *Hierichuntinum*, (a תמר palma: Hiericho enim alias palmarum civitas fuit appellata) *item* זנבוקי * (vel forte זכרוקי Sadducæorum). *Poſtremi hujus meminit aliquando Mercerus in ſuis ſcriptis notis, Bibliis Regiæ Manuſcriptis adjectis. Rabbini CPolitani præfationem libro addiderunt, quo ſtudium ejus laudant, &, ut feliciter continuare poſſit, hortantur omnes, apud quos bonæ notæ codices latitant, in Bibliothecis ſeu publicis ſeu privatis, eos cum ipſo communicent, inprimis Synagogas Damaſci, Hieroſolymis, &* חלב *Halebi.*

# SECTIO III.

*Siſtens*

## MSS. ANTIQUIORIS vel RECENTIORIS ÆTATIS, QUÆ ADHUC SUPERSUNT.

SEcure caremus illis, quos hucdum recenſuimus, Codicibus, cum non deſint, qui vel ex illis vel ex aliis æqualibus fideli deſcriptione ſunt derivati. Horum recenſionem ita nunc inſtituemus, ut præmittamus eos, de quorum ætate conſtat, ſubjecturi deinde



* Hæc eſt obſervatio *Hottingeri* de voce זנבוקי, qui ſcilicet pntat, reſpici hic *Sadducæos*. Ad hanc conjecturam firmandam pertinet, quod inter Muhammedanos ſecta eſt, quæ vocatur *Sendikitarum*, quos alii interpretantur de Sadducæis, alii de Magis a *Zend* & *Pazend*. Confer *Barthol. Herbeloti* Bibliothec. Oriental. p. 929. & *Luc. Baſnage* Tom. II. p. 368. Hiſtor. Judaic. *Rich. Simon* in Biblioth. Critica Tom. I. p. 367. neſcire ſe profitetur, quid ſibi id nominis velit. Addit tamen in margine antiquiſſimi Codicis Biblici MS. in Bibliotheca Regia legi paſſim *behilleli, beſanbouki*. Monet quoque, ſi de MS. Græco aut Latino, vel etiam de Hebræo, per Chriſtianos allegato, ſermo eſſet, credi poſſe, notari codicem, qui pertinuerit ad familiam Saubuci Hungari: nunc vero hanc conjecturam locum non invenire, quandoquidem in antiquiſſimis MSS. Judæorum afferatur. Conferatur idem in Biblioth. Critica Tom. III. p. 412. ubi magnam cupiditatem præ ſe fert ſciendi, qualis ſit ille Codex. Afferam locum ſaltem unum, ubi Codex Sanbuki allegatur a Menachem, ex pag. 15. b. והבאתי בס"ס ואשכנז געיא בתיר אן בהללי ובירושלמים ובזנבוקי לא יש: Ita MS. Catalonicum & Arabicum citatur p. 8. b. אמר מנחם בכל ס"ס ערביא וקטאלוניא נזהרים הסופרים לכתוב: &c. Reliqua MSS. frequentiſſime citantur, ut non opus ſit loca afferre. Codicem נשיאי & תמרי non inveni laudatum.

deinde illos, quorum ætas obſcura eſt. In quo argumento cum eadem ratione verſatus ſit inſignis & doctrinæ & diligentiæ Vir, Cl. *Iac. le Long*, in Bibliotheca Sacra c. II. p. 68. ſqq. veſtigiis ejus ita inſiſtemus, ut, quæ ab eo obſervata ſunt, quoad fieri poteſt, in compendium mittamus, obſervationibus noſtris, quæ ad eundem ſcopum pertinent, loco idoneo adjectis. Atque id quidem bona Viri doctiſſimi pace fieri a me poſſe, humanitas ejus & facilitas, quam abunde alias mihi teſtatam fecit, dubitare me non ſinunt. Exſtant itaque

Biblia Hebræa in membrana per manum *Serachi* filii *Juda* Soteris Scribæ an. 4866. C. 1106. ubi præter textum Hebræum legitur Targum Jonathanis in Prophetas alternis verſibus cum Maſora magna & parva. Exſtat ex dono Reuchlini in Bibliotheca Phorcenſi. Vide *Io. Henr. Maji* Vitam Reuchlini p. 536.

*Pſalmi* & *Jobus*, Codex antiquiſſimus, &, ſi fides habenda ſubſcriptioni, exaratus an. 4921. æræ Judaicæ i.e. Chriſti 1161. Subjunctæ ſunt notæ & Gloſſarium Biblicum &c. in pergameno forma 4. Hamburgi in Bibl. Hinckelm. MS. Ita Cl. *le Long* ex catalogo MSS. Hinckelmannior. edito. Inſpexi ipſe codicem eximium membranaceum, qui nunc eſt in Bibliotheca Rever. *Ioach. Morgenwegii.* Plura is complectitur, & in limine quidem exhibet *Pſalmos*, qui incipiunt a Pſ. IV. 2. ac *Iobum*, cum vocalibus & accentibus, notisque Maſorethicis nonnullis, hinc inde in margine obviis, charactere quadrato antiquam omnino manum præferente. Sed cave credas, eum A. C. 1161. exaratum eſſe. Hæc enim ſcriptionis perfectæ nota non comparet in fine vel Pſalmorum vel Jobi, ſed in calce Lexici Hebraici, quod ultimum voluminis hujus locum occupat ſub titulo מחברות, de quo ſub Menachemo ben Saruck in Supplementis dicemus. Jam vero & ipſa illa temporis deſignatio a recentiore manu eſt profecta, atque adeo incerta. Character vero ſcribendi in ſingulis, quæ in hoc Codice exſtant, opuſculis eſt diverſiſſimus. Poſt Jobum occurrit ספר תענית, de quo dicemus inter Anonymos ſuo loco. Poſt librum תענית exſtat fragmentum ſcripti hiſtorici 2 foliorum, quod exhibet מעשה שהיה בימי שלמה i. e. *hiſtoriam tempore Salomonis*, i. e. de Aſchmodæo, qui ipſi apparuerit. Dehinc affertur fragmentum commentarii in Pſalmos, neſcio cujus, foliorum V.; ac denique Lexicon, quod dicitur מחברות.

Bibl. Hebr. 2 voll. codex ante annos 400. i. e. C. 1170. ſcriptus, judice

dice Aria Montano, (qui ſcribebat an. 1572.) in præfat. de varia in libris Hebraic. lectione.

B. Hebr. in membrana 3 voll. in fol. a R. *Iſaac fil. Jacob* ſcripta, ubi Pentateuchus additam habet interpretationem Chaldaic. an. 953. C. 1193. Vidit Cl. *Bernh. de Montfaucon* Bononiæ in Biblioth. Canonic. Regular. S. Salvatoris, & deſcribit p. 406. Diarii Ital.

Liber Joſuæ, Judicum, 1 Samuelis Ketuvim & 5 Megilloth cum variis notis Maſoreth. Codex membranac. in 4. an. 958. C. 1198. Toleti ſcriptus: in Biblioth. Regia Pariſ. cod. 133.

B. H. literis majoribus 3 voluminibus exarata an. 967. C. 1208. & in Biblioth. Oratoriana obvia uſurpaſſe ſe teſtatur *Io. Morinus* in Exercit. IV. de Pentat. Samarit. p. 360. Hunc puto eſſe Codicem, de quo infra inter Codices Oratorianos dicemus.

B. H. ingens & pretioſum exemplar, Reuchlino a Maximiliano I. Imperatore donatum, hinc vero in Bibliothecam Phorcenſem ac poſtea ad Illuſtr. Marchionem Badenſem delatum, Buxtorfio ſcriptum videtur in uſum R. Abrah. ben Eſra, (qui an. 1217. obiit) ex eo, quod in fine dicitur exaratum לר׳ א ב מאיר. Vide *Wilh. Schickardum* in præf. ad Bechinat Happeruſchim. Sed adde B. *Jo. Henr. Majum* in Vita Reuchlini p. 530. qui integram Codicis clauſulam affert, recteque ex ipſis librarii verbis: *Scripſi autem illum in uſum A. . . . . ben Meir;* ſtatuit, conjecturam hanc incertam eſſe. Et ſane incertum eſt, num τὸ א per *Abrahami* nomen exprimendum veniat; &, ſi hoc præſtructum fuerit, nomen illud Abrahami ben Meir pluribus commune fuit, quod vel ex Biblioth. Rabb. patet, ut facile alius quiſquam Aben Eſræ, quoad prænomen ὁμώνυμος intelligendus veniat. Fuit, qui Aben Eſram intelligendum eſſe evincere conaretur ex ipſo librarii nomine, qui in calce vocatur *Iehuda ben Salomo.* Hunc enim de filio Salomonis Iſaacidæ, qui alias *Jarchi* vel rectius *Raſchi* vocatur, interpretandum eſſe ſtatuit B. *Mauritius*, auctor tractatus de ſortitione veterum Hebræorum, in epiſtola ad *Ioh. Iacobum Buxtorfium* miſſa, cujus excerpta exhibet *Io. Buxtorfius* in Catalectis Philologico-Theologicis p. 153. Sed hæc quidem conjectura æque incerta eſt, ac illa, cui adſtruendæ inſervire poterat. Nata enim eſt Viro docto ex eo, quod videret, Raſchium ab Aben Eſra ætate ita ſejunctum fuiſſe, ut prioris filius in hujus uſum exarare hunc Codicem potuerit. Ceterum codex eſt elegantiſſima manu ſcriptus, literæ punctis & accentibus

tibus inſtructæ, una cum verſione Chaldaica Onkeloſi ſingulis verſibus Hebraic. ſubjecta, & Maſora in limine voluminum ſub variorum animalium figuris artificioſe depicta. Vide plura apud Schickardum & Majum ll. cc. Ex hoc Codice B. Majus loca varia B. Opitio ad ſuam Bibl. Hebr. editionem inſervitura notaverat, & Opitio petenti miſerat, & vel ſic, cum nova per B. *Burcklinum* editio pararetur, & hunc & ſuperiorem illum Biblioth. Phorcenſis Codicem per Rev. *I. C. Zandtium* certis locis, de quibus dubius erat animus, inſpiciendum curavit, ceu ipſe in præfat. ad Bibl. Hebr., Francof. ad Mœn. 1716. 4. edita, teſtatur. Hic venit in mentem recordari aliorum Codicum, qui Maſoram eadem facie repræſentant. Tales memorant *Io. Bened. Carpzovius* in proleg. ad comment. in librum Eſther p. 37. *Io. Leusdenius* in Philologo Hebr. diſſ. XXV. p. 260. & diſſ. III. Jonæ illuſtrato præmiſſa, item *Theoph. Spizelius* in Sacris Bibliothecarum Arcanis retectis p. 144. De his ſuis locis dicemus.

*Vratislavia* in Bibliotheca S. Mariæ Magdalenæ ex dono Dn. de Mudrach exſtat Codex Biblicus membranaceus in fol. majori in Germania ſcriptus charactere quadrato eleganti per *Meſchallem ben Joſeph* an. 4998. C. 1238. punctatus autem per Joſeph fil. Kalonymos in gratiam R. Chajim ben Iſrael. Continet is Pentateuchum cum Targum, verſibus alternis, Haphtharoth ſine Targum, ac deinde cum eodem Megilloth & Hagiographa omnia. Vide Muſeum librorum novorum Sect. XII. pag. 954. Adeſt etiam Maſora emendatius ſcripta. Laudat hunc codicem tanquam ad omnem ſplendorem compoſitum, & ad quinti complementum ſæculi (quia A. M. 4998. exaratus ſit) properantem, & Scripturam elegantiſſimam præferentem B. *Andr. Acoluthus* de Aqvis amaris p. 194. Ibi traditur poſſeſſor fuiſſe Ferdinandus a Mudrach, Reipubl. Vratislav. Præſes.

B. H. membranac. in 4. per Chajim fil. Iſrael an. 5032. C. 1272. Toleti ſcripta, exſtant in Bibl. Reg. Cod. 6.

B. H. exemplar Prophetis prioribus, & ex poſterioribus Jeremia ac Ezechiele mutilum olim fuit Amſtelodami in Bibliotheca Conſulis Amſtelod. *Corn. de Grave*; nunc vero ibidem inter libros Rev. *Cornel. Schultingii*, V. D. Miniſtri, exſtat. Illo uſus quondam eſt *Caſp. Ledebuhrius*, qui ejus cum laude meminit in præfat. ad Tractatum ſuum de Accentibus p. 8. Præſtantiſſimus M. *Herm. Samuel Reimarus* αὐτόπτης per literas mihi retulit, ſcriptum eſſe codicem A. C. 1290. vocalibus vero & accentibus ab

ab alia manu 1292. inſtructum, qui inprimis, quod ad accentus ab editis exemplaribus diſcrepet.

B. H. membranac. in fol. literis majuſculis per Bar Joſeph Scribam pro R. Moſe fil. Jacob an. 5055. C. 1295. Florent. Bibl. S. Laurent. Pluteo I. cod. 30.

B. H. cum Maſora & Targum in Pentateuchum alternis verſibus 2 voll. in fol. charactere magno Germanico quadrato & eleganti an. 5055. C. 1295. Romæ in Bibl. Vatic. teſte B. de Montfaucon p. 277. Diarii Ital. Hunc Codicem Rev. *Chriſtianus Frider. Bœrnerus* in Additamentis ad Cl. le Long Biblioth. Sacr. non infelici, ut videtur, conjectura ductus eundem ſuſpicatur eſſe cum Codice Palatino elegantiſſimo, quo Junius & Tremellius olim ad verſionem ſuam adornandam uſi ſunt. Deſcribit eum *Io. Henr. Hottingerus* ex *Altingii* Hiſt. Eccleſ. Palatin. MS. pag. 80. Exercitatt. Anti-Morinian. & in Bibliothecar. Quadripart. p. 178. Confer *Iunii* notas ad 2 Chron. XXVI. 5. & XXXV. 3. item *Io. Lomeierum* cap. X. de Bibliothecis, Cl. *Jo. Jac. Schudt* in Memorabilibus Judaicis lib. V. pag. 40. & *Tenzelium* in Dialogis menſtruis an. 1692. p. 984. Adde excerpta epiſtolæ Anonymi, quem *Buxtorfium* eſſe ſuſpicor, apud Hottingerum in Bibliothecario Quadripart. p. 158. ubi inter cetera: *Immenſus theſaurus in illo volumine nobis periit: non enim puto paris antiquitatis ullum uſpiam exſtitiſſe.*

B. H. membranac. in fol. charactere haud impolito cum notis Maſorethicis, a recentiore manu adjectis, *Perpiniani*, per Salom. ben Raphael an. 5059. C. 1299. Pariſ. in Bibl. Oratoriana cod. 55. Hoc uſum ſe ſcribit *Io. Morinus* in Exercit. IV. ad Pentateuchum Samarit. p. 360.

B. H. cum Maſora magna & parva an. 5059. C. 1299. *Amſtelodami*, teſte Leusdenio in præf. Bibl. Hebr. an. 1661.

B. H. membranac. cum notis Maſorethicis & punctis elegantiſſ. circa A. C. 1300. in 4. Biblioth. Reg. Cod. 130.

B. H. membranac. in 4. circa A. C. 1300. elegantiſſ. ibidem exſtant. Forte hic vel prior codex eſt, quem Perpiniani an. 1300. polito ac ſatis terſo charactere exaratum uſurpavit & deſcripſit Rich. Simon in Hiſt. Crit. V. T. lib. I. c. 23.

B. H. membranac. charactere non impolito, in fol. an. 5061. C. 1301. Pariſ. in Bibl. Memmiana.

B. H. cum variis lectionibus ben Aſcher & ben Naphthali an. 5064. C. 1304. in B. Bodlejana Cod. 3198. vide *Waltoni* prolegom. IV. p. 32.

B. H. perantiqua a Fratre Guilielmo Pariſienſi Conventui Bononienſi An. C. 1310. dono data. Vid. de Montfauc. p. 401. Diarii Italici.

B. H. charactere Judæo-Germanico, membran, in fol. an. 5072. C. 1312. in Bibl. Sorbonæ cod. 2.

Pentateuchus Hebr. cum Paraphraſi Chald. & notis Maſoreth. an. 1313. ſcriptus, & CPoli in Germaniam delatus exſtat in Bibliotheca Senatus Regiomontani. Vide Nova Literaria Germanica Lipſienſia an. 1718. p. 384. Eo uſus eſt B. *Henricus Opitius* in editione Bibliorum Hebraicorum, in quorum præfatione illius præclare meminit. Dignus eſt codex, qui ex diffuſiore Cl. doctiſſimique *Theoph. Sigfridi Bayeri*, qui Biblioth. laudatæ curam habet, deſcriptione amplius cognoſcatur. Verba Viri, nobis amiciſſimi, per literas communicata, ita habent: Pentateuchus Hebraicus cum Targum Onkeloſi, 5 Megilloth, Haphtaroth, Job & nonnullis fragmentis in membrana, eximiæ magnitudinis & elegantiæ codex. In Pentateucho alterni verſus Hebraici & Chaldaici ponuntur, atque cum Henricus Opitius hoc codice in edendis Bibliis Hebr. an. 1709. uſus eſt, (ut ipſe teſtatur in præfatione) multum adjutus fuit. Chaldaica tamen verſio multo majorem adferre utilitatem poſſet, ſi cum editis conferretur. Sane Buxtorfiana editione multo caſtigatior hic codex eſt, ſæpe etiam ab eadem diverſus. Pentateuchum ſequitur Canticum Canticorum, Judices, Threni, Eccleſiaſtes, Eſther, Jeſaiæ c. 42. v. 5. usque ad c. 43. v. 7. reliquæque Haphtaroth. Tum Job ita ſcriptus, veluti verſibus conſtaret, & caput Jeremiæ II. a v. 29. usque ad VI. 15. Sequitur Jerem. VIII. 13. usque ad XI. 5. Maſora minor ad marginem, major ſub finem folii cujusque eſt. Poſtremo folio elegantiſſime a ſcriba codicis hæc ſunt exarata majoribus literis : חזק ונתחזק הסופר שלמה בר נריה לא יזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם אמן אמן סלה· שבח לאל שסיימתי זה התרגום וחמש מגילות והפטרות ואיוב ופרשה לר׳ יקר בר׳ שמשון שנת חמשת אלפים ושבעים ושלשה לפרט׳ יחיריכן שיזכה להגות בו הוא ובניו ובני בניו לעולם ולעלמי עלמיא: אמן · וסיימתי זה הספרים ביום ראשון ראש חודש אלול: Librum hunc CPoli attulerat Judæus aliquis Francofurtum ad Oderam. Igitur, cum Godofredus Wegnerus, S. Theol. D. emiſſet, ſecum Regium montem advexit. Ab ejus morte, cum emtor non eſſet, ſortilegio permiſſus An. CIↃ IↃ CC XIV, in manus Bolzii pervenit. Inde

Inde in Bibliothecam venit noſtram eo pretio, quod Bolzius in ſortes impenderat. Hactenus Cl. *Bayerus*. Ab hoc diſtinctum eſt illud exemplar MS. Pentateucho truncatum, quo in aula Regiomontana uſum ſe eſſe ſcribit *Caſpar Ledebuhrius* in præf. ad Tract. de Accentibus Hebræis p. 7.

B. H. cum notis quibusdam Maſorethicis & Calendario Hebr. in 4. A. C. 1320. in Biblioth. Cl. Dn. Begon Tractus Alnienſis Præfecti.

B. H. cum Targum in Pentat. & Maſora, membran. 2 voll. in fol. A. M. 5103. C. 1343. in Bibl. Jenenſi.

B. H. cum Targum in plures libros V. T. præſertim in I. & II. librum Chronicorum, quod nunc Beckii ſtudio exſtat, & Maſora in varias figuras redacta (vide quæ paulo ante de Codice Badenſi diximus) itemque cum variis Lectionibus & notis Criticis 2 voll. fol. codex vaſtæ molis, membranaceus & eleganti manu ſcriptus, per *Simſon Minneminon*, (qui alias vocari ſolet Simſon הנקדן, vide Biblioth. Hebr. p. 1152.) & R. Baruch ben R. Sera, an. 5103. C. 1343. quorum hic literas contextus ſacri ſcripſiſſe, ille puncta addidiſſe videtur. Vide plura apud B. *Matth. Frider. Beckium* in Dedicat. Targum lib. I. Chronic. Cl. *Io. Iac. Schudt* in Memorabilibus Judaic. Part. I. pag. 358. & inprimis in Rev. *Io. Henr. Michaelis* Diſſertat. elegantiſſima de Codicibus MSS. Biblico-Hebraicis, maxime Erfurtenſibus p. 4. & 8. Deſcribuntur ibidem quatuor alii Codd. MSS. Erfurtenſes, de quibus paulo poſt inter incertæ ætatis MSS. dicemus. Exſtant in Biblioth. Eccleſiæ Auguſtanæ & a laudato Michaelis ad recognoſcendam Bibliorum Hebr. editionem, quæ an. 1720. lucem vidit, adhibiti ſunt.

B. H. cum notis quibusdam Maſorethicis & vocalibus, membranac. in 4. An. 5104. C. 1344. in Bibl. Reg. cod. 132.

B. H. membranac. cum punctis, & Maſora, nec non in Pſalmis, Jobo & priori Proverbiorum parte cum Targum notisque marginalibus, an. 5107. C. 1347. 3 voll. in 4. in Bibl. publica Cantabrig. cod. 2484. n. 45. vid. Walton. proleg. XII. § 15.

B. H. membranac. in fol. an. 5117. C. 1357. in Biblioth. Reg. cod. 7.

B. H. cum ſuis Expoſitoribus *Raſchi*, *Aben Eſra*, *Kimchi*, *Levi ben Gerſon* & *Benjamin*, per Salom. b. Chasdai an. 5157. C. 1397. apud Ferrariam deſcripta cum punctis, correcta an. 1598. ab Alex. Scipione & an. 1626. a Fratre Renato a Mutina, Ex-Judæo. Exſtant *Florent.* in Bibl. S. Laurent. Plut. II. cod. 1.

B. H. membranac. elegantiſſimis characteribus cum Maſora, minutis literis, variorum animalium habitum referentibus, exarata Cerveræ, Cataloniæ urbe, per Sam. ben Abrah. A. C. 1399. & 1400. exſtant Amſtelod. ap. Caſp. Ferdinandum Judæum, teſte Jo. Lomeiero diſſ. IV. Dierum Genialium.

B. H. cum quibusdam ex Maſora in 4. elegantiſſime ſcripta per Chajim ben Saul an. 5164. C. 1404. in Biblioth. Colbert. cod. 4126.

B. H. Mediolani in Biblioth: Ambroſiana, in quorum calce hæc leguntur: נשלמו במדינת אשבילית שנת ש"ן לפרט היצירה i. e. *abſoluta ſunt Hiſpali anno 350. æra Creationis mundi.* Iſti computo more alias recepto vel quartus vel quintus millenarius addi debet. Si prius, prodierit annus poſt C. N. 590. ſin poſterius, A. C. 1590. Cum vero recentior ſit character, quam ut priorem, antiquior autem, quam ut poſteriorem temporis notam admittat, recte colligit Cl. *Montfauconius*, errorem hic a librario commiſſum eſſe. Lege *Montfauconii* Diarium Italicum p. 11. & ejusdem præfationem p. 9.

B. H. codex antiquiſſimus Toleti ante annos circiter 900. exaratus, judice Jo. Leusdenio in præfat. ad Biblia Hebr. Amſtelod. 1661. qui Hamburgi ea adſervari ait. Confer *Rich. Simonii* Hiſt. Critic. lib. I. c. 22. p. 113. ed. Lat.

B. H. quatuor voluminibus in folio maximo in membrana; codex elegantiſſimus & optimæ notæ, qui præter Maſoram, Paraphraſin Chaldæam, uno eodemque tenore continuatam, habet cum textu Hebræo Paraphraſin in Chronicorum libros ei ſimilem, quæ a Cl. *Beckio* edita eſt. Eum cum aliis Berolinenſibus B. *Opitius* ad ſuam Bibl. Hebr. editionem procurandam adhibuit, quem in præfatione, Bibliis præmiſſa, a Judæo quodam *Sondalio filio Hillelis Gerſon* an. 1455. ſcriptum vel punctatum teſtatur, eumque omnium optimum eſſe & cum accuratioribus Codd. plerumque conſpirare pronunciat. De ſcriptionis æra eſt, quod dubitem, quam proinde ſuo loco relinquo. Paucis abhinc annis hoc exemplar Sereniſſ. Electori Brandenburgico a Judæis oblatum eſſe Rev. Jo. Erneſtus Jablonsky in præfat. ad Biblia a ſe edita teſtatur.

B. H. exemplar elegantiſſimum & nitidiſſimum membranaceum in 8. an. 1495. ſcriptum, & a Duce Rohanæo donatum exſtat *Tiguri* in Biblioth. Civica. Vide Hottingeri Bibliothecar. Quadripartitum p. 125.

&

& Theſaurum Philolog. p. 181. Scriptus is Codex eſt in urbe Italiæ Reate ab Aria Khalphan, teſte Ottio.

*Pentateuchus* membranaceus cum Haphtharis & Megilloth, Maſoraque eleganter ſcripta, exſtat in Bibliotheca Cl. *Iac. Henr. van Basbuyſen*, Profeſſoris olim Hanovienſis, nunc Serveſtani. In calce ejus hæc legas, quæ poſſeſſor doctiſſimus mecum per literas communicavit, deinde vero etiam publice exſtare voluit in Diſputat. Theologico-Philologic. continente obſervationes ad diverſa Scripturæ S. loca, Serveſtæ an. 1720. menſe Julio habita p. 9. אני שלמה בן החכם ר׳ יוסף ז׳ל גבלי כתבתי ומסרתי ונקדתי זה החומש לנשיא ונעלה דון שלמה חסדאי נ״ר וסיימתי אותו פה קלעה איוב בר״ח סיון שנת חמשת אלפים ומאתים ושלשים וארבע ליצירה : Hinc intelligitur, codicem ſcriptum & punctatum eſſe a *Salomone ben Joſeph Gabli* in uſum Hiſpani cujusdam Don Schelomo Chasdai A. M. 5234. C. 1474. Uſus hoc exemplari eſt B. *Io. Henr. Majus* ad editionem Bibliorum Hebraic. Francof. ad Mœn. 1716. in cujus præfatione codex multi pretii vocatur. Lege ipſum Celeb. Baashuyſenium lib. I. Obſervationum Sacrarum p. 125. ubi præterea refert, ſe habere Codicem Biblicum MS. integrum, eumque punctatum, ſed non adeo bonæ notæ.

In annotatione marginali ad Biblia Hebr., *Venet.* 1678. 4. edita, (de quibus ſuo loco) monetur de Joſ. XXI. v. 36. & 37. qui plerumque deſiderantur, eos exſtare in Codice Hiſpanico an. 268. C. 1508 exarato, & correctiſſimo, ex quo plurimæ emendationes in hanc editionem tranſierint.

Sequuntur nunc Codices vel ignotæ prorſus, vel ſaltem dubiæ ætatis, ubi ante omnia afferam quorundam eruditorum Virorum loca, quibus teſtantur, ſe MSS. quosdam Codices vel oculis uſurpaſſe, vel in commune bonum adhibuiſſe. Sic. *Bened. Arias Montanus* in præfat. de varia in libris Hebr. lectione: *Sunt*, inquit, *& in Complutenſi Bibliotheca noſtris* (locutus erat de Codice quodam ſuo Biblico 400. annorum) *antiquiora: elegantiſſima vidimus Bononiæ in Prædicatorum Monaſterio, & in Canonicorum cœnobio 2. vidimus Mediolani apud Dominicanos optima & antiquiſſima exemplaria.* *Jo. Morinus* Exercit. IV. in Pentateuchum Samarit. pag. 360. *Conſului*, inquit, *decem Biblia MSS. antiqua, quorum ſex in Bibliotheca domus Oratorii Pariſienſis ex dono Rev. Patris de Sanſy conſervantur. Iſtorum unum literis majoribus &, ut ita dicam, uncialibus, tribus voluminibus pul-*

 *cher-*

*cherrime exaratum fuit anno 967. C. 1208. Aliud exemplar mediocribus literis, ſed magno cum apparatu Perpiniani anno mundi, 5059. C. 1300. ſcriptum. Exemplaria Regia tria ſunt, quorum unum duobus magnis voluminibus XXIV. Scripturæ libros complectitur. Ferunt, Venetos hoc exemplar ob manuſcripti antiquitatem Henrico III. Chriſtianiſſimo Regi literarum & literatorum amantiſſimo dono obtuliſſe, cum Polonia in Galliam rediens Venetiis hoſpitaretur.* Lege eundem *Morinum* in Exercitt. Biblicis p. 468. Rev. *Chriſtoph. Matthæus Pfaffius* in Primitiis Tubingenſ. p. 71. *inter præſtantiores Codices Bibliorum Hebraic. nunciat, quos apud Cornel. Schultingium*, (vide ſuperius p. 296.) *Paſtorem Reformatum Amſtelod. & in Bibliotheca Taurinenſi inſpexerit, ab aliis mirum quantum recedentes.* Inprimis notatu dignus eſt egregius locus *Immanuelis Aboab* Judæi, quem ex Nomologia ejus hiſpanice ſcripta & raro obvia latine converſum ſubjiciam. Verba ejus dialogi more inter *Deyan* & *Immanuel* miſta Parte II. p. 220. ita habent: Imman. *Scias quoque non ſolum diverſas editiones Codicis Hebr. quæ inde a 140. annis variis temporibus, variisque locis Europæ & nonnullis Aſiæ prodierunt, ſibi invicem tam accurate reſpondere per omnia & in omnibus, ut altera alteram ne minima quidem litera ſuperet (niſi forte per typographi errorem tale quid contigerit) ſed etiam cum multis Codd. antiquiſſimis manu exaratis, quæ paſſim exſtant, egregie conſpirare.* Deyan. *Habesne & tu ejusmodi Codicem?* Imman. *Non ſane: ſed habet in hac urbe Moſes Alatino, Medicus præſtantiſſimus, & literarum Hebræarum peritiſſimus, Codicem Biblicum membranaceum correctiſſime & perfectiſſime ante ſeptingentos & amplius annos exaratum. Vidi etiam Venetiis apud Joſephum Abravanel alium codicem optimæ notæ Vlyſſipone deſcriptum centum & octoginta annorum, iterumque alium antiquiſſimum Senis in ædibus Arietinis in Hiſpania exaratum.* Poſt pauca cum obſervaſſet, ſe in Caſtilia ſpeciatimque Toleti, tum vero in Luſitania inter Judæos ſapientiſſimos Viros vidiſſe addit, *in Hiſpania dari MSS. omne punctum ferentia, ita ut pro uno exemplari emendato & eleganter ſcripto centum ſcutati aurei* (cien eſcudos d' oro) *& amplius ſolverentur. Poſtea vero quam Reges, Ferdinandus Caſtilienſis & Emanuel Luſitanus ex regionibus ſuis nos expulerunt, libri omnes hinc inde cum poſſeſſoribus ſuis per varias Orbis partes diſperſi ſunt. Speciatim vero intellexi, Feſſæ in Africa & Theſſalonica in Græcia, & ſic in Terra Sancta Codices quosdam Hiſpanicis perfectiores & meliores deprehendi. Memini quoque me audire, quod CPoli nobilis Hebræus, cui nomen eſt Tam Ahia, varia eaque emendatiſſima & antiquiſſima Codicis Sacri exemplaria, manu deſcripta poſſideat, quorum nonnulla ſint apud Illuſtriſſimum Dominum*



Digitized by Google

*minum Don Joſeph Naſſi, digniſſimum Naxi Ducem. Inveni etiam in libro Juchaſin, quem ſcripſit præſtantiſſimus Aſtronomus Abraham Zacutus, in regno Legionenſi Hiſpaniæ Codicem Biblicum MS. rariſſimæ perfectionis inventum eſſe, ad cujus, ceu abſolutiſſimi fidem reliquorum Codicum errores emendati, & dubia omnia expedita ſint. Illa Biblia appellata ſunt Hillelia, eo quod quidam R. Hillel ea exaraverit. Addit idem Sacutus, anno 4956. die 28. menſis Abb, cum in eodem regno diriſſimæ calamitates Judæos premerent, Pentateuchum illius Codicis Toletum delatum, reliquos vero maximam partem in Africam deportatos fuiſſe. Ex computo Zacuti mille & amplius annos Codex iſte habuit.* Deyan. *Omnia exemplaria Pentateuchi, quibus in Scholis ſuis utuntur Hebræi, manu exarata mihi videntur: talia vidi apud te, talia etiam habent Judæi Itali & Germani, qui in hac urbe commorantur.* Imman. *Ita res habet: idque non in hac urbe ſolum, ſed in omnibus exilii noſtri locis, in Aſia, Africa, & Europa libri Legis, quibus in Synagogis noſtris utimur, in membrana ſunt exarati, in quibus ſcribendis varia exacte obſervari debent, ut adhiberi poſſint. Atque illa quidem exemplaria per Dei gratiam omnia tam accurate ſibi reſpondent, ut ne minima quidem differentia ſejungantur. Tantum abeſt, ut unum eorum a reliquis vel verbo aut ſenſu aut alia re diſſentiat, ut vel litera una, quæ deſit, aut ſuperſit, etiam ſine varietate ſenſus, exemplar ejuſmodi profanum & rejiculum faciat, & ab uſu in lectionibus inſtituendis prohibeat. Horum librorum ſacrorum, qui hebraice vocantur* ספר תורה· *permulta exſtant inter nos exemplaria, quorum nonnulla ſunt antiquiſſima.* Deyan. *Num de antiquitate illorum Codicum MSS. conſtare nobis poteſt?* Imman. *Non ſane, quia non habent æram temporis adſcriptam, nec nomen librarii, ceu alias fere ſemper in Bibliis manu exaratis obſervatur. Fama tamen ætas innoteſcere ſolet. Sic excellentiſſimus R. Moſes Maimonides teſtatur (in tract.* Sepher Tora c. 8.) *ſuo tempore Cairi in Ægypto Biblia antiquiſſima, quæ in magna exiſtimatione fuerint, tum ob emendatiſſimam ſcriptionem, tum ideo, quod jam pridem Hieroſolymis advecta ſint. Legi etiam, quod & fama fert, Damaſci codices eſſe antiquiſſimos inde a tempore Templi ſanctiſſimi, imo, ceu nonnullis videtur, ab ætate Esdræ, de quo quid ſtatuendum ſit, Deus novit.* Huc usque Immanuel Aboab. Ex hac ejus diſſertatione varia deducere licet. Patet inde, ejus judicio Hiſpanica MSS. ceteris præferenda, quod ſupra quoque R. *Menachem de Lonzano cenſuit.* Cauſa redditur, cur in Europa tam rara ſint Bibl. Hebr. codices, quorum ſcilicet maxima pars cum Judæis hinc inde per exilia diſſipatis, in alias Orbis partes disjecta ſit. Videtur etiam noſter Hillelianum Codicem, de quo ſupra, ab Hillele utroque, Seniore nempe illo,

&

& altero, Principis nomine vocato, non repetiiſſe; cum eum ſimplici Doctoris ſeu Rabbini titulo inſigniat. Cætera omitto prudenti Lectori facile obſervanda.

Jam ipſos *ignotæ* ætatis Codices MSS. tum omnium tam ſpecialium libb. Biblicorum eo ordine recenſebo, quem nomina locorum & Bibliothecarum, in quibus inveniuntur, ſecundum literarum ſeriem collocata exigunt. Ita enim fiet, ut, quæ deſunt huic enumerationi, inpoſterum facilius ſuppleantur.

*Amſtelodami* in ſola Hiſpanorum Synagoga ſexaginta circiter MSS. Pentateuchi exemplaria ſunt, ornata variis ſplendidis ornamentis, quæ omnia Leusdenius vidit unica vice a totidem Judæis ter circumgeſtari per Synagogam in feſto, quod vocatur *lætitia Legis.* Vide Jo. Leusden. in Philolog. Hebr. Diſſ. 34. de Pentateuchis MSS.

Ex Codice quodam Synagogæ Amſtelodamenſis inſigni non pœnitendam farraginem variarum lectionum ſe nactum ſcribit B. Opitius in præf. ad Biblia Hebræa p. 5.

*Argentinenſis* Biblioth. Codicem, tribus voluminibus compactum, ſcriptum in pergameno eleganter, adjectis notis Maſorethicis, ſed Pentateucho deſtitutum, laudat Anonymus (quem ſuſpicor *Buxtorfium*) apud Hottingerum p. 158. Bibliothecarii Quadripart.

*Auguſtana* exhibet Pentateuchum Hebraicum ſine punctis cod. 1. Vide Catalogum a B. *Spizelio* ed. p. 1. Quo pervenerit ille Pentateuchus, quem *Auguſta Vindelicorum* Tigurum delatum, & accuratius, quam cuiquam credibile ſit, ſcriptum teſtatur *Hottingerus* p. 44. Exercitatt. Anti-Morinian. non dixerim.

*Bernenſis* Civica Prophetas priores & poſteriores præter XII. minores, una cum 5 Megilloth, Daniele, Eſra & Paralipom. in Cod. membranac. in fol. & charactere ſat grandi eleganter exarato n. 92. exhibet.

*Berolinenſis* Regia varia repræſentat exemplaria præter illud, quod an. 1455. ſcriptum ſupra recenſuimus. Exſtat ibi corpus Bibliorum tribus Voluminibus in fol. maximo in membrana. Codex nitidiſſime ſcriptus, & a Stephano Epiſcopo Brandenburgenſi. olim adhibitus, qui rubrica & literis cæruleis initia capitum ubique adſcripſit, primique Tomi folio primo hæc manu ſua conſignavit: *An. Domini M. CCCC. XXVII. ego Stephanus Brandenburgenſis comparavi hos XXIV. libros ad ſtudium meum pro XXXIII. florenis. In vigilia Aſſumtionis glorioſæ Virginis Mariæ.* Primo Volumine continentur quinque libri Moſis, ſecundo Sacri Scriptores a Joſua ad Mala-

Malachiam: tertio Pſalmi, & reliqui. Addita ubique eſt Maſora marginalis & textualis. Ibidem conſpicitur Pentateuchus Moſis cum paraphraſi Chaldaica & Maſora, & pulchritudine & antiquitate ſe commendans in fol.

Porro Codex incomparabilis in membrana pertenui, in quo Pentateuchus cum Paraphraſi Chaldaica uno eodemque tenore deſcripta, Maſora & excerptis e commentariis R. Salomonis, itemq; Hagiographi exſtant, Tituli & initiales capitum voces literis aureis deſcriptæ ſunt, & in ceteris hic codex elegantia vincit omnes. Videtur eſſe perantiquus in 4. Hunc credo eſſe, quem B. *Opitius* in præf. ad Biblia Hebr. p. 13. laudat, ut codicem octavi ordinis elegantiſſime in membrana ſubtiliſſima ante quingentos annos, Anonymi judicio, exaratum.

Codex antiquus in membrana cum Paraphraſi Chaldaica & Maſora, quo comprehenditur Pentateuchus, Canticum Salomonis, Threni, Eſther & Job. In fine multa deſcripta ſunt literis Rabbinicis.

Accedit ad illos Codex Stephani, Epiſcopi Brandenburgenſis, in quo Hoſeas & ceteri minores Prophetæ, item Proverbia Salomonis, Canticum, Ruth, Threni, Eſther, ſine ulla Maſora.

Denique adeſt Codex in forma 12. majori, quem perficiunt Pentateuchus, Canticum Salomonis, Eccleſiaſtes, liber Ruth, Threni, Eſther & Jobi liber cum quibusdam capitibus ex Prophetis. Eum *Andr. Mullerus Greiffenhagius* A. C. 334. ſcriptum eſſe putavit, quod quam a vero alienum ſit, ex iis intelliges, quæ Parte I. Bibliothec. Hebr. p. 166. allata ſunt. Conf. *Tenzelii* Dialog. menſtruos an. 1697. p. 186. & Acta Erudit. an. 1687. p. 132. item Celeb. *Jablonskii* præfat. ad Biblia Hebr. §. 35. Præter hæc MSS. conſpiciuntur adhuc in eadem Regia gaza duo volumina Pentateuchi, quibus Judæi in Synagogis uti ſolent; & duo inſuper volumina membranacea elegantiſſime ſcripta, quibus liber Eſther continetur.

Horum MSS. notitiam debeo V. C. mihique amiciſſimo *Maturino Veyſſiere La Croze*, Bibliothecario Regio. Quinque ex illis uſus eſt B. *Henr. Opitius* in procuranda Bibliorum Hebr. editione, quod ex præfatione in ea perſpicitur.

Inter Berolinenſes numerare liceat Pentateuchum inſignem, priſcaque ſimplicitate venerabilem, ac uncialibus literis onus mage exaratum, quam Codicem, quem ſe beneficio Dn. Andreæ Eraſmi Seidelii,



Digitized by Google

in *ἀλώσει* Patracenſi vindicatum adhibuiſſe teſtatur Cl. *Jablonski* in præf. ad Bibl. Hebr. §. 6.

*Bodlejana* : v. *Oxonienſis*.

*Bononienſis* habet Biblia cum commentario in Bibl. Canon. Regular. S. Salvatoris : v. Cl. *Montfaucon.* Diar. Italicum p. 407. & *Ariæ Montani* teſtimonium ſupra allatum. Codex eſt antiquus. Ibidem in Monaſterio PP. Dominicanorum conſpicitur Pentateuchus Hebræus in membrana, more exemplarium, quæ in Synagogis adhibentur, in corio involuto ſcriptus, quem Judæi pro Eſræ autographo venditarunt. Vide plura ſuperius, & Cl. *Montfaucon.* p. 400. qui p. 407. refert ſe vidiſſe ibidem alium Codicem cum commentariis, item alium cum notis Maſorethicis. Ibidem exſtat codex *Jeſaiam* & *Jeremiam* complectens; item liber *Eſther*, in Cœnobio Canonicorum Regular. S. Salvatoris, qui teſte eodem, videtur antiquior eo, quem Eſræ venditant.

*Ceſenatenſis* in Italia habet codicem Hebr. Biblicum teſte *Poſſevino*.

*Cantabrigiæ* in Biblioth. Collegii S. Emanuelis Cod. 27. exſtant Biblia Hebr. 3. voll. in fol. in membrana optime exarata. *Prophetæ* priores & poſteriores ibidem in Biblioth. Collegii Cajo-Gonvilenſis cod. 3. num 693. Catalogi. Confer *Waltoni* Prolegom. IV. §. 12. *Pſalmi* cum duabus verſionibus Latinis & tertia interlineari in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis.

*Colbertina* exhibet codicem membranaceum 2. voll. in fol. elegantiſſime ſcriptum Codice 2630. 2631. Habet etiam Pentateuchum Hebr. cum verſione Perſica verſibus alternis, Charactere Hebræo: quæ verſio alia eſt ab ea, quæ in Pentateucho Polyglotto CPoli edita eſt, & Londini in Polyglottis Anglicanis: 2. voll. in fol. n. 2468. 2469. Ibidem videas Prophetas priores & poſteriores n. 3098. Denique vero Pſalmos, Danielem & Paralipomena cum fragmento Pentateuchi. Codex in folio charactere Hebræo-Germanico ſcriptus an. 5044. C. 1284. n. 626. De Colbertino quodam Codice, recentiori manu mutato, vide *Rich. Simonis* Epiſtolas Criticas p. 448. ſqq. & p. 329. ſq.

*Compluti* ſeptem exemplaria Hebræa MSS. haberi, quæ Cardinali Ximenio quatuor millibus aureorum conſtiterint, diſco ex *Alvari Gomeſii* lib. 2. de rebus geſtis Ximenii p. 43.

*Deſſavienſem* codicem in Biblioth. Sereniſſ. Principis Anhaltino-Deſavienſis obvium laudat Celeb. *Jablonski* in præf. ad Biblia Hebr. ab ipſo edita §. 27.

*Dreſda*

*Dresdæ* in Bibliotheca Regia & Electorali obvius eſt Codex membranaceus antiquiſſimus una cum Paraphraſi Chaldaica, alternis verſibus per totum ſubjecta, & Maſora varias florum & animalium figuras textu ſuo referente. Lege *Weckii* deſcriptionem urbis Dresdenſis p. 41. qui exemplum hoc pro emendatiſſimo & antiquiſſimo haberi aſſerit, adeo ut ad illud exteræ æque ac vicinæ Academiæ imo provinciæ remotæ & ipſa quoque Hiſpania recurrerint. Confer B. *Tenzelii* Biblioth. Curioſam Repoſitor. I. p. 430. qui monet vocales a recentiori manu textui eſſe ſubſtratas. Conf. *Struvii* Introduct. ad Hiſt. Liter. c. IV. §. 6. *Jacobi Tollii* Epiſtolas Itinerar. p 84. & Rev. *Jo. Georg. Abichtii* diſſert. de reſtituendis duobus verſibus Joſ. XXI. p. 24.

*Dublini* in Biblioth. Narciſſi Archiepiſcopi Pentat. Hebr. antiquus in membrana in 4.

*Erfurti* Bibliotheca Eccleſiæ Auguſtinianæ quinque Codicibus Biblicis ſuperbit, quorum primum A. C. 1343. punctatum ſupra ſuo loco recenſuimus: de quatuor reliquis nunc diſpiciemus. Sunt illi omnes membranacei, & *ſecundus* quidem in folio minori ſpiſſo volumine totum textum Hebræum cum paraphraſi Chald. in Pentateuchum, Maſoram utramque, variantes præterea lectiones & notas criticas exhibet. De ætate ejus non conſtat, niſi quod punctatio minimum ante annum 1346. facta videatur. Ad Num. V. 18. in extrema pagina occurrit nomen שלמה בר שניאור אפרים quod utrum Scribæ an punctatoris ſit, non liquet, quemadmodum & illius nominis nusquam alibi mentionem factam deprehendi. De hoc inſpice B. *Tenzelii* Dialogos menſtruos an 1692 p 853. ſq. ubi inter reliqua obſervat Zach. XII. 10. pro אלי corrupte legi אלין Codex *tertius* in folio mediocri continet totum textum Hebræum, Maſoram magnam & parvam, item notas criticas ſed rariſſimas. Foliis nonnullis, hinc inde evulſis, caret, membrana etiam paſſim lacera eſt, facies externa vero valde obſoleta. De ætate ejus non magis quam de primorum illa quicquam pronunciari poteſt. *Quartus* codex mutilus eſt ab initio & fine. Incipit enim a Geneſ. XXXIV. 5. & perſequitur totum Pentateuchum, habetque ſubjectam ſingulis verſibus Paraphraſin Chald. Sequuntur ex Hagiographis Canticum Cantic. Ruth, Threni, Coheleth & Eſther, ſed ſine paraphraſi, quibus ſuccedunt Haphtaroth. Ex metricis libris adeſt Jobus. Notæ Maſoreticæ hinc inde, ſed raro, occurrunt. Ætas ignota eſt. In Hiſpania ſcriptum credas ex Haphtaris, inter quas pleraſque Hiſpanorum

rum invenias, multas vero Germanorum deſideres. *Quintus* exhibet tantum Prophetas priores & poſteriores, & ex libris Metricis tantum Pſalmos, ſine Maſora ulla, literis non admodum nitidis nec puris. Ætas fruſtra quæritur, niſi forte aliquando ex nomine librarii, quod in calce Pſalmorum occurrit, inveſtigari poſſit. Vocatur is *Goliath fil. Gog Magog*. Habes hic in compendio, quæ doctiſſimus *Io. Henr. Michaelis* in ſingulari diſſertatione Halæ 1706. habita diligenter & fuſe de his Codicibus commentatus eſt.

*Florentiæ* in Bibl S. Marci B. H. in corio, more Judæorum implicato, charactere vulgari, ſine punctis. In Biblioth. S. Laurentii codex in folio nitidiſſime ſcriptus a neophyto: Plut. I. cod. 31. In eadem plut. 3. cod. 3. Pentateuchus Hebr. cum Targum Onkeloſi & comm. Raſchii, variiſque lectionibus Ben Aſcher & Ben Naphthali, & quinque Megilloth. In fine Codicis hæc legas: ſcripta hæc ſunt ab *Iſaac fil Menachem* Hannakdan, qui & puncta adjecit die 24. menſis Adar anni a creatione mundi 4051. (i. e. C. 291.) in gratiam R. Matathiæ Garazi. Codex eſt papyraceus. Conf. quæ in Biblioth. Hebr. n. 1237. de æra iſta procul dubio falſa monui. Ibidem Plut. 3. cod. 1. Pentat. Hebr. cum Targum & comm. Raſchii. item 5. Megilloth cum commentariis. Codex vetuſtiſſimus & nitidiſſime ſcriptus in fol. magno, manu *Salomonis F. R. Chaſdai*. Ibidem Cod. 10. *Pentat.* Hebræus alius cum Targum & Maſora parva & 5. Megilloth, ſcholiiſque Anonymi. Codex membranrceus elegantiſſimus & vetuſtiſſimus A. M. 4238. C. 478. Alexandriæ cum punctis & accentibus deſcriptus. Æra temporis ſine dubio uno millenario diminuta eſt, qui ſi acceſſerit, prodibit A. C. 1478. In eadem Plut. 1. cod. 9. apparent Ezechiel & XII. Prophetæ minores in membrana in 4. eleganter & nitide ſcripti: item *Hagiographa* in membr. optimæ notæ & non contemnendæ antiquitatis in fol. minori. Plut. II. cod. 12.

*Francofurti ad Mœnum* incomparabilis Nobiliſſimi doctiſſimique & nobis amiciſſimi Viri, *Conradi Zachariæ ab Uffenbach*, Bibliotheca inter cetera κειμήλια codices Biblicos tum integros, tum quoad partes quasdam, optimæ utplurimum notæ & remotæ interdum ætatis in membrana & charta exaratos exhibet, quos diligentiſſimus doctiſſimusque amicus noſter *Io. Henr. Majus* in Parte I. Biblioth. Uffenbachianæ p. 1. ſqq. more ſuo accurate & copioſe recenſuit. Nos pro inſtituti noſtri ratione, eodem ordine obſervato, ſingulos ſtrictim recenſebimus. Exſtant ibi

Cod. I.

Cod. I. Pentateuchus, ſi 14. priora capita Geneſeos excipias, charactere quadrato auguſto, ſex minimum ſæculorum ætatem habens cum vocalibus & accentibus, item Maſora parva, quæ vulgari non raro locupletior eſt. Targum Onkeloſi vocalibus & accentibus inſtructum ſingulis verſibus ſubjicitur. Seqvuntur eodem modo, ſed ſine Targum, Haphtharæ & 5 Megilloth, una cum majori Jobi parte usque ad c. XL. v. 24. Cod. membran. in fol. pagg. 534.

II. Pentateuchus cum 5 Megilloth & Haphtharis, additis vocalibus & accentibus, itemque Maſora parva a *Iedidja*, cognomine *Gottlieb* an. 5180. C. 1420. membranac. in fol. pagg. 247.

III. *Geneſis* cum Onkeloſi Targum ſingulis verſibus ſubſtrato, item *Exodus* usque ad c. XXXII. v. 32. item *Deuteronom.* a cap. XXV. ad finem libri: cum punctis, accentibus & Maſora utraque. Poſt Deuteronomium ſpecialia quædam librorum Biblicorum capita & integer Iobi liber leguntur. Codex membran. in fol. pagg. 196.

IV. *Pentateuchi* pars a Geneſ. VI. 14. ad Exod. XIII. 15. cum Targum Onkeloſi, Maſora utraque, punctis & accentibus: codex membranaceus venerandæ antiquitatis in fol. pp. 113.

V. *Numerorum* liber a c. XV. 35. ad finem, una cum Deuteronomio toto, additis vocalibus. Succedunt 5 Megilloth. Cod. membran. in fol. pp. 69.

VI. Biblia integra, ſi Pentateuchum exceperis, cod. membran. in fol. pp. 306. formæ auguſtioris cum vocalibus, accentibus & triplici Maſora. Inter majores Vates primum locum occupat Ieremias, ſecundum Ezechiel, ultimum Ieſaias. Hymni Davidici, Proverbia Salomonis & Jobus non continua ſerie, ſed ut carminis figuram præ ſe ferant, pinguntur. Quinque Megilloth ita ſe excipiunt: Ruth, Canticum, Coheleth, Threni & Eſther. Eum Cl. Majus ab elegantia, antiquitate & bonitate ſingulari laudat.

VII. Comprehendit librum Iudicum, utrumque Samuelis & Regum cum Prophetis majoribus eodem, quem modo diximus, ordine & minoribus: membranac. in fol. pp. 206. Adſunt quoque accentus & puncta.

VIII. Pentateuchus inde a Geneſ. IV. 25. ad finem, ſine punctis & accentibus, cum Maſora triplici: quatuor Megilloth, Eſther deficiente, cum punctis & accentibus, item, præter Haphtharas nonnullas

nullas totus Jobi liber: membranac. in 8. majori pp. 200. ante Sæculum XV. exaratus.

IX. *Pſalmi* cum vocalibus & accentibus, ſecundum ſeptem dies hebdomadis diſpoſiti; codex membranac. in fol. pp. 53.

X. *Pſalmi* cum vocalibus, addito ſeptem prioribus Pſalmis Raſchii commentario: membranac. in 16. pp. 217.

XI. *Daniel*, *Eſra*, *Nehemias & uterque Chronicorum*, cum punctis & accentibus: membranaceus elegans in 8. majore fol. 218. Liber Eſræ & Nehemiæ tanquam unus idemque continuo nexu, ſine ullo ſigno aut majore litera intercedente exaratus eſt; & in calce legitur: סליק ספר עזרא i. e. *explicit liber Eſra*; cui recentiſſima manus addidit: וספר נחמיה i. e. *& liber Nehemiæ*.

XII. *Eſther* in forma voluminis ſine punctis & accentibus.

XIII. Idem libellus eodem modo ſcriptus.

XIV. *Ruth* voluminis forma, cum punctis & accentibus, item coronulis.

XV. Fragmenta τῶν Haphtharoth cum punctis & accentibus, item Maſora magna textuali parvaque: membranac. in fol. pp. 27. eodem tempore & ab eodem Scriba exaratus, quo is, qui ſupra n. IV. fuit recenſitus.

XVI. Haphtharoth cum vocalibus & accentibus, membranac. in folio auguſto, pp. 58.

XVII. Paraſchæ & Haphtharæ ſine punctis & accentibus in 12. fol. 115.

Ibidem Codex 97. exſtat *Geneſis* integra & *Exodus* usque ad cap. XXXVI. v. 30. cum vocalibus Sæculo XIII. ſcriptionem referens, quo codice ad editionem Bibliorum Hebraic. uſus eſt Burcklinius: vide Catalogum p. 227.

Ibidem cod. 129. Pſalmi cum vocalibus & accentibus accurate & eleganter in membrana deſcripti exſtant in 12. Vide Catalogum p. 389.

*Furthi*, juxta Norimbergam, Iudæus quidam volumen *Eſther* poſſedit, ſcriptum pictumque manu in longitudinem, tam nitide & eleganter, ut tale quid a Iudæo homine proficiſci potuiſſe, nemo ſatis mirari queat, teſte *Wagenſeilio* in ep. de Infundibulo ſuo p. 9. ubi præterea monet, eſſe apud ſe fragmentum Pentateuchi MS. cujus margines hiſtorias verbis ſignificatas imaginibus, ſed rudibus, oculis ſiſtunt.

*Halæ* in Bibliotheca urbis publica exſtat volumen Bibliorum, ut puto, rotatile, cujusmodi in Synagogis Judæorum adhibetur, quo Cl. *Io.*

Digitized by Google

*Io. Henr. Michaelis* uſus eſt ad ſuam Bibl. Hebr. editionem procurandam. Vide diſſertat. ejus de MSS. Codd. Biblic. p. 4.

*Hamburgi* fuit aliquando codex B. H. elegans, quod, interprete R. *Fidanque*, Iudæo, nactus eſt B. *Opitius*, qui illud laudat in præf. ad Biblia Hebræa p. 5. Ibidem Bibliotheca B. *Abrahami Hinckelmanni*, Prædeceſſoris mei, olim exhibuit codicem membranaceum in 4. Prophetas omnes, ut & Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Cantic. & libros Chronicorum cum Maſora parva complectentem. Textus vocalibus & accentibus eſt inſtructus. Scriptio finita eſt an. 5248. C. 1488. Nomen librarii, & illius, in cujus uſum ſcriptus eſt codex, deletum erat. In calce occurrit מגלת אנטיוכוס, ſed a fine mutilum. Codex eleganter ſcriptus, foliis ſingulis in tres columnas dispertitis. In eadem exſtiterunt *Pſalmi* in membrana cum libro Maamadoth nitidiſſime ſcripti in 8. tum vero Megillath Eſther: vide Catalogum MSS. Hinckelmannianorum a B. *Seb. Gottfr. Starckio* editum p. 21. Omitto hic Codicem *Pſalmos* & *Jobum* exhibentem A. C. 1161. ſcriptum, de quo ſupra inter Codd. de quorum ætate conſtat. Illi Codices omnes nunc ſunt in Bibliotheca Rev. *Joach. Morgenwegii*, Paſtoris Orphanotrophii, & Collegæ mei amiciſſimi.

In Bibliotheca Vener. *Io. Friderici Winckleri*, Collegæ mei conjunctiſſimi, exſtat etiamnum Codex antiquiſſimus, qui olim laudati Hinckelmanni fuit, quem B. Opitii, qui eum contulit, verbis ex præfat. ad Biblia Hebræa deſcribam: *Complectitur is Pentateuchum cum quinque Megilloth & Haphtharis, Targum item textui Hebræo interſperſum & Iobi librum. Accedit Maſora magna & parva. Antiquitas ejus variis ſignis conſtat, nominatim literis æqualibus & in ſimplicitate ſua elegantibus. Libri Moſis continua ſerie ſcripti & non niſi quatuor linearum ſpatio a ſe invicem diſtincti ſunt: nullum ibi ornatum, colores nullos aut figuras inveneris.* In eandem Bibliothecam tranſiit Codex olim Triglandinus membranaceus, qui in Catalogo MSS. Oriental. Triglandi p. 22. ita deſcribitur: *Codex quatuor voll. in fol. tam vetuſtate quam nitore præſignis. Puncta a manu recentiore ſunt adſcripta, Pentateuchus ſingulis verſibus Hebraicis ſubjunctam habet verſionem Chaldaicam: verſiculus, qui in editis Bibliorum exemplaribus Ioſ. XXI. 35. deficit, hic integer legitur: Ieſaias Ieremiam ſequitur & Ezechielem; in poſteriorum Prophetarum titulo legitur:* נכתבו מימים קדמונים. *Eſras & Malachias nulla ſeparatione diſtinguuntur. Accedit Maſora magna & parva accuratiſſime exarata, & quamplurima conti-*

*continens, quæ lucem hactenus non viderunt.* Eundem Codicem B. Opitius accurate perquiſivit, eumque cum primo & optimo Codice Berolinenſi amiciſſime conſpirare deprehendit.

*Hannoveræ* in inſtructiſſima R. Davidis Oppenheimeri Bibliotheca vidi Codicem Biblicum membran. egregium & eleganter ſcriptum, in fol. in cujus limine exſtat liber Pſalmorum tam minutis literis exaratus, ut quatuor circiter foliis totus abſolvatur. Ibidem exſtant Prophetæ priores & poſteriores in volumine membranaceo ampliſſimo in fol. cum comment. Anonymi. Exhibet eadem Pentateuchum cum comm. Raſchii a latere, in membrana eleganter ſcriptum, 2 voll. in fol. Et iterum alium Pentateuchum cum Targum, Raſchi & 5 Megilloth, item Haphtharoth. Volumen membranaceum in 4. majori, una cum Maſora picta magis quam ſcripta.

*Heidelbergæ* exſtitit codex H. B. antiqvus, de quo auctor Apologiæ ad Bavaro-Anhaltinam Cancellariam p. 93. ita ſcribit: *Cum an. 1622. exemplar Bibliorum Hebr. antiqvum, ſed nulla parte cum Palatino comparandum, ex Ladeburgenſi Bibliotheca ſurreptum a milite, Heidelbergam deferretur, reſectis jam & divenditis aliquot ejus membranis, utrumque & volumen & folia illa ſolicite quæſita & redemta ſunt, ipſumque adeo opus integritati ſuæ reſtitutum.* Conf. *Hottingeri* Bibliothecar. Quadripart. p. 179.

*Helmſtadienſis* Academiæ Bibliotheca Publica duos aſſervat Pentateuchi Hebræi Codices in membrana, quos diligenter deſcribit Jo. Saubertus in Appendice ad Varias Lectiones Evangelii S. Matthæi p. 261. ſq. De priore ita is commentatur: חומש *ſeu V. libri Moſis, ſancta Hebraica lingua in membrana deſcripti, voluta, more Hebræorum pervetuſto, ſuper duobus lignis, quæ* עצי חיים *vulgo nuncupant. - - - Hoc volumen jam ante nativitatem Chriſti exaratum fuiſſe fertur, neque id frivolis indiciis, aut anilibus commentis, quibus Illuſtriſſimus ac celſiſſimus Princeps, Divus IULIUS, Dux quondam Brunſvicenſium ac Luneburgenſium glorioſæ memoriæ, qui & donavit volumen Bibliothecæ, & id, quod diximus, ſcripto teſtatum de eo fecit, nunquam conceſſiſſet locum; ſed a Senatu Magdeburgenſe (a quo volumen illud xenii vice laudatiſſimo Principi anno ſuperioris Seculi LXXIII. d. XXII. menſis Sextilis per Camerarium urbis Magdeburg. Antonium Mauritium fuit exhibitum) ita proditum atque expoſitum. Atque ut æſtimationem libri rectius poſſis cognoſcere, redimendo illi Iudæi quidam obtulere aliquando ſex millia uncialium (vulgo Ioachimicos atque thaleros nuncupant) aliusque non nemo quingentos unciales deſcribendi pretium definivit.* Hactenus Saubertus. Confer B. Tenzelii Dialogos menſtruos Germanice editos

an.

an. 1692 pag. 984. qui pleraque eorum, quæ recenſuimus, in ſchedula MS. Codici inſerta, lecta ſibi teſtatur, antiquitatem vero tam remotam ipſi Codici merito abjudicat, ideo quod literæ ejus cum iis conſpirent, quas Codices ante quatuor aut quinque ſæcula exarati præ ſe ferunt.

Poſterior Codex ita ab eodem Sauberto delineatur: *Pentateuchus Hebraice exaratus in membrana cum Chaldaica verſione, adjecta non quidem a latere, aut e regione, ſed ſic, ut uno aliquo verſu Ebræo idiomate finito, idem verſus continua ſerie Chaldaica lingua ſit ſubnexus, quales Codices eſſe antiquiſſimos dudum adverterunt Viri docti. Et ſcribendi quidem ritus ille derivatus fuit a temporibus, quæ liberationem ex Babylonica captivitate proxime ſunt ſecuta, quibus hujusmodi codices inſervierunt Sabbatico Synagogarum uſui. - - Quanquam vero non auſim certo affirmare, noſtrum illum Codicem ante Chriſti tempora fuiſſe ſcriptum, utpote ad hodiernam librorum formam compactum, nec more priſco, in Synagogis ſaltem recepto convolutum: exſcriptum tamen fuiſſe eum ex tali aliquo veteri ut credam, ea, quæ ante dixi, me movent.* Hucusque Saubertus. Enimvero illud argumentum, quod a Chaldaica Paraphraſi petitur, pro adſtruenda antiquitate nihil facere recte monuit Rich Simon in Bibliotheca Critica Tom. III. p. 314. cum ex eo, quod Judæi in Synagogis ſuis ante Chriſtum natum lectionem textus Hebræi lectione paraphraſeos diſtinxerint, non ſeqvatur, eodem tempore ipſa quoque Pentateuchi exemplaria ea ratione ſcripta fuiſſe, ut Hebræum textum Chaldaica verſio ἀμέσως exciperet. Confer quæ de hoc argumento diſputantur in B. Tenzelii Dialogis menſtruis an. 1692. pag. 850. ſeq.

Ceterum idem Saubertus p. 263. addit, in eadem Bibliotheca Iulia exſtare alia volumina membranacea MSS. Pentateuchi cum Haphtharoth & quinque Megilloth, addita Maſora, quæ tamen ad eam ætatem non accedant.

*Jenenſis* Academica totum Codicem Hebr. ſed ſine Pentateucho, poſſidet, quem laudat B. *Glaſſius* in Philolog. S. p. 22. tanquam talem, qui in regio membranæ folio elegantiſſime ſcriptus ſit, & vetuſtiſſimus, quique diligenter majori ex parte perquiſitus ne punctulo quidem a Codicibus aliis diſcrepare animadvertatur; niſi quod prima ſcriptio aliquam interdum dictionem omiſerit, quam ſecunda cura & iterata lectio ſtatim compleverit. Conf. *Io. Henr. Haneri* Obſervationes Philologico-Criticas §. 6. qui antiquitatem ejus ait cognoſci ex charta vitulina & detrito libri charactere: monet inſuper, Maſoram ibi pleniorem eſſe, quam in Bibliis Buxtorfianis, ac promittit editionem varietatum, quas in lite-

ris, vocalibus & accentibus invenerit. Paraphraſis Chaldaica ſingulis verſibus ſubjecta, &, quod mireris, tota accentibus inſtructa eſt. Laudat hunc Codicem Cl. *Michaelis* in diſſ. de Codd. Bibl. Hebr. MSS. pag. 5. Adde B. Tenzelii Dialogos menſtruos an. 1692. p. 870. ſq.

*Leidenſis* Academica oſtentat B. H. cum Maſora eleganter exarata in membrana, 8. Cod. 52. vid Catal. p. 312. ed. in 4. Hunc credo eſſe Codicem, qui in Catalogo Biblioth. Leidenſ. recentiſſimæ edit. in folio p. 409. n. 9. admodum nitide, calligraphice & cum punctis in pergameno ſcriptus dicitur, cujus etiam ſcriptura marginalis (quam de Maſora interpretor) referat elegantiſſimas figuras. Pro eo Iudæi Amſtelodamenſes aliquando 1400. florenos obtulerunt. Ibidem conſpicias Prophetas priores & poſteriores cum vocalibus in membrana non proletariæ antiquitatis: vid. Catalog. recentiſſ. editionis in fol. p. 409. n. 6. Inter Codices Scaligeri comparent *Pſalmi* cum ſcholiis Latinis alicubi.

*Lipſienſis* Senatoria ex *Wagenſeiliana* accepit *Pentateuchum* cum libello Ruth, Cantico, Threnis & initio libri Eſther, in membrana, ſexcentorum amplius annorum, quo nullum antiquiorem ſe vidiſſe Wagenſeilius in catalogo teſtatur. Metenſium Iudæorum judicio *Raſchi* eum ſibi olim paraverat. Textus punctis & accentibus, literæ בגדכפת lineola Raphe inſtructæ ſunt. In lateribus textus Targum Onkeloſi & Hieroſolymit. una cum comm. Raſchii, editis paſſim pleniore, comparent, ſicut in inferiore parte paginæ Haphthara cuique Paraſchæ conveniens cum ejusdem Raſchii comment. legitur. In eadem reconditus eſt *Pentateuchus* cum 5 Megilloth cum Pſalmis, Proverbiis Salom. & libro Jobi, membranaceus, vetus, integer pulcherrimusque in folio minore. Textus vocalibus & accentibus, a latere vero Maſora inſtructus eſt. Codex Orientalis eſt, & ab Occidentalibus plane diverſus. Quorundam librorum primæ literæ aut integræ voces initiales auro coruſcant. In fine exſtat hiſtoria fratrum Maccabæorum ſermone Chaldaico inedita ſub titulo מגלת אנטיוכוס· De utroque hoc Codice lege plura in Cl. *le Long* Bibliotheca Sacra, in Appendice ad caput II. p. 300. & in B. *Gottfridi Chriſtiani Gœtzii* programmate, quo Bibliothecam hanc uſui publico aperiendam indicit, p. 20.

*Londini* in Bibliotheca Weſtmonaſterienſi Pentat. Hebr. Chald. alternis verſibus, in membrana, pulchre ſcriptus, & ex Harmazia, vulgo Ormus, in ſinu Perſico, Londinum delatus. Vide *Walton.* prolegom. XII. §. 6.

*Mutina*

Digitized by Google

*Mutinæ* in Bibliotheca Ducis codex B. H. antiqvus & elegantiſſimus conſpectus eſt a Cl. *Montfauconio*, quod teſtatur p. 31. Diarii Ital.

*Mechliniæ* apud Jo. Clementem quondam fuit *Pſalterium Hebr.* dictum Anglicanum ideo, quod in Anglia exſtabat, & ex *Thomæ Mori* familia ad laudatum Clementem pervenit. Hoc *Guil. Lindanus* ex alterius relatione pro correctiſſimo & antiqviſſimo perperam habuit, ceu oſtendit Bened. Arias Montanus poſt præfat. de varia in Hebraicis literis lectione, qui αὐτόπτης confirmat, nec antiqvum eſſe librum, nec ab aliquo Hebr. lingvæ gnaro ſcriptum, ſed a Scriba Latinas eleganter pingendi literas non ignaro, octoginta aut ad ſummum centum abhinc (i. e. inde ab an. 1571.) annis depictum adeo corrupte, ut vix ullum verbum integritatem ſuam retinere videatur. Capitales literæ aliquot in initiis Pſalmorum aureæ ſunt, ſed quæ Latinam magis quam Hebraicam formam referant. Hac occaſione referam, quod idem *Guil. Lindanus* lib. 1. de optimo genere interpretandi Scripturas teſtatur, vidiſſe ſe antiquiſſimum Pſalterii Hebr. exemplar, cui nullæ fuerint punctorum aut accentuum figuræ adſcriptæ, ſed longe poſtea cum minio cœruleo & praſino appictæ, ita tamen, ut nusquam compareret *kametz* aut *kibbutz*, & nomen Jehova nusquam aliter quam his literis ייי (*) exprimeretur.



(*) Plura ejusmodi MSS. in quibus eadem ratio ſcribendi divini nominis obtinet, recenſet Cl. *Michaelis* in Diſp de Codd. MSS. Biblior. Hebr. p. 15 Eadem obſervatur in Codice Biblico *Wegneriano*, de quo ſupra. Nec deſunt exempla in editis exemplaribus. Bombergiana librorum Rabbinicorum editio an. 1517. in Paraphraſi Chaldaica exhibet, indignantibus, quod fando accepi, Judæis. Idem ab aliis obſervatum eſt in commentario Kimchii ſuper Jeſaiam & Jeremiam, Ulyſſipone an. 1513. edito. Myſterio rem non carere, ſpeciatimque SS. Trinitatem reſpici veteres juxta ac recentiores monuerunt. *Jo. Buxtorfius* p. 5. de Abbreviaturis: *Priſci*, inquit, (*ut magni autores volunt; notarunt* ייי *per tria Jodh, myſterii, ut putatur, cauſa* Notabilis eſt *Petri Nigri* locus, in tractatu contra perfidos Judæos his verbis conceptus pag. 25. *Aliqua autem exemplaria* (Geneſ. XVIII. ubi de apparitione trium Virorum Abrahæ facta) *figuram Dei hic habent, vel ſignetum Sanctæ Trinitatis, quod pro ſolo Deo accipitur. Eſt autem figura hæc ex tribus punctis modo trianguli ſituatis, circumducto ſemicirculo, compoſita. Per tria puncta tres denotantur perſonæ, per ſemicirculum vero unitas eſſentiæ. Cur autem ſemicirculo circumdentur, & non circulo integro, duplex poteſt aſſignari ratio. Primo quia fortaſſis fuit circulus perfectus quondam, ſed ne Chriſtiani argumentum ſumerent probandi unitatem divinarum perſonarum, per tria puncta ſignatarum, reliquam partem circuli Scriptores omiſerunt. Nec mirum, quia in omnibus fere locis, ubi cum textibus ſacramenta fidei clare habebantur, aut vocales vel ſyllabas vel etiam*

*Norfolciana* habet Pentateuchum Hebræum cod. 474. n. 3378.

*Norimbergenſis* publica copiam facit Pentateuchi Hebr. & Chald. alternis verſibus, cum Maſora & Raſchii commentario. Sparſim vero reperiuntur certa quædam fragmenta ex *Baal Hatturim*, ut videtur. Ibidem reperiuntur quinque Megilloth cum paraphraſi Chaldaic. & commentario Raſchii. Mutilus eſt hic codex aliquot in locis, ubi integra folia deſiderantur. Horum notitiam debeo præſtantiſſimo Norimbergenſium Theologo *Io. Wulfero.*

*Oratoriana* Pariſienſis aſſervat B. Hebræorum codicem membranaceum in forma quadrata in folio, literis mediocribus & elegantiſſimis exaratum cum quibusdam Maſoræ notis. Vocales & Maſora recentiorem manum referunt: præmittuntur variæ lectiones ben Aſcher & ben Naphthali. Cod. 53.

Ibi-

*tiam integras dictiones omiſerunt vel addiderunt, ut ſententiam textus corrumperent. Quia etiam figura hac, quamvis hactenus ignota Chriſtianis, maximum Sanctiſſ. Trinitatis prabet argumentum, toto ex Pſalterio, ubi 50. ferme ponebatur vicibus, & adhuc ponitur in exemplaribus Hiſpanorum, in exemplaribus Alamanicis deleta eſt, loco cujus figura Judai noſtri nomen Dei quatuor literarum ponunt. Cum igitur totam figuram obmiſerint in exemplaribus ſignandam, cur non eos obmiſiſſe ſemicirculum ſuſpicabimur? Secunda cauſa eſt. Nam per tria puncta Trinitas divinarum ſignatur perſonarum: per circulum vero unitas eſſentia: ſed quia in circulo perfecto neque principium eſt, neque finis: inter perſonas autem & principium & finis eſt originis, ſemicirculo aptius quam circulo integro deſignatur. Semicirculus enim neque alterius quam circularis figura pars eſſe poteſt, unde recte ſemicirculus ille, ab uno puncto incipiens, per alterum punctum in tertium tendens certam originis formam inter divinas oſtendit perſonas.* Confer de eadem ſcriptione differentes *Joh. Stephan. Rittangelium* in præfat. ad librum vernaculum *de Solennitatibus, precibus & collectis Judaeorum* B. 2. *Athanaſ. Kircherum* in Oedipo Ægypt. Tom. II. p. 114. & in Prodromo Copto p. 210. 211. *Chriſtoph. Helvicum* in Elenchis Judaicis p. 178. edit. Crenianæ, *Pet. Haberkornium* Syntagm. II. pag. 13. *Steudnerum* in libello Germanico: Jüdiſche Abc-Schule/ p. 107. ſq. B. *Jo. Henr. Majum* Judæorum potiſſimum hanc in rem loca afferentem Differt. Sacr. Loc. II. p. 128. & *Io. Leusdenium* in Jona Illuſtrato p. 32. Tria illa *Jodim* ex triplici י quod in verbis tribus formulæ benedicendi populo יברכך ישמר & ישא occurrit, deſumta eſſe cenſet auctor libri מערכת האלהות p. 10. Hodie in Paraphraſibus Chaldaicis nomen Dei eſſentiale per יְיָ exprimitur, quod ſymbolum duplicis nominis יהוה & אדני interpretatur Clariſſ. *Hillerus* de Arcano Keri & Ketibh lib. I. pag. 206. De ſuperſtitioſis quibusdam modis nomen divinum יהוה & אלהים v. c. per יהות, ידוד, אלקים &c. exarandi, lege Cl. *Danzium* in Rabbiniſmo Enucleato §. 67. & B. *Opitium* in Chaldaiſmo p. 3.

Digitized by Google

Ibidem invenias B. H. cum Targum Onkeloſi in Pentateuchum, alternis verſibus, 3 voll. in fol. cod. 26--28.

Alius codex membranac. in fol. additas habet notas quasdam Maſorethicas, mediocri charactere ſcriptas: cod. 56.

Iterum alius membran. cum Maſoreth. notis charactere prægrandi cum punctis recens additis, in fol. cod. 57.

Præterea adeſt *Pentateuchus*, 5 Megilloth & Ketuvim cum Maſora, membran. in fol. literis grandioribus & elegantiſſimis; puncta recentioris ſunt manus: cod. 59.

Oculos præ ceteris ad ſe alliciunt Prophetæ priores & poſteriores, exceptis minoribus, cum excerptis ex Maſora, & variantibus Lectionibus codicis Hilleliani. Codex membran. in fol. literis grandioribus quadratis & perpolitis exaratus. Scripſit illum Moſes Cohen ben Moſe Cohen in uſum הנשיא i. e. Principis, Theodori Levitæ ben Meir an. 967. C. 1208. in urbe Burgos. Exſtat n. 54. & talis viſus eſt *Rich. Simonio*, ut nullum unquam eo præſtantiorem ſe vidiſſe afferat lib. I. cap. 22. Hiſtor. Crit. V. T. Adde Epiſtolas ejus ſelectas Amſtelod. 1700. edd. p. 16. & Bibliothec. Critic. Tom. III. p. 428. Vide de eodem & aliis Oratorianis Codd. *Io. Morinum* in Exercit. IV. de Pentat. Samarit. pag. 360. & in Exercitatt. Biblicis p. 468. item *Rich. Simon* in Epiſtolis Select. l. c. ubi ſpeciatim monet, & poſtremum illum Codicem, & alios ejusdem Biblioth. ad Maſoram recognitos, adeoque hinc inde mutatos eſſe. Denique & dantur ibi Prophetæ poſteriores, in membrana. Codex eſt membran. in fol. charactere grandiori in Oriente ſcriptus: n. 58.

*Oxonii* in Bodlejana invenias B. H. 2 voll. in fol. cod. 5350. 5351. 5945. 5946. in 4. & 3198. item cum Targum Onkeloſi alternis verſibus n. 2878. 2879. 2880. *Pentateuchum* Hebr. & Chald. alternis verſibus, cod. 1261. & 1262. *Pentateuchum* Hebr. tantum ib. cod. 4959. 5748. -- 5750. Prophetas priores & poſteriores, cod. 5254. Eosdem excepto Abdia, Hebr. & Lat. ibid. n. 1475. *Iobi* librum Hebr. cum 2 verſionibus Arabicis & comm. Arab. R. Seadjæ, in codice vetere: ibid. n. 5938. Inter MSS. *Huntingtoniana* ſpeciatim *Pentateuchus* exſtat pulchre ſcriptus cum Maſora in fol. membranaceus n. 69. Deſunt voces initiales, tituli manu recentiori ſunt appoſiti: non videtur magnæ antiquitatis. Ibidem n. 235. Pentateuchus membranaceus alius, ſed nullius valoris, mutilus, transpoſitus, inverſus pro lubitu Bibliopegi. Megilloth ſunt ſine punctis, in ceteris vero punctatio videtur manus recentioris. Nulla adeſt

Maſora, nullum Keri. Pentateuchus præter Geneſin, n. 475. in 8. Ibidem n. 12. pars Bibliorum cum Maſora in fol. Incipit a Geneſ. XXXI, 21. & perducitur ad 2 Chron. IX. Adſunt vocales, accentus & linea Raphe. In eodem volumine aliæ Bibliorum partes iterum cum Maſora fol. Initium fit a 1 Regg. XXII. 35. finis autem in 1 Chronic. IX. 11. Fragmenta *Prophetarum* minorum, ibid. n. 604. in 12. *Prophetæ poſteriores* cum Maſora parva tantum in membrana in 4. n. 261. codex exigui pretii. *Paralipomena*, Pſalmi, Proverbia & liber Judicum cum Maſora, n. 591. in 8. *Daniel* & *Eſra*, ib. n 367. in 4. Liber *Eſther* cum comment. Hebr. R. Iſaac Aramæ, qui exſtat. In margine adeſt verſio Arab. Eſther. n. 416. in 4. Volumen Haphthararum n. 617. & alia duo ibidem n. 619. & 620.

Inter Codices *Pocockianos* Bibl. Hebr. 2 voll. in 4. n. 347. 348. Pentateuchus Hebr. Chald. & Arabicus 2 voll. in fol. n. 395. & 396. Scriptus eſt literis Hebræis in uſum Judæorum verſiculatim, anno æræ contract. 1760. i. e. C. 1450. per *Eliam ben Jeſchua*, *bar Chalpon Hachaſan*, in urbe חמת רעל נהר מרוד. Præponitur præfatio Arabice ſine Auctoris nomine, qui eſt Saadja. Vide Pocockii præfat. ad Variantes Lectiones Pentateuchi Arabici. *Exodus* & *Leviticus* cum vocal. in 12. *Proverbia* Salomonis Hebr. & Arabice, verſiculatim ibidem n. 285. item *Pſalmi* Hebr. & Arabice cum ſcholiis, ibid. n. 281. in 4. *Pentateuchus* & *Pſalmi*, item 5 Megilloth, & Lectiones Biblic. pro diebus feſtis in 8. n. 30.

Inter MSS. *Eduardi Bernhardi*, quæ ad eandem Biblioth. acceſſerunt, exſtant *Jeſaias* in Volumine chartaceo cum punctis in 8. item *Pſalterium* cum punctis & commentariis MSS. in 8. Codex membranaceus & vetuſtus.

Inter Codd. *Mareſchallianos* Pentateuchus Hebr. Chaldaicus alternis verſibus, una cum 5 Megilloth, Haphtharoth & libro Jobi in fol. n. 1. Item libri Samuelis, Regum, & Prophetarum Hebr. in fol. Horum codicum notitiam debeo liberalitati & induſtriæ V. C. *Io. Gagnerii*, de hoc ſtudiorum genere jampridem præclare & ſupra laudem promeriti.

In Bibliotheca Collegii Corporis Chriſti inveniuntur duo volumina Bibliorum, quibus continentur Pentateuchus & Prophetæ cum duplici verſione Latina, Vulgata ſcilicet & altera per aliquot libros interlineari: Cod. 5. n. 1472. In Biblioth. eadem 1 Samuelis Hebr. & Lat. uterque Chronicorum cum verſ. interlineari, Pſalterium Hebr. cum duplici

plici verſione Latina, Gallicana & Romana, e regione oppoſita, & aliud Pſalterium cum una verſione Latina, ſcilicet Romana. Vide *Humfred. Hody* de Textibus Bibl. Originalibus p. 450.

In Biblioth. Collegii S. Johannis Bapt. Volumen Hebræo-Latinum cum alia verſione interlineari, complectens libros Joſuæ, Judicum, Cantici & Eccleſiaſtæ.

*Patavina* habet B. H. cum Maſora, charactere Germanico in fol. teſte *Tomaſino*, p. 28.

*Pariſienſis* Regia B. H. cum Targum Onkeloſi in Pentat. alternis verſibus 2 voll. in fol. Ibidem conſpicitur Codex membranaceus, charactere Hebræo-Germ. Cod. 1. & 2. Codex nullius eſt pretii, & fertur tamen, Venetos hoc exemplar ob MS. antiquitatem Henrico III. Chriſtianiſſimo Regi dono obtuliſſe. Vide *Io. Morini* Exercit. IV. de Pentat. Samarit. pag. 362. Ibidem cod. 4. B. H. cum Maſora, charactere Germ. in fol. 3 voll. B. H. cum punctis, notis quibusdam Maſorethicis & pluribus indicibus & lectionibus variis ex ben Aſcher & ben Naphthali. Puncta videntur recens addita; prima pagina & aliæ quædam viticulis auro & minio depictis ornatæ ſunt. Codex in folio, magno ſtudio & arte in membranis puriſſimis perpulchro charactere ſcriptus. *Rob. Stephanus* illum inprimis ſecutus eſt. Vide *Morinum* l. c. p. 362. Pentat. & 5 Megilloth in membrana in fol. nitido & majori charactere: cod. 9. Ibidem aliud exemplar Pentateuchi cum quibusdam notis Maſorethicis, membran. in fol. Character maximus eſt & nitidiſſimus, vocales vero recens additæ. Cod. 12. Digna eſſe hæc & alia Biblioth. Regiæ exemplaria MSS. ad quorum fidem nova curetur editio Bibl. Hebraicorum, cum adhuc a nemine ſint conſulta, ſtatuitur in Bibliotheca Critica Richardi Simonii Tom. III. pag. 453. Hagiographa in membrana, in fol. charactere magno & venuſto: n. 15. In eadem adhuc deprehenditur Volumen rotatile Pentateuchi Hebr. MS. quod Naſrallah, Medicus Arabs, Damaſco oriundus, Regi Galliæ an. 1700. cum aliis tribus MSS. Arabicis obtulit. Exemplar illud fuerat olim in vico Jubar juxta Damaſcum, tantæ inter Judæos auctoritatis & exiſtimationis, ut, qui ſuper illo juraret, aut in eo legeret, profanaſſe id crederetur. Lege Animadverſiones Hiſtoric. Hamburg. an. 1701. p. 94. Adde Rich. Simonii Biblioth. Criticam Tom. IV. p. 226. De *Colbertina*, *Oratoriana* & *Sorbonenſi* Biblioth. vide ſuis locis.

*Regiomonte* Bibliotheca Regia habet codicem mutilum, ſed ſatis anti-

antiqvum in folii forma, punctis & Maſora utraque inſtructum, ſed non admodum luculente exaratum. Inſcriptio, quam Cl. *Theophilus Sigefridus Bayerus* facilis mecum communicavit, ita habet: *Codicum Propheticorum hic liber exemplaris præſentis, quod charta pergamena eſt inſcriptum, initio & fine lacerum, incipit a verbis:* הריעו כי נתן יהוה לכם את העיר, Joſ. VI. 15. *Deſinit idem in verbis:* וילך חלקיהו ואשר 2 Paralip. XXXIV. 22. *Hunc Cl.* Jo. Steph. Rittangelius *ad Bibliothecam Sereniſſ. Principis Electoris Brandenburg. Pruſſiam inferri curaverat circa annum a N.C. 1641. a Podlachia, Ruſſia aut Podolia Judæis, cum quibus ille fuerat converſatus ſuo tempore. Id quod partim e ſuperiorum notitia temporum deſuper requiſitus atteſtor Regiomonti 8. Januar. 1676.* M. Steph. Gorlovius, *P. P. Hebr. L. & Oriental. Ordinarius.*

*Romæ* B. H. in Bibl. Vatic. inter Codd. Ducis Urbin. teſte Poſſevino. Ibid. Pentateuchus cum Targum & 5 Megilloth in 4. In eadem Vatic. duo volumina Pentateuchi antiquiſſima ſine punctis, in quibus membrana vetuſtate exeſa eſt, teſte Jo. Viccars in præfat. Decaplorum. B. *Henr. Opitius* in præfat. ad Biblia Hebr. teſtatur, ſe, cum intellexiſſet dari in Vatic. MS. eximium, nulli in ſuo genere ſecundum, collationem ejus a Lectore in Seminario Romano fruſtra per literas petiiſſe. Ibidem Biblioth. Chiggiana Codicem Biblicum elegantiſſimum repræſentat, teſte Montfauconio p. 237. Diarii Ital.

*Sorbonæ* Bibliotheca exhibet B. H. cum Targum Onkeloſi alternis verſibus: cod. 1. Item Pentateuchum cum Targum & 5 Megilloth codicem membranac. in 4. litera ſat venuſta: n. 5.

*Tiguri* in Bibl. Scaphuſiana deprehenduntur B. H. antiquæ ſcriptionis in fol. De alio Codice Tigurino vid. ſupra ad an. 1495. In Bibl. Civica exſtat antiqvum exemplar quinque Megilloth, teſte Hottingero p. 125. Bibliothec. Quadrip.

*Venetiis* Biblioth. Ant. Capelli, Patricii Veneti, exhibet B. H. antiquæ ſcriptionis, queis elegantiora ſe non vidiſſe teſtatur Cl. Montfauconius p. 63. Diarii Italici. Ibidem ex eadem Bibliotheca memoratur pars altera Bibliorum Hebraic. antiqua.

*Vindobonæ* in Biblioth. Cæſar. reperitur Pentateuchus in fol. cod. 8. Vid. Catalogum Neſſelianum. Ibidem codice 3. Pſalmi, Job, Daniel, Prophetæ, codex antiquo charactere ſcriptus.

*Ungeriana* in Sileſia Herrnlaurſchitzii exhibet Pentat. Hebr. & Targum alternis verſibus, una cum Jobo in membranis in fol. ſcriptum, ſed

ſed ἀκέφαλον. Præterea Pentateuchum mutilum ſed antiquiſſimum, ſine punctis & accentibus in membrana, in 4. Tum vero Prophetas priores & poſteriores in fol. & eosdem cum Maſora in fol. Denique & Pſalterium cum comment. Palthielis in fol. Hos codices vidi recenſitos in Catalogo MSS. Cl. *Bourgveti*, ex cujus Bibliotheca ad Chriſt. Theophilum Ungerum τὸν μακαρίτην eos perveniſſe intellexi.

*Upſaliæ* codex Pentateuchi membranaceus pervetuſtus ex Laur. Odhelii dono.

*Vratislaviæ* in Bibliotheca Magdalenæa deprehenditur codex membranaceus in fol. majori, continens librum Joſuæ, Judicum, utrumque Samuelis, Regum, Prophetas majores & minores, item Pſalmos, Proverbia, Jobum, Daniel, Eſram, Nehemiam & Paralipomena: ſine Targum; cum Maſora, ſæpius ſub habitu variorum animalium repræſentata. Scriptus is eſt per *Ioſephum* לבלר (i. e. librarius ſeu Scriba) Gallum, in gratiam *Menachem ben David*, charactere quadrato eleganti. Donum eſt Eliæ Hutteri. Vide Muſeum librorum novorum Parte XII. p. 955.

Addatur his Codex B. H. charta maxima in pergameno prægrandioribus literis, more Judæorum Germanorum, exaratus, in cujus volumine priori punctatio Chald. a qualibet alia tam in editis quam MSS. Codd. mire diſcrepat, & longe quam in aliis perfectior apparet, judice Rich. Simone in Diſquiſitt. Criticis de variis Bibl. editt. c. 13. p. 103.

Inter *Sinenſes* quoque in urbe *Cai-fum-fou* in quadam Judæorum Synagoga inventus eſt Codex antiquiſſimus, de quo vide fuſius diſſerentem Cl. le Long p. 84. ſq. Biblioth. Sac. ex collectione ſeptima epiſtolarum curioſarum gall. editarum, & Nic. Trigautio lib. I. de Chriſtiana expeditione apud Sinas cap. 11. In *Æthiopia* Judæos ſuas habere Synagogas, ſuaque Biblia Hebræa, & forte illa antiqua, ideo quod ſecure in tam munitis locis incolatum egerint, refert *Jobus Ludolfus* in Hiſt. Æthiop. l. 14. 42. Pentateuchum MS. Judæorum more involutum & ex Oriente allatum recenſet *Rich. Simon* in Biblioth. Critica Tom. IV. ep. 27. p. 226. ſq.

Hac occaſione dicam nonnulla de Pentateuchis illis MSS, quibus Judæi in Synagogis ſuis uti conſveverunt. Singularem, imo ſuperſtitioſam diligentiam in illis deſcribendis adhiberi tralatitium eſt & abunde cognitum. Inter Judæos de hac re præcipiunt *Alphes* Halacha Sepher Tora, *Maimonides* in Tract. de Tephillin & *Jac. ben Aſcher* in Arba Turim, in Jore Dea fol. 65. ſqq. Leges in hoc negotio obſervandas ex

ipſis Judæorum ſcriptis conſignavit diligenter *Joſ. Voiſinius* in notis ad proœm. Pugionis Fidei Raym. Martini p. 104-111. & *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* ex libro MS. עץ חיים in notis ad Sota p. 22. & 367. & in comment.. de Phonaſcis p. 403. Adde ex Judæis recentioribus Leonem Mutinenſem in lib. de ritibus hodiernorum Judæorum Part. I. c. 10. Ex Chriſtianis conſule *Jo. Buxtorfium* in Synagoga Judaica c. 9. *Jo. Leusdenium* in Philologo Hebræo Diſſ. 34. *Jo. Henr. Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 141. & p. 543. *Vorſtium* ad Tract. Maimonid. de Fundamento Legis p. 81. *Wilh. Schickardum* de Jure Regio Hebræorum c. II. theor. 5. cum notis Carpzovii & in Bechinath Happeruſchim p. 11. *Rich. Simonem* in Hiſt. Critic. V. T. lib. I. c. 2. p. 108. ſq. & in Diſquiſitionibus Criticis c. 2. item in Biblioth. Critica Tom. IV. p. 227. ſq. & *Jo. Morinum* in Exercitatt. Biblic. p. 435. ſq.

Atque illa quidem accuratio non parum confert ad cultum reliquum, quem Judæi ejusmodi Legis voluminibus ſuperſtitioſe deferunt. Ita in Maſſechet Sopherim c. 2. §. 11-13. præcipitur: *nemo projiciat librum* (ſcil. Legis) *e ſinu ſuo, quod vergeret ad contumeliam ejus: non ponat ſuper genua, & innitatur cubitis, ut ſic legat, ſecundum R. Nehemiam, non ſit in pulpito ſuſpenſus, ſed teneatur manu cum timore, atque ſic legatur. Nemo diſpergat de loco in locum, non reponat in lecto, nec ad pedes, nec infra lectum: nemo inſideat lecto, ſuper quo jacent libri.* Conf. *Maimonid.* Hal. Tephillin c. 10. §. 6. Adde *Schickard.* de Jure Regio Hebr. p. 130. cum notis Carpzov. & in Bechinath Happeruſchim p. 12. ſq. item *Vorſtium* ad Maimonid. de fundam. Legis p. 81. Ad hunc cultum pertinet, quod ſuper ejusmodi Volumine jusjurandum praeſtare ſolenniter ſoleant: quam in rem vide Cl. *Schudtii* Memorabilia Judaica lib. VI. c. 28. p. 72. ſqq. Ex ſingulari hac exiſtimatione fit etiam, ut volumen illud, quoties legendum eſt in Synagogis, cum veneratione promant, elevent, oſtentent, circumferant, & Lectoris munus obire præclarum putent, imo pretio etiam ſibi vindicent. Vide eundem Schudtium l. c. p. 286. ſq.

In ſcripto ejusmodi volumine nunquam debet deleri nomen יהוה ſi forte minus recte exaratum ſit: vide Wagenſeil. ad Sota p. 27. & p. 1156.

De תגין i. e. coronis, ſeu apicibus, quos in formam cornu aut coronæ ornatus gratia quibusdam literis appingunt in ejusmodi Synagogarum Codicibus vide Rich. Simon in Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. c. 6. p. 40. De his ſingularem librum ex Judæis ſcripſit *Abraham Picks*, qui lauda-

laudatur in מעשה אפור Conf. Biblioth. Hebr. n. 135. & 316. p. 191.

Vocalibus punctis & accentibus deſtitutos hos Codices eſſe debere nemo eſt, qui neſciat. Legatur interim *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblic. p. 437. qui una cum *Ludov. Cappello* inde punctorum novitatem adſtruere conatur fruſtra, ceu ab aliis, ac nominatim *Jo. Buxtorfio* in tract. de vocalium origine & antiquitate oſtenſum eſt. *Haphtharæ* tamen, i. e. Sectiones Propheticæ Paraſchis ſive Sectionibus Legis reſpondentes, punctis inſtructæ eſſe ſolent.

Succedunt his ea MSS. quæ libros quosdam V. T. *Apocryphos* vel *Novi Teſtamenti* Canonicos ex Græco Hebraice converſos ſiſtunt. Chaldaica Danielis & Esdræ, Canonicorum Scriptorum, capita Hebraice a Levi b. Gerſon translata MSS. habuit *Huetius*: vide Biblioth. Hebr. Part. I. p. 728. Hottingerus ſcripta Apocrypha V. T. hebraice facta ex Judæi dono poſſedit. Vide Theſaurum ejus Philolog. p. 315. Eadem a *Dominico Hieroſolymitano* an. 1627. Romæ in Collegio Neophytorum translata in eodem collegio exſtant, teſte Bartoloccio Part. II. p. 282. Biblioth. Rabb. Hiſtoriam Judithæ hebraice converſam & MStam poſſidet R. Dav. Oppenheimer in 8. in eodem volumine, quod ספורי מעשים ſive narrationes variarum hiſtoriarum continet.

N. T. ex Hebr. Græce convertit *Jacob* vel *Simon Jatamaus*, patria CPolitanus, & tandem Thebarum Archiepiſcopus, ita quidem, ut linea lineæ & vox voci e regione oppoſitæ reſponderet. Vide Sixtum Senenſem lib. 4. Biblioth. S. & *Auguſtinum Juſtinianum* in epiſtola, quæ exſtat p. 105. Biblioth. Geſneri. Confer infra dicenda, ubi de Bibliis Polyglottis in fine.

N. T. ex Latino hebraicum fecit *Dominicus Hieroſolymit.* cujus MS. exſtat in Biblioth. Collegii Neophytorum Romani: v. Biblioth. Hebr. n. 527.

Ex Græco itidem Hebr. convertit *Oswaldus Eraſmus Schreckenfuchſius*, teſte Mich. Neandro in Epiſtolis de Bibliis Elianis p. 98.

Ex Latino idem fecit *Georg. Mayr*, Jeſuita quod tradit *Phil. Alegambe* in Bibl. Soc. Jeſu. Verſio *Joannis Kemper*, Judæi converſi, olim dicti *Moſis de Cracovia*, cum brevibus notis MS. exſtat. Vide Bibl. Hebr. n. 1648.

N. T. integri verſionem Hebr. animo aliquando volvit *Hugo Broughtonus*, teſtante epiſtola ejus ad Reges, Principes & Politarchas data, in qua hæc verba leguntur: *Verterem, Deo monſtrante viam, N. T. Hebraice, non ut interpres, ſed ut orator: iisdem ſententiis, quas Apoſtoli græce reddiderunt.*

*runt.* Vide eam integram in Cl. *Schudtii* Memorabilibus Judaicis Parte IV. continuat III. p. 110. ſq. B. *Chriſt. Theophilum Ungerum*, quem literis Hebraicis omnique cultioris doctrinæ generi nimis cito ereptum dolemus, verſioni N. T. Hebr. quam usque ad 1. ad Corinth. epiſtolam deduxerat, immortuum eſſe, Amici literis edoctus ſum.

De Evangelio Matthæi hebr. ſed barbare & inepte converſo per R. *Schem Tov b. Iſaac Sprot*, vide quæ diximus in Bibl. Hebr. n. 2157.

Idem Matthæi Evangelium MS. in 4. in Biblioth. Colbertina cod. 3924. ex quo editum eſt a *Jo. Tilio.* Aliud exemplar accuratiori & puriori ſtylo a Judæo ex Lat. vel potius Italica verſione translatum ſe vidiſſe ait *Rich. Simon* in Hiſtoria Crit. verſionum N. T. c. 20. p. 233. ubi plura leget, qui voluerit. Idem Matthæi Evangelium Hebr. & Græce in membrana, Venet. in Bibl. S. Marci, pluteo 37. teſte Montfauconio p. 42. Diarii Ital.

Evangelia *Joannis* & *Lucæ* per *Erhardum Schieggium* hebr. facta, teſte *Imbonato* p. 38. Biblioth. Lat. Hebr.

Acta Apoſtolorum, & reliquos N. T. libros *Jo. Bapt. Jonam*, Ex Judæum hebr. transtuliſſe præter Evangelia, in lucem edita, auctor eſt *Bartoloccius* Parte III. Biblioth. p. 51.

Ex omni iſta MSS. Biblicorum Hebræorum recenſione apparet, noſtram ætatem illa majorum noſtrorum feliciorem eſſe, qua & ſæpius & pluribus in locis Codices Biblici Hebr. manu exarati offeruntur, quam olim, ubi in maxima felicitatis parte ponebatur, codicem ullum vel ſaltem partem ejus oculis conſpexiſſe. Recte omnino *Hottingerus* in Bibliothecario Quadripartito p. 124. *Bibliorum Codices in Europa MSS. ἀναθήματα erant & κειμήλια in Regum, Principum, Ordinum &c. Bibliothecis depoſita.* Hinc factum eſt, ut *Jo. Weſſelus* Gansfortius an. 1489. defunctus, cum a Sixto IV. Pontifice beneficium petere juberetur, dari ſibi voluerit exemplar Bibliorum Hebr. & Græc. ex Bibliotheca Vatic. Vide Henr. Pantaleonem de German. illuſtr. & Scriptorem Vitæ Weſſelianæ, qui poſterior teſtatur, illud exemplar diu *Groningæ* fuiſſe apud Virgines ſpirituales, & adhuc fragmenta quædam reſtare. Sic & *Johannes Reuchlinus*, miſſus a Ferdinando III. Imperatore ad Barbatum, Principem Wirtenberg. ab eo antiquum Bibliorum Hebr. exemplar petiit. Vid. Jo. Braſſicanus in præfat. ad Salvianum. *Joſias Simlerus* quoque de hac raritate conqueritur in epiſt. ad Reuchlinum an. 1509. data, ubi inter cetera ait: *Tu nobis anſam capulumque falcis præbe, & vel Pſalteriolo, uti pollicitus es,*

*es, ſuccurre, mox mox ad ædes tuas redituro quam primum.* Hinc nec mirum eſt Ximenium Cardinalem conquirendis ſeptem Hebræis exemplaribus ad curandam editionem Complutenſem impendiſſe 4000. aureos, ceu teſtatur *Alſtedius* lib. 32. c. 7. Encyclopædiæ. Confer *Humfred. Hody* de Textibus Original. Scripturæ p. 450.

Ex eadem recenſione manifeſtum eſt, quousque adſcendat Codicum, hodie obviorum, antiquitas, ſi eam ex æra temporis hinc inde adſcripta, quæ non contemnenda nota eſt, modo ab errore librarii aut fraude impoſtoris libera ſit, æſtimare velimus. Ita omnes annis ſuperat Codex, Bibliothecæ Phorcenſi a Reuchlino donatus. Hic enim ſcriptus eſt an. 4866. C. 1106. Quæ de reliquorum nonnullorum vetuſtate, nominatimque illa Berolinenſis, feruntur, partim incerta ſunt, partim manifeſto falſa, & non temere amplectenda. Interim tamen negare nolim, antiquiora his exſtare in regionibus inprimis Orientalibus, cum antiquiſſimi etiam Codices nec temporis notam nec librariorum nomina interdum repræſentare ſoleant. Saltem iſti Codices, qui ætatem, quam diximus, præ ſe ferunt, ex antiquioribus ſunt deſcripti. Itaque nondum video ſecure concedere nos poſſe in aſſertionem *Richardi Simonii*, quam cap. VIII. Hiſtor. Crit. Verſionum N. T. reliquit in eam ſententiam, quod nulla apud Judæos codicis Biblici MSS. exemplaria exſtent, ſexcentis aut ſeptingentis antiquiora. Conferatur idem in Biblioth. Critica Tom. III. p. 315. & in Epiſt. Selectis, Amſtelod. 1700. editis p. 15. Liberalior tamen idem eſt in Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. c. 24. p. 121. ubi ait, non inveniri poſſe Codicem nongentis annis antiquiorem; quod idem repetit lib. 3. p. 175. ed. Lat. Viciſſim *Iſaacus Voſſius* in Reſponſione ad iteratas Simonis objectiones p. 176. affirmat, codices punctatos non inveniri vetuſtiores quinque ſæculis, idque ex eo probare annititur, quod nullum antiquiorem inter ſeptingentos Codd. in Bibliotheca Reginæ Sveciæ invenerit. Adfuiſſe quidem antiquiorem fatetur, ſed cui puncta ab alia manu adjecta fuerint. Eandem ætatem MSS. *Jo. Morinum* in quodam Exercitatt. Biblic. loco adjudicare memini.

Subſcriptionibus quidem ſeu notationibus ejusmodi temporis fides non ſemper haberi temere debet. Celeberr. *Dan. Erneſtus Jablonski* in præfat. ad Biblia Hebræa Berolin. §. 35. in hanc rem ita: *cave*, inquit, *credas antiqua eſſe, quorum inſcriptio longam ætatem præfert. Quæ enim inſcriptiones veræ ſunt, eadem ſunt recentes; quæ vetuſta, eas ſuppoſititias eſſe nullus ambigo. Mibi non contigit videre librum Hebraicum inſcriptione genuina ornatum,*

*cujus ætas an. 1336. ſuperaret.* Itaque neceſſe eſt, ut criteria quædam alia, quoad fieri poteſt, ſuppeditentur, ex quibus tum *de antiquitate*, tum de *bonitate* codicis alicujus judicium formari poſſit.

Quod ad dijudicandam antiquitatem ac ſpeciatim ſubſcriptionis fidem pertinet, multum refert, rationem habere librariorum, quorum nomina utplurimum addi ſolent. Horum enim ætas, ſi aliunde forte cognita ſit, jugulat ſæpe ætatem ſcriptioni codicis adſignatam. Cavendum tamen ſedulo eſt, ne librarii ſeu Scribæ, qui textum quod ad conſonantes exaravit, nomen, cum nomine Punctatoris, qui vocales ſæpe aliquot annis, imo Sæculis, poſt, addidit, confundatur. *Librarius* ſolet vocari לבלר, ſeu סופר punctator autem נַקְדָן Hoc argumento inſcriptio Pentateuchi &c. punctati Berolinenſis, qua ad A.C. 334. referebatur, fictionis convincitur manifeſte ex ætate *Eliæ* nepotis Berachjæ Hannakdan. Cum enim hic Berachja floruerit A. C. 1400. (vide Biblioth. Hebr. n. 435.) conſequitur Eliam ejus nepotem in medium vel extremum Sæculum XV. incidere, atque adeo ipſius Codicis ætatem ab hoc tempore non abeſſe. Vide plura in Biblioth. Hebr. n. 257. In hanc rem conſultum omnino eſt, exactum habere Indicem & Scribarum & Punctatorum, qui vel in MSS. Codd. Biblicis, vel alibi, memorantur, addito, quo vixerunt, tempore. Hujus inſtituti ſpecimen præibo ipſe, ſuppeditato indiculo ſcribarum & Punctatorum Judaicorum, quem infra in calce tractationis de Maſora exhibiturus ſum.

Ubi vero inſcriptio & nota ætatis prorſus abeſt, ad alia recurrendum erit ſigna, quorum quatuor ſcite commemoravit eruditiſſimus Jablonskius in præf. ad Biblia Hebr. Berol. §. 37. Antiqvum is Codicem æſtimari vult 1) ex *Scriptura*: ſi ſit elegans, ſine artificio, & priſca ſimplicitate venerabilis, ubi etiam putat, a Codice vere antiquo *Keri* & *Kethib* abeſſe debere. Conf. *Rich. Simonem* in Hiſt. Crit. V. T. lib. I. c. 23. pag. 117. 2) ex *Maſora*, ſi vel nulla adſit, vel parca, quippe quam olim in libros ſingulares ſeorſim relatam eſſe conſtat. Si igitur codex cetera antiqvus nullam prorſus habuerit, perantiqvus erit, ſi vetuſtus ſolam Maſoram parvam præferet, mediæ erit ætatis; ſi utramque, textum habere poſſunt antiqvum, Maſora autem novitatis ſuſpecta erit. 3) ex *continua ſcriptione*, ubi vetuſtiſſimi Codicis indicium foret, ſi quinque libri Moſis non magis quam reliquæ ſectiones Legis ab invicem diſtingvantur, quia tota Lex Cabbaliſtarum teſtimonio olim unus veluti פסוק ſeu verſus fuit.

4) ex

4) ex defectu emendationum aut interpolationum Criticarum, quæ nonnunquam priſcis Codd. a Judæis, eos ad Maſoræ leges reformantibus, adfricari ſolent. B. *Jo. Saubertus* in Appendice ad Varias lectiones ad Evangel. Matthæi affirmat, illos Codices *Virorum doctorum judicio eſſe antiquiſſimos*, qui textum Hebr. & Chald. paraphraſin alternis verſibus ſcriptum exhibeant. Sed non præter rationem huic ſententiæ ſe opponit *Rich. Simon* in Biblioth. Critica Tom. III. p. 314. ſq. inter cetera teſtatus, omnia ejusmodi exemplaria, ſibi quidem viſa, nova eſſe & a Judæis Germanis minus curate exarata. Hæc de æſtimanda Codicum antiquitate ſufficiant.

Ab illa ex parte pendet quoque *bonitas*, ad quam inde, ſi cetera ſint paria, non inepte colligitur. Sed ſunt tamen & alia, quæ hic merito in cenſum veniunt, ſcilicet, ſi reſpiciatur, partim *a quibus*, partim in *quorum* gratiam, aut in *quem uſum* Codices ſint exarati. Ita qui a Judæis *Hiſpanis* profecti ſunt, Judæorum & Chriſtianorum judicio *Germanicis*, *Gallicis* & *Italicis* præſtant, ideo quia Hiſpani caſtigandis ſuis Codicibus præ ceteris animum applicuerunt, *καλλιγραφίας* etiam ſtudioſi. Confirmant hoc R. *Menachem de Lonzano* in אור תורה & R. *Immanuel Aboab* in Nomologia: uterque locus ſupra allatus fuit in medium. Conf. *Rich. Simonem* in Disquiſitionibus Criticis de variis Bibliorum editt. c. 2. p. 10. qui in Hiſt. Critica lib. I. c. 21. p. 111. tradit, codices illos Hiſpanicos nuspiam, quam *CPoli*, *Theſſalonicæ* aut alibi, quo in Orientem Judæi Hiſpani pulſi fuere, inveniri. Cum hoc conſentit *Imm. Aboab* in Nomologia p. 221. quem locum ſupra adduximus. *Erfurti* tamen Codicem in Hiſpania exaratum deprehendi ex erudita & forte non infelici Cl. *Michaelis* conjectura ſupra monuimus, cum de *Erfurtenſibus* Codd. exponeremus. Cum itaque multum referat, noſſe, cujus gentis Scriptorem habuerit Codex, hic quoque de criteriis quibusdam ſoliciti eſſe debemus. Ea recenſebo ejusdem Simonii verbis ex Disquiſitt. Critic. p. 10. *Hiſpanici* inquit is, *characteres præ ſe ferunt quadratos, formaque eleganti, quales conſpiciuntur in Bibliis Regiis, a Plantino Antwerpiæ editis, & Rob. Stephani; quæ haud dubie ex codicibus Hiſpanicis exſcripta ſunt. Italici & Gallici paulo rotundiores ſunt: Germanici vero literas Gothicas imitantur, viderique poſſunt in libris Hebraicis, qui primo editi ſunt in Germania, & in Bibliis Hebraicis Munſteri.* De aliis, præter Hiſpanicos, Codd. quid habendum ſit, ex his Celeb. *Valent. Erneſti Læſcheri* verbis liquebit: *Italici*, inquit is in comment. de Cauſis L. Hebr. p. 441. *cum Hiſpanis*, *Gallici cum Germanicis magnam*

*gnam partem conſentiunt ; Polonici vero magis conveniunt cum Orientalibus , inter quos & Occidentales frequens eſt diſſenſio ob regulas Criticas & conſvetudines diverſas.* Multum præterea intereſt, noſſe, eruditus ne literis fuerit exſcriptor, an literas tantum pingendi peritus. In MSS. enim Hebræis idem uſu venit, quod in Græcis, quorum Scriptores imperitiam ſuam interdum nimis manifeſte produnt. Exemplo hic eſſe poteſt Pſalterium Anglicanum, de quo ſupra.

Præterea ad bonitatem Codicis æſtimandam nonnihil facit, noſſe, in *cujus* gratiam ſit exaratus. Quando enim Viro alicujus auctoritatis deſtinatus eſt, veri ſit ſimile, eum majori cura in literas relatum fuiſſe. Talis eſt codex, in gratiam *Theodori Levitæ* Hannaſi h. e. principis, ſcriptus, & ſupra inter Codices Oratorianos recenſitus, quo ſe præſtantiorem vidiſſe negat Simonius.

Denique fas fuerit, inquirere, in *quem* uſum, privatumne an publicum, v. c. Synagogæ, Codex ſit conſignatus. Poſterioris generis, ſi antiqui ſint, majorem omnino fidem & accurationem pollicentur, cum ad illos ſcribendos religionis vinculo librarii ſe obligatos ſciant. Interim a recentioribus quoad rem ipſam pauca exſpectes, ſingulari uſui inſervitura.

Reſtat, ut paucis diſpiciamus, num operæ pretium ſit, codices illos, quos hucdum recenſuimus, quive alibi latent, MSS. inter ſe invicem & cum editis exemplaribus denuo comparare, & num inde ſingulare aliquod emolumentum Scripturæ diviniori promitti queat. Affirmant alii, alii negant. Affirmant omnes illi, qui hodiernis Codicibus, qui editi exſtant, parum tribuunt, eosque tanquam ad Maſoræ fidem, quam floccifaciunt, exactos vilipendunt, adeoque ex aliis emendandos cenſent. Huc pertinent *Io. Morinus, Lud. Cappellus, Rich. Simonius*, & reliqui, quorum alias fecimus mentionem, cum de puritate Fontium ageremus. Sunt vero præter eos, qui & præclarius & rectius de Textu Hebræo hodierno ſentiunt, & nihilominus tamen auctores ſvaſoresque fuerunt ad accuratiorem MSS. Codicum collationem inſtituendam. Ita Celeb. *Iablonski* in præfat. ad Biblia Hebræa §. 34. quando conſilium de adornanda nova Bibliorum editione, omnibus numeris abſoluta, ſuppeditaverat, denique *primarium*, ait, *ſubſidium hic e libris MSS. ſed vere antiquis, & ſi qua erui poſſint, Ante-Talmudicis petendum eſſe.* Hinc factum eſt, ut idem ab aliquo tempore de perquirendis, quos undiquaque nanciſci poſſit, codicibus laborarit, & adhuc laboret, ad profe-

rendam

rendam novam Bibliorum editionem. Ad eandem ſententiam accedit Reverendus *Matthæus Chriſtophorus Pfaffius*, Theologus Tubingenſis, in Primitiis Tubingenſibus p. 71. *Conferri*, inquit is, *certe mererentur Codices Italici, quos in Diario Italico memorat Montfauconius, Codices item Taurinenſes, Codices Schulcingiani*, (hos autem paulo ante affirmaverat mirum quantum ab aliis recedere) *Codices denique Bibliothecæ Regiæ Gallicanæ, & Patrum Oratorii Pariſienſis, quos ſuo merito evehit Rich. Simon, haud inſpectos quoque, quod mireris, a G. M. le Jay, Bibliorum Polyglottorum Pariſienſium editore, nec conſultos etiam a Buxtorfio & Cappello, meliora alioquin hanc in rem daturis, uti idem in Lettres Choiſies, quæ Amſt. 1700. 12. editæ fuerunt, lettr. 4 p. 14. ſqq. habet.* Venit hic in mentem recordari *Rich. Bentleji*, Viri doctiſſimi, mihi præſenti in familiari colloquio aliquando exponentis conſilium ſuum de conquirendis & ſolicite inſpiciendis Codicibus Hebræis, de quo tamen poſt ea tempora nihil amplius intellexi.

Aliis viciſſim ſupervacaneus & fruſtraneus labor viſus fuit, qui in nova MSS. inſpectione collocaretur. Ita ſtatuit *Everhardus van der Hooght* in præf. ad Biblia Hebræa §. 25. accuratiores Codices dudum collatos eſſe exiſtimans. *Monendum itaque eſt*, inquit is, *nos ignoraſſe talia MSS. quæ majori accuratione ſuperarent MSS. exemplaria plurima, ex quibus Biblia toties impreſſa a Viro Theologo* FELICE PRATENSI *ſumma cura erant adornata, & ſæpius ab aliis recenſita.* Omitto alios, qui non præter rationem in eo negotio caute verſandum eſſe, nec nimium hic promittendum eſſe arbitrantur, veriti, ne auctoritati & puritati Codicis Sacri abuſu quodam inconſulto & liberiore mutandi aut parum tutas lectiones ampleſtendi libidine fraus & præjudicium naſcatur.

Dicam paucis, quid de tota hac cauſa ſentiam. Qui leviter de Codicibus Hebræis editis, tanquam Maſoreticis, ut loqui amant, ſentiunt, eos non video, tam præclara ſibi de MSS. polliceri poſſe ad contextum ſacrum ſiſtendum emendatiorem, quia ipſi illi MSta exemplaria ad Maſoram a Iudæis recognita eſſe ſcribunt. Sic v. c. *Rich. Simon* in Disquiſitionibus Criticis p. 20. *Non alia ſunt*, inquit, *hodiernis temporibus contextus Biblici exemplaria, quam illa, quæ vulgo Maſorethica appellantur. Non enim alia inde jam a pluribus ſeculis Judæi agnoſcunt, eaque ab his ad Chriſtianos pervenerunt. Unde orta eſt maxima illa, quæ inter tot codices diverſorum locorum & temporum reperitur conſenſio, ſi pauca eaque minuta excipias, quorum etiam pleraque Scribarum oſcitantium potius ſunt σφάλματα, quam variæ lectiones. Qui autem aliter fieri poterat, quandoquidem Judæi, qui opus Maſorethicum veluti*

*quid divinum reſpiciunt*, *codices Bibliorum MSS. ad illud reformare veriti non fuerint*, *eraſis literis*, *dictionibus*, *imo & ſententiis integris in MSS. exemplaribus*, *ut ita Maſorethicis conformarentur.* Aſſertionem hanc probat *Simonius* exemplo Codicum MSS. Biblioth. Regiæ & Oratorii Pariſienſis in Epiſtolis Selectis Amſtelod. 1700. editis p. 16. Qui igitur normæ loco inſervire poſſunt MSS. tantopere laudata, in quibus nitorem priſtinum deſideres? Præterea negari non poteſt, MSS. præſtantiora jam eſſe adhibita a Judæis, qui primi omnium codicem Hebræum in lucem ediderunt. Hoc factum eſt a Judæis in Italiam profugis, tum brevi ante, tum paulo poſt magnum illud exilium, quo ex Hiſpania an. 1492. ejecti in Italiam inprimis & alias orbis partes ſe recipiebant. Hi procul dubio inſtructi adhuc erant codicibus Hiſpanicis, quos reliquis præſtare ſupra oſtendimus: iidem durioribus fatis ſe videbant compelli, ut de medio Sacras literas inter ſe propagandi per impreſſos codices cogitarent. Iidem & a peritia, & a ſtudio hanc operam perficiendi eo magis inſtructi cenſeri debent, quod & huic ſtudiorum generi eſſent innutriti, & ſingulari Legis Sanctæ veneratione ducti nefas eſſe putarent, nihil non ornandi Codicis Sacri cauſa ſuſcipere. Exemplo ſunt Soncinates, quorum eximia laus eſt tum aliis editionibus accurate perfectis, tum Brixienſi illa, quæ anno 1494. 8. lucem adſpexit, de qua paulo poſt dicemus. Confer Biblioth. Hebræam Parte I. n. 1934. Manifeſtum inſuper eſt, & plurium judicio confirmatum, eas, quæ hucdum ex MSS. varii generis & notæ alioquin optimæ allatæ ſunt, varietates & diſſenſiones a vulgatis codicibus, parvi eſſe momenti. Celeberr. *Læſcherus* in Commentario de Cauſis Lingvæ Hebrææ p. 440. *MStos Codices*, inquit, *nonnunquam differre*, *ſed non adeo frequenter*, *& in rebus utplurimum parvi momenti fateor. Matthæus Chriſtoph. Pfaffius* jam ſæpe laudatus pag. 72. Primitiarum Tubingenſium ingenue fatetur, *non ſolum variationes Maſorethicas*, *Ben Aſcher & Ben Naphthali*, *Orientalium & Occidentalium*, *itemque omnes eas*, *quæ in Codd. MSS. & impreſſis inveniuntur*; *nec fidem tangere*, *nec magni momenti eſſe*, *ſed & in minutiis utplurimum conſiſtere*, *textusque integritatem hac ipſa ratione probare potius quam evertere.* Ipſe *Lud. Cappellus* in Epiſtola Apologetica ad Uſſerium data p. 110. his utitur verbis: *Cura & providentia divina circa libros ſacros eo major & illuſtrior apparet*, *quod omnes eorum deſcriptores omnibus locis & ſæculis ita rexerit*, *ut in ſingulis eorum omnium codicibus & variis librorum illorum tranſlationibus veritas omnis momentoſa & neceſſaria*, *quam voluit nobis revelatam*, *contineatur integra & illibata*, &c. Ex Judæis is, qui præ cæteris

*expe-*

*ἀκριβέστερον* Criticam adhibuiſſe viſus eſt, R. *Menachem de Lonſano* cum ſecundam Bibliorum Bombergianorum editionem ad decem MSS. eaque potiſſimum Hiſpanica, quinque aut ſex ſæculorum ætatem habentia, examinaret, habita dictionum, literarum, punctorum & accentuum ratione, tam parum tamen invenit, ut pronunciaret, variantes illas Scripturæ lectiones, quæ in diverſis Bibliorum exemplaribus reperiuntur, ad Maſoram tanquam ad certam legendi ſcribendique rationem exigi debere. Confer Simonis Diſquiſitiones Criticas p. 20. qui & in Epiſtolis Selectis, Amſtelod. 1700. 8. editis, p. 16. plerumque non niſi minuta quædam afferre Menachemum, monet. Accedit ipſa experientia, qua edocemur, ex iis, quæ hucdum eruditi inſpexerunt, MSS. ad textus ipſius, qualis quidem in antiquioribus bonæ notæ editionibus exſtabat, vel nihil vel parum attuliſſe, & in iis acquieviſſe, quæ ad ſcriptionem, accentuationem & alia hujusmodi ſpectant. Quæ autem difficultatis aliquid aut momenti ſecum ferunt, ea hactenus vel ex MSS. ubi conſulerentur, definiri non potuerunt, vel ex aliis, quæ jam exſtant, editionibus, quamvis rarioribus, patent. Ita diſputatum eſt de Joſuæ cap. XXI. ubi poſt comma 35. duo alia in editionibus recentioribus deſiderantur: ſed eadem ipſa non ſolum in MSS. quibusdam bonæ notæ, verum etiam in antiquioribus editionibus inveniuntur. Itaque MSS. inſpectio hac in cauſa nihil efficit aliud, quam ut antiquas illas editiones in lectione ſua confirmari videamus. Confer de hoc loco Rev. *Io. Georg. Abichtii* Diſſert. ſingularem Lipſ. 1714. habitam. *Wilh. Schickardum* de Jure Regio Hebr. p. 101. *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 179. ſq. *Jo. Clericum* in comm. in Ioſuam p. 60. & *Iac. Basnage* in Hiſtoria Judæorum Tom. V. p. 1655.

Hæc eum in finem diſputo, non quidem, ut improbem & pro nihilo habeam eruditorum conſilia vel conatus, qui ad MSS. inquirenda referuntur, ſed ut ne præclarius, quam par eſt, de ea re ſentiatur, quæ, quod plurimum valet, ita comparata eſt, ut ſpe magis præcipi, quam re vera obtineri poſſit. Deſiderantur enim MSS. eaque antiquiſſima, imo ante-Talmudica. Sed unde illorum copia, quam hucdum tota Europa in Bibliothecis, ſic ſatis diligenter excuſſis, non fecit? Conſulantur itaque MSS. quæ præſto ſunt, non repugno: conſulantur adhibito judicio, & inſolentia Critica procul eſſe juſſa: conſulantur oculo altero in receptam hucusque lectionem diligenter converſo, h. e. in Maſoram, ſtatuaturque cum Buxtorfio apud Hottingerum p. 159 Bibliothecarii Quadripart. *antiquorum exemplarium vicem nobis ſupplere Maſorethas*, qui

*qui procul dubio etiam ſuo tempore antiqua exemplaria habuerint & uſurparint.* Et vel ſic tamen ejusdem Viri conſilium ibidem prolatū forte approbabitur: *De antiquis Bibliorum Hebraicorum codicibus inquirendis res eſſet neceſſaria pariter & utiliſſima; non enim dubitandum, quia ratione punctorum quorundam, & accentuum, & ſimilium minutiarum multa reſtitui poſſint.* Congerantur in cumulum, ſi quis ſubnaſci unquam poteſt, omnes varietates, & omni ego pignore contendere auſim, eas magis ad ſtabiliendam, quam dubiam reddendam lectionem hodie receptam inſervituras eſſe. Illuſtri exemplo id patet, poſtquam *Io. Millius* improba induſtria vaſtum variantium lectionum apparatum in N. T. Græcum congeſſit. Eo ipſo enim hominum voces, neſcio quam altum de labe contextus Græci & medela illi ex MSS. afferenda clamantes, in ventum abierunt. Recte omnino *Ludolphus Kuſterus* in præfat. ad N. T. Millianum editionis repetitæ Amſtelodamenſis: *Et ſane ex præſtantiſſima hac N. T. editione Milliana, vel hic præcipue fructus in Eccleſiam redundat, quod nunc demum ſcire liceat, pleraſque tot Codicum MSS. lectiones varias ita comparatas eſſe, ut parum vel nihil inter eas interſit.* Adde *Joh. Felli*, Epiſcopi quondam Oxonienſis, judicium in Prolegomenis Millianis §. 1409. & Cl. *Io. Clerici* Epiſtolam editioni Amſtelodamenſi præmiſſam. Compara *Recenſiones innoxias*, vernacula lingua editas, an. 1703. pag. 716. ſeq. & Rev. *Io. Wilhelmi Bayeri* diſput. de uſu & abuſu Var. Lect. Scripturæ N. T. Atque illa quidem de Codd. MSS. ſufficiant.

# SECTIO IV.

Operam hanc excipiet tractatio de Bibliis Polyglottis, quo nomine ea nobis veniunt, quæ minimum duas, plerumque autem plures, verſiones cum contextu Hebræo exhibent. Cumque illa vel tentata ſint a nonnullis, vel manu tantum exarata exſtent, vel totum codicem formis exſcriptum exhibeant, vel quasdam Codicis Sacri partes repræſentent, commodum fuerit, hoc ordine, diligentiſſimi *Longii* (a) exemplo, obſervato, ſingula perſequi.

*Sub-*

(a) Cl. *le Long* repetita vice hoc argumentum ingreſſus eſt: ſemel quidem in Bibliotheca Sacra p. 1. ſqq. tum in commentatione Gallica, quam inſcripſit: *Diſcours Hiſtorique ſur les principales editions des Bibles Polyglottes*, Pariſ. 1713. 8. In poſteriore illa præſtantiſſi-

## *Subſectio I.*

## DE BIBLIIS POLYGLOTTIS, VEL TENTATIS, VEL MSS.

Biblia Trilingvia, Hebræa ſcilicet, Græca & Latina, *Franc. Tiſſardum* publico deſtinaſſe ex ipſius præfatione Grammaticæ Hebraicæ, quam Pariſ. 1508. edidit, præmiſſa, apparet.

Biblia Hebraica, Græca & Latina ab *Aldo Manutio* Seniore ante annum 1516., quo ineunte obiit, edenda; teſtante *Juſtino Decadyo*, Græco, in præfatione Pſalterii Græci ab Aldo iſto excuſi. Sed fruſtra illa exſpectata ſunt.

Biblia Hebræa, Chaldæa, Græca, Latina & Arabica, tentata ab *Auguſtino Juſtiniano* (b), teſte ipſo in præfatione ad Octaplum Pſalterii an. 1516. editi. Novum Teſtamentum jam abſolutum eſſe, Vetus autem brevi futurum paratum, ſcribit ipſe in Epiſtola ad Cardinalem Bendinellum de Saulis, quam habes apud Conr. Geſnerum in Bibliotheca ſub *Aug. Juſtiniano.* Adde noſtri Annales Reipubl. Genuenſis p. 224. nec omitte *Pet. Balium* in Dictionario Hiſtorico-Critico Tom. II. p. 1711. *Sixtus Senenſis* lib. IV. Biblioth. Sanct. ſub *Auguſt. Nebienſ.* Pſalterium Octaplum editum & Evangelia IV. ipſa auctoris manu exarata vidiſſe ſe profitetur. Ipſe vero Juſtinianus in Annalibus Genuenſibus pag. 225. ſcribit, ſe cum aliis libris ſuis Reipubl. Genuenſi donaſſe duo volumina ſua manu maximam partem ſcripta, quibus N. T. Gr. Lat. Hebraice & Arabice contineatur.

Biblia Hebraica, Chaldaica, Græca, Latina & Germanica, non per columnas, ſed per ſectiones certas ſibi invicem ſubordinatas, cura *Joh. Draconita*, Doctoris & Prof. Theologi Roſtoch. ac Epiſcopi tandem Sambienſis, an. 1566. ætatis 72. defuncti, edenda. Vide *Melch. Adami* Vitas

Tt 3 Theo-

ſtantiſſimus Auctor non omnes ſed potiores τῶν πολυγλώττων editiones, quarum numerus *octodecim* conficit, ita perſequitur, ut earum hiſtoriam ſuis verbis ediſſerat, documenta autem ad fidem narrationi faciendam ex ſcriptis huc pertinentibus in calce ſubjiciat. Nos utramque operam inter ſe comparabimus, & quæ præterea huc ſpectant, adjiciemus.

(b) Obiit an. 1536 ex naufragio. Errant itaque Sixtus Senenſis, Poſſevinus & Altamura, qui annum ejus emortualem conſtituunt 1550. Certe præfatio, Annalibus ejus præmiſſa, annum refert 1535. Conſ. Cl. *le Long* Diſcours Hiſtorique ſur les Bibles Polyglottes pag. 34.

Theologorum p. 194. ed. in fol. & p. 407. in 8. Provehere commendatione ſua per epiſtolas hoc inſtitutum conatus eſt *Paulus Eberus*, Theologus tunc Wittebergenſis, partim apud Norimbergenſes, qui tamen rem neglexiſſe videntur, partim apud AUGUSTUM (c) Saxoniæ Electorem. Atque hunc quidem mille ſcutatos Bibliopolis in ſumtus faciendos erogaſſe, ex MSS. B. *Eberi* epiſtolis refert B. *Tenzelius* in Dialogis menſtruis an. 1692. p. 566. Idem teſtatur p. 564. nihil de hoc opere prodiiſſe, niſi *Proverbia Salomonis* & Prophetam *Malachiam* an. 1564. *Zachariam* vero, *Joëlem* & *Micham* an. 1565. Obiit enim Draconites an. 1566. cujus obitum ægre tulit Saxoniæ Elector, datisque ad Eberum literis teſtatus eſt, ſe per concionatorem quendam aulicum conſilia cum Ebero collaturum eſſe, quomodo vel ſic deſtinatum opus perfici poſſit. Sed ſperatus defuit eventus, quamvis *Edo Hildericus*, Jeverenſis, literarum ſtudioſus, in ſingulari epiſtola ad Eberum 1567. 13 Junii data, operam ſuam in hanc rem obtulerit. Pluribus hæc ex MSS. Eberi epiſtolis exponit B. *Tenzelius* l. c. qui & alia ad vitam & merita Viri pertinentia affert, de quibus inſpici quoque poſſunt *Teiſſerius* Tomo I. p. 281. *Freherus* in Theatro p. 210. *Io. Mollerus* p. 849. Homonymoſcop. *Chriſtoph. Hartknochius* in Hiſtoria Eccleſiaſt. Boruſſiæ lib. II. c. 3. p. 405. ac denique Rev. *Georgius Serpilius* in commentatione de Interpretibus Pſalmorum p. 556. ſqq.

Biblia Quadrilingvia molitus eſt *Antonius Rudolphus Cevallerius*, anno 1572. defunctus, quorum primam partem, Pentateuchum ſcilicet & Joſuæ librum, Thuanum vidiſſe ex Hiſtoria ejus Genev. edita, refert *Paulus Colomeſius* in Gallia Orientali p. 43. Confer de eodem *Anton. Teiſſerii* Elogia p. 386.

Biblia Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca, Latina & Arabica perfecerat fere eaque ſumtibus Clementis VIII. ſub titulo Bibliorum Pontificiorum edendi facultatem nactus erat *Andreas de Leon Zamorenſis* (d). Is vero poſtea in Hiſpaniam profectus operam hanc Philippo III. Regi primum, eo vero mortuo, Philippo IV. quinque tomos Bibliorum Regiorum cum emendatione textus & verſionis, in margine notulis & numeris, & cum aliis, quæ in Bibliis Regiis deſiderantur, obtulit. Vide hæc

(c) Sic & *Henr. Opitius* in Dedicat. Pſalterii ſui Hebr. Auguſto facta, memorat, Ducem hunc magnis ſumtibus editionem Pentaplorum Bibliorum provehere voluiſſe.

(d) Animus ipſi inprimis erat, Paraphraſes Chaldaicas, quas a Judæis miſere corruptas cenſebat, priſtinæ integritati vindicare. Lege, quæ infra de Paraphraſibus Chaldaicis afferentur.

hæc ab ipſo *Andrea de Leon* an. 1628. perſcripta ſingulari epiſtola in Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis p. 131. obvia. Illa exarata eſt ad Guidonem Michaelem le Jay, cui denuo de Leon noſter Biblia hæc ſua ſub ſuo nomine edenda offert. Vide totam cauſam expoſitam a Cl. *le Long* in Diſſ. Hiſtor. de Polyglottis p. 98. -- 104.

*Io. Baptiſta Raymundi*, Italus, conſilium ceperat Biblia Decaglotta edendi, ita quidem, ut ad Hebræum, Chaldæum, Græcum & Latinum exemplaria, quæ in Antwerpienſibus exſtabant, Arabicum, Ægyptiacum, Armenicum, Æthiopicum, Syriacum & Perſicum accederent, ſingula verſionibus Latinis inſtructa. Lege ipſum de inſtituto ſuo, ſubſidiisque huc pertinentibus differentem in Dedicat. Grammaticæ Arabicæ, Paulo V. inſcriptæ, & Rom. 1610. 4. ſub titulo *Liber Tasriphi* editæ. Eam totam B. *Tenzelius* Dialogis ſuis menſtruis an. 1692. p. 568. inſeruit, excerpta vero huc pertinentia ſuggerit Cl. *le Long* in Diſſ. Hiſtorica p. 74. -- 84. Adde *Labbei* Bibliothecam Novam MSS. p. 254.

B. *Samuel Bohlius* animum habuit novum Opus Regium Regis Daniæ auſpiciis curandi, ceu intelligitur ex epiſtola ejus ad Caſp. Eraſmi Brochmandum, Theologum Hafnienſem, *de neceſſitate novi Operis Regii* ſcripta, & Tractatui *de quibusdam quæ Deo proprie competunt*, Roſtoch. 1638. 4. præmiſſa. Hebræum is Codicem ex vetuſtiſſimis Codd. curaturus erat, additurusque verſionem Latinam & vernaculam aliam: tum vero Concordant. Hebr. & Græc. N. & V. T. tam Nominum quam particularum, nec minus Lexicon Hebraicum.

Biblia Parva Polyglotta *Andreas Acoluthus* in Catalogo librorum Lipſienſi 1681. edito promiſit, inque iis adornandis ſe deſudare an. 1682. ſcripſit in Dedicatione Tractatus ſui de Aqvis amaris f. 2. Notis ea inſtruenda fuiſſe ex poſteriore loco apparet.

Biblia Hebraica, Græca & Latina cum plurimis variantibus Lectionibus, tam ex tribus hiſce textibus, quam ex aliis antiquis verſionibus collectis, adjectis annotationibus Criticis cura *Richardi Simonis*, Presbyteri Oratorii Pariſ. Ille quidem jam antea in calce Hiſt. Crit. V. T. conſilia hanc in rem ſuppeditaverat, quæ deinde ornavit & expolivit in *Synopſi Novorum Bibliorum* Ultrajecti 1684. in 8. ſub Origenis nomine edita. Totum opus per quatuor columnas exhibiturum erat textum *Hebraum* cum variantibus Lect. in margine, ex MSS. Cod. Samarit. & verſionibus variis depromtis, *Latinam Vulgat.* τῆς LXX. & *Latinam Italicam*, ſive eam, quæ facta eſt ad fidem verſionis Græcæ a Nobilio editæ. Anno

no 1685. eodem Simone auctore, loco reſponſionis ad Synopſin illam, epiſtolæ titulo editam, prodiit *Ambroſii* ad Origenem epiſtola de novis Bibliis Polyglottis. Judicium ſuum de hoc conatu cum auctore communicaverat *Ioh. Clericus* ſub Critobuli Hierapolitani nomine in epiſtola, 1684. ad ipſum data Latine, quæ Gallice exſtat in Defenſione Judiciorum Theologg. Batav. de hiſtoria ejus Critica ep. 17. qua inprimis de emendatione ſacrorum Codicum exponitur. Reſpondit Simonius ſcheda quadam Belgica, ad quam nonnulla regeruntur l. c. Monuit etiam nonnulla *Cherubinus a S. Ioſeph* in Biblioth. Crit. Vol. IV. diſſ. XVI. p. *665*. Simonem in Otio Literario, quo Diepæ uſus eſt, Vetus Teſtamentum, quod principem partem horum Polyglottorum conſtituere debebat, ita ſecundum deſtinata ſua diſpoſuiſſe, ut lucem videre poſſet, didici ex Ephemeridibus Pariſ. an. 1714. p. *616*. edit. Belgicæ. At Cl. *le Long* in diſſ. Gallica de Bibliis Polyglottis c. 18. p. 255. affirmat, poſt obitum ejus non niſi paucas quasdam obſervationes, huic inſtituto inſervientes, comparuiſſe, primis foliis Bibliorum Anglicanorum inſcriptas. Idem tamen in calce præfationis ad Diſſertat. laudatam, narrationem hanc emendaturus, refert, in exemplari Polyglottorum Anglicanorum, quod legavit Bibliothecæ S. Mariæ Virginis Rothomagenſi non deſiderari quidquam, quod ad hanc operam, præter Geneſin & N. T. Vide præterea de hoc Specimine Tenzelii diſput. de Bibliis Polyglottis §. 21.

*Marcus Meibomius* quoque animo deſtinaverat editionem Bibliorum quadrilingvem ea ratione concinnandam, qua Pſalmos XII. edidit, de quibus paulo poſt dicemus. Sed cum eruditis primus ille conatus præter auctoris ſpem parum ſe probaret, abjecit, quod ceperat, conſilium, non invitis illis, qui licentiam Meibomianam recte improbabant.

Cl. *Chriſtianus Reineccius* Biblia Qvadrilingvia V. T. ad modum Bibliorum Qvadrilingv. N. T. quæ lucem Lipſ. 1713. fol. viderunt, ſperare juſſit, imo jam prelo ſubjecit, quod Acta Eruditorum Lipſienſ. 1714. pag. 50. teſtantur. Sed nondum illa in publicum prolata ſunt, nec forte proferentur.

Conſilia quædam de Polyglottis adornandis lege etiam in *Chriſtiani Ravii* Seſqvicenturia epiſtolarum pag. 21. Qvomodo in compendium mitti commode poſſint, triplicem oſtendit viam laudatus *Cherubinus a S. Ioſeph* l. c.

Inter MSS. Biblia Polyglotta numeraveris ea, quæ Jeſuitarum opera in variis lingvis collecta, & in unum volumen congeſta fuiſſe, teſtis

ſtis eſt *Fridericus Schererzius* in ventilationibus Philologicis ad Codicem Hebr. V. T. Exercit. III. cap. 1. Provocat is ad Anonymi Veneti itinerarium, in quo teſtatum is reliquerit, Hiſpali in Monaſterio Carmelitarum viſum ſibi eſſe codicem Bibliorum Polyglottorum elegantiſſime exaratum & ſequenti epigraphe inſignitum: *Qu. Fla. Cypriano Dy. Cor. R. Lavinii Olyſſip. Magnis Sumtibus Soc. Jeſu Biblia Pentaglotta e Syria Perſia A nt* (i. e. ut Tenzelius reſtituit *Armenia) & Gracia. allata Pul. Char. depicta, prout in ſing. Eccleſ. lecta ſunt A. D. 1503.* (pro quo monente recte *Tenzelio*, legendum eſt 1603. cum eo tempore, quod an. 1503. infert, Jeſuitarum Ordo ignoratus ſit) *Hiſpali in Monaſterio Supremo.* Vide B. *Tenzelii* Dialog. menſtruos anni 1691. pag. 560. ſeq. & Diſſertat. ejus de Bibliis Polyglottis §. 10.

Biblia Arabica, Arabice, Perſice, Chaldaice, cum R. Salomonis commentariis ſcripta, & alia item Arabica cum initiis capitulorum Samaritanis habuit *Peireſcius*, quod patet ex Vita ejus a Gaſſendo ſcripta lib. V. in limine ad an. 1633.

*Pentateuchus* Hebræo-Samaritano-Arabicus, charactere Samaritano, MS. olim Peireſcii, nunc in Biblioth. Regia Pariſ. cod. 310. Procul dubio hic Codex eſt, de quo Gaſſendus in vita Peireſcii lib. 4. ad an. 1629. p. 238. edit. in 8. Confer *Morini* Opuſc. Hebræo-Samarit. p. 95. & *Hottingeri* Biblioth. Orient. p. 306.

*Pentateuchus* Hebræus, Chaldaicus & Arabicus 2 voll. in fol. Catal. MS. Biblioth. Bodlejan. cod. 5349. MS. Exſtat hic Codex, 2 voluminibus conſtans, inter Pocockianos n. 395. & 396. & ſcriptus eſt literis Hebr. verſiculatim in uſum Judæorum, anno æræ Contract. 1760. i. e. A. C. 1450. manu Eliæ fil. Jeſchuah fil. חלפון in civitate חמת רעל נהר מרור. Præmittitur præfatio Arab. ſine nomine auctoris, qui eſt Saadias. Conf. Pocockii præf. ad Variantes Lect. Pentateuchi Arab.

*Pars Bibliorum* Hebraice, Græce, Latine & Anglice, ſcil. Esdras, Nehemias, Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Cantic. liber Sapientiæ & Eccleſiaſticus: ibid. cod. 1599.

*Pſalterium* ingenti volumine pulcherrime deſcriptum & picturis elegantiſſimis ornatum ab Eadwino, Monacho Anglo, Sæculo forte XI. Exſtant ibi verſiones plures Latinæ, & una Anglo-Saxonica, item Gallica Cantabrig. in Biblioth. Collegii SS. Trinit. cod. 35. Vide plura apud *Humphredum Vanlejum* lib. altero antiquæ literaturæ Septentrionalis p. 268.

*Pſalterium* lingvis XXII. (e) in Biblioth. Electorali Dreſdenſi, teſte Struvio cap. IV. Introduct. in Hiſtor. rei Literar. §. 6. Adde *Ant. Weckii* Hiſtoriam urbis Dreſdenſis p. 41.

*Pſalterium* Hexaplum, Hebraicum ſcilicet, Syriacum, Æthiopicum, Arabicum, Græcum & Latinum cum ſcholiis & in aliquot lingvas præceptis molitus eſt *Scaliger*, quod patet ex Epiſtolis ejus p. 70. Syriacam igitur verſionem tantum addituras erat illis, quæ in Juſtiniani Pſalterio Pentaglotto exſtant. Conf. *Hottingeri* Bibliothecar. Qvadripart. p. 141.

*Pſalterium* Heptaglotton, per ſeptem columnas diſpoſitum, Hebraicum ſcilicet, Syriacum, Græcum, Copticum, Æthiopicum, Perſicum & Armenicum, ſuo ſibi ære comparaverat *Nicol. Fabricius Peireſcius*, ſed vix redemtum a piratis, in quorum manus inciderat, iterum redimendum ſtatuerat, quod patet ex *Claud. Salmaſii* epiſtolis p. 185. Verba ita habent: *In eo nunc eſt* (Peireſcius) *ut captivum in mei gratiam redimat a piratis, cujus eripiendi haud exiguam ſpem ſibi adlucere in poſterioribus ad me ſcribebat. Quem captivum dices? Pſalterium MS. ἑπτάγλωττον, lingva Hebraica, Syriaca, Græca, Coptica, Æthiopica, Perſica & Armeniaca.* Interim fruſtra fuit Peireſcius. Pro hoc Pſalterio enim nactus eſt Erpenii Lexicon Arabicum, quod fraudulenti homines pro Codice illo Polyglotto ipſi venditaverant. Lege hanc in rem Peireſcii vitam apud Gaſſendum lib. V. ad an. 1637. Tomo V. Opp. p. 329. & p. 347. edit. Quedlinburg. in 8. ubi tamen notes, velim, Pſalterium non Heptaplum ſed Hexaplum nominari.

## *Subſectio II.*

## DE BIBLIIS POLYGLOTTIS EDITIS, SPECIATIMQUE COMPLUTENSIBUS.

NEmo hic a me exſpectaverit recenſionem Codicum Biblicorum, qui Hebraice & Chaldaice editi proſtant. Eorum enim complures ſunt, quorum numerum inibimus paulo poſt, ubi Hebraicas Bibliorum editiones recenſendas aggrediemur. Nec cum ratione quiſquam exſpectaverit tractationem de Tetraplis, Hexaplis & Octaplis Origenis, quæ

(e) Lingvæ illæ ſunt Græca, Latina, Italica, Gallica, Hiſpanica, Germanica Saxoniæ tum ſuperioris tum inferioris, Danica, Venedica, Anglicana, Bohemica, Polonica, Moſcovitica, Turcica, Æthiopica, Arabica, Syriaca, Chald. & Hebraica, quas recenſet Tenzelius in Bibliotheca Curioſa pag. 453. ubi tamen ad complendum numerum quædam adhuc deſiderantur.

quæ huc a nonnullis, v. c. B. *Pfeifero* in Critica Sacra p. 25. & *Tenzelio* in diſſ. de Bibliis Polyglottis §. 8. referuntur. Ea enim huc non pertinent, cum plures quidem verſiones Græcas, ſed non plurium ſaltem duarum lingvarum interpretationes, quas huc requiri ſupra monuimus, repræſentent.

His itaque in alium locum ſepoſitis, primo loco dicemus de *Polyglottis Complutenſibus*, quæ ab urbe Luſitaniæ, Compluto, cui natales debent, appellantur. Titulus ita habet: *Biblia Sacra, V. T. multiplici lingvâ nunc primo impreſſum, Et inprimis Pentateuchus Hebraico atque Chaldaico idiomate, adjuncta unicuique ſua Latina verſione*: 4 voll. in fol. Tomus V. an. 1514. editus, continet N. T. Tomus VI. anno 1515. impreſſus, Vocabularium Hebr. & Chaldaicum cum Grammat. Hebr. & Dictionario Græco. Totum opus prodiit Compluti ab an. 1514. ad 1517. quo VIII. Novembr. paucis poſt abſolutum opus menſibus obiit Ximenius. Legitur ibi in paginis per tres columnas diſpoſitis (f), præter textum Hebræum, verſio τῶν LXX. Græca, cum verſione Latina interlineari, cura variorum Doctorum Academ. Complutenſis, tum paraphraſis Onkeloſi *Chaldaica*, ſed tantum quoad Pentateuchum, cum verſione Latina *Alphonſi de Zamora*, ac denique Vulgata Latina. Libri Hagiographi & Prophetici Hebr. tantum & Græce cum verſionibus 2 Latinis, non Canonici autem Græce tantum cum duplici verſione, altera B. Hieronymi, altera interlineari, ibi leguntur. Inchoatum & perfectum hoc opus eſt *de mandato & ſumtibus* (ut titulus habet) *Franc. Ximenii de Ciſneros*, Cardinalis & Archi-Epiſcopi Toletani. Inter eruditos, quorum opera ad inſtitutum hoc perficiendum uſus eſt *Ximenius*, eminent *Demetrius Ducas Cretenſis*, qui Venet. 1528. Chryſoſtomi Liturgiam edidit, *Ælius Antonius Nebriſſenſis*, qui obiit 1522. *Didacus Lopez Stunica* ſ. *Aſtuniga*, an. 1530. defunctus, *Ferdinandus Nonnius Pincianus*, an. 1553. mortuus, *Alphonſus de Zamora* (mort. 1530.) *Paulus Coronellus* (mort. 1534.) & *Alphonſus Medicus Complutenſis*, tres Ex Judæi, tum *Io. de Vergara*, Prof. Salmantic. mort. 1557., de quorum vita meritisque fuſius exponit Cl. *le Long* in Commentat. Gallica de Bibliis Polyglottis cap. I. p. 24. -- 32. Inſudatum huic labori fuit inde ab anno 1502. ad 1517. qui Cardinali Ximenio (g) 50000. aureis conſtitit, teſte *Alvaro Gomeſio* de rebus geſtis Ximenii lib. II. pag. 44. Ubi ſpeciatim obſer-



(f) Juxta Hebr. Chald. & Græc. textum in margine conſpiciuntur radices difficiliores.

(g) Paulus Freherus in Theatro Eruditorum Virorum numerat 60000.

obſervandum eſt, eodem Gomeſio teſte, ſeptem Hebræa exemplaria, quæ nunc Compluti habentur, & quæ IV. Sæculorum ætatem habuiſſe ac Maſoræ conformia fuiſſe, teſtatur *Arias Montanus*, quatuor millibus aureorum ex diverſis regionibus comparata fuiſſe. Textum Chaldæum & primitiva ad marginem poſita Grammaticæ non ſatis reſpondere monet Hottingerus in Bibliothecario Qvadripartito p. 135. Græcam τῶν LXX. verſionem contra MSS. fidem (h) ad Hebræum contextum accommodatam eſſe & refictam poſt *Flaminium Nobilium* in præfat. ad verſionem ſuam Latinam plures improbarunt, nominatim *Rich. Simon* in catalogo præcipuarum editionum Biblicarum, qui calcem Hiſtoriæ Criticæ V. T. occupat, ubi addit, Vulgatam quoque juxta veteres Latinos Codices & juxta Hebræum emendatam eſſe. Comparatio illa, qua Vulgatam cum Ieſu, inter duos latrones, Hebræam & Græcam verſionem, pendentem confert in præf. ad Lectorem Ximenius, cordatis v. c. *Hottingero* l. c. merito diſplicuit, & talis viſa fuit Simonio, ut eam a Ximenio in Dedicat. ad Leonem X. præclarius de textibus Originalibus judicante repetendam non eſſe cenſuerit. Vide eum l. c. & in Diſquiſitt. de variis Bibliorum editt. p. 214. Textus N. T. Græcus accentibus caret, improbante fere conſilium Simone in catalogo editt. Biblicarum, probante autem Cl. *Hardtio* loco mox citando p. 40. Interim tamen vel ſic Hottingero merito *inſigne opus* audit l. c. pag. 134. cujus præſtantiam totamque conditionem fuſius enarravit Cl. *Hermannus von der Hardt* in Memoria Seculari Ximenii, Helmſtad. 1717. 8. edita. Inter cetera pag. 55. hæc legas: *Tametſi hodie nitidius omnia prodierint, & ampliora ſimilia ſacra volumina, prima tamen illa Ximenii religioſa cura & ſubmiſſa devotio, primus ille vel ſimplicior ornatus præcipuam meretur admirationem. Juſte hic annus 1517. quo hoc opus confectum, & vita Ximenii conſummata, Hiſpanis orbique Chriſtiano ſacer, cujus Jubilaum nos hoc anno 1717. & ſecuturo ſæculo 1817. grati & devoti poſteri, nec ſoli Complutenſes Academici, Hiſpani eruditi, ſed & omnes boni, veritatis cupidi, celebrent læti.* Lege de hoc opere aliisque Viri meritis plura apud *Nic. Antonium* in Bibliotheca Hiſpan. Tom. I. p. 293. *Imbonatum* in Biblioth. Hebr. Lat. p. 48. *Bartoloccium* Parte IV. p. 191. *Marſolerium* in hiſtoria miniſterii Cardin. Ximenii T. II. lib. 6. pag. 14. *Iſaacum Bullartium* in Acade-

(h) Alii tamen, nominatim Auctor notæ ad Hiſt. Criticam Simonianam maximam illarum correctionum partem ex MSS. exemplaribus τῶν LXX. petitam cenſent. Sed vide Cl. *le Long* Diſſertat. Gallic. de Polyglottis p. 21.

Academia Scientiarum & artium Tom. I. p. 19. *Paul. Freherum* in Theatro ſuo loco, & inprimis diligentiſſimum *Iac. le Long* in Diſſert. hiſtorica de Bibl. Polyglottis p. 5.--32.

## Biblia Polyglotta ANTWERPIENSIA.

*Antwerpienſia* ut ab urbe natali, ita *Regia* appellata ſunt a Rege Philippo II. qui ſuis illa ſumtibus auſpiciiſque imprimenda curavit. Titulus ita habet: *Biblia Sacra Hebraice* (cum verſione Latina interlineari Santis Pagnini ab Aria Montano & aliis ad verbum expenſa) *Chaldaice* (Targum Onkeloſi in Pentateuchum, Jonathanis in Prophetas priores & poſteriores, R. Joſeph Cœci & aliorum in Iob, Pſalmos & 5 Megilloth, addita verſione Latina Pentateuchi, Prophetarum Iſaiæ, Hieremiæ & Ezechielis ab Alphonſo de Zamora, aliorumque librorum ab Aria Montano concinnata) *Græce* (cum verſione Latina ex editione Complutenſi) *&* *Latine* (ex Vulgata editione) *Philippi II. Regis Catholici pietate ac ſtudio ad Sacro-ſanctum Eccleſiæ uſum, VIII. voll. in fol. Antwerpiæ excudebat Chriſtoph. Plantinus 1569. -- 1572.* *Novum Teſtamentum Græce, Syriace*, (charactere Hebr. & Syriaco præter epiſtolam II. S. Petri, II. & III. S. Joannis, S. Judæ & Apocalypſin) *& Latine*, (ex Vulgata editione) *item N. T. Græce & Latine* (ex edit. Complutenſi.) Debentur hæc induſtriæ *Bened. Ariæ Montani*, qui Latinas verſiones omnes, præter illam, quæ eſt ex Syro, recognovit, & *Guidonis Fabricii Boderiani*, qui Syriacam N. T. verſionem Latinam fecit; juvantibus *Franc. Raphelengio* (qui corrigendi curam ſuſtinuit, teſte *Sweertio* in Athenis Belgic. p. 251. & Chaldaicam Paraphraſin emendatiorem reddidit, teſte *Boderiano* in fine præfat. ad N. T. Syriacum) & *Nicolao*, *Guidonis Fabricii* fratre, cum ipſorum & *Andrea Maſii* Lexicis. Arias præmiſit etiam præfationem & Apparatum. Suppetias quoque tulerunt *Io. Harlemius* S. J. quod ad interpretationem verſionis Syriacæ, teſte Boderiano in fine præfat. in N. T. Syrum; *Franc. Lucas Brugenſis*, auctore Sweertio l. c. p. 245. *Andr. Maſius*, quod idem refert p. 123. *Ioan. Livineius*, quoad editionem Græcam, teſte Thuano in calce lib. 122. Hiſtor. *Guil. Canterus*, variarum Lectionum collector.

Totum vero Opus ita adornatum eſt, ut Tomi IV. priores contineant libros V. T. Canonicos Hebraice, Chald. Græce & Latine cum Apocryphis Græce & Latine; Tomus V. N. T. Gr. Syriace & Latine; Tomus VI. & VII. tractatus, apparatum (ubi de idiotiſmis Hebr. de arcano ſermone, actione ſeu habitu, de ſacris ponderibus & menſu-

(de quo Colomeſ. p. 12. Gall. Oriental.) Vatabli diſcipulum Rob. Stephani rogatu notas illas ex prælectionibus Vatabli collegiſſe, &, Calvini cui idem favebat, annotationibus locupletaſſe auctor eſt Cl. Le Long in Diſſertat. Hiſtor. citata p. 86. Sane in Indice Expurgatorio Romano per Fr. *Jo. Mariam Braſichellen* Romæ 1607. edito confirmatur *Genebrardi* in Chronographia & ſuper Origenem judicium, eam verſionem non eſſe Vatabli, ſed quorundam pravorum diſcipulorum ejus, qui eam a *Roberto Stephano*, religionis Catholicæ deſertore, imprimi fecerint; vel, teſtante *Theod. Beza*, in Iconibus, *Leonem Juda* (l) Helvetium ejus auctorem eſſe, vel certe, ſi Vatabli ſit, Calvinianos hæreticos errores pleros que inſeruiſſe. Seqvuntur deinceps ibidem expungenda. Confer Obſervationes Literarias ſelectas Halenſes Tomo V. p. 325. Adde *Andr. Riveti* Iſagogen ad Scripturam Sacram p. 177. ſqq. Notæ illæ omne punctum tulerunt etiam apud Pontificios nonnullos. Sic *Auguſtinus Villavincentius*, Hiſpanus, lib. II. de ratione ſtudii Theolog. c. 1. *Affirmant*, inquit, *quam plurimi viri eruditi conſtanti ſententia, neminem majori vel eruditione, vel fide, magisque perſpicua expoſitione ſacros libros V. T. interpretatum eſſe, quam Franc. ille Vatablus, doctiſſimus Profeſſor Regius Ebr. literarum Pariſinus interpretatus eſt.* Conf. *Rich. Simonii* Hiſtor. Critic. V. T. lib. III. p. 78. qui nihil ait occurrere, quod non perſpicue admodum & breviter explanet. Dubitat tamen idem, an vere Vatabli ſint, nec potius plurium, quod veroſimilius putat, quorum nomina ſupprimat, inter quos etiam numerat Calvinum. Interim ex *Bootii* l. c. diſco, duas illius verſionis editiones exſtare, unam 2. voll. adjuncto III. N. T. continente, in 4. magno cum annotationibus, ſed hic illic immutatis, quæ in editione verſionis Tigurinæ & Vulgatæ ab eodem Stephano an. 1545. curata exſtabant; alteram cum auctioribus ſcholiis an. 1586. 3. voll. in fol.

## Biblia Polyglotta WOLDERI.

*Biblia Sacra Græce*, *Latine* (ex duplici verſione, Vulgata & S. Pagnini)

(l) Hic nonnullis viſus eſt Judæis ortus parentibus: falſo omnino & præter hiſtoriæ fidem. Vide omnino *Jac. Huldricum* in Vindiciis pro translatione Bibliorum Tigurin. c. VI. *Andr. Rivetum* in Iſagog. in Scriptur. Sac. c. 12. *Melchiorem Adami* in Vitis Theologorum p. 94. & inprimis in Nov. antiquis Literariis Tigurinis, Germanice editis Part. II. p. 103. ſq. Ex Pontificiis genuinos Leonis natales contra *Boſſvetum* & *Gretſerum* adſeruit & vindicavit *Rich. Simon* Tom. IV. Biblioth. Critic. ep. 32. De aliis ad noſtrum, ſpeciatimque verſionem ejus Latinam pertinentibus, lege *Hottingerum* in Biblioth. Tigurina p. 142. & *Pet. Dan. Huetium* de Claris Interpretibus p. 186. ſq.

Digitized by Google

gnini) *& Germanice*, (B. Lutheri) Hamburgi fol. apud Jac. Lucium an. 1596. Diſponuntur hæ per quatuor columnas, & V. T. in tres tomos ſeu partes quinque diviſum eſt, quarum I. Pentateuchum, II. libros Hiſtoricos XII. III. Hagiographos quinque. IV. Prophetas 16. majores & minores, V. denique Apocryphos complectitur. N. T. uno conſtat volumine, & 2. partibus, quarum prior Evangelia 4. & Acta, poſterior epiſtolas Apoſtol. & Apocalypſin exhibet. Hæc editio huc non pertinere videri poterat, quia Hebraici contextus non habita eſt ratio. Sed exſtant tamen, ceu Cl. *le Longius* monet, exemplaria, quorum titulus *Quadrilingvia Biblia* ejusdem anni apud eundem typographum pollicetur. At ille Hebraicus textus non alius eſt, quam qualis *Eliæ Hutteri* cura an. 1587. lucem vidit. Ad hanc editionem enim Wolderus reſpexit, quando rationem, cur is a ſe omiſſus ſit, redditurus, in præfatione ita ſcribit: *Ad hæc fons ille Hebraici textus jam ante civium hujus Reipubl. Hamburgenſis munificentia ac liberalitate erectus, ornatus, fultus, & S. Hebræa Biblia ſic eleganter, ſic luculente; ſic denique ad omnis ætatis uſum accommodate edita erant, ut ſperare haud poſſem, ornatius quidpiam, etiamſi maxime vellem, eo quidem in genere, in medium me poſſe proferre.* Ille ergo tomus Hebraicum contextum continens, quatuor iſtis Wolderianis additus eſt. Exſtat tale exemplar in Bibliotheca noſtra publica Hamburg. ubi Tomus I. Wolderianus præmiſſum habet hunc titulum in ſingulari folio: *Sacrorum Bibliorum Quadrilingvium Tomus II. Trilingvis librorum V. & N. T. verſionem continens Græcam, LXX. Int. Latinam duplicem, unam veterem & Vulgatam, alteram Pagnini, cum notis Hebr. veritatem indicantibus, & Germanicam Mart. Lutheri. Hamburgi.* Loco Tomi I. exſtabant ibi Biblia Hebræa ab Elia Huttero edita *Hamburgi ex Bibliopolio Frobeniano* (m) *1603.* Latinæ verſioni Pagnini ejusdem notæ in margine additæ ſunt. Ex calce præfationis intelligitur, opus hoc auſpiciis & liberalitate Illuſtriſſimi Principis *Iohannis Adolphi* promotum eſſe.

## Biblia Polyglotta HUTTERI.

Biblia Hebraice, Chaldaice, Græce, Latine, Germanice & Scla-



(m) Hamburgi nec *Frobenius*, nec *Commelinus* fuit, quod conſtat, adeoque nec Bibliopoſium alterutrius: utrumque autem circa Biblia *Wolderi & Hutteri* (vide paulo poſt) in titulo memorari ſolet, quia Biblia Hutteri Polyglotta *Heidelbergæ* quoque lucem viderunt. Ceterum Hebraica Hutteri & Wolderi trilingvia non niſi Hamburgi lucem ſemel vidiſſe extra dubium eſt. Confer, quæ ſupra inter editiones Bibliorum Hebraic. ad an. 1587. diximus.

Sclavonice, ſtudio Eliæ Hutteri, in folio Norimbergæ 1599. Diſponuntur diverſi illi textus per ſex columnas, ita ut, quod editor in præfatione monet, loco Sclavonici modo Gallicum, modo Italicum, modo Saxonicum, aliarumque gentium idiomata ſubſtitui poſſint. Hinc & factum eſt, ut quadruplex ejusdem editionis facies in titulo diverſorum exemplarium compareat, ubi ſcilicet ultima iſta columna pro Sclavonica, Gallicam, Italicam, vel Saxonicam verſionem exhibet. Interim non abſolutum eſt hoc modo Opus Biblicum, ſed cum libro *Judicum* & *Ruth* deſinit.

Adjunxit his Cl. le Long Biblia Hebr. Græca & Lat. cum notis Vatabli 2. voll. in fol. Heidelberg. 1599. confer quæ ſupra de ed. Vatabli an. 1586. diximus.

Opus quadripartitum S. Scripturæ, continens ſacra Biblia quadruplici lingva, Hebr. Gr. Latine & Germ. 5. Voll. in fol. Hamburgi ex Bibliopolio Commeliniano (n) 1603. Hanc editionem æque ut illam anni 1596. apud Lucium, de qua paulo ante, idem le Longius credit ſuppoſitam, niſi eadem ſit.

Biblia Hebraica, Græca & Latina cum notis Vatabli 2. voll. in fol. ex officina Commeliniana 1616. Confer ſupra de Vatablo. Antequam Hutterus hanc Bibliorum *πολυγλώττων* editionem ſuſciperet, inſtitutum ſuum publico programmate Hamburgi edito ſignificavit, ad quod etiam in præfat. ad *Cubum* 1586. editum provocat. Illud Kalendis Januariis anni 1585. prodiiſſe colligo ex Hammeri epiſtola ad Eliam Hutterum, quæ in libello epiſtolarum de Bibliis Elianis Francof. 1587. edito legitur p. 74. Eodem anno die XVI. Junii ab Ampliſſ. Senatu Hamburgenſi inſtitutum Hutteri civibus per literas publicas commendatum eſt, quæ ibidem p. 11. ſq. latine exſtant. Ex eadem collectione patet, *Johannem Hennichium*, Paſtorem Hamburgenſem ad D. Jacobi, & *Dav. Wolderum*, Diaconum Petrinum, conatus Hutteri promoviſſe. Vide e. g. p. 33. 52. 54. Collegium Elianum alumnorum lingvæ Sanctæ memorari video p. 51.

Præter dictos libros Biblicos *Danielem* & *Pſalmos* ſpeciminis loco edidit Hutterus, quod ipſe in præf. ad Cubum 1586. editum profitetur. *Ego putem*, ſcribit *Hottingerus* in Bibliothecar. quadripart. p. 142. de Hutteri Opere *πολυγλώττῳ* V. & N. T. *rarius in Bibliothecis reperiri, quod nec eruditorum ſatis aptum eſſet ſtudiis, nec plebejorum vel ſumtibus vel uſibus.*

Biblia

(n) Vide not. m.

## Biblia Polyglotta PARISIENSIA (o).

*Biblia Hebraica*, (mendoſe cum verſ. Vulgata) *Samaritana* (quoad Pentateuchum, eumque geminum, alterum charactere Samaritano, & lingva Hebræa, alterum literis & lingva Samarit. cum Jo. Morini interpretatione Latina) *Chaldaica*, (ſtudio Philippi Aqvinatis, qui ex aliis editt. interpolavit, verſionem autem Antwerpienſem retinuit, teſte Valer. de Flavigny p. 22. ep. I. de hac edit. Pariſ.) *Græca* (ex edit. Complutenſi cum verſione ibidem exſtante, ſed ab Aria Montano recognita) *Syriaca*, (partim ex Hebra. partim ex Græco, cura *Gabrielis Sionitæ* cum ejusdem verſione Latina: textus Syriacus N. T. ex edit. Antwerpienſi repetitus eſt adjectis 4. epp. Catholicis ex edit. & verſione *Pocockij*, ac Apocalypſi ex edit. & verſ. Lud. de Dieu) *Latina* (ex verſ. Vulgata ed. Antwerp.) *Arabica* (tam V. quam N. T. excepto libro I. Maccabæorum ex exemplari Arabico in Ægypto ſupra annos abhinc 300. exarato, cura Gabr. Sionitæ cujus & verſio Latina accedit) *Quibus textus originales totius Scripturæ Sacræ, quorum pars in editione Complutenſi, deinde in Antwerpienſi, regiis ſumtibus exſtat, nunc integri ex MSS. toto fere orbe quæſitis exemplaribus exhibentur. X. voll. in fol. majori: Pariſiis excudebat Ant. Vitré 1645.* (poſtqvam an. 1628. conſilio Petri Cardinalis Berulli ſuſceptum hoc opus, & deinde a variis promotum fuit.

Præter laudatos induſtriam ſuam hic probarunt *Abraham Ecbellenſis* ratione textuum Arabicorum & Syriacorum (v. Morinum in Antiquitatt. Eccleſ. Orient. p. 300.) *Philippus Aquinas* in excudendis Hebraicis & Chaldaicis; (p) *Jo. Morinus* in Samaritanis, *Gabr. Sionita* & *Jo. Heſronita* in Syriacis & Arabicis corrigendis & vertendis; & *Hieronymus Parent* in Syriacis, Arabicis & Samaritanis, ceu refert *de Flavigny* l. c. qvibus addendus in Græcis curandis *Godofr. Herman*, ceu ex vita ejus ab Adrian. Bailleto ſcripta



(o) Solent eadem vocari Biblia Luteſiana, item Heptaglotta & Polyglotta le Jay, itemque Heptapla Regia.

(p) Eum non fuiſſe capacem & idoneum, qui laborem tanti ponderis & momenti ſuſciperet, ſcribit *Valerianus de Flavigny* in epiſt. priore de Bibliis Heptaglottis p. 20. additque ad fidem faciendam ſeqventia: *Etſi enim, ut nonnulli volunt, Rabbinice peritiſſimus exſtiterit, & in nugis ac tricis Talmudicis exercitatiſſimus; ita tamen deſtitutus fuit omnibus præceptionibus Grammaticis & aliis adminiculis ad hoc opus adornandum omnino neceſſariis, ut etiam coactus fuerit, uti mihi multoties relatum fuit a Viris fide digniſſimis, filium ſuum tyronem adhuc & immaturum accerſere, & eum a jocis puerilibus ad emendanda ſpecimina typographica transmittere.*

pta nec hucdum edita oſtendit Cl. le Long in diſſert. Hiſtor. pag. 127. Conf. idem p. 128. ſeq. ubi ex MSS. Bailleti ad Placcium literis bini alii hujus laboris ſocii, *Jo. Aubertus* & *Jo. Tarinus* laudantur. Præterea vero inſtitutum provexerunt egregie *Achilles de Harlay*, *Nicol. Faber Peireſcius*, & *Petrus della Valle*, comportatis præcipue undiquaque Codicibus MSS. quam in rem multa tradunt Gaſſendus in vita Peireſcii, & Antiquitates Eccleſiæ Orientalis. Opus integrum ita diſtinctum eſt, ut IV. priora voll. V. T. textum Hebr. Chald. & Gr. cum triplici verſ. Lat. quatuor ſequentia textum Syriacum & Arabicum cum verſionibus ſuis Latinis & duplicem Pentat. Hebræo Samarit. & Chaldæo Samarit. cum verſione Latina: duo denique poſtrema N. T. Gr. Syriac. Arab. & Latinum exhibeant. Neque tamen ordine excuſi ſunt libri Biblici, ſed pro arbitrio, quod patet ex ſcripto *Antonii Vitré* contra Gabr. Sion. tam 1640. Pariſ. edito, cujus excerpta habes apud Cl. le Long.

Sumtus illuſtri & regio operi ſuppeditavit privatæ ſortis homo, civis Pariſ. & Advocatus Curiæ Pariſ. *Guido Michael le Jay* (q), qui & præfatus eſt. Vide *Colomeſii* Galliam Orientalem p. 263. niſi rectius hic labor tribuatur *Jo. Tarino*, quam in rem vide Cl. *le Long* conjecturas l. c. p. 129. Centies mille imperialibus & amplius Opus ipſi conſtitiſſe Cl. *le Long* in commentatione Gallica de Bibl. Polyglottis c. 15. p. 194. teſtatur ex literis, quibus jura nobilitatis ipſi confirmantur, monetque inſuper, rem familiarem hominis cordatiſſimi hoc ipſo valde adflictam fuiſſe, inprimis cum *Gabr. Sionita* (r) frigore opus lente procederet, & exemplaria, quorum ſingula initio ſexcentis libris Gallicis vendebantur, poſtea, cum Polyglotta Londinenſia in lucem proferrentur, non majori pretio diſtraherentur, quam quo charta vix redimi poſſet. Imo Menagius in Continuatione Menagianorum p. 71. teſtatur, ligaturam voluminum majores requirere ſumtus, quam volumina ipſa. Eodem in loco Cardinalis *Richelius*, *Ximenii* forte imitatione & exemplo ductus, dicitur Jayo omnium

(q) Non confundendus hic eſt cum *le Jay*, Præſide Curiæ Pariſienſis; quod uſu venit Cl. *Bailleto* Tom. III. Judiciorum Eruditorum p. 524. qui tamen ſuum ipſe errorem emendavit Tom. IV. p. 201.

(r) Lectorem Sionitæ Petro della Valle nunciat *Jo. Morinus* in epiſtola ad eum data, & Antiquitatibus Eccleſ. Orient. p. 262. inſerta, his verbis: *Editione illa pedetentim progrediente propter illius, qui Syriaca & Arabica Latine vertit, lentum nimium & in labore remiſſum animum, annus unus & alter atque etiam tertius elabuntur, necdum tanto temporis ſpatio ad exitum feſtinat editio.*

omnium impenſarum reſtitutionem ampliſſimumque inſuper præmium promiſiſſe, ſiquidem Biblia hæc ſub nomine ſuo in lucem prodire pateretur. Obitus vero Richelii anno 1642. inſecutus conſilium hoc intervertiſſe videtur. Adde elegantiſſimi *de Monnoye* notas ad hunc locum Tom. IV. Menagianorum p. 53. & *Marvillii* Miſcellanea hiſtorica & Literaria Tom. II. p. 315. (s) Nonnulla hujus generis obſervata quoque ſunt a *Chevillerio* de Origine Typographiæ p. 298. ſqq. Plura huc pertinentia peti fortaſſe poterant ex diſſertatione Gallica, quam Qvesnellum ex MS. editurum tradunt Ephemerides Italicæ, Romæ 1677. editæ, p. 96. Continebat illa *un Avis a Mr. de Chartres ſur la conſultation faite par ordre de Mr. le Cardinal de Richelieu.* Magnifice de externa horum Bibliorum forma, nitore chartæ, typorumque artificio ſentiunt & judicant *Andr. Chevillerius* de Origine Typogr. Part. I. c. 4. p. 58. & *Adrianus Bailletus* in Judiciis Eruditorum Tom. II. pag. 39. quorum prior Anglicanis ipſis præfert. Quid vero de ipſa Operis, interpretationumque conditione habendum ſit, diſces præ ceteris ex *Valeriani Flavignii*, Doctoris Sorbonici & Profeſſ. SS. liter. Pariſienſis epiſtolis quatuor de *ingenti Bibliorum*, ut appellat, *opere* editis, quarum I. & II. anno 1646. in 8. vulgata de illis generatim, III. de libello Ruth Syriaco, qui Abrahami Ecchellenſis curæ debetur, an. 1647. edita exponit, IV. vero anni 1648. diluit *mendacia, fraudes, calumnias, convicia, cavillationes & impoſturas, quibus Abrah. Ecchellenſis eluere conatus eſt omnes illas maculas & ſordes, quas ineptiſſime paſſim aſperſit libello Ruth Syriaco & loco illi*, Geneſ. IV. 7. Eum vero ſtilo nimis acerbo uſum eſſe recte monuit *Brianus Waltonus* in diſſert. de lingvis Orientalibus pag. 24. Specimen, cum rarus ſit libellus, capere potes ex iis, quæ inde repetiit Cl. *le Long* in Diſſert. Hiſtor. de Polyglottis p. 180. ſqq. & pag. 530. ſqq. & *Hottingerus* in præfat. ad Diſſertatt. Miſcellan. p. 23. ſq. Idem ille Hottingerus diſſertationem ſingularem de Heptaplis Pariſienſibus inſeruit Analectis ſuis Hiſtorico-Theologicis p. 83. ſqq. Sed illa quidem non tam de opera hic ſuſcepta, quam de textibus ipſis & verſionibus, earumque translatione commentatur. In præfat. p. 84. hæc legas: *Habet ſuam Opus hoc laudem illibatam, quam Interpretum vel injuria, vel ignorantia, vel etiam deſtinata malitia non obſcurabit.* *Muiſium* juſſu Cardinalis de Ri-



(s) Aliter hic ſentit Cl. *le Long* in Diſſert. Gall. de Bibliis Polyglott. pag. 188. Is enim putat, Richelium Cardinalem lata repulſa exacerbatum fuiſſe, & de intervertendo toto negotio cogitaſſe, atque hoc fine Muiſii auctorem fuiſſe, ut in operam hanc calamum ſtringeret, qua de re paulo poſt dicemus.

chelieu omnes mendas inſigniores in Opere iſto obvias fideliter paulo ante obitum collegiſſe, quæ in Bibliotheca Renaldiniana lateant, tradit *Valer. de Flavigny* in ep. I. de Bibliis Heptaglottis p. 77. Confer *Marvillium* Tom. II. Miſcellan. pag. 326. Quæ *Waltono* hic diſplicuerunt, ea poſt ipſum deſiderarunt plures. Accipe judicium ejus ex Prolegom. IV. §. 14. *Dolendum eſt*, inquit, *Apparatum cum prolegomenis & Appendicibus, variarum lectionum tabulis, indicibus, aliisque, quæ ad operis complementum pertinebant, ex diſſidio eorum, qui operi præfuerunt, deſiderari: nec editiones, quas protulit hæc ætas limatiores, quam quæ in Complutenſi vel Regio Opere habentur, eos ſecutos fuiſſe, ut nil dicam de intoleranda ipſorum incuria, qui correctioni invigilare debuerunt. Unde innumeris mendis & erratis ſcatet hæc editio, quæ ſplendorem ejus obſcurarunt.* Confer *Rich. Simonii* Hiſtor. Crit. V. T. in catalogo præcipuarum editt. Biblic. p. 131. ſq. Miratur is ibi inter cetera, quod verſio τῶν LXX. non ex Codice Romano ſit expreſſa. Alibi vero Morino vitio vertit, quod MSS. Biblica Hebr. quæ in Regia & Oratoriana Bibliotheca habentur, non conſuluerit, ſed tantum in duobus tribusve locis inſpexerit. Vide eum in Biblioth. Critica Tom. III. p. 453. & in Epiſtolis Selectis Amſtelodami 1700. editis p. 17. *Morini* ipſius diſſertationem Gallicam *de numero & conditione mendorum, quæ in textu Hebræo & Chaldæo obſervata ſint*, ex MS. editurum fuiſſe aliquando Qveſnellum Ephemerides Italicæ, Rom. 1677. editæ, p. 96. docent.

*Abrahamum Ecbellenſem* plura vitia typographica reliquiſſe obſervatur a *Chriſt. Ravio* in Seſqvicenturia Epiſtolarum p. 21. ſq. *Gabrielem Sionitam* ſæpiſſime in vertendo hallucinatum eſſe ex ignoratione textuum Hebr. & Græci, quos reſpicere debuiſſet in Latine vertendo Arabico & Syriaco, obſervavit *Simonius* Tom. IV. Biblioth. Crit. p. 46. Idem Tomo III. p. 418. refert, eundem Gabrielem, Lingvæ Syriacæ & Arab. peritiſſimum, ſua manu verſiones Syriacas maximam partem deſcripſiſſe, ſed, cum integras non haberet, de ſuo auxiſſe, Evangelia etiam Arabica, Romæ impreſſa, ab ipſo vero interpolata, Polyglottis iſtis inſeruiſſe. Addit eum a Jayo in carcerem conjectum fuiſſe, cui luxus ejus & otii cupido &c. diſplicuerit. Confer Cl. *le Long* Diſſ. Hiſtor. p. 159. ſqq. Fucus denique memorandus eſt, quem Bibliopolæ Belgæ tres *Io. Ianſſon. a Waesberge*, *Io. Iacobi Chipper*, & *Eliſæus Weirſtraet*, Alexandro VII. Pontifici M. anno 1666. facere conati ſunt, qui, recuſo operis titulo, & nova epiſtola dedicatoria præmiſſa, Pontifici perſvadere voluerunt, editionem hanc nunc primum in ejus gratiam ſuſceptam eſſe. Narrat id *Mabillo-*

*nius*

Digitized by Google

*nius* in Muſei Italici Tomo I. p. 95. Titulus ita habuit: *Biblia Alexandrina Heptaglotta auſpiciis S. D. Alexandri VII. anno Seſſionis ejus XII. feliciter inchoato.* De recudendo ſplendido opere eruditos quosdam Pariſienſes paucis poſt annis ſerio cogitaſſe, atque huic negotio Dom. *Thomam du Four*, Bened. ex Congreg. S. Mauri, admovendum ſtatuiſſe, refert perſonatus *Vigneul Marville* Tom. II. Miſcellan. Hiſtor. & Literar. p. 269. Noluit vero is, quem dixi, operam ſuam commodare, partim modeſtia prohibitus, partim non præter rem veritus, ne repetita editio priorem deprimeret. Integram editionis hiſtoriam conſveta ſibi induſtria expoſuit Cl. *Jac. le Long* in Diſſert. Hiſtorica p. 104. - - 204.

## Biblia Polyglotta ANGLICANA.

*Biblia Polyglotta complectentia Textus originales*, *Hebraicum*, (ex Bibliis Regiis interlinearibus, cum verſione interlineari Lat. Pagnini ab Aria Montano recognita) *cum Pentateucho Samaritano*, (qualis eſt in Pariſinis, addita verſione Morini Latina, ad cujus finem in quaque columna loca notantur, in quibus verſio Samaritana a textu differt, quod ex Moriniana illa translatione non admodum patet) *Chaldaicum*, *Græcum*, (ex Rob. Stephani edit.) *verſionumque antiquarum*, *Samaritana*, (de qua paulo ante) *Græca LXX. Int.* (ſecundum exemplar Vaticanum, notatis in quaque pagina varietatibus, quæ inter illud & Alexandrinum intercedunt, adjuncta quoque vetere Vulgata Latina ex Græca τῶν LXX. expreſſa & per Flamin. Nobilium collecta) *Chaldaica*, (ex Bibliis Buxtorfii Baſileenſibus cum verſ. Lat. Alphonſi de Zamora emendata, ubi probe notandum in Tomo IV. exſtare Targum Pentateuchi triplex, nempe *Hieroſolymitanum* & *Ionathanis*, utrumque cum verſ. Lat. Cevalerii, ſed vitiis purgata, ac denique Paraphraſin Perſicam Jacobi Tuſenſis ſeu *Tawoſi*, juxta editionem CPolitanam characteribus Perſicis cum verſione Th. Hyde) *Syriaca*, (ex Bibl. Pariſinis cum verſ. Lat. *Gabr. Sionitæ*, ſed ita, ut verſio Syriaca ex MSS. paſſim reſtitueretur, adderenturque libri illi, qui in Pariſ. deerant, nominatim liber Eſther, Canonicus & Apocryphus, Judith, Tobias (t), epiſtola Jeremiæ, Baruchi, Suſannæ hiſtoria duplex, pars Cantici trium puerorum, libri II. & III. Maccabæorum) *Arabica*, (ex Bibl. Pariſinis ſed ex MSS. locis plurimis ſuppletæ cum verſione Gabr. Sio-

(t) Tobiæ liber Tomo IV. inſertus exſtat ex duplici verſione Hebraica, quam *Fagius* & *Munſterus* edidit, cum utriusque interpretatione Latina.

Digitized by Google

no 1685. eodem Simone auctore, loco reſponſionis ad Synopſin illam, epiſtolæ titulo editam, prodiit *Ambroſii* ad Origenem epiſtola de novis Bibliis Polyglottis. Judicium ſuum de hoc conatu cum auctore communicaverat *Ioh. Clericus* ſub Critobuli Hierapolitani nomine in epiſtola, 1684. ad ipſum data Latine, quæ Gallice exſtat in Defenſione Judiciorum Theologg. Batav. de hiſtoria ejus Critica ep. 17. qua inprimis de emendatione ſacrorum Codicum exponitur. Reſpondit Simonius ſcheda quadam Belgica, ad quam nonnulla regeruntur l. c. Monuit etiam nonnulla *Cherubinus a S. Ioſeph* in Biblioth. Crit. Vol. IV. diſſ. XVI. p. 665. Simonem in Otio Literario, quo Diepæ uſus eſt, Vetus Teſtamentum, quod principem partem horum Polyglottorum conſtituere debebat, ita ſecundum deſtinata ſua diſpoſuiſſe, ut lucem videre poſſet, didici ex Ephemeridibus Pariſ. an. 1714. p. 616. edit. Belgicæ. At Cl. *le Long* in diſſ. Gallica de Bibliis Polyglottis c. 18. p. 255. affirmat, poſt obitum ejus non niſi paucas quaſdam obſervationes, huic inſtituto inſervientes, comparuiſſe, primis foliis Bibliorum Anglicanorum inſcriptas. Idem tamen in calce præfationis ad Diſſertat. laudatam, narrationem hanc emendaturus, refert, in exemplari Polyglottorum Anglicanorum, quod legavit Bibliothecæ S. Mariæ Virginis Rothomagenſi non deſiderari quidquam, quod ad hanc operam, præter Geneſin & N. T. Vide præterea de hoc Specimine Tenzelii diſput. de Bibliis Polyglottis §. 21.

*Marcus Meibomius* quoque animo deſtinaverat editionem Bibliorum quadrilingvem ea ratione concinnandam, qua Pſalmos XII. edidit, de quibus paulo poſt dicemus. Sed cum eruditis primus ille conatus præter auctoris ſpem parum ſe probaret, abjecit, quod ceperat, conſilium, non invitis illis, qui licentiam Meibomianam recte improbabant.

Cl. *Chriſtianus Reineccius* Biblia Qvadrilingvia V. T. ad modum Bibliorum Qvadrilingv. N. T. quæ lucem Lipſ. 1713. fol. viderunt, ſperare juſſit, imo jam prelo ſubjecit, quod Acta Eruditorum Lipſienſ. 1714. pag. 50. teſtantur. Sed nondum illa in publicum prolata ſunt, nec forte proferentur.

Conſilia quædam de Polyglottis adornandis lege etiam in *Chriſtiani Ravii* Seſqvicenturia epiſtolarum pag. 21. Qvomodo in compendium mitti commode poſſint, triplicem oſtendit viam laudatus *Cherubinus a S. Ioſeph* l. c.

Inter MSS. Biblia Polyglotta numeraveris ea, quæ Jeſuitarum opera in variis lingvis collecta, & in unum volumen congeſta fuiſſe, te-
ſtis

Digitized by Google

ſtis eſt *Fridericus Schererzius* in ventilationibus Philologicis ad Codicem Hebr. V. T. Exercit. III. cap. 1. Provocat is ad Anonymi Veneti itinerarium, in quo teſtatum is reliquerit, Hiſpali in Monaſterio Carmelitarum viſum ſibi eſſe codicem Bibliorum Polyglottorum elegantiſſime exaratum & ſequenti epigraphe inſignitum: *Qu. Fla. Cypriano Dy. Cor. R. Lavinii Olyſſip. Magnis Sumtibus Soc. Jeſu Biblia Pentaglotta e Syria Perſia A nì* (i. e. ut Tenzelius reſtituit *Armenia)* & *Græcia, allata Pul. Char. depicta, prout in ſing. Eccleſ. lecta ſunt A. D. 1503.* (pro quo monente recte *Tenzelio*, legendum eſt 1603. cum eo tempore, quod an. 1503. infert, Jeſuitarum Ordo ignoratus ſit) *Hiſpali in Monaſterio Supremo.* Vide B. *Tenzelii* Dialog. menſtruos anni 1691. pag. 560. ſeq. & Diſſertat. ejus de Bibliis Polyglottis §. 10.

Biblia Arabica, Arabice, Perſice, Chaldaice, cum R. Salomonis commentariis ſcripta, & alia item Arabica cum initiis capitulorum Samaritanis habuit *Peireſcius*, quod patet ex Vita ejus a Gaſſendo ſcripta lib. V. in limine ad an. 1633.

*Pentateuchus* Hebræo-Samaritano-Arabicus, charactere Samaritano, MS. olim Peireſcii, nunc in Biblioth. Regia Pariſ. cod. 310. Procul dubio hic Codex eſt, de quo Gaſſendus in vita Peireſcii lib. 4. ad an. 1629. p. 238. edit. in 8. Confer *Morini* Opuſc. Hebræo-Samarit. p. 95. & *Hottingeri* Biblioth. Orient. p. 306.

*Pentateuchus* Hebræus, Chaldaicus & Arabicus 2 voll. in fol. Catal. MS. Biblioth. Bodlejan. cod. 5349. MS. Exſtat hic Codex, 2 voluminibus conſtans, inter Pocockianos n. 395. & 396. & ſcriptus eſt literis Hebr. verſiculatim in uſum Judæorum, anno æræ Contract. 1760. i. e. A. C. 1450. manu Eliæ fil. Jeſchuah fil. חלפון in civitate חמת דעל נהר מרוד. Præmittitur præfatio Arab. ſine nomine auctoris, qui eſt Saadias. Conf. Pocockii præf. ad Variantes Lect. Pentateuchi Arab.

*Pars Bibliorum* Hebraice, Græce, Latine & Anglice, ſcil. Esdras, Nehemias, Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Cantic. liber Sapientiæ & Eccleſiaſticus: ibid. cod. 1599.

*Pſalterium* ingenti volumine pulcherrime deſcriptum & picturis elegantiſſimis ornatum ab Eadwino, Monacho Anglo, Sæculo forte XI. Exſtant ibi verſiones plures Latinæ, & una Anglo-Saxonica, item Gallica Cantabrig. in Biblioth. Collegii SS. Trinit. cod. 35. Vide plura apud *Humphredum Vanleyum* lib. altero antiquæ literaturæ Septentrionalis p. 268.

*Pſalterium* lingvis XXII. (e) in Biblioth. Electorali Dresdenſi, teſte Struvio cap. IV. Introduct. in Hiſtor. rei Literar. §. *6.* Adde *Ant. Weckii* Hiſtoriam urbis Dresdenſis p. 41.

*Pſalterium* Hexaplum, Hebraicum ſcilicet, Syriacum, Æthiopicum, Arabicum, Græcum & Latinum cum ſcholiis & in aliquot lingvas præceptis molitus eſt *Scaliger*, quod patet ex Epiſtolis ejus p. 70. Syriacam igitur verſionem tantum additurus erat illis, quæ in Juſtiniani Pſalterio Pentaglotto exſtant. Conf. *Hottingeri* Bibliothecar. Qvadripart. p. 141.

*Pſalterium* Heptaglotton, per ſeptem columnas diſpoſitum, Hebraicum ſcilicet, Syriacum, Græcum, Copticum, Æthiopicum, Perſicum & Armenicum, ſuo ſibi ære comparaverat *Nicol. Fabricius Peireſcius*, ſed vix redemtum a piratis, in quorum manus inciderat, iterum redimendum ſtatuerat, quod patet ex *Claud. Salmaſii* epiſtolis p. 185. Verba ita habent: *In eo nunc eſt* (Peireſcius) *ut captivum in mei gratiam redimat a piratis, cujus eripiendi haud exiguam ſpem ſibi adlucere in poſterioribus ad me ſcribebat. Quem captivum dices? Pſalterium MS. ἑπτάγλωττον, lingva Hebräica, Syriaca, Græca, Coptica, Æthiopica, Perſica & Armeniaca.* Interim fruſtra fuit Peireſcius. Pro hoc Pſalterio enim nactus eſt Erpenii Lexicon Arabicum, quod fraudulenti homines pro Codice illo Polyglotto ipſi venditaverant. Lege hanc in rem Peireſcii vitam apud Gaſſendum lib. V. ad an. 1637. Tomo V. Opp. p. 329. & p. 347. edit. Quedlinburg. in 8. ubi tamen notes, velim, Pſalterium non Heptaplum ſed Hexaplum nominari.

## *Subſectio II.*

## DE BIBLIIS POLYGLOTTIS EDITIS, SPECIATIMQUE COMPLUTENSIBUS.

Nemo hic a me exſpectaverit recenſionem Codicum Biblicorum, qui Hebraice & Chaldaice editi proſtant. Eorum enim complures ſunt, quorum numerum inibimus paulo poſt, ubi Hebraicas Bibliorum editiones recenſendas aggrediemur. Nec cum ratione quisquam exſpectaverit tractationem de Tetraplis, Hexaplis & Octaplis Origenis, quæ

(e) Lingvæ illæ ſunt Græca, Latina, Italica, Gallica, Hiſpanica, Germanica Saxoniæ tum ſuperioris tum inferioris, Danica, Venedica, Anglicana, Bohemica, Polonica, Moſcovitica, Turcica, Æthiopica, Arabica, Syriaca, Chald. & Hebraica, quas recenſet Tenzelius in Bibliotheca Curioſa pag. 453. ubi tamen ad complendum numerum quædam adhuc deſiderantur.

quæ huc a nonnullis, v. c. B. *Pfeifero* in Critica Sacra p. 25. & *Tenzelio* in diſſ. de Bibliis Polyglottis §. 8. referuntur. Ea enim huc non pertinent, cum plures quidem verſiones Græcas, ſed non plurium ſaltem duarum lingvarum interpretationes, quas huc requiri ſupra monuimus, repræſentent.

His itaque in alium locum ſepoſitis, primo loco dicemus de *Polyglottis Complutenſibus*, quæ ab urbe Luſitaniæ, Compluto, cui natales debent, appellantur. Titulus ita habet: *Biblia Sacra, V. T. multiplici lingvâ nunc primo impreſſam. Et inprimis Pentateuchus Hebraico atque Chaldaico idiomate, adjuncta unicuique ſua Latina verſione:* 4 voll. in fol. Tomus V. an. 1514. editus, continet N. T. Tomus VI. anno 1515. impreſſus, Vocabularium Hebr. & Chaldaicum cum Grammat. Hebr. & Dictionario Græco. Totum opus prodiit Compluti ab an. 1514. ad 1517. quo VIII. Novembr. paucis poſt abſolutum opus menſibus obiit Ximenius. Legitur ibi in paginis per tres columnas diſpoſitis (f), præter textum Hebræum, verſio τῶν LXX. Græca, cum verſione Latina interlineari, cura variorum Doctorum Academ. Complutenſis, tum paraphraſis Onkeloſi *Chaldaica*, ſed tantum quoad Pentateuchum, cum verſione Latina *Alphonſi de Zamora*, ac denique Vulgata Latina. Libri Hagiographi & Prophetici Hebr. tantum & Græce cum verſionibus 2 Latinis, non Canonici autem Græce tantum cum duplici verſione, altera B. Hieronymi, altera interlineari, ibi leguntur. Inchoatum & perfectum hoc opus eſt *de mandato & ſumtibus* (ut titulus habet) *Franc. Ximenii de Ciſneros*, Cardinalis & Archi-Epiſcopi Toletani. Inter eruditos, quorum opera ad inſtitutum hoc perficiendum uſus eſt *Ximenius*, eminent *Demetrius Ducas Cretenſis*, qui Venet. 1528. Chryſoſtomi Liturgiam edidit, *Ælius Antonius Nebriſſenſis*, qui obiit 1522. *Didacus Lopez Stunica* ſ. *Aſtuniga*, an. 1530. defunctus, *Ferdinandus Nonnius Pincianus*, an. 1553. mortuus, *Alphonſus de Zamora* (mort. 1530.) *Paulus Coronellus* (mort. 1534.) & *Alphonſus Medicus Complutenſis*, tres Ex Judæi, tum *Io. de Vergara*, Prof. Salmantic. mort. 1557., de quorum vita meritisque fuſius exponit Cl. *le Long* in Commentat. Gallica de Bibliis Polyglottis cap. I. p. 24.--32. Inſudatum huic labori fuit inde ab anno 1502. ad 1517. qui Cardinali Ximenio (g) 50000. aureis conſtitit, teſte *Alvaro Gomeſio* de rebus geſtis Ximenii lib. II. pag. 44. Ubi ſpeciatim obſer-

Uu 2

(f) Juxta Hebr. Chald. & Græc. textum in margine conſpiciuntur radices difficiliores.

(g) Paulus Freherus in Theatro Eruditorum Virorum numerat 60000.

obſervandum eſt, eodem Gomeſio teſte, ſeptem Hebræa exemplaria, quæ nunc Compluti habentur, & quæ IV. Sæculorum ætatem habuiſſe ac Maſoræ conformia fuiſſe, teſtatur *Arias Montanus*, quatuor millibus aureorum ex diverſis regionibus comparata fuiſſe. Textum Chaldæum & primitiva ad marginem poſita Grammaticæ non ſatis reſpondere monet Hottingerus in Bibliothecario Qvadripartito p. 135. Græcam τῶν LXX. verſionem contra MSS. fidem (h) ad Hebræum contextum accommodatam eſſe & reſictam poſt *Flaminium Nobilium* in præfat. ad verſionem ſuam Latinam plures improbarunt, nominatim *Rich. Simon* in catalogo præcipuarum editionum Biblicarum, qui calcem Hiſtoriæ Criticæ V. T. occupat, ubi addit, Vulgatam quoque juxta veteres Latinos Codices & juxta Hebræum emendatam eſſe. Comparatio illa, qua Vulgatam cum Ieſu, inter duos latrones, Hebræam & Græcam verſionem, pendentem confert in præf. ad Lectorem Ximenius, cordatis v. c. *Hottingero* l. c. merito diſplicuit, & talis viſa fuit Simonio, ut eam a Ximenio in Dedicat. ad Leonem X. præclarius de textibus Originalibus judicante repetendam non eſſe cenſuerit. Vide eum l. c. & in Diſquiſitt. de variis Bibliorum editt. p. 214. Textus N. T. Græcus accentibus caret, improbante fere conſilium Simone in catalogo editt. Biblicarum, probante autem Cl. *Hardtio* loco mox citando p. 40. Interim tamen vel ſic Hottingero merito *inſigne opus* audit l. c. pag. 134. cujus præſtantiam totamque conditionem fuſius enarravit Cl. *Hermannus von der Hardt* in Memoria Seculari Ximenii, Helmſtad. 1717. 8. edita. Inter cetera pag. 55. hæc legas: *Tametſi hodie nitidius omnia prodierint, & ampliora ſimilia ſacra volumina, prima tamen illa Ximenii religioſa cura & ſubmiſſa devotio, primus ille vel ſimplicior ornatus præcipuam meretur admirationem. Juſte hic annus 1517. quo hoc opus confectum, & vita Ximenii conſummata, Hiſpanis orbique Chriſtiano ſacer, cujus Jubilæum nos hoc anno 1717. & ſecuturo ſæculo 1817. grati & devoti poſteri, nec ſoli Complutenſes Academici, Hiſpani eruditi, ſed & omnes boni, veritatis cupidi, celebrent læti.* Lege de hoc opere aliisque Viri meritis plura apud *Nic. Antonium* in Bibliotheca Hiſpan. Tom. I. p. 293. *Imbonatum* in Biblioth. Hebr. Lat. p. 48. *Bartoloccium* Parte IV. p. 191. *Marſolerium* in hiſtoria miniſterii Cardin. Ximenii T. II. lib. 6. pag. 14. *Iſaacum Bullartium* in Acade-

(h) Alii tamen, nominatim Auctor notæ ad Hiſt. Criticam Simonianam maximam illarum correctionum partem ex MSS. exemplaribus τῶν LXX. petitam cenſent. Sed vide Cl. *le Long* Diſſertat. Gallic. de Polyglottis p. 21.

Academia Scientiarum & artium Tom. I. p. 19. *Paul. Freberum* in Theatro ſuo loco, & inprimis diligentiſſimum *Iac. le Long* in Diſſert. hiſtorica de Bibl. Polyglottis p. 5.--32.

## Biblia Polyglotta ANTWERPIENSIA.

*Antwerpienſia* ut ab urbe natali, ita *Regia* appellata ſunt a Rege Philippo II. qui ſuis illa ſumtibus auſpiciisque imprimenda curavit. Titulus ita habet: *Biblia Sacra Hebraice* (cum verſione Latina interlineari Santis Pagnini ab Aria Montano & aliis ad verbum expenſa) *Chaldaice* (Targum Onkeloſi in Pentateuchum, Jonathanis in Prophetas priores & poſteriores, R. Joſeph Cœci & aliorum in Iob, Pſalmos & 5 Megilloth, addita verſione Latina Pentateuchi, Prophetarum Iſaiæ, Hieremiæ & Ezechielis ab Alphonſo de Zamora, aliorumque librorum ab Aria Montano concinnata) *Græce* (cum verſione Latina ex editione Complutenſi) *&* *Latine* (ex Vulgata editione) *Philippi II. Regis Catholici pietate ac ſtudio ad Sacro-ſanctum Eccleſiæ uſum, VIII. voll. in fol. Antwerpiæ excudebat Chriſtoph. Plantinus 1569. -- 1572. Novum Teſtamentum Græce, Syriace*, (charactere Hebr. & Syriaco præter epiſtolam II. S. Petri, II. & III. S. Joannis, S. Judæ & Apocalypſin) *& Latine*, (ex Vulgata editione) *item N. T. Græce & Latine* (ex edit. Complutenſi.) Debentur hæc induſtriæ *Bened. Ariæ Montani*, qui Latinas verſiones omnes, præter illam, quæ eſt ex Syro, recognovit, & *Guidonis Fabricii Boderiani*, qui Syriacam N. T. verſionem Latinam fecit; juvantibus *Franc. Raphelengio* (qui corrigendi curam ſuſtinuit, teſte *Sweertio* in Athenis Belgic. p. 251. & Chaldaicam Paraphraſin emendatiorem reddidit, teſte *Boderiano* in fine præfat. ad N. T. Syriacum) & *Nicolao*, *Guidonis Fabricii* fratre, cum ipſorum & *Andrea Maſii* Lexicis. Arias præmiſit etiam præfationem & Apparatum. Suppetias quoque tulerunt *Io. Harlemius* S. J. quod ad interpretationem verſionis Syriacæ, teſte Boderiano in fine præfat. in N. T. Syrum; *Franc. Lucas Brugenſis*, auctore Sweertio l. c. p. 245. *Andr. Maſius*, quod idem refert p. 123. *Ioan. Livineius*, quoad editionem Græcam, teſte Thuano in calce lib. 122. Hiſtor. *Guil. Canterus*, variarum Lectionum collector.

Totum vero Opus ita adornatum eſt, ut Tomi IV. priores contineant libros V. T. Canonicos Hebraice, Chald. Græce & Latine cum Apocryphis Græce & Latine; Tomus V. N. T. Gr. Syriace & Latine; Tomus VI. & VII. tractatus, apparatum (ubi de idiotiſmis Hebr. de arcano ſermone, actione ſeu habitu, de ſacris ponderibus & menſu-

ra ut & Geographia Sacra Arias diſſerit) Lexica, Grammaticas & Indices tum rerum tum nominum propriorum; Tomus VIII. denique V.T. hebr. & Latine minoribus literis quam quibus in I. Tomo eſt expreſſum. Novum autem Gr. & Latine. Plura de auctoribus, qui huc operam ſuam retulerunt, legi poſſunt in Cenſura Doctorum Lovanienſium & Pariſienſium præmiſſa, item in Oratione Bened. Ariæ Montani ad Gregor. XIII. P. M. ex qua patebit, per quatuor annos integros inde ab an. 1568. ad 1572. huic operi fuiſſe inſudatum, adhibitis magnis ſumtibus & ſexaginta operis perpetuis. Præferenda hæc editio merito eſt Complutenſi illi tum ob chartæ typorumque nitorem, tum ob varias acceſſiones, inprimis etiam eximium iſtum Apparatum. Hinc *Rich. Simon* in Disquiſitt. Criticis p. 216. recte appellat *immenſum ac vere Regium opus*, ſicut *orbis miraculum* quibusdam audire tradit Waltonus in præf. ad Biblia Polygl. (i) Sed nec ſic deſunt, quæ limam viſa ſunt mereri. Ita *Simon* in catalogo præcipuarum editionum Biblicarum in calce Hiſtor. Crit. V. T. p. 130. eadem hic vitia quoad verſionem LXX. & Vulgatam Latinam occurrere obſervat, quæ in Complutenſi ab eo notata diximus. Ob emendatam hinc inde Pagnini verſionem Jeſuitarum cenſuram effugere non potuit, qua de re ipſe Arias queritur in tractatu *de varia Hebraicorum librorum ſcriptione*. Horum exemplo forte excitatus *Jac. Bonfrerius* cap. 18. Præloqv. ſect. 1. Pagnini verſionem verbis inuſitatis & inauditis, obſcuriſque corruptam ſcribit. Imo, quod mireris, Arias, ob editionem hanc variarum hæreſium apud Pontificem poſtulatus, neceſſe habuit Apologiam Hiſpanice ſcribere, quam in expugnatione Caletana ante annos aliquot inventam Anglos in patriam ſuam detuliſſe atque in Oxonienſi Bibliotheca etiamnum tanquam pretioſiſſimum *κειμήλιον* adſervare teſtatur *Colomeſius* in Cimeliis Literariis c. 34. p. 307. Opp. Conf. idem p. 804. in epiſt. ad Iuſtellum, ubi hanc in rem provocat ad Sixtinum Amamam in Antibarbaro ſuo Biblico (k) id teſtantem. Alii referunt, eum Romæ apud Pontificem ob nimium probatas Rabbinorum explicationes cauſam dicere juſſum præmii loco mandatum de reditu, in Vandalitiam patriam ſuam ſuſcipiendo, accepiſſe. Lege Cl. le

(i) Idem Prolegom. IV. p. 33. elogium hoc Bibliis Polyglottis Pariſienſibus tributum eſſe ſcribit.

(k) Vide eum p. 96. editionis an. 1656. ubi vehementer cupit, ut *Thomas Jameſius* editionem, quam promiſerit, in lucem edidiſſet.

Digitized by Google

le Long commentat. Gallic. de Bibl. Polygl. ſect. 8. ubi etiam intelliges, Plantinum typographum hac editione tantum æris alieni contraxiſſe, ut a creditoribus multum fuerit vexatus. Viciſſim alii Ariæ verſionem omnibus aliis præferendam putarunt, nominatim *Epiſcopius* in Inſtitutionibus lib. III. c. 6 p. 279. Ex noſtratibus *Nic. Selneccerus* nonnulla in hoc opere cum judicio legenda notavit, cujus animadverſiones exſtant in Arcan. Biblioth. Thomanæ Lipſ. Sacris p. 49. Epiſcopii de verſione Ariæ judicium non probat *B. Olearius* in Invitatione ad Diſputationes in ſelecta loca N. T. habendas p. 5. & 6. Multa ad univerſi operis hiſtoriam peti poterant ex illuſtrium & doctorum Virorum epiſtolis ad Montanum noſtrum, de edendis Bibliis Polyglottis exaratis, quæ ex legato Sparſvenfeldiano MSS. exſtant in Bibliotheca Regia Holmienſi, ceu ex Ecloga librorum a Sparſvenfeldio donatorum, a Peringero edita conſtat p. 12. Lege interim plura apud *Nic. Antonium* in Biblioth. Hiſpan. Nov. T. II. p. 284. *Imbonatum* in Biblioth. Hebræo-Lat. p. 12. *Antonium Teiſſerium* in Elogiis Tom. II. p. 282. & Tom. III. p. 416. & *Ludov. Eliam Dupin* in Bibliotheca Nova Sec. XVI.

## Biblia Polyglotta VATABLI.

Biblia Sacra Hebraice, Græce & Latine: Latina interpretatio duplex eſt, altera vetus, altera nova *Pagnini* cum annotationibus Franc. Vatabli. Omnia cum editione Complutenſi diligenter collata, additis in margine, quos Vatablus in ſuis annotationibus nonnunquam omiſerat, idiotismis, verborumque difficilium radicibus. II. voll. in fol. Heidelbergæ ex officina Sanatandreana 1586. *Cornelium Bonaventuram Bertramum* Prof. L. Sanctæ Genev. editionis curam habuiſſe non ſine veri ſpecie ſuſpicatur Cl. *Le Long* in Diſſertat. Gallica de Bibliis Polyglottis c. 10. p. 89. ſq. Quæ præterea circumferuntur editiones annorum 1599. & 1616. eæ collatis inter ſe exemplaribus cum iſta anni 1589. eædem eſſe judice Cl. Le Long deprehenduntur, licet quibusdam addatur N. T. Gr. cum verſ. Lat. Ariæ Montani. Et notas illas & verſionem non Vatabli eſſe, ſed ſcholia (& forte etiam verſionem) Roberto Stephano accepta ferri debere, confidenter affirmat *Arnoldus Bootius* in Indice, Auctorum Animadverſionibus Sacris præmiſſo, titulo *Stephanus*. Stephanus autem in præfatione ſcholia illa transſcripſit Vatablo, ac ſi ex ejus prælectionibus ſublecta eſſent, vel ex modeſtia, quæ *Bootii* eſt ſententia; vel, quod veri mihi ſit ſimilius, ut major ipſis conciliaretur auctoritas. *Bertinum Comitem*

(de

(de quo Colomeſ. p. 12. Gall. Oriental.) Vatabli diſcipulum Rob. Stephani rogatu notas illas ex prælectionibus Vatabli collegiſſe, &, Calvini cui idem favebat, annotationibus locupletaſſe auctor eſt Cl. Le Long in Diſſertat. Hiſtor. citata p. 86. Sane in Indice Expurgatorio Romano per Fr. *Jo. Mariam Braſichellen* Romæ 1607. edito confirmatur *Genebrardi* in Chronographia & ſuper Origenem judicium, eam verſionem non eſſe Vatabli, ſed quorundam pravorum diſcipulorum ejus, qui eam a *Roberto Stephano*, religionis Catholicæ deſertore, imprimi fecerint; vel, teſtante *Theod. Beza*, in Iconibus, *Leonem Juda* (l) Helvetium ejus auctorem eſſe, vel certe, ſi Vatabli ſit, Calvinianos hæreticos errores pleros que inſeruiſſe. Seqvuntur deinceps ibidem expungenda. Confer Obſervationes Literarias ſelectas Halenſes Tomo V. p. 325. Adde *Andr. Riveti* Iſagogen ad Scripturam Sacram p. 177. ſqq. Notæ illæ omne punctum tulerunt etiam apud Pontificios nonnullos. Sic *Auguſtinus Villavincentius*, Hiſpanus, lib. II. de ratione ſtudii Theolog. c. 1. *Affirmant*, inquit, *quam plurimi viri eruditi conſtanti ſententia, neminem majori vel eruditione, vel fide, magisque perſpicua expoſitione ſacros libros V. T. interpretatum eſſe, quam Franc. ille Vatablus, doctiſſimus Profeſſor Regius Ebr. literarum Pariſinus interpretatus eſt.* Conf. *Rich. Simonii* Hiſtor. Critic. V. T. lib. III. p. 78. qui nihil ait occurrere, quod non perſpicue admodum & breviter explanet. Dubitat tamen idem, an vere Vatabli ſint, nec potius plurium, quod veroſimilius putat, quorum nomina ſupprimat, inter quos etiam numerat Calvinum. Interim ex *Bootii* l. c. diſco, duas illius verſionis editiones extare, unam 2. voll. adjuncto III. N. T. continente, in 4. magno cum annotationibus, ſed hic illic immutatis, quæ in editione verſionis Tigurinæ & Vulgatæ ab eodem Stephano an. 1545. curata extabant; alteram cum auctioribus ſcholiis an. 1586. 3. voll. in fol.

### Biblia Polyglotta WOLDERI.

*Biblia Sacra Græce, Latine* (ex duplici verſione, Vulgata & S. Pagnini)

(l) Hic nonnullis viſus eſt Judæis ortus parentibus: falſo omnino & præter hiſtoriæ fidem. Vide omnino *Jac. Huldricum* in Vindiciis pro translatione Bibliorum Tigurin. c. VI. *Andr. Rivetum* in Iſagog. in Scriptur. Sac. c. 12. *Melchiorem Adami* in Vitis Theologorum p. 94. & inprimis in Nov. antiquis Literariis Tigurinis, Germanice editis Part. II. p. 103. ſq. Ex Pontificiis genuinos Leonis natales contra *Boſſvetum* & *Gretſerum* aſſeruit & vindicavit *Rich. Simon* Tom. IV. Biblioth. Critic. ep. 32. De aliis ad noſtrum, ſpeciatimque verſionem ejus Latinam pertinentibus, lege *Hottingerum* in Biblioth. Tigurina p. 142. & *Pet. Dan. Huetium* de Claris Interpretibus p. 186. ſq.

Digitized by Google

gnini) *& Germanice*, (B. Lutheri) Hamburgi fol. apud Jac. Lucium an. *1596.* Diſponuntur hæ per quatuor columnas, & V. T. in tres tomos ſeu partes quinque diviſum eſt, quarum I. Pentateuchum, II. libros Hiſtoricos XII. III. Hagiographos quinque. IV. Prophetas 16. majores & minores, V. denique Apocryphos complectitur. N. T. uno conſtat volumine, & 2. partibus, quarum prior Evangelia 4. & Acta, poſterior epiſtolas Apoſtol. & Apocalypſin exhibet. Hæc editio huc non pertinere videri poterat, quia Hebraici contextus non habita eſt ratio. Sed exſtant tamen, ceu Cl. *le Longius* monet, exemplaria, quorum titulus *Quadrilingvia Biblia* ejusdem anni apud eundem typographum pollicetur. At ille Hebraicus textus non alius eſt, quam qualis *Eliæ Hutteri* cura an. 1587. lucem vidit. Ad hanc editionem enim Wolderus reſpexit, quando rationem, cur is a ſe omiſſus ſit, redditurus, in præfatione ita ſcribit: *Ad hæc fons ille Hebraici textus jam ante civium hujus Reipubl. Hamburgenſis munificentia ac liberalitate erectus, ornatus, fultus, & S. Hebræa Biblia ſic eleganter, ſic luculente; ſic denique ad omnis ætatis uſum accommodate edita erant, ut ſperare haud poſſem, ornatius quidpiam, etiamſi maxime vellem, eo quidem in genere, in medium me poſſe proferre.* Ille ergo tomus Hebraicum contextum continens, quatuor iſtis Wolderianis additus eſt. Exſtat tale exemplar in Bibliotheca noſtra publica Hamburg. ubi Tomus I. Wolderianus præmiſſum habet hunc titulum in ſingulari folio: *Sacrorum Bibliorum Quadrilingvium Tomus II. Trilingvis librorum V. & N. T. verſionem continens Græcam, LXX. Int. Latinam duplicem, unam veterem & Vulgatam, alteram Pagnini, eam notis Hebr. veritatem indicantibus, & Germanicam Mart. Lutheri. Hamburgi.* Loco Tomi I. exſtabant ibi Biblia Hebræa ab Elia Huttero edita *Hamburgi ex Bibliopolio Frobeniano* (m) *1603.* Latinæ verſioni Pagnini ejusdem notæ in margine additæ ſunt. Ex calce præfationis intelligitur, opus hoc auſpiciis & liberalitate Illuſtriſſimi Principis *Iohannis Adolphi* promotum eſſe.

## Biblia Polyglotta HUTTERI.

Biblia Hebraice, Chaldaice, Græce, Latine, Germanice & Scla-



(m) Hamburgi nec *Frobenius*, nec *Commelinus* fuit, quod conſtat, adeoque nec Bibliopolium alterutrius: utrumque autem circa Biblia *Wolderi & Hutteri* (vide paulo poſt) in titulo memorari ſolet, quia Biblia Hutteri Polyglotta *Heidelbergæ* quoque lucem viderunt. Ceterum Hebraica Hutteri & Wolderi trilingvia non niſi Hamburgi lucem ſemel vidiſſe extra dubium eſt. Confer, quæ ſupra inter editiones Bibliorum Hebraic. ad an. 1587. diximus.

Sclavonice, ſtudio Eliæ Hutteri, in folio Norimbergæ 1599. Diſponuntur diverſi illi textus per ſex columnas, ita ut, quod editor in præfatione monet, loco Sclavonici modo Gallicum, modo Italicum, modo Saxonicum, aliarumque gentium idiomata ſubſtitui poſſint. Hinc & factum eſt, ut quadruplex ejusdem editionis facies in titulo diverſorum exemplarium compareat, ubi ſcilicet ultima iſta columna pro Sclavonica, Gallicam, Italicam, vel Saxonicam verſionem exhibet. Interim non abſolutum eſt hoc modo Opus Biblicum, ſed cum libro *Judicum* & *Ruth* deſinit.

Adjunxit his Cl. le Long Biblia Hebr. Græca & Lat. cum notis Vatabli 2. voll. in fol. Heidelberg. 1599. confer quæ ſupra de ed. Vatabli an. 1586. diximus.

Opus quadripartitum S. Scripturæ, continens ſacra Biblia quadruplici lingva, Hebr. Gr. Latine & Germ. 5. Voll. in fol. Hamburgi ex Bibliopolio Commeliniano (n) 1603. Hanc editionem æque ut illam anni 1596. apud Lucium, de qua paulo ante, idem le Longius credit ſuppoſitam, niſi eadem ſit.

Biblia Hebraica, Græca & Latina cum notis Vatabli 2. voll. in fol. ex officina Commeliniana 1616. Confer ſupra de Vatablo. Antequam Hutterus hanc Bibliorum πολυγλώττων editionem ſuſciperet, inſtitutum ſuum publico programmate Hamburgi edito ſignificavit, ad quod etiam in præfat. ad *Cubum* 1586. editum provocat. Illud Kalendis Januariis anni 1585. prodiiſſe colligo ex Hammeri epiſtola ad Eliam Hutterum, quæ in libello epiſtolarum de Bibliis Elianis Francof. 1587. edito legitur p. 74. Eodem anno die XVI. Junii ab Ampliſſ. Senatu Hamburgenſi inſtitutum Hutteri civibus per literas publicas commendatum eſt, quæ ibidem p. 11. ſq. latine exſtant. Ex eadem collectione patet, *Johannem Hennichium*, Paſtorem Hamburgenſem ad D. Jacobi, & *Dav. Wolderum*, Diaconum-Petrinum, conatus Hutteri promoviſſe. Vide e. g. p. 35. 52. 54. Collegium Elianum alumnorum lingvæ Sanctæ memorari video p. 51.

Præter dictos libros Biblicos *Danielem* & *Pſalmos* ſpeciminis loco edidit Hutterus, quod ipſe in præf. ad Cubum 1586. editum profitetur. *Ego putem*, ſcribit *Hottingerus* in Bibliothecar. quadripart. p. 142. de Hutteri Opere πολυγλώττῳ V. & N. T. *rarius in Bibliothecis reperiri, quod nec eruditorum ſatis aptum eſſet ſtudiis, nec plebejorum vel ſumtibus vel uſibus.*

Biblia

(n) Vide not. m.

## Biblia Polyglotta PARISIENSIA (o).

*Biblia Hebraica*, (mendoſe cum verſ. Vulgata) *Samaritana* (quoad Pentateuchum, eumque geminum, alterum charactere Samaritano, & lingva Hebræa, alterum literis & lingva Samarit. cum Jo. Morini interpretatione Latina) *Chaldaica*, (ſtudio Philippi Aqvinatis, qui ex aliis editt. interpolavit, verſionem autem Antwerpienſem retinuit, teſte Valer. de Flavigny p. 22. ep. I. de hac edit. Pariſ.) *Græca* (ex edit. Complutenſi cum verſione ibidem exſtante, ſed ab Aria Montano recognita) *Syriaca*, (partim ex Hebra. partim ex Græco, cura *Gabrielis Sionitæ* cum ejusdem verſione Latina: textus Syriacus N. T. ex edit. Antwerpienſi repetitus eſt adjectis 4. epp. Catholicis ex edit. & verſione *Pocockii*, ac Apocalypſi ex edit. & verſ. Lud. de Dieu) *Latina* (ex verſ. Vulgata ed. Antwerp.) *Arabica* (tam V. quam N. T. excepto libro I. Maccabæorum ex exemplari Arabico in Ægypto ſupra annos abhinc 300. exarato, cura Gabr. Sionitæ cujus & verſio Latina accedit) *Quibus textus originales totius Scripturæ Sacræ, quorum pars in editione Complutenſi, deinde in Antwerpienſi, regiis ſumtibus exſtat, nunc integri ex MSS. toto fere orbe quæſitis exemplaribus exhibentur. X. voll. in fol. majori: Pariſiis excudebat Ant. Vitré 1645.* (poſtqvam an. 1628. conſilio Petri Cardinalis Berulli ſuſceptum hoc opus, & deinde a variis promotum fuit.

Præter laudatos induſtriam ſuam hic probarunt *Abraham Echellenſis* ratione textuum Arabicorum & Syriacorum (v. Morinum in Antiquitatt. Eccleſ. Orient. p. 300.) *Philippus Aquinas* in excudendis Hebraicis & Chaldaicis; (p) *Jo. Morinus* in Samaritanis, *Gabr. Sionita* & *Jo. Heſronita* in Syriacis & Arabicis corrigendis & vertendis; & *Hieronymus Parent* in Syriacis, Arabicis & Samaritanis, ceu refert *de Flavigny* l. c. qvibus addendus in Græcis curandis *Godofr. Herman*, ceu ex vita ejus ab Adrian. Bailleto ſcri-

 pta

(o) Solent eadem vocari Biblia Luteſiana, item Heptaglotta & Polyglotta le Jay, itemque Heptapla Regia.

(p) Eum non fuiſſe capacem & idoneum, qui laborem tanti ponderis & momenti ſuſciperet, ſcribit *Valerianus de Flavigny* in epiſt. priore de Bibliis Heptaglottis p. 20. additque ad fidem faciendam ſeqventia: *Etſi enim, ut nonnulli volunt, Rabbinice peritiſſimus exſtiterit, & in nugis ac tricis Talmudicis exercitatiſſimus; ita tamen deſtitutus fuit omnibus præceptionibus Grammaticis & aliis adminiculis ad hoc opus adornandum omnino neceſſariis, ut etiam coactus fuerit, uti mihi multoties relatum fuit a Viris fide digniſſimis, filium ſuum tyronem adhuc & immaturum accerſere, & eum a jocis puerilibus ad emendanda ſpecimina typographica transmittere.*

pta nec hucdum edita oſtendit Cl. le Long in diſſert. Hiſtor. pag. 127. Conf. idem p. 128. ſeq. ubi ex MSS. Bailleti ad Placcium literis bini alii hujus laboris ſocii, *Jo. Aubertus* & *Jo. Tarinus* laudantur. Præterea vero inſtitutum provexerunt egregie *Achilles de Harlay*, *Nicol. Faber Peireſcius*, & *Petrus della Valle*, comportatis præcipue undiquaque Codicibus MSS. quam in rem multa tradunt Gaſſendus in vita Peireſcii, & Antiquitates Eccleſiæ Orientalis. Opus integrum ita diſtinctum eſt, ut IV. priora voll. V. T. textum Hebr. Chald. & Gr. cum triplici verſ. Lat. quatuor ſequentia textum Syriacum & Arabicum cum verſionibus ſuis Latinis & duplicem Pentat. Hebræo Samarit. & Chaldæo Samarit. cum verſione Latina: duo denique poſtrema N. T. Gr. Syriac. Arab. & Latinum exhibeant. Neque tamen ordine excuſi ſunt libri Biblici, ſed pro arbitrio, quod patet ex ſcripto *Antonii Vitré* contra Gabr. Sion. tam 1640. Pariſ. edito, cujus excerpta habes apud Cl. le Long.

Sumtus illuſtri & regio operi ſuppeditavit privatæ ſortis homo, civis Pariſ. & Advocatus Curiæ Pariſ. *Guido Michaël le Jay* (q), qui & præfatus eſt. Vide *Colomeſii* Galliam Orientalem p. 263. niſi rectius hic labor tribuatur *Jo. Tarino*, quam in rem vide Cl. *le Long* conjecturas l. c. p. 129. Centiés mille imperialibus & amplius Opus ipſi conſtitiſſe Cl. *le Long* in commentatione Gallica de Bibl. Polyglottis c. 15. p. 194. teſtatur ex literis, quibus jura nobilitatis ipſi confirmantur, monetque inſuper, rem familiarem hominis cordatiſſimi hoc ipſo valde afflictam fuiſſe, inprimis cum *Gabr. Sionitæ* (r) frigore opus lente procederet, & exemplaria, quorum ſingula initio, ſexcentis libris Gallicis vendebantur, poſtea, cum Polyglotta Londinenſia in lucem proferrentur, non majori pretio diſtraherentur, quam quo charta vix redimi poſſet. Imo Menagius in Continuatione Menagianorum p. 71. teſtatur, ligaturam voluminum majores requirere ſumtus, quam volumina ipſa. Eodem in loco Cardinalis *Richelius*, *Ximenii* forte imitatione & exemplo ductus, dicitur Jayo omnium

(q) Non confundendus hic eſt cum *le Jay*, Præſide Curiæ Pariſienſis; quod uſu venit Cl. *Bailleto* Tom. III. Judiciorum Eruditorum p. 524. qui tamen ſuum ipſe errorem emendavit Tom. IV. p. 201.

(r) Lectorem Sionitæ Petro della Valle nunciat *Jo. Morinus* in epiſtola ad eum data, & Antiquitatibus Eccleſ. Orient. p. 262. inſerta, his verbis: *Editione illa pedetentim progrediente propter illius, qui Syriaca & Arabica Latine vertit, lentum nimium & in labore remiſſum animum, annus unus & alter atque etiam tertius elabuntur, necdum tanto temporis ſpatio ad exitum feſtinat editio.*

omnium impenſarum reſtitutionem ampliſſimumque inſuper præmium promiſiſſe, ſiquidem Biblia hæc ſub nomine ſuo in lucem prodire pateretur. Obitus vero Richelii anno 1642. inſecutus conſilium hoc intervertiſſe videtur. Adde elegantiſſimi *de Monnoye* notas ad hunc locum Tom. IV. Menagianorum p. 53. & *Marvillii* Miſcellanea hiſtorica & Literaria Tom. II. p. 315. (s) Nonnulla hujus generis obſervata quoque ſunt a *Chevillerio* de Origine Typographiæ p. 298. ſqq. Plura huc pertinentia peti fortaſſe poterant ex diſſertatione Gallica, quam Qvesnellum ex MS. editurum tradunt Ephemerides Italicæ, Romæ 1677. editæ, p. 96. Continebat illa *un Avis a Mr. de Chartres ſur la conſultation faite par ordre de Mr. le Cardinal de Richelieu.* Magnifice de externa horum Bibliorum forma, nitore chartæ, typorumque artificio ſentiunt & judicant *Andr. Chevillerius* de Origine Typogr. Part. I. c. 4. p. 58. & *Adrianus Bailletus* in Judiciis Eruditorum Tom. II. pag. 39. quorum prior Anglicanis ipſis præfert. Quid vero de ipſa Operis, interpretationumque conditione habendum ſit, diſces præ ceteris ex *Valeriani Flavignii*, Doctoris Sorbonici & Profeſſ. SS. liter. Pariſienſis epiſtolis quatuor de *ingenti Bibliorum*, ut appellat, *opere* editis, quarum I. & II. anno 1646. in 8. vulgata de illis generatim, III. de libello Ruth Syriaco, qui Abrahami Ecchellenſis curæ debetur, an. 1647. edita exponit, IV. vero anni 1648. diluit *mendacia, fraudes, calumnias, convicia, cavillationes & impoſturas, quibus Abrah. Ecchellenſis eluere conatus eſt omnes illas maculas & ſordes, quas ineptiſſime paſſim aſperſit libello Ruth Syriaco & loco illi*, Geneſ. IV. 7. Eum vero ſtilo nimis acerbo uſum eſſe recte monuit *Brianus Waltonus* in diſſert. de lingvis Orientalibus pag. 24. Specimen, cum rarus ſit libellus, capere potes ex iis, quæ inde repetiit Cl. *le Long* in Diſſert. Hiſtor. de Polyglottis p. 180. ſqq. & pag. 530. ſqq. & *Hottingerus* in præfat. ad Diſſertatt. Miſcellan. p. 23. ſq. Idem ille Hottingerus diſſertationem ſingularem de Heptaplis Pariſienſibus inſeruit Analectis ſuis Hiſtorico-Theologicis p. 83. ſqq. Sed illa quidem non tam de opera hic ſuſcepta, quam de textibus ipſis & verſionibus, earumque translatione commentatur. In præfat. p. 84 hæc legas: *Habet ſuam Opus hoc laudem illibatam, quam Interpretum vel incuria, vel ignorantia, vel etiam deſtinata malitia non obſcurabit.* *Muiſium* juſſu Cardinalis de Ri-



(s) Aliter hic ſentit Cl. *le Long* in Diſſert. Gall. de Bibliis Polyglott. pag. 188. Is enim putat, Richelium Cardinalem lata repulſa exacerbatum fuiſſe, & de intervertendo toto negotio cogitaſſe, atque hoc fine Muiſii auctorem fuiſſe, ut in operam hanc calamum ſtringeret, qua de re paulo poſt dicemus.

Digitized by Google

chelieu omnes mendas inſigniores in Opere iſto obvias fideliter paulo ante obitum collegiſſe, quæ in Bibliotheca Renaldiniana lateant, tradit *Valer. de Flavigny* in ep. I. de Bibliis Heptaglottis p. 77. Confer *Marvillium* Tom. II. Miſcellan. pag. 326. Quæ *Waltono* hic diſplicuerunt, ea poſt ipſum deſiderarunt plures. Accipe judicium ejus ex Prolegom. IV. §. 14. *Dolendum eſt*, inquit, *Apparatum cum prolegomenis & Appendicibus, variarum lectionum tabulis, indicibus, aliisque, quæ ad operis complementum pertinebant, ex diſſidio eorum, qui operi præfuerunt, deſiderari: nec editiones, quas protulit hæc ætas limatiores, quam quæ in Complutenſi vel Regio Opere habentur, eos ſecutos fuiſſe, ut nil dicam de intoleranda ipſorum incuria, qui correctioni invigilare debuerunt. Unde innumeris mendis & erratis ſcatet hæc editio, quæ ſplendorem ejus obſcurarunt.* Confer *Rich. Simonii* Hiſtor. Crit. V. T. in catalogo præcipuarum editt. Biblic. p. 131. ſq. Miratur is ibi inter cetera, quod verſio τῶν LXX. non ex Codice Romano ſit expreſſa. Alibi vero Morino vitio vertit, quod MSS. Biblica Hebr. quæ in Regia & Oratoriana Bibliotheca habentur, non conſuluerit, ſed tantum in duobus tribusve locis inſpexerit. Vide eum in Biblioth. Critica Tom. III. p. 453. & in Epiſtolis Selectis Amſtelodami 1700. editis p. 17. *Morini* ipſius diſſertationem Gallicam *de numero & conditione mendorum, quæ in textu Hebræo & Chaldæo obſervata ſint*, ex MS. editurum fuiſſe aliquando Qvesnellum Ephemerides Italicæ, Rom. 1677. editæ, p. 96. docent.

*Abrahamum Ecchellenſem* plura vitia typographica reliquiſſe obſervatur a *Chriſt. Ravio* in Seſqvicenturia Epiſtolarum p. 21. ſq. *Gabrielem Sionitam* ſæpiſſime in vertendo hallucinatum eſſe ex ignoratione textuum Hebr. & Græci, quos reſpicere debuiſſet in Latine vertendo Arabico & Syriaco, obſervavit *Simonius* Tom. IV. Biblioth. Crit. p. 46. Idem Tomo III. p. 418. refert, eundem Gabrielem, Lingvæ Syriacæ & Arab. peritiſſimum, ſua manu verſiones Syriacas maximam partem deſcripſiſſe, ſed, cum integras non haberet, de ſuo auxiſſe, Evangelia etiam Arabica, Romæ impreſſa, ab ipſo vero interpolata, Polyglottis iſtis inſeruiſſe. Addit eum a Jayo in carcerem conjectum fuiſſe, cui luxus ejus & otii cupido &c. diſplicuerit. Confer Cl. *le Long* Diſſ. Hiſtor. p. 159. ſqq. Fucus denique memorandus eſt, quem Bibliopolæ Belgæ tres *Io. Ianſſon. a Waesberge*, *Io. Iacobi Chipper*, & *Eliſæus Weirſtraet*, Alexandro VII. Pontifici M. anno 1666. facere conati ſunt, qui, recuſo operis titulo, & nova epiſtola dedicatoria præmiſſa, Pontifici perſvadere voluerunt, editionem hanc nunc primum in ejus gratiam ſuſceptam eſſe. Narrat id *Mabillo-*

*nius*

Digitized by Google

*nius* in Muſei Italici Tomo I. p. 95. Titulus ita habuit: *Biblia Alexandrina Heptaglotta auſpiciis S D. Alexandri VII. anno Seſſionis ejus XII. feliciter inchoato.* De recudendo ſplendido opere eruditos quosdam Pariſienſes paucis poſt annis ſerio cogitaſſe, atque huic negotio Dom. *Thomam du Four*, Bened. ex Congreg. S. Mauri, admovendum ſtatuiſſe, refert perſonatus *Vigneul Marville* Tom. II. Miſcellan. Hiſtor. & Literar. p. 269. Noluit vero is, quem dixi, operam ſuam commodare, partim modeſtia prohibitus, partim non præter rem veritus, ne repetita editio priorem deprimeret. Integram editionis hiſtoriam conſveta ſibi induſtria expoſuit Cl. *Jac. le Long* in Diſſert. Hiſtorica p. 104. - - 204.

## Biblia Polyglotta ANGLICANA.

*Biblia Polyglotta complectentia Textus originales*, *Hebraicum*, (ex Bibliis Regiis interlinearibus, cum verſione interlineari Lat. Pagnini ab Aria Montano recognita) *cum Pentateucho Samaritano*, (qualis eſt in Pariſinis, addita verſione Morini Latina, ad cujus finem in quaque columna loca notantur, in quibus verſio Samaritana a textu differt, quod ex Moriniana illa translatione non admodum patet) *Chaldaicum*, *Græcum*, (ex Rob. Stephani edit.) *verſionumque antiquarum*, *Samaritana*, (de qua paulo ante) *Græca LXX. Int.* (ſecundum exemplar Vaticanum, notatis in quaque pagina varietatibus, quæ inter illud & Alexandrinum intercedunt, adjuncta quoque vetere Vulgata Latina ex Græca τῶν LXX. expreſſa & per Flamin. Nobilium collecta) *Chaldaica*, (ex Bibliis Buxtorfii Baſileenſibus cum verſ. Lat. Alphonſi de Zamora emendata, ubi probe notandum in Tomo IV. exſtare Targum Pentateuchi triplex, nempe *Hieroſolymitanum* & *Ionathanis*, utrumque cum verſ. Lat. Cevalerii, ſed vitiis purgata, ac denique Paraphraſin Perſicam Jacobi Tuſenſis ſeu *Tawoſi*, juxta editionem CPolitanam characteribus Perſicis cum verſione Th. Hyde) *Syriaca*, (ex Bibl. Pariſinis cum verſ. Lat. *Gabr. Sionita*, ſed ita, ut verſio Syriaca ex MSS. paſſim reſtitueretur, adderenturque libri illi, qui in Pariſ. deerant, nominatim liber Eſther, Canonicus & Apocryphus, Judith, Tobias (t), epiſtola Jeremiæ, Baruchi, Suſannæ hiſtoria duplex, pars Cantici trium puerorum, libri II. & III. Maccabæorum) *Arabica*, (ex Bibl. Pariſinis ſed ex MSS. locis plurimis ſuppletæ cum verſione Gabr. Sio-

(t) Tobiæ liber Tomo IV. inſertus exſtat ex duplici verſione Hebraica, quam *Fagius* & *Munſterus* edidit, cum utriusque interpretatione Latina.

Digitized by Google

Sionitæ; deeſt liber I. Maccabæorum) *Æthiopica*, (quoad Pſalterium, cujus editio Colonienſis & Romana cum MS. Pocockiano collata eſt, Latina interpretatione, ubi a Græca τῶν LXX. vel a Vulg. Lat. diſcrepat, annexa: item Canticum Cant. & N. T. totum cum verſ. Lat. Caſtelli) *Perſica* (u), (quoad Evangelia IV. ſecundum exemplar Pocockianum cum nova verſione Lat. Samuelis Clerici) *Vulgata Latina*, (ſecundum Sixti V. & Clementis VIII. editiones) *quicquid comparari poterat, cum textuum & verſionum Orientalium translationibus Latinis. Ex vetuſtiſſimis MSS. undique conquiſitis, optimisque exemplaribus impreſſis, ſumma fide collatis. Quæ in prioribus editionibus deerant, ſuppleta* (x). *Multa antehac inedita, de novo adjecta.* (ſcil. in V. T. Var. Lect. Gr. Codicis Alexandr. Targum Jonathanis & Hieroſolymit. in Pentat. Apocrypha varia ſupra memorata, lib. Tobiæ ex duplici verſ. Hebr. Pſalmi & Canticum Æthiopice, & Pentat. Perſice. In N. T. verſio Æthiopica N. T. & Perſica IV. Evangel.) *Omnia eo ordine diſpoſita, ut textus cum verſionibus uno intuitu conferri poſſint. Cum Apparatu*, (qui variorum utiliſſimos tractatus, nonnullos etiam antea ineditos, ac præterea Waltoni prolegomena complectitur) *Appendicibus, Tabulis, Variis Lectionibus, Annotationibus, Indicibus. Opus totum in VI. Tomos tributum* (quorum I. præter Prolegomena habet Pentat. Hebr. Judæo-Samaritanum, & Chaldæo-Samarit. Græcum, Lat. Syr. & Arab. cum verſionibus Latinis; Tomus II. & III. ceteros libros Canonicos Hebr. Chald. Gr. Lat. & Arab. Tomus IV. libros Apocryphos cum triplici Targum in Pentat. Tom. V. Nov. Teſt. Gr. Syr. Arab. Æthiop. & Lat. cum 4. Evangeliis Perſ. Tom. VI. Appendicem, in qua tractatus, annotatt. obſervatt. Variæ Lectt. & Indices.) *in fol. edidit Brianus Waltonus S. T. D. Londini imprimebat Thom. Roycroft* 1657. (edi cœpta, ut legitur in infima parte effigiei Waltoni in limine Bibliorum, an. 1653. & abſoluta 1657.) Promoverunt inſtitutum *Edmundus Caſtellus, Alex. Huisſus, Sam. Clericus, Thom. Hyde, & Dudlejus Loftuſius*, quorum operam lege laudantem Waltonum ipſum in calce præfationis, qui

(u) De Perſica illa verſione lege inprimis *Thom. Hyde* Caſtigationem in calce Itinerarii Abrah. Peritzol.

(x) *Novem* itaque omnino lingvæ in titulo hoc memorantur, ubi tamen cave putes, omnes & ſingulos libros Biblicos in iſtis lingvis ibi legi. Pentateuchus enim *octo*, Pſalterium *ſeptem*, libri Hiſtorici, Joſuæ, Judicum, Ruth, bini Samuelis & totidem Regum, item Evangelia IV. *ſex*; reliqui libri N. T. *quinque*; libri Eſther, Tobiæ, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, & fragmenta Danielis *quatuor*; libri Judith, uterque Maccabæorum *tribus*, & fragmenta Eſtheris *duabus* tantum lingvis exprimuntur.

qui alibi ſubinde ſuppetias a *Io. Lightfooto, Herberto Thorndicio, Eduardo Pocockio, Th. Gravio*, & aliis ſibi latas prædicat. Operi huic adornando occaſionem feciſſe videtur repulſa, quam Angli tulerant a Pariſinis. Ab his enim illi complura Heptaglotton exemplaria dimidia pretii, quod illi poſcebant, ſumma redimere volebant. Cumque fruſtra eſſent, ipſi de novo opere cogitarunt, id quod narratum video a Cl. *le Long* in Diſſ. Gallica de Bibliis Polyglottis c. 15. Et ſane *Waltonus* ſapientius ceteris rationes inſtituit, ita quidem, ut magna ſumtuum pars in eos recideret; qui datis ſyngraphis teſtabantur, ſe certo pretio exemplaria horum Polyglottorum redemturos eſſe. A periculo itaque tutus & jacturæ ſecurus negotium aggreſſus eſt Waltonus; atque ita proſecutus eſt, ut laude mactatus a multis, a Rege Carolo II. cui inſcripſerat Biblia, infula Ceſtrienſi ornaretur. Non deerant tamen initio, qui nihil vel parum acceſſionis ad ſtudium Biblicum ex novo conatu exſpectandum eſſe, ut crederent, perſvadere aliis volebant. His vero ſtatim occurrit *Waltonus* in calce præfationis ad Introduct. in Lingvas Orientales. Ex ipſa hac recenſione ſatis apparet, multas editionis hujus præ reliquis eſſe prærogativas, ut mirum ſit, *Rich. Simonem* in Hiſtoria Critica N. T. Part. II. p. 212. affirmare, Pariſienſia Biblia ab Anglis tantum eſſe recognita. Præclarius certe & rectius idem judicaverat in Hiſtor. Crit. V. T. lib. 3. p. 133. ubi inter cetera profitetur, nihil, quod ad Scripturam attinet, Polyglottis Anglicanis magis eſſe abſolutum. Addit tamen, perfectiora fieri potuiſſe, ſi accuratior verſio textui Hebraico addita, meliores quoque verſionum Oriental. verſiones Latinæ appoſitæ, ac denique in ipſis verſionibus Orientalibus innumera Scribarum menda ſublata fuiſſent. Conferatur idem in Diſquiſitionibus Criticis c. 27. p. 219. Varias lectiones ad N. T. pertinentes mendoſe & negligenter admodum hic collectas exhiberi ſcribit *Io. Saubertus* in Prolegom. ad Varias Lect. in Matthæum p. 40. Opus iſtud ſplendidum magis & ſumtuoſum, quam neceſſarium, caute ad hæc legendum & uſurpandum viſum eſt *Abrahamo Calovio* noſtrati in prolegom. ad Comment. in Geneſin p. 43. quem ſequitur Cl. *Thomas Crenius* Parte I. Animadverſionum Hiſtorico-Philolog. p. 44. Permultum labori huic tribuit *Io. Henr. Hottingerus* in Bibliothecario Qvadripartito p. 56. ſq. & p. 139. ſq. cujus dicta repetit fere *Martinus Kempius* in Bibliotheca Anglorum Theologica p. 8. ſqq. Nemo certe negaverit, nitore typorum & chartæ *Pariſina*, præſtantia vero & multitudine verſionum variarum, quæ per ſuas columnas ſibi invicem junctæ Le-



Digitized by Google

ctoris commodo mirum quantum ſerviunt, *Londinenſia* illa palmam ferre. Poſt hanc operam non deeſſe adhuc materiam novi Tomi Polyglottici adornandi, apparet ex *Caſtelli* præfat. ad Lexicon Polyglottum, quod hodie utplurimum cum ipſis Bibliis vendi ſolet, & in Appendice epiſtolæ ad Jo. Lightfootum ſcriptæ, quæ in hujus Operibus poſthumis legitur num. 16. Ceterum de Londinenſi hac editione accuratiſſime & diligentiſſime præcipit Cl. *le Long* in Diſſert. Hiſtorica ſæpe laudata c. XVI. p. 204. - - 246.

De *Wilhelmi Ernesti Tenzelii* Diatribe Philologica de Bibliis Polyglottis, Witteb. 1686. 4. & *Olavi Celſii* de iisdem Diſſertat. Upſal. 1707. 8. edita, non eſt ut moneam eruditos.

## *Subſectio III.*

## DE PARTIBUS BIBLIORUM POLYGLOTTORUM.

Epitome Bibliorum Polyglottorum continens inſigniora V. & N. T. dicta, in ſex linguis, Hebr. Chald. Syr. Gr. Lat. & Germanica, ſtudio Valent. Schindleri 8. Witteb. 1578.

*Pentateuchus* Hebræo-Chaldæo-Perſico-Arabicus, in tres deſcriptus columnas, in media textus Hebræus (litera majori, reliqua litera minori) in læva Paraphraſis Chald. Onkeloſi, in dextra verſio Perſica R. Iac. f. Joſeph טאווס Tavos ſive Tuſenſis; in ſuperiori parte paraphraſis Arabica R. Saadiæ Gaonis, & in inferiori commentarius Raſchi. Omnia charactere quadrato Hebraico cum punctis in fol. In fine Geneſeos excuſum dicitur Opus in domo Elieſer Berab Gerſon Soncinatis; in fine Deuteronomii abſolutum fertur die 16. menſis שבט an. 306. [C. 1546. (y)]. Locum impreſſionis CPolin evincit nomen Elieſeris Soncinatis, qui ibi commoratus eſt. Confer editionem ſequentem. Hinc & Schabtai in ש"ו p. 85. CPolin diſerte appellat, quod & facit *Lambecius* Tom. I. pag. 114. Commentarii de Biblioth. Vindobon. ubi teſtatur, *Seb. Tengnagelium* hoc exemplar emiſſe pro tredecim numis aureis, vocatque Codicem rarum, pretioſum & paucis Judæorum viſum. Exſtat idem

(y) Pro hoc anno 1546. *Hottingerus* in Bibliothecario Quadripartito pag. 133. *Waltonus* item in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta, *Thom. Hyde* in Catalogo Bodlejano & aliis ponunt annum 1591. ideo ſcilicet, quod computum Æræ minoris Hebraicæ per הש"ך expreſſum, ita acceperunt, ut ה, quod in hoc caſu omitti in ſubducendo calculo ſolet, rationem habendam putarent.

idem in Biblioth. Bodlejana inter Codices MSS. Huntingtonianos n. 114. Sed liber eſt ἀκέφαλος ac μείουρος. Incipit a verbis: ויכלו השמים והארץ definit vero ומשה בן מאה .... במותו. Vidi quoque in Bibliotheca Oppenheimeriana. Verſionem Arabicam mendis ſcatere obſervat *Pocockius* in præfat. ad Variantes Lectiones Arab. Tom. VI. Bibliorum Polyglott. Anglican. p. 2. Confer de hac editione Cl. *le Long* diſſert. Hiſtoricam Gallicam de Bibliis Polyglottis c. 4. p. 39. -- 42.

*Pentateuchus* Hebraicus, Chaldaicus, Hiſpanicus & Barbaro-Græcus, per tres columnas, quarum media textum Hebræum, latus dextrum verſionem Hiſpanicam (Judæorum Hiſpanorum), ſiniſtrum autem verſionem Barbaro-Græcam (utramque ex Hebræo) exhibet. Supra Targum Onkeloſi, infra commentarius Raſchii literis minoribus legitur. Omnia literis Hebr. cum punctis in folio. In calce dicitur initium libri factum in principio menſis Thummus A. M. הש"ז 307. (C. 1547.) CPoli in domo Elieſeris Berab Gerſon Soncinatis. Schabtai in ש"י p. 85. n. 54. annum editionis exprimit per ש"ב i. e. an. 312. quod argumento eſt, eum τὸ ה, quod utplurimum alias omitti ſolet, in computum aſſumſiſſe. Verſio Hiſpan. ſi pauca exceperis, eadem eſt cum illa, quæ Ferraræ 1583. prodiit, ceu obſervat Cl. *le Long* in Diſſert. Hiſtor. de Bibliis Polyglottis p. 44. Verſionibus vernaculis, quæ hic occurrunt, parum tribuit *Rich. Simon*, Tomo III. Biblioth. Criticæ p. 451. quia verbum verbo exprimant, & in uſum tironum Judaicorum Hebrææ lingvæ cupidorum, excuſæ ſint, ut & Grammaticæ & Lexici vicem præſtare illis poſſint. In textu ipſo exprimendo cura & diligentia deſideratur. Conf. idem in epiſtolis Selectis Amſtelod. 1700. editis p. 173. & in Disquiſitionibus Criticis c. XIV. pag. 107. ubi obſervat, plenas eſſe Hebraiſmi verſiones, & Leonem Mutinenſem hanc vertendi rationem damnare in præfat. ad Dictionarium ſuum Italicum.

*Exodus*, *Numeri*, *Deuteronomion*, *Joſua*, *Judices* & *Ruth*, Chald. Hebr. Græce, Lat. Germ. & Ital. in fol. Eliæ Hutteri ſtudio edita, alicubi memorari vidi. Non puto editionem hanc diſtinctam ab ea, quam ſuperius Norimb. 1599. per eum prodiiſſe dixi.

*Geneſis* Hebraice, Græce, Latine & Germanice, ſtudio Eliæ Hutteri, in 8. Norimb. 1601.

*Geneſeos* capita V. priora cum aliis dictis Biblicis Hebr. Chald. Syriace,

riace, Arabice, Æthiopice & Perſice, per Joh. Fridericum Krebſium, Jen. 1692. Vide Gothofr. Ludovici Hiſtoriam Rectorum Part. II p. 215.

*Geneſeos* tria capita priora Hebr. Gr. & Lat. cum ſcholiis marginalibus, & annotationibus ſeorſim poſt textum, per Pet. Artopæum, Baſil. 1545. in 8. Vide Neandri Erotemata L. Hebr. in Catalogo libb. Hebraic. pag. 440.

Palæſtra lingvarum Orientalium, i. e. IV. primorum capitum *Geneſeos*, (1) textus Originalis tam Judæorum quam Samaritanorum traditionibus, (2) Targumim ſeu Paraphraſes Chald. & Orientales præcipuæ, nempe Chald. Onkeloſi, Jonathanis & Hieroſolymitana, Syriaca, Samaritana, Arabica, Æthiopica & Perſica. Omnia cum verſione Latina ex Bibliis Polyglottis Anglicanis (præter Paraphraſin Æthiopicam ex editione Cl. Burcklini cum ejuſdem verſione repetitam) cura *Georg. Othonis*, cum ejus præfatione in 4. Francof. ad Mœnum typis Mart. Jaqveti 1702.

*Joſuæ* hiſtoria duplici editione, Hebraica & Græca (τῶν ό ſed admiſtis *Theodotionis* verbis ſuppleta). Adjuncta eſt duplex verſio Latina, quarum altera Hebraicam illam, altera Græcam pene ad verbum repræſentat. Et inſuper interpretatio Chaldaica, ubi ab Hebræo diſceſſit, Latine eſt in marginibus expreſſa. Subjecta eſt etiam Vulgata Latina: per *Andr. Maſium* (z) in fol. Antwerp. typis Chriſtoph. Plantini 1574.

*Iſaias* Propheta, Hebraice, Græce & Latine. Addita eſt autem duplex Latina interpretatio, Hieronymi & Münſteri. Acceſſit & ſuccincta difficiliorum Hebraicorum vocabulorum expoſitio, collecta per *Seb. Munſterum* ex Dav. Kimchii commentario in 4. Baſil. per Henr. Petrum. Excerpta ex commentario Kimchii Hebraica & vocalibus inſtructa ſeorſim occurrunt in calce, & ſeptem plagulis abſolvuntur.

*Eſaias*

(z) Magnam Maſius gratiam iniit ab eruditis editione hac Joſuæ ſuoque in eum commentario. Muiſio Tom. II. Opp. pag. 207. audit vir peracri & limato judicio, auctorque unus inter pauciſſimos, dignusque, cujus commentaria æternum excudantur ac recudantur. Glaſſio vocatur Pontificius quidem, ſed ſanior & dexterrimus Scripturæ Interpres. Lege plura apud *Rich. Simonem* in Hiſt. Crit. V. T. lib. III c. 15. p. 71. *Adrian. Bailletum* Tom. III. Judiciorum n. 855. *Ancillonium* in Ancillonianis Tom. I. pag. 13. *Huetium* de Claris Interpret. p. 205. *Andr. Müllerum* in præfat. ad Symbolas Syriac p. 2. *Teiſſerium* Tom. I. Elogiorum p. 400. ſq. & Tom. III. p. 231. inprimis autem Cl. *le Long* in diſſert. Gall. de Polyglottis p. 71. Utinam exſtarent ejus in Pſalmos Obſervationes, quas editurum ſe recepit *Joh. a Lent* in præfat. ad Theolog. Judaic. hodiernam. Obiit is an. 1572. ex aqua intercute annos quadraginta natus.

Digitized by Google

*Eſaias* Hebraice, Græce & Latine, ſtudio *Eliæ Hutteri* in 4. Norimberg. 1601.

*Hoſeas* Hebr. & Chald. cum duplici verſ. Lat. Santis Pagnini ex Hebræo, & altera Alphonſi de Zamora ex Chaldæo, commentariis Hebraicis Raſchi, Aben Eſræ & Dav. Kimchi, Maſora item parva, ejusque & commentariorum Latina quoque a *Io. Mercero* facta verſione. Accedunt in fine ſuccinctæ ſed neceſſariæ annotationes *Guil. Coddei* in 4. Leidæ, typis Jo. Maire 1621.

*Jonas* Propheta & *Pſalmi* XV. trium lingvarum, Hebr. Gr. & Lat. Petri Artopœi opera cum ejusdem Grammatica trium illarum Lingvarum, Baſil. 1545. 8. Conf. Geſneri Biblioth. p. 665.

*Jonas* Propheta, Hebraice, Græce, Latine & Germanice. Helmſtad. apud Jac. Lucium 8. an. 1580. In calce exſtat *Elchanan Pauli* Pragenſis ὀνομαςήριον rhythmicum ad Joh. Olearium. Atque illum Elchananem credo pro editore habendum.

*Idem* eodem modo quadrilingvis, 8. Magdeb. an. 1607.

*Idem illuſtratus* Hebr. Chald. & Latine, per paraphraſin Chaldaicam, Maſoram magnam & parvam, & per trium Rabbinorum textum Rabbinicum punctatum, nec non per varias notas Philologicas, auctore Joh. Leusden, in 8. Traj. ad Rhenum, typis Gilb. a Zijl 1656. iterumque 1692. in 8.

*Ioel* & *Abdias* Hebr. Chald. & Lat. eodem ordine per eundem: 8. ibidem 1657.

*Ioel* & *Micha*, Hebr. Chald. Græce, Lat. & Germ., ſtudio Jo. Draconitis fol. Witteb. 1565.

*Zachariam* ab eodem πολυγλώτ]ως eodem anno editum ſcribit Tenzelius in Dialogis Menſtruis 1692. p. 564.

*Obadiæ* prophetia Hebr. Chald. Syr. & Arab., per *Ludov. Mich. Creſium* ſub titulo Speciminis Philologici in 4. Brem. 1673. Verſiones illæ cum verſione Latina a latere per verſus ſingulos ſibi invicem ſuccedunt, ſubjectis ſingulis commatibus commentariis Rabbinorum Raſchii, Kimchii & Aben Eſræ, cum interpretatione Latina. Accedunt notæ editoris in fine, pp. 83.

*Malachias*, Hebr. Chald. Gr. Lat. & Germ., ſtudio *Eliæ Hutteri*. Norimb. 1601. 4.

*Malachiam* πολύγλωτ]ον 1564. per Jo. Draconitem editum, teſtatur Tenzelius in Dialogis menſtruis 1692. p. 564.



Digitized by Google

*Pſalterium* Hebræum, Græcum, Arab. & Chald. cum tribus Lat. interpretationibus & gloſſis, ſive Octaplus Pſalterii *Auguſtini Juſtiniani Genuenſis*, cujus columna 1. habet editionem Hebræam. 2. Latinam Juſtiniani Hebrææ reſpondentem. 3. Latinam communem. 4. Græcam. 5. Arabicam. 6. Paraphraſin ſermone Chaldæo, ſed literis Hebr. 7. Latinam Juſtiniani reſpondentem Chaldææ. 8. Ejusdem ſcholia, i. e. annotationes ſparſas & interciſas. Ad calcem legitur: Impreſſit miro ingenio *Petrus Paulus Porrus*, Genuæ in ædibus Nicol. Juſtiniani Pauli, anno Chriſtianæ ſalutis 1516. menſe Octobri. (a) Probat operam in verſionibus ab ipſo collocatam *Pet. Daniel Huetius* lib. II. de Claris Interpretibus p. 183. Confer, quæ ſupra in limine hujus tractationis de eo diximus. Adde Cl. *le Long* diſſert. hiſtor. de Polyglottis cap. II. p. 33.--37.

*Pſalterium* in IV. lingvis, Hebræa, Græca, Chald. & Latina, ſtudio *Jo. Potken*, Præpoſiti Eccleſ. Collegiatæ S. Georg. Colonienſis, cujus epiſtola in calce exſtat. Colon. 1518. fol. Singulæ paginæ in duas abeunt columnas. Per Chaldaicam lingvam *Æthiopica* intelligenda eſt: vide Cl. *Hardtii* Prodromum in Ephemerides Philolog. p. 30. & *Jac. le Long* Diſſert. de Bibl. Polyglott. p. 37. 38. Addidit is Introductiunculas in lingvas Hebr. Græcam & Chaldæam.

*Pſalterium* Hebr. Gr. & Lat. cura Deſid. Eraſmi. Vid. S. Hieronymi opera in fol. Baſil. typis Amerbachii 1518.

*Pſalterium* ſextuplex, Hebræum cum tribus Lat. verſionibus, ſc. S. Hieronymi, S. Pagnini, & Felicis Pratenſis: Græcum τῶν LXX. cum Lat. Vulgata in 8. Lugduni, typis Seb. Gryphii 1530.

*Pſalterium* Hebr. & Græcum cum duplici Latina verſione. Vide S. Hieronymi opera fol. ib. 1531. & Pariſ. typis Carolæ Guillard 1545.

*Pſalterium* Hebr. Gr. & Latinum ad veterum exemplarium fidem, per *Petrum Artopœum* emendatum & explicatum, cum Felicis Pratenſis interpretatione & Joh. Campenſis paraphraſi, additis aliquot doctiſſ. Virorum correctionibus in 8. Baſil. typis Henr. Petri 1545. & antea Lugduni ap. Seb. Gryphium 1530. 8. ſub titulo: Pſalterium ſextuplex, Hebræum nempe cum tribus Latinis D. Hieronymi, S. Pagnini & F. Pratenſis, ac ſeparatim Græcum & LXX. Intt. cum Latina Vulgata.

*Pſalterium* Hebr. Gr. & Lat. per eundem Artopœum in 16. Baſil. typis

(a) Bis mille exemplaria exſcribi curavit, quorum quartam tantum partem, adeoque non ſine facta pecuniæ jactura, vendidit. Videatur ipſe in Annalibus Genuenſibus p. 224.

typis Henr. Petri 1545. Idem in 8. ibidem iisdem typis 1548. Idem in 8. ibidem abſque anno. Idem in 8. ibidem 1569.

*Pſalterium* Hebr. Chald. Gr. Lat. & German., ſtudio *Jo. Draconitis* fol. Witteb. 1565.

*Pſalterium* Hebr. Gr. Lat. & Germanice, ſtudio *Eliæ Hutteri* in 8. Norib. 1602. & Amſtel. 1615. quæ editio cum priore eſt eadem.

*Pſalterium* Hebr. Chald. Syriace, Arab. Græce & Lat. cum interpretatione *Jac. Gerſchovii* fol. Roſtoch. 1643.

*Pſalterium* Davidis Coptice, Arab. & Latine, ſtudio *Th. Petræi* in 4. Lugd. Bat. 1663. Vid. Catal. Bibl. Golii p. 88.

*Pſalterium* Hebr. Græc. & Lat. Vid. Biblia Latina Gordoni in fol. Pariſ. 1632.

*Pſalterium* πολύγλωττον ſpurium eſt, quod a nonnullis *Jac. Fabro* Stapulenſi tribui video, ob Quintuplex Pſalterium ab ipſo editum, de quo Cl. *le Long* in Biblioth. Sac. Part. I. p. 646. Una enim eſt lingva, Latina nempe, in qua exhibetur.

*Pſalmi* XV. Hebr. Gr. & Lat. per *Pet. Artopæum* cum Grammatica 3. illarum lingvarum, Baſil. 1545. Vid. Geſneri Bibliothec. p. 665.

Dyodecas Aureorum *Pſalmorum* Davidicorum, eorum, qui ſunt præcipui Prophetici de Jeſu Chriſto, nempe II. VIII. XVI. XXII. XL. XLV. LXVIII. LXIX. LXXII. XCVII. CX. & CXVIII. Hebr. Chald. cum Latina verſione, & Græce ex LXX. Intt. in 8. Brem. 1614. typis Thomæ Villeriani. Editoris mentio non fit in præmiſſa præfatiuncula, ex qua intelligas, libellum in uſum tyronum Chaldaicæ & Syriacæ L. editum eſſe. Addita eſt epiſtola Pauli ad Galatas Gr. Lat. Syriace & Germ. Ob fugam vacui p. 156. ſq. accedunt commata 11.--14. capitis III. ad Titum, Arabice, (ſed literis Hebr.) Lat. Ital. Hiſpan. Gallice, Germanice tum in Miſnica tum Saxonica dialecto, Belgice, Anglice, Bohemice, Polonice & Ungarice.

*Pſalmi* Davidis X. nempe XXIII. XXV. XLVII. XLVIII. LXI. LXV. LXXII. XCV. CXLVIII. & CL. Hebraice; item ſex S. Scripturæ V. T. integra capitula: priſco Hebræo metro reſtituit omnia, & cum tribus interpretationibus (Gr. Lat. & Germ.) apparere voluit *Marcus Meibomius* in fol. Amſtelod. 1690. & 1698. quæ eadem cum priore editio eſt, ut notatur ad calcem.

*Pſalmi* VII. Pœnitentiales ex Hebræo ad verbum Latine Germaniceque a *Io. Bœſchenſtain* tranſlati Auguſtæ Vindelic. 1520. in 4. pp. 9. per

tres

tres columnas diſpoſiti, quarum I. textum Hebr. punctatum, II. verſionem Lat. III. Germanicam exhibet. In fine additur Pſ. CXXI. eodem modo in tribus lingvis: ex officina Sigiſm. Grimm, Medici, ac Marci Wirſungenſis.

*Pſalmus* CXIX. Hebr. Chald. Syriace & Arabice, cum commentariis Hebr. R. Sal. Jarchii & Aben Eſræ, e regione poſita verſione textuum iſtorum Latina & notarum Maſorethicarum in 4. Argentorati 1700.

*Pſalmi* CXIII. verſum tertium: *a Solis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen Domini*, ut ſpecimen variarum translationum S. Scripturæ in lingvas 37. exhibuit *Aug. Pfeiferus* ſcripto German. ſingulari in 4. Witteb. 1670. & iterum in Critica Sacra p. 346. ed. Dreſd. 1688.

*Proverbia* Salomonis Hebr. Chald. Græce, Lat. & German, ſtudio *Jo. Draconitis* fol. Witteb. 1565.

*Canticum Canticorum* Paraphraſi cum ligata Hebræa & Danica, tum proſa Latina adornatum per *Laur. Petraum*, Paſtorem & Præpoſitum in Falſtria Nicopenſem, in 12. Hafn. 1640. Textus Hebraicus ibi in rhythmos tinnientes, ſed alicubi ſatis horridos redactus exhibetur, non ſine mira vocum tranſpoſitione & confuſione commatum. Vide Cl. *Jo. Gottlob Carpzovii* Introduct. ad libros Poëticos V. T. p. 17.

*Canticum Canticorum* Æthiop. Arab. & Lat. cum notis *Jo. Georg. Niſſelii* in 4. Leidæ 1656.

*Threni* Jeremiæ Hebr. Gr. & Lat. ex duplici verſione S. Hieronymi & Munſteri in 8. Baſil. 1552.

*Ruth* libellus hiſtoricus, Hebr. Græc. Lat. ac German. editus, tam cum artificio diſpoſitionis Logicæ & elocutionis Rhetoricæ alicubi, quam cum Grammatica explicatione vocum difficiliorum, præſertim Hebraicarum: in margine additis ſemper radicibus & notionibus ad textum atque interdum memorabilibus ad ſcholia: auctore M. *Conrado* (Cl. le Long operarum vitio facilſ habet *Cornel.*) *Neandro*, Bergenſi, in 8. Witteberg. ex Officina Cratoniana 1592. Editor fuit miniſter verbi divini Northuſanus.

*Decalogum* Moſaicum Hebraice, Græce, (cum utriusque lectione Latinis literis expreſſa) Germ. & Latine exhibet *Henr. Ammersbach* in Novo Alphabetario ſuo ad lingvas illas 4. diſcendas accommodato, & Magdeb. 1689. 4. edito, p. 41. ſqq.

Commemorabimus nunc ſcripta N. T. πολυγλώττως edita, non quidem

quidem omnia, ſed ea tantum, quæ Hebraicam verſionem ſecum ferunt.

Novum Teſtamentum Syriace, Ebraice, *(ex verſione Eliæ Hutteri, qui in præfatione epp. Pauli præmiſſa teſtatur, ſe verſionem iſtam annuo ſpatio abſolviſſe)* Gr. Lat. *(ex vulgata editione)* Germanice, *(ex interpretatione Lutheri)* Bohemice, Italice, Hiſpanice, *(ex Caſſiodori de Reyna tranſlatione)* Gallice, Anglice, Danice, Polonice, ſtudio *Eliæ Hutteri* 2 voll. in fol. Noriberg. 1549.

Idem 4 voll. 4. ibidem 1599. 1600. Iſtæ editiones ſunt ſola verſionum multiplicitate ſpectabiles.

N. T. Hebr. Gr. Lat. & Germ. ſtudio *Eliæ Hutteri* 2 voll. in 4. Noriberg. 1602. 1603. N. T. Hebr. Gr. Lat. Germ. ſtudio *Eliæ Hutteri* in 4. Amſtelod. ap. Joh. Walſchaert 1615. Eadem editio cum iſta anni 1602. De his Hutteri Polyglottis videri poterant multa tradita eſſe in libello Epiſtolarum de Bibliis Elianis, Francof. ad Mœn. 1587. edito, quod & ſibi perſvaſit *Hottingerus* in Bibliothecario Qvadripartito p. 142. Sed fruſtra hæc talia ibi quæſiveris, cum in illo tantum de Bibliis Hebraicis, nova forma editis, vel potius adhuc edendis, Pſalterio ea forma jam edito, itemque Cubo agatur; neque per temporis rationem de aliis exponi potuit.

*Evangelia* anniverſaria Dominicorum & feſtorum dierum, Germ. Græce, Lat. & Hebr., ſtudio & opera *Jo. Claji* in 8. Lipſ. 1578.

*Evangelia* IV. Hebr. Græce, Lat. & German. ſtudio *Joh. Claji* in 8. Lipſ. 1610.

*Evangeliorum & Epiſtolarum* lectiones anniverſariæ, Hebraice cum radice, literis ſervilibus & Lat. verſione, Gr. Lat. & Germanice, harmonice & ſymmetrice ſtudio *Eliæ Hutteri* in 8. Norimb. 1601. Imbonati judicio in Biblioth. Lat. Hebr. p. 38. tranſlatio eſt inepta & contra Grammaticales regulas Hebraicas paſſim errat, & inſulſe loquitur.

Oratio Dominica in XX. lingvis, cum notis in lingva Teutonica impreſſa. Exſtat inter Codd. MSS. Bibl. Bodlej. n. 5206.

Orat. Domin. XXVI. lingvis diverſis, ſtudio *Angeli Roccæ* edita. Vid. ejus appendix de Biblioth. Vatic. dialectis 4. Rom. 1591.

Orat. Domin. L. diverſis atque inter ſe differentibus lingvis, cura *Hieron. Megiſeri* edita. Vid. ejus Theſaurus Polyglottus in 8. Francof. 1603.

Orat. Domin. XL. lingvarum, a *Jo. Rentero* edita, Rigæ 1662.

 Ora-

Digitized by Google

Orationis Dominicæ verſiones præter authenticam fere centum lingvis, eæque longe emendatius quam antehac, a probatiſſimis auctoribus potius quam prioribus collectoribus, jamque ſingulæ genuinis ſuæ lingvæ characteribus, adeoque magnam partem ex ære ad editionem a Barnimo Hagio traditæ, editæque a Thoma Ludekenio, Solqv. Marchico, in 4. Berol. ex officina Rungiana 1680. pp. 64. Ita omnino habet inſcriptio. Hujus vero collectionis verum auctorem eſſe *Andream Müllerum Greiffenhagium*, illum lingvarum Orientis quondam promum condum, intellexi ex volumine, cum præfatione *Seb. Gottfridi Starckii* Berolini an. 1703. in 4. apud Jo. Libermannum edito, ſub hac inſcriptione: Alphabeta ac notæ diverſarum lingvarum pene LXX., tum & verſiones orationis Dominicæ prope centum, collecta olim & illuſtrata ab Andr. Müllero Greiffenhagio. Ibi vero poſt p. 64. (huc usque enim nihil nec mutatum nec additum invenio) legi Verſionum Orationis Dominicæ auctarium, curante Barnimo Hagio an. 1660. quod in edit. an. 1680. ſaltem illo ejus, quod mihi viſum eſt, exemplari, fruſtra quæſivi. In eo Auctario invenio verſionem Angolanam, Arabicam, Aremoricam, Boruſſicam antiqvam, Cambricam, Copticam charactere Æthiopico, ſed ex lectione tantum, Copticæ lectionem aliam, Curlandicam, Græcam, qualis fuit ſub Epiſcopo Theſſalonic. Gallicam aliam, Latinam charactere Æthiop. ſed tantum ſecundum lectionem genuinam. Hæc exempla non invenio in editione anni 1703.

Oratio Dominica πολύγλωττος, πολύμερφος nimirum plus centum lingvis, verſionibus aut characteribus reddita & expreſſa. Editio noviſſima Speciminibus variis, quam priores comitatior, in 4. Lond. apud *Danielem Brown* 1700. pagg. 70. Præfationem præmiſit *B. M. Typographus Lond.* i. e. ut interpretor *Motius*, quem ut Orationis Dominicæ in variis lingvis poſt Ludekenium editorem laudat Cl. *Wilkinſius* in præfat. Collectioni Chamberlaynianæ præmiſſa, p. 3. Ex præfatione illa hæc velim verba notes: *Auctior prodit* (hæc editio) *ſedecim præter propter ſpeciminibus aut characterum aut lingvarum; atque in pleriſque multo caſtigatior, magno ſcilicet erratorum, in priore notatorum numero ſublato, ac innumeris antea prætermiſſis hic repurgatis.* Prior illa editio procul dubio eſt Berolinenſis iſta anni 1680. de qua paulo ante diximus: cum ea enim, ſi acceſſiones & ordinem exceperis, quoad exempla orationis, notas marginales, præliminaria, &c, prorſus conſentit.

Ora-

Oratio Dominica in diverſas omnium fere gentium lingvas (152.) verſa, & propriis cujusque lingvæ characteribus expreſſa, una cum diſſertationibus nonnullis de Lingvarum origine variisque ipſarum permutationibus, editore *Io. Chamberlaynio*, in 4. Amſtelod. 1715. typis Gvilielmi & Dav. Gœrei. Editioni in Belgio præfuit doctiſſimus Amicus noſter *Dav. Wilckins*, cujus quædam diſſertationes in limine exſtant, cujusque induſtriæ N. T. Copticum debemus. Sed vel ſic tamen verſiones nonnullas illuſtri collectioni deeſſe oſtendit *Olaus Rudbeckius* in Specimine uſus lingvæ Gothicæ p. 2. ſq. ubi quinque exhibet verſiones, quas fruſtra ibi quæras, nempe 1) Lingvæ veteris Svecicæ, 2) idiomatis Angolani, Romæ 1661. ed. 3) Portugallicæ lingvæ, 4) Saxonicæ, & 5) Laponicæ Vnenſis. Memini quoque Cl. *Jo. Henr. Majum*, Prof. Gieſſenſem, mittere ad me Orationem Dominicam, lingva Melitenſi conceptam, quæ Latinis literis expreſſa conſpicitur in ejus Specimine Lingvæ Punicæ pag. 34. Lingva Czeremiſſarum, Samojedarum, Mogalorum, Tœngvinorum & Hottentottarum legas in Leibnitii Collectaneis Etymologic. Part. II. p. 369. ſqq. Confer Acta Erud. Lipſ. 1717. p. 321. ubi de Mogalico inprimis exemplo diſſeritur. Venedorum lingva ibidem apud Leibnitium p. 339.

Transferam huc catalogum auctorum, qui verſiones Orationis Dominicæ collegerunt, qualis exſtat in limine editionis Berolinenſis. *Petrus d'Avity* in Deſcriptione IV. partium Mundi, Gall. *Claud. Duretus* in Theſauro Lingvarum univerſi, Gall. *Barth. Georgievitz* in lib. de Moribus Turcarum: *Conr. Geſnerus* in Mithridate ſuo: *Io. Bapt. Grammaye* in lib. qui centum verſiones Orat. Domin. complectitur: *Hieron. Megiſerus* in Specimine L. lingvarum, an. 1603. *Io. Micralius* in Pomerania, Germ. edita Part. I. p. 124. *Georg. Piſtorius Mauer*, Parochus Duraſenſis, in lib. Pater noſter, oder das Vater Unſer in 40. unterſchiedlichen Haupt-Sprachen/ Ollmütz 1621. in 12. *Jo. Reuterus*, Livonus, in lib. Oratio Dominica XL. lingvarum, Rig. 1662. *Angelus Roccha*, Camers, in Biblioth. Vatic. p. 367. ſq. *Schildberger* in Hiſtoria itineris ſui, & exped. belli ſub Tamerlane, &c. *Georg. Stiernhielm* in limine Evang. Goth. Ulphilæ: *Caſp. Waſerus* in Comm. ad Mithridat. Geſneri: *Jo. Wilkins* in Opere Anglicano de lingva Philoſophica p. 435. ſq. His addendus eſt *Nicolaus Schmidius*, alias dictus Cüntzel von Rodenacker, Variſcus, rure natus, & in variis lingvis αὐτοδίδακτος, cujus codex MS. 130. alphabeta variarum lingvarum & præterea Orationem Dominicam 51. lingvis expreſſam complectens,

 exſtat

exſtat in Bibliotheca templi Gerani. Vide Cl. *Burch. Gotthelf Struvii* Acta ex MSS. eruta Part. I. num. 3. Adde Nova Literar. German. 1703. p. 183. Lingvis ſeu potius dialectis diverſis tredecim lingvæ Slavonicæ, i. e. Cyrillice, Bulgarice, Dalmatice, Croatice, Slavonice, Bohemice, Polonice, Vandalice, Luſatice, Moſcovitice, Carniolice, Novazemblice & Walachice, Oratio Dominica exſtat in J. Weichardi Valvaſoris Ehre des Hertzogtuhms Crain Tomo II. & in calce Partis III. Diſſertat. Miſcell. Adriani Relandi. *Ruſſice*, *Polonice*, *Bohemice* & *Slavonice* legitur in B. *Jo. Erneſti Gerhardi* Diſſert. de Religione Moſcovitica D. 6.

# SECTIO V.

## Enumerans editiones Bibliorum Hebraicorum, quæ ea vel integra exhibent, vel ex parte.

Reſtat, ut videamus, quam diligenter & quam ſæpe inde a primis typographiæ originibus Sacer Codex vel totus, vel quoad ſpeciales libros lucem viderit. In hoc primi operam collocarunt Judæi, & præcipue Soncinates, de quibus in Biblioth. Hebræa Part. I. n. 1934. fuſius diximus. Seqvemur iterum ordinem Chronol. a Cl. *le Long* prudenter obſervatum, noſtra ſuis locis addituri.

1488 Biblia Hebraica cum punctis in fol. *Soncini* an. 248. C. 1488. juſſu Joſua Schelomo ben Iſrael Nathan, per typographum Abraham ben R. Chajim, ex Judæis terræ Piſauri, qui Bononiæ reſident. Exſtant in Biblioth. Barberina & S. Pudentianæ, Florentiæ item in Biblioth. S. Laurentii. Conf. Cl. *Mich. Maittaire* in Annal. Typograph. p. 204. & *Humfr. Hody* de Textibus Origg. p. 449.

1494. B. H. ſine punctis in fol. & in 4. *Piſauri* an. 1494. correctiſſime, teſte *Buxtorfio* p. 268. Bibl. Rabb. & *Conr. Geſner* in partit. Theologg. tit. 2. p. 12. & in Pandectis tit. 21. p. 40. a. *Hottinger* in Bibliothecar. Qvadripart. pag. 125.

Aliæ editiones ſine punctis an. 1573. 1620. 1631. 1639. 1694. 1702.

B. H. in 8. *Piſauri* typo minuſculo eleganti cum punctis, quod exemplar Buxtorfius ſemel ſe vidiſſe apud Judæos ait. Forte fuit anni

1494.

1494. cujuſmodi in Bibliotheca Carolina Tiguri ex Bibliotheca Conr. Pellicani nunc exſtat, teſte Hottingero in Bibliothecario Qvadripart. p. 125. ubi etiam Pellicani de hoc codice ſibi admodum gratulantis verba leges. Conf. *Jo. Lomeierum* c. 13. de Bibliothecis.

B. H. in 8. minori (hinc alii formam 12. ei adſignant) *Brixiæ* per 1494.
Gerſonem ben Moſe Soncinatem an. 254. C. 1494. Hæc editio eſt rariſſima, qua uſus olim eſt B. *Lutherus* noſter in adornanda verſione Germanica, quod exemplar in Bibliotheca Berolinenſi capſulæ incluſum ſervatur, teſte B. *Opitio* in præfat. ad Biblia Hebr. pag. 2. Vidi quoque in Bibliotheca Cl. *Georg. Elieſeris Edzardi*. Eam editionem adhibuit inprimis laudatus Opitius, qui eam ſic ſatis accuratam pronunciat, & experientia edoctus refert, ejus lectionem ſecutas eſſe editiones fere omnes, quotquot Bombergianam, a R. Chajim correctam, præceſſerint. Vide etiam Memorias Trivultinas an. 1711. p. 42.

B. H. membranacea in fol. excuſa cum punctis: codex ultimo Pentateuchi quaternione deſtitutus, in qua æra editionis deſignata erat & locus impreſſionis. Prima Geneſeos & libri Joſuæ pagina iisdem & quidem ligno inciſis decorata erat ornamentis. Vide plura apud Cl. *le Long*.

B. H. in 4. *Venet.* typis *Danielis Bombergii* an. 271. C. 1511. teſte *Bux-* 1511.
*torfio* p. 301. B R. & *Bartoloccio* Part. I. p. 435. qui R. David Ganz ſecuti ſunt in Zemach David, aſſerentem impreſſionem primam librorum ſacrorum per Bombergium Venetiis factam an. 271. C. 1511. Enimvero vel Ganzii verba latius ſunt extendenda, ut libri alii Hebr. per ספרי הקדש intelligantur, v. c. liber Aruch, quem Bombergius Venet. an. 1511. edidit, vel in mendo cubat locus, vel Ganzius ab errore non judicandus eſt immunis. Prima enim editio Bombergiana facta eſt, ut infra videbimus, an. 1518. & ipſe Bombergius literas Hebræas poſt annum 1515. demum a Felice Pratenſi didicit, quod ex præfat. ad Biblia an. 1518. patet. Hinc recte Cl. *Læſcherus* p. 111. Comment. de Cauſis Lingvæ Hebr. prima hæc Biblia in an. 1517. quem præfatio Bibliis his præmiſſa notat, refert. Itaque ſecurius Buxtorfium vel Ganzium ſecutus eſt *Chevillier* de Origine Typographiæ p. 267. hunc autem *Pet. Balius* in Dictionario Hiſtorico-Critico Tom. I. p. 629. atque iſtum Rev. *Jac. Fridericus Reimmannus* in Introduct. ad Hiſtor. Theologiæ Judaicæ p. 251. cui proinde præter rationem vapulat *Waltonus* in Prolegom. IV. § 14. pag. 32. Hinc ſimul conſeqvitur, editionem Bibliorum Venetam an. 1491. quam

a Bombergio repetit *Humfr. Hody* de Textibus Original. pag. 449. itidem pro nulla habendam eſſe.

1517. B. H. binis columnis diviſa in fol. per unum ex filiis *Soncim*, vulgo Soncinatibus, an. 277. C. 1517. Hoc exemplar vidi in Bibliotheca Oppenheimeri.

B. H. vide ſupra Biblia Polyglotta Complutenſia.

1518. B. H. cum Maſora & Targum *Onkeloſi*, in Pentateuchum, *Hieroſolymitano* in eundem, *Jonathanis* filii Uzielis in Prophetas, R. *Joſeph Cæci* & aliorum in Pſalmos, Proverbia, Job, & 5. parva Volumina, & altera paraphraſi in librum Eſther. Item cum commentariis Rabbinorum, unde BIBLIA RABBINICA dicta, R. Salomonis Jarchi, contracte RASI in Pentateuchum, Eſram, Paralipomena & 5. Megilloth; R. Dav. Kimchi, contracte RADAK in omnes Prophetas & in Pſalmos, KAV VENAKI i. e. R. *Elieſeris f. Jacob* in Proverbia Salomonis, R. *Moſis ben Nachman*, contracte RAMBAN in Jobum, R. *Abrah. Perizol* in Jobum, R. *Levi ben Gerſon*, contracte RALBAG in Danielem, & R. SIMEONIS in Eſram & Paralipomena. Accedunt variantes lectiones ben Aſcher & ben Naphthali, cum præfatione Latina Leoni X. Pontif. Max. nuncupata a Felice Pratenſi, cujus cura & ſtudio hæc primum edita ſunt. *Venet.* typis Dan. Bombergii 278. C. 1518. Præfatio Latina refert an. 1517. Hinc factum puto, ut a multis editio iſta anno 1517. adſignaretur. Ceterum curam Felicis Pratenſis ſæpe laudat *Everh. van der Hooght* in præf. ad Biblia Hebr. Lege inprimis §. 25. *Elia Levita* judicio quidem editio iſta non tam laude, quam tantum non omnes in eam conferunt, quam vituperio digna cenſenda erat. Varia enim is invenit, in quæ animadverteret, in *Maſoreth* præf. III. lit. ר 4. Speciatim non vult reſpici voces erroris plenas in margine collocatas, item Keri & Ketibh, Milel & Milra, puncta vel accentus. *Qui enim* (hanc cauſam prætexit) *ea poſuit, non diſtinguere potuit inter dextram & ſiniſtram: non enim fuit Judæus, neque intellexit Maſoram.* Facile apparet omnis criminationis fontem ex agnito a Pratenſi, qui gente Judæus erat, Chriſtianiſmo profluxiſſe, ut ea quoque in vitio is poneret, quæ laudi vertenda erant. Recte enim is varietates, quæ a Maſora, quam Elias unice ſequendam putabat, neglectæ erant, ex aliis Codicibus ad marginem annotavit, quod factum videmus Proverb. XII. v. ult. Cetera ἐγκλήματα diluit Cl. Abichtius in diſſert. de verſibus 2 Joſuæ XXI. reſtituendis p. 26. qui pag. 29. ſpeciatim ſuſpicatur, B. Lutherum in verſione Germanica lectiones hujus edi-

Digitized by Google

editionis tanti feciſſe, ut eas inprimis ſequeretur: cui conjecturæ exemplis nonnullis fidem facit. Nos quidem paulo ante obſervavimus, Lutherum editione Brixienſi, an. 1494. curata, uſum eſſe. Et illa quidem fortaſſe in locis illis, quos Rev. Abichtius attulit, cum Bombergiana iſta prorſus conſpirat, quæ cum ceteris, ante Bombergianam an. 1526. vulgatam, editis Brixienſem ſequi ſolet. Notandum denique eſt, in hac & ceteris editionibus ex Rabbinorum commentariis ea omnia eſſe eliminata, quæ doctrinæ Chriſtianæ fraudi eſſe poterant. Sixtinus Amama in Antibarbaro Biblico p. 725. auctor eſt, cum Bombergius in editione, neſcio qua, locum quendam ad fidem correctiſſimorum Codicum reſtituere vellet, correctorem Judæum ei denunciari juſſiſſe, procuraturum ſe apud ſuos, ne ullum exemplar iſtius editionis emerent.

B. H. in 4. *Venet.* per Jo. Bomberg. 278. C. 1518. Accedunt hic variæ lectiones, in Pentateucho raræ, in reliquis libris frequentiores. 1518.

B. H. in 4. ſecundo impreſſa Venet. nomine Dan. Bombergii, in ejus domo, opera fratrum filiorum Baruc, an. 281. C. 1521. Hanc *Rob. Stephanus* in ſua editione ad verbum ſingulosque fere apices expreſſit. 1521.

B. H. in 4. tertio impreſſa, Venet. per Bomberg. 285. C. 1525. qua editione Pentateuchum tantum & quinque Megilloth contineri, affirmat Cl. *le Long*, eamque diſtingvit ab altera, quæ an. 1528. 4. ut ipſi videtur, ea ratione prodiit, ut Pentateuchus a Pentateucho editionis de anno 1525. omnino diverſus eſſet. Sed vidi ego in Biblioth. Oppenheimer. editionem quoad Pentateuchum, adeoque in limine prænotatum gerentem an. 1525. & conjunctos habentem ceteros divini Codicis libros, in quorum fine annus 1528. exprimitur. Unde conſeqvitur editionem hanc anno 1525. cœptam, anno vero demum 1528. oblatis ſcilicet impedimentis, neſcio quibus, ceu alias fieri ſolet, ad finem perductam eſſe. Confer hæc fuſius confirmata a Rev. *C. T. Ungero* in *recenſione diffuſiore librorum novorum* (Ausführlicher Bericht von Neuen Büchern) an. 1709. p. 785. ſq. Conferatur Cl. *le Longii* reſponſio in Muſeo librorum novorum Parte VI. pag. 495. ſq. quæ illam conjecturam confirmat. Ceterum editio hæc anni 1525. – 1528. prodiit opera *Cornelii ben Baruch Adelkind* in ædibus Dan. Bombergii, & additas habet nonnullas lectionum varietates, & cum edit. an. 1521. quoad folia & verſus pulcherrime conſpirat, ſed, ſi accentuum reſpicias poſitum, & lectionem ipſam toto cœlo ab ea differt, judice B. Opitio in præfat. ad Biblia Hebræa p. 3. 1525.

Exem-

Digitized by Google

Exemplar ejusmodi integrum exſtat quoque in Bibliotheca Palæopolitana Regiomonti, quod ad me perſcripſit Cl. humaniſſimusque *Theophilus Sigefridus Bayerus.*

1526. B. H. RABBINICA cum utraque Maſora, in omnes Sacræ Scripturæ libros, Targum ONKELOSI in Pentateuchum, HIEROSOLYMITANO in eundem, JONATHANIS in omnes Prophetas, R. JOSEPH Cœci & aliorum in Pſalmos, Proverbia, Job, 5. Megilloth, & altero Targum in Volumen Eſther; Item cum commentariis RASI in Pentateuchum, Prophetas, Pſalmos, Eſram, 5. Megilloth, & Paralipomena; R. Abraham Aben Eſræ, contracte R. HARAVAA in Pentateuchum, Jeſaiam, XII. Prophetas minores, Pſalmos, Proverbia, Job & 5. Megilloth; R. Davidis Kimchi, RADAK in Prophetas priores, Jeremiam & Ezechielem; R. Levi f. Gerſon, RALBAG in Prophetas priores, Proverbia & Job; R. Saadiæ Haggon in Danielem. Præmittuntur operi 1) præfatio R. Jac. ben Chajim, ubi de Maſoræ utilitate. 2) index capitum omnium librorum Biblicorum 3) index ſectionum totius Scripturæ juxta Maſorethas. 4) præfatio Aben Eſræ in Legem, ubi de quinque modis interpretandi legem apud Iudæos. 5) Variæ Lectiones inter ben Aſcher & ben Naphthali, & 6) inſtructio brevis de Accentibus Hebr. 4 voll. in fol. an. 286. C. 1526. Venet. apud Dan. Bomberg. ceu in fine ultimi voluminis ante indicem legitur. Hæc editio ratione ejus, quæ an. 1518. cum Rabbinorum commentariis curata eſt, haberi debet *ſecunda*, quæ tamen utplurimum vocatur *prima*, quia opera R. *Iac. Chajim*, Judæi, primum hoc anno prodiit, & quia eam reliquæ omnes Rabbinicæ imitantur. Quidam eam referunt in an. 1528. perperam ſecuti *Buxtorfium* p. 298. Bibl. Rabbin. ed. 2. B. *Opitius* in præfat. ad Biblia Hebr. pag. 3. ab an. 1523. repetit, vitio, ut puto, typographi. Conf. *Kortholtum* de variis Sacræ Script. editionibus c. 32. §. 10.

De editione an. 1518. quæ fertur, vide paulo ante ad an. 1525.

1533. B. H. quartum impreſſa in 4. Venet. per Dan. Bomberg. an. 293. C. 1533.

1535. B. H. charactere apud Judæos Germanos vulgari cum Lat. planeque nova *Seb. Münſteri* translatione, poſt omnes omnium hactenus ubivis gentium editiones evulgata, &, quoad fieri potuit, Hebraicæ veritati conformata; adjectis inſuper e Rabbinorum commentariis annotationibus haud pœnitendis, pulchre & voces ambiguas & obſcuriora quæque

quæque elucidantibus : 2 voll. in fol. Baſil. ex officina Bebeliana, impenſis Mich. Inſingrinii & Henr. Petri an. 1534. 1535. 2 editio, 1546. Hanc itaque laudem Munſterus habet propriam, quod primus in Germania Biblia Hebræa edidit, laudatus ideo a Rev. *J. E Bergero* in diſſert. de Bibliis Hebraic. p. 33. In verſione plus æquo judaizaſſe viſus eſt *Rich. Simoni* in Hiſt. Crit. V. T. lib. I. c. 9. p. 58. quando ſcilicet Danielem inter reliquos Prophetas ad exemplum veterum non collocavit. Idem lib. II. c. 21. p. 117. eum in notis Rabbinos nimis cenſet ſecutum, quæ & ipſæ ad Hebrææ Lingvæ vel ſtyli ſacri cognitionem minus utiles ſint. Præclarius de ejus opera ſentit Illuſtris *Pet. Daniel Huetius* p. 231. de Claris Interpretibus, eumque inter cetera Virum bonis literis & Sanctæ potiſſimum lingvæ cognitione ſupra fidem excultum vocat. Ex noſtratibus B. *Io. Andreas Quenſtadius* de patriis illuſtr. Virorum ei multum tribuit. *Hottingerus* quoque in Bibliothecario Qvadripart. p. 166. ſeculi vitium eſſe ait, quod uſu minus recepta videatur. Notas ſuas in epiſt. præliminari ait ſe in Pentateucho deſumſiſſe ex Chald. Paraphraſte, R. Salomone, Kimchi, Aben Eſra, R. Menachem, Abraham Hiſpano, Seder Olam, Moſe Coſenſi & Gerundenſi, Arba Turim, &c. In verſione phraſin Hebraicam interdum ſe immutaſſe ſcribit.

B. H. Oelſnæ in Sileſia excudi cœpta cum commentariis an. 1535. 1535.
teſtatur *Fridericus Luca* in Chronico Sileſiæ Parte VII. p. 2208. Sed eodem teſte opera hæc ingruente immani procella & vento incredibili interrupta fuit, disjectis illis, quæ jam formis expreſſa erant, exemplaribus, quorum plagulæ hinc inde in urbis pomœriis inventæ ab aliis colligebantur. Confer *Sinapii* Olſnographiam Parte II. p. 316. & *Ambroſii Moibani* deſcriptionem ſingularem tempeſtatis illius, vernaculo ſermone Argentor. an. 1536. 4. editam. Adde Cl. *Io. Iac. Schudt* Memorabilia Judaica Parte I pag. 389. & Continuationem I. pag. 273. Compara cum his, quæ infra de Pentateucho, Oelſnæ an. 1530. fol. excuſo, dicentur.

B. H. charactere Judæorum Germanorum, ſtudio *Seb. Munſteri* ſine 1536.
notis, 2 voll. in 4. Baſil. apud Hier. Froben. & Ambroſ. Epiſcopium, an. 296. C. 1536.

B. H. quintum impreſſa in 4. Venet. opera *Corn. Adelkind*, in domo 1544.
Dan. Bomberg. 304. C. 1544. Hanc editionem, quoad Pentateuchum cum variis MSS. contulit R. Menach. de Lonſano in Or Tora, (teſte ipſo in calce libri) eamque paſſim inde emendandam evincit.

1544. B. H. i. e. Pentateuchus, Prophetæ priores & Cetuvim, charactere majori & ſat venuſto: Prophetæ poſteriores, charactere impolito; 4 voll. in 4. Pariſ. ex officina *Rob. Stephani* an. 1539. -- 1544. Prophetia Habacuci an. 1559. demum edita fuit, teſte *Everhardo van der Hooght* in præf. ad Bibl. Hebr. §. 4. niſi forte illa editio pro repetita habenda eſt. Textui 12. Prophetarum acceſſerunt commentarii Rabbinici, a Fr. Vatablo emendati. Editio illa pluribus mendis ſcatet, teſte *Simone Ocklejo* in Introduct. ad lingvas Oriental. c. 3. & *Everh. van der Hooght*, qui §. 5. præf. ſuæ affirmat, ſe plurima vitia ibi deprehendiſſe, non ſolum ratione punctorum vocalium & accentuum, ſed etiam ratione literarum, quin imo ipſarum aliquando vocum. Præ ceteris ſphalmatibus eminet confuſio, quæ in prophetia Hoſeæ inde a cap. V. 8. ad VI. 8. facta eſt. In Claſſe I. Catalogi Biblioth. Reg. Pariſ. cujus prima duo folia edita vidi, editio hæc elegans, ſed minus accurata vocatur. Secutus eſt Stephanus editionem Venetam an. 1521. ad verbum ſingulosque fere apices, teſte Opitio in præfat. ad Biblia Hebr., qui eam typographi vitio refert in annum 1536., cetera autem laudat ob magnum & illuſtrem typum, qui efficiat, ut interdum magno pretio vendatur, cum ceteroquin nihil peculiare habeat.

1546. B. H. elegantiſſime & ſat correcte, litera minori: 7 voll. in 16. ibidem iisdem typis an. 1544. -- 1546. Nitidiſſimum exemplar appellat Opitius. Accuratio tanta non eſt, ut non hinc inde mihi ipſi varia menda tum in conſonantibus tum in vocalibus obſervare licuerit.

Quæ ab *Almeloveenio* in Catalogo librorum a Stephanis editorum p. 19. memoratur editio Bibliorum Stephani noſtri de anno 1545. in fol. ea nulla eſt, cum ipſe Stephanus in præfat. Theſauri Hebræi Pagniniani an. 1548. editi duas tantum, hic memoratas in 4. ſcilicet & 16. a ſe excuſas referat.

Biblia Hebræo-Latina *Seb. Munſteri* cum eodem titulo, quem editio anni 1534. refert. Acceſſerunt in hac ſecunda editione multæ novæ annotationes, præſertim in Pentateuchum, atque in multis locis textus clarior redditus eſt. Hebraicæ veritati magis quam antea conformatus: 2 voll. in fol. Baſil. ex officina Mich. Iſingrini & Henr. Petri 1546.

1549. B. H. RABBINICA editio II. cum præfat. R. Iac. f. Chajim, quæ præſtantiſſima & omnium optima habetur, juxta quam præſertim ſeqventes prodierunt. Complectitur Maſoram utramque, Targum Onkeloſi,

kelosi, Hieroſolymitanum, Jonathanis, R. Joſeph Cœci, & aliorum, commentaria Raſchi *(hac omnia juxta pracedentem editionem)* R. Aben Eſræ in Pentateuchum, Pſalmos, Proverbia, Job, Danielem & 5. Megilloth *(in hac editione adjectus eſt commentar. in Danielem, omiſſus vero in Jeſaiam & XII. Prophetas minores, qui erat in pracedenti)* notulas marginales ex R. *Jacob*, qui vocatur *Baal Turim*, *hic additas* in Pentateuchum, commentarium R. *Dav. Kimchi* in Prophetas omnes & Paralipomena, *(commentar. in Jeſaiam, XII. Prophetas & in Paralipomena deſunt in pracedenti)* R. *Levi ben Gerſon* in Prophetas priores, Proverbia & Job; R. *Ieſaja* in lib. Iudicum, & utrumque Samuelis *(qui in pracedente deerat)* R. *Saadia Gaon* in Danielem; R. *Moſis Kimchi* in Eſram *(qui hic additus eſt)*: 4 voll. in fol. Editio hæc cœpta eſt an. 307. C. 1547., ut notatur in II. volumine, conſummata vero, quod ex calce Paralipom. patet, die 4. menſis Tiſri an. 309. C. 1549. in domo Dan. Bombergii, opera *Cornel. Adelkind.* Hujus *Adelkindii* potiſſimum cura ſecundam hanc editionem adornatam & auctam eſſe, ſuſpicatur B. *Io. Conradus Zeltnerus* in Centuria Correctorum in Typographiis eruditorum p. 279. quia non putat veriſimile, eo usque R. *Iac. ben Chajim* fuiſſe ſuperſtitem. Idem p. 280. nimium Maſoræ ſtudium in eo reprehendit, idque ex eo evincit, quod celebratos illos verſiculos 36. & 37. c. XXI. Joſuæ in Maſoræ gratiam exulare præter rem ex Codice Sacro juſſerit. Hanc editionem, quoad Pentateuchum cum pluribus, minimum decem MSS. Codicibus, contulit R. Menachem de Lonſano in libro *Or Tora*, ceu patet ex calce libelli, ubi eam vocat Bombergianam majorem ſecundam. Quænam ſint illæ Judæorum annotationes, quæ in II. edit. Bomberg. MSS. inter autographa Pellicani in Bibliotheca Tigurina exſtant, non dixerim. Vide tu Antiqua & nova orbis literarii Tiguri edita, Part. I. p. 54.

B. H. in 4. Venet. in ædibus Anton. Juſtiniani, opera *Cornel. Adelkind* an. 311. C. 1551. 1551.

B. H. in 4. Francof. ad Oder. 1551.

B. H. 4 voll. in 18. Venet. ex officina Iuſtinianea an. 312. C. 1552. 1552.

B. H. cum comment. Germanico R. Naphthali ben Aſcher in fol. Cracov. 312. C. 1552.

B. H. in 4. Venet. M. *Anton. Iuſtiniani* 323. C. 1563. 1563.

B. H. in 4. *Io. de Gara* 326. C. 1566. 1566.

B. H. 2 voll. in 4. 2 vel potius (ita in Biblioth. Oppenh. vidi) 3 voll. in 8. & 4 voll. in 16. Antwerpiæ apud Chriſtoph. Plantinum literis Bom-

 bergianis

Digitized by Google

bergianis 326. C. 1566. Hæc in Claſſe I. Catalogi Biblioth. Regiæ Pariſ. cujus duo prima folia edita vidi, vocatur editio exacta & ceteris Plantinianis præferenda.

Plantini editiones aliæ an. 1572. 1573. 1582. 1584. & 1590. lucem viderunt.

1568. B. H. RABBINICA editio III. poſt ſecundam anni 1549. juxta quam pene de verbo ad verbum facta eſt, eadem quæ IIda complectitur: 4 voll. in fol. Venet. typis Bomberg. per Jo. de Gara an. 328. C. 1568. In catalogo quodam MSto Codicum Hebr. Bibl. Bodlej. obſervatum vidi, quod hæc editio opera Genebrardi paſſim ſit caſtrata in iis, quæ contra rem Chriſtianam & præcipue contra Romanos dicuntur.

1570. B. H. in 8. Venet. apud Jo. de Gara an. 330. C. 1570, cum comment. literali in margine. Vidi apud Oppenheim.

1571. B. H. cum commentario Latino, Genevæ 331. C. 1571. Hæc editio ſuppoſititia videtur.

1572. B. H. vide Polygl. Antwerpienſ. 1572.

B. H. & Latina, ex verſione *Santis Pagnini* a Bened. Aria & aliis recognita: editio prima & optima. Vid. eadem Polyglotta 1572.

Aliæ edd. Hebraicæ cum hac recognitione 1581. 1584. 1609. 1613. 1657.

B. H. in 8. 332. C. 1572. Venet. apud *Io. de Gara*. Vidi in Bibl. Oppenheimer.

1573. & 1574. B. H. ſine punctis in 8. & 2 voll. in 24. oblongo, Antw. ap. *Chriſtoph. Plantin.* 333. C. 1573. & 1574. Accedit N. T. Syriacum literis Chald. excuſum, usque ad epiſtolam Joannis primam.

1573. B. H. in 4. Venet. 1573.

1580. B. H. in 4. Antw. per *Chriſtoph. Plantin.* 340. C. 1580. quam vidi in Biblioth. Oppenheimeri, quæ & Regiomonte in Bibliotheca Palæopolitana exſtat, & poſt tabulam τῶν Haphtharoth an. 342. C. 1582. exhibet.

1581. B. H. & Latina *Ariæ Montani*, cum commentatione ejus de varia librorum Hebr. ſcriptione & lectione, & de verſionis Pagninianæ defenſione: editio rara in fol. in Burgo Aracenenſi in Hiſpania 1581.

1582. B. H. in 4. Venet. ap. Jo. de Gara 342. C. 1582.

B. H. in 4. Antwerp. Plantini 342. C. 1582.

1584. B. H. eorundemque Latina interpretatio Xantis Pagnini, recenter Bened. Ariæ Montani & quorundam aliorum collato ſtudio ad Hebr. veri-

Digitized by Google

veritatem diligentiſſime expenſa. Acceſſerunt & huic editioni libri Græci Apocryphi. Antw. Chriſtoph. Plantini 1584. editio elegantiſſima.

B. H. vide Bibl. Polygl. Vatabli 1586. 1586.

B. H. eleganti & majuſcula characterum forma, qua ad facilem S. Lingvæ & Scripturæ intelligentiam primo intuitu literæ radicales *plenæ & nigræ*, & ſerviles deficientes & quieſcentes *vacuæ* ſitu & colore diſtingvuntur, cura *Eliæ Hutteri*, in fol. Hamburg. per Jac. Lucium 1587. Prima & ſola editio nova characterum forma: ceteræ enim, quæ circumferuntur an. 1588. 1595. & 1603. ſuppoſitæ ſunt, & titulo tantum diſtinctæ, ut ex collatis inter ſe exemplaribus patet. Diverſa exſtant de hoc Hutteri inſtituto judicia eruditorum, quorum tamen pleraque honorifica ſunt auctori. Apparet hoc ex *Epiſtolarum libello, in quo continentur aliquot magnorum & doctorum Virorum literæ, quibus judicium de Elianis Bibliis, Cubo & aliis ejus operibus breviter exponitur.* Francof. ad Mœn. 1587. 8. Pauca ſpeciminis loco inde decerpam: *Nunquam* (habes *Viti Buſcheri* verba p. 14) *vidi, nec forte videbo in hac vita quicquam auguſtius, celebrius, jucundius & optabilius iſta Hebr. literarum forma, tam pulchre exaratum, ubi primo aſpectu mox radicem & reliqua Grammatices adjuncta, tam commode, dextre, rotunde & eleganter cognoſcas, quam in iſto mirabili opere, cujus ſimile non credo unquam in mundo viſum fuiſſe.* Confer ibidem p. 27. Andreæ Nolthii judicium ita formatum; *Equidem video ſurgentem lingvæ ſanctæ gloriam prorſus novam, ac prius inauditam. Quam facili & expedito compendio via iſte monſtrat radices, quæ hactenus tantum Grammaticæ ſtudioſis negotium faceſſerunt, ut vix per plurium regularum ambages intricatas eas eruerent?* Omitto alia. Probat inſtitutum hoc, ſed cum temperamento, *Franzius* de Interpretatione Scripturæ p. 44. *Hottingero* autem p. 142. Bibliothecar. Qvadripart. illa literarum radical. & ſervilium diſtinctio diſcentium conatibus plus obeſſe quam prodeſſe videtur. Eum ob accentuationis peritiam in hac edit. manifeſtatam ſingularem promeruiſſe laudem ſtatuit B. Opitius in præfat. ad Biblia Hebr. p. 4. cui tamen merito diſplicet, quod ex ingenio, ſine Codd. conſenſu plurima poſuerit.

B. H. ſtudio *Eliæ Hutteri*, Hamb. fol. typis Lucii, 1588. Vide quæ modo dicta ſunt. 1588.

B. H. in 8. Antwerp. 1590. 1590

B. H. in 4. Venet. 1595. cum Raſchi apud Jo. de Gara. 1595.

B. H. 1 voll. in 4. 2 voll. in 8. & 4 voll. in 16. Francof. ad Oder. per Joachim. & Frider. Hartmannos an. 355. C. 1595. vel potius an. 355. quo

 prius

Digitized by Google

prius & 356. quo poſterius volumen edit. in 8. prodiit. Hæ editiones apud Judæos in magno ſunt pretio.

1595. B.H. 2 voll. in 16. Leidæ Raphelengi 1595.

1596. B.H. *Eliæ Hutteri.* Vid. Biblia Polygl. 1595. 1596.

1599. B.H. ejusdem usque ad librum Judicum & Ruth incluſive; Vid. Biblia Polygl. 1599.

1603. B.H. ejusdem. (Vid. ſupra ad an. 1586. fol.) Hamb. & Colon. 1603.

1607. B.H. in 4. Venet. cum comment. Raſchii apud Jo. de Gara, 367. C. 1607.

1609. B.H. & Latina *Ariæ Montani*, in fol. Colon. Allobrog. Pet. de la Roviere, 1609.

1610. B.H. in 4. cum comment. Raſchii textui ſubſtrato, Cracov. 370. C. 1610. apud R. Iſaac ben Aaron. Vidi ego tantum unum volumen, quod Pentateuchum & 5. Megilloth continebat, ſed non dubito exſtare etiam reliquos libros Biblicos, cum titulus tota Biblia promittat.

B.H. ſine punctis 2 voll. in 24. Hanov. Jac. Hene an. 370. C. 1610. Eodem tempore etiam ibidem in 8. prodiiſſe teſtatur Jo. Leusdenius in præfat. ad Biblia Francofurt. non punctata, ubi monet, utramque editionem ad exemplum Plantinianæ non punctatæ ita curatam, ut paginæ paginis reſpondeant.

B.H. punctata in 8. ibidem per Abrah. ben Elieſer apud Hans JacobHene, in membrana, ſine anno notato.

B.H. non punctata in 16. per filios Franc. Raphelengii, Leidæ 370. C. 1610.

1611. B.H. minimo charactere ex recognitione *Io. Buxtorfii* in 8. Baſil. apud Conr. Waldkirch 1611.

1613. B.H. & Latina Ariæ Montani 8 voll. in 8. Leidæ ex officina Plantin. 1608. -- 1613. Ita Cl. le Long. Diſtinctius ita habe: An 1608. lucem viderunt *Proverbia*, *Iob*, *Canticum Cant.* *Ruth*, *Threni*, *Eccleſiaſtes* & *Eſther*. An. 1609. Deuteronomium: an. 1610 Prophetæ poſter. an. 1611. Prophetæ priores & Paralipomena, Daniel item, Eſra & Nehemias: an. 1612. Apocrypha; an. 1613. N.T. Græcum: ac denique 1615. Pſalterium. Debeo hæc Cl. *Theoph. Sigefrido Bayero*, Biblioth. Regiomontanæ Palæopolitanæ Præfecto digniſſimo.

B.H. Baſil. 1612. in 8. Regiomonte in Biblioth. Palæopolitana, ceu ex literis Cl. Bayeri mihi conſtat, qui obſervat, editionem hanc an. 1611. inceptam anno ſeqvente 1612. lucem vidiſſe in domo Conradi Wald-

Digitized by Google

Waldkirch, edente R. Mordechai ben R. Joſ. Juda Wal, Francofurtenſi. Addit idem N. T. Græcum iſti exemplari ſtupendo ſtudio adſcriptum eſſe ſerie non interrupta, verſibus in margine notatis.

B. H. Antwerp. 1613. in 8. in eadem Bibliotheca ex ejusdem literis. 1613.

B. H. in 4. Venet. 374. C. 1614. apud Jo. Cajun. 1614.

B. H. in 12. 2 voll. Venet. typis Jo. Bragadini in domo Jo. Kajun 1614. 1615. Cl. le Long in quarti ordinis forma edita ſcribit. Vidi ego in Bibl. Oppenh. in ea forma, quam deſignavi. Quod ideo moneo, ne quis hanc editionem cum proxime antecedente eandem eſſe putet. Priorem illam Venetam in 4. adhibuit etiam Cl. *Michaëlis* ad edit. Bibliorum Hebr. Halenſium, ceu conſtat ex præfat. p. 5. ubi etiam in notis id ſibi proprium habere dicitur, quod τὸ ש & ש per puncta diacritica non diſtingvat.

B. H. RABBINICA juxta priores editiones Dan. Bombergii, cum Targum, Maſora utraque, & commentariis Rabbinorum, editio *quarta ab Inquiſitoribus recognita*, & edita ſtudio & cum præfatione R. *Iehuda Arje* ſeu *Leonis Mutinenſis*, 4 voll. in fol. Venet. Petri & Laur. Bragadini per Joh. Cajun an. 377. C. 1617. In præfatione Leo Mutinenſis teſtatur, ſe plusquam trecenta loca, alias errata, correxiſſe: ſed vel ſic nævos adeſſe *Bartoloccius* ſcribit Tom. III. Biblioth. Rabb. pag. 33. Conf. Tom. IV. pag. 198. 1617.

B. H. in 4. in 8. & 6 voll. in 18. Genevæ Pet. Eliani 378. C. 1618. Vidi ego editionem hanc an. 377. inceptam & 378. abſolutam, & quidem ut titulus habet: בבית כאפא אילן *in domo Capha Ilan*, quod alii per *Petrum Elianum*, ut Cl. Longius, alii per *Capellanum* efferunt. Non videtur hæc editio Judæorum curam experta, obſervante literis ad me datis Cl. *Bayero*, eo quod tituli non ſatis Hebræi ſunt, & ordo librorum penitus a Judaico abhorret, ita quidem, ut Malachias poſtremus ſit omnium. Pro mendoſiſſima editione habet Cl. *le Long*, quæ inter melioris notæ numeratur a B. *Majo* in præf. ad Biblia Hebræa. 1618.

B. H. & Latina *Ariæ Montani*, additis correctionibus Romanis *Lucæ Brugenſis*, in fol. Genev. 1619. Eadem eſt editio ac anni 1609. 1619.

B. H. RABBINICA, editio quinta, juxta ſecundam anni 1549. concinnata, additis commentariis Aben Eſræ in Jeſaiam, XII. Prophetas minores, & in Eſram, & omiſſo commentario R. Moſis Kimchi, in eundem

dem Eſram, ſtudio *Jo. Buxtorfii* Patris, qui in Targumim puncta vocalia ex analogia lingvæ Chaldaicæ immutavit, plurima errata Maſoræ diverſorum exemplarium & concordantiarum ſubſidio caſtigavit: 4 voll. in fol. Baſil. typis Ludov. Konig. Tom. I. & II. an. 378. C. 1618. III. & IV. an. 379. C. 1619. ut legitur ad calcem libri Paralipom. In quibusdam exemplaribus exſtat Buxtorfii Latina præfatio, quæ cur in aliis deſideretur, ignorare ſe ſcribit *Carpzovius* in prolegom. in lib. Ruth p. 29. Eam editionem Venetis omnibus merito præferendam putat *Waltonus* in præfat. Bibl. Polyglott. Londinenſ. Laudat etiam laborem in Paraphraſibus conformandis collocatum *Rich. Simon* in Disquiſitionibus Criticis cap. 13. p. 103. ſed cum *Lud. de Dieu* nonnulla adhuc ſupereſſe cenſet in melius reformanda. Eodem in loco monet, exſtare in Bibliotheca Oratoriana n. 26. codicem paraphraſeos Onkeloſi, in quo punctatio Chaldaica a qualibet alia tam in editis, quam MSS. Codicibus mire diſcrepet, & analogiam punctationis librorum Esdræ & Danielis longe melius, quam Buxtorfiana editio repræſentet. Non omnibus ſuſcepta illa a Buxtorfio mutatio punctationis ſe probavit, ideo quia non eadem erat utrinque lingva, ſcilicet in Daniele &c. & Targumim, adeoque nec eadem obſervanda punctatio. Rich. Simon in Hiſt. Crit. V. T. lib. 3. p. 126. non ſolum eam punctationem minus probat, ſed & teſtatur, Judæos non multum illam æſtimare, propter multos errores, quos maxime in commentariis reliquerit, & quibus novos addiderit. Idem in epiſtolis ſelectis Amſt. 1700. editis p. 14. teſtatur, ſe ex collatis MSS. Biblioth. Reg. & Oratorii Pariſ. varios Buxtorfii errores in Maſorethicis laboribus commiſſos deprehendiſſe.

*Brianus Waltonus* in Prolegomenis ſuis quatuor recenſet editiones Venetas Bibliorum, nempe an. 1517. 1528. 1619. & 1623. ubi alias quidem, quæ exſtant, omittit, unam vero, quæ non exſtat, ceteris addit. Illa eſt, quam refert in an. 1623. Hanc merito in dubium vocat *Io. Buxtorfius* in Catalectis p. 284. hanc addens rationem: *Neque credibile eſt, intra quinquennii ſpatium tam vaſtum opus ter (ſcilicet anno 1619. & 1623. Venet. & an. 1619. Baſileæ accurante Buxtorfio patre) excuſum fuiſſe, cum conſtet, in unicam editionem anni 1528. totidem fere annos inſumtos fuiſſe, utpote cœptam 1523. & finitam demum 1528. Itaque conjici queat, dolum latere in titulo, a Judæis forte immutato, quo Biblia ſub ſpecie novitatis vendibiliora redderentur.* Ceterum editiones illas Venetas Bombergianas, quamvis a Judæis curatas, commentarios Rabbinorum locis nonnullis, in Chriſti ſacra

ſacra injuriis, truncatos exhibere teſtis eſt *Rich. Simon* in Epiſt. Selectis Amſtelod. 1700. editis, p. 176. Conf. ejusdem Biblioth. Critica Tom. III. pag. 430.

B. H. in 4. Venetiis Bragadini an. 388. C. 1628. 1628.

B. H. in 8. cum commentar. Raſchi & Jekel Sopher, Prag. 389. 1629.
C. 1629.

B. H. ſine punctis in 8. Amſtelod. typis Menaſſe ben Iſrael, ſumti- 1631.
bus Henr. Laurentii 391. C. 1631.

B. H. in 4. cum verſione Hiſpanica vocum difficiliorum in mar- 1635.
gine charactere Hebræo, Venet. Jo. Caleoni 395. C. 1635.

B. H. eleganti charactere impreſſa, 2 distincta columnis, ex accuratiſſima recenſione R. *Menaſſe ben Iſrael* cum ejus præfat. Lat. 2 voll. 4. Amſtelod. ſumtibus Henr. Laurent. 395. C. 1635. Hæc in catalogo Bibl. Reg. Pariſ. cujus prima duo folia edita vidi, vocatur editio emendatior & uſui commodior. In præfatione editor ait, ſe uſum eſſe quatuor editionibus omnium correctiſſimis, & ubi diſcrepantia ſe obtulerit, ad regulas Grammaticales & Maſoram refugiſſe. Non præſtitit, quæ promiſit, obſervante *Rich. Simone* in Biblioth. Critica Tom. III. p. 431.

De Menaſſis hujus tribus editionibus Bibl. Hebr. tribus Pentateuchis, & una Pentateuchi Hiſpanici editione, vide quæ dicta ſunt in Bibliothecæ Hebr. Part. I. p. 786.

B. H. cum præf. & comment. Grammatico R. *Jac. Lombroſo* in 4. 1639.
Venet. Joan. Martinelli 399. C. 1639. Editio hæc a Judæis Orientalibus laudatur, teſte *Rich. Simone* in Disquiſitt. Criticis pag. 54. Confer, quæ dicta ſunt Parte I. p. 604. Scholia illa ex variis commentatoribus, nominatim vero Raſchio ſunt petita. Notas has ex Maſora freqventiſſime deſumtas magno ſibi interdum uſui fuiſſe ſcribit B. *Opitius* in præfat. ad Biblia Hebr. p. 3.

B. H. in 8. Amſtelod. typis Menaſſe ben Iſrael, ſumtibus Janſonii 1639. Ea editio compendii plus habet in quotidiano uſu, quam accurationis, teſte *Hottingero* in Bibliothecario Qvadripart. p.

Eadem ſine punctis ex ejusdem recenſione 8. ibidem, iisdem typis 1639.

B. H. maximo & nitidiſſimo charactere: Vid. Biblia Polyglotta 1645
Pariſ. 1645. editio mendoſa.

B. H. cum Maſora in Pentateuchum & commentario Raſchi, 4. 1649.
voll. in 4. Venet. Anton. Caleoni 407. -- 409. C. 1647. -- 1649.



Digitized by Google

1653. B. H. cum Raſchi, Amſtelod. apud Imman. Benbeniſte 413. C. 1653. 4.

1657. B. H. & Latina Ariæ Montani: Vid. Biblia Polyglotta Londinenſia 1657.

B. H. cum Latina interpretatione Xantis Pagnini, Benedict. Ariæ Montani & aliorum ſtudio ad Hebr. editionem diligentiſſime expenſa. Item N. T. Græcum cum Vulgata interpretatione Latina Græci contextus lineis inſertis, ſtudio & cura *Mart. Geieri* & *Io. Philippi Obeim.* Lipſ. in fol. typis Chriſtiani Kirchneri 1657.

1661. B. H. correcta a curioſis Judæis, inprimis a *Joſ. Athia* ſecundum præſtantiſſimas editiones & antiquiſſima MSS. cum præfat. Lat. Jo. Leusdenii: editio præclariſſima, ab omnibus tamen mendis non immunis, 2 voll. in 8. Amſtelod. typis Joſ. Athiæ 421. C. 1661. II. editio 1667. Exemplar, quod *tertiæ* & novæ editioni concinnaverit Leusdenius, memorat *van der Hooght* in præfat. ad Biblia ſua Hebr. Exemplaria ter mille prodiiſſe teſtatur Leusdenius ipſe in allocutione ad Lectorem Philologo Hebr. præfixa.

1662. B. H. charactere minuto ex optimis editionibus diligenter expreſſa, & forma, literis, verſuumque diſtinctione commendata cum titulis librorum & capitum Latinis, ſtudio & labore *Joh. Georg. Niſſelii* in 8. Leidæ, typis Niſſelianis 422. C. 1662. Editio hæc duabus columnis diſtincta, cetera minus curata eſt.

1667. B. H. accuratiſſima, notis Hebr. & lemmatibus Latinis illuſtrata a Joh. Leusden, cum nova ejus præfatione Latina: 2 voll. in 8. Amſtel. typis Joſ. Athias 1667. (b) His accuratiora & correctiora nunquam ſolem adſpexiſſe præfatio teſtatur; imo in calce ejusdem declaratur, ſi quod forte vitium corrigibile in folio, jam typis expreſſo, remanſiſſet, illud accuratos Scribas calamo correxiſſe, vel, ſi non corrigibile, integram pagellam de novo exſcriptam fuiſſe, ut credi poſſit, nullum vitium literale in textu manſiſſe. Hæc tamen perſvaſio experientia confirmata non fuit. Celeb. Jablonsky certe in præfat. ad Biblia Hebr. §. 3. *Biblia*, ait, *illa nitidiſſima ſunt, in literis quidem perraro; in vocalibus frequentius; in accentibus ſæpiſſime aberrare correctores Athiani deprehenduntur.* Hinc Dav. Clodio in ſua Bibliorum editione *ſexcenta*, Jablonskio vero plusquam

(b) Non an 1676. quem in nupera Bibliotheca Theologico-Critica p. 629. Typographi vitio notatum inveni.

quam bis mille emendare & propellere licuit, quod ipſi editores in præfationibus ſuis profitentur. Sic & Vener. D. *Gerhardus Mejerus*, Antiſtes hodie Bremenſis, Vir doctiſſimus, in ſingulari diſſertat. Vitembergæ an. 1687. de quinque ſphalmatibus hujus editionis monuit eruditos. Præ ceteris autem *Samuel Mareſius*, Theologus Groningenſis, in epiſtola quadam, an. 1669. edita, ſiniſtre de ea judicavit, inprimis ideo, quod Pſalmo XXII. 17. juxta vocem in textu ſcriptam כארי in margine deeſſe videret Keri כארו. Iſti autem cenſuræ occurrit Athias, vel alius, neſcio quis, ſcripto ſingulari ſub titulo: *Cæcus de coloribus, h. e. Joſephi Athiæ juſta defenſio contra ineptam, abſurdam & indoctam reprehenſionem V. Celeb. D. Sam. Mareſii* &c. Amſtelod. 1669. quod a Cl. Thoma Crenio Parte II. Animadverſionum Philolog. & Hiſtor. p. 121. ſqq. recuſum eſt. Athias, ad cauſam dicendam a Conſulibus vocatus, negavit, ſuam eſſe ſcriptionem, ceu refert Jac. Altingius Tomo V. Opp. p. 374. ubi addit, ſe auctorem ejus Leusdenium ſuſpicari. Præter notas quaſdam Hebraicas collocata ad marginem ſunt lemmata, textus ſummam repræſentantia, novo exemplo, quæ tamen iis in locis, ubi de Meſſia agitur, in Judæorum gratiam minus clare expreſſa ſunt, ipſo Leusdenio in præfat. profitente, qui præterea monet, paucas notas a Judæis voculam vel addendo vel minuendo fuiſſe immutatas. Non omittendum eſt, variare inter ſe exemplaria editionis hujus anni 1667. idque ex eo, quod Athias primum ſtatuit 4500. exemplaria formis inſcribere, deinde vero numerum hunc 500. aliis auxit. Primæ itaque plagulæ iſtæ anno ſequenti denuo excuſæ ſunt, nec emendationi a Leusdenio ſubjectæ. Vide Jablonskii præfat. §. 8. in notis, & adde Everh. van der Hooght præfat. ad Biblia §. 5. & 7.

B. H. Maſoretharum Keri & Kethib, & aliis hujusmodi notis inſtructa, item variantibus lectionibus Orientalium & Occidental. & quæ præterea in editionibus præcipuis deprehenſa fuerunt, adaucta, Latiniſque lemmatibus illuſtrata, opera *Davidis Clodii*, Francof. ad Mœn. typis Chriſtoph. Wuſtii 437. C. 1677. 8. Secutus is eſt editionem poſteriorem Leusdenianam, ſed ita, ut, ubi opus videbatur, ab ea abiret. Qua in re aliis induſtriam ſuam probavit, aliis minus. Sic Celeb. Jablonskius in limine præfat. ad Bibl. Hebr. ſcribit, ſe Leusdenianam potius illam quam Clodianam editionem ſecutum eſſe, *quod* Clodius *plurima, quæ ſtylum cenſorium merebantur, intacta præterierit, & quædam bene habentia, cum mendi ſuſpecta haberet, corruperit, alibi Athianos errores novo errore* 1677.

 *auxe-*

*auxerit, non tollendo menda, ſed mutando, & ſolius fere analogiæ Grammaticæ, & Codicum quorundam impreſſorum ſubſidio ad Biblici textus recenſionem acceſſerit, absque MSS. Codicibus, absque Maſoræ collatione, absque recentis illius & docti Hebræorum Critici R. Menachem de Lonzano, in tractatu* Or Thora *ſuffragio, imo absque penitiore Accentuationis metricæ cognitione.* Viciſſim B. *Auguſtus Pfeiferus* hanc editionem accuratiſſimam & Ebraizantium ſtudiis commodiſſimam pronunciat in Critica Sacra pag. 27.

1678. B. H. in 4. Venet. 418. C. 1678. ex officina Bragadinæ per Dominicum Vedelago, curantibus Jehuda & Jac. Aſcher. In margine leguntur Scholia Italica, quæ & ſummam contextus ſacri exhibent, & difficiliora illuſtrant. Carmen præmiſit Moſe ben Gerſon Chaphetz. Laudat hanc editionem Cl. *Abichtius* in diſſert. de duobus verſibus Joſuæ XXI. reſtituendis, p. 31. Eandem adhibuerunt conditores Bibliorum Hebr. Halenſium, ceu patet ex præfatione p. 5. ubi in notis dicitur magna diligentia, ſed minus eleganti typo adornata.

1692. B. H. a *Dav. Clodio* edita, accurate recognita a *Jo. Henr. Majo*, & ultimo reviſa a *Io. Leusdeno*, cum antiqva præfatione Clodii, & nova Maji, & monito Leusdeni: in 8. Francof. ad Mœn. typis Chriſtoph. Wuſtii 452. C. 1692. Eam in monito ſuo Leusdenus laudat ab adhibita diligentia, eamque multis paraſangis priori anni 1677. præferendam cenſet. At præſtantiſſimus Jablonskius ſecundam hanc Clodii editionem paroramatibus ad nauſeam usque ſcatere affirmat in præfatione modo citata. Sed vel ſic *Jo. Henr. Majus* eam in noviſſima editione 1716. iterum ſequendam judicavit, at emendatam, ut huic accuſationi non amplius locum eſſe poſſe putet in præfatione. Inſigne omnino ſphalma eſt, quod Eſræ VIII. 5. 6. facta commatum illorum transpoſitione commiſſum deprehenditur.

1694. B. H. non punctata, verſibus, capitibus & ſectionibus interſtincta, notisque Maſoretharum, quas Kri & Ktif appellant, inſtructa, accurantibus *Ioh. Leusdeno & Ioh. Andrea Eiſenmengero.* Francof. 1694. 12. impenſis Balth. Chriſtoph. Wuſtii, & typis Jo. Wuſtii. Præfationem præmiſit Leusdenius, in qua laudat Eiſenmengeri curam in operarum mendis tollendis adhibitam, & permutationem literarum ſibi affinium non negligentiæ correctoris, ſed typorum vitio tribuendum ait. Sed non deſunt menda etiam in aliis literis, v. c. Malach. III. 1. ubi pro אשר legitur בשר, Pſalm. I. 1. ubi pro במשב habes ממשב. Propterea merito editionem hanc *mendoſam* vocat Cl. le Long.

B. H.

B. H. cum notis Hebraicis & lemmatibus Latinis, ex recenſione 1699
*Danielis Erneſti Jablonskii* cum ejus prolixa & docta præfatione Latina. Berolini, opera & impenſis Joh. Henr. Knebelii 1699. 8. majori. Dantur exemplaria, quæ formam quarti ordinis referunt, ſed textus non eſt diverſa ratio. Hinc factum eſt, ut Cl. le Long ea in 4. prodiiſſe ſcriberet. Secutus Cl. Editor eſt editionem Leusdenianam anni 1667. ſed ita, ut eam recognoſceret ad Bombergianam Venetam, Regiam ſeu Ariæ Montani, Baſileenſem Buxtorfii, Hutterianam, Manaſſis, & aliorum; tum vero adhiberet Codicem duplicem MS. Biblioth. Electoralis Brandenburg. & unum Deſſavienſem, itemque alios. In plagulis ſingulis quater corrigendis prima cura data eſt Judæo erudito, *Levi David* ſeu *Iehuda Löw*, de quo Parte I. n. 742. diximus. In Leusdeniana illa editione ſe plusquam *bis mille* ſphalmata obſervaſſe & ſuſtuliſſe ſcribit ipſe in præfat. §. 4. & vel ſic tamen §. 27. lectorem modeſte monet, *ſe nec nihil præſtitiſſe, nec omnia: ita enim nonnulla emendaſſe, ut plurima aliis caſtiganda reliquerit.* Quæ cauſa eſt, cur B. *Opitius* in præf. ad Bibl. Hebr. p. 15. ingenue profiteatur, ſe tantam in ea editione *emendanda adhibitam fuiſſe curam deprehendiſſe, ut fere ab edenda ſua deterritus ſit;* ſed inveniſſe tamen deinde relicta ſibi quædam, quæ ageret. Acerbius judicavit B. *Georg. Chriſtianus Burckling* in limine Obſervationum, quas Bibliis Hebr. 1716. editis præmiſit, quando ea ipſum feciſſe affirmat, quæ in Clodio culparit. Vide locum, & ex allato ſpecimine facile intelliges, Lector, quid ſentiendum ſit.

B. H. cum comment. Raſchi, ſtudio R. David Nunnes Torres edi 1700.
ta, 4 voll. in 12. Amſtelod. in domo Immanuelis fil. Joſ. Athias 460. C. 1700. In hac editione id inprimis laudant Judæi, quod textus ita eſt expreſſus, prout in Codicibus MSS. exarari ſolet.

B. H. ſine comment. Raſchi, ejusdem Davidis ſtudio edita 4 voll. in 12. iisdem typis & eodem anno.

B. H. ſine punctis Amſtelod. apud Gerh. Borſtium 1701. in 8. 1701.

B. H. ſine punctis in 12. Amſtelod. 1702. 1702.

B. H. ſecundum ultimam editionem *Joſ. Athias* a Joanne Leusdeno 1705.
denuo recognitam recenſita, atque ad Maſoram & correctiores Bombergii, Stephani, Plantini, aliorumque editiones exquiſite adornata, variisque notis illuſtrata ab *Everbardo van der Hooght.* Præmittitur præfatio Latina prolixa, & ad calcem adjicitur præcipua diverſitas lectionis inter editiones Athiæ, Bombergii, Plantini, & aliorum obſervata: 2 voll. in 8. Amſtel. & Ultraj. per Boom & ſocios, 1705. Hæc editio præ-



Digitized by Google

præſtantiſſima & nitidiſſima novis typorum formis excuſa eſt; ajunt enim, quemlibet characterem ſua ſecum puncta ſimul fuſa geſtare. Obſervationes Maſorethicæ de verſionum & ſectionum numero, quæ ſingulis libris Biblicis ſubjici ſolent, quasque auctor obſervationis in Diario Pariſ. an. 1707. menſe Majo perperam de Maſora finali interpretatus eſt, hic Latine converſæ, ac nonnihil illuſtratæ leguntur: in Pentateucho vero (non item in ceteris libris) nova lemmata Latina Editoris conſpiciuntur. Ex præfatione patet, curam correctionis foliorum Judæo fuiſſe demandatam, ita tamen, ut ſingula folia minimum ter ante impreſſionem ipſe Editor diligentiſſime perluſtrarit. Idem diligenter proſpexit, ut, cum exemplaria editionis Leusdenianæ anni 1667. inter ſe admodum diſſentire videret, (lege § 5. ſqq. præfat. ejus) optima lectio & accentuatio (cujus rationem maxime habuit) eligeretur. Siniſtre de hac editione judicaverat Anonymus in Diario eruditorum Pariſienſi, menſe Majo an. 1707. cui vindiciæ opponuntur in Biblioth. Critica *Rich. Simonii* Tom. III. p. 444. ſqq.

1707. B. H. cura & ſtudio *Henr. Jac. van Bashuyſen*, tum temporis Profeſſoris Hanovienſis, nunc Servestani, ex collatione MSS. & impreſſorum Bibliorum edenda, & breviſſimis notis, ex commentariis Rabbinorum excerptis, illuſtranda. Hæc promittuntur in Exercitatione ejus Scripturaria & Critica, continente Specimen horum Bibliorum. Francof. ad Mœn. 1707. 4. Ex præfatione patet, Virum diligentiſſimum & de re Hebræorum literaria meritiſſimum, editionem Jablonskianam fundamenti loco præſtructurum, notas vero Rabbinicas non ſolum ex Buxtorfianis illis, ſed aliis quoque bonæ notæ Interpretibus Judæis petiturum fuiſſe, additis hinc inde propriis obſervationibus. In ſpecimine illo exhibentur annotationes in XXI. priora Geneſeos capita. Confer Muſeum librorum novorum Parte V. p. 370. ſq. Specimen illud Bibliorum undecim annis poſt, i. e. an. 1715. cura *Alberti Halleri* Hanoviæ recuſum eſt in 8. typis Joh. Jac. Beauſangii, ſed ita, ut notæ in decem ſeqventia Geneſeos capita accederent, adeoque XXXI. capita in univerſum illuſtrarentur.

B. H. cum optimis impreſſis & MSS. Codicibus in & extra Ger-
1709. maniam, per plurimos annos incredibili labore & diligentia collata, & juxta Maſoram, Or Thora, Schaar Hanneginoth, aliaque Hebræorum principia Critica ſolicite examinata, accuratiſſime emendata & fideliter recenſita, charactere illuſtri expreſſa, capitibus, verſiculis & ſectionibus, tum

tum Chriſtianis, tum Judæis uſitatis, interſtincta, notis Keri & Kethib inſtructa ac Latinis Summariis illuſtrata: ſtudio & opera D. *Henrici Opitii: Kilonii*, typis & ſumtibus Auctoris, ex typographeo Bartholdi Reutheri, 1709. 4. Ex præfatione patet, Editorem inde a triginta annis ſaxum hoc volviſſe, variisque hanc in rem editionibus comparatis, Leusdenianam anni 1667. ceteris prætuliſſe, ita ut eam tum ex antiquioribus illis, tum ex Jablonskiana quoque emendaret, præterea vero in conſilium adhiberet Codices manu exaratos, nominatim *Berolinenſes* plures, *Francofurtanum* B. Wegneri unum, *Hamburgenſes* Rev. Jo. Frid. Winckleri binos. In calce præfationis promittit Commentarium Criticum in univerſam Scripturam, *in quo tota*, ita ait, *continebitur codicum noſtrorum, tam MSS. quam impreſſorum collectio, & ubi prolixas, & ſufficientes, ut ſperamus, rationes dabimus omnium Accentuum, vocalium, & punctorum, cur in tanto codicum diſſenſu hoc vel illud retinuerimus, contra vero hoc vel illud expunxerimus.* Character majuſculus eſt & luculentus.

B. H. non punctata in Philebræorum gratiam forma minima compendioſe expreſſa e typographeo D. E. Jablonsky D. cujus etiam præfatiuncula præmiſſa eſt. Berol. 1711. 24. Ex præfatione apparet, B. *Seb. Gottfr. Starckium*, Profeſſorem quondam Lingv. Orient. Gryphiswaldenſem, corrigendi opera defunctum fuiſſe. Quæ vero ille inopino fato prohibitus ad finem non perduxit, illa Cl. Jablonskii induſtria ſupplevit. 1711.

B. H. punctata, in gratiam Philologorum recens edita: ſubjungitur Cl. Joh. Leusdeni catalogus 2294 ſelectorum verſuum, quibus omnes voces V. T. continentur: ex eadem officina Jablonsky, cujus præfatiuncula præmittitur. Berol. 1712. in 12. majori. Norma hujus fuit editio Berolinenſis 1699. in 8. curatæ. Emendandi laborem ſuſtinuit Judæus idem, qui iſti majoris formæ conſuluit, ultimam limam alio quodam Philebræo adhibente. 1712.

B. H. Lipſ. 1713. fol. *Chriſt. Reineccii*: vide ſupra inter Polyglotta. 1713.

B. H. ad optimorum tam impreſſorum, ſpeciatim Clodii, Leusdenii, Jablonski, Opitii, quam MSS. aliquot Codicum fidem collata. Direxit opus, novas capitum inſcriptiones præfationemque adpoſuit D. Joh. Henricus Majus, collationem vero ſedulam inſtituit, annotationem ac interpretationem vocum ἅπαξ ἢ δὶς λεγομένων, cetera denique emendatæ editionis ſive reqviſita, ſive ornamenta addidit M. *Georg. Chriſtianus Burcklin.* Francof. ad Mœn. impenſis Joh. Philippi Andreæ an. 1716. in 4. 1716.

Se-

Secutus eſt Editor editionem Clodianam anni 1677. quam emendavit ex editis & MSS. Codd. & inter hos nominatim Badenſibus duobus, a Rev. J. C. Zandtio inſpectis, tum vero Uffenbachianis, & Pentateucho Bashuyſeniano, de quibus D. *Majus* in præfatione exponit. Quæ in ceteris præſtita ſint, ſpeciminibus quibusdam manifeſtum facit *Burcklinus*, jam ante biennium fatis functus, in Obſervationibus ipſi Operi præmiſſis. Ex iis colligas, eum accentuationis potiſſimum rationem habuiſſe.

B. H. ex aliquot MSS. & compluribus impreſſis Codicibus, item
1720 Maſora tam edita, quam MS. aliisque Hebræorum Criticis diligenter recenſita. Præter nova lemmata textus S. in Pentateucho accedunt loca Scripturæ parallela, verbalia & realia, brevesque annotationes, quibus nucleus Græcæ LXX. Interpretum & omnium verſionum exhibetur, difficiles in textu dictiones & phraſes explicantur, ac dubia reſolvuntur, ut ſuccincti commentarii vicem præſtare poſſint. Singulis denique columnis ſelectæ variantes lectiones ſubjiciuntur, cura ac ſtudio D. *Jo. Henr. Michaelis*, SS. Theol. & Gr. ac Or. Lingg. in Acad. Frider. Prof. P. Ord. & ex parte opera ſociorum. Halæ Magdeburg. typis & ſumtibus Orphanotrophei an. 1720. in 8. majori. Editio hæc primum anno 1704. prelo ſubjecta & per editam deſignationem inſtituti Germanicam, poſtea in Belgio Gallice converſam, promiſſa fuit, deinde vero ob varia impedimenta, quæ in præfatione exponuntur, per tria omnino luſtra continuata. MSS. quibus uſi ſunt editores, quinque ex Bibliotheca Rev. Miniſterii Erfurtenſis petita ſunt, de quibus ſuo loco diximus. Fundamenti loco ſerviit editio Jablonskiana Berolinenſis, an. 1699. curata, cum qua tamen aliæ eæque præſtantiores, quæ in præfatione enumerantur, comparatæ ſunt. Notæ in Geneſin rariores & magis ſuccinctæ ſunt, in ceteris & inprimis Propheticis libris ampliores, quibus cum libri Metrici ſeu Hagiographi præ reliquis egere viderentur, maxime neceſſariæ ac potiſſimum Philologicæ cum contextu Hebræo editæ ſunt, reliquæ vero diſtinctis voluminibus ſeparatim ſub titulo *Uberiorum Annotationum Philologico-Exegeticarum*, in forma quarti ordinis excuſæ prodierunt Halæ 1719. & 1720. Tribus illæ voluminibus abſolvuntur, quorum I. comment. in Pſalmos & Proverbia Salomonis, II. in Jobum & V. Megilloth, III. in Danielem, libros Eſræ & Nehemiæ, ac denique Chronicorum complectitur: auctoribus, (ſi Ruth, Eccleſiaſten & Eſther exceperis, quos libellos illuſtra-

vit

vit *Jo. Jac. Rambachium,*) *Io. Henrico* & *Chriſtiano Benedicto Michaelis*, cujus utriusque induſtriæ ſuccinctiores quoque notæ acceptæ ferri debent. Ipſa Biblia curatius inſpiciens intelligit, fidem mereri aſſertionem in præfatione p. 24. teſtantem, *quamplurima ſphalmata in præſtantiſſimis quoque editionibus nonnunquam ſatis gravia animadverſa & ſublata eſſe.* Exemplaria triplici forma, in folio ſcilicet, quarto & octavo ordine typis exſcripta ſunt, media iſta palmam reliquis præripiente. Præmittuntur ſingulis libris Biblicis, ſi Pentateuchum & pro Judaico loquendi more Prophetas priores, i. e. libros hiſtoricos exceperis, præfationes de auctore, tempore aliisque libri circumſtantiis exponentes, quæ in majoribus Prophetis tribus longiores, in ceteris vero breviores ſunt. Quæ vero ad Hagiographos libros referuntur, eæ non in corpore Biblico, ſed in limine Annotationum uberiorum ad ſingulas pertinentium inveniuntur.

Inter promiſſa adhuc numeratur editio Bibl. Hebr. quam Cl. *Jo. Andr. Danzius*, Prof. Jenenſis, eo conſilio adornandam cenſuit, ut reſtitueret τὸ כתיב in contextu hactenus quoad puncta neglectum, commemoratis infra textum rationibus, cur illud τῷ *Keri* ſeu lectioni marginali longe ſit præferendum. Confer *Jo. Chriſtoph. Dornii* Biblioth. Theologico-Critic. p. 627. & *Io. Caſp. Zeumeri* Vitas Theologorum Jenenſium pag. 301.

Singulare eſt P. *Soubaibi* conſilium, quod in Memoriis Trivultinis an. 1714. p. 259. ſq. propoſuit de curanda nova Bibliorum Hebr. editione, non literis Hebraicis, ſed partim Latinis, partim Græcis, quæ tamen integrum textum Hebræum & ejus voces quoad literas & vocales exhibeat.

Dicemus nunc de *Specialibus* libris, ſeu partibus Sacri Codicis, ſeorſim in lucem datis. Sic exſtat

*Pentateuchus* Hebr. & Chald. absque punctis, cum comment. Raſchi in 4. majori, 250. C. 1490. Hanc puto eſſe eam editionem, quæ 1490
in Claſſe I. Catalogi Biblioth. Reg. Pariſ. cujus prima duo folia edita vidi, vocatur editio antiquiſſima absque punctis, quæ manu addita ſint.

*Pentateuchus* cum punctis in fol. באשבונה *Ulyſſipone* 251. C. 1491. 1491
editio rariſſima. Eam prorſus non eſſe exactam, neque characterum nitore æſtimabilem, ſed in gratiam vulgi ſine cura editam ſcribit Anonymus in *Rich. Simonis* Biblioth. Critica Tom. III. p. 451.

*Idem* cum quinque Megilloth an. 1515. teſte Melchiore Adami in 1515
vita Conr. Pellicani.



Digitized by Google

*Idem* literis majuſculis quadratis, cum comment. Raſchii, *Pragæ*
1518 278. C. 1518. fol.

*Idem* Hebr. & Chald. ſine punctis, cum commentar. Raſchii fol.
1513 *Venet.* Bomberg. 283. C. 1523.

*Pentat.* Hebr. cum comment. R. Ezechiæ f. Manoæ, & notis Baal
1514 Turim, in fol. ibid. ap. Bomberg. 284. C. 1524.

*Idem* Hebr. & Chald. cum quinque Megilloth Hebr. in 8. ibid.
1527 iisdem typis 287. C. 1527.

1530 *Idem* Hebr. cum 5. Megilloth, Hebr. in fol. *Cracov.* 1530.

*Idem* cum 5. Megilloth & Haphtharis, quæ diebus feſtis ſunt receptæ, literis quadratis, majuſculis & punctatis, *Oelſnæ* in Sileſia menſe Abh an. 290. C. 1530. per typographos David fil. Jonathan, & Chajim fil. David שחור in fol. Conſtat plagulis 90. In frontiſpicio leguntur hæc verba: נחקק פה בק"ק אילזא תחרת ממשלת הדוכוס קאריל יר"ה וזה הוא חותמו: h. e. *Impreſſus eſt in Synagoga Sancta Oelſnæ ſub dominio Ducis Caroli, (exaltetur majeſtas ejus!) & hoc eſt ſigillum ejus.* Ex adverſo vero legitur hoc votum: מלך מלכי המלכים ברחמיו ירוממו ויגביה כוכב מערכתו ויאריך ימים על ממשלתו הוא ובניו: His verbis ſubjicitur ſigillum Ducis in figura expreſſum. Deinde in averſa pagina ſtatim incipit Geneſeos caput I. Literæ Begadkephat, ubi Grammaticæ rationes requirunt, ſunt raphatæ: paginæ ſingulæ in duas columnas diſtingvuntur. Singulas Paraſchas ſuæ ordine excipiunt Haphtharæ, v. c. poſt Paraſcham I. legitur Haphthara Jeſ. XLIV. Poſt abſolutum Pentateuchum ſequitur ordo lectionis Paraſcharum duabus paginis, & in ſecunda averſa habes nomina & figuras accentuum. Tum ſeqvuntur 5. Megilloth cum Haphtharis dierum feſtorum. Fuſius deſcripſi hunc codicem, eo quod raro obvius eſt, & inter Judæos maximæ exiſtimationis. Vidi eum hic Hamburgi apud eruditum Judæum *Joſeph Philip Cohen*, & in Bibliotheca R. Oppenheimeri, cui triginta imperialibus conſtat. Cauſa, cur eum tanti faciant, hæc eſt, quod ab immani illa tempeſtate repetant, quam urbi Oelſnæ & Typographiæ Judaicæ, quæ ibi fuit, an. 1535. incubuiſſe omniaque, quæ in ea latuerint, Codicis Sacri exemplaria disjeciſſe ſupra inter editiones Bibliorum integrorum ad laudatum annum monuimus. Sed veri mihi fit ſimile, Pentateuchum illum, quem hic recenſui, iſtam calamitatem non eſſe expertum. Omnes enim, ad quas ſupra provocavimus, narrationes, procellam illam referunt in

annum

annum 1535.: Pentateuchus vero noſter jam anno 1530. lucem vidit. Nec crediderim, Pentateuchi illius exempla per quinque annos integros in Typographiæ clauſtris recondita fuiſſe, & ſic in ſocietatem calamitatis illius veniſſe. Accedit, teſtari Hiſtoricos, integra Biblia eo tempore excudenda ex conſilio Judæorum fuiſſe, opusque hoc operas cum maxime exercuiſſe, ut quaterniones hinc inde disjecti comparerent. His argumentis adducor, ut credam, Pentateuchum iſtum a Bibliis, quibus hæc clades obvenit, diſtingvendum eſſe, & lucri potius cupiditate quam rei veritate permotos Judæos emtoribus immature credulis aliud perſvaſiſſe.

*Pentat.* Hebr. & Chald. cum 5. Megilloth in 8. *Venet.* apud Bomberg. 303. C. 1543. 1543

*Idem* Hebr. in 4. *Antwerp.* 306. C. 1546. 1546

*Idem* Hebr. cum brevibus notis, ex *Raſchi, Ramban, Aben Eſra, Kimchi, Moſe Cotſenſi* & *Baal Hatturim* deſumtis, per R. Juda ben Iſaac & R. Jechiel ben Jekuthiel Cohen in 4. *Venet.* 307. C. 1547. apud Marc. Ant. Juſtinian. pp. 158. Accedit Maſora, & in fine 5. Megilloth cum Haphtharis, ſed ſine commentario. In titulo vocatur ארבע ועשרים, ac ſi totus Sacer Codex exhiberetur: forte tamen non plures libri prodierunt.

*Idem* Hebr. vide ſupra Polyglott. 1546. & 1547. 1547

*Idem* Hebr. & Chald. cum Megilloth (ſed ſine Targum) & Haphtharoth, 8. *Venet.* apud M. A. Juſtinianum an. 307. C. 1547.

*Pentat.* & 5. Megilloth Hebr. in 8. *Venet.* apud Bomberg. 308. C. 1548. 1548

*Idem* Hebr. & Chald. cum comment. Raſchi, & R. Iſaac Aboab in *Biur* (expoſitionem) Moſis Nachmanidæ, & 5. Megilloth Hebr. & Chald. cum comm. Raſchi in fol. *Venet.* per Dan. Bomberg. 308. C. 1548.

XXIV. libri, vel potius *Pentat.* & 5. Megilloth & Haphtharoth; Hebr. editio rariſſima in 4. CPoli imperante Solymano II. typis exigui Samuelis Chajim, Germani. Exſtat in Biblioth. Illuſtris de Coislin, Epiſc. Metenſis.

Hebr. *Pentateuchus*, Latinus *ex verſione Seb. Munſteri* (cujus tamen nomen in titulo non legitur) planeque novus poſt omnes hactenus editiones evulgatus, ac Hebr. veritati, quoad fieri potuit, conformatus. Adjectis inſuper *ejusdem Munſteri* e Rabbinorum commentariis annotationibus. Item 5. parva Volumina *ex ejusdem verſione, ſed ſine notis* in 4. 1551



Digitized by Google

*Venetiis* ex officina Juſtinianea 1551. Singulis capitibus, quæ Hebr. cum verſ. Lat. in duabus columnis, ſibi oppoſitis, leguntur, ſubjiciuntur notæ illæ, ex Rabbinis depromtæ. Totum volumen conſtat foliis 376.

1552 *Pentat.* Hebr. *CPoli* 1552. vid. ſupra *Polyglott.*

1556 *Idem* in 4. *Pariſiis* Car. Stephani 1556.

*Idem* Hebr. & Chald. cum Megilloth & Haphtharoth, in 12. *Sabio-*
1557 *nete* apud Tobiam Pua an. 317. C. 1557. charactere luculento: vidi in Bibl. Oppenh.

1561 *Idem* Hebr. & Chald. & 5. Megilloth, cum comm. Raſchi & R. Iſaac ben Moſis Arama in fol. *Riva Tridenti* 321. C. 1561. Ab uno latere Raſchi ab altero Miſrachi commentarius exſtat. Accedunt Haphtharoth ſecundum ritus omnium inter Judæos nationum. Præfationem præmiſit Jac. Marcaria ben David. Pentateuchus abſolvitur foliis 281., hinc ſeqvuntur Megilloth.

1563 *Idem* & 5. Megilloth in 4. *Venet.* in domo Bombergii 323. C. 1563.

*Idem* cum 5. Megilloth in 4. *Venet.* apud Chriſtoph. Zaneti 326.
1566 C. 1566.

*Idem* cum 5 Megilloth & Haphtharoth in 8. *Antwerp.* apud Chriſtoph. Plantinum an. 326. C. 1566.

*Idem* Hebr. & Chald. cum Raſchi, item Megilloth & Haphtharoth,
1567 in 4. *Venet.* 327. C. 1567. apud Joh. de Gara.

*Idem* & 5. Megilloth cum comment. Raſchi in fol. *Cremon.* apud Vinc. Conti, 327. C. 1567. Textus vocalibus & accentibus inſtructus eſt, & quoad Pentateuchum abſolvitur foliis 187. quoad Megilloth fol. 28. Haphtharoth, quæ Kimchii commentario illuſtrantur, habent pp. 65.

1581 *Idem* Hebr. Eliæ Hutteri fol. Hamburgi 1581.

*Idem* & 5. Megilloth Hebr. cum comment. Raſchi, Germ. in fol.
1583 *Baſil.* 1583. ita Cl. le Long. Vidi ego librum & obſervavi textum æque ac commentarium, dialecto Hebræo-vernacula conceptum eſſe. Prodiit apud Th. Guarn.

*Idem* Hebr. & Chald. cum comment. Raſchi & Moſis Nachmanidæ, & ſupercommentatione R. Iſaac Aboab item 5. Megilloth Hebr. &
1587 Chald. in fol. *Cracov.* 347. C. 1587. apud Iſaac ben Aaron Proſtitz. Accedunt etiam Haphtharæ cum comment. Kimchii, pp. 42.

*Idem* & 5. Megilloth & Haphtharoth, Hebr. ſine punctis in 24.
1589 *Venet.* 349. C. 1589. ap. Joh. de Gara. Eum libellum Judæi peregrinantes

tes ſolent circumferre, ut ex eo lectiones Sabbaticas peragant: teſte *Buxtorfio* p. 302. Biblioth. Rabbin.

*Idem* & 5. Megilloth Hebr. cum comment. Kimchii in fol. *Cracov.* 1588
348. C. 1588.

*Idem* Hebr. cum triplici Targum & comment. Raſchi & 5 Megilloth, cum ejuſdem comment. & duplici Targum in Eſther, cum præfat. 1591
R. Aſcher Phorins, in 8. *Venet.* de Gara, 351. C. 1591.

*Idem* cum Megilloth & Haphtharoth, juxta ritum Italorum, Germanorum & Hiſpanorum, cum commentar. Raſchi in 8. *Mantuæ* juſſu Ephr. ben David. Vidi in B. Oppenheimer. & ibidem aliam vidiſſe mihi videor editionem an. 350. eodem modo & eodem jubente curatam.

*Idem* cum Targum triplici, per quatuor columnas, itemque Raſchii commentario contextui ſubſtrato, *Venet.* apud Jo. de Gara an. שנדה, i. e. 354. C. 1594. Vol. I. i. e. Geneſ. & Exod. 1594
habet pp. 312. IIdum, i. e. tres reliqui libri procedunt usque ad p. 655. Tertium vero ſeu 5. Megilloth cum Targum & Raſchi item ſuper Eſther Targum Scheni continuantur usque ad pag. 765. Denique ſeqvuntur Haphtharoth usqve ad p. 828.

*Idem* Hebr. & Chald. & 5 Megilloth Hebr. in 8. *Venet.* apud Jo. de 1597
Gara 357. C. 1597.

*Idem* Hebr. Megilloth & Haphthar. *Prag.* 360. C. 1600. 8. apud 1600
Moſen כ״ץ.

*Idem* Hebr. cum expoſitione phraſium difficiliorum Germ. ſub tit. 1604
*Beer Moſche* in 4. *Prag.* 364. C. 1604. ap. Moſen fil. Bezalel.

*Idem* cum Targum Onkelos, Megilloth ſine Targum, & Haph- 1606
tharoth in 8. an. 366. C. 1606. pagg. 459.

*Idem* Hebr. & Chald. cum comm. Raſchi, Chaſſekuni, & Baal Turim: item 5 Megilloth cum Targum & Raſchi, ac denique Haphtharoth, in fol. *Baſil.* 366. C. 1606. apud Conr. Waldkirch pp. 318. Haphtharoth inſtructæ ſunt Kimchii commentario.

*Idem* & 5 Megilloth Hebr. majuſculis literis in 4. *Baſil.* 367. C. 1607. 1607

*Idem* Hebr. cum commentar. R. Iſaaci fil. Simſon in fol. *Prag.* 1608
368. C. 1608.

*Idem* Hebr. ſine punctis in 8. *Hanov.* apud Hans Jac. Hene 370. 1610
C. 1610. in Bibl. Oppenheimer.

*Idem* Hebr. cum *Beer Moſche* in 4. *Prag.* 372. C. 1612. 1612



Digitized by Google

*Pentat*, cum punctis in 16. *Lugd. Bat.* ex officina Raphelengii 373.
1613 C. 1613.

*Idem* Hebr. cum triplici Targum, 5 Megilloth Hebr. & Chald. cum
1614 comm. Raſchi, item Haphtharoth, omnia charactere minimo in 8. *Hanov.* apud Hans Jacob Hene 374. C. 1614. p. 291.

*Idem* Hebr. cum expoſitione vocum Germanica 8. *Prag.* 374. C. 1614. apud Moſen ben Bezalel in 8.

1617 *Idem* Hebr. in fol. *Venet.* an. 1617. apud Pet. & Laur. Bragadinos in domo Joh. Cajun.

*Idem* cum comment. Raſchi & Chaſſekuni, item 5 Megilloth cum
1618 Targum & Raſchi, item Haphtharoth in 4. 2 voll. *Prag.* 378. C. 1618. apud Moſen ben Joſ. ben Bezalel.

*Idem* Hebr. cum expoſitione Germanica phraſium difficiliorum, ſub tit. *Beer Moſche* in 4. *Hanov.* an. 378. C. 1618.

1620 *Idem* & Megilloth in 12. *Venet.* an. 380. C. 1620. it. juſſu Pet. Bragadini in domo Jo. Cajun.

1621 *Idem* Hebr. & Chald. & 5 Megilloth, Hebr. in 8. *Venet.* 1621.

*Idem* cum Megilloth & Haphtharoth ſine punctis in 16. *Venet.* an.
1631 הישועה 391. C. 1631.

*Idem* Hebr. & Chald. & 5 Megilloth, Hebr. in 4. *Amſtelod.* Henr. Laurentii 391. C. 1631.

*Idem* Hebr. & Chald. in 4. *Amſtelod.* 1631. per Menaſſe ben Iſrael. Recenſitum vidi in Claſſe I. Catal. Biblioth. Reg. Pariſ.

*Idem* Hebr. cum triplici Targum itemque 5 Megilloth, Hebr. &
1640 Chald. in 4. ibid. apud eundem 400. C. 1640. Adſunt ibi comment. Raſchi & Targum ſecundum ſuper Eſther, item Haphtharoth. Ceterum tres Pentateuchos Hebræos, præter unum Hiſpanicum, ſe edidiſſe ſcribit Menaſſe in præf. ad Partem II. Conciliatoris.

*Idem* Hebr. in 12. *Venet.* apud Ioh. Vendramini 1640.

*Idem* cum Targum & Raſchi, item 5 Megilloth & Haphtharoth,
1642 ibid. in 4. 1642. per Ioh. Martinelli.

1644 *Idem* cum Megilloth & Haphtharoth in 4. *Amſtelod.* 404. C. 1644. apud Imman. Benbeniſte.

*Idem* ibidem in 12. an. 404. C. 1644.

1646 *Idem* cum 5 Megilloth in 16. *Venet.* 406. C. 1646.

*Idem* cum triplici Targum in 8. *Prag.* 1646.

*Idem* ibidem an. 406. C. 1646. in 12.

*Idem*

Digitized by Google

*Idem* ibidem in 12. 406. C. 1646. apud Joſ. ben Iſrael.

*Pentat.* Hebr. ſtudio Joh. Sauberti, filii, in 8. *Amſt.* 1660. 1660

*Pentat.* Hebr. cum *Beer Moſche* in 4. *Francof. ad Man.* 422. C. 1662. 1662

*Idem* cum Targum Onkelos, 5 Megilloth & Haphtharoth in 12. *Hamb.* apud Georg. Rebenlin 1663. In hac editione Judæi, quorum cu- 1663
ra prodiit, Gen. XLIX. 11. pro עיר exprimi curaverant עיל, ſed B. Esdras Edzardus, ex cujus ore id accepi, effecit, ut corruptela hæc tolleretur.

*Idem* cum Megilloth & Haphtharoth in 8. *Amſt.* 425. C. 1665. a- 1665
pud Joſ. Athiam.

*Idem* cum Megilloth & Haphtharoth, notatis in margine תרי"ג i. e. præceptis 613. ſtudio R. Salomonis de Olivera, *Amſtelod.* 427. C. 1667. 1667
apud Uri Levi ben Aaron. In fine additur Calendarium.

*Idem* cum Haphtharoth in 8. *Amſt.* 429. C. 1669. apud David de 1669
Caſtro Tartas.

*Pentat.* Hebr. in 12. *Amſtelod.* Aaronis Levitæ 430. C. 1670. 1670

*Pentat.* cum Megilloth & Haphtharoth in 12. minori, *Amſt.* 431. 1671
C. 1671. apud Uri Veibs, apud quem etiam prodierat anno priori.

*Idem* cum Targum Pſeudo-Jonathanis & Hieroſolymitano, item cum commentario R. Mardochæi f. Naphthali Hertz in fol. *Amſtelod.* Joſ. Athias 431. C. 1671.

*Idem* cum 5 Megilloth Hebr. & Chald. in 8. *Venet.* 431. C. 1671.

*Idem* cum Megilloth & Haphtharoth in 8. *Amſtelod.* 434. C. 1674. 1674
apud Uri ben Aaron.

*Pentat.* cum commentar. qui dicitur *Beer Moſche* in 4. *Amſtelod.* 434. C. 1674. apud Uri Veibs.

*Pentat.* cum Beer Moſche in 8. ibidem an. 434. C. 1674.

*Pentat.* cum triplici Targum, comment. Raſchii, & excerptis ex Baal Turim, item 5 Megilloth cum Targum Scheni ſuper Eſther, & Haphtharoth, in 4. *Amſtelod.* 430. apud Uri Veibs, & 434. C. 1674. apud David ben Uri Veibs.

*Idem* cum Haphtharoth & commentario Raſchi ſine punctis, charactere minutiſſimo in 12. *Prag.* 436. C. 1676. apud filios Judæ Bak. 1676

*Idem* cum Megilloth, item 613. præceptis & Haphtharoth in 12. 1677
*Amſtelod.* 437. C. 1677.

*Idem*

1679 *Idem* cum Megill. & Haphthar. *Amſtelod.* in 12. an. 439. C. 1679.

*Pentat.* cum 5 Megilloth & Haphtharoth in 24. *Amſtelod.* Chriſto-
1683 phori van Ganghel 443. C. 1683.

*Pentat.* & 5 Megilloth Hebr. in 12. *Amſt.* 1683.

1684 *Pentat.* Hebr. & Chald. in 8. *Venet.* 444. C. 1684. apud Vendram. Accedunt etiam Haphtharoth.

*Pentat.* Hebr. & Chald. cum 5 Megilloth, addito commentario Raſchii, & altero R. Schabtai, qui dicitur *Siphte Chachamim* ab utroque latere, in 4. *Amſtel.* 440. C. 1680. apud Uri Veibs.

*Pentat.* Hebr. & Chald. cum comm. Raſchii, ſub Paraphraſi Chald. & comment. Schabtæi *Siphte Chachamim* ſub textu Hebr. collocato, in 4. *Dyrenf.* 1693. In margine leguntur excerpta ex *Baal Hatturim*, & loca Talmudica ex libro *Toledoth Aaron.* Similis igitur hæc editio eſt illi, quæ Amſtelod. 1680. prodiit, niſi quod ad poſteriorem hanc varia acceſſerint, quæ etiam poſita ad marginem figura manus indicantur. Ibidem exſtant V. Megilloth, ac in calce Haphtharoth cum expoſitione vocum difficiliorum.

1685 *Pentat.* cum lib. Eſther in 8. *Sulzbac.* apud Moſen Bloch, 445. C. 1685.

*Pentat.* Hebr. & Chald. cum Raſchi, & Baal Turim, item 5 Megilloth in 4. *Amſt.* 445. C. 1685. per Dav. fil. Aaron Jehuda, ex officina Uri Veibs.

*Pentat.* Hebr. & Chald. item 5 Megilloth cum Raſchi, Baal Turim & Maſora in 4. *Amſtelod.* 445. C. 1685. 4. per Uri Veibs ben Aaron.

*Pentat.* cum Megilloth & Haphtharoth, ibid. 12. apud Uri Veibs an. 445. C. 1685.

*Idem* eodem omnino modo, ibid. eodem anno per Dav. ben Uri Veibs.

*Pentat.* cum triplici Targum Onkeli, Jonathanis & Hieroſolymit.
1687 item Raſchii commentario, *Prag.* 1687. 4. 2 voll.

1688 *Pentat.* Megilloth & Haphthar. 8. *Prag.* 448. C. 1688.

1689 *Pentat.* Hebr. cum *Beer Moſche* in 8. *Prag.* 449. C. 1689. apud nepotes Moſe Bak.

1691 *Pentat.* cum Megill. & Haphthar, item comment. Raſchi in 4. *Prag.* 451. C. 1691. apud filios Iudæ Bak.

*Pentat.* Megill. & Haphthar. cum Raſchi ſub textu, & explicatione vocum German. in margine in 4. *Prag.* 451. C. 1691. apud nepotes Moſis.

1692 *Idem* cum Megilloth & Haphtharoth in 12. oblongo, *Amſtelod.* 452. C. 1692.

*Idem*

*Idem* cum Megilloth & Haphtharoth ſine punctis, in 4. an. 453. C. 1693, apud eosdem. 1693

*Idem* cum comm. *Beer Moſche*, i. e. expoſitione phraſium Germ, in 4. *Francof. ad Mæn.* 452. C. 1692.

*Idem* cum eodem comment. in 4. *Amſtelod.* 453. C. 1693.

*Pentat.* Hebr. Megilloth & Haptharoth, cum *Beer Moſche* in margine, in 4. *Dyrenf.* 454. C. 1694. ex officina Schabtæi. 1694

*Pentat.* Megill & Haphthar. cum Raſchi in 8. *Prag.* 456. C. 1696. apud filios Judæ Bak. 1696

*Pentat.* 5 Megilloth & Haphtharoth, ſtudio R. David Nunes Tores (apud Cl. le Long librarii aut typographi vitio *Hotaris*) in 12. *Amſtel.* in domo Eman. ben Ioſ. Athias, 460. C. 1700. 1700

*Pentat.* cum *Beer Moſche* in 4. *Amſtelod.* 460. C. 1700. apud Imman. Athias.

*Pentateuchus* in 4. *Prag.* 460. C. 1700. apud nepotes Judæ Bak.

*Pentat.* cum Megilloth & Haphtharoth in 4. *Prag.* 460. C. 1700. apud nepotes Iudæ.

*Pentat.* Hebr. Chald. cum comment. Raſchi, item Megilloth ut & Haphtharoth cum expoſit. vocum, in 12. *Amſtelod.* 461. C. 1701. in domo Moſis ben Abrah. Mendes, cura Seev Wolf ben Schemuel & Iac. ben Ioel. 1701

*Pentat.* cum Targum, Megilloth & Haphtharoth in 8. *Venet.* 462. C. 1702. apud Vendramin. 1702

*Pentat.* Hebr. cum comment. German. ad marginem, & in fine Haphtharoth, in 4. *Amſtelod.* apud Caſp. Sten 1702.

*Pentat.* & 5 Megilloth, cum triplici Targum, comment. Raſchi, & Haphtharoth in 4. *Amſtelod.* 463. C. 1703. pagg. 423. Ibidem leguntur excerpta ex Baal Turim, item Targum ſecundum ſuper Eſther. Correxit Seeligman ben Moſe Schneior. Eodem modo prodierat antea ibid. 400. C. 1640. apud Menaſſe ben Iſrael: item 430. C. 1670. apud Uri Veibs: & 434. C. 1674. apud Dav. ben Uri Veibs. 1703

*Pentat.* Hebr. cum 5 Megilloth & Haphtharoth, accedente in margine *Beer Moſche* in 4. *Dyrenf.* 464. C. 1704. 1704

*Pentat.* cum Megill. & Haphthar. & in margine *Beer Moſche*, in 4. *Sulsbac.* 465. C. 1705. 1705

*Pentat.* Hebr. cum 5 Megilloth & Haphtharoth, addita expoſitione vocum German, in margine, fol. *Sulsbac.* 465. C. 1705. apud Aaron Uri Lipman.



Digitized by Google

*Pentat.* cum triplici verſione Chald. tribusque commentariis Ra-
1705 ſchii, Raſchbam & Aben Eſræ, in 4. minori. *Berol* 465. C. 1705. tomis quinque, cura & typis Dan. Ern. Jablonsky. Accedit quoque Maſora marginalis in ora exteriore textus Hebr., & *Toledoth Aaron* in margine interiore, una cum Baal Hatturim in margine utroque folii illius, quod Targum Jonathan occupat. In calce Tomi cujusque occurrunt Haphtharoth ad Paraſchas ſingulorum Tomorum pertinentes, cum ſubſtrato Kimchii commentario. Præmiſſa eſt præfatio longior Dav. Oppenheimeri, qua inter cetera prohibetur hæc editio intra decem annos recudi. Raſchbami, i.e. R. *Samuelis ben Meir*, ex proſapia Raſchi oriundi, commentarius hic primum lucem vidit ex Bibliotheca Oppenheimeriana.

1706 *Pentat.* Hebr. & Chald. cum 5 Megilloth & Haphtharoth, addito Raſchii commentario, in 4. *Dyrenfurti* apud Schabtai an. 466. C. 1706. & ibidem alias.

1708 *Pentat.* Hebr. & Chald. cum comm. Raſchii & Beer Moſche, item Haphtharoth, *Francof. ad Oder.* 1708. apud Mich. Gottſchalck.

1709 *Pentat.* Hebr. cum Beer Moſche in 4. *Francof. ad Mæn.* 469. C. 1709.

*Pentat.* cum Megilloth & Haphtharoth, Germanica paraphraſi & literis Rabbinico-Germanicis in uſum vulgi expreſſus in fol. Berol. 469. C. 1709.

1710 *Pentat.* Hebr. nitide & emendate, in 8. *Hala* 1710. ex Orphanotrophio.

*Pentat.* Hebr. cum 5 Megill. & Haphthar., accedente ad marginem *Beer Moſche* ſeu expoſitione vocum difficiliorum Germanica, in 4. *Dyrenf.* 1710. cum longiore præfatione R. Schabtai, ex cujus officina prodiit.

1712 *Pentat.* Megilloth & Haphtharoth, cum Keri & Ketibh in 12. *Amſtel.* 472. C. 1712. apud Salom. ben Joſ. Probs.

*Pentat.* Hebr. & Chald. cum comment. Raſchii, item Megilloth & Haphthar. in 4. *Francof. ad Mæn.* 472. C. 1712. apud Jo. Kelner, correct. per Moſ. נאיו.

*Pentat.* Hebr. cum paraphraſi Chald. Maſora utraque & commentario quadruplici, nempe *Raſchi*, *Nachmanidæ*, *Iſaaci Aruhab.* & *Baal Hatturim.* Accedunt quinque Megilloth cum paraphraſi Chald. & commentario Raſchii, item Haphtharoth cum comment. Kimchii, in fol. *Wilmersdorfii* * 473. C. 1713. foliis 318. Haphtharoth ſeorſim efficiunt pp. 35. Collegit

* Hanc credo eſſe editionem, quam *Jo. Chriſtophorus Dornius* in Bibliotheca Theologico-Critica p. 627. a *Wilmersdorfio* Judaice urbis in Viri converſo, curatam tradit.

Digitized by Google

legit iſta R. *Zevi ben Chajim*, ex cujus officina hæc editio prodiit. Illa non magni fit a Judæis, ideo, quod ab Ex-Judæo quodam varia ex commentariis Rabbinicis expuncta ſunt, quæ Chriſtianæ religioni fraudi erant. Confer Recenſiones Theologi as innoxias anni 1714. p. 92.

*Pentat.* cum Megill. & Haphthar, addito in margine *Beer Moſche* in 1706 fol. *Wilmersdorf.* 476. C. 1706. apud Hirſch ben Chajim.

Omitto varias editiones, quæ cum *Beer Moſche* prodierunt, de quibus vide Biblioth. Hebr. Part. I. p. 830.

Inveni etiam nonnullas, quarum annus non eſt annotatus. Ita *Pentat.* & 5 Megill. ſine punctis prodiit in 12. Sabionetæ.

*Pentat.* cum 5 Megill. & Haphthar, איטשנהויזן in fol. pp. 149. per Chajim ben David, Joſ. ben Jakar, & Iſaac ben Chajim, quæ editio rariſſima eſt, quemadmodum & nihil aliud eo in loco editum vidi. Exſtat in Biblioth. R. Oppenheimeri.

*Pentat.* Hebr. & Chald. cum Raſchi & Chaſſekuni, item 5 Megilloth & Haphtharoth, in 4. *Wilmersdorf.* apud Iſaac ben Juda Judels.

*Pentat.* Hebr. & Chald. item Megilloth & Haphtharoth, in 8. *Wilmersdorf.* apud eundem, fol. 109.

*Pentat.* 5 Megilloth & Haphtharoth, in 12. *Prag.* apud Moſ. ben Joſ. Bezalel.

*Geneſis, Exodus* & *Leviticus* Hebr. cum verſione Latina Ioh. Elai Terſeri in 8. *Upſal.* 1652. ita Cl. *le Long* & *Henning. Wittenius* in Memoriis Theologorum Dec. XVI. p. 1978. Vidi ego Geneſin & Exodum ad mandatum Chriſtinæ Auguſtæ apud Jo. Pauli an. 1655. 8. editos. In Dedicatione, eodem anno ſcripta, monetur, duos hos libros prodiiſſe, cum Regina adhuc in imperio eſſet; Leviticum vero, qui poſt diſceſſum ejus excuſus ſit, premi adhuc, dum reliqui libri Pentateuchi edantur. Exſtant ejusdem annotationes in Geneſin *Upſal.* 1655. in fol. pp. 151. In Catal. Biblioth. Upſalienſis MS., quem debeo Cl. *Bayero*, notatum video *Exodum* Hebr. & Lat. cum annotationibus *Jo. Elai Terſeri*, Holm. 1660. 8 prodiiſſe.

*Geneſis* & *Exodus* Hebr. cum præfatione Chriſtiani Wecheli pp. 92. neſcio, quo anno: exemplum enim mihi viſum titulo carebat. Forte eadem eſt editio, quam curavit *Andr. Wechelus*, de qua hic mox, & paulo poſt ſub *Exodo* dicemus.

*Geneſis* Hebr. in 4. *Pariſ.* Andr. Wecheli 1535.

*Geneſis* Hebr. in 8. *Romæ* 1578. apud Franc. Zaneti, cum notis pp. 115.

In margine notantur radices vocum, & in fine dicitur curam editionis hujus habuiſſe *Victorius Elianus*, frater Jo. Baptiſtæ Romani.

*Geneſis* Hebr. in 8. *Witteb.* Cratonis an. 1587.

*Geneſis* Hebr. in 4. *Cothenis* 1622.

*Eadem* cum lemmatibus Latinis in margine, & præmiſſa Inſtitutione Lingvæ Hebr. cura Jo. Henr. Maji *Francof. ad Mœn.* 1691. 8.

*Eadem* ex collatis tribus noviſſimis accuratiſſimisque editionibus in 4. *Francof. ad Mœn.* 1714. per M. Georg. Chriſtian. Burcklinum. Editiones illæ ſunt Berolinenſis, Kilonienſis, &, quæ prelum adhuc exercet, Halenſis. Contulit quoque Editor duo MSS. vel potius MStorum fragmenta, quæ accepit a B. Majo & Celeb. Uffenbachio. In præfatione loca quædam recenſentur, in quibus quoad ad accentuationem diſceſſit ab editionibus memoratis.

*Geneſis* Hebraice rhythmis expreſſa Hebræo-Germanicis in 8. *Pragæ*, teſte Schabtæo in Siphte Jeſchenim p. 14. n. 100.

*Geneſeos* capp. V. priora, Jen. 1692. vid. ſupra Polyglotta 1692.

*Geneſeos* capita IV. priora Hebraice, cum verſione German. e regione, Hebraicis tamen characteribus exarata, ac juxta Judæorum uſitatam interpretationem ad verbum translata, una cum ſuccinctis in fine ſcholiis, & ratione legendi Hebræo-Germanica per Paul. Fagium in 4. *Conſtantiæ* 1543. Hæc totidem verbis habet Mich. Neander in Erotematibus lingvæ Hebr. vel potius Catalogo librorum illis ſubjuncto pag. 440. Cl. le Long totum librum Geneſeos Conſtantiæ 1543. hac ratione adornatum prodiiſſe ſcribit, neſcio quam recte. Neander l. c. memorat etiam ejusdem Fagii expoſitionem dictionum Hebraic. literalem & ſimplicem in quatuor capita Geneſ. & Paraphraſ. Chald. Onkeloſi, cum verſione Lat. Iſnæ in 4. 1542. Recte quidem, niſi quod ex Paraphraſi Onkeloſi inde a p. 155. ad 174. ea tantum loca exhibet, cum verſione Latina, in quibus vel variat Targum, vel amplius & lucidius quiddam habet, quam veritas Hebræa. Ipſa dictionum expoſitio ex commentariis Rabbinicis potiſſimum hauſta eſt, & abſolvitur paginis 154. ubi ſemper verba textus Hebræi punctata præmittuntur.

*Geneſeos* capita quatuor priora Hebr. cum vocalibus & accentibus in 4. Hamburgi aliquoties edita, in uſum tironum Hebraiſmi.

*Eadem* 4. capita cum verſ. Lat. per *Simonem Paulinum*, Prof. OO. LL. Aboënſem curata, cum Grammatica ejus Hebr. prodierunt *Aboæ* 1692. 8. Vide Aboam Literat. p. 105.

Eadem

*Eadem* capita Hebr. cum verſione Latina *Jo. Jacobi Schudt* in 8 *Franc-cof.* 1695. additis notis brevibus & uberioribus, cum quibus ſub titulo *Trifolii Hebraeo-Philolog.* prodierunt.

*Eadem* Hebr. cum nova verſ. Lat. in 8. cura Herm. von der Hardt *Helmſtad.* 1701. & alias cura Georg. Wolfg. Hammii.

*Eadem* Hebr. & Lat. ſtudio *Georg. Othonis*: vide Polyglotta in 4. 1702.

*Geneſeos* capita III. Hebr. Græce & Lat. 1545. 8. vid. ſupra Polyglotta 1545.

EXODUS Hebr. in 4. *Pariſ.* Andr. Wecheli 1536.

NUMERI Hebr. cum libello Ruth & Threnorum in 4. Pariſ. 1520.

JOSUÆ liber Hebr. & Græce: vid. Polyglott. 1574. Confer paulo poſt *Prophetas priores.*

PROPHETÆ omnes & *Ketubbim* ſive Hagiographa, cum comm. Raſchii & R. Jac. ben Iſaac, fol. *Lublin.* 383. C. 1623.

*Iidem* libri, adeoque Biblia integra præter Pentateuchum in 4. *Witteb.* 347. C. 1587. per Zach. Crato, juſſu Jochananis Conr. רויהל.

*Iidem* libri in 8. Prag. 381. C. 1621.

*Prophetæ* omnes, liber Joſuæ, Judicum, 4 Regum, Jeſaias, Jeremias, Ezechiel, & XII minores, cum comment. R. Dav. Kimchii, 2 voll. in fol. *Piſauri* per Gerſonem Soncinatem 271. C. 1511. ita Cl. le Long. Vidi ego in Biblioth. Oppenheimer. Prophetas poſteriores tantum, tum majores tum minores, ſine prioribus, ſeu libris Hiſtoricis: Piſauri an. ער, i. e. 276. plagulis 153. & quidem *ſecunda vice* editos, ita, ut contextus Hebr. punctis & accentibus inſtructus ſit. Fieri itaque poteſt, ut le Longiana illa, noſtra prior, Prophetas omnes exhibeat.

Ante utramque *Prophetæ* priores & poſteriores cum Kimchii comment. lucem viderunt *Soncini* in fol. an. 246. C. 1486. textu quadratis literis ſed ſine punctis expreſſo. Exſtat in Biblioth. Oppenheim. Eam primam ſacrorum librorum editionem cenſet le Longius.

Prophetæ *priores* cum comment. R. Iſaaci Abarbanelis, Hebr. fol. *Neapoli* 253. C. 1493. Vidi ego in Bibl. Oppenheim. editionem Prophetarum priorum & poſteriorum Abarbanelis commentario inſtructam, ſed cujus nec locus nec annus notatus erat.

*Prophetæ priores* cum comm. Kimchii Hebr. in fol. *Leiriæ* in Luſitan. 254. C. 1494.

*Iidem* Hebr. in 4. *Pariſ.* Rob. Stephani 1544.

*Iidem* cum comment. R. Moſis Alſchech in 4. *Venet.* 361. C. 1601.

*Iidem* cum comment. R. Samuelis Laniado, Hebr. in fol. *Venet.* Io. de Gara 363. C. 1603.

*Iidem* cum comment. R. Aaronis fil. Chajim, Hebr. fol. ibidem Jo. de Gara 369. C. 1609. ita Cl. le Long & recte quidem, ſi titulum libri ſeqvaris, in quo commentarius in omnes libros hiſtoricos promittitur, ſicut & auctor in præfatione profitetur, animum ſibi eſſe in omnes illos libros commentari. Interim revera præter librum *Joſuæ* nihil ibi conſpicis. Vidi exemplar libri rariſſimi in Bibl. Oppenheimeri, quod conſtat paginis 122. Et ne forte illud credatur mutilum, efficit exemplum, quod in Bibliotheca Senatoria Regiomontana exſtat eadem prorſus ratione comparatum. Textus Hebr. vocalibus & accentibus eſt inſtructus.

*Iidem* cum comment. Moſis Alſchech, in fol. *Prag.* 370. C. 1610. & ibidem 380. C. 1620.

*Iidem* cum expoſitione vocum Germanica, in 8. *Prag.* apud Moſen ben Bezalel.

*Iidem* Hebr. in 4. *Venet.* apud Jo. Vendramin, per Joh. Calconi an. 393. C. 1633.

*Iidem* cum commentar. R. Iſaaci Abarbanelis & præfat. Lat. Aug. Pfeiferi in fol. *Lipſ.* 466. C. 1686.

Lib. I. & II. *Samuelis*, Hebr. & Lat. in uſum Academiarum 12. *Lugd. Bat.* 1621. Jo. Maire cum præf. Thomæ Erpenii. Verſio Latina deſumta eſt ex editione Antwerpienſi interlineari Ariæ Montani. Radices vocum difficiliorum in margine ſunt expreſſæ. Quia vero vita Davidis his libris non abſolvitur, additum eſt caput I. libri Regum prioris, una cum primis 12. verſibus capitis II.

Prophetæ *poſteriores* & *Ketuvim* ſeu Hagiographa, in 4. *Prag.* 372. C. 1612. per Iſaac ben Aaron.

Prophetæ *poſteriores*, Jeſaias, Jeremias & Ezechiel, item XII. minores, cum comment. R. Iſaaci Abarbanelis in fol. *Piſauri* 271. C. 1511. & *Soncini* in fol. 280. C. 1520. itemque *Amſtelod.* 401. C. 1641. editio indice duplici locupletior.

*Iidem* in 4. *Venet.* 312. C. 1552. apud Marc. Ant. Juſtinianum.

*Iidem* cum Targum, item commentariis Raſchii, Aben Eſræ & Kimchii, variis item Lectionibus ex multorum exemplarium diligenti colla-

collatione in margine adſcriptis, in 4. *Pariſ.* per Rob. Stephanum 316. C. 1556.

*Iidem* in 4. *Venet.* 1655. apud Hieron. Bragadinum. Ita annus exprimitur in titulo: in calce vero legis an. ח שש, i. e. 368. C. 1608. Accedit Raſchii comment.

*Iidem* in 4. *Venet.* juſſu Laur. Bragadini per Joh. Cajun an. 378. C. 1618.

*Jeſaias* & *Jeremias*, cum comment. Kimchii Hebr. fol. *Ulyſſip.* 257. C. 1497. & *Conſtantinopoli* 1513.

*Jeſaias* Hebr. & Græce in 4. vide ſupra Polyglott.

*Jeſaias*, ſine punctis, cum commentar. R. Salomonis ben Iſaac Levitæ, in fol. *Theſſalonicæ* 360. C. 1600. apud Matatjam miggeſa Bath Scheba pp. 157.

*Jeſ*[illegible] cum vocal. & accentibus, addito comment. R. Schemuel Laniado, in fol. *Venet.* 1657. apud Hier. Bragadin.

*Jeremias* Hebr. in 12. *Pariſ.* apud Rob. Stephanum: ſine anno recenſetur in Catalogo Bibl. Leidenſis p. 251. n. 43. edit. in 4. & in recentiſſima editione in folio curata, p. 310. Forte eſt pars Bibliorum a Stephano infra annos 1544. - - 1546. editorum.

Prophetæ *minores*, cum commentar. R. Dav. Kimchii in [illegible] *Pariſ.* Rob. Stephani 1539. 1540. Pars eſt Bibliorum Hebr. ab ipſo ed[illegible]m. Curam habuit Franc. Vatablus.

*Iidem* Hebr. cum præfat. Dav. Chytræi in 8. *Baſil.* Joh. Oporini 1567. pp. 52.

*Iidem* typis Plantinianis apud Raphelengium in 16. an. 1603.

*Iidem* in 8. cura M. Gothofr. Geſii, *Guſtrov.* 1634.

*Hoſeas*, *Joel*, *Amos*, *Abdias* & *Jonas*, Hebr. & Chald. cum commentario Rabbinorum & Maſora in 4. *Pariſ.* apud Rob. Stephanum 1556.

*Hoſeas* Hebr. Vid. Polyglott. 1621.

*Idem* Hebr. cum comm. R. Iſaaci Abarbanel in 4. *Groning.* 1676.

*Idem* Hebr. cum Chald. Jonathanis verſione, & commentariis Raſchii, Aben Eſræ & Kimchii illuſtratus; cura Herm. von der Hardt in 4. *Helmſtad.* 1703. typis Georg. Wolfg. Hammii. Editor in præfat. ſe ait uſum eſſe editionibus majoribus, Veneta & Buxtorfiana, tum vero Pariſina Stephani, ut eo emendatius & nitidius prodiret.

*Joelis* tres primæ Elegiæ Sacræ Hebraice, penetrantiſſimis ſuis modulis reſtitutæ & philologice enarratæ ab Herm. von der Hardt, in 8. *Helmſtad.*

Digitized by Google

*Helmſtad.* 1706. In præfatione ait; Viam monſtraſſe ſuffecerit Prophetarum libellis ſollicitius diſcriminandis, ac a ſe invicem diſtingvendis, verſibus priſcis ad mentem & nutum veterum Chriſtianorum æque ac Judæorum determinandis, modulo ad os Orientis adaptando, hiſtoriæ temporum & fatorum adſciſcendæ, affectui dignoſcendo, ſtylo ſublimi & arguto ſcrutando, & immenſo rerum ponderi exinde metiendo.

*Obadias*, Hebr. cum verſione Latina Laur. Humfredi in 8. *Baſil.* 1559. apud Frobenium, in calce libb. ejus trium, quos Interpretationem lingvarum, ſive de ratione convertendi & explicandi auctores tam ſacros quam profanos inſcripſit.

*Idem* Hebr. & Chald. cum Maſora utraque & tribus Rabbinis Jarchi, Aben Eſra & Kimchi, ſtudio Matthæi Waſmuthi in 12. *Jenæ* 1678.

*Idem* cum tabula Synoptica & addita verſione literali per duodecim tractatus in 8. ſtudio Auguſti Pfeiferi *Lipſ.* 1684.

*Obadias* & *Ionas*, Hebr. & Lat. exſtant in Jo. Iſaaci Levitæ Inſtitutionibus lingvæ Hebr. in 4. *Colon.* 1553. Eadem Grammatica prodiit quoque *Colon.* 1557. & *Antwerp.* 1564. in 4. ſed in neutra editione, quam in manibus habeo, binos illos Prophetas invenio.

*Ionas* Hebr. cum verſione Lat. & examine Grammaticali Wigandi H[illegible], *Baſil.* 1561. 8. ex Catalogo Bibl. Upſalienſis MS.

*Ionam* Hebr. cum Lat. verſione & Analyſi Grammat. Georg. Mayr, Inſtitutionibus ſuis Lingvæ Hebr. *Lugd. Bat.* 1622. in 8. editis, ſubjunxit.

*Ionas* Hebr. & Chald. Vid. Polyglott. 1656.

*Ionas* Hebr. Vid. Polyglott. 1607.

*Idem* Hebr. & Chald. cum Maſora utraque, comment. Raſchii, Aben Eſræ, Kimchii & Abarbanelis, cura Friderici Alberti Chriſtiani, Ex-Judæi, cujus Lexicon ſuccinctum vocum Hebr. accedit, in 8. *Lipſ.* 1683. per Juſtin. Brandium.

*Ionas* Vates expoſitus cum Targum Jonathanis, Maſora utraque, Raſchi, Eſra, Kimchi, ben Melech & Abarbanel, cura M. Georg. Chriſtiani Burcklini, in 4. *Francof. ad Mæn.* 1697.

*Ioel* & *Obadias*, Hebr. & Chald. Vid. Polyglott. 1657.

*Ioel* & *Malachias*, Hebr. cum comment. Kimchii per Seb. Munſterum, in 8. *Baſil.* 1530. apud Henr. Petri, plagulis 7½. In fine accedit תרופה רוחנית, i. e. medicina ſpiritualis.

*Ioel* & *Malachias*, Hebr. in 8. *Pariſ.* 1534. apud Chriſtian. Wechelum 1½. plag.

*Mala-*

*Malachias* Hebr. & Lat. in 8. *Colon.* 1553. cura Stephani Iſaaci, Jo. Iſaaci, Levitæ filii. Singulis verſibus Hebræis interpretatio Latina cum Analyſi vocum difficiliorum ſubjecta eſt. 1553

*Idem* Hebr. Vid. Polyglott. 1601. 1601

*Malachias* cum commentariis Aben Eſræ, Jarchi & Kimchi, & diſputationibus Hebraicis & explicatione, cura M. Samuelis Bohl, in 4. *Roſtoch.* 1637. ſumtibus Joh. Hallervordii, typis Nic. Kilii. Textus Hebr. caret punctis, idemque per verſus comitem habet Chald. paraphraſin, cui ſubjiciuntur commentarii dictorum Rabbinorum, interſperſis Latinis Bohlii annotationibus, quæ ut plurimum ad explicanda Rabbinorum ſcholia faciunt. Diſputationum Hebraicarum ſex vidi, quarum ultima pertinebat ad v. 10. -- 12. capitis I. Num plures prodierint, dicere non habeo. 1637

KETUVIM ſive Hagiographa, i. e. Pſalmi, Proverbia, 5 Megilloth, Job; Daniel, Eſras, & liber Paralipomenon. Vide ſupra Prophetæ *omnes* 1623. 1623

*Ketuvim* cum punctis & accentibus in 12. *Venet.* 395. C. 1635. 1635

*Iidem* in 12. *Venet.* apud Juſtinianum, ſine anno.

*Iidem* in 8. *Pragæ* ſine anno notato.

*Proverbia*, Job, 5 Megilloth, Daniel, Eſras, & libri Chronicorum punctati, cum comment. diffuſo R. Immanuel ben Jacob (non Salomonis, ceu ſcribit ש״י) *Neapoli* in fol. minori 247. C. 1487. 1487

*Pſalmi*, Proverbia, Job & Daniel, cum comment. Raſchi in fol. *Theſſalonic.* 275. C. 1515. 1515

*Pſalmi*, Proverbia, Eccleſiaſtes & Canticum, Hebr. cum verſione Latina Ariæ Montani in 8. *Genevæ* Cephæ Elon, absque anno. Ita Cl. le Long. Vidi librum, qui editus eſt per Capellanum, & eundem præfert titulum, quem editio ſeqvens Pariſienſis, quæ ad illam expreſſa videtur, exhibet.

*Iidem* libri, cum interlineari verſione S. Pagnini, & Bened. Ariæ Montani & aliorum collato ſtudio ad Hebraicam dictionem diligentiſſime expenſi, *Pariſ.* 1632. in 8. ſumtibus Seb. Cramoiſii. 1632

*Pſalterium* Hebraicum. Vid. Polyglott.

*Idem* cum brevi præfatione Hebr. Conr. Pellicani, Ordinis Minorum, & Sebaſt. Munſteri, Franciſcani, in 18. *Baſil.* Joan. Frobenii 1516. Exemplar hujus editionis poſſedit B. *Mart. Lutherus*, quod adhuc manu ejus notatum reperitur in Bibliotheca *Francof. ad Menum.* Vide Rev. 1516

*Diſenbachii* Judæum converſum p. 142. in notis, & B. *Wilh. Erneſtum Tentzelium* in Bibliotheca Curioſa ſive in Continuatione Dialogorum menſtruorum an. 1704. pag. 450. qui inſuper monet, Pſalterium hoc cum Wolfgangi Fabricii Capitonis Inſtitutiuncula in Ebræam lingvam conjunctum fuiſſe, quod non ita eſt intelligendum, ac ſi cum illa prodierit, ſed quod a Jo. Langio, ſacerdote Erfurtenſi, cum Pſalterio iſto in unum volumen compactum & Luthero donatum ſit. Vid. Rev. *Kraftium* loco mox citando. Ab hoc exemplari diverſum eſt illud, quod itidem freqventi Lutheri manu tritum & variis obſervationibus ornatum deprehenditur in Bibliotheca Gedanenſi. Deſcribitur illud fuſius una cum transſcriptis inde annotationibus a B. Groddeckio in Novis Literar. Maris Balthici an. 1704. pag. 78. ſeqq. Fuiſſe ejusdem editionis ex his Groddeckii verbis apparet, quibus illud vocat *Pſalterium Hebraicum typis Frobenianis minori forma excuſum.* Ante annum 1518 excuſum eſſe docent verba, quibus Lutherus teſtatur, D. Staupitium ſe abſolviſſe an. 1518. ab obedientia ordinis. Quæ ideo moneo, ut ſimul innoteſcat, in Biblioth. Sacra Cl. le Longii per typographi errorem annum 1519. pro 1516. deſignatum fuiſſe. Confer, quæ de utroque exemplari diligenter annotavit Rev. *Io. Melchior Kraft* in ſingulari tractatu de Lutheri interpretatione Pſalmorum p. 54. ſqq.

1522 *Pſalmi* Hebr. cum comment. Kimchii & R. Joſ. Chivan *Theſſalonic.* 282. C. 1522.

*Iidem* Hebr. *ſecunda editio*, in 24. *Venet.* typis Dan. Bombergii 282. C. 1522.

*Iidem* Hebr. in 12. *Baſil.* Jo. Frobenii 1523.

1523 *Iidem* Hebr. *tertia editio*, in 18. *Venet.* typis Dan. Bomberg. 284.

1524 C. 1524.

1532 *Iidem* Hebr. in 16. *Baſil.* Jo. Froben. 1532.

1533 *Iidem* Hebr. in 8. *Lipſ.* 1533.

1537 *Iidem* Hebr. *quarta editio*, in 18. *Venet.* typis Danielis Bombergii 297. C. 1537.

1538 *Iidem* Hebr. 16. *Baſil.* Jo. Froben. 1538.

1542 *Iidem* Hebr. cum comment. Kimchii in fol. *Iſnæ* 302. C. 1542. per Paul. Fagium.

*Iidem* in 12. *Pariſ.* 305. C. 1545. per Rob. Stephanum.

1545 *Iidem* Hebr. Græce & Latine, 8. *Baſil.* apud Henr. Petri 1545.

*Iidem*

*Iidem* Hebr. cum German. verſione Eliæ Levitæ, in 8. *Venet.* 305. 1545
C. 1545. per Cornel. Adelkind.

*Iidem* Hebr. in 18. *Venet.* typis Marci Ant. Juſtiniani 306. C. 1546. 1546

*Iidem* Hebr. in 4. *Venet.* 306. C. 1546. apud Jo. de Gara, cum comment. Kimchii.

*Iidem* Hebr. & Lat. ex verſione S. Hieronymi, in fol. *Pariſ.* Carolæ Guillard 1546.

*Iidem* Hebr. in 16. *Baſil.* Jo. Froben. 1547. 1547

*Iidem* Hebr. cum comm. R. Salomonis fil. Schem Tov Athia, fol. 1549
*Venet.* 309. C. 1549.

*Iidem* Hebr. cum punctis in 16. *Baſil.* Froben. 1556. 1556

*Iidem* Hebr. cum שמוש תהלים in 32. *Sabionet.* 316. C. 1556. 1558. 1558
Vide Catalog. Biblioth. Leidenſ. in fol. editum p. 316. col. a.

*Iidem* Hebr. in 8. *Tiguri* 318. C. 1558. per Elieſer ben Naphthali Hirſch.

*Iidem* cum comm. Kimchii in 12. *Cremon.* 321. C. 1561. 1561

*Iidem* Hebr. & Germ. cum comment. *Kav Venaki* in 4. *Mant.* 322.
C. 1562. & iterum *Cracov.* 358. C. 1598. Germanicæ paraphraſeos auctor 1562
eſt Elias Levita; ex Kav Venaki tantum excerpta exhibentur. Edidit Joſeph ben Jac. Patavinus. Pſalmi juxta ordinem Biblicum diſpoſiti, ſed ſimul per ſeptem dies hebdomadæ diviſi ſunt.

*Iidem* Hebr. cum Lat. verſione & commentario Joan. Calvini in 1564
fol. *Genev.* 1564.

*Iidem* Hebr. in 16. *Baſil.* per Hier. Froben. & Nic. Epiſcopium.

*Iidem* Hebr. in 16. *Pariſ.* ex officina Rob. Stephani filii an. 325. C. 1565
1565. editio mendoſa.

*Iidem* Hebr. ex recenſione Hieron. Opitii in 8. *Witteb.* 1566. apud 1566
Jo. Cratonem.

*Iidem* Hebr. cum comment. Kimchii in 8. *Venet.* 326. C. 1566. apud Jo. de Gara.

*Iidem* Hebr. ſine punctis, in 4. cum commentar. Joſ. Jabetz 1571
*Theſſal.* 1571.

*Iidem* Hebr. in 32. *Mant.* 331. C. 1571.

*Iidem* Hebr. *ſine punctis*, additis Canticis V. T. in 24. *Antwerp.* Plan- 1574
tini 334. C. 1574. Eadem hæc eſt editio, quæ Bibliorum Hebr. an. 1573.

*Iidem* Hebr. *ſine punctis.* Vid. Pſalterium in carmen converſum a Bened. Aria 4. *Antwerp.* Plantini 1574.

*Iidem* Hebr. Hieron. Opitii, in 24. *Witteb.* 1576. Cl. le Long ha-
1576 bet mendoſe 1574.
1578 *Iidem* Hebr. & Lat. cum comm. Calvini, fol. *Genev.* 1578.
*Iidem* Hebr. in 24. *Romæ*, Zanetti 1581.
1581 *Iidem* Hebr. in 12. *Antwerp.* Plantini 1581.
*Iidem* Hebr. in 16. *Antwerp.* Plantini 1584.
1584 *Iidem* Hebr. nova typorum forma, ita, ut literæ radicales a ſervi-
1586 libus dignoſci poſſint, cura Eliæ Hutteri, in fol. *Hamb.* 1586. per Jo. Saxonem, Harburgenſem. Editionem hanc Studioſis Acad. Roſtoch. apprime commendavit Dav. Chytræus programmate ſingulari, quod in libello Epiſtolarum de Bibliis Elianis exſtat pag. 80. Magni etiam fecit *Caſſiodorus Reinius*: vide ibidem p. 63.

*Iidem* Hebr. cum comment. R. Obadiæ Sphorno, in 4. *Venet.* 346. C. 1586. pp. 92..

1590 *Iidem* Hebr. cum comment. R. Meir Arama, in 4. *Venet.* 350. C. 1590. pp. 148.

1592 *Iidem* Hebr. in 24. *Leidæ*, Raphelengii 1592.
*Iidem* Hebr. in 12. *Leidæ* apud Chriſtoph. Plantin. 1592.
*Iidem* Hebr. in 16. ex officina Plantini 1596.
1596 *Iidem* Hebr. in 16. *Venet.* Jo. de Gara 1596.
*Iidem* Hebr. *Francof. ad Oderam* 1596.
*Iidem* cum comment. Kimchii in 8. *Venet.* 356. C. 1596.
*Iidem* Hebr. cum comment. Kav venaki & paraphraſi Germ. Eliæ
1598 Levitæ 4. *Cracov.* 358. C. 1598. ubi Cl. le Long minus recte memorat *Cremonam*.

*Iidem* Hebr. in 32. *Venet.* Jo. de Gara, 358. C. 1598.

1602 *Iidem* Hebr. ſtudio Eliæ Hutteri in fol. *Hamb.* 1602. Eadem editio ac anni 1586.

1605 *Iidem* in 8. *Cracov.* 365. C. 1605.
*Iidem* Hebr. cum commentar. R. Moſis Alſchech in 4. *Venet.* 365. C. 1605.

1608 *Iidem* Hebr. in 24. *Venet.* Jo. de Gara 368. C. 1608.
1614 *Iidem* Hebr. in fol. *Hamb.* 1614. per Julium Ottonem Pragenſem. Ibi novem priores ſuperimminentem habent verſionem Latinam, reliqui non item, qui tamen omnes more Hutteriano literas ſerviles diverſo a ceteris modo expreſſas exhibent.

1615 *Iidem* Hebr. Henr. Opitii in 8. *Witteb.* 1615. apud Georg. Kelnerum.

Digitized by Google

rum. In calce accedit explicatio vocum, quæ aliter leguntur, quam ſcribuntur.

*Iidem* Hebr. 12. *Leid.* apud Franc. Rapheleng. 1615. 1615

*Iidem* Hebr. cum comment. duplici, altero Kav Venaki, altero ben Daath, cujus auctor eſt Acſilrad Bandeth, in 4. *Hanov.* 376. C. 1616. in 4. 1616

*Iidem* Hebr. in 12. *Venet.* apud Bragad. an. 376. C. 1616.

*Iidem* Hebr. in 12. *Leidæ*, Io. Maire 1622. 1622

*Iidem* Hebr. in 12. *Venet.* apud Vendramin. 390. C. 1630. 1630

*Iidem* Hebr. in 8. *Pariſ.* Seb. Cramoiſii 1632. 1632

*Iidem* Hebr. ſtudio Menaſſe ben Iſrael in 16. *Amſtelod.* Henr. Laurent. 1634. 1634

*Iidem* Hebr. ejusdem ſtudio in 24. ibidem, iisdem typis 395. C. 1635. 1635

*Iidem* Hebr. in 12. *Leidæ*, Jo. Maire 397. C. 1637. 1637

*Iidem* Hebr. in 32. *Amſtelod.* Eliæ Abouab, 1644. 1644

*Iidem* Hebr. in 32. *Veronæ* Abrah. fil. Zevi, 404. C. 1644. 1644

*Iidem* Hebr. cum verſ. Lat. Ioan. Cocceji in 18. *Franequ.* Jo. Arcerii 1646. 1646

*Iidem* Hebr. & Lat. Pagnini in 12. *Baſil.* 1648. 1648

*Iidem* Hebr. cum notis Ant. Hulſii in 12. *Leid.* 1650. 1650

*Iidem* Hebr. in 4. *Prag.* 410. C. 1650.

*Iidem* Hebr. in 12. *Venet.* 410. C. 1650. apud Anton. Caleoni.

*Iidem* Hebr. cum comm. Moſis Iſrael de Mercado in 4. *Amſtelod.* 413. C. 1653. 1653

*Iidem* Hebr. & Lat. Pagnini in 12. *Baſil.* apud Konig. 1662. 1662

*Iidem* juxta 7. dies hebdomadis diſpoſiti in 4. *Amſtelod.* 424. C. 1664. apud Vri Veibs b. Aaron Levi. 1664

*Iidem* hebr. ſtudio Jo. Leusdenii 12. *Amſtelod.* apud Ioſ. Athiam, 426. C. 1666. 1666

*Iidem* hebr. & belgice, ejusdem ſtudio 12. ibid. iisdem typis 426. C. 1666.

*Iidem* hebr. & Lat. Pagnini, ejusdem ſtudio 12. ibidem iisdem typis 427. C. 1667. 1667

*Iidem* hebr. in 12. *Amſtelod.* apud Dav. Tartas 430. C. 1670. 1670

*Iidem* cum verſione, paraphraſi & notis Hiſpanicis R. Jac. Jehudæ Leonis in 8. *Amſtelod.* 435. C. 1675.

*Iidem* hebr. & Lat. Pagnini in 12. *Baſil.* 1675. 1675

1677 *Iidem* cum German. verſione 8. *Amſtelodam.* 1677. apud Vri Veibs.

1680 *Iidem* Hebr. & Lat. ſtudio Jo. Leusden. in 12. *Trajecti* ad Rhen. 1680.

1681 *Iidem* cum comment. Kimchii in 4. *Amſtelod.* 441. C. 1681. apud David b. Uri Veibs.

1682 *Iidem* ſine punctis 16. *Amſtelod.* 442. C. 1682. apud Dav. Tartas.

1683 *Iidem* Hebr. & Belgice, ſtudio Joh. Leusdeni in 12. *Trajecti* 1683.

1685 *Iidem* Hebr. ſtudio Guilielmi Robertſoni 12. *Cantabrig.* 1685. Accedit liber Threnorum.

1688 *Iidem* hebr. & Lat. Pagnini, ſtudio Joh. Leusdeni 12. Ultrajecti apud Water 1688. Ex præfatione patet, verſionem illam magna ex parte novam eſſe, multis ſcilicet mutatis, additis, ademtis, ita tamen, ut ſemper Latina Hebraicis accuratiſſime conveniant.

1688 *Iidem* eodem modo ex eadem verſione, *Lond.* 1688. 12.

1688 *Iidem* Hebr. in 16. *Prag.* 1688. apud filios Judæ Bak.

*Iidem* Hebr. & Anglice ſtudio Leusdeni in 12. *Amſtel.* 1688.

1689 *Iidem* Hebr. in 12. *Amſtelod.* 449. C. 1689. apud Uri ben Aaron Levi.

1690 *Iidem* Hebr. in 12. *Venet.* apud Vendramin. cum Schiramuſch Tehillim 450. C. 1690.

*Iidem* Hebr. in 12. *Venet.* 1690.

1691 *Iidem* Hebr. & Lat. Pagnini in 12. *Baſil.* 1691.

*Iidem* Hebr. ſine punctis in 12. *Prag.* 453. C. 1693. apud filios Judæ Bak.

1696 *Iidem* Hebr. in 12. Venet. apud Vendramin. 456. C. 1696.

1697 *Iidem* Hebr. 12. Amſtelod. 457. C. 1697. apud Aſcher Anſchel.

*Iidem* Hebr. cum Keri & Ketibh. in 8. *Berol.* 1698.

*Iidem* Hebr. cum libro *Maamadoth.* in 12. *Dyrenfurti* 1700.

*Iidem* Hebr. & germ. in 12. *Dyrenfurti* 1697. per Schabtæum.

1702 *Iidem* Hebr. 12. *Solcov.* 462. C. 1702. apud Uri Veibs.

*Iidem* Hebr. ſtudio Salom. fil. Joſeph. Probs in 16. *Amſtelod.* in

1703 domo Elieſer Chaſan 463. C. 1703.

*Iidem* Hebr. & germ. cum lib. Maamadoth juxta 7. dies hebdomadis in 8. *Dyrenfurti* 465. C. 1705. per Schabthæum cum libro precum.

*Iidem* Hebr. & germ. cum libro precum in 8. *Francof. ad Mæn.* 467. C. 1707. apud Matth. Andream.

*Iidem*

Digitized by Google

*Iidem* Hebr. ejuſdem ſtudio in 12. Amſtelod. 468. C. 1708.

*Iidem* Hebr. literis majuſculis in 8. Prag. 468. C. 1708. apud nepotes Judæ.

*Iidem* Hebr. cum comm. מאזני צדק in 8. Furthi 469. C. 1709. 1709

*Iidem* Hebr. in 12. *Amſtelod.* 470. C. 1710. per Moſen b. Abrah. 1710

*Iidem* Hebr. in 8. *Amſtelod.* 471. C. 1711. per Schelomo ben Moſche. 1711

*Iidem* Hebr. in 8. per Saloth. b. Moſche Raphael.

*Iidem* Hebr. cum comment. Kimchii in 8. per David Grünbuht *Francof. ad Mæn.* 472. C. 1712. in 8. apud Matth. Andreæ. 1712

*Iidem* Hebr. in 12. cum notis ex commentariis Rabbinorum ſelectis, additis illorum, quibus debentur, nominibus, inter quos eminet Jac. Lombroſo, cura Henr. Jac. van. Bashuyſen, *Hanov.* 1712. 1712

*Iidem* 4. *Francof. ad Mæn.* 1716. apud Joh. Philip. Andreæ, cura M. Georg. Chriſtiani Burcklini, cum novis inſcriptionibus Latinis Jo. Henr. Maji ad ſingulos Pſalmos & cum Burcklini præfatione de Pſalterii excellentia utilitate ac excellentia. Ex notis numeralibus paginarum apparet, eſſe partem ipſorum Bibliorum Hebraic. *Francof. ad Mæn.* 1716. editorum. 1716

Exſtant nonnullæ Pſalmorum editiones ſine anno deſignato, v. c. illa, quam ſine punctis in 8. literis Rabbinicis curatam in Bibl. Durlacenſi inter Reuchlini libros exſtare teſtatur B. Majus in Vita Reuchlini p. 541. v. c. *Solcoviæ* cum vocal. & accentibus in 12. *Wilmersdorf.* in 12. ſecundum ſeptem dies hebdomadæ diſpoſiti, notis brevibus infra textum poſitis ſub titulo כף ירך יעקב pp. 156. *Berolini* in 4. Vidi etiam editionem in 8. ſine loco & anno, quæ poſitas in margine vocum radices exhibebat.

*Pſalmi* XXIV. priores Hebr. & Lat. Agathiæ Guidacerii in 8. *Pariſ.* in Collegio Italorum, 1541.

*Pſalmi* XV. Graduum ſine punctis, literis Rabbinicis cum comment. R. Moſis ben Iſrael in 4. Wilmersdorf 1712.

*Pſalmi* X. Hebr. v. Polyglot. 1690.

*Pſalmi* X. priores Hebr. punctati cum comment. Kimchii itidem punctato, addita interpretatione Latina & textus & commentarii ſtudio Pauli Fagii in fol. *Conſtantiæ* 1544.

*Iidem* X. Pſalmi punctati cum comment. Kimchii non punctato, ſed latine tamen converſo, ex editione Pauli Fagii Iſnenſi 301. C. 1541. recuſi

recuſi exſtant in Analectis Rabbinicis Adriani Relandi in 8. *Ultraject.* 1702.

*Pſalmi* VII. Pœnitentiales Hebr. cum grammaticali tralatione Latina, de verbo ad verbum & ſuper eisdem commentariolo ad diſcendam Lingvam Hebr. ex Rudimentis Jo. Reuchlini, 8. Tubing. 1512. Epiſtola dedicatoria ad Jac. Lempum data eſt Stutgard. 1512. apud Thom. Anshelmum: lege Majum in Vita Reuchlini p. 32. & 242. ſeq.

*Iidem* in 8. *Witteb.* 1519. apud Ioſ. Clugum, cum Reuchlini commentariolis, plagulis 11.

*Pſalmi* Davidici (VII. *priores*) idiomate Originali Hebræo, adſcripta ad latus vocum lectura; ubi ſimul ſupra ſyllabas tonicas accentuum uſus in diſtingvendis membris & ſententiarum ſpatiis, ad ſenſum ſacrum recte percipiendum perſpicue monſtratur. Latina vero textus ſacri interpretatio ex ſelectis Criticorum deſumta eſt: Analyſis etiam ad ductum notarum Accentuationis metricæ obſervationum ſub Hebræa dictione qualibet (numero paragraphum, litera membrum ejus indicante) additur. Diſcrepantia levicula, in qua plures Codices forte conſentiunt, ipſis expendenda notatur, qui adſtipulantibus Codicibus probatioribus, & MSS. antiquis in Bibliis Maſorethicis dignoſcendis (ut inam edendis) ſtudeant. Denique eodem hoc ſchemate repræſentatum, quod delectationis aurium & memoriæ juvandæ cauſa hodiernam cantandi conſvetudinem ad carminum divinorum accentuationem adaptando, collatoque ordine, fundamento, & utriusque ambarum euphonia, quilibet accentus diſtinctivus metricus ſonum Muſicum admittere poſſit. Ad commodum plurium ex juventute, qui Hebr. lingvæ tenentur ſtudio, æri incidit *Tuls Arvidſon*, Regii Archivi Antiquitatum Chalcographus. Stockholm. 1706. in 4. 1. plag.

*Pſalmi* IV. Hebr. & Lat. cum Targum & comment. Hebræo-Latino Kimchii ex verſione Joan. Bourdelotii, qui addidit opiniones aliorum ex Jalkuth Schimoni in 4. *Pariſ.* 1619.

*Pſalmus* CXIX. & XV. ex Pſalmis graduum, cum comm. R. Samuel b. Iſaac Arepol, in 4. *Venet.* 336. C. 1576. apud Jo. de Gara, & *Prag.* 370. C. 1610.

PROVERBIA, *Job* & quinque *Megilloth*, Hebr. in 12. ex officina Plantini; per Raphelengium an. 1608.

*Proverbia*, *Eccleſiaſtes* & *Canticum*, Hebr. in 24. *Venet.* apud Bomberg. 1522. 1524. & 1544.

*Eadem*

*Eadem* in 24. per Eliam Schadæum, Argentor. 1591.

*Eadem* Hebr. in 8. Pariſ. 1632. cum verſione interlineari apud Seb. Cramoiſ.

*Proverbia & Jobus* Hebr. in 12. Francof. ad Oder 1596.

*Eadem* Hebr. & italice per Chiskijam Riete, in 4. *Venet.* 377. C. 1617.

*Proverbia* Hebr. & Chald. ab altero latere cum comm. מאירי in fol. an. 257. C. 1497. Literæ Begadkephat lineola raphe, ubi opus erat, ſunt notatæ. Titulus deerat exemplari, quod in Bibliotheca Oppenheimiana vidi. In fine vero ex rhythmis ibi collocatis intellexi, editum eſſe in domo קנספר per Abrah. רקימסקס an. ברנה i.e. 257. C. 1497. Literæ ſunt luculentæ & antiquiſſimæ.

*Proverbia* cum comment. R. Immanuel fil. Salomonis in fol. *Neapoli*; ita Cl. Le Long. Vide tu ſupra *Proverbia V. Megilloth*, &c.

*Eadem* Hebr. cum comment. *Kav Venaki* fol. *Theſſalonic.* 282. C. 1522.

*Eadem* Hebr. cum verſ. Lat. Münſteri & annotat. 8. *Baſil.* 1524. 1548. & 1567.

*Eadem* Hebr. cum verſione Italica, literis Hebr. 4. *Venet.* Erant in Biblioth. Buxtorfii.

*Eadem* Hebr. cum verſione German. a latere per R. Mardochai fil. Jac. in 4. *Cracov.* 1582.

*Eadem* Hebr. cum comment. R. Salom. Duran in 4. *Venet.* 383. C. 1623. pp. 360.

*Eadem* Hebr. cum comment. R. Iſaac b. Jiſſachar Behr *Wilmersdorf.* 474. C. 1714.

JOBUS hebr. & a latere Hebræo German. 4. *Prag.* 357. C. 1597. & *Francof. ad Mœnum* ſine anno.

איוב המשריש i. e. Libri Jobi Analyſis, adornata cura *Jo. Henr. Hottingeri*, Filii, LL. Orient. Prof. Tigurini, Tiguri 1689. 8. Ibi poſt textum Hebr. cum Lat. verſione verbali exhibentur ordine voces Hebr. cum Analyſi Grammatica.

QVINQVE MEGILLOTH ſeu quinque parva Volumina, v. c. Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes & Eſther. Vid. Pentat. Hebraic. ad an. 1527. bis, 1530. 1543. 1548. bis 1551. 1561. 1563. 1566. 1567. 1583. 1587. 1588. bis 1591. 1597. 1607. 1614. 1621. 1631. 1640. 1646. 1671. 1683. &c.

 *Eadem*

*Eadem* Hebr. & Chald. cum comment. Raſchii in fol. *Venet.* Bombergii 1524.

*Eadem* Hebr. 4. *Pariſ.* Caroli Stephani 1555.

*Eadem* Hebr. in 8. *Witeberg.* 1587.

*Eadem* Hebr. cum comment. R. Moſis Alſchech in 4. *Venet.* 361. C. 1601.

*Eadem* Hebr. in fol. cum comm. Alſchech *Prag.* 370. C. 1610. ap. Abrah. Heida, & *Amſtelod.* 1698. 12. item *Francof. ad Mœn.* 1714. 4. & *Offenbaci* fol. 477. C. 1717.

CANTICUM CANTICORUM Hebr. cum verſion. Latina Munſteri 8. *Baſil.* Froben. 1525.

*Idem* Hebr. cum verſione Latina Agathi Guidacerii in 4. *Pariſ.* 1531.

*Idem* cum comm. R. Salomonis Alcabetz 4. *Venet.* 312. C. 1552.

*Idem* cum comm. R. Abrah. Tamach in 12. *Sabioner.* 318. C. 1558.

*Idem* cum comm. trium Rabbinorum latine per *Gilb. Genebrardum Pariſ.* 1570. 4.

*Idem* cum comm. R. Baruch b. Iſaac Aven Jaiſch in fol. *CPoli* 1576. pp. 19.

*Idem* cum comment. Samuelis Arepol. 4. *CPoli* 351. C. 1591. per David ben משפ & R. Elieſer b. Iſaac Aſchkenaſi, i. e. Germani pp. 108.

*Idem* cum comm. R. Salom. Alcabetz, in 4. *Venet.* 312. C. 1552.

*Idem* cum comm. R. Moſis Sartalan in 4. *Prag.* 372. C. 1612.

*Idem* cum comment. Abrah. Laniado in 4. *Venet.* 379. C. 1619. apud Pet. & Laur. Bragadinos in domo Joh. Cajun, pp. 70.

*Idem* cum Targum & verſione Hiſpanica in 8. Venet. apud Hier. Bragadinum 1655. pp. 51.

*Idem* cum interjecto ſingulis verſibus Targum, cura Joſephi Franci Sarano in 8. *Amſtelod.* 443. C. 1683. In calce accedunt Capitula Patrum.

Libellus RUTH & *Threni*, Hebr. ſtudio Auguſtini Juſtiniani in 4. *Pariſ.* 1520. apud Goarmontium. Accedit & liber Numerorum.

*Ruth* Hebr. cum Maſora in 4. *Pariſ.* Rob. Stephani filii 1563.

*Idem* Hebr. Vid. *Polyglot.* 1592. 1599.

*Idem* Hebr. ſine punctis cum comment. R. Samuelis de Oſeida in 4. *Giſmi* prope CPolin 357. C. 1597. iterumque *Amſtelodam.* 472. C. 1712.

*Idem*

Digitized by Google

*Idem* cum comment. David ben Arje in 4. *Amſtelod.* 1680.

*Idem* Hebr. & Chald. cum nova verſione utriusq; textus Latina, Maſora utraque, itidem Latine verſa, tum vero cum commentariis Raſchi, Aben Eſræ, Ben Melech & Abendanæ, propriis denique editoris notis, ſtudio Jo. Benedicti Carpzovii & Filii ejus, qui poſt Patris fata, quæ reliqua erant, addidit, & in lucem ſub titulo *Collegii Rabbinico-Biblici* protulit. in 4. Lipſ. 1703. iterumque, ſed ſine annotationibus Carpzovianis Trajecti ad Rhen. in 8. 1710. cum brevi Introduct. ad Grammaticam Hebræam Altingianam, cura Adriani Relandi.

THRENI Jeremiæ, Hebr. in 8. *Witteb.* cum præfat. Philippi Melanchthonis 1524. ſine verſione Latina. Accedit Danielis caput IX. 2 plagulis.

*Iidem* Hebr. in 4. *Pariſ.* typis Martini Iuvenis, 1552.

*Iidem* cum comment. R. Abrah. Galante, in 8. *Venet.* 349. C. 1589. & *Prag.* 381. C. 1621.

*Iidem* cum comment. R. Eliæ ben Moſche לאנץ, *Baſil.* 1606. 4.

*Iidem* cum comment. R. Moſis Alſchech, *Venet.* 366. C. 1606.

*Iidem* Hebr. cum comment. R. Samuelis de Oſeida, in 4. *Venet.* 360. C. 1600. & *Amſtelod.* 470. C. 1710.

*Iidem* Hebr. cum punctis & ſine punctis, ſtudio Guil. Robertſon, in 12. *Cantabrig.* 1685.

*Iidem* cum comment. R. Benjamin כ״ץ in 4. *Venet.* 472. C. 1712. apud Bragadinos.

*Iidem* verſibus rhythmicis Hebr., quorum ſingulæ ſectiones octo verſibus abſolvuntur, ſtudio Moſis ben Abrah. Catalano, in 8. *Patav.* apud Caſp. Crivellari, ſine anno edit. pagg. 10.

ECCLESIASTES Hebr. cum verſione Latina Seb. Munſteri, in 8. *Baſil.* 1525.

*Idem* Hebr. 4. *Pariſ.* Mart. Iuvenis 1569.

*Idem* Hebr. cum verſione Italica R. Davidis de Pomis, in 8. *Venet.* 1571. apud Iordan. Ziletti, ubi typographi errore apud Cl. le Long legitur Piletti. Plura dicemus, ubi agemus de verſionibus Iudæorum Italicis.

*Idem* Hebr. cum comment. R. Iſaac Moſis ben Arviv, in 4. *Theſſal.* 357. C. 1597.

*Idem* Hebr. cum diffuſo duplici comment. R. Baruch ben Baruch ben Moſche, in fol. *Venet.* 359. C. 1599.

*Idem* cum comment. R. Moſis Alſchech, in 4. ibidem 366. C. 1606.

*Idem* Hebr. cum verſione Lat. & commentario Seb. Schmidii, in 4. *Argentor.* 1691.

*Idem* Hebr. ſine punctis cum comment. R. Eliæ Aſchkenaſi, in 4. *Amſtelod.* 462. C. 1702.

ESTHER cum comment. R. Iſaac Arama, in 4. *Conſtantinopoli* 278. C. 1518.

*Idem* cum comment. R. Elieſer fil. Eliæ, in 4. *Cremon.* 336. C. 1576.

*Idem* ſine punctis cum comment. R. Iom Tov Schalon, in 4. *Conſtantinopoli* an. 342. C. 1582. apud Abrah. & Elieſer, filios Iſaac Aſchkenaſi.

*Idem* ſine punctis cum comment. R. Schem Tov ben Abraham, 4. *Conſtantinopoli* 345. C. 1585. pp. 72.

*Idem* cum comment. R. Salom. Alkabetz, 4. *Venet.* 345. C. 1585.

*Idem* Hebr. cum comment. allegorico, in 4. *Cracov.* 350. C. 1590.

*Idem* Hebr. cum paraphraſi Germanica R. Iehudæ Low ben Ioſeph ex gente מעליר, in 8. *Amſtelod.* apud Uri Veibs 423. C. 1663. pp. 84.

*Idem* Hebr. cum verſione German. *Francof. ad Mæn.* in 4. an. 458. C. 1698.

*Idem* cum commentar. Raſchii & ſupercommentatione R. Moſis Meir ben Eleaſar Perls, in 4. *Prag.* 470. C. 1710.

JOB & Daniel Hebr. in 24. *Venet.* Danielis Bombergi 298. C. 1538. correct. per Eliam Germanum.

*Job* Hebr. cum comment. R. Iſaac ben Schelomo Cohen 4. *CPoli* 305. C. 1545. per Elieſer ben Gerſon Soncinat.

*Idem* Hebr. cum comment. R. Meir ben Iſaac Arama, 4. *Venet.* 327. C. 1567. & *Riva Tridenti* eodem anno.

*Jobus* in lingva Sancta & in lingva Romanica ſeu Barbaro-Græca charactere Hebræo, ex verſione R. Moſis fil. Eliæ Pobian cum ejus præfatione, liber rariſſimus in 4. *CPoli* in domo Joſ. Jabetz 336. C. 1576. exſtat in Bibl. Oratoriana.

*Idem* Hebr. cum commentar. R. Simeon ben Zemach & Obadja Sphorno, in 4. *Venet.* 350. C. 1590. apud Jo. de Gara.

*Idem* Hebr. cum comment. R. Moſis Alſchech, in 4. *Venet.* 363. C. 1603.

*Idem* Hebr. cum verſione Latina Jo. Henr. Hottingeri filii, in 8. *Tiguri* 1689.

*Idem*

Digitized by Google

*Idem* in compendium redactus, & carmine redditus ſub tit. פירוש איוב בקיצור מופלג בהלצה ובשיר יחד נמזג כפי פירוש של הרל"בג i. e. commentarius in Jobum in compendio, ex proſa & carmine miſtus, ſecundum commentarium R. Levi ben Gerſon, in 12. *Venet.* 304. 12. oblongo apud filios Anton. ברוצילו pp. 17.

DANIEL Hebraice a Matthæo Aurogallo ſubjunctus eſt ejus compendio Hebr. & Chald. Grammaticæ, in 8. *Witteb.* 1525.

*Idem* Hebr. cum comment. R. Samuelis fil. Judæ Valerio, in 4. *Venet.* 346. C. 1586.

*Idem* Hebr. nova typorum forma per Eliam Hutterum, *Hamb.* 1586. quod patet ex præfat. ejus ad Cubum Hebr. Germ. editum an. 1586. ubi ait, ſe nunc ſpeciminis loco Danielem & Pſalmos in lucem protuliſſe.

*Idem* Hebr. cum comment. R. Moſis Alſchech, in 4. *Venet.* 352. C. 1592. quæ in titulo dicitur ſecunda, & *CPoli* (juxta Cl. le Long, vel Venetiis juxta Catal. Bibl. Bodlej.) 358. C. 1598. Zaphetenſem memorat Bartoloc. anni 328. C. 1568. quæ forte prima eſt.

*Idem* cum comment. Jachiadæ & verſione Lat. Conſtant. Lempereur, in 4. *Amſtelod.* 1633.

Capita Chaldaica in Daniele & Eſra occurrentia, una cum verſu Jeremiæ, Hebraice translata, & in lucem edita a Joanne Leusden, partim in calce tractatus Talmudici *Pirke Avoth*, partim etiam alibi, 4. *Leidæ* 1685. Ita Cl. le Long. Vidi ego Danielis cap. IV. Chaldaice cum oppoſita e regione verſione Hebræa punctata & ſubſtrata utrique translatione Latina diſputationis forma, Ultrajecti edita an. 1665. cap. V. eodem modo ibid. 1667. cap. VI. eodem modo ibid. an. 1668.

Seqvuntur libri Apocryphi, qui Hebraice converſi exſtant.

TOBIÆ liber Hebr. ſine punctis, editio rariſſima, *Conſtantinopoli* 1517. in Biblioth. Bodlej.

*Idem* Hebr. & Lat. ſtudio Pauli Fagii, in 4. *Iſnæ* 1542. Mich. Neander in Catalogo libb. Erotematibus lingvæ Hebr. ſubjuncto, p. 449. hanc editionem memorans, ait, eam Jenæ (ita typographi vitio pro *Iſnæ* legitur) prodiiſſe, & quidem cum translatione Fagii, qui etiam puncta dictionibus in gratiam Studioſorum ſubjecerit. Græciſmi autem, (ita pergit) retenti in Hebræo, documento ſunt, Tobiam ex Græco Hebraice eſſe converſum a quocunque tandem.



Digitized by Google

*Idem* Hebr. cum verſione Lat. Seb. Munſteri, in 4. *Baſil.* 1542. & 1549. 8. item 1556. & 1576. 8. Munſterus in præfatione ad edit. an. 1549. profitetur, ſe verſionem Hebræam accepiſſe ab Oswaldo Schreckenfuchſio (cujus epiſtola Hebr. ad Munſterum accedit) ſuppeditatam a Iudæis CPolitanis, eamque diverſam deprehendiſſe tum a verſione Hieronymi Latina, tum a Græca τῶν LXX. cum qua poſteriore tamen magis conſpiret. Putat igitur, hiſtoriam illam primo fuiſſe Chaldaice ſcriptam a Iudæo, & deinde ab alio, itidem Iudæo, Hebraice converſam. Textus Hebræus punctatus oppoſitam habet Munſteri verſionem Latinam, ejusdemque notas in calce. Editus vero eſt ad calcem Operis Grammatici conſummati, & ex variis libris Elianis concinnati. Hinc manifeſtum evadit, Ganzium in Zemach David pag. 170. verſionis Latinæ falſo interpretationem Hebræam ipſi Munſtero adſcribere, tanquam ex Lingva Latina ſtylo impuro confectam. Utramque verſionem exercitationis cauſa factam recte arbitratus eſt Iunius in præfat. in libros Apocryphos, & cum eo Io. Henr. Heideggerus lib. II. Enchiridii Biblici c. 4. p. 346. Mirumque admodum videtur, quod Io. Gregorius, Vir alioquin eruditus & Critices non ignarus, Hebræum pro textu originario habuerit in præfat. ad Obſervationes Sacras in nonnulla Scripturæ loca. Sed de hac cauſa plura, qui velit, leget apud Illuſtrem Huetium in Demonſtrat. Evangelica Propoſ. IV. p. 360. & de Claris Interpretibus p. 111. & Celeb. Io. Albert. Fabricium in Bibliothecæ Græcæ lib. III. p. 743. ſq.

*Tobiæ* liber *Venet.* 304. C. 1544. apud Cornel. ben Baruch Adelkind, & ib. 365. C. 1605. apud Joh. de Gara.

*Idem* Hebr. & Lat. ex verſione Fagii & Munſteri. Vide Polyglott. Londin. 1657.

Alia huc pertinentia leges, ſi placet, in Parte I. n. 655.

JUDITH hiſtoriam Hebraice exſtare non dubitat Seb. Munſterus in præf. ad Tobiam his verbis: *Utinam & Hebraice Jehudith exemplar liceret invenire, quod abſque dubio CPoli a Judæis æque, ut Tobiæ exemplar, typis eſt multiplicatum.* Sic & Pfeiferus in Critica Sacra p. 355. *Exſtat*, ait, *& terſa editio Hebraice libri Judith, ſed a recentiori procul dubio manu Judæi cujusdam.* Confer, quæ infra de libris Apocryphis dicemus.

Agmen claudant illi, qui compendia vel excerpta Biblica, facta Locorum Claſſicorum ex Hebræo Codice collectione, in lucem ediderunt. Inter hos numero:

*Joh.*

Digitized by Google

*Joh. Albertum Gebbardi*, Rectorem Gymnaſ. Brunſvic., cujus exſtat Nucleus S. Scripturæ ſive Sylloge Dictorum Claſſicorum, quibus theſes Theolog. in compendiis B. Hutteri & Henichii probantur, adjectis ſuper ipſa lemmata, quæ ad literam exhibentur, *Brunſvig.* 1700. 8.

*Joh. Girbertum* in Syntagmate Dictorum Sacræ Scripturæ 400. cum definitionibus principalioribus compendiorum D. Hutteri & Dieterici, *Goslar.* 1639 12. & alias ac ultima vice *Lipſ.* 1688.

*Joh. Leusdenum* ob Compendium Biblicum, continens verſiculos V. T. 2289. non tamen integros, in quibus omnes univerſi V. T. voces tam primitivæ quam derivativæ, tam Hebr. quam Chald. una cum verſione Lat. inveniuntur. *Ultraj.* 1673. 12. & tertia vice *Lugd. Bat.* 1685 8. ubi infra verſus Biblicos in ſingulis paginis exſtant radices & voces in ſimplici forma. In calce Bibliorum nonnullorum, v. c. Berolinenſium anni 1697. exſtat ex præſcripto hujus Leusdenii catalogus ſelectorum verſuum 2294. juxta ordinem Biblicum delineatus.

*Jo. Opitium*, cui debemus Biblia Parva Hebræo-Latina. *Hamb.* 1673. & *Lipſ.* 1681. 1702. & alias in 12. edita, quæ dicta Claſſica exhibent. Non placuit omnino ejusmodi inſtitutum Biblia Parva edendi B. *Jo. Henr. Majo*, quod patet ex Introduct. ejus ad Studium Philologic. pag. 11.

*Joannem Plantavitium*, cujus Florilegium Biblicum Hebræo Lat. *Toloſ.* 1644. & *Lodov.* 1655. fol. 2 Tomis ed. huc pertinet.

*Chriſtianum Reineccium* in Nucleo Theologiæ Poſitivæ, quo una cum concinnis lemmatibus & definitionibus Theologicis dicta claſſica, quæ B. *Jo. Fridr. Kœnigius* in Theologia Poſitiva allegavit, ex Hebræo & Græco nec non verſione D. Lutheri congeſta, adjectis ex Calovii &c. aliisque Syſtematibus locis Scripturæ iis, quæ ſubinde videbantur deſiderari poſſe, habentur. *Lipſ.* 1699. & 1706. 8.

*Sebaſt. Schrœterum*, qui curavit Bibliorum Epitomen, præcipua V. T. teſtimonia, quæ quidem uspiam in N. T. a Domino noſtro Jeſu Chriſto *θεανθρώπῳ* ejusque Evangeliſtis & Apoſtolis citantur, continentem, a Wilh. Schickardo primum ſub titulo Eclogarum Sacrarum Hebræo-Latinarum V. T. editam, deinde vero a Schrœtero auctius cum verſione Lat. interlineari Xantis Pagnini recuſam, *Erfurti* 1647.

Digitized by Google

1647. 8. Obſervatur ibi ordo librorum Biblicorum, & in fine accedunt Cantica Sacra N. T. Syriace converſa.

*Chriſtian. Stockium*, Facult. Philoſ. Jenenſ. Adjunctum, cujus ſunt Fundamenta Biblica Theologiæ Poſitivæ Bayerianæ ſeu dicta utriusque Teſtamenti a Bayero in Theologia Poſitiva citata, Hebr. Lat. & German. ex Lutheri verſione. *Jen.* 1711. 8.

*Georg. Wegnerum* ſimilem collectionem an. 1700. edidiſſe, legere me alibi memini.

De inſtituto hujusmodi lege Rev. *Jonæ Conradi Schrammii*, Profeſſ. Theologi Helmſtad. Programma de Collectionibus Dictorum S. Scripturæ a Theologis allegatorum. *Helmſtad.* 1712. ed.

NOVUM TESTAMENTUM Hebraice, ex verſione Eliæ Hutteri, annuo temporis ſpatio confecta. Vide Novum Teſtamentum Polyglott. 1599.

*Idem:* vid. Novum Teſtam. Polygl. 1602.

In hac editione nonnulla quoad verſionem Hebraicam Hutterus mutavit & emendavit, teſte *Leusdeno* Diſſertat. VII. Philologi Hebræo-Græci p. 53.

*Idem* Hebraice, ex eadem verſione, nunc autem in volumen portatu facile redactum, atque centenis quibusdam in locis, poſt diligentem ipſius recognitionem, emendatum atque caſtigatam, absque ceteris iſtis in editione Hutteriana lingvis per ſeſe ſeparatim, & puro puto idiomate ſolummodo Hebraico publicatum, ſtudio & opera Guil. Robertſon, in 8. *Londini* typis Th. Roycroft 1661. In calce hujus editionis Robertſonus exhibet decem folia, in quibus annotat nonnullas mendas, quas judicat eſſe, in priore præſertim editione, emendandas. Conf. Leusden. l. c. Poſterioris editionis exemplaria pleraque in nupero incendio Londinenſi Vulcano tradita eſſe, & penitus fere conſumta ſcribit idem p. 57.

*Quatuor Evangelia* Hebraice: vid. Polyglotta 1610.

*Eadem* per Hotaris in 4. Nodenburgi 1660. ita Cl. le Long procul dubio ex Schabtai שפתי ישנים p. 107. ubi hæc exſtant Hebraice: אבן גליון בלשון עברי על־ ידי הוטעריס דפוס נירנבערג, quæ quidem ita vertenda: *Evangelium lingva Hebræa per manum Hutteri, edit. Nurnberg.* 1660. Enimvero non puto exſtare editionem Norimbergenſem quatuor Evangeliorum ſeparatim, ſed eam effictam credo ex editione

tione Evangelicarum & Epiſtolicarum lectionum, quæ Græce, Hebr. Lat. & Germ. per Eliam Hutterum prodierunt in 8. *Norimb.* 1601.

*Schreckenfuchſium* N. T. in lingvam Hebraicam transtuliſſe, eamque verſionem Baſileæ haberi, *Neandri* fide aſſerit *Chriſtoph. Hammerus*, Profeſſ. Jenenſis, in epiſt. ad Eliam Hutterum, quæ in Libello epiſtolarum de Bibliis Elianis edito legitur p. 75.

*Quatuor Evangelia* N. T. ex Latino in Hebraicum ſermonem verſa a Joh. Baptiſta Jona, cum prolixa ejus præfatione Hebr. & Latine, Clementi IX. Papæ dicata, in fol. *Romæ* typis S. Congregationis propagandæ fidei 1668.

Evangelium ſecundum *Matthæum* in lingva Hebr. cum verſione Latina atque ſuccinctis annotationibus Seb. Munſteri, ejusque epiſtola, nuncupata Henrico VIII. Angliæ Regi, in fol. *Baſil.* typis Henr. Petri 1537. Annotationes ſe ex Enarrationibus inſignis cujusdam Viri plerumque ſumſiſſe in præfat. teſtatur.

*Idem* Hebr. & Lat. in 8. ibidem 1557. 1582. quæ editiones additam habent epiſtolam ad Hebræos itidem Hebraice.

*Idem* cura Johannis Quinquarborei editum, 8. *Pariſ.* apud Mart. Juvenem 1551.

*Evangelium Matthæi* Hebraicum, recens e Judæorum penetralibus erutum, cum interpretatione Latina *Joannis Merceri*, ad vulgatam, quoad fieri potuit, accommodata, cum epiſtola Joannis Tilii, ejusque ſtudio editum: in 8. *Pariſ.* Martini Iuvenis 1555. Tilius in præfatione ſcribit, ſe illud exemplar in Italia reperiſſe, quod a doctrina Rabbinica plurimum abſit, eaque ſit conſcriptum orationis puritate, quam nulla poſt deſtructam hanc gentem ſcripta redoleant. Nitidius eſſe Munſteriano illo, inepto & barbaro. Similiter fere Mercerus in præfatione affirmat, ſatis pure ſcriptam eſſe verſionem, nec a veteris inſtrumenti nitore procul abeſſe, etſi nonnihil Rabbiniſmi interdum adjunctum habeat.

Utramque a Judæis e Latina interpretatione converſam credi ſcribit *Heideggerus* in Enchiridio Biblico lib. 3. c. 2. qui procul dubio reſpicit ad Huetium ita judicantem de Claris Interpretibus p. 181. cujus hoc præterea ibi exſtat judicium: *Incomtior eſt prior illa Munſteri editio, & aliquando etiam, ubi lacerus deficeret codex, ab illo refarta; cultior altera Tilii & nitidior, ſed levi tamen & exiguo inter eas diſcrimine.* Plura de utraque hac verſione lege in *Hottingeri* Theſauro Philologico p. 512. *Lud. de Dieu* ad Matth. I. 1. *Mercero* not. ad Pagnini Theſaurum rad. ןאי, *Millii* prolegom.



Digitized by Google

ad N. T. p. 127. *Wagenſeilii* notis ad Sota p. 597. & 1122. & *Rich. Simonis* Hiſtor. Critica lib. II. pag. 231. In editione Tiliana varios errores, in Hebraiſmum peccantes, obſervavit *Chamierus* Panſtratiæ Cathol. Tom. I. lib. 12. cap. 1. §. 4. in Munſteriana vero B. *Pfeiferus* in Critica Sacra p. 62.

*S. Lucæ* Evangelium Hebr. ex verſione Frid. Petri, in 8. *Witteb.* 1574.

*Evangelia anniverſaria* Hebraice, ſtudio Jo. Claji, in 8. *Lipſ.* 1578.

*Evangelia anniverſaria*, quæ Dominicis diebus & in Sanctorum feſtis leguntur, Hebr. per Frider. Petrum, *Antwerp.* in 8. 1581. teſte Imbonato p. 50. Biblioth. Latino-Hebr.

Evangeliorum lectiones anniverſarias Hebraice edidit *Guil. Robertſonus*, Lond. 1661. 8.

Evangelicæ & Epiſtol. lectiones ex verſione Eliæ Hutteri: Vid. Polyglott. 1601.

Epiſtola Pauli ad *Romanos* Hebr. in 4. Leid. 1616.

Epiſtola Pauli ad *Hebræos* Hebraice, cum Latina verſione Alphonſi de Zamora: Vid. ejus introductio Artis Grammaticæ Hebr. in 4. Compluti 1526.

*Eadem* Hebr. & Lat. cum Evangelio S. Matthæi edita per Seb. Munſterum *Baſileæ* 1557. & 1582. 8. per Sebaſt. Henric. Petri. Mirum omnino eſt, B. Carpzovium in præfat. ad novam ejusdem epiſtolæ verſionem Hebræam, de qua paulo poſt dicemus, negare, quod Munſteriana illa in calce Evangelii Matthæi legatur. Ipſe enim vidi in utraque editione a me memorata. Et fieri potuit, ut exemplar Carpzovianum eſſet mutilum.

*Eadem* epiſtola ex Græco in purum idioma Ebræum verbotenus & accurate translata a Friderico Alberto Chriſtiano, quondam Judæo, cum vita auctoris, & præfat. Jo. Bened. Carpzovii, Lipſ. 1676. in 4. In præf. iſta p. 46. ea laudatur ut nitida, comta & phraſi Biblicæ V. T. conveniens. Conf. eundem in Introduct. ad Theolog. Judaicam p. 88.

SECTIO

# SECTIO VI.

*DE*

## Verſionibus Hebr. Codicis, quæ a Judæis vel Ex-Judæis profectæ ſunt.

PRoximum eſt, ut de Verſionibus dicamus, quibus Codex Hebræus vel a Judæis vel ab Ex-Judæis expreſſus eſt. De his ita dicemus, ne nimis excreſcat tractatio, ut magis intelligatur, quid a quibus ſit expoſitum & ad liquidum perductum, quam ut ipſi argumenta a multis tractata denuo excutiamus. Inter verſiones itaque prima erit

### SAMARITANA.

Conſtat inter eruditos, dari duplex Pentateuchi Samaritani exemplar; alterum Hebræum, literis Samaritanis exaratum; alterum in lingvam Samaritanam, quæ ad Chaldaicam accedit, translatum. Ratione prioris ſuperiori inprimis ſæculo, & noſtra quoque memoria multa omnino inter eruditos diſputata ſunt, quæ ad ſeqventia potiſſimum capita reduci queant.

*I. De literis Samaritanis. II. de MSS. Pentateuchi Hebræo-Samarit. III. de editionibus ejusdem. IV. de conditione ejus. V. de verſione Pentateuchi Samaritana. VI. Scriptores de variis argumentis ad Samaritanos ſpectantibus.*

I. Ipſæ Samaritanorum *literæ* viſæ ſunt nonnullis antiqviores illis, quibus hodie Sacer Codex inter Judæos exaratus exſtat, quas illi quidem ab Esdra demum poſt captivitatem Babylonicam in communem uſum traductas opinantur, poſtquam Moſes & Prophetæ Samaritanis illis uſi fuiſſent. Longum foret recenſere nominatim omnes, qui pro hac ſententia propugnant. Legerit eos, qui volet, apud Vener. *Valent. Erneſtum Læſcherum* in Commentario de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 200. & Cl. *Io. Iac. Schudtium* in Deliciis Hebræo-Philologicis pag. 72. nec non B. *Aug. Pfeiferum* in Critica Sacra cap. I. quæſt. I. *Jo. Eberhard. Busmannum* in ſingulari diſſertatione Helmſtad. 1675. habita, *Pet. Holmium* in diſput. de primævo & authentico charactere literarum V. T. in Analectis Cl. Cre-

nii recuſa pag. 353. ſqq. & *E. Soucietum* in Collect. Diſſertatt. Critic. Gall. editarum pag. 5. ſeqq. Illis adde ex recentioribus *Davidem Clericum* in Quæſtionibus Sacris qv. VII. p. 43. ſqq. *Eduardum Bernardum* apud Ezech. Spanhemium de Uſu Numiſm. T. I. p. 61. ed. Londin. *Io. Clericum* tum in notis ad Qvæſt. Sacras, tum in Biblioth. Select. Tom. XI. p. 20. ſqq. ubi inprimis ſe opponit *Allixii*, pro quadrati characteris antiquitate pugnantis, diſſertationi, & Cl. *Bernhardum de Montfaucon* lib. II. p. 119. Palæographiæ Græcæ; qui ſpeciatim innititur fragmento quodam Origenis antea non edito.

Ex illis omnibus præ ceteris cauſam hanc ſtrenue egit *Ludov. Cappellus* tum in Arcano punctationis revelato, tum in Diatriba ſingulari de Hebræorum literis antiquis, Amſtelod. 1645. 12. Huic vero ſe ab altera parte oppoſuerunt acriter *Jo. Buxtorfius* & *Stepb. Morinus*, ille quidem in diſſert. de literarum Hebraicarum genuina antiquitate, quæ in Diſſertationibus ejus Philologico-Theologicis quarta eſt; hic vero in Exercitationibus de Lingva primæva ejusque Appendicibus inprimis Parte II. c. V. p. 187. ſqq. Nec deſunt ſane, qui eorum veſtigiis inſtiterunt. Hos laudarunt illi, quos ſupra adverſæ ſententiæ patronos recenſuiſſe diximus. Illorum numerum iniit præterea B. *Jo. Bened. Carpzovius* in notis ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 102. Horum agmen augent *Jo. Owenus* in Theologumenis p. 295. ſqq. *Ludov. Ferrandus* in Obſervationibus ſuper religione Chriſtiana Gall. editis Tom. II. p. 252. cujus argumentationi Plinii loco ex lib. VII. c. 56. Hiſtoriæ Naturalis innixæ nihil tribuere videtur *Jo. Maſſonus* in Hiſtoria Critica Reip. Literar. Tom. I. pag. 23. ſeqv. *Ezech. Spanhemius* de Uſu & præſtantia Numiſmatum pag. 67. ubi ſingularem ſuam commentationem memorat, in qua Cappelli ſententia & numis & rationibus oppugnata ſit; & *Jo. Toinardus*, quem ſimilem parare diſſertationem teſtis eſt *Jo. Clericus* in continuatione Tomi XXI. Biblioth. Univerſalis p. 131. Nec omittendus eſt *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 23. ſq. Illis adde Pet. Allixium in Diſſ. ſingulari apud Ezech. Spanhemium de Numiſmatibus Tom. I. p. 69. -- 76. ed. in fol.

Fuerunt etiam, qui neutri parti ſe jungerent, & nec Samaritanum nec quadratum characterem pro primævo iſto Moſaico habent. Inter eos ex noſtratibus eſt Rev. *Salomon Deylingius*, cujus hæc ſunt verba in Parte III. Obſervatt. Sacrarum p. 195. *Noſtra igitur opinione nec Samaritanæ, nec quadrata Hebræorum literæ, quales nunc in uſu ſunt, antiquiſſimæ & primævæ videntur. De neutro certe charactere id indubitato & citra erroris me-*

*tum*

*tum probari poteſt, quippe qui ab inconſtantia in ſcribendo, & mutabilitate, cui omnium lingvarum literæ obnoxiæ fuerunt, nusquam pronunciantur immunes.* Idem placuit ante ipſum acutiſſimo *Jac. Guſſeto* in Commentariis Lingvæ Hebrææ pag. 9. *Vix eſt*, inquit is, *vel quod eligam ipſe, vel quo adjuvem Lectores. Commoda tamen ſuccurrit obſervatio: ſcilicet, quod nihil ab ulla parte periculi eſſe video* (*). Et poſt pauca: *Forte Moſaicæ literæ nec hæ, nec illæ erant, ſed diverſæ quædam, ex quibus alii has quadratas ſenſim finxerint amore ſimplicitatis, alii Samaritanas, quærentes ex multiplicitate flexuum vel ornamentum, vel diſtinctionem majorem.*

Binas priores ſententias conciliare ſecum invicem conatus eſt *Jo. Michael Langius* in diſſertat. quam de primævo charactere Hebræorum Bibliorum, præſide *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilio*, habuit Altorf. 1685. Judæos, is ait, characterem primævum eumque genuinum, qui quadratus hodie vocari ſolet, ſæpius cum aliarum gentium literis, ad quas captivi abducti fuerint, permutaſſe, deinde vero, in libertatem reſtitutos, priſtinas ſuas recepiſſe: quod ipſum feciſſe ipſi videntur, cum ex carcere Babylonico in patrias ſedes remigrarunt.

Si quid ego video, ſententia, quæ quadrato characteri antiquitatem vindicat, & argumentorum robore, & antiquitatis teſtimonio, & teſtium numero ſe præ ceteris commendat. Sive enim aſſertionem Servatoris noſtri ſanctiſſimi de jota, tanquam minima litera (**), non perituro de Lege; ſive pertinacem Judæorum indolem in conſervandis, quæ a majoribus acceperant; ſive ſimplicitatem ductuum literarum quadratarum, quæ antiquitatis nota eſſe ſolet; ſive incerta & fluxa diſſentientium argumenta conſiderem; in eam, de qua nunc loquor, ſententiam quaſi impetu quodam pertrahi me ſentio. Præſtantiſſimum vero argumentum illud mihi ſemper viſum eſt, quod a Pentateucho Samaritano, Hebræi ἀπογράφῳ, petitur. Ille nonnunquam diſcedit a lectione Hebræa, in illis locis, ubi errori anſam ſuppeditare potuit literarum ſimilitudo & affinitas. Eam vero diverſitatem deprehendes facta utriusque Pentateuchi comparatione, non ubi literæ Samaritanæ ſibi affines ſunt, ſed ubi Hebraicæ v. c. ubi ב pro כ, מ pro ט



(*) Sic & *Jo. Clericus* Tom. XI. Bibl. Selecſt. p. 36. illa characterum mutatione, ſi facta ſtatuatur, auctoritati S. Codicis nihil diminui exiſtimat.

(**) Palmarium vocat hoc argumentum *Schickardus* in Bechinat Happeruſchim Diſp. V. p. 82. ſed contra ſtramineum vocatur Waltono Prolegom. III. §. 36. cui vide, quæ reponat Cl. *Leſcherus* in Comment. de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 214.

legi poteſt. Hoc certe indicio eſt, ipſum illud exemplar Samaritanum non ex Samaritano, ſed ex codice, quadratis literis exarato, deſcriptum fuiſſe. Idem obſervatur in Interpretibus Græcis & Chaldæis, qui iis in locis ab Hebræo fonte utplurimum abire obſervantur, ubi eadem literarum quadratarum, non autem rotundiorum & artificioſiorum, affinitas deflectendi occaſionem ſuppeditare potuit. Excuſſit hoc argumentum & egregiis exemplis confirmavit *Steph. Morinus* Exercit. I. de Lingva primæva c. 7. Taceo reliqua argumenta, quæ in aciem produxerunt ex noſtratibus *Jo. Gerhardus* in Locis Theologic. Tom. I. pag. 50. *Calovius* Syſtem. Theolog. Tom. I. p. 726. *Thomas Bangius* in Cœlo Orientis p. 216. & *Jan. Bircherodius* in Fundamentis Chronolog. Hiſtor. Sac. V. T. p. 28. ſq. ex Pontificiis vero *Jul. Bartoloccius* Parte IV. Biblioth. Rabbin. p. 176. ſq. quorum loca integra habes apud Rev. *Georg. Serpilium* in Perſonalibus Eſræ p. 171. ſqq.

Provocant adverſarii ad teſtes inter Judæos tum antiquos tum recentiores; ſed utrinque & pauci ſunt, & in exponenda ſententia ex parte admodum obſcuri, ut, quid ſibi velint, omnino diſputari poſſit. Ex Miſchnicis afferunt unum c. II. tractatus Sanhedrin, ex Gemaricis itidem unum, nempe *Mar Sutra*, qui ad illud caput commentatur: ex recentioribus vero vix quisquam eſt, qui præter *Ioſephum Albo* in libro עקרים & *Eliam Levitam* eorum partes tueatur. Sed quam parum vel in illorum teſtimoniis roboris ſit, vel quam multi illis opponi poſſint, evictum dedit inprimis Buxtorfius in laudata diſſertatione de antiquitate literarum Hebræarum.

Inprimis vero ſe recipiunt ad numos Judaicos Samaritanis literis inſcriptos. Hoc argumentum præcipuum viſum eſt *Waltono*, & *Bocharto* ſuffecit, ut cum Scaligero Samaritanas literas pro antiquioribus haberet, ceu in literis ad Ezech. Spanhemium teſtatus eſt, qui hoc repetit in diſſ. de uſu & præſtantia Numiſmatum p. 67. edit. Amſtelod. in 4. Hinc factum puto, ut Scaliger paulo ante obitum de numis Hebræorum commentari aggrederetur, teſte *Gaſſendo* in vita Peireſcii lib. 2. ad annum 1609. Provinciam, ab eo relictam, alii certatim in ſe ſuſceperunt, quorum præcipui ſunt *Arias Montanus* Tom. VIII. Critic. Anglic. *Io. Bapt. Villalpandus* in commentario ad Ezechielem, *Athanaſ. Kircherus* in Turri Babel, *Iulius Bartoloccius* Tom. IV. Biblioth. Rabb. p. 158. ſq. *Claud. Bouteroue* in Examine curioſo monetarum Galliæ, (ex quo, quæ huc pertinent, recenſentur in *Rich. Simonis* Biblioth. Crit. T. II. c. 27. & in Tom. II. Hiſt. Crit.

Digitized by Google

Crit. Reip. Literar. p. 65. ſq. ubi habes excerpta epiſtolæ de numis Samaritanis ad Relandum exaratæ) *Io. Harduinus* in Operibus Selectis paſſim, & in epiſtola de tribus numis Samaritanis Toinardi, quæ legitur Tom. XXI. Biblioth. Univerſalis Parte II. pag. 131. ſq. *Caſp. Waſerus* in libello de Numis Hebræorum, *Io. Henr. Hottingerus* de Numis Orientalium, inprimis autem *Steph. Morinus* in Exercitat. II. de Lingva Hebræa, *Adrianus Relandus* & *Io. Bapt. Ottius* in diſſertationibus de Numis Samaritanis, Amſtel. 1702. & Traj. ad Rhen. 1704. cujus poſterioris Tabula numorum Samaritan. prodiit Tiguri 1711. *Iac. Baſnage* in calce Tomi VI. Hiſtoriæ Judaicæ, & noviſſime omnium *E. Soucietus*, S. J. in Collectione Diſſertatt. Criticarum Gallice editarum p. 1. ſqq. Ex noſtratibus autem *Wilhelmus Schickardus* in Bechinat Happeruſchim pag. 82. *Herm. Conringius* de Numis Hebræorum, Celeb. *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Comment. de Cauſis Lingvæ Hebr. pag. 201. ſqq. Cl. *Cornel. Dietericus Koch* in diſſ. duplici, altera de re numaria V. & N. Teſtamenti, Helmſtad. 1711. altera de Numorum Hebraicorum inſcriptionibus Samaritanis, ib. 1712. ac noviſſime Rev. *Salomon Deylingius* Parte III. Obſervationum Sacrarum Obſ. XXV. quæ de Re numaria veterum Hebræorum exponit.

Non patitur inſtituti mei ratio, ut referam, in quam diverſas ſententias tum de ætate horum numorum, tum de ſenſu ipſarum inſcriptionum &c. eruditi abierint. Suffecerit igitur ad ſcopum noſtrum, breviter obſervaſſe, quod præſtantiſſimi ex iis, quos laudavimus, Viris, nominatim *Hottingerus* & *Relandus* evicerint, numos illos omnes poſt captivitatem Babylonicam tempore Haſmonæorum cuſos demum fuiſſe, adeoque minime omnium idoneos eſſe ad controverſiam de antiqvitate characteris Samaritani componendam. Accedit, illas literas, quæ in numis, quos Samaritanos vocant, leguntur, a Samaritanis differre, quod omnino manifeſtum fit, ſi comparentur cum characteribus Samaritanis, qui in MSS. Codd. obſervantur. Hinc recte Celeb. Læſcherus loco modo laudato p. 206. *Sunt illæ equidem*, inquit, *Samaritanis perſimiles, ſed nec diſſimiles iis, quas nos Hebraas dicimus, nonnunquam etiam a ſe ipſis tantum ferme differentes, quantum differunt ab Hebrais.* Adde idem ſentientem doctiſſimum *Salom. Deylingium* Parte III. Obſervationum Sacrarum p. 190. qui præterea obſervat, numos hos non a Samaritanis, ſed a Judæis * omnino

* Idem ſtatuit *Soucietus* in Collectione Diſſertatt. ſæpe citatæ Diſſ. I. pag. 70. ſqq. quam vide.

Digitized by Google

mnino cuſos eſſe, quod & inſcriptiones & vaſa ad templi Hieroſolymitani ornatum pertinentia evincunt. Quis vero credat, Judæos Samaritanorum, quos immani odio proſequebantur, literis uſuros fuiſſe? Hinc relinquitur, vel duplicem eo tempore characterem in uſu fuiſſe apud Judæos, ſacrum alterum, alterum profanum in numis receptum, quæ multorum eſt ſententia; vel literas illas numarias ex genuinis illis Hebraicis procedente tempore, ut fieri ſolet, ita, ut hodie conſpiciuntur, mutatos eſſe. Quicquid veri videatur ſimilius, neutrum ſane Samaritanarum literarum patronis ſuffragabitur. Conferatur huc Cl. *Soucietus* S. I. in Collectione Diſſertatt. Critic. gall. edita Pariſ. 1715. Diſſert. I. de Numis Hebraicis, ubi fuſe oſtendit, illas, quas Samaritanas vocamus, literas, re vera genuinas Hebræorum eſſe, præterea vero p. 143. ſqq. affirmat, (primus & forte ſolus) Codicem Sacrum Hebræum ſuccedente tempore nunc Samaritanis illis, qui vocantur, nunc quadratis, quas hodie habemus, literis exaratum eſſe. Id quod inde patere putat, quod menda in Hebræo Codice exſtent alia, quorum ratio ex charactere Samaritano reddi, alia vero, quorum origo ex quadrato tantum repeti poſſit.

Ex his obſervatis reſponderi ſimul poteſt ad argumentum; quo Hieronymus ad Ezech. IX. 4. uſus eſt. Quando enim ibi Deus præcipit התוית תו in fronte virorum gementium, id quidem de litera ת interpretatus eſt Divus Pater, cumque recordaretur literam Tau in Samaritanorum alphabeto, quod tum viderat, crucis formam ſecum ferre, affirmavit inſuper, crucis ſignum impreſſum fuiſſe ſignandorum frontibus, atque, ut huic conjecturæ fidem faceret, ſecure adjunxit: *antiquis Hebræorum literis, quibusque hodie utuntur Samaritani, extrema thau litera crucis habet ſimilitudinem.* Non jam cumulabo, quæ Viri eruditi ad hunc locum ita monuerunt, ut, quod hinc petitur, gratis aſſumtum appareat, ſed id tantum commemorabo, Hieronymum de Samaritanarum literarum figura judicaſſe ex illis, quas vel in numis, de quibus diximus, vel in aliis monimentis conſpexit. Ex his vero ad antiquas illas argumentum ducere non licet. In numis ſane ita formari hodie amplius dubitari non poteſt, quod recte monuit *Adrianus Relandus* in epiſtola de numis Samaritanis, quæ exſtat in Novis Reipubl. Literar. 1705. p. 153. Confidentius itaque Scaliger olim affirmavit, *nihil falſius ab Hieronymo dici* potuiſſe, rectiusque in medio rem reliquit *David Clericus* in

Quæ-

Quæſtionibus Sacris Quæſt. VII. p. 43. ſqq. In univerſum vero huic argumento parum tribuit *Rich. Simon* in Hiſt. Critica V. T. lib. I. c. 13.

II. Sufficiant hæc de literis, quibus Pentateuchus Hebræo-Samaritanus exaratus eſt. Nunc de ipſo illo Pentateucho ſtrictim dicemus, ita quidem ut primo loco de ejus codicibus, tum manu exaratis, tum in lucem editis, altero de ejusdem conditione exponamus. MSS. Codices varii exſtant. Unus eorum occurrit in Bibliotheca Oratoriana Pariſienſi n. 60. ex dono Achillis Harlæi, Epiſcopi Maclovienſis, qui illum emi ſibi curaverat Damaſci. Hic in folii forma pulcherrimis literis nulla cum litura in charta vitulina deſcriptus eſt, & ad duos ſucceſſive Samaritanorum Sacerdotes pertinuit. Vide plura de eo apud Petrum a Valle, qui eum ab ipſis Samaritanis accepit, Tom. I. Itinerarii ep. 13. & in epiſtola ad Tengnagelium, quæ legitur apud Lambecium Tom. I. comment. de Biblioth. Vindobon. p. 185. Adde *Jo. Morini* præfat. ad Biblia Polyglotta Pariſ. qui inter cetera teſtatur, eum adhibitum fideliterque & ad amuſſim expreſſum ac latinitate donatum fuiſſe in iſta Bibliorum Polyglot. editione.

Alius Codex isque antiquiſſimus, ut vel ex ipſis membranis & detrito charactere judicare licet, ſed idem ab initio Geneſeos per 17. capita priora, & a fine quoad totum Deuteronomium, ſi ſex priora capita exceperis, mutilus, reperitur in Bibl. Regia Pariſ. n. 311. De eo lege Iſaac. Voſſium cap. XXIX. Diſſert. de LXX. Intt. p. 96.

Codex alius trilinguis, qui in medio Arabicam verſionem, a lateribus vero Hebræum & Samaritanum textum exhibet, ingentibus lacunis paſſim ſcatet, & ab initio XXXIV. capitibus mutilatus eſt. In fine Exodi A. C. 1227. ſcriptioni aſſignatur. Emi illum curavit Peireſcius Damaſci A. C. 1631. translatum in Biblioth. Regiam Pariſ. ubi exſtat n. 310. idemque laudatur a Morino in præfat. ad Biblia Polygl. Codex iterum alius in folio amplo, A. C. 1560. exaratus. prope integer, niſi quod ab initio una pagina deſit, (quæ tamen alia manu reſarcitur.) & alibi una & altera lacuna inveniatur. Eum Peireſcius Cardinali Barberino legavit teſtamento. Deſcribitur a Morino in eadem præfat. ut & in Antiquitatibus Eccleſ. Orientalis p. 19. itemque a Gaſſendo in Vita Peireſcii p. 377.

Codices tres a Peireſcio, poſt peractam editionem Pariſienſem, ad ſe perveniſſe ſcribit Morinus tum in præfatione eadem, tum in Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis p. 261.

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus, membranaceus in fol. Pariſiis in Muſeo Cl. Nolinii.

*Idem*, exemplar vetuſtum in Biblioth. Cottoniana pag. 40. Catalogi.

*Idem* in Bibliotheca Bodlejana, ex legato Guil. Laudi, cod. 624. De utroque illo, Cottoniano & Laudano lege *Jo. Seldenum* in calce libri de ſucceſſionibus in bona defunctorum, qui utrumque vetuſtum, Cottonianum vero ante annos 270. i. e. A. C. 1362. deſcriptum eſſe teſtatur. Confer *Uſſerii* Vitam p. 50. Poſterior, nempe Laudanus iſte, a principio & fine mutilus eſt.

*Idem* in Bibl. Vatic. de quo lege Antiquitates Eccleſiæ Oriental. p. 143. unde intelliges, illud exemplar trecentorum aureorum pretio comparatum eſſe.

*Idem* in Biblioth. Bodlej. cod. 3127. & iterum alius n. 3129. in fol. minori acephalus & valde lacerus: uterque olim Jac. Uſſerii.

*Idem* ibidem n. 5328. olim Eduardi Pocockii. Uſſerius quidem in epiſt. ad Lud. Capellum ad calcem Syntagm. de LXX. Intt. p. 215. teſtatur, ſe ex Syria & Palæſtina quinque vel ſex exemplaria Pentateuchi Samaritani ſibi comparaviſſe, inter quæ procul dubio bini, quos laudavimus, Codices fuerunt.

*Idem* in 12. codex antiquiſſimus, in Bibliotheca Ambroſiana, teſte Cl. *Montfauconio* p. 11. Diarii Ital.

*Idem* in Biblioth. Leidenſi cod. 7. p. 292. Catal.

Codex Damaſci in pergameno exaratus & per Golium advectus, exemplar elegans, teſte Hottingero p. 128. Bibliothecarii Quadripart.

*Idem* in Biblioth. Vindobon. Vide Antiquit. Eccleſ. Oriental. p. 288. quem tamen fruſtra ſe quæſiviſſe ſcribit *Lambecius* p. 114. lib. 1. de hac Bibliotheca.

Samaritani falſo Pentateuchum quendam, tempore Phineas deſcriptum, venditant, quam in rem vide Rich. Simonem in Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. c. 23. Hunc Codicem Neapoli in Syria apud Sicemitas vidit Rob. Huntingtonus, & antiquitatem ejus mendaciis abſolvi expertus eſt, quod patet ex epiſtolis ejus ad Jobum Ludolfum ſcriptis p. 49. & 56. Conf. *Th. Smithum* in Vita Huntingtoni p. 14.

Tutius credo audietur ejusdem Thomæ Smithi in Vita Rob. Huntingtoni p. 15. judicium, quod ſcilicet Pentateuchi Samaritanorum, ſi ex

Digitized by Google

ex Cottoniano, Bodlejano & Huntingtoniano judicare liceat, quadringentorum aut quingentorum annorum ætatem non ſuperent.

III. Pentateuchus Hebræo-Samaritanus juxta Codicem Oratoriarum juſſu Eminentiſſimi Cardinalis Berulli edi cœptus an. 1628. & excuſus an. 1632. & Pentateuchus idiomate Samaritano, ſtudio Jo. Morini, cum ejus verſione Latina. V. Tom. V. Bibl. Polyglott. Pariſienſ. 1645. De hac editione vide ipſum Morinum in Antiquitatibus Eccleſ. Orientalis p. 140. & p. 253.

*Idem* cum eadem verſione Latina, editio emendatior, licet ab omni ſphalmate non immunis, ex tribus Codicibus Uſſerianis: in Bibl. Polyglott. Londinenſ. 1657.

Geneſeos IV. prima capita Hebræo-Samaritana & Latina in *Georg. Othonis* Palæſtra lingvarum Oriental. Francof. ad Mœn. 1702. in 4.

Ex his de hiſtoria editionis facile conſtabit, de qua præterea conſuli poteſt *Io. Henr. Hottingerus* in Promtuario ſuo, ſive Bibliotheca Orientali p. 304. ſqq. itemque Collectio epiſtolarum, quæ ſub titulo Antiquitatum Eccleſiæ Orientalis prodiit.

IV. Quod ad ipſam Pentateuchi hujus conditionem attinet, tres inprimis, obſervante *Hottingero* in Exercitationibus Anti-Morinianis pag. 32. ſq. ſententiæ ſe offerunt. Alii eum cum Hebræo prorſus convenire etiam in minimis opinati ſunt, ut, poſt Hieronymum præfat. in librum Regum, ſtatuit *Ioſephus Scaliger* in de Emendat. Temporum pag. 661. & 663. Alii iique Iudæi, pro immani odio, quo in Samaritanos feruntur, per calumniam eos corrupti hinc inde Pentateuchi Moſaici poſtularunt, iis in locis, ubi ab hoc crimine omnino liberi ſunt. Lege eorum loca apud Morinum l. c. p. 39. ſq. Alii in alterum extremum declinantes, diverſitates nonnullas, easque non levis momenti obſervantes, eas probandas omnino, ipſumque adeo Codicem genuinum illud & authenticum Moſis exemplar eſſe crediderunt, qui non ſolum Judaico æqualis, ſed infinitis quoque modis eodem ſuperior ſit. Hanc ſententiam invexit & ornavit *Io. Morinus* in præf. ad verſionem LXX. Intt. Pariſ. 1628. editam in Exercitationibus Eccleſiaſt. ad Pentateuchum Samaritanum Pariſ. 1631. itemque in Opuſculis Samariticis Pariſ. 1657. in 8. & in Epiſtolis illis, quæ ſub titulo Antiquitatum Eccleſiæ Orientalis Lond. 1682. 12. prodierunt. Ejus veſtigiis inſtitit *Lud. Capellus* in Critica Sacra lib. III. c. 20. His denique quarta claſſis ſe oppoſuit, eorum ſcilicet qui ex inſpectis ipſis Samaritanorum codicibus partim novitatem, partim corruptelas vari-



Digitized by Google

as in lucem protulerunt, eademque opera de auctoritate, in quam a nonnullis male ſedulis collocatus erat, mature deturbarunt. Primus Exercitationes Morini caſtigavit *Simeon de Muis*, Aurelianenſis, Profeſſor Hebr. literarum Pariſienſis, in Aſſertione Veritatis Hebraicæ prima, quæ prodiit Pariſ. 1631. 8. & Altera, quæ lucem vidit ibidem 1634. Muiſio cum obviam ire conatus eſſet Morinus in *Diatribe Elenctica* Pariſ. 1639. edita, cauſam meliorem ulterius defendit Muiſius in *Aſſertione Hebraicæ veritatis tertia*, quæ etiam inſcribitur *Caſtigatio Animadverſionum M. Ioannis Morini, in cenſuram Exercitationum Eccleſiaſt. ad Pentateuchum Samaritanum*, Pariſ 1639. 8. Opera ejus probavit ſe *Richardo Simonio* in Hiſtor. Critica V. T, lib. III. c. 13. Secundum in hac palæſtra eumque ſtrenuum Athletam egit ex Reformatis *Io. Henr. Hottingerus* in *Exercitationibus Anti-Morinianis* de Pentateucho Samaritano, ejusque udentica authentia, Tiguri 1644. 4. Iuvenilis hic labor eſt, ſed ita tamen comparatus, ut inter ſcripta ejus præcipuam laudem ferre viſus ſit Rich. Simoni l. c. p. 96. quam in rem aliorum conſentientia teſtimonia leges in *Pet. Balii* Dictionario Hiſtorico-Critico Tom. II. p. 1615. in notis Ipſe vero Morinus de acerbioribus Hottingeri in ſe animadverſionibus conqueritur in epiſtola ad Buxtorfium p. 511. ſq. Antiquitt. Eccleſiæ Orientalis. Iisdem partibus ſe junxit *Arnold. Bootius*, primum quidem in Examine præfat. Morini in Biblia Græca, quod ſub ipſius & *Franc. Taylori* Angli nomine prodiit Lugd. Bat. 1636. 12. quodque *majoris Voluminis, contra Samariticas illas ſeu Pſeudo-Eccleſiaſticas Exercitationes olim a ſe elaborati portionem & appendicem ipſe vocat* Bootius p. 3. Vindiciarum, * tum in Epiſtola ad Uſſerium an. 1650. de Critica Capelli ſcripta; tum denique adhuc diligentius in Vindiciis ſeu Apodixi Apologetica pro Hebraica veritate contra duos noviſſimos & infenſiſſimos ejus hoſtes Joan. Morinum & Ludov. Capellum, Pariſ. 1654. 4. Has vindicias extorqueri ſibi paſſus eſt Bootius, poſtquam Morinus in *Diatribe Elenctica* & *Capellus* in ſingulari contra epiſtolam modo laudatam Apologia vehementius in ipſum eſſent invecti. Capello quoque occurrit *Io. Buxtorfius* in Anti-Critica ſua Parte II. c. VII. ac denique omnium diligentiſſime Jo. Morinum retudit *Stephanus Morinus* Prof.

* Idem Bootius in præfat. ad Animadverſiones ſuas ſcribit, ſe 28. ætatis anno Anti-Samaritanum opus prolixum, capitibus 60. conſtans, contra Morinum elaboraſſe, quibus deinde caput LXI. contra præfat. Morini in Biblia τῶν LXX. addiderit, quod ſeorſim in 12. ſit excuſum, cum totum opus, quod libenter voluiſſet, ob ingruentem peſtilentiam Lugduni Batav. excudi non potuerit.

Prof. Lingvarum Oriental. Amſtelodamenſis, in Exercitationibus de Lingva primæva ejusque appendicibus, Ultrajecti 1694. in 4. editis, quarum II. fere integra in hoc argumento occupatur. Præter hos ſummatim Morinianam ὑπόθεσιν hinc inde improbarunt ex noſtratibus *Thomas Bangius* in Cœlo Orientis pag. 216. ſeqq. *Abrab. Calovius* in Critico Sacro *Auguſtus Pfeiferus* in Critica Sacra c. IX. p. 278. *Chriſtianus Kortholtus* de variis Sacræ Scripturæ editionibus pag. 288. ſq. *Matth. Waſmuthus* Vindiciar. Parte I. cap. 1. *Henr. Kippingius* in Exercitat. de Scriptura Sacra, & noviſſime Celeb. *Io. Franc. Buddeus* in Hiſt. Eccleſ. V. T. Part. II. pag. 997. ſeqq. ex Reformatis autem *Io. Leusdenius* in Philologo Hebræo mixto diſſ. 8. *Nic. Fullerus*, Anglus, Miſcellan. Sacr. lib. IV. cap. 4. & *Io. Meyer*, Profeſſor Harderovicenſis, in diſſertat. de Codice & calculo Hebræo præferendo Samaritano & Græco, quæ ſubjecta eſt ejus Seder Olam, *Amſtelod.* 1699. in 4. Atque hi quidem, quos memoravimus, ex Proteſtantibus ſunt, qui communiter ita appellari nunc conſveverunt. His, ut ægre faceret, poſtquam ab iis diſceſſerat Morinus, ſententiam hanc & protuliſſe & ornaſſe nonnullis viſus eſt, perſvaſus ſcilicet, ſe, ſi res procederet, præcipuum cauſæ eorum præſidium, quod in textu Hebræo repoſitum habent, feliciter & primo omnium evertiſſe. Recte enim monet & Morino æque ac Capello exprobrat *Arnoldus Bootius* in Vindiciis ſuis pro veritate Hebraica p. 3. *quod hactenus ne unus quidem exſtiterit, qui ſuper hac re idem ſentiret, ac publice defenderet cum Capello inter Reformatos, aut cum Morino inter Pontificios.* Interim tamen nec ſuis Morinus approbare Syſtema ſuum ſatis potuit, aut prohibere, quo minus ab iisdem rejiceretur. Inter eos hic laudabo *Rich. Simonem* lib. I. Hiſt. Crit. V. T. cap. XI. & XII. ubi p. 62. Samaritanum Pentateuchum ſupra Hebræum nimium extollere Morinum affirmat; *Natalem Alexandrum* in Diſſert. VIII. earum, quæ ad illuſtrandam ætatem Primam V. T. pertinent, nec non *Ludov. Eliam Dupin* in Diſſert. Præliminari c. V.

Atque ab horum partibus omnino ſtandum exiſtimo, ſequentibus inprimis rationibus adductus. Manifeſtum eſt, Pentateuchum Samaritanum ex Hebræo prototypo, non hoc ex illo deſcriptum fuiſſe, quia exſcriptor Samaritanus ſæpiſſime diſcedit ab Hebræo iis in locis, ubi literarum Hebræarum inter ſe affinitas magnam errori originem dare potuit. Hoc argumentum primum a Guil. Eyrio in epiſtola ſingulari ad Jac. Uſſerium urgeri cœpit, idemque poſt Hottingerum a Steph. Morino excuſſum eſſe diligenter & data opera, paulo ante monuimus. Deinde

dantur errores ab ipſis Samaritanis malitioſe in Pentateuchum commodi ſui cauſa illati; errores, ex quibus ſenſus emergit incongruus & a ſtylo Spiritus S. alienus; errores pleonaſmum inconditum ſecum ferentes; errores contra λέξιν & γραμματικὴν Hebræam commiſſi; errores, qui, ſive malitia ſive negligentia commiſſi fuerint, contextum ſacrum mutilant. Quæ quidem ſingula Hottingerus idoneis munit firmatque exemplis, ut nihil omnino cum ratione reponi poſſit. Inter corruptelas illas varii generis eminet omnino ea, quæ Deuteronom. XXVII. 4. illata eſt, ubi cauſæ ſuæ inſervituri Samaritani pro monte *Ebal*, Gariſim ſubſtituere temere aggreſſi ſunt. Nec ſufficient unquam ulli colores ad corruptionis labem ab illis detergendam. Vide eruditiſſimi amiciſſimique nobis *Maturini Veyſſiere la Croze* Dialogos de variis argumentis hiſtoricis & Literariis &c. p. 145. ſqq. contra V. C. Jac. Basnagium, qui eorum patrocinium in Hiſtoria Judæorum Tom. I. p. 302. ſuſceperat, diſputantis. Quod ad ſupplementa incongrue addita multum inprimis tribuit *Morinus* Exercit. III. p. 219. illi, quod Geneſ. IV. 8. contra Hebræi textus exemplum deprehenditur, initium colloquii Caini cum Abele repræſentans, atque ita comparatum, ut eo opus eſſe veri nonnullis ſimile viſum ſit vel ex ipſa defectus nota, quæ in Codicibus Hebraicis inveniri paſſim ſolet. Sed, ut taceam cetera, quæ de hac re monuerunt eruditi (vide quos laudat Cl. *Jo. Albertus Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 104.) MSS. Codices præſtantiores, quos etiam editiones nonnullæ ſeqvuntur, Piska illud ſeu lacunæ indicium omittunt, ſicut & fide MSS. omittendum omnino putat R. *Menachem de Lonzano* in libello אור תורה p. 2. b. Confer *Richard. Simonem* in Bibliotheca Critica Tom. IV. ep. 27. & *Theodor. Hackſpanium* in Tract. de uſu librorum Talmudic. p. 407.

Antiqvum itaque & primævum illud Moſis exemplar Samaritanum non eſſe, ut ſuperiora evincunt; ita in quam ætatem primæ ejus, qvalis nunc eſt, origines incidant, & cui vel quibus corruptelæ iſtæ acceptæ ferendæ ſint, non æque patet. Doſitheum Samaritanum, cujus diſcipulus inter plures fuit Simon Magus, in ſuſpicionem factæ fraudis vocavit *Iacobus Uſſerius* in epiſtola ad Ludov. Cappellum ad calcem Syntagmatis de LXX. Interpr. pag. 215. *Cumque*, inquit is, *ab Euſebio Cæſarienſi, Diodoro Tarſenſi, Hieronymo Stridonenſi, Cyrillo Alexandrino, Procopio Gazæo & aliis citatum inveniſſem apud Photium in Biblioth. cod. 231. decreti Synodici Eulogii Patriarchæ Alexandrini in Samaritanos editi argumentum exponentem, tandem reperi*

*reperi librorum Moſaicorum, a Samaritis receptorum, depravatorem fuiſſe Doſitheum illum, cujus in lib. I. contra Celſum Origenes meminit.* Conferatur idem hinc inde in Epiſtolis, ſpeciatim ep. 267. Quod ſi quis vero accuratius conſideraverit, quæ pro hac ſuſpicione a Doſitheo amolienda contra Uſſerium, non nominatum, diſſeruit *Brianus Waltonus* in Prolegom. XI. §. 11. eam conjecturam ad minimum incertam, ſi non prorſus repudiandam, ſtatuet. Unde nec probabilis viſa eſt *Rich. Simoni* in Supplemento ad Leonis Mutinenſis hiſtoriam de Judæis hodiernis p. 168. Hinc nec refert hoc loco diſputare, utri Doſitheo, antiquiori an recentiori illi, fraus iſta accepta ferri debeat. De utroque vide, ſi placet, quos diligentiſſime laudavit B. Ittigius in diſſ. de Hæreſiarchis c. I. §. 3. Confer ejuſdem appendicem pag. 3. & Selecta Capita Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Sec. I. pag. 254. ſq. Ceterum Pentateuchum olim a Doſitheo corruptum, & talem ab aſſeclis ejus lectum eſſe, affirmat *Abrah. Ecchellenſis* in not. ad Hebed Jeſu. Id quod de particularibus quibusdam Codicibus admitti facile poteſt, nihil autem facit ad univerſalem illam corruptionem, quæ hodie omnes occupat, eidem imputandam.

Optandum omnino erat, ut exſtarent notæ *Lud. de Dieu* in Pentateuchum Samarit. quas eum meditatum eſſe conſtat ex comment. ejus in Matthæi XIX. 5.

V. Pentateuchus hic Hebræo-Samaritanus in alias lingvas translatus eſt, Samaritanam ſcilicet, quæ Chaldaicæ affinis eſt, Arabicam, & Græcam. De ſingulis pauca dicemus.

*Samaritana* verſio Mich. de Jay in præfat. ad Biblia Pariſienſia facta videtur eo tempore, quo cum Judæis in religione adhuc convenerunt Samaritani. Sed nihil omnino in ipſorum ſcriptis legas, quo vel de auctore vel de tempore elaborationis certior reddaris. Antiquam, *Waltono* judice, Prolegom. XI. §. 20. credas, quia oblivio lingvæ Hebraicæ, quæ vernacula eſſe deſierat, originem ipſi æque, ac Paraphraſibus Chaldaicis ſuppeditat. Hæc oblivio autem vel uſus minus vulgaris obrepſiſſe illis videtur non multo poſt exſtructum templum Garizitanum. Quod ad conditionem ejus attinet, viſa illa quidem eſt Morino textum Hebraicum ubique preſſe ſequi, quod tamen non omnino verum eſt, teſte *Waltono* l. c. §. 20. quamvis ab *Huetio* idem creditum fuerit in lib. de Claris Interpret. §. 26. Hujus

Codicem MS. in fol. integrum ſplendide compactum & nitide in charta ſericea, A. C. 1542. ſeu rectius 1514. ſcriptum, Damaſci Petrus a Valle

Valle reperit & Romam 1626. detulit, de quo vide ipſius *Valle* Itinerar. Vol. I. ep. 13. *Morinum* Exerc. IV. in Pentat. Samarit. p. 370. & in Antiquitat. Eccleſ. Oriental. ep. 21. pag. 160. & 194. item *Lambec.* Tom. I. Comment. de Biblioth. Vindobon. p. 185.

Pentateuchus Hebræo-Samaritano-Arabicus charactere Samaritano, olim Peireſcii nunc in Biblioth. Regia n. 310. Prodiit illa verſio Samaritana cum interpretatione Latina auctore *Ioanne Morino* in Polyglottis Pariſ. 1645. iterumque in Londinenſibus an. 1657.

*Horæ Samaritanæ*, i. e. excerpta Pentateuchi Samaritanæ verſionis cum Latina interpretatione nova & annotationibus perpetuis, ſtudio *Chriſtoph. Cellarii* in 4. Cizæ 1682. & 1705.

Geneſeos quatuor priora capita Samaritane & Latine per Georg. Othonem, Francof. ad Mœn. 1702.

Verſio altera eſt *Arabica*, incerti auctoris & temporis, ſed poſt Saadianam adeoque poſt A. C. 900. confecta, cum illam Saadiæ nonnunquam ſequatur, quod ex annotationibus Samariticis Tomo ultimo Bibl. Polyglott. inſertis patet. Abit itaque nonnunquam a Chaldaica, & nunc propius ad Hebræum textum accedit, nunc emphaſin preſſius urget, judice *Hottingero* p. 142. diſſert. de translationibus Biblicis in lingvas vernaculas.

Exſtat illa circa A. C. 1524. in fol. a quodam Helion ſcripta in Bibl. Bodlej. cod. 3128. inter Uſſerianos. Ibidem ex dono Joſephi Taylor n. 3133.

Pentateuchus Samaritanus in Arabicam Lingvam converſus, codex MS. rariſſimus & quantivis pretii, Damaſco in Galliam primum transportatus exſtitit in Bibliotheca Salomonis van Til, teſte Catalogo ejus p. 149.

Præter has *Græca* quoque ex Samaritano exſtitiſſe olim nonnullis viſa eſt, ideo, quod & in ſcholiis Græcis ad editionem τῶν LXX: Romanam, & a Patribus Eccleſiæ pluribus Pentateuchi Samaritani mentio fiat. Vide *Morinum* in Exercitat. III. ad Pentat. Samarit. p. 219. & *Hottingerum* in Exercitat. Anti-Morinian. p. 28. & in Theſauro Philolog. p. 282. ubi eam ad Alexandri M. tempora refert. Alii vero, ſpeciatimque Waltonus in Prolegomeno XI. §. 22. ſuſpicati ſunt, ea loca non tam ex interpretatione aliqua Græce facta, quam ex inſpecto ipſo Samaritano codice petita eſſe, quod tamen, ut credamus, vix pati videtur imperitia lingvæ Samaritanæ, in qua verſatos eſſe primos Eccleſiæ Doctores con-

ſtat.

ſtat. Alii itaque innui a veteribus putarunt verſionem Græcam Symmachi, quippe qui Samarita fuerit, & verſionem ſuam ex Codice Samaritico confecerit. Hanc conjecturam propoſuit B. *Io. Fridericus Mayerus* in Diſſert. de notis veterum Bibliorum pag. 207. Hiſtoriæ verſionis Lutheri, & ornavit Cl. *Io. Albertus Fabricius* in Biblioth. Græca lib. III. pag. 337. Illi autem obſtare videtur Procopius Gazæus, qui in limine commentarii ſui in Deuteronomium in eadem pagina, in qua repetitis vicibus Samariticum exemplar laudaverat, ſtatim ad Symmachi teſtimonium provocat. Sic & *Morinus* Exercitat. III. in Pentat. Samarit. p. 232. duplex exemplum affert diſcriminis inter Samariticum codicem & Symmachum. Unde Cl. le Longio p. 213. Biblioth. Sacræ conſultum viſum eſt, ſtatuere, & Procopium, & reliquos illos Patres, Samaritanæ linguæ per ſe ignaros, ex ipſis Samaritanis requiſiviſſe & intellexiſſe, quomodo exemplar eorum haberet.

VI. Præter Pentateuchum nihil quicquam Codicis Sacri receperunt Samaritani, cujus inſtituti cauſam exponit *Waltonus* in Prolegom. XI. §. 8. & *Petrus Allixius* in Conſiderationibus ſuis ſuper libros Scripturæ Sacræ ſpeciatimque Geneſin c. 3. Exſtat quidem & memoratur ab eorum Scriptoribus *liber Iofue*, ſed longe diverſus (quamvis eundem crediderit *Bonjurius* in Diſſ. de Canone libb. Sacr. p. 12.) imo omnino alius ab eo, quem Hebræus Codex nobis ſiſtit. Deſcribam illum Scaligeri, qui ipſe poſſedit, verbis ex lib. VII. de Emendatione Temporum p. 669. *Habemus*, inquit is, *Samaritanorum magnum Chronicon ex Hebraica lingva in Arabicam converſum, ſed charactere Samaritano deſcriptum. In eo ſunt multa cognitu digna, quamvis aliquando commentis Samaritanis incruſtata. Is liber incipit ab exceſſu Moſis, deſinit infra tempora Imperatoris Adriani. Propterea vocatur liber Ioſue, quod ab exceſſu Moyſis & Ducatu Ioſue incipit.* Summa ejus capita ex MS. Scaligeri, in Bibliothecam Academicam Leidenſem delato, exhibuit *Hottingerus*, integram ejus verſionem pollicitus, in calce Exercitationum Anti-Morinianarum, & inde Cl. *Io. Albertus Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 878. apud quem & alios de hoc Chronico commentantes laudari videbis. Ad illud paſſim quoque provocat Cl. *Relandus* Parte II. Diſſertationum Miſcellanearum. Huc pertinet, quod Samaritani in epiſt. ad Jobum Ludolfum a B. Cellario edita p. 2. profitentur, ſe non legere publice alium librum Biblicum præter Pentateuchum; habere vero librum Joſuæ filii Nun, non autem legere libros Prophetarum Judæorum. Dubitat ibi *Ludolfus* in notis p. 21. num Scaliger recte il-

lum de Chronico Samaritanorum acceperit, de quo nunc non amplius dubitatur.

Appendicis loco adjicere hic liceat Scriptores præcipuos, qui ſingularia quædam argumenta, ad Samaritanos pertinentia, perſecuti ſunt, ex quibus ea, quæ ante a me dicta ſunt, illuſtrari poſſint.

Ita de *doctrinis* eorum commentatur *Rich. Simon* in Supplemento ad Leonis Mutinenſis narrationem de Judæis hodiernis, p. 146. verſ. Lat. Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tom. I. pag. 198. ſqq. *Adrian. Relandus* Parte II. Diſſertatt. Miſcellanearum, & *Io. Henr. Hottingerus* in Smegmate Orientali lib. I. c. 8. p. 437. ſqq. ubi excerpta bene longa ex libro Joſuæ ſeu Chronico Samaritanorum cum addita Latina verſione invenies. Huc faciunt etiam Antiquitates Eccleſiæ Orientalis, Londini 1682. editæ & Lipſ. in 12. recuſæ, ubi inter cetera duæ Samaritanorum epiſtolæ leguntur, quibus jungi debent illæ, quas ad Jobum Ludolfum ſcriptas cum Latina verſione & notis edidit Chriſtophorus Cellarius, Cizæ 1688. in 4. Idem Cellarius *res* Samaritanorum *Geographicas*, *politiam* quoque, *religionem* & *rem literariam* illuſtravit in Collectaneis hiſtoriæ Samaritanæ, Cizæ 1688. in 4. editis. Conferantur quoque *Herbelotus* in Biblioth. Orientali pag. 753. & Epiſtolæ Rob. Huntingtoni Lond. 1704. in 8. editæ.

De *erroribus* Samaritanorum *Simeonis Stylitæ*, junioris, epiſtola ad Juſtinianum Imperatorem Tom. V. Actorum Sanctorum menſis Maji pag. 302. ſq. legitur. Reſurrectionem ſpeciatim illos negaſſe Judæi contendunt, & alii eorum exemplo decepti, contra quos lege *Humfredum Hody* in libro Anglicano de reſurrectione ejusdem corporis aſſerta, *Relandum* Parte II. Diſſertatt. Select. pag. 19. & *Abrah. Ecchellenſem* ad Chronicon Orientale f. 145.

*Idola* Samaritanorum recenſet *Athanaſ. Kircherus* in Oedipo Part. I. pag. 367. ſqq.

*Chronologia* Samaritana ab Hebræorum illa multum recedit, quod manifeſtum eſt ex laterculis binis Chronologiæ Samaritanæ, *Eduardi Bernardi* opera confectis, qui in Actis Eruditorum anni 1691. p. 167. ſq. leguntur.

*Computus* ediſſeritur a *Scaligero* de Emendatione Temporum p. 657. & *Rob. Huntingtono* epiſtol. p. 52. unde intelliges, habere eos computum duplicem, Civilem ſive Mahomedicum a tempore Hegiræ, & Eccleſiaſticum ſeu Græcum, ab Orbe condito.

*Schiſma*

Digitized by Google

*Schiſma* ipſorum captivitati Babylonicæ proxime accedere exiſtimat *Sam. Basnage* ad A. C. 30. n. 39. & 60. Vide & *Herm. Witſium* de X. tribubus Iſraëlis c. III. p. 334. ſqq.

De *nominibus* Samaritanorum variis legatur *Hottingerus* p. 47. Theſauri Philolog. *Druſius* lib. 3. c. 11. de tribus Sectis, *Scaliger* in Elencho Trihæreſii p. 23. & Cl. *Georgius Elieſer Edzard* ad Avoda Sara p. 292.

Sabbatum ſumma religione & plusquam Judaica colunt. Vide *Huntingtoni* epiſtolas p. 54. & eas quæ a Cellario editæ ſunt p. 3. item in notis p. 23. ut & p. 27. ubi tum in hoc tum in aliis capitibus cum Karæis comparantur, cum quibus eosdem diligenter confert *Relandus* in Diſſert. Miſcellan.

De Servatore noſtro & Chriſtianis bene loqvuntur, teſte *Huntingtono* p. 52. epiſtol.

Alia nonnulla obſervant *Druſius* in Præteritis p. 124. & de tribus Sectis, *Scaliger* item contra Serarium hinc inde, tum *Andr. Maſius* in Joſuam p. 204. & *Jo. Buxtorſius* in Lexico Talmudico p. 370.

## KARÆORUM

I. Codicem hoc loco penitus ſilentio præterire hoc minus poſſumus, quo magis ſuperiori ſeculo hinc inde inter eruditos de eo diſputatum fuit. Exploratum omnino cognitumque eſt, Karæos gente & religione Judæos eſſe, in nonnullis tamen capitibus ita a Judæis κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dictis, ſeu Rabbanitis, adeo diverſos, ut odio ferme internecino a ſe invicem ſejungantur. Præcipuum inter ea caput eſt averſatio traditionum Talmudicarum & omnis generis aliarum, quæ etiam ipſi Karæorum, i. e. Textualium ſeu Lectionariorum, qui in ſola Scripturæ lectione acquieſcant, appellationi occaſionem præbuit; ſicut viciſſim oppoſita factio Rabbanitarum, i. e. qui Magiſtrorum ſeu majorum placita ſimul ſeqvuntur, nomine inſignitur. Hæc diſſenſio nonnullis anſam præbuit cogitandi, ipſum quoque Codicem Sacrum alium apud Karæos deprehendi, & primo quidem non exſtare inter eos integrum, deinde vero punctis vocalibus deſtitutum, quippe quæ non minus, quam alia plura, inter traditiones numerandæ veniant. Sed falluntur egregie, qui ita ſentiunt, & propterea falluntur, quia res Karæorum fere in obſcuro hæſerunt, donec noſtra demum memoria ex ipſorum ſcriptis lucem acceperunt.

II. Ex his enim patet, eos integrum legere Codicem; quatenus



Digitized by Google

ille ex Pentateucho Moſis, Prophetis prioribus & poſterioribus, itemque Hagiographis conſtat. Pertinet huc locus *Mardochai* Karæi in diſſertatione epiſtolica ad Jac. Triglandium ſcripta, quam ſub titulo *Notitia Karaorum* Hamburgi an. 1714. in lucem protuli. *Quando vero*, inquit is p. 156. *Domine, interrogaſti, num Codex Scriptura, qui apud nos eſt, idem ſit cum eo, quem habent Rabbanita; ſcias, velim, in hac parte nullam eſſe inter nos diſſenſionem, diſcrimen nullum. Diſpoſitio enim Scriptura debetur Viris Synagoga magna, Viris optimis, ſuper quibus ſit pax, eo tempore facta, quo nulla inter eos fuit controverſia. Propterea in Codicibus noſtris nihil eſt vel ſuperflui, vel deficientis, nullum ὕςερον πρότερον, nullum Keri aut Ketibh, extra eam Scriptura diſpoſitionem, qua adhuc apud Rabbanitas exſtat. Et correcti quidem codices apud nos ſunt praſtantiſſimi, lectionemque Ben Naphthali ſequimur.* Ex his verbis tria conſeqvuntur. Primum, Karæos legere omnes libros Biblicos, in quos etiam commentarii eorum exſtant, qui in eadem commentatione paſſim laudantur. Conf. Cl. *Jo. Meyeri* Prolegomena ad Seder Olam pag. 185. ſqq. Deinde, non deeſſe illis obſervationes Maſorethicas, quod in notis ad Notitiam Karæorum p. 156. ex Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis pag. 520. & 574. & *Richardi Simonis* Biblioth. Critic. Tom. II. c. 10. p. 204. amplius evici. Denique vero hinc manifeſtum eſt, Karæos lectionem Occidentalium illi, quæ Orientalium eſt, præferre. Hinc apparet quoque, *Julium Bartoloccium* Tom. I. Biblioth. Rabbinicæ n. 57. Karæos præter rem accuſare, *quod rejiciant omnes ſacros codices præter Pentateuchum.* Id quod ipſi excidiſſe opinor, ſive quod Karæos cum Samaritanis confuderit, ſive, quia putabat, eos, qui in aliis pluribus capitibus ſecum invicem amice conſpirent, quod Cl. Relandus & alii ſupra citati oſtenderunt, in hoc quoque non diſſentire. Mireris itaque, ipſum *Leonem Mutinenſem*, Karæorum alioquin non ignarum, eandem illis ſententiam de ſolo Pentateucho recepto tribuere Parte IV. c. 1. §. 1. de ritibus Judæorum hodiernorum, contra quem vide diſputantem M. *Jo. Gottfr. Schupartum* in Diſſertat. de Secta Karæorum p. 107.

III. Vocalia puncta Karæos non habere alii crediderunt, & hoc uſi ſunt argumento ad probandam illorum novitatem in univerſum. Tradidit hoc ex Judæis auctor libri Coſri Parte III. §. 35. atque eum ſecurius ſecutus eſt *Jo. Buxtorfius* in Tract. de origine & antiquitate vocalium p. 300. & in Vindiciis Veritat. Hebr. p. 341. contrariam ſententiam recte tuentibus *Jo. Morino* in Exercitatt. Biblicis, & *Rich. Simone* in Hiſt. Critica V. T. lib. 1. c. 29. & ad Leonem Mutinenſem de ritibus hodiernorum

norum Judæorum pag. 138. ed. Lat. Idem enim Mardochæus, quem paulo ante citavimus, p. 152. diſerte affirmat, easdem ſibi eſſe vocales, quibus Rabbanitarum codices ſunt inſtructi, eademque opera antiquitatem vocalium, obſignatione Talmudis ſuperiorem, probat, quia, abeque ea ſi fuiſſet, Rabbanitæ non opus habuiſſent in Talmude ſuo hinc inde monere: *non legendum eſſe ſic*, ut codices communiter habebant, *ſed aliter*. Neque enim adfuiſſet alia lectio, ſed in ipſorum poteſtate fuiſſet poſitum legere, ut luberet. Cum autem recordarentur & probe ſcirent, in Karæorum manibus eſſe exemplaria Codicis Sacri punctata, conſultum putabant, diverſam lectionem non tanquam in codicibus ipſis exſtantem, ſed tanquam majorum exemplo ſubintroductam, commemorare. Adde, quæ obſervavi ad illum locum in notis. Interim tamen Karæi alienos ſe præſtant ab amplectenda mutatione illa punctorum, qua efficere voluerunt, ut voces, quas parum honeſtas putabant, *ἐυφημοι* redderentur. Hoc enim Maſoretharum inſtitutum diſerte improbant in libro MS. qui dicitur חלוק, ex quo locum attulit integrum *Triglandius* in diſſertat. de Karæis p. 317.

## VERSIO ARABICA

I. Codicis Biblici integri, a Judæo profecta non exſtat. Quamvis enim *Erpenius* in præfat. ad Pentat. Arabicum & alii quidam Saadiæ ejusmodi interpretationem acceptam ferant, ultra Pentateuchum tamen opera ejus non proceſſiſſe videtur. Vide, quæ hanc in rem diximus Parte I. p. 934.

*Pentateuchus* itaque a R. Saadia Gaone, qui A. C. 927. floruit, Arabice factus exſtat MS. in Bibl. Bodlejana cod. 5814. Eſt ille literis Hebraicis exaratus A. C. 1458. teſte Pocockio præfat. in Varias Lectiones Arabici Pentateuchi Tom. VI. Bibl. Polygl. Londinenſ.

*Idem* MS. in Bibl. Bodlej. inter Codd. Huntingtonianos n. 463. 4. qui cum Pocockiano conſentit, nullam autem vel Scriptoris, vel temporis, vel loci, quo facta ſit ſcriptio, mentionem facit, teſte Cl. *Io. Gagnerio* in Indice MSS. quem benevole mecum communicavit.

*Idem* inter eosdem Codices n. 523. literis Hebraicis, ex cujus limine patet, ſcriptum hunc codicem eſſe a R. סלמה סירים in uſum אהרן פגס & quidem menſe Adar anno æræ minoris 334. C. 1574. Debeo hanc notitiam eidem Cl. Gagnerio.

*Idem* in Biblioth. Medicea cod. 2.

*Idem* olim apud Pet. a Valle, ceu ipſe teſtatur in epiſtola ad Tengnagelium lib. 1. commentarii Lambecii de Biblioth. Vindobon. p. 187.

De hac verſione, quid ſentiant eruditi, videbis, ſi placet, apud Cl. le Long p. 224. ſq. & in Biblioth. hujus Parte I. p. 935. Expoſuerunt ſententiam ſuam *Rob. Wakefeldius* in diſputat. quæ præfixa eſt Syntagmati de Hebræorum Codicum incorruptione, *Erpenius* in Dedicat. Pentateuchi Arab. *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 265. in Analectis diſſert. VI. p. 265. & in Smegmate Orient. c. 6. p. 93. *Huetius* de Claris Interpretibus p. 169. edit. Bremenſis, *Rich. Simon* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. II. c. 19. p. 102. ed. Lat. & in Diſquiſition. Criticis c. 14. p. 105. item *Brianus Waltonus* in Prolegom. XIV. §. 15.

*Pentateuchus* Arabicus ex Hebræo quondam in Mauritania a Judæo Africano factus, MS. in fol. literis Hebr. optimæ notæ, licet mutilus, in Bibl. Leidenſi cod. 33. Eam verſionem Scaliger in teſtamento ſuo præfert Saadianæ, eo quod propriis verbis Hebraicis inſiſtit, & totidem Arabicis exprimit. Conf. *Walton.* Prolegom. XIV. §. 16. Hanc edidit Erpenius.

II. Præter Pentateuchum alii libri Biblici Arabice per Judæos tranſlati ſunt, ſpeciatim

Libri *Joſuæ*, *Judicum* & *Regum* MSS. in Biblioth. Bodlejan. Cod. 5369. olim Pocockii, qui p. 362. notarum in Specimen Hiſtor. Arabum auctorem vocat Judæum Anonymum, quem ſtylus a Saadia diverſum faciat.

Liber I. *Paralipomenon* Arabice ex verſione R. Jamin: Vid. Partem I. Bibl. Hebr. n. 1004.

*Iobi* liber in Biblioth. Bodlej. inter Codices Huntingtonianos, n. 511. codex eleganter ſcriptus literis Hebræis pp. 274. in 4. qui complectitur verſionem Jobi Arabicam *Saadiæ*, cum duplici præfatione, altera Anonymi, altera R. Moſis fil. גקטילה (de quo lege Biblioth. Hebr. Part. I. n. 1536.) in qua auctor reddit rationem, cur in multis locis ſuam Arabicam verſionem novam ſubjunxerit verſioni Saadiæ. Non ſemper tamen hoc fieri res ipſa docet. Sic capite I. v. 1. poſt textum Hebræum ſequitur ſola verſio Saadiæ, cum ejusdem commentario. Comma ſextum autem utriusque & Saadiæ & Gecatilæ verſionem ἀμέσως exhibet, utramque utriusque commentario illuſtratam, quæ ratio per totum opus obſervatur. Scriptus eſt codex menſe Adar anno (numerus, ſpatio

tio vacuo relicto, deerat) contractuum per סערזאל בר עוברית · Notitiam hujus codicis acceptam fero Cl. Gagnerio, qui Indicem hujus & aliorum MSS. Bodlejan. a ſe nova opera confectum mecum benevole communicavit. Codex hic ille eſt, qui in Catal. MSS. Biblioth. Bodlejanæ recenſetur, n. 5938.

*Pſalmi* Arabice verſi ab Anonymo, forte Judæo, inter eosdem Codices n. 416.

*Iidem* Arabice, ibidem n. 515. in 4. literis Hebræis, codex mutilus, & in parte Pſalmi 147. deſinens. Auctor verſionis tacetur, quæ tamen judice Cl. Gagnerio a Judæo profecta eſt.

Plures Codd. MSS. recenſet Cl. le Long, quos hic de induſtria omitto, cum incertum ſit, num, quas illi exhibent verſiones, a Judæis ſint profectæ.

Libri *Eſther* verſio Arabica in marginibus commentarii (impreſſi in hunc librum) R. Iſaaci Arama, forte a Judæo deſcripta, exſtat inter Huntingtonianos n. 416. in 4.

Hæc ſufficiant de verſionibus Arabicis Judæorum manu exaratis: nunc ſtrictim de iis diſſeremus, quæ in lucem prodierunt.

III. Biblia Arabica integra quidem exſtant in Polyglottis tum Pariſienſibus anni 1645., tum Londinenſibus an. 1657. Verum verſio illa integra eruditorum Virorum judicio non ab uno, multo minus a Judæo profecta eſt, *ſed ex diverſis atque multum inter ſe diſcrepantibus laciniis contexta, ſive id agente, qui ipſam deſcriberet, ſive, (quod magis veriſimile) quod ipſi ad manum non fuerit omnium librorum ab uno aliquo concinnata verſio*; quæ Pocockii verba ſunt in præfat. ad Variantes Lectiones in Pentat. Arabic. Tom. VI. Bibliorum Polyglott. Londinenſ. qui idem legi poteſt in præf. ad comment. in Micham. Pentateuchi quidem verſionem communiter acceptam ferunt Saadiæ. Atque illa ſeorſim prodiit in Pentateucho Polyglotto CPoli an. 1546. Hebræis literis edito, de quo ſupra ſuo loco diximus. Ubi tamen notandum eſt, illius exemplar, quod in Polyglottis exſtat, hinc inde abire a Saadiæ iſta, ſeorſim edita, ita, ut non pro diverſis haberi duo exemplaria debeant, ſed prius hinc inde ab alio ſit interpolatum, teſte *Pocockio* in præfat. ad Variantes Lectiones modo citata, & *Rich. Simonio* in Hiſtor. Critica V. T. lib. II. p. 102. Aliis vero differentia tanta viſa eſt, ut verſionem, in Polyglottis obviam, ex Saadiæ & altera Anonymi conflatam judicarint. Oſtendere id data opera conatus eſt *Hottingerus* in diſſ. de Heptaplis Pariſienſibus, ubi inſtituta utriuſ-

utriusque codicis collatione quatuor priores Moſis libros perſequitur, & in Smegmate Orientali lib. I. c. 6. p. 93. ſqq. ubi ex Deuteronomio varia loca affert, eandem diverſitatem evincentia.

*Pentateuchus* Arabicus, ſtylo & charactere Arabico, ſtudio *Th. Erpenii* cum ejus præfatione Latina editus in 4. Lugd. Bat. ex typographia Erpeniana, apud Jo. Maire 1622. Hanc verſionem in Mauritania olim a Judæis confectam accuratiſſimam eſſe, & Saadianæ palmam eripere judicat Erpenius in præfat.

*Geneſeos* quinque capita Arab. & Latine ex Polyglottis edita, ſtudio *Georg. Chriſtiani Burcklini*, in 4. Francof. 1700.

*Geneſeos* quatuor prima capita ex Polyglottis Anglicanis, Arabice & Latine per *Georg. Othonem*, ibid. 1702.

Ceterum de Arabicis verſionibus præter ante laudatos inſpicere quoque juvabit *Claudium Fraſſenium* in Disquiſitionibus Biblicis p. 285. ſq. *Ezech. Spanhemium* de Simonis Hiſt. Critica V. T. p. 591. & eos, qui uſum Lingvæ Arabicæ in variis capitibus, atque adeo in interpretatione Scripturæ Sacræ, oſtendere conati ſunt, quo pertinent *Guſtavus Peringerus, Io. David Schieferdeckerus*, & *Io. Henr. Michaelis* in Hiſtoria Lingvæ Arabicæ, *Io. Abrah. Kromayerus* in Filia matri obſtetricante, B. *Abrah. Hinckelmannus* in eruditiſſima præfatione ad Alcoranum ab ipſo editum, & *Io. Henr. Hottingerus* in Analectis Hiſt. Theologicis diſſ. VI. p. 233. ſqq.

## GRÆCA VERSIO

ſicco pede a nobis hoc loco præteriri non poteſt, cum procul dubio Judæos quosdam Helleniſtas auctores agnoſcat. De ea tamen hoc pauciora dicemus, quo diligentius viri, eruditione præſtantes, noſtra potiſſimum memoria hoc argumentum excuſſerunt. Horum enim opera effectum eſt, ut nunc fere ad liquidum apud omnes deductum ſit, eam, quæ a LXX. Interpretibus appellatur, verſionem a Judæis Alexandrinis iisque diverſis, diverſo quoque, ceu ex diſſimili dicendi interpretandique methodo apparet, tempore, non tam publica Regis auctoritate, quam privato conſilio in Synagoga Judaica, quæ Græce quam Hebraice doctior eſſe cœperat, elaboratam eſſe. Hoc, inquam, noſtra ætate pauciſſimis, ſiquidem tales ſint, dubium adhuc videtur, poſtquam *Humfredus Hody* primo quidem in Diſſertatione contra hiſtoriam Ariſteæ, Oxon. 1684. 8. deinde vero diligentius & fuſius in libris IV. de Bibliorum textibus Originalibus, verſionibus Græcis & Vulgata Latina, ibidem 1705.

Digitized by Google

1705. fol. & eodem anno *Anton. van Dalen* in diſſertatione ſuper Ariſtea de LXX. Interpretibus Amſtelod. in 4. hujus cauſæ examine ita defuncti ſunt, ut eruditi certatim in eorum ſententiam conceſſerint. Ad hos itaque, ac præter eos ad Celeb. *Jo. Alb. Fabricium* in Biblioth. Græca lib. III. c. 12. & *Humphred. Prideaux* in Connexione Hiſtoriæ V. & N. T. Tom. II. Part. I. p. 27.--61. eos remiſſos velim, qui in pleniorem rei cognitionem deduci cupiunt. Nos in illis nunc acquieſcemus, quæ in Judæorum monimentis de iſta verſione Græca relata deprehendimus. Ea vero partim ad Ariſteam & Hiſtoriam ejus de LXX. Interpretibus pertinent, partim ad ipſos verſionis auctores referuntur.

De priori vide, quæ ex Judæorum ſcriptis Parte I. attulimus n. 354. Cetera illa, quæ de interpretatione ipſa a Judæis afferuntur, deprehenduntur partim in Pandectis Talmudicis, partim vero a recentioribus quibusdam Scriptoribus, v. c. *Gedalia* in Catena Cabbalæ, & R. *Aſaria* in parte II. libri מאור עינים ex Ariſteæ hiſtoria mutuo deſumta ſunt, quæ cum exploſa hodie ſit inter eruditos, exigua nobis relinquitur ſpes in mutuatis his narrationibus certi aliquid inveniendi.

II. In Talmude tamen ſunt quædam, quæ veritatis quasdam ſtricturas, φλυαρίαις Ariſteæ opponendas, ſecum ferunt. Sic, quando hic Interpretes Hieroſolymis vocatos refert, Talmud utrumque Babylonicum & Hieroſolymitanum in tractatu Megilla cap. I. fol. 9. (Gemaræ Hieroſolymitanæ) non obſcure ſignificat, eos fuiſſe Judæos Alexandrinos. Afferam verba, prout Latine converſa ſunt a *Io. Morino* lib. I. Exercitat. Biblic. p. 180. *Dixit R. Juda, cum etiam permiſerunt Magiſtri noſtri lingvam Græcam, non permiſerunt, niſi pro libro Legis, atque inde ortum eſt opus Ptolemai Regis, quod ſic traditur. Congregavit LXXII. Seniores, & introduxit eos in LXXII. domunculas, ſed non aperuit eis, propter quid eos convocaverat.* Poſtrema hæc verba manifeſte innuunt, ſermonem hic eſſe de Judæis Alexandrinis, quos Ptolemæus non Hieroſolymis deligi, atque hinc ad ſe amendari curaverit, ſed vocaverit ipſe, & quidem vocaverit ignaros inſtituti Regii atque conſilii; quod tamen, ſi Ariſteam audias, Eleaſari Pontifici promulgatum erat. Locum hunc ad partes vocarunt multi tum Rabbinorum tum Chriſtianorum Doctorum, quos Morinus l. c. nominatim appellat, nemo autem, quod quidem ſciam, iſto fine, quem hic innuimus, produxit, præter unum *Humfredum Hody* in commentatione de Textibus Original. Bibliorum p. 180. Sic & aliunde manifeſtum eſt, Judæis ipſis non LXXII. ſed longe pauciores, quinque ſcilicet Interpretes, numeratos fuiſſe. Ita enim traditur in Talmude

de Hieroſolymit. tractatu *Maſſecheth Sopherim* cap. 1. §. 7. *Exſtat narratio de quinque Senioribus, qui Legem Ptolemaeo Græce transſcripſerunt. Et erat dies iſte amarus Iſraeli, ſicut dies, quo aureus vitulus factus eſt, quia Lex non potuit verti, ſecundum omnia, quæ requiſita ſunt.* Ibidem §. 8. *Et rurſus fertur de Rege Ptolemæo, quod Seniores LXXII. una congregaverit, & eos diſpoſuerit in cellulis LXXII. &c.* Vides, hic conjungi duplicem narrationem, alteram de *quinque*, alteram de duobus & ſeptuaginta Interpretibus, ex quo id ſaltem manifeſtum eſt, fuiſſe inter Judæos traditionem de quinque Interpretibus, quæ deinde alteri illi de pluribus locum ceſſiſſe videtur, poſtquam Ariſteæ hiſtoria in vulgus emanaverat. Quomodo hunc locum cum aliis, ubi τῶν LXXII. fit mentio, tum R. *Aſarias* tum *Morinus* conciliare conati ſint, auſpiciis minus felicibus, legat, qui volet, apud *Hottingerum* in Theſauro Philolog. pag. 287. ſq. & *Carpzovium* ad Schickardi Jus Regium Hebræorum p. 106. Satius fuiſſet, ignorantiam hic profiteri cum *Schickardo* in Bechinat Happeruſchim pag. 43. Confer, quæ de allato loco Talmudico commentati ſunt *Humfredus Hody* l. c. p. 131. & *Morinus* l. c. p. 187. Interim ex eodem loco novæ veritatis ſcintilla, quamvis tenuis admodum, emicat, nempe, quod libri Sacri non ſimul & ſemel, ſed ſuccedente tempore, converſi ſint. Allatum enim teſtimonium, imo & *omnis Judæorum ſchola*, teſte Hieronymo in Ezech. cap. 5. credere jubet, ſolum Pentateuchum Ptolemæi tempore fuiſſe converſum. Confer Hodium p. 169. Hinc non abſurde collegeris, reliquos libros aliquo tempore poſt, labore quoque minus ſolenni, Græcos factos fuiſſe.

III. Quid de ipſa verſionis hujus conditione ſtatuerint Judæorum doctores, forte ipſi non dixerint: adeo ſunt ſibi invicem contraria, quæ ab iis afferuntur. Non ſine miraculo & Spiritus divini auxilio ſingulari eam factam eſſe tradunt in *Megilla* cap. 1. fol. 9. quando ſcilicet omnes illos in tredecim locis deſtinato conſilio aliter, quam ad normam veritatis Hebrææ fieri debebat, in gratiam Ptolemæi convertendis conſenſiſſe ſcribunt, ut reliqua taceam, eodem conſilio ab iis inventa & pronunciata. Quæ ſi non magis vera ſunt, quam quæ de tredecim locis, deſtinata opera corruptis, afferunt, miracula certe omnia in fumum abibunt. Neque enim corruptelarum illarum veſtigium ullum in Græca verſione hodie deprehenditur, quod patebit ipſa illa loca inſpicienti, prout relata ſunt in Megilla l. c. & inde ab *Hottingero* in Theſauro Philologico p. 325. itemque *Briano Waltono* Prolegom. IX. 16. Hinc

factum

Digitized by Google

factum eſt, ut nonnulli, & inprimis *Jac. Guſſetus* in Commentariis Lingvæ Hebr. pag. 823. affirmarent, innui a Talmudicis verſionem aliam, illa, quæ hodie *τῶν* LXX. dicitur, antiquiorem, qua de re inferius plura occurrent.

Id vero ante omnia mirum dictu videbitur, quod Doctores Judæorum eandem verſionem, quam prætexto miraculo in ſummam dignitatem evexerant, mutata quaſi ſententia, deprimant, commemorato, quod in memoriam ejus lugubrem & triſtem ſtatutum tradunt, jejunio. Hoc enim in octavum diem menſis Thebeth, qui noſtro Decembri reſpondet, incidere diſerte traditur in Megillath Taanith p. 50. col. 2. ed. Baſil. 1578. his verbis: ח׳ בטבת שבו נכתבה התורה יונית בימי תלמי המלך והחושך בא לעולם ג׳ ימים: h. e. *Octavo Tebeth* (jejunium eſt) *ideo quod in eo ſcripta eſt Lex Græce, diebus Ptolemai Regis, & tenebræ venerunt ſuper mundum tribus diebus.* Quæ ultima verba non omnino ad literam de tenebris naturalibus, quæ orbem univerſum oppreſſerint, ſed interprete Gedalja in Schalſcheleth Hakkabbala p. 24. col. 1. *de obnubilata Judæorum facie*, triſtitiaque illis oblata accipienda eſſe recte & ſapienter monuit B. *Carpzovius* ad Schickardi Jus Regium Hebræorum p. 107. Ejusdem jejunii mentio fit in variis Judæorum ſcriptis ritualibus & in ipſis quoque eorum Kalendariis, quæ loca collecta videbis a *Io. Seldeno* de Anno Civili Judæorum c. 8. *Scaligero* ad Euſeb. an. 1734. Canon. Iſagog. lib. III. f. 216. de Emendat. Temporum lib. VII. f. 651. *Jo. Morino* in Exercitatt. Biblicis p. 187. ſqq. & *Scipione Sgambato* in Archivis V. T. p. 487. & 499. ſqq. R. *Aſarias* in libro ſæpe allegato acumine ſuo abuſus eſt ad illam jejunii indictionem cum ceteris Judæorum præclaris & honorificis judiciis de hac verſione conciliandam, ceu Morinus fuſe l. c. edifferit.

Tutiſſimum, credo, fuerit, omne illud jejunium, tanquam a majoribus ipſo factæ verſionis tempore dictum, inter recentiorum fabulas referre cum *Hodio* l. c. p. 221. & *Morino* p. 189. Recentiores ſcilicet Hebræi ſuam de hoc inſtituto ſententiam majoribus ſuis adſcripſerunt, ut eam poſteritati eo felicius commendarent. In eo tamen a ſtultitia prodenda ſibi non caverunt, quod eodem in loco, quo jejunii ex ſua mente faciunt mentionem, id quoque tanquam ſimul a majoribus profectum memorant, quod ipſi translationi non poterat non eſſe honorificum. Meo judicio res ita habet. Intelligebant Judæi Talmudi-

mudiſtæ, verſionem Græcam, quæ ab Alexandrinis illis in gentis ſuæ gratiam bono conſilio facta erat, & deinde inter Helleniſtas communi uſu frequentata, verſari in Chriſtianorum manibus, maximique fieri, & frequenter legi. Id non poterat non diſplicere hominibus, qui vel inviderent Chriſtianis hunc theſaurum, quem in fontibus abſconditum pleriſque futurum fuiſſe credebant, vel etiam rebus ſuis timerent proprio ſcilicet gladio jugulandi. Conſultum itaque putarunt memoriam verſionis hujus funeſtam reddere ſuis, & putatitio ac ſuperſtitioſo hoc jejunio calamitatem ulteriorem religionisque ſuæ inclinationem quaſi averruncari. Judæis ſane prudentioribus hujus inſtituti ratio ſe minime approbavit. Hinc enim omnino factum eſt, ut Moſes Maimonides in Hilchoth Taanijoth jejunia Judaica recenſens, hujus, de quo loqvimur, nullam fecerit mentionem. Imo R. Aſarias lib. III. Meor Enajim p. 45. b. cum ex Megillath Taanith verba huc pertinentia, & ſupra a nobis allata retuliſſet, diſerte monet, illa in Codice quodam MS. fruſtra a ſe quæſita eſſe.

IV. Atque hæc quidem ſufficiant de τοῖς LXXII. ex Judæorum mente & ſcriptis, ex quibus de iisdem diſſeruerunt *Bartoloccius* Tomo I. pag. 437. *Jo. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 287. ſqq. *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis lib. I. Exercit. VIII. *Humfredus Hody* de Textibus Originalibus paſſim, inprimis lib. II. c. 4. & 5. & *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 487. ſqq.

Ex Judæis recentioribus diligentiſſime omnium in hoc argumentũ inquiſivit R. *Aſarias* in Meor Enajim. Poſtquam enim, quod ſupra jam monuimus, Ariſteæ narrationem Hebraice repræſentavit Parte II, idem Parte III. cap. VII. VIII. & IX. ea in ſummam confert, quæ de iisdem Interpretibus vel apud ſuos, vel apud Doctores Eccleſiæ, vel apud recentiores ex noſtratibus Scriptores invenerat. Pauca quædam de iisdem habet *Immanuel Aboab* in Nomologia ſua p. 236. ſq. & inde *Iſaac Cardoſo* in *las Excelencias de los Hebreos.*

Editiones τῶν LXX. varias diligentiſſime recenſuit Cl. *Jac. le Long* cap. III. Sect. V. potiores vero Cl. *Jo. Albertus Fabricius* in Bibliotheca Græca lib. III. c. 12.

V. Ceterum varia alia de hac τῶν LXX. verſione inter eruditos diſputata ſunt, quæ B. *Pfeiferus* in Critica Sacra, *Hottingerus* in Theſauro Philologico, *Waltonus* in Prolegomenis, & plures alii hujus argumenti Scriptores excuſſerunt. Nos quædam momenta, quæ ad hunc locum per-

Digitized by Google

pertinere videntur, ſtrictim allatis, qui huc ſpectant, Scriptoribus commemorabimus.

In Judæorum Helleniſtarum Synagogis non verſionem illam Græcam ſolam, quod nonnulli ſibi perſvadent, ſed contextui Hebræo junctam, legi conſveviſſe recte adſtruit *Rich. Simon* in Hiſtoria Critica V. T. lib. II. c. 17. pag. 92. ed. Lat. Quod ipſum non ſolum ex pervulgata illa Juſtiniani novella veri fit ſimile, ſed hodierna quoque Judæorum conſvetudine confirmatur, qui in Synagogis ſuis, non habita ratione ſupinæ, quæ inter vulgus dominatur, ignorantiæ in Hebraiſmo Legem Hebraice prælegunt, ne adjecta quidem interpretatione, quam ad Scholas ſuas & ludos librarios remittunt. Illuſtris præterea locus eſt Tertulliani cap. 18. Apologetici pag. 182. editionis elegantiſſimæ a Rev. Havercampio curatæ. Ait is: *Ita in Græcum ſtylum ex aperto monimenta reliquit. Hodie apud Serapeum Ptolemai Bibliotheca cum ipſis Hebraicis literis exhibentur. Sed & Judai palam lectitant.* Ex hoc loco recte omnino, me judice, *Hodius* pag. 224. ſqq. contra *Io. Lightfootum* in Horis Hebraicis ad Actor. VI. 1. lectionem Græcæ verſionis in Synagogis receptam confirmat. Si quid autem video, ex eodem patet, eam cum lectione contextus Hebraici conjunctam fuiſſe, quia ipſum illud exemplar Bibliothecæ Ptolemæi Hebraicum codicem verſioni Græcæ junctum exhibuit, ad morem ſcilicet, inter Judæos utroque utentes, receptum. Recte enim *Havercampius* l. c. in notis ex illis Tertulliani verbis efficit *bigloſſon fuiſſe hoc monumentum*, nec video, quomodo Hodius pag. 225. aliam horum verborum interpretationem ſatis tueri poſſit.

*Hebræo* Codice uſos τὰς LXX. in interpretando plerique omnes contendunt, nominatim *Brianus Waltonus* in Prolegom. IX. §. 14. ſicut viciſſim ob ſingularem convenientiam pro Samaritano propugnat poſt *Ludov. de Dieu* ad Matth. XIX. 5. *Hottingerus* in Theſauro Philolog. pag. 292. ſqq. *Punctatum* Codicem habuiſſe pauci credunt, qui vident, eos nimis ſæpe aliter legiſſe, quam fieri poterat, ſi punctorum rationem habuiſſent. Lege inprimis *Ludov. Capellum* in Critica Sacra, & *Brian. Waltonum* Prolegom. III. §. 46. & VI. §. 9. qui tamen ſimul hac aſſertione abutuntur ad negandam eo tempore vocalium exiſtentiam, qua de re ſupra diximus.

Ante verſionem τῶν LXX. aliam priorem exſtitiſſe, ſunt qui affirmant. Eos laudatos vide a M. *Georgio Jacobo Engelbachio* in ſingulari diſſertatione *de verſione Græca Pentateuchi Septuaginta-virali antiquiore*, Vittemberg.

temberg. 1706. habita. Adde *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 481. ſqq. & *Jac. Guſſetum* p. 822. Commentarii Lingvæ Hebr. Negant alii, idque rectius, quam in rem vide Cl. *Io. Albertum Fabricium* in Bibliotheca Græca lib. III. pag. 316. *Io. Frickium* in præfat. ad editionem LXX. Interpretum Lipſienſem, & *Humfredum Hody* lib. IV. c. 1. de Textibus Originalibus.

Verſionem, qualis hodie exſtat, depravatiſſimam eſſe & mire ſive propter obeliſcos omiſſos, ſive propter Judæorum corruptionem, ſive per librariorum incuriam, ſive denique per temporis injuriam immutatam facile crediderís *Pet. Danieli Huetio* de optimo genere interpretandi p. 96. ſqq.

At prorſus aliam eſſe & ab illa, quæ a Judæis aut primævis Eccleſiæ Doctoribus laudatur, penitus diverſam præter rationem ſibi perſvaſit *Iac. Uſſerius* in libro ſingulari de LXX. Interpretum verſione, contra quem poſt *Waltonum* & alios diſputavit Cl. *Fabricius* l. c. p. 322.

Corruptelæ illæ & mutationes non prohibent, quo minus magnus illius verſionis uſus ſit & Exegeſeos Sacræ, & antiquitatis, & ipſius Novi Fœderis rectius intelligendi ſtudioſis. Lege præter *Ioh. Pearſonii* præfat. ad editionem LXX. Interpr. Londinenſem Rev. *Io. Henr. Michaelis* Diſſertationem de uſu τῶν LXX. in Novo Teſtamento.

Non parum ſane ad hujus interpretationis commendationem facit, quod in ipſo Novo Inſtrumento in citandis V. T. oraculis adhibeatur, quod quam variis modis fiat, eruditi paſſim expoſuerunt. Lege ſpeciatim *Eduardi*, Angli quondam Præſulis, Appendicem ad librum Anglicanum, qui inſcribitur *Scriptura authentica & fides certa*, & compara Tomum I. Bibliothecæ Univerſalis *Io. Clerici* p. 461. ſq. Adde *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 330. ſq. *Io. Lightfootum* in Operibus Poſthumis p. 16. b. *Humfr. Hody* de Textibus Originalibus lib. III. p. 243. ſqq. & Cl. *Guil. Surenbuſium* in libro καταλλαγῆς p. 178. ſq. qui tamen, quod miror, convenientiam illam allegationum non tam conſilio quam caſui tribuendam cenſet. Hoc autem veritati non magis conſentaneum videatur, quam alia *Io. Oweni* hypotheſis, qui in Theologumenis p. 401. opinatur, Græcæ verſionis exſcriptores Chriſtianos ex Novo Teſt. ſenſim Oracula ex veteri allegata ea ratione, qua a divinis Scriptoribus libere expreſſa erant, in eam poſtliminio, veteri ſublata, intuliſſe. In contrarium lege B. *Io. Bened. Carpzovium* Tom. II. Concionum Funebr. p. 1073. contra *Lud.*

Digitized by Google

*Lud. Cappellum* in Critica Sacra p. 499. diſputantem, & *Humfredum Hody* de Textibus Originalibus p. 276. ſqq.

Sufficiant hæc de præcipuis momentis, quæ vel obiter hic innui fas & conſultum videbatur.

De verſione *Aquilæ* Græca dixi Parte I. ſub עקילס.

De *Theodotione* & *Symmacho* nonnulla dicentur in Supplementis ad Partem I.

V. Supereſt, ut de verſione Pentateuchi Græco-Barbara, quæ inter Judæos Orientales exſtat, nonnihil dicamus. Excuſa illa eſt literis Hebræis in Pentateucho Polyglotto CPoli an. 307. C. 1547. fol. edito, de quo ſupra diximus inter Polyglotta. Ibi illa verſio ſiniſtrum latus occupat. Legitur a Judæis CPolitanis, & inprimis Karaitis, ſicut Hiſpanica, quæ in eodem Pentateucho exſtat, in uſu eſt apud Rabbanitas, teſte *Legero* in Bibliotheca Rabbinica Buxtorfii p. 78. quem ſequitur *Humfredus Hody* de Textibus Original. p. 633. & ante eum *Rich. Simon* in Hiſt. Critica V. T. lib. II. p. 92. *Caraitæ CPolitani*, inquiens, *verſione utuntur Pentateuchi Græca, lingva vulgari ſcripta, qua & ceteri Iudæi, illius lingvæ periti, utuntur. Ab his hæc verſio typis mandata & in lucem edita.* Conf. idem pag. 104. Sed mutavit is poſtea ſententiam, quod ex Bibliothecæ Criticæ Tomo III. p. 436. apparet, ubi obſervat, illam, quæ ibi exſtat, verſionem, de verbo ad verbum in puerorum & tyronum uſum factam eſſe, non autem unquam adultis, Scripturæ lecturis, inſerviiſſe. Quod, ut ſuo loco relinquo, ita vix puto Karæis eam verſionem tribuendam eſſe, qui ſane non permiſſuri erant, ut cum ea Salomonis Iſaacidæ, traditionum amantiſſimi, commentarius excuderetur, ſicut Rabbanitæ, ſi quidem illi curam editionis habuerunt, in Karæorum gratiam eam in lucem prolaturi non fuiſſent, niſi ipſi in ſuum uſum convertere eam voluiſſent. Specimen hujus verſionis exiguum affert *Io. Seldenus* de Jure Naturæ & Gent. lib. II. c. 11. Adde *Richard. Simonium* in Caſtigationibus Iſaaci Voſſii pag. 30.

Præter Pentateuchum exſtat verſio Græco-barbara libri *Iobi*, itidem charactere Hebræo expreſſa, cura R. *Moſis fil. Eliæ Pobian*, CPoli 336. C. 1576. Ex præfatione, quam Cl. *le Long* p. 139. Partis I. Biblioth. Sacræ exhibet, apparet, eundem ſimili modo interpretationem libri Proverbiorum concinnaſſe. Eodem in loco profitetur auctor, ſe hac opera defunctum eſſe in gratiam Præceptorum, qui minus idonei ſint ad diſcipulos ſuos Scripturæ Sacræ interpretationem docendos. Quo ipſo Si-

Simonii conjectura paulo ante allata confirmatur, quod ſcilicet ejusmodi verſiones non in communem lectionis Biblicæ uſum, quam in tironum gratiam concinnatæ ſint.

Ad alterutram hanc verſionem reſpexiſſe puto *Leonem Mutinenſem*, quando is in præfatione ad Lexicon Hebraicum refert, Judæos inter Hiſpanos, Græcos, &c. verſantes inſtructos eſſe verſione Scripturæ Sacræ, quæ a gentibus illis appelletur.

## VERSIO PERSICA

Pentateuchi & aliorum librorum Scripturæ Sacræ ſpecialium paſſim manu exarata in Bibliothecis deprehenditur, de qua tamen, quoad diverſa exemplaria dicere hic nihil attinet, cum alia quidem a Chriſtianis profecta eſſe conſtet, aliorum autem auctores, Judæine illi, an Chriſtiani fuerint, lateant.

Pentateuchi verſio Perſica, charactere Hebræo, auctore Jacobo fil. Joſeph Tavos, ſeu Tavaſio, ſeu Tauſenſi, Judæo, lucem vidit in Pentateucho Polyglotto CPoli 1546. fol. pro quo Waltonus Prolegomeno XVI. §. 7. annum ponit 1551. forte ideo, quia τὸ ה, quod Judæi literis, ad annum deſignandum adhibitis, præfigere ſolent, in computum admiſit, rectius omittendum. Ex hac editione recuſa eſt eadem in Bibliis Polyglottis Anglicanis, charactere Perſico, cum Latina interpretatione Thomæ Hyde.

Geneſeos capita IV. priora Perſice & Latine, ſtudio Georg. Othonis. Francof. ad Mœn. 1702. 4.

Geneſeos capita II. priora Perſice, & quidem literis Perſicis per Ludov. de Dieu, in 4. Amſtelod. 1639. in calce Grammaticæ Perſicæ.

Perſam Interpretem ingenium ſuum & gerras Rabbinicas alicubi ſequi ſcribit *Rich. Simon* Hiſt. Crit. V. T. p. 307. Eam non contemnendam appellat de Dieu l. c. in præmonitione ad Lectorem. Judice Huetio de Claris Interpretibus p. 107. *peregrina nonnulla adſciſcit, pauca tamen ad perfectæ interpretationis laudem reliqua facit.*

## TURCICAM VERSIONEM

a Judæis in Taurica Cherſoneſo Theodoſiæ habitantibus legi, teſtis eſt Anton. Legerus in Bibliotheca Hebr. Buxtorfii pag. 78. Biblioth. Rabbin. quartæ editionis. Hinc forte habuit Andreas Mullerus, qui ad Azizi Tartari fragmentum n. 11. idem teſtatur. *Iudæi*, inquiens, *Taurici Turcice legere*

Digitized by Google

*legere dicuntur. Sed, qui in Turcia ſunt Chriſtiani, vel Syriace, vel Arabice, vel Græce, vel Iberice, vel aliter Scripturam legunt.*

Pentateuchus, libri Joſuæ, Judicum, Samuelis & Regum, Turcice verſi ex Hebræo, qui manu exarati exſtant in Bibl. Leidenſi cod. 1. ex legato Warneriano p. 420. Catal. fortaſſe a Judæi manu ſunt repetendi.

## GALLICAM VERSIONEM

vel integri Codicis Sacri vel libri ſpecialis a Judæis unquam prodiiſſe non memini. Iſaacides tamen in commentariis ſuis Biblicis obſcuriores phraſes & voces paſſim Gallice explicat. Sic & *Richard. Simon* Biblioth. Crit. Tom. III. p. 414. refert, ſe apud *D. Capellanum* vidiſſe fragmentum Gloſſarum Gallicarum literis Hebræis ſcriptarum, quarum magna pars ex Raſchii commentariis hauſta ſit.

## VERSIO ITALICA

integri Codicis Sacri a Judæis profecta hucdum non exſtat, procul dubio ideo, quod Inquiſitionis rigor prohibuit, quo minus eam tentare quisquam Judæorum auderet. Confer *Rich. Simonis* Epiſtolas Selectas, Amſtelod. 1700. in 8. Gall. editas, p. 172. Dantur tamen libri quidam Biblici Italice converſi, v. c.

I. *Proverbiorum liber*, in 4. Venet. 377. C. 1617. apud Jo. Cajun, juſſu Bragadin. editore *Chiskija Riete* (ריאיטי) pp. 38. Ibi in altero latere textus Hebræus punctatus, in altera Italica verſio literis Hebræis legitur. Puto hanc eſſe eam editionem, quam Cl. le Long in Bibliotheca Sacra Parte II. p. 140. commemorat ex Catalogo librorum Buxtorfii filii.

*Eccleſiaſtes* Hebr. & Ital. in 8. Venet. 1571. apud Jordan. Ziletti, pp. 42. ſtudio Davidis de Pomis. Textus Hebræus vocalibus & accentibus inſtructus eſt, cui verſibus alternis ſingulis ſubjicitur interpretatio vel potius paraphraſis Italica. Interdum immiſcentur auctoris annotationes. Ab eo libro diſtinctus eſt ejusdem de Pomis *Diſcorſo a l' humana miſeria & ſopr' il modo di fuggir la con molti belliſſimi eſempi & avertimenti compoſto da David de Pomi a maggior intelligenza dell' Eccleſiaſte da eſſo autore tradotto & dichiarato.* Venet. apud eundem 1572. 8. pp. 38. Hanc diſſertationem promiſerat auctor in calce verſionis Eccleſiaſtæ. Vidi utrumque libellum in Biblioth. Oppenheimeri, & hinc partim emendari, partim ſuppleri poſſunt, quæ Cl. *le Long* l. c. & *Bartoloccius* de utroque tradiderunt.

II. *Jobum & Danielem* ſe eadem ratione expoſuiſſe ſcribit ipſe in

 præfa-

præfatione ad Dictionarium Italico-Hebraicum, quod *Zemach David* inſcripſit. In præfatione ad verſionem Eccleſiaſtæ verſionis *Jobi* Italice a ſe factæ meminit. Diſſertatio ad Jobum illuſtrandum pertinens latet Romæ in Biblioth. Urbinat. teſte Bartoloccio.

Integrum Codicem Sacrum vertere aliquando eadem lingva inſtituerat R. *Jehuda Arje*, vulgo *Leo Mutinenſis*, ſed per Inquiſitionem revocatus animum ad Lexicon Hebræo-Italicum, ſecundum ordinem librorum Biblicorum diſpoſitum, adplicuit, idque in lucem protulit. De eo ſatis dixi in Parte I. p. 413. Vidi poſtea editionem hujus Lexici ſecundam, nempe Patavinam anni 400. C. 1640. apud Julium Crivellari curatam, quæ uno alphabeto, quod vocant, & ſex plagulis abſolvitur. Illa priore auctior eſt. Præter enim expoſitionem vocum Haggadæ Paſchalis & libelli *Pirke Avoth*, quæ etiam in priore legebatur, occurrit in hac *declaratio vocum faciliorum totius Scripturæ in antecedente opere non explicatarum*. Illa ſecundum literarum ſeriem collocata eſt. Titulus iſtius editionis Italicus iſte eſt: *Novo Dittionario Hebraico & Italiano, cioe dichiaratione di tutte le Voci Hebraiche piu difficili delle Scritture Hebree nella volgar Lingua Italiana.* Confer de hoc Rich. Simonis Bibliothecam Novam Selectam p. 267. ſqq.

## VERSIO HISPANICA

inter recentiores illas, quæ in lingvis adhuc viventibus exſtant a Judæis profectæ, antiquiſſima habenda erat, ſi quam a Davide Kimchio profectam olim fuiſſe crederemus. Vide, quæ de hac re diximus Parte I. p. 305. quibus adde, quod *Rich. Simon* Bibliothec. Critic. Tom. III. p. 414. obſervat, Iudæos Hiſpanos, eosque nominatim, qui Ferrarienſem editionem curarint, habuiſſe Gloſſas veteres Hiſpanicas, quarum forte auctor Kimchius fuerit. Quicquid hujus erit, id certum eſt exſtare

I. *Biblia Hiſpanica de verbo ad verbum ex fonte Hebræo per præſtantiſſimos eruditos Viros converſa, & ab officio Inquiſitionis examinata.* Ferrar. 313. C. 1553. ſumtibus Jom Tov Athias. Hanc verſionem a centum eruditis Viris Synagogæ Ferrarienſis profectam ſcribit Joſephus Athias in præfatione ad verſionem Bibliorum Hebræo-Germanicam, ubi non præter rationem numerum certum pro incerto poſitum ſuſpicaris, niſi potius ex minus recte intellecta lingva Hiſpanica natum credas. In calce enim verſionis Hiſp. dicitur eam factam eſſe *por muy excelentes letrados*, i. e. *per valde præſtantes eruditos*, ubi vox *muy* admodum affinis eſt Hebraico מאה, i. e. centum.

Digitized by Google

centum. Ceterum verſio hæc ita inſtituta fuit, ut & Chriſtianis & Judæis inſervire poſſet. Quo conſilio exemplaria in calce variant, & alia quidem ſumtibus Athiæ ea excuſa eſſe tradunt cura Abrahami Uſque, Judæi; alia ſumtibus Hieronymi de Vargas, Hiſpani, cura Duarte Pinel, Luſitani. In præfatione declaratur, verſionem, quoad fieri potuerit, ad textus Hebræi verba fuiſſe accommodatam, eodemque conſilio & verſionem & Theſaurum Pagnini adhibitum (*). Hinc forte factum eſt, ut Arnaldus ea verſione, tanquam a Chriſtiano facta, uſus ſit, caſtigatus ideo a Rich. Simone Bibl. Critica Tom. III. pag. 415. Confer, quæ dixi Parte I. p. 31. Ex his patet, Judæorum conſilium fuiſſe, ut & Chriſtiani homines ſua hac verſione uterentur, & ſibi eam ſecurius adhibere liceret. Eodem, puto, conſilio in calce præfationis ſpes fit verſionis librorum Apocryphorum, qui non ſint in Canone Hebræo. Hanc interpretationem edendi licentiam a Ducibus Ferrarienſibus, qui lectionem Scripturæ Sacræ in lingva vernacula amarint, tribuendam cenſet *Rich. Simon* in epiſt. Selectis p. 172.

II. *Pentateuchus* jam antea Hiſpanice translatus & inter Judæos lectus fuit, id quod manifeſtum eſt ex Pentateucho Hebraico, *Hiſpanico* & Barbaro-Græco, qui prodiit CPoli 307. C. 1547. & de quo inter Polyglotta diximus. Ea interpretatione uſi videntur olim Judæi in Hiſpania, antequam inde an. 1492. ejicerentur. Imo forte illa eſt, ſi qua unquam exſtitit, quam Kimchio a nonnullis tribui, paulo ante obſervavimus. Id certum eſt, tam exiguam differentiam inter eam, quæ in Codice Sacro edit. Ferrarienſis, & illam, quæ in Pentateucho edit. CPolitanæ invenitur, deprehendi, ut poſteriorem prior preſſe, paucisſimis exceptis, ſecuta videatur. Oſtendit id, facta comparatione, Cl. *le Long* Parte II. pag. 152. ſq. Lege plura de hac verſione apud *Rich. Simonem* in Hiſtoria Critica V. T. p. 537. & 643. item in Diſquiſitionibus Criticis p. 107. c. 14.

III. *Biblia Hiſpanica* ex eadem verſione, *charactere Romano*, per Menaſſe ben Iſrael, in fol. Amſtelod. in domo Gillis Jooſt, an. 390. C. 1630.

 In

(*) Hoc autem non tam ex vero, quam lectores fallendi ſtudio tradi cenſet Cl. le Long in Diſſertat. Gallica de Polyglottis pag. 44. qui cum Rich. Simone in Diſquiſit. de variis Biblior. editt. c. 14. illam, quæ inter hanc & verſionem Pagnini Latinam intercedit, convenientiam hinc enatam putat, quod Kimchii & aliorum Judæorum veſtigiis inſtiterit Interpres.

In hac Ferrarienſis editio pluribus in locis caſtigata eſt, & vel ſic vitiis multis referta, ſi credimus præfationi editionis, de qua mox dicemus.

Ex ejusdem Jooſtii officina eadem verſio prodiit eadem forma an. 5406. C. 1646. Ita enim, puto, legendum pro eo, quod in titulo mendoſe expreſſum eſt 5606. Præmittitur index Haphthararum, tum vero Summaria capitum ſingulorum librorum Biblicorum, catalogus item Judicum, Regum & Prophetarum populi Judaici ſecundum Seder Olam, ac denique partitio totius Sacri Codicis in 54. partes pro Paraſcharum numero, ut hoc modo totus Codex Hebræus per annum legendo abſolvi poſſit, ſi ex Prophetis & Hagiographis ea per hebdomadem legantur, quæ ex illis ſingulis Paraſchis in hac tabula adſignata ſunt.

Eadem charactere Romano, emendata a R. *Samuele de Cazeres*, cum nova præfatione in 8. Amſtel. in domo Joſephi Athias 421. C. 1661. Hæc editio priore iſta anni 390. correctior eſt, ſublatis, ut præfatio docet, ſphalmatibus plurimis, quæ impreſſores in iſtam invexerant.

Biblia Hebræa in 4. cum verſione vocum difficiliorum Hiſpanica in margine literis Hebraicis impreſſa prodierunt Venet. apud Joh. Caleonem 395. C. 1635.

IV. *Pentateuchus* & Haphtharoth, cum perfecta gloſſa, quaſi in forma paraphraſeos, plena traditionum & explicationum veterum Sapientum: opus novum, magnæ utilitatis, inprimis apud eos, qui commentarios Hebraicos non intelligunt, ſtudio Menaſſe ben Iſrael, in 8. Amſtelod. 415. C. 1655. In præfatione ſcribit is, animum ſibi fuiſſe integra Biblia edendi, in duobus voluminibus, quorum alterum Pentateuchum & Prophetas priores, alterum poſteriores & Hagiographa complecteretur. Facta comparatione patet, eum ſecutum eſſe editionem Ferrarienſem, ſed ita, ut hinc inde varia mutaret, ubi opus videbatur. Gloſſam, cujus in titulo mentio fit, non invenis aliam, quam quæ argumentis ſeu ſummariis continetur, quæ ſingulis capitibus fuſius præmittuntur. Præter hunc Pentateuchum nihil puto prodiiſſe, certe nusquam inveni memoratum.

*Pentateuchus* Hiſpanice, ex verſione R. *Joſeph Franci Serrani*, in 4. Amſtelod. 455. C. 1695. apud Moſen Dias. Vide hiſtoriam operum eruditorum an. 1695. menſe Decembri.

*Pſalmi* Hiſpanice in 12. Ferrar. 313. C. 1553.

*Iidem* Hiſpanice in uſum Judæorum, in 12. Amſtel. 388. C. 1628.

*Pſalmi*

*Pſalmi* Hebr. cum oppoſita a latere verſione & ſubſtrata textui Paraphraſi Hiſpanica, præmiſſis quoad ſingulos Pſalmos Summariis: cura Jac. Jehudæ Arje ſive Leonis, Amſtelod. in 8. 431. C. 1671.

In Catalogo MS. librorum Orientalium Cl. Bourgveti, quos B. Ungerus ſibi comparaverat, video memorari *Ieſaiam* & *Ieremiam* Hebræo-Hiſpanice, Theſſalonicæ in 4. editos.

## VERSIO HEBRÆO-GERMANICA

h. e. lingva Judæis inter Germanos vernacula, & vocibus tum pure Hebraicis, tum ad Hebraiſmum nonnihil inflexis miſta in Judæorum manibus jam a pluribus annis fuit, magis tamen ex parte, quam per integrum, donec ſuperioris ſæculi uno eodemque anno duplex prodiret totius Codicis interpretatio. Prima eſt

I. *Joſeph Joſel* fil. *Alexandri*, qui & compendioſe *Joſel Witzenhauſen* appellatur. Is Joſephi Athiæ, Typographi Amſtelodamenſis, nutu adductus, acceptis ab eo pro ſingulis plagulis quatuor Imperialibus, (ceu Joſeph Athias ipſe in præfatione ſcribit, qui eandem ſummam & aliquid amplius Archiſynagogo Amſtelodamenſi pro emendandi opera datum eſſe, paulo poſt profitetur) totum Vetus Teſtamentum in lingvam Hebræo-Germanicam convertit; quæ translatio a R. *Meir Stern*, Archiſynagogo Germanorum Amſtelodamenſi, & *Schabbatao ben Joſeph*, Baſſiſta ſeu cantore Pragenſi, recognita in lucem prodiit fol. Amſt. 439. C. 1679. apud Joſ. Athiam, cum Interpretis & Typographi præfatione, quæ utraque Germanicis literis, qualibus Chriſtiani utuntur, expreſſa legitur in limine Bibliorum Pentaplorum, Wandesbeci juxta Hamburgum an. 1711. in 4. editorum, in quibus ipſa illa Joſephi Witzenhauſii verſio recuſa exſtat, poſtquam jam anno 447. C. 1687. ſecunda vice in lucem prolata erat, a mendis nonnullis, quæ in priore occurrebant, liberata. In præfatione ſua Interpres profitetur, operam ſe dediſſe, ut verbum verbo redderetur, ubi vero vel genius lingvæ Germanicæ vel etiam perſpicuitas requiſiverit vocum quarundam acceſſionem, voces illas parentheſi incluſas fuiſſe. Præterea commemorat induſtriam ſuam, qua uſus ſit in conſulendis variis Scholarum Hiſpanicarum & Luſitanicarum doctoribus, ut eo accuratior prodiret labor, quem denique vindicat a criminationibus in ipſum a R. Jekuthiel Blitz, alterius verſionis auctore conjectis. Conſuluit idem præſtantiores Judæorum commentatores, Paraphraſtas Chaldæos, Raſchium, Aben Eſram, &c. Hinc facile emen-

 dabuntur

dabuntur ea, quæ Cl. le Long, Viro alioquin diligentiſſimo, de hac verſione commentanti Parte II. p. 271. exciderunt. Confer, quæ dicta ſunt Parte I. p. 505. Præfertur hæc interpretatio tum a Chriſtianis, tum a Judæis alteri illi, de qua mox dicemus. Eadem ad verſionem B. Lutheri Germanicam paſſim accedit, quod oſtenſurum ſe aliquando recepit Venerabilis *Theod. Daſſovius* in Additionibus ad Conſenſum Judæorum cum mente Lutheri, Witteberg. 1696. in 4.

II. Altera verſio Hebræo-Germanica debetur R. *Jekuthiel ben Iſaac Blitz* Vitmundenſi, ut Interpreti; & *Uri Veibſch fil. Aaron*, Levitæ, ut Typographo, qui eam impenſis Chriſtianorum Guil. Blaeu & Laur. Baakii, cum privilegio Regis Poloniæ & variorum Rabbinorum approbatione edidit *Amſtelod.* 439. C. 1679. in fol. non an. 437. in 4. ceu Bibliotheca le Longiana credere jubet. Præmiſſa eſt & Interpretis & Typographi præfatio, prioris quidem duplex, Hebræa altera, altera Hebræo-Germanica; poſterioris vero una Hebræo-Germanica. Hinc factum eſt, ut (quod & priori iſti uſu venit) nunc Interpreti R. Jekuthiel, nunc Typographo Uri Veibſch tribueretur, non ſine orta inde confuſione. Ita Cl. le Long verſionem Joſephi Athiæ (quæ nulla unquam exſtitit) diſtinguit a verſione Joſel filii Alexandri, quæ tamen ipſa illa Germanica interpretatio eſt, quam Joſ. Athias ſumtibus ſuis procuravit. Sic Cl. *Reimannus* in Introductione ad Hiſtoriam Theologiæ Judaicæ p. 135. poſteriorem hanc verſionem Uri Veibſch tribuit, cujus certe non eſt, quia tantum ex officina ejus prodiit, a R. Jekuthiel elaborata. Hic Jekuthiel, ceu ex Typographi præfatione patet, pro ſingulis philyris accepit octo זהובים, i. e. ut interpretor, *florenos* & ſedecim ſtuveros ſive aſſes; R. Meir Stern, Archiſynagogus Germanorum Amſtelodamenſis autem, recognoſcens interpretationem pro ſingulis tulit ſex זהובים & ſex aſſes. In calce accedunt uſus ſeu poriſmata R. *Levi ben Gerſon* in libros Joſuæ, Judicum & utrumque Samuelis in eandem linguam translata. Hæc verſio Judæis ſe non æque ac prior probavit, & ipſe Athias, Jekuthielis criminationibus excitatus, in præfatione ad translationem, quam ipſe excudi curavit, nonnulla ut minus recte translata caſtigavit. Nec Chriſtianorum calculum meruit, inter quos Cl. *Schudtius* in Memorabilibus Judaicis Parte I. p. 285. eam inſulſam, abſurdam & malitiæ plenam vocat, quippe quæ clariſſima vaticinia de Meſſia, v. c. Pſalmum II. XXII. &c. turpiſſime detorqueat & depravet, præterea etiam hinc inde venenatas gloſſas & annotatiunculas in Sanctiſſimū Servatorē noſtrū & doctrinam

Chri-

Chriſtianam injurias protrudat, cujusmodi invenias ad Jeſ. VII. 17. Prov. XXX. 19. &c. ſicut & in calce cap. VII. Jeſaiæ & Jeſ. IX. 9. communis Chriſtianorum interpretatio diſerte confutatur. Confer B. *Chriſtiani Kortholti* tract. de variis Scripturæ editionibus pag. 343. Imo tam frequentes exſtant ejusmodi detorſiones, ut Venerab. *Theod. Daſſovius* in programmate quodam, an. 1690. edito, examen hujus verſionis a ſe inſtituendum promiſerit.

III. *Pentateuchus* cum quinque Megilloth & Haphtharoth, Germ. addito commentario Raſchii, in fol. 1542. *Cremonæ* apud Vinc. Conti, juſſu Jehuda ben Naphthali, qui alias vocatur ליבברעש paginis 156. Verſio illa pertinet tum ad textum Biblicum, tum ad Raſchii commentarium.

*Idem* cum Megilloth & Haphtharoth, Germ. *Baſileæ* fol. 1583. apud Thom. Guarn, & ibidem 1603. ut & *Auguſtæ* ſine anno in 4. quas poſteriores duas editiones laudat Cl. le Long. Prodiit & *Pragæ* 370. C. 1610. fol. apud Moſen ben JoſephBezalel, ubi ab altero latere ex Raſchio, ab altero ex variis Medraſchim excerpta leguntur.

*Pentateuchus* cum Megilloth & Haphtharoth, interprete *Michaele Adamo*, Ex-Judæo, cura Pauli Fagii, *Conſtantiæ Helvetiorum* in 4. an. 314. C. 1544. teſte Jac. Friſio p. 604. Biblioth. Geſnerianæ. Præter Pentateuchum libros quoque Hiſtoricos ibi converſos legi, teſtis eſt *Hottingerus* in Schola Tigurinorum Carolina pag. 65. Imo Biblia integra appellat *Sixtus Senenſis* lib. 4. Biblioth. Sanctæ, & *Mich. Neander* in Catalogo Erotematibus Lingvæ Hebr. ſubjecto p. 409.

Hanc puto eſſe, quæ tribuitur a Schabbatæo in ש"י *Eliæ Levitæ*, & Conſtantiæ Helvetiorum eodem anno prodiiſſe dicitur. Illius enim allocutio in fine legitur. Vidi in Biblioth. Oppenheimeriana, ſed ſine titulo. Referebat autem Pentateuchum cum 5 Megilloth & Haphtharoth, & conſtabat tribus Alphabetis & ſex plagulis.

*Pentateuchus* Germanice, ſine commentario, in fol. *Venet.* 1619. apud Bragadin.

Quodnam German. verſionis inter Judæos exemplum ſit, cujus meminit *Joh. Matheſius* concione XIII. de Luthero, p. 156. non dixerim. Prophetas adhibita Judæorum opera German. converſos allegat B. Lutherus in libello de Interpretatione Tomo V. Jenenſi f. 143. ubi hæc ejus verba leguntur: *Propterea arbitror, nullum Chriſtianum falſo ita dictum, nec*

Digitized by Google

*nec ſectarium fidelem Interpretem agere poſſe; ſicut hoc ex Prophetis Wormatiæ converſis patet, quamvis revera ibi magna induſtria adhibita & mea Germanica dictio fere imitatione expreſſa ſit*, (und meinem Teutſchen faſt nachgegangen iſt) *ſed Judæi ibi manus ſimul adhibuerunt, qui Chriſto non faverunt: alioquin induſtriæ & artis foret ſatis.* Verſio iſta procul dubio ea eſt, quam *Lud. Hetzerus* & *Joh. Denck* Wormatiæ 1527. edendam curarunt. De ea fuſius aliquando commentabitur Rev. *Ioh. Melchior Kraft* in hiſtoria verſionis Bibliorum Germanicæ ceu ex Prodromo illius patet p. 6. Conferatur interim Matheſius concione XII. de Vita Lutheri p. 160.

Libri Hiſtorici Veteris Teſtamenti lingva Hebræo-German. una cum lib. Danielis, Nehemiæ & Eſræ, per R. Chajim ben Nathan converſi prodierunt *Pragæ* 434. C. 1674. apud filios Iudæ in 4. plagulis 41. ita tamen, ut hinc inde varia commata omittantur, librique Regum & Chronicorum in unam ſeriem conflati exhibeantur. Titulus eſt: ראשׁ טיטש עשרים וארבע h. e. *libri quatuor & viginti Germanice.* Unde factum eſt, ut Cl. le Long integra Biblia hic exhiberi putaret. Recuſum eſt hoc volumen *Dyrenf.* 1704. in 4. apud Schabbatai.

Capita quatuor priora *Geneſeos* Germanice, juxta uſitatam Iudæorum interpretationem, per *Paulum Fagium* in 4. *Conſtantiæ* 1543.

*Exodus* Germanice, literis Hebræo-Germanicis, in 4. *Prag.* 313. C. 1553.

Verſio Germanica Paraphraſeos Chald. in 5 Megilloth, interprete R. *Jac. Cappelman*, una cum explicatione Germanica difficiliorum vocum Chald. in 8. maj. *Friburgi Briſgoiæ* apud Frobenium.

Liber *Samuelis uterque* Germ. per *Nathan fil. Elieſer Michelbach*, quem Cl. le Long decurtate *Michel* appellat, in 4. *Cracov.* 1593. & *Baſil.* 372. C. 1612. in 4. apud Conr. Waldkirch pp. 71. item *Pragæ* anno 369. C. 1609. per Iac. ben Gerſchon. Verſio non eſt literalis, ſed rhythmica, & moralibus referta, & talis, quæ ſimul explicationis loco inſervire poſſit.

Libri *Regum* eadem omnino ratione, qua Samuelis illi, German. tranſlati prodierunt 4. *Prag.* 316. C. 1556. In meo exemplari titulus deſideratur. Annum vero & locum editionis ex calce didici.

Liber *Eſther* German. verſibus rhythmicis 4. *Cracov.* 350. C. 1590. apud Iſaac ben Aaron Proſtitz, & *Amſtelod.* 423. C. 1663.

*Idem* Hebraice cum punctis, addita verſione Germanica, *Francof. ad Mæn.* in 4. 458. C. 1698.

Duplex

Digitized by Google

Duplex Targum in volumen Eſther, Germanice in 4. *Amſtelod*, 409. C. 1649.

Targum II. ſuper *Eſther*, German. ſine loco & anno in 4. pp. 8.

*Eccleſiaſtes* German. ex verſione David ben Aaron, in 4. *Prag.* an. 468. C. 1708. apud nepotes Moſis.

*Canticum Canticorum* Germ. in 4. *Cracov.* ſine notato anno editionis, & nomine auctoris.

In approbatione, verſioni Eccleſiaſtæ paulo antea laudatæ præmiſſa, idem David ben Aaron dicitur Germanice vertiſſe Canticum, quod tamen non vidi.

*Ezechiel* Germ. in 4. *Prag.* 362. C. 1602. ſine nomine Interpretis, apud Abrah. ben Moſche.

*Jonas* Germ. in 8. *Prag.* ſine anno.

*Pſalmi* Germ. in 4. apud Iſaac ben Aaron Proſtitz. In fine exſtat nomen feminæ ריזל viduæ, filiæ Ioſ. Levi, cujus forte vel cura vel ſumtibus hæc verſio prodiit.

*Pſalmi* Germ. ex verſione Eliæ Levitæ: vide ſupra inter editiones Pſalmorum Hebraicas an. 1562. & alibi.

*Pſalmi* German. in 4. *Prag.* 448. C. 1688. per nepotes Iudæ; & ibidem, ſine anno, per Iehudam ben Iac. Bak, in 4.

*Proverbia* Salomonis Hebr. cum verſione Germ. a latere per R. Mardochai f. Iacob, in 4. *Cracov.* 1582. apud Iſaac ben Aaron Proſtitz.

*Jobus* Hebr. & a latere oppoſito Germanice, in 4. *Prag.* 357. C. 1597. & *Francof. ad Mœn.* ſine anno. Interſpergitur quoque commentarius literalis.

*Idem* ad literam Germ. translatus eſt per *Eliam Levitam*, & ex ore ejus a Paulo Fagio exceptus, teſte *Elia Schadæo* in libello vernaculo, quem dixit Myſterium, ſive de Converſione Iudæorum, ubi pagina extrema eam verſionem literis Hebræo-vernaculis ſe editurum pollicetur.

Ex libris Apocryphis converſus exſtat *Eccleſiaſticus* ſive *Siracides*, Interprete R. Salom. ben Iac. כ״ץ in 12. *Amſtelod.* 420. C. 1660. iterumque in 8. interprete R. Moſche Vitmund, ibid. 421. C. 1661. ſub titulo אָרְחוֹת יוֹשֶׁר i. e. *ſemita recta*, ac denique nova opera Ioſeph מארשן in 8. *Amſtelod.* 472. C. 1712. qui translationem ſuam ex Belgica lingva adornatam ſcribit.

Exſtat & editio Germanica *Furthenſis* an. 455. C. 1695. in 8. apud Ioſeph ben Salman Schnior.

Ceteros libros Apocryphos, nominatim Iudith, utrumque Maccabæorum, Tobiæ, Baruch, item hiſtoriam Bel & Babel, Suſannæ, &c. vidi German. in Bibl. Oppenheimer. in 4. Exemplar erat mutilum.

Libri *Judith*, *Maccabæorum* & *Tobiæ*, in 8. *Francofurti* apud Anton. הייבשויץ.

Liber *Judith* ſeorſim, in 8. *Francof. ad Mænum* 1715. cura R. Sam. Lunden.

Fragmenta *Mardochai* & *Eſther*, item de *Suſanna* & *Daniel*, Germanice, in 8. pp. 6. ſine loco & anno.

Pertinent huc duo Tomi Biblici membranacei MSS. ex dono Jo. Reuchlini in Bibliotheca Phorcenſi obvii, in quibus ſecundum ſeriem librorum Biblicorum difficiliora vocabula Germanice redduntur, ſed Hebraicis literis ſcribitur verſio. Prior Codex plenior eſt quam poſterior, quippe qui ab Exodo incipit, & in quo quamplurima ſubinde deſunt. Ad hanc quoque claſſem pertinet volumen ſatis vaſtum in 4. continens aliquot librorum Biblicorum verſionem Germanicam, ſimilem in modum Hebraicis characteribus ſcriptam. Ita B. *Majus* in Annotat. ad Vitam Reuchlini p. 537. ſq.

Pentateuchum & librum Eſther, Germ. in fol. manu exaratum vidi in Bibliotheca Oppenheimeri.

IV. Ad verſiones has Germanicas jure quodam ſuo referuntur commentarii Germanici, a Judæis exarati, quales ſunt צאינה וראינה, item מגיד, tum אילת שלוחה, nec non באר משה, de quibus Parte I. ſub ſingulorum Auctoribus expoſuimus. Summatim quoque de iis agit Joſ. Athias in præfat. ad verſionem Hebræo-German. ipſius typis editam. Hæ commentationes & verſiones vernaculæ illis quidem, qui Hebræam lingvam non intelligunt, partim obſcuræ ſunt, partim interdum ridiculæ, in ſe tamen adeo non contemnendæ, ut potius aliæ magis, aliæ minus ad intelligentiam Sacri Codicis conferre harum rerum gnaris viſæ ſint. Lege B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilium* in Inſtitutionibus Lingvæ Hebræo-Germanicæ in fol. E. 4. b. ubi teſtatur, interpretationes ejusmodi in explicandis locis difficilioribus ſæpius magis ſibi proficuas fuiſſe, quam omnia alia, quæ exſtent, ſubſidia. Addere his fas eſt, quod *Matthias Vehe* in præfat. ad comment. Kimchii in Amoſum Germanice

Digitized by Google

manice converſum, & Colon. ad Rhen. an. 1581. editum, promittit totum V. T. cum gloſſis Rabbinicis Germaniee edendum. Confer *Chriſt. Gerſonis* præfat. ad tractatum *Chelek* ſub initio.

V. Novum Teſtamentum integrum, lingva & literis Hebræo-Germanicis expreſſum, prodiit Cracov. in fol. 1540. Vidi exemplar in Bibliotheca Vener. *Polycarpi Lyſeri*, hodie Antiſtitis Generalis Cellenſis. Titulus ita habet: Das Neue Teſtament / das da wird genant *Evangelion*, das iſt im Teutſch eine froͤliche Botſchafft / gleichwie im Hebraͤiſchen בשורה טובה · Gedruckt zu Krokaw durch *Paul Helic* im Jahr 1540. fol. In frontiſpicio manu, neſcio cujus, nomen auctoris adſcriptum erat *Johan Harzuge*, Ex-Judæus. Secutus is erat verſionem B. Lutheri.

N. T. ex Lutheri verſione literis Hebræo-Rabbinicis Germanice eodem modo repræſentavit *Chriſtianus Mollerus*, Paſtor Eccleſiæ Sandovienſis, in 4. *Francof. ad Viadr.* an. 1700. Is in præfatione ſcribit, ſe hac opera ſua jam defunctum fuiſſe, cum Eliæ Schadæi ſimilem ſcriptionem videret. Innuit is

חמשה h. e. Fuͤnf Buͤcher des Neuen Teſtaments / mit Ebraͤiſchen Buchſtaben gedruckt / aus Urſachen / ſo zum Theil in der Vorrede / zum Theil in einem ſondern Teutſchen Tractat erzehlet werden / angeordnet / durch M. *Eliam Schadæum*, und mit ſeinen Schrifften gedruckt / zu Straßburg 1592. 8. h. e. Quinque libri N. T. literis Hebraicis expreſſi, ex cauſis variis, quæ partim in præfatione, partim in ſingulari tractatu vernaculo afferuntur, adornati per Eliam Schadeum, & typis ejus excuſi; *Argentorati* 1592. 8. Quinque iſti libri ſunt Evangelium S. Lucæ, S. Johannis, Acta, epiſtola ad Romanos & ad Hebræos. In calce præterea leguntur Pſalmi II. XXII. & CX. item Jeſaiæ c. LIII. tum nonnulla ex Zach. IX. XI. & XII. nec non ex Malach. III. & IV. Retinuit auctor B. Lutheri verſionem. Contextui Lucæ inſerta ea ſunt, quæ Matthæus cap. I. & II. de apparitione Joſephi, de Magis, infanticidio, fuga in Ægyptum & reditu ex ea commemoravit. Minus recte itaque in Bibliotheca Sacra Cl. *le Long* p. 273. edit. Lipſ. quatuor Evangelia hic exhiberi dicuntur. Specialis liber Germanicus, ad quem provocatur in titulo, eodem volumine continetur & titulum habet: *Myſterium S. Pauli ad Romanos cap. 11. de converſione Iudæorum explicatum, & pro concione propoſitum Argentorati per Schadæum, Eccleſiaſten & Profeſſorem; cui in fine additur inſtructio de ratione ſcribendi Hebræo-Germanica:* ib. 1592. 8.

Mmm 2 Ver-

Digitized by Google

Verſionem N. T. Hebræo-Germanicam promittit *Rudolphus Bernhard*, Ex-Judæus, p. 11. præfationis ad epiſtolam ſuam ad Judæos Germanice exaratam, & editam *Bernæ* 1705. 8. Eam verſionem prelo paratam & Berolinum, ut illi ſubjiceretur, ab auctore delatam Cl. *Ottius* per epiſtolam an. 1706. ſcriptam docuit Cl. *le Long*.

# LIBER III
## DE
# MASORA,
## Sive
# DOCTRINA HEBRÆORUM CRITICA.

HIſtoriæ Biblicæ merito proxime jungimus tractationem de Maſora ſive Opere Hebræorum Critico, quod ad aſſerendam vindicandamque & ad poſteros transmittendam Codicis Sacri integritatem a majoribus Judæorum relatum eſt. Cum vero hoc argumentum variis momentis contineatur; doctrinæ & ordinis cauſa & hic certis quibusdam capitibus ſeu ſectionibus ea a nobis tradentur, quæ præ ceteris aſſerenda videbuntur. Itaque Caput I. de nomine, origine & fatis Maſoræ exponet. Cap. II. argumentum atque adeo conditionem ejusdem conſiderabit, ſubjectis eruditorum de ea judiciis. Cap. III. denique de Scriptoribus Maſorethicis Judæis & Chriſtianis, Scribis & Punctatoribus, Grammaticis & Lexicographis, aliisque affinibus argumentis commentabitur.

CAPUT

# CAPUT *ſeu* SECTIO I.

*De*

## Nomine, origine & fatis Maſoræ.

*I. De nomine Maſora, II. ejus origine, quam alii a* Moſe, *III. alii rectius ab* Eſra, *alii IV. minus bene a* Maſorethis Tiberienſibus *repetunt, cum V. inde ab Eſra ſit derivanda. VI. De fortuna Maſoræ diverſa, ejusque corruptelis, VII. de reſtitutione per Bombergium, & VIII. Buxtorfium facta, & IX. ab aliis tentata.*

I.

MAſora a Judæis hodie communiter מָסֹרָה vel מָסוֹרֶת aut מַסֹּרֶת appellatur a verbo מָסַר, quod *traditionem* (a) infert, & in ſacris æque ac profanis libris hac notione frequenter occurrrit. Prior denominationis forma imitatur vocem בָּגוֹרָה i. e. *prævaricatio:* vide Jerem. III. 7. poſterior vero formam פָּרֹכֶת i. e. *velum*, ſub qua diſerte legitur Ezech. XX. 37. וְהֵבֵאתִי אֶתְכֶם בְּמָסֹרֶת i. e. *& adducam vos in vinculum fœderis.* Solet autem de omnibus rebus uſurpari, quæ alteri quocunque modo traducuntur. Hinc Elias Levita præf. 3. והכלל כי לשון מסירה נופל על דבר שיתן או יפקיר אדם ביד אחר שיחזיקנו ברשותו: h. e. *Vox* מסר *generatim dicitur de re, quam homo tradit aut deponit in manum alterius, ut recipiat in poteſtatem ſuam.* Inprimis vero adhibetur de doctrina, quæ oris beneficio derivatur ad alios. Hunc ſignificatum obtinet verbum מסר in *Pirke Avoth* cap. I. n. I. ubi ita: משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע i. e. *Moſes accepit Legem ex Sinai, & tradidit eam Ioſuæ.* Eodem ſenſu ſæpius occurrit in *Abrahami ben*



(a) A ſignificatione & etymologia hac recedit Ch. *Jo. Andreas Danzius* in Tract. de Sinceritate Scripturæ vacillante §. 26. p. 81. Is enim מָסֹרֶת dici putat per ſyncopen pro מַאֲסוֹרֶת, ſignificatione ex אָסַר *vincire, ligare, claudere,* mutuata, quod tanquam *clauſura* vel *clauſtrum*, aut *coarctatio* Scripturam muniat, ne quid temere in eam introducatur, aut ſubtrahatur ei, pro cujusvis arbitrio; qua ſine Talmudiſtis vocatur סייג לתורה i. e. *ſepes Legis.*

*ben Dior* libro הקבלה & ſic מסורה reſpondet *παραδόσει* ſive doctrinæ voce traditæ, quæ in Novo Fœdere frequenter memoratur. Hoc vero loco *Maſora* ſingularem tuetur ſignificatum, infertque obſervationes Criticas a Judæis circa contextum ſacrum primum voce traditas, deinde vero ſcripto quoque comprehenſas. Lege hanc in rem plura apud *Io. Buxtorſium* in Tiberiade cap. I. & *Io. Morinum* in Exercitat. Biblic. XII. p. 384. nec non *Io. Heimreichii* diſp. quam inſcripſit Gradum atque aditum ad præclara Maſoræ Judæorum opera, Jen. 1717. pag. 2. ſeqq. & Celeb. *Io. Andr. Danzium* in Sinceritate Scripturæ vacillante p. 81. ſq.

II. Quod ad originem Maſoræ definiendam, idem uſu venit, quod accidere conſvevit illis rebus, quæ non uno eodemque tempore & naſcuntur, & matura ac numeris ſuis abſoluta evadunt, ſed procedente tempore creſcunt, & magis magiſque provehuntur. Hæ enim primos ſuos conditores ſcrutantium oculis ſubducunt, vel ſaltem origines ſuas dubias faciunt mentibus ad diſputandum paratis. Hinc factum eſt, ut alii longius, alii propius totius hujus inſtituti rationes & origines quærendas eſſe exiſtimarent. Longiſſime procedunt ii, ex quorum mente Elias Levita in præf. III. ad librum Maſoreth Hammaſoreth p. 11. Maſoram hoc nomine appellatam ſcribit, eo, quod tradita fuerit Sapientibus, uni ab altero usque ad tempora Eſræ & concilii ejus. Inter hos vero Sapientes Moſen ipſum numerandum patet ex pag. 12. Certe ita poſt Hottingerum p. 396. Theſauri Philologici Eliæ mentem interpretati ſunt alii recte, cum viciſſim Guil. Schickardus in Bechinat Happeruſchim p. 57. in verſione ſua ſenſum verborum minus accurate repræſentet (b). Sententia Eliæ ipſa ſane nemini ſe hodie probabit ideo, quod nec Moſis nec Prophetarum tempore obſervationibus ad Codices a corruptelis vindicandos opus erat, quippe quo tum ipſa *αὐτόγραφα* Scriptorum Sacrorum ſupereſſent, tum donum prophetiæ adhuc vigens oraculi inſtar eſſe poſſet, ad quod conſulendum dubii confugerent. Et vel ſic tamen

R.

(b) Eliæ Levitæ verba ita habent: וכן ענין המסורת הזאת לפי שנמסרה לחכמים איש מפי איש עד עזרא וסיעתו. Ea ita convertit Latine Schickardus: *Hæc eſt ratio etymologica Maſoræ, quod tradita fuit Sapientibus ſingulis ex ore ſingulorum, inde uſque ab Esdra & collegio ejus.* Ibi vocula Hebr. עד vertitur ac ſi eſſet מעם *(ab)*, quæ tamen non *terminum a quo*, ſed *ad quem* perpetuo inſert. Itaque Elias ſignificare vult, jam ante Eſram fuiſſe, qui huic ſtudio invigilarent.

R. *Gedalias* in Schalſcheleth Hakkabbala perſvadere ſibi hæc talia potuit. Is enim de Maſorethicis obſervationibus earumque origine locutus p.22. ait: ולבי אומר לי להכריע שהכל ניתן למשה מסיני ושכחנו או שלא נתנו להכתב ואלו השרים כתבו הכל וחזרו להזכירם לכל ישראל: h. e. *Et cor mihi imperat, ut opinor, omnia hæc data eſſe Moſi ex Sinai, & quod obliti eorum ſumus, ſive quod non data ſunt, ut ſcriberentur. Illi vero principes* (Esdras & Synagoga Magna) *conſignarunt hæc & reſtituerunt, ut in memoriam totius Iſraelis pervenirent.* Imo magis forte mirandum eſt, ex noſtratibus *Sennertum* in Biga Diſſertationum Theologico-Philolog. D. 2. & *Hottingerum* p. 397. Theſauri Theologico-Philolog. initia Maſoræ Moſi accepta ferre potuiſſe.

III. Plures illi invenerunt aſſeclas inter ipſos Judæos, qui ab *Eſra* & Synagoga, quam vocant, magna, initium laboris hujus Critici repetunt. Hanc communem eſſe Hebræorum ſententiam monet *Buxtorfius* in Tiberiade p. 130. teſtimonioque ipſius Eliæ Levitæ utitur in præfatione III. modo laudata ita loquentis: הנה דעת רוב האנשים שעזרא הסופר וסיעתו שהם אנשי כנסת הגדולה עשו המסורת והנקוד והטעמים על כל המקרא: h. e. *Ecce multorum ſententia eſt, quod Eſra Scriba & conſeſſus ejus, i. e. viri Synagogæ Magnæ fecerunt Maſoram, punctationem & accentus ſuper totam Scripturam.* Atque inter hos quidem numerandi ſunt ex Hebræis R. *Juda Levita*, vel quisquis libri Coſri auctor eſt, Parte III. p. 26. R. *Gedalia* l. c. (ubi ſaltem quod ad conſignationem Eſram huc revocat) *Ephodæus* cap. VII. Grammaticæ, R. *Moſche Nachmanides* præfat. in Legem, R. *Aſarias de Rubeis* in Meor Enajim pag. 179. b. *Abarbanel* in præf. ad נחלת אבות & alii, quorum loca vide apud *Io. Buxtorfium* Patrem in Tiberiade cap. XI. p. 117. ſqq. & filium in tract. de origine punctorum p. 410. itemque *Hottingerum* p. 396. Theſauri Philolog. & *Schickardum* in Bechinath Happeruſchim p. 56. In has partes conceſſerunt Philologi Chriſtiani tantum non omnes, ſi recentiores nonnullos exceperis. Vide ex iis nominatim p. 55. libri citati, *Buxtorfium* utrumque ll. cc. *Leusdenium* in Philol. Hebr. *Iac. Uſſerium* & *Arnold. Bootium* in epiſt. Uſſerii 267. B. *Aug. Pfeiferum* in Diſſertat. de Maſora ſive Critica Sacra Hebræorum c. 2. & in Critica Sacra p. 191. *Io. Bened. Carpzovium* in Introduct. ad Theologiam Judaicam cap. X. p. 78. & in Collegio Rabbinico-Biblico ſuper librum Ruth c. 3. p. 30. ſqq. *Valent. Erneſtum Læſcherum* de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 91. ſqq. & alios infra citandos.

IV. Ad-

IV. Adverſantur his, qui Maſoræ natales ad Sæculum a C. N. quintum ſextumve, referunt, auctoresque ejus conſtituunt Magiſtros Tiberienſes (c). Hoc obiter quaſi innuit olim R. *Abrab. ben Eſra*, Scriptor Sæculi XII. novas ſubinde ſententias ſectatus, in libro Grammatico, quem dixit צחות, ubi hæc legas: כן מנהג חכמי טבריא כי מהם היו אנשי המסורת ומהם קבלנו כל הנקוד: i. e. *Hic fuit mos Sapientum Tiberiadis, quippe ex quibus fuerunt auctores Maſoræ, & a quibus accepimus totam punctationem.* Conferatur idem in comm. ad Exod. XXV. 31. Lege *Buxtorfium* in Tiberiade pag. 9. Hujus veſtigiis inſtitit *Elias Levita*, Scriptor Sæculi XVI. qui ut præ ceteris Maſoræ rationes in libro ſingulari מסורת המסורת diligenter expoſuit, ita quoque in originibus ejus detegendis elaboravit, inque eo argumento ita verſatus videtur Buxtorfio & aliis, ut reliquis Judæis omnibus ſit opponendus. Enimvero mihi quidem tanta inter Eliam Levitam & reliquos Judæos pugna ratione originis Maſoræ intercedere non videtur, modo id unum exceperis, quod Elias Tiberienſes primos faciat vocalium & accentuum auctores, quod reliqui Judæi nusquam admittunt. Quod ad cetera Eliæ cum fidei ſociis probe convenit. Is enim in præfatione prima Eſram vocat:

כהן ורב ולסופרים אב
אם למקרא ולמסורת

h. e. *Sacerdotem & Doctorem & Scribarum patrem, matrem Scripturæ & Maſoræ.* Idem in calce præfationis III. infinitum ait eſſe Maſoretharum numerum, neque conſtare de initio aut fine eorum: ולא נודע לנו זמן התחלתם גם זמן התמתם: Ex quo conſequitur, eum ad Doctores iſtos Tiberienſes non omnem operæ Maſorethicæ partem referre, quamvis non poſtremam illis tribuat. Ita omnino capienda ſunt hæc ejus verba, quæ in limine præfationis III. exſtant, ſupra p. 462. a nobis Hebraice adducta in hunc ſenſum, quod Maſora ore tradita ſit Sapientibus usque ad Eſram & conſeſſum ejus, a quibus deinceps pervenerit ad Sapientes Tiberiadis, qui literis eam conſignarint & Maſoram vocarint. Hinc recte tantiſper judicaſſe mihi videtur *Rich. Simon*, quando lib. I. Hiſtor. Criticæ V. T. c. 24. p. 122. Eliam hac in parte cum ceteris Judæis comparat. Fruſtra itaque ex recentioribus nonnulli, ſiniſtre & abjecte de Maſora ſentientes, novitatemque ejus inter cetera cauſantes ad Eliæ hujus conſenſum provocarunt. Præcipui eorum ſunt *Jo. Morinus* in Exercitat.

(c) De his vide, quæ dixi Part. I. n. 337.

Digitized by Google

citat. Biblica XII. & ſqq. *Ludov. Cappellus* in Critica Sacra, *Brianus Waltonus* in Prolegom. Biblic. n. VIII. & *Rich. Simon* in Diſquiſitionibus Criticis c. IV. & in Hiſtor. Crit. lib. 1. p. 121. Poſtremus hic in ceteris nonnullis capitibus præclarius de Maſora & Maſorethis judicat, in eo tamen cum *Morino* & *Cappello* conſentit, quod nec Eſdræ nec Synagogæ magnæ quidquam hujus laboris ſit adſcribendum.

Res ipſa, ſi quid video, ita omnino ſtatuere jubet. Ut Moſi nihil hic fuit negotii, quo eo tempore opus non erat, ita alias jam evicimus, Eſdram in recognoſcendo repurgandoque Codice Sacro primum operam poſuiſſe, atque hoc ipſo primum inter eos locum mereri, qui Scripturæ divinioris ſanctius habendæ curam ſusceperunt. Hujus exemplo & nutu procul dubio alii poſtea excitati ſunt, ut idem agerent tum ante tum poſt Domini & Servatoris Sanctiſſimi nativitatem. Quod ſtudium frequentibus Judæorum exſiliis & calamitatibus ſenſim oppreſſum majori induſtria reſumtum & tractatum videtur ſeculo VI. a Doctoribus Tiberienſibus, qui, quæ a majoribus obſervata erant, in unum conferentes ſuas ſymbolas adjecerunt, quibus procul dubio & recentiori ætate nonnulla acceſſerunt. Pertinent ſane huc variantes lectiones *Ben Aſcher* & *Ben Naphtali*, quarum collectio in Seculum XI. incidit. Differunt in eandem ſententiam poſt Buxtorfium, qui tamen Viris Synagogæ Magnæ fortaſſe hic nimium tribuit, Celeb. *Læſcherus* de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 92 & alii paulo ante a nobis laudati. Ita vero ſentiendi has in promtu cauſas habeo. Maſoræ ſeu Critices Sacræ ſtudium ante doctorum Tiberienſium ætatem viguiſſe, Talmudicum corpus utrumque. quod iſtis quidem antiquius eſſe infra demonſtrabimus, evincit. In Talmude enim mentio Maſoræ fit in *Megilla* c 4. & *Nedarim* c. 4. f. 37. quæ loca affert & explicat Buxtorſius in Tiberiade c. 8. p. 34. Illuſtris præ ceteris locus eſt in *Kidduſchin* fol. 30. a. his omnino verbis conceptus: לפיכך נקראו ראשונים סופרים שהיו סופרים כל אותיות שבתורה שהיו אומרים ואו דגחון חציין של אותיות של ספר תורה׃ דרש דרש חציין של תיבות׃ והתגלח חציין של פסוקים יכרסמנה חזיר מיער עין דיער חציון של תהלים באותיות • והוא רחום יכפר עון חציין דפסוקים: h. e. *Ideo vocati ſunt primi illi doctores* סופרים, *quia numerabant omnes literas, quæ ſunt in Lege. Dicebant enim Vau in voce* גחון Levit. XI. 42. *eſſe mediam literarum in libro Legis;* דרש דרש Levit. X. 16. *eſſe mediam vocem:* והתגלח Levit. XIII. 33. *medium verſum. Pſalmo* LXXX. 14. τὸ ע in יער *eſſe mediam literam*

*ram in Pſalmis :* & Pſalm. LXXVIII. 38. והוא רחום *medium in Pſalmis verſiculum*. Quouſque hæc obſervatio cum hodierna Maſora conveniat, oſtendit doctiſſimus *Jo. Georgius Abichtius* in diſſert. de duobus verſibus Joſuæ libro reſtituendis p. 13. quem compara cum Buxtorfio p. 45. Tiberiadis. Viciſſim *univerſam Maſoram parvam, quam vocant, non eſſe priſcorum Maſoretharum; verum ex ipſorum commentariis a poſterioribus Rabbinis excerptam, & propriis obſervationibus auctam, omnes ſciunt*, ceu monet doctiſſimus *Daniel Erneſtus Jablonskius* in præfat. ad Biblia Hebræa Berolinenſia §. 32. ubi vide quæ alia affert argumenta diſcriminis inter antiquiorum & recentiorum Maſoretharum obſervationes. Conſentit Buxtorfius in Tiberiade p. 6. ubi de nota Deuter. XXXII. 6. addita obſervat, *videri non eſſe priorum Maſoretharum, ſed poſteriorum Rabbinorum, qui Maſoram parvam ex magna extraxerunt*. Pertinet huc elegans Rev. *Io. Henr. Michaëlis* obſervatio p. 6. præfationis ad Biblia Hebræa Hallenſia : *Alios*, inquit, *eſſe recentiores Criticos, & vetuſtos illos ante-Talmudicos Maſorethas, tantopere Buxtorfio aliisque Viris doctis commendatos, evidentiſſime docent tum libri MSS. diverſa manu ac diverſo tempore interpolati, tum impreſſi codices, quibus fere ſingulis aliquid in margine Hebraice ab editoribus adſcriptum eſt, quod deinde Maſorethicarum notarum nomine vulgo venit. Mallemus ſupervacuam illam diligentiam non adhibitam fuiſſe, præſertim ab iis, qui in his rebus judicium parum ſubactum & temeritatem potius prodiderunt*. Compara cum his doctiſſimi *Io. Andr. Danzii* Sinceritatem Scripturæ V. T. vacillantem p. 84. Maſora ad Levit. IV. 35. Rabbenu Gerſon מפריז i. e. Pariſienſem, procul dubio illum, de quo R. David Gantz ad An. 5830. i. e. C. 1070. agit, allegat. Imo & ſe ipſum citat ad Joſ. XXI. 37. quod ſcite obſervatum eſt a Jablonskio l. c. Ita quoque illa ſymbola, quæ hodie in contextu Hebræo extant, & ל, quæ Keri atque Kethib ſimul repræſentant, ab alia manu profecta eſſe, quam cui annotatio lectionum illarum debetur, ſunt qui opinantur, de quibus paulo poſt dicemus. Manifeſtum ex his eſt, non unam omnium obſervationum Maſorethicarum eſſe originem, ſed plures iique ætate ſejunctiſſimos huc operam ſuam contuliſſe.

VI. Ex hac re effectum eſt, ut *fatis* diverſis uteretur Maſora, variaque ejus naſceretur fortuna, multis viciſſitudinibus obnoxia. Primum quidem longe alia ejus erat facies, quam qua hodie ſe conſpiciendam præbet, quia olim ad Biblia ſive ſeparatim ſive ad textum ſparſim non fuit adſcripta, ſed in ſeparata folia & in libros ſeparatos, quos explicabant in ſcholis publice, relata. Ita formam priſtinam exponit Elias Levita

præf.

Digitized by Google

præf. 3. libri Maſoreth Hammaſoreth in calce. וגם מה שנמצא כתוב בגליונות הספרים אינו אלא קצור מהמסורת הגדולה כי ודאי בעלי המסורת לא כתבו דבריהם סביב הגליונות כי קצר המצע מהשתרע והודיעה קטנה מהכיל את כל דבריהם קונטרס קונטרס ולמרובם ברבים ונתפשטו העתקות ההם המה והמה: i. e. *Præterea, quod reperitur ſcriptum in marginibus librorum,* (Biblicorum) *non eſt niſi compendium ex Maſora magna. Conſtat enim auctores Maſoræ non ſcripſiſſe verba ſua circa marginem, cum brevius ibi fuerit ſtratum, quam ut extendere ſe in eo poſſent, & cortina minor, quam ut continuiſſet omnia verba ipſorum, ſed ſcripſerunt iſta in ſeparatos quaterniones ſive ſeparata folia, docueruntque ea publice, donec diffunderentur exemplaria iſta ultro citroque inter plurimos.* Idem Elias l. c. memorat amplum ejusmodi Codicem Maſorethicum ſub titulo אכלא ואכלא, de quo ſuo loco inter Anonymos Hebræorum Scriptores dicemus. Addit vero etiam, Maſoram magnam, quæ exſtat, propemodum infinitam eſſe, ſeque exiſtimare, quod ſi omnia ejus verba, quæ ipſe viderit, in unum librum referrentur, hujus moles ipſam Bibliorum molem ſuperatura ſit. Rem, prout explicavit Elias, habere, MSS. Maſoræ exemplaria, hodieque licet raro exſtantia, evincunt. Talibus certe uſus eſt R. *Iacob Ben Chajim* ad adornandam ſuam Maſoræ in Bibliis Bombergianis editionem. Ejusmodi quoque occurrere in Bibliotheca Palatina, quod utramque Maſoram ſeparatim in libros Biblicos deſcriptam exhibeat, teſtis eſt *Buxtorfius* p. 195. Tiberiadis. Cum itaque tædii plenus labor videretur, ingentem ejusmodi apparatum in lectione Biblica ſeorſim evolvere, commodo lectorum primo maxime neceſſaria brevibus ſiglis compendiisqve ſcriptionum comprehenſa ad marginem ſcripta ſunt, quæ hodie *Maſoræ parvæ* nomine veniunt. Poſtea vero vel *ornatus gratia*, ut Hottingerus cenſet p. 405. Theſauri Philologici, vel oſtentandæ ſcientiæ Maſorethicæ cauſa, ut *Buxtorfius* p. 196. Tiberiadis, vel, quod ego malim, quia parva illa plerisque erat obſcurior, ipſum Maſoræ corpus contextui Hebræo junctum eſt, quod *Maſoræ magnæ* nomine hodie venit. Ad utramque adjecta eſt tertia, quæ nunc *maxima* nunc *finalis* dici ſolet, eo quod ea exhibet ſeorſim in calce Bibliorum Rabbinic. quæ in marginibus locum fruſtra quærebant: de qua triplicis Maſoræ conditione paulo poſt plura commemorabimus. Ad præſens inſtitutum pertinet, monere, conſignatione iſta ad marginem non levem labem & injuriam Maſoræ corpori illatam

 eſſe;

eſſe. Hinc enim non potuit non fieri, quin brevitatis cauſa multa omitterentur, eaque forte non minus neceſſaria, quia plura margines non capiebant. Quæ mutilatio & truncatio amplificata fuit immaturo librariorum conſilio, qui elegantiæ ſcriptionis magis quam Lectoris commodo ſtudebant, & nunc certos v. c. tres numero verſus in ſuperiori & inferiori margine ſcribebant, omiſſis, quæ his abſolvi non poterant, reliquis, nunc contextum in picturas variorumque animalium ſpeciem convertebant. Ut taceam, tantam ſubinde fuiſſe librariorum oſcitantiam & imperitiam, inprimis in ſcribenda Maſora marginali, quippe quam vel ad alienam vocem, vel alienam vocis literam, vel alieno ad genuinam vocem ſenſu referebant, cujus rei exempla in MSS haud infrequenter ſibi obſervata ſcribit diligentiſſ. *Iablonskius* in præf. ad Biblia Hebr. Berolinenſia §. 31. Quæ ex his cauſis natæ ſint corruptelæ, eas ex Judæis ediſſerit R. *Iacob ben Chajim* in præfat. ad Biblia Rabbinica Bombergiana, *Elias Levita* in præfat. rhythmica ad Maſoreth Hammaſoreth, *Abrah. ben Eliezer*, corrector Bibliorum Buxtorfian. in præfat. & *Io. Steph. Rittangelius*, Ex-Judæus, ad librum Jezira p. 34. Tanta ſane ſucceſſu temporis pro arbitrio aut oſcitantia, aut imperitia, aut genio librariorum nata eſt mutationum, additionum, diminutionum, transpoſitionum &c. copia, ut Augiæ ſtabulum inveniſſe tibi videri poſſes, cui repurgando nec Hercules ſufficeret. Audiamus Buxtorfium, hujus ſtudii, ſi quis alius fuit, gnariſſimum, in præfatione ad Tiberiadem ita pronunciantem: *Pudenda vero hic Iudæorum eſt negligentia, immanis incuria & oſcitantia, ad manifeſtiſſima etiam vitia caecutiviſſe, & inter tot impreſſiones ad ea meliorem manum non adhibuiſſe.* Conferatur idem pag. 196. ſq. Tiberiadis & filius in Anti-Critica pag. 810. Omitto ſimilia *Cappelli* in Critica Sacra lib. V. c. 12. *Io. Morini* in Exercitt. ad Pentat. Samaritan. Exerc. IV. c. 7. 8. *Briani Waltoni* Prolegom. VIII. §. 13. &c. judicia. Id tantum adhuc obſervabimus, inter MSS. Maſoræ exemplaria quoad ſcriptionem & induſtriam magnam obſervatam eſſe differentiam, quam in rem vide quæ ſupra hinc inde monuimus in recenſione Codicum Bibliorum MSS. quorum nonnulli Maſorà ſunt inſtructi. Adde Rev. *Io. Henr. Michaëlis* diſſ. de Codd. Biblicis MSS. Erfurtenſibus §. 17. ubi verba fieri videbis de quatuor omnino codicibus, quorum ſinguli Maſoram utramque comitem habent, primus vero & ſecundus illam Maſoræ partem, quæ infra columnam ſcripta eſt, in varias figuras artificioſiſſime redactam exhibent, ita ut repræſentata videas animalia, piſces, aves, homines, venationes &c. Tale exemplar videre me quoque memini in Biblio-

Bibliotheca Oppenheimeriana. (d) His picturis male conſultum eſſe Maſoræ recte obſervarunt eruditi, nominatimque *Rich. Simon* Hiſt. Critic. V. T. lib. 1. c. 22. p. 113. ed. Lat. ubi ea teſtatur minime fida eſſe, & pleraque charactere Germanico, Gallico vel Italico exarata, & talia, ut librarii ſub animalium aut florum figuris vitia ſua & errores occultare poſſint. Adde ſimilem Rev. Michaëlis ſententiam p. 32. diſput. laudatæ, ubi de Codice Erfurtenſi, figuris Maſorethicis inſtructo, obſervat, Maſoretham ſæpius neceſſe habuiſſe, Maſoræ aliquid demere, vel eam terque quaterque repetere, prout ſpatium picturæ requireret.

VII. Tam male negligenterque cum per aliquot ſæcula habita eſſet Maſora, felicius exoriri cœpit ſidus, quod ad bene ſperandum de ea ſignum qvaſi præferret. Occaſionem ſuppeditavit *Daniel Bombergius* de re Typographica, ſpeciatim Judæorum, ſupra fidem promeritus, operam vero adhibuit R. *Jacob* filius *Chajim* Judæus ex Africa Tunetanus. Hunc enim Bombergius magno pretio conduxit, ut Maſoram ad fidem variorum Codicum MSS. recognoſceret, ſuppleret, emendaret & diſponeret, quæ deinceps in IIda editione Bibliorum Rabbinic. Veneta lucem vidit. Nec defuit officio Judæus, quem Buxtorfius p. 199. Tiberiadis teſtatur ingenti labore, ſtudio immani & vigilantia horribili Maſoram magnam ex tanta confuſione in eum ordinem, quem hodie in impreſſis libris videmus, digeſſiſſe, tantamque diligentiam adhibuiſſe, quanta in re tam difficili, intricata ac confuſa materia potuerit. Laudant & induſtriam ejus Judæi, Elias Levita in præfatione Tertia & R. *Menachem* in אור תורה ſubinde. Sed nec deſunt, quæ iidem in conatibus ejus deſiderant, ſicut & Buxtorfius l. c. innumeros vel ſic errores remanſiſſe affirmat. Speciatim non ſucceſſit inſtitutum, cujus ipſe primus auctor eſt. Maſoram ſcilicet finalem ſeu maximam ad calcem Bibliorum repoſuit per modum indicis, in quo ea occurrerent, quæ in Magna locum invenire non poſſent. Præterea enim quod ibi confuſio paſſim dominatur, tentaſſe potius quam perfeciſſe hanc Maſoram emendandi rationem viſus eſt. *Multo utique melius*, ita recte Rev. *Michaelis* in præfat. ad Biblia Hebræa p. 21. *Maſora magna conſultum fuiſſet, ſi ad modum*

 *Concor-*

(d) De MSS. Maſoræ exemplaribus lege *Waltoni* Apparatum ad Biblia Polyglotta p. 294. edit. Tigur. ubi inter cetera de exemplari Reuchliniano, de quo nos ſupra inter MSS. Cl. *Danzius* ſuum Maſoræ exemplar MS. allegat in tract. de Sinceritate Scripturæ Eluctante p. 53. R. *Menach. de Lonſano* in אור תורה p. 2. a. p. 17. a. & alibi ad Maſoræ exempla manu exarata, & editis correctiora provocat.

*Concordantiarum cum indice locorum, ex collatione variorum Codicum & MSS. prius reparatam primi editores diſpoſuiſſent: ita enim ſi qua de re ſcrupulus exiſteret, ſtatim ad eam recurri, indeque deciſio peti poſſet, quod nunc, donec præſens Maſora facies eſt, non niſi magno, & ſubinde tamen inani, temporis diſpendio fieri poteſt.*

VIII. Humeros itaque eidem oneri paulo poſt ſubjecit *Ioannes Buxtorfius*, Pater, cum Biblia Rabbinica denuo edenda aggrederetur, quæ Baſil. an. 1618. fol. in lucem producta ſunt. Ita enim ipſe in præfatione ad Tiberiadem p. 10. *Dum Biblia ſubirent prelum, in Maſora diſſenſiones, defectus, ſuperflua, confuſa animadvertere cœpi. In ea inquirere, eaque pro viribus dirigere & corrigere, quantum prelum procedens concedebat, operæ pretium duxi.* Cum vero ipſe perſpiceret, non omnia hac ratione præſtita eſſe, quæ præſtari poterant, ſingularem de Maſora commentationem ingreſſus eſt, quam *Tiberiadem* ſive *commentarium Maſorethicum* inſcripſit. Prodiit liber primum Baſil. 1620. 4. & annitentibus filio *Ioanne* ac nepote *Io. Iacobo* auctior recuſus eſt ibid. 1665. fol. In eo Maſoræ conditio & origo cum Maſoretharum tum ceterorum tum inprimis Tiberienſium hiſtoria exponitur, Clavis præterea Maſoræ traditur, quæ voces ſingulas & conjunctas, communes ac proprias, ac Maſorethis peculiares, indeque obſcuriores perſpicue explicat, denique vero Analytica Maſoræ explicatio in primum caput Geneſeos proponitur. Nec fruſtra fuit *Buxtorfius* utroque in loco. *Waltonus* certe in Prolegomenis n. VIII. §. 11. editionem Venetam multis erroribus conſperſam ſcribit, quos magna ex parte correxerit Buxtorfius. Ipſe tamen tam ſuſtenus ſibi non fuit, ut omnia ſe ad liquidum perduxiſſe exiſtimaret. *Nec tamen credas*, inquit ille in præfat. ad Tiberiadem p. 12. *omnia eſſe correcta & emendata: nunquam enim ordine in ſingula inquiſivi, ſed prout quæque nunc hic nunc illic obviam accederent, ita ad cenſuram vocavi.*

IX. Quo minus mirum eſt, & aliis nonnulla hic fuiſſe deſiderata. Sic laudatus jam ſæpe *Io. Henr. Michaëlis* p. 18. præfat. ad Biblia Hebræa in notis ita mentem expromit: *Ex Maſora ambiguitate & confuſione ſæpe etiam non tantum multa prætermiſit, ſed quoque erravit cum in Clave, tum in Caſtigatione Maſoræ, vir princeps in his literis, doctiſſimus Buxtorfius, ut pluribus demonſtrari poſſet, ſi id agere colliberet.* Addit idem p. 19. Buxtorfium in commentario Maſorethico ſæpe non tam ſuam, quam Venetam editionem recenſuiſſe, unde paſſim laudet vel caſtiget, quod fruſtra in Baſileenſi editione requiras. Hinc & Cel. *Iablonskius* in præf. ad Biblia Bero-

Berolinenſia §. 31. *Maſoram, qualis hodie impreſſa adparet, mutilam eſſe & perplexam* ait, *multisque in locis manifeſte erroneam, in pluribus ſuſpectam, & cum ipſam ſibi, tum codicibus MSS. paſſim contrariam, ut vere Hercule opus ſit, iſtud Augiæ ſtabulum repurgaturo.* Exemplum hanc in rem attulit *Io. Henr. Michaëlis* in præfat. ad Biblia Hallenſia pag. 22. Propterea alii conſilia ſuppeditarunt Maſoram amplius emendandi, alii vero negotium ipſum denuo adgreſſi ſunt. Inter illos numero duumviros modo laudatos in præfationibus ſuis ad Biblia, alterum §. 32. & 33. alterum p. 23. qui inprimis ad Codices Maſoræ manu exaratos recurrendum ſvadent. Ipſam operi manum admoverunt recentiſſimi Bibliorum Hebr. editores, nominatim Rev. *Jo. Henr. Michaëlis* in notis ſuis ad Biblia Hebræa. Ante eum vero B. *Henr. Opitius* improbam induſtriam in recognoſcenda Maſora collocavit, cum in Bibliis Hebræis edendis verſaretur. In horum tunc adhuc recognoſcendorum deſignatione, *Memorabilibus mundi* vernacule editis inſerta Tom. II. p. 253. ſpem facit Maſoræ auctæ, emendatæ & a contradictionibus vindicatæ ſecundum ordinem literarum. Quantum vero ſubſidium ex ea emendata ad ſe pervenerit, ediſſerit in præf. ad Biblia ſua Hebr. p. 10. ſq. & p. 12. a filio natu ſecundo, *Paulo Friderico*, qui in Academia Kilonienſi paterni nominis famam hodie tuetur, ſperare jubet *Maſoram magnam tam textualem quam finalem ad Alphabeti ordinem diſpoſitam, cumque variis MSS. & inter ſe diligentiſſime collatam & emendatam, & ab omnibus fere contradictionibus liberatam.* Totius Maſoræ emendandæ & latine vertendæ laborem in ſe ante aliquot annos ſuſcepit Rev. doctiſſimusque *Jo. Georgius Abichtius*, qui vereor, ne conſilium hoc abjecerit, poſtquam in Eccleſia & Gymnaſio Gedanenſi ad alias gravioresque curas eſt vocatus.

# CAPUT II.

## De

## Ipſa Maſoræ conditione & argumento.

*I. Majora definitio II. de ſtudio ejus circa* verſus. *III.* Voces *&* literas. *IV.* vocales, *de quarum origine tres exſtant diſſentientium claſſes. Alii enim pro* antiquis *habent & repetunt ab ipſo* Adamo, *V. alii a* Moſe, *VI. alii ab* Eſra, *vel ſacro cujusque libri Scriptore. Alii faciunt* recentiores, *ortasque*

*que putant VII. non multo poſt Eſram , vel VIII. poſt excidium templi II. vel IX. Sæc. VI. poſt C. N. tum ex exteris , tum X. ex noſtratibus alii XI. Sæc. XI. Alii XII. nihil definiunt. Nonnulli XIII. ex affirmata novitate vocalium nihil periculi naſci cenſent. XIV. potiora pro antiquitate vocalium argumenta. XV. præcipua pro novitate earum rationes cum confutatione. XVI. de* Accentibus *quos quidam recentes putant , XVII. alii antiquos & divinos, XVIII noſtra ſententia. XIX. XX. de* Uſu *Accentuum quadruplici. XXI. hiſtoria ſtudii Accentuationis. XXII. Scriptores Judæi & Chriſtiani de iisdem XXIII. de* Keri & Kethib. *XXIV. de numero illorum XXV. de natura, origine quam ex Iudæis alii temere repetunt a lapſibus ſacrorum Scriptorum XXVI. alii a varietate Codicum. XXVII. alii a deſtinato conſilio Scriptorum Sacr. XXVIII. alii a lapſibus librariorum XXIX. Ex Chriſtianis quidam habent pro diverſis diverſorum Codicum lectionibus. XXX. quidam marginalem credunt eſſe emendationem. XXXI. quidam ex diverſis cauſis derivant. XXXII. Alii utramque lectionem ut divinam agnoſcunt , ubi ſpeciatim de Syſtemate* Hilleri , *XXXIII. Alii autem lectionem , nempe textualem ſemper putant retinendam , ubi de hypotheſi* Danzii. *XXXIV. Alii adhibitis interpretandi ſubſidiis nunc* Keri , *nunc* Kethibh *præferendum cenſent. XXXV. de locis* לא & לו *XXXVI. de vocibus obſcœnis cum honeſtioribus permutatis. XXXVII. de literis in textu majuſculis , minuſculis , inverſis &c. XXXVIII. de vocibus ſuperne punctatis. XXXIX. de* tempore *quo Keri & Kethibh obſervari cœperit. XL. de* Piska , Ittur Sopherim & Tikkun Sopherim *XLI. de Maſora* marginali , textuali & finali *XLII. diverſa Chriſtianorum de Maſora judicia.*

I.

MAſoram Buxtorfio , qui ejus rationes intime perſpectas habuit , præeunte ita definimus : *Maſora eſt doctrina Critica , a priſcis Hebræorum Sapientibus , circa textum Hebræum S. Scripturæ , ingenioſe inventa , qua verſus , voces & literæ ejus numeratæ , omniſque ipſarum varietas notata , & ſuis locis cum ſingulorum verſuum recitatione indicata eſt , ut ſic conſtans & genuina ejus lectio conſervetur , & ab omni mutatione aut corruptione præſervetur , & valide præmuniatur.* Vide Tiberiadem p. 6. Hinc manifeſtum eſt , Maſoram in variis capitibus occupari , quæ ſigillatim a nobis expendenda ſunt.

II. Prima cura fuit *verſuum* ſeu *commatum* , quæ ſcilicet per ſingulos libros numerarent , ita quidem ut non ſolum ſummam eorum recenſerent , ſed etiam , quod cujusque libri medium ſit , in calce cujusque libri

Digitized by Google

libri aperirent. Vide hanc deſignationem in Tiberiade Buxtorfii pag. 132. Ubi obſervandum eſt, recentiores Maſorethas ab antiquis in illorum recenſione diſſentire. Hi enim v. c. medium Pentateuchi verſum in Levit. XIII. 33. illi autem in Levit. VIII. 8. collocant. Confer Cl. *Abichtii* diſſert. de 2 verſibus Joſuæ reſtituendis p. 13. Major adhuc diſſenſus eſt Talmudiſtarum a Maſorethis in hoc quidem negotio. Illi enim, ceu ex *Kidduſchin* fol. 30. a. apparet, tradunt: תנו רבנן שמונה אלפים ושמונה מאות ושמונים ושמונה פסוקים הוו בספר תורה יותר עליו תילים שמונה חסר ממנה דברי הימים שמונת i. e. *Docent Rabbini; mille octingenti & octoginta octo verſus ſunt in libro legis: plures habet Pſalmorum liber octo, pauciores Chronicorum liber octo.* Viciſſim ſecundum hodiernam Maſoram in Bibliis Magnis Buxtorfianis ad calcem Pentateuchi toti Pentateucho tribuuntur verſus omnino 5245. Differentiæ cauſa ratione millenarii ex confuſione τῶ ה, quod quinarium infert, cum ח, quod octonarii nota eſt, nata videtur Buxtorfio c. 8. Tiberiadis, recte quidem cum in כתנות אור ed. Amſtelodam. an. 1648. f. 52. b. diſerte forte ex MSS. legatur ה׳ אלפים ſed vel ſic ratione reliquæ ſummæ diverſitas ſupereſt, cum pro 245. recentiorum Maſoretharam apud Talmudicos occurrant 643. Diſſentiunt inſuper in hac cauſa editiones Bibliorum hodiernæ, cum in illa Felicis Pratenſis numerentur 5945. in Buxtorfiana vero 5245. ab utraque deniq; abeat Elias Levita 5842. computans. Eodem modo Talmudiſtæ a Maſorethis diſſentiunt ratione Pſalmorum, in quibus illi quidem octo verſus plures quam in Pentateucho exſtare tradunt, cum ſecundum Maſoram hodiernam 2527. verſibus Pſalmorum liber abſolvatur. *Si hunc numerum*, ita recte monet Cl. *Abichtius* p. 25. diſſert. citatæ, *componas cum altero Talmudiſtarum emendato, qui eſt 5896. differentia erit 3369. Niſi verſum Pſalmi quatuor aut quinque verbis conſtare dixeris, vix tantus numerus emerget. Id quod iis favet, qui verſus Hebræorum brevibus tmematis conſtitiſſe contendunt, quod nobis in Diſputat. DE LIBRO RECTI viſum eſt.* Imo quod plus valet, Maſorethæ recentiores in computandis verſibus non ſolum diſcedunt a Talmudiſtis, ſed, in eo, quod diſcedunt, errant. Si enim comparemus emendatum a Buxtorfio Talmudiſtarum, Pentateucho 5888. verſus tribuentium, computum, cum eo qui hodie ſecundum Maſorethas producitur, 5845. differentia erit 43. quo Talmudici ſuperant Maſorethas. Atque hos quidem in computando erraſſe putat Cl. Abichtius l. c. pag. 16. a) in Cantico Moſis Exodi XV. 1-19. ubi Maſorethæ numerarunt

commata 19. Talmudici autem στίχοι 44. quot etiam in Bibliis Leuſdenii & Venetis an. 438. editis exſtant. b) Aberratum quoque eſt Exod. XX. ubi decalogus a recentioribus Maſorethis in 16. verſus dividitur, qui pro numero decem præceptorum in decem diſtingvendus erat. Aberratum denique eſt Deuter. V. ubi a recentioribus Decalogus in 13. verſus diviſus eſt, qui itidem pro numero decem præceptorum decem tantum commatibus conſtare creditus eſt antiquis. Tum vero Deuteronom, XXXII. in cantico Moſis Maſorethæ numerarunt verſus 43. ubi ſecundum στίχοι 70. numerandi veniunt, qui etiam in hodiernis Codicibus Hebræis exhibentur. Secundum hanc computandi rationem ſi numeri ſingulorum librorum Pentateuchi colliguntur, tribuentur

| | |
|---|---|
| Geneſi verſus | 1534 |
| Exodo | 1228 pro 1209. numero Maſorethárum. |
| Levit. | 859. |
| Numer. | 1288. |
| Deuter. | 979. pro 955. numero Maſoreth. |

Hinc autem prodibit ſumma 5888. quæ eſt Talmudiſtarum. Atque hæc quidem prolixius commemoranda viſa ſunt, ut appareret, recentiores Maſorethas non eodem modo numeraſſe verſus, quo Talmudiſtas veteres, ſimul vero etiam de cauſa hujus diſcriminis conſtaret, quæ in eo potiſſimum poſita eſt, quod alii τῶν στίχων (e) ſeu tmematum quorundam breviorum, alii verſuum proprie dictorum rationes inierunt. Atque hinc unice ratio reddi poteſt differentiæ in numero verſuum, qualis

(e) Solebant veteres monimenta ſua ſcribere per στίχους, per quos quid intelligi debeat, non omnino inter doctos conſtat. Alii *lineas* quas vocant, (v. *Eraſmum Schmidium* in not. ad N. T. p. 116. *Glaſſium* in Philologia Sacra Tract. IV. lib. I. ſect. 4.) alii *periodos* (v. Cl. *Anton. Muratorii* præfat. ad Anecdota Græca, a. s. *Balthaſ. Stolbergium* & *Crojum* loco mox citando) intelligunt. Lege fuſius de hoc argumento commentantes *Stolbergium* in Exercitationibus Græcæ Linguæ Exerc. XI. p. 411. ſqq. *Jo. Crojum* in Obſervationibus Sacris c. IX. p. 73. ſqq. *Ægid Menagium* in notis ad Diogenem Laertium p. 175. b. & *Jo. Erneſtum Grabe* præfat. ad Tom. III. τῶν LXX. cap. I. § 7. Hinc natæ ſunt veterum *Stichometriæ*, de quibus conſule poſt Stolbergium l. c. p. 405. Cl. *Jo. Albert. Fabricium* in notis ad Tom. I. Codicis Apocryphi N. T. pag. 143. ſqq. & in Biblioth. Græca lib. IV. c. 9. Ad morem στίχων ejusmodi nonnulli putant primum Codicem Hebræum, antequam in commata ſeu verſus, qui hodie ſunt, diſtingueretur, exaratum fuiſſe. Inter multos vide noviſſime ita ſentientem Cl. *Humphred. Prideaux* in libro Anglicano, quem Connexionem Hiſtoriæ V. & N. T. inſcripſit, Tom. I. p. 336. ſqq. Noſtram ſententiam cap. I. expoſuimus.

qualis ab Hieronymo & aliis Patribus afferri ſolet, & qualis eſt ex mente Maſoretharum. Confer hanc in rem *Jo. Morini* Exercitatt. Biblicas n. XVII. c. 2.

Neque hic ſubſtitit Maſoretharum cura: nam illi & alia hujus vel illius verſus ſingularia indicarunt. Sic v. c. Jeremiæ XXI. 7. comma notarunt 42. vocibus & 160. literis conſtans: tres verſus, quorum ſinguli habeant 80. literas, Maſora notari jubet Num. 36. 8. Tres itidem, quos incipiat & finiat nomen יהוה· Decem verſus, in quibus ſingulis exſtat ויקרא ut 1. Reg. VII. 20. Viginti ſex verſus, in quibus ſingulis omnes alphabeti literæ occurrant, ut Ezech. 38. 13. Huc merito cum B. *Auguſto Pfeifero* p. 183. Criticæ Sacræ refero *Piska*, *Ittur Sopherim* & *Tikkun Sopherim*, de quibus infra dicemus, ubi de *Keri* & *Ketbibb* commentabimur.

III. Altera cura relata eſt ad *voces* vocumque *literas* variis modis. *Literas* enim nunc (f) *numerarunt*, ut ſcirent, v. c. quæ in toto libro ſit media; nunc quoad inſolentem figuram, v. c. majuſculam, minuſculam, inverſam, ſuſpenſam, probe notandas monuerunt, qua de re inferius commentabimur. A recenſitis vocibus Maſorethæ סופרים i. e. *Numerantes*, appellati ſunt, teſte Tanchuma f. 33. col. 3. l. 4. לכך נקראו סופרים שהיו סופרים כל אותיות שבתורה ודורשין אותן: Quod ad *voces* attinet, eas nunc (g) *numerarunt*, obſervando v. c. quoties hæc vel illa vox occurreret, quemadmodum Jonæ II. 6. Maſora magna obſervat vocem לראשי in Codice Sacro quater tantum inveniri. Nunc earum *ſignificationes* definierunt, ubi confuſio erat metuenda. Sic ad

 Pſalm.

(f) Ex recentioribus operam ejusmodi ſuſcepit *Cornelius Pittelus*, qui in calce Orationis Hebraicæ, Roſtochii 1664. 8. editæ, eum conſonantium Hebraicarum computum affert, ex quo intelligatur, reperiri א in V. T. vicibus 42377. ב 38218. ג 29537. ד 32530. ה 47554. ו 76922. ז 22867. ח 23447. ט 5209. י 66420. כ 48253. ל 41517. מ 77778. נ 41696. ס 13580. ע 20175. פ 22735. צ 21822. ק 22972. ר 22148. ש 32148. ת 59343. Summa tota efficit 809238.

(g) Simili modo voces N. T. numeratæ ſunt a nonnullis. Contra Heinſium id evincit *Jo. Crojus* in Obſervatt. Sacris in N. T. cap. I. Adde *Salmaſium* τὸν πάνυ in Prolegomenis ad Exercitatt. Plinianas, & *Lambecium* lib. III. Comment. de Biblioth. Vindobon. p. 47. Eadem opera Alcorano quoque præſtita eſt; vide Hottingeri Theſaurum Philolog. p. 411. & *Waltonum* in Apparatu p. 297.

Pſalm. XXII. 17. monent *τὸ* כארי bis occurrere cum kametz, ſed in diverſa ſignificatione, eo ſcilicet Pſalmi loco, & Jeſ. XXXVIII. 13. Nunc de *ſcriptione* monuerunt vel plena vel defectiva, h. e. cum vel ſine literis ו & י facta v. c. Gen. I. 14. מארת ubi bis defective ſcribitur. Nunc ad *ſitum* attenderunt, ubi & quoties vel in initio vel in medio verſu occurrerent. Ita ולכל Geneſ. I. 30. quater eſſe verſus initium traditur. Nunc *ſtructuram* & Syntaxin cum aliis vocibus conſiderarunt, quod v. c. verbum שמע cum præpoſitione על duodecies, cum לקול decies ſepties, legatur. Nunc *vocalium* habuerunt rationem, ubi ſcilicet verendum erat, ne male legerentur voces, quia vel alibi non occurrerent ita, vel ab aliis diſtingvendæ eſſent. Sic Maſora magna ad Gen. I. 15. ad לאור indicat, ז׳ קמצין i. e. *ſeptem cum ˳ ſcribuntur.* Nunc *accentuum* fit mentio, ut Gen. III. 11. ad לך *Quatuordecim ſunt cum accentu Sakeph in Lege.* Conf. Cl. *Jablonskii* præf. ad Biblia Berolinenſia §. 16. Nunc *ſcriptionem* & *lectionem* ſive כתיב & קרי diſtinxerunt, ſive docuerunt, quando vox in contextu aliter per literas ſcripta fuit, & aliter legenda per vocales in margine notata, aut vox in textu abundanter eſſet ſcripta, & in legendo omiſſa, aut contra plane non eſſet in textu ſcripta, & tamen legenda fuerit. Atque hæc fere illa momenta ſunt, ad quæ circa voces attenderunt Maſorethæ. Sunt vero inter ea, de quibus diſtinctius a nobis exponendum eſt, ut rectius intelligatur, quid de origine & antiquitate *vocalium* & *accentuum*, tum de *Keri* & *Ketbib*, quod hinc ex parte pendet, præterea de *Piska*, *Ittur Sopherim*, *Tikkun Sopherim* & *Sebirin* ſit habendum.

IV. Illa de *Vocalium* antiquitate tractatio variis eruditorum diſputationibus in eam amplitudinem nunc excrevit, ut paucis pagellis, quas inſtitutum noſtrum illi dicare permittit, non dicam ediſſeri, ſed proponi tantum eminus vix poſſit. Potiora itaque hujus cauſæ capita more noſtro huc referemus, laudatis iis, quorum opera unusquisque amplius proficere poſſit.

Tres in univerſum claſſes doctorum conſiderandas ſe hic offerunt. Alii antiquitatem vocalium, quamvis nunc remotiorem nunc propiorem adſtruunt, alii recens inventas tradunt, alii nihil certi definiunt. Ad primam pertinent, qui puncta vocalia vel ab *Adamo* cum literis ipſis, vel a *Moſe*, atque adeo ſingulis Sacris Scriptoribus, vel ab *Eſra* & Synagoga magna, tanquam Viris *θεοπνεύστοις* repetunt. Ab *Adamo*

*mo* ipſo derivat, adeoque literis æquales cenſet inter Judæos R. *Aſarias* in Meor Enajim c. 59. p. 178. b. ſqq. qui argumentum præcipuum a reliquis lingvis Orientis & Occidentis omnibus deſumit, quarum nullam notis ſignisque vocalibus deſtitutam eſſe pronunciat. Addit idem, puncta iſta poſtea Judæis, lingvæ ſuæ ita gnaris, ut eorum uſu ad lectionem carere poſſent, ſenſim ſe quaſi ſubduxiſſe, donec ab Eſra revocarentur. Cumque deinde per exilium & calamitates freqventiores lingva ipſa proindeque cum vocalibus ſcribendi ratio denuo interciperetur, Maſoretharum Tiberienſium induſtria effectum eſſe, ut in communem uſum denuo revocaretur. Vide plura apud Buxtorfium de antiquitate punctorum p. 305. Sententia hæc arriſit ex noſtratibus *Matthia Flacio* in Clave Scripturæ p. 644. & *Petro Lambecio*, tum adhuc noſtro, in Prodromo Hiſtor. Literar. p. 5. ex Pontificiis *Marco Marino* Brixienſi in præfat. ad Lexicon Hebr. *Gvil. Poſtello* de Originibus cap. 6. & in lib. de Hetruriæ origine p. 113. ex Reformatis autem *Ant. Rudolpho Cevallerio* in Rudimentis Lingvæ Hebr. cap. 4. & *Petro Cevallerio* ibidem in notis, *Io. Henr. Alſted o* in Chronologia pag. 253. & ex parte *Io. Henr. Hottingero* in Theſauro Philologico p. 400. qui non putat, ullum fuiſſe tempus, quo non Hebræa lingva expreſſas habuerit vocalium notas, ſi non in omnibus libris, in iis ſaltem, in quibus neceſſe erat.

V. Alii inter res a Moſe acceptas puncta & accentus numerant, tanquam tales, quas a Deo ex monte Sinai acceperit, & vel ſcribendo expreſſerit, vel per doctrinam ore propagarit, usque ad Esdram, qui primus certis notis repræſentarit. Ita ſtatuunt Judæorum permulti, nominatim auctor libri *Sohar, Coſri, Kimchi, Bechai*, &c. quorum teſtimonia recenſet *Buxtorfius* de Antiquitate Punctorum Parte I. c. 3. & 4. Adde Part. II. p. 313. Judæi appellant הֲלָכָה מֹשֶׁה מִסִּינַי i. e. *traditionem Moſis ex Sinai*. Ex Chriſtianis huc pertinere videntur, qui Moſen primum literarum & ſcriptionis auctorem conſtituunt, inter veteres quidem *Eupolemus* & *Artapanus* apud Euſebium lib. IX. de Præparat. Evangel. cap. 4. *Iſidorus* lib. I. Originum c. 3. ex recentioribus *Gvil. Saldenus* in Otiis Theologic. Exerc. I. *Io. Henr. Urſinus* de Zoroaſtre, ibique *Arnoldus* in Spicilegio p. 11. & *Jac. Guſſetus* in Commentar. de Lingva Hebr. p. 7.

VI. Alii de *Esdra* potius & Viris Synagogæ Magnæ hic cogitant. Huc ſpectant ex Judæis plerique omnes, & illorum quoque multi, quos ad Claſſem primam retulimus, qui ſcilicet vocales ab Eſra in uſum pri-

Ooo 3 mo

Digitized by Google

mo revocatas tradunt. Lege inprimis *Ephodæi* Grammaticam c. 5. & 7. aliosque apud *Buxtorfium* de Antiquitate vocalium p. 313. Ex Chriſtianis pro hac ſententia propugnavit *Gvilielmus Schickardus* in Bechinat Happeruſchim & alibi; ex Pontificiis vero præter ceteros *Iulius Bartoloccius* in Biblioth. Rabbin. Tomo I. pag. 141. ſqq. Buxtorfius nihil hic definit, nihil putans referre, Moſine & reliquis Scriptoribus θεοπνεύστοις, an Eſdræ earum origo accepta feratur. Intercedit tamen B. *Auguſtus Pfeiferus* in Critica Sacra p. 88. (h) quemque Scriptorem Sacrum vocales libro ſuo adſcripſiſſe affirmans, ideo quod Esdræ in Scriptura Sacra diſerte hæc res non tribuatur, nec ſtatim pateat, utrum ſuo id inſtituto & arbitrio, an divino inſtinctu nutuque id præſtiterit, denique vero hoc modo ante Eſræ ætatem Scriptura divinior obſcura, ambigua & imperfecta quaſi relinquatur. Præter laudatos pro antiquitate vocalium, ſive a Sacris Scriptoribus ſingulis, ſive ab Esdra, divini ſpiritus præſidio & inſtinctu profectæ videantur, certarunt ex noſtratibus, ſi unum alterumve exceperis, Theologi & Philologi omnes, quorum proinde numerum inire velle non minus ſupervacaneum, quam plenum tædii foret. Conferendi huc ſunt illi, quos cap. I. attulimus tanquam adverſarios eorum, qui fontibus ſe inimicos præſtiterunt. Præcipui ſunt B. *Salomon Glaſſius* in Philologia Sacra paſſim, *Mich. Waltherus* Diſſertat. peculiari valedictoria, *Abrah. Calovius* in Critico Sacro p. 326. ſqq. *Io. Conr. Danhauerus* in Hermeneut. Sacra pag. 19. ſq. *Aug. Pfeiferus* in Critica Sacra, & paſſim alias, *Matthias Waſmuthus* Parte I. Vindic. Hebræarum p. 33. ſqq. doctiſſimus *Valentinus Erneſtus Læſcherus* in Commentario de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 275. ſqq. & noviſſime Rev. *I. H. Michaëlis* in præfat. ad Biblia Hebr. pag. 13. ſq. Ex Pontificiis huc referendi ſunt *Io. Capnio* ſive *Reuchlinus* in lib. 3. Cabbalæ, *Seb. Munſterus* præfat. in Biblia, (vide Buxtorf. de Origine Vocalium pag. 9.) *Jo. Iſaacus Levita*, Ex-Judæus, in ſcriptis contra Lindanum; *Iſ. Voiſinius* ad Procemium Pugionis Fidei Raymundi pag. 111. ſqq. *Natalis Alexander* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. ætate VI. pag. 340. ſqq. edit. in fol. Ex Reformatis præter citatos *Adrianus Iunius* Animadverſ. in lib. II. Bellarm. c. 2. *Amandus Polanus* in Syntagmate Theolog. *Buxtorfii*, Pater quidem in Theſauro Gramm. p. 59. & Tiberiade c. 4.--9. Filius autem in Tract. de origine & antiquitate Vocalium, itemque in Anti-Critica, *Io. Leusdenius*

(h) Idem viſum eſt *Caſp. Ledebuhrio* in præfat. ad Tract. de Accentibus pag. 4. qui ibidem ſingularem commentationem de hoc argumento ſperare jubet.

Digitized by Google

*nius* in Philologo Hebræo Diſſ. XIII. -- XVI. quibus utinam addi poſſet *Albardus de Raadt*, qui in calce præfat. ad lib. de Punctationis Hebr. natura, tractatum quendam ſuum pro Bibliorum Hebræorum authentia adverſus Cappelli aliorumque ſententias contrarias ſperare juſſit. Ex Anglis inter vocalium patronos numero *Io. Lightfootum* in Chronographia c. 81. p. 142. *Io. Owenum* in Theologumenis p. 368. -- 394. & *Wilhelmum Eyre*, qui an. 1607. antiquitatem vocalium ab exceptionibus Scaligeri vindicare inſtituebat tractatu ſingulari, cujus primas lineas habes inter Uſſerii epiſtolas num. III. Confer ejusdem & Uſſerii epiſtolas amœbæas de textus Hebræi V. T. Lectionibus Variis, Lond. 1652. editas. Placent inprimis hæc Lightfooti verba, quæ l. c. ita concepta leguntur: *Sunt, qui punctata Biblia S. credunt a Sapientibus Tiberienſibus. Ego impudentiam Judæorum, qui fabulam invenerunt, non miror, Chriſtianorum credulitatem miror, qui adplaudunt. Recognoſce, quæſo, nomina Tiberienſium, a ſita illic primum Academia ad eam exſpirantem: & quidnam tandem invenis, niſi genus hominum præ Phariſaiſmo inſaniens, traditionibus faſcinans & faſcinatum, cæcum, vafrum, delirum, ignoſcant, ſi dicam, magicum & monſtroſum? Ad opus tam divinum homines quam ineptos, quam ſtolidos! Perlege Talmud Hieroſolymitanum, & nota, qualiter illic ſe habeant R. Juda, R. Chanina, R. Judan, R. Chaija Rabba, R. Chaija Barba, R. Jochanan, R. Jonathan, reliquique inter Tiberienſes grandiſſimi doctores: quam ſerio nihil agant, quam pueriliter ſeria: quanta in ipſorum diſputationibus vafrities, ſpuma, venenum, fumus, nihil: &, ſi punctata fuiſſe Biblia in iſtiusmodi ſchola credere potes, crede & omnia Talmudica. Opus Spiritus S. ſapit punctatio Bibliorum, non opus hominum perditorum, excæcatorum, amentium.*

VII. A contrariis ſtant partibus, qui novas eſſe vocales contendunt. Ita V. C. Humphredus Prideaux in libro, quem inſcripſit *Connection of the Hiſtory of the Old and New Teſtament* Part. I. p. 352. ſqq. poſtquam ex eo, quod Judæi Codices vocalibus inſtructos nunquam in Synagogas ſuas receperunt, collegiſſet, vocales ab ipſis pro invento hominum habitas fuiſſe, ſubjungit, veri ſibi videri ſimile, puncta paulo poſt tempora Eſræ a Maſorethis eſſe inventa, quia ea ætate lingva Hebræa vernacula eſſe deſierit, adeoque vocalibus opus fuerit ad textum Hebræum legendum & alios docendum. Eorum vero uſum (vide p. 358.) per aliquot ſæcula *Maſorethis* ſeu *Grammaticis* tantum receptum fuiſſe credit, qui ſcilicet eorum ope genuinam Scripturæ lectionem conſervarint, diſcipulosque ſuos in ſcholis docuerint; poſt confectum vero Talmud de-

demum in Scholas ſublimiores, quas *Rabbini*, noſtro more cum Doctoribus & Profeſſoribus Theologis comparandi, aperuerint, admiſſum. Quam cauſam fuiſſe cenſet, cur eruditi illorum rationem non magnam habuerint, ipſique Eccleſiæ Chriſtianæ Doctores, *Origenes*, *Hieronymus*, &c. imo & Scriptores Talmudici eorum non fecerint mentionem. Cumque poſteriores illi intelligerent, vocalium uſum æque ad aſſerendam Codicis Hebræi lectionem, hactenus traditione propagatam, facere, ac Miſchna & Gemara cerimoniis & ritibus Judaicis ab interitu vindicandis inſerviat; conſultum fuiſſe viſum, ut vocales civitate Hebræa in univerſum donarentur. Quo conſtituto denique factum putat, ut textus Sacer, a præſtantiſſimis Rabbinis recognitus, eam indueret formam, in qua hodie conſpicitur, & quam ita putat comparatam, ut merito pro perfectiſſima, & nullius arte magis perficienda habeatur. Prudens Lector facile intelligit, auctorem hujus ſententiæ idem de vocalium Hebræarum origine & uſu, ſenſim frequentiore, judicium tuliſſe, quod eruditorum plerique de accentibus Græcorum ferendum cenſuerunt.

VIII. Alii vocales a doctoribus, neſcio quibus, ſtatim poſt excidium Templi adinventas credunt. Sic mentem ſuam exponit *Campegius Vitringa*, Pater, Vir doctiſſimus, lib. I. Obſervationum Sacrar. p. 175. *Puncta illa vocalia*, inquit is, *quæ hodie ſub literis noſtris ſignata videmus, eam ob cauſam a Judæis diligentioribus adinventa ſunt, ut vera legendi Scripturam ratio conſervaretur, atque ad ſeros nepotes ſuos traduceretur. Illi enim, cum deſtructum viderent Templum, commune quaſi gentis ſuæ monumentum & aſylum, ſacra quoque ſua interire, Scripturæ ſtudium negligi, atque ſe e terra ſibi a Deo in hereditatem quondam data plurimam partem ejectos animadverterent, omni ſtudio & induſtria in id incubuerunt, ut Scriptura Sacra illibata exſtaret, & a poſteris ſuis legeretur.*

IX. Alii expreſſius temporis æram ſignant, quæ vocalibus ſuos dederit natales. Eos ſcilicet invenire ſibi viſi ſunt in Sæculo poſt C. N. V. vel VI. quo Tiberiade congregata fuerit Doctorum, (quos cum Elia Judæi אַנְשֵׁי טְבֶרְיָה Viros Tiberienſes, vel cum Aben Eſra in libro צחות p. 138. אַנְשֵׁי מָסוֹרֶת & חַכְמֵי טְבֶרְיָה *viros Maſoreth*, Chriſtiani autem Maſorethas vocant,) concio, quæ in hoc negotio acriter elaborarit. Primus ex Judæis hanc ſententiam in ſcenam produxit *Elias Levita* eamque ornare aggreſſus eſt in præfat. III. ad librum Maſoreth Hammaſoreth, quæ a *Seb. Munſtero* ex parte Latine verſa eſt, a *Jo. Morino* in

Exer-

Exercitatt. Biblicis paſſim, adductis locis bene multis, ad partes vocata, a *Richardo Simone* vero in Biblioth. Critica Tom. II. cap. 11. fuſius recenſetur. Is ſcilicet affirmat, Tiberienſes illa vocalium & accentuum ſigna ac figuras inveniſſe quidem, ſed ita tamen illis literas animaſſe, ut lectio prodiret non nova & antea inuſitata, ſed talis, quæ Moſi & reliquis Scriptoribus Sacris ſit recepta, unde & diſerte affirmat, verba Maſoretharum de punctis & accentibus, deque numero dictionum, prout ipſi eas numerarunt, non eſſe falſanda aut mutanda. Addit vero idem tum præfatione rhythmica prima, tum cap. 2. libri טוב טעם tam puncta quam accentus eodem tempore, adeoque non intra plures annos aut ſæculi unius alteriusve decurſum ab iisdem Viris adſcriptos contextui fuiſſe. Verba hæc ſunt: ולבי אומר לי כי אותם שהמציאו הנקוד המציאו גם כן הטעמים והושמו שניהם עם האותיות בזמן אחר: Primum merito hujus ſententiæ inventorem vocavi *Eliam*, cum & ipſe ex majoribus vix unum eumque non recte intellectum *Aben Eſra* locum huc rapere potuerit, & recentiores Judæi, nominatim R. *Aſarias* in Meor Enajim cap. 59. & *Sam. Arkevolti* in Grammatica ſua opinionem hanc tanquam novam adſpernentur & confutent. Negari quidem non poteſt, Cappellum poſtea nonnulla *Aben Eſra*, R. *Jehuda Levita* in libro Coſri, *Kimchii* in Michlol loca commemoraſſe, quæ Tiberienſibus inventæ punctationis gloriam vindicent. At qui teſtimonia hæc inſpexerit, & cum aliis eorundem de eadem cauſa judiciis compararit, facile perſpiciet, verba iſta non ſimpliciter, ſed ita accipienda eſſe, ut Tiberienſes in vocalium conſervatione & ad poſteros propagatione cum ſingulari ſtudio verſati credantur. Lege hanc in rem *Buxtorfium* de Antiquitate Punctorum p. 11, ſqq. Et vel ſic tamen Elias ingentem invenit aſſeclarum numerum. Inter primos, credo, fuit *Paulus Fagius*, qui, Eliæ utpote familiaris, ex ipſius forte diſciplina hauſit. Ita enim is in notis ad Paraphraſin Chaldaicam Onkeloſi ad Gen. XLVII. 24. *Facile enim fit, ut alterum pro altero*, (ſcilicet מַטָּה pro מִטָּה) *ſi punctum demus, legatur. Quæ res etiam argumento eſt, ætate Septuaginta Hebraica Biblia non fuiſſe punctata.* Hæc verba forte reſpexit Cappellus, quando in Arcano Punctationis Revelato cap. I. §. 9. ad Fagii conſenſum ſimpliciter; non adducto, quem *Buxtorfius* pag. 10. de origine punctorum poſtulat, loco provocat; Amplexi antea eandem de novitate vocalium ſententiam ex Pontificiis ſunt *Raym. Martini* in Pugione Fidei Parte III. Diſtinct. III. c. 19. *Pet. Galatinus*

*tinus* de Arcanis Cathol. veritatis lib. 1. c. 8. *Nicol. Liranus* ad Hoſ. cap. IX. *Rob. Bellarminus* in Inſtitt. L. Hebr. *Gilb. Genebrardus* in Chronologia p. 181. *Gordonus Huntlæus* Epit. controverſ. *Jac. Serarius* in Rabbin. priori c. 12. *Auguſt. Torniellus* Annal. Sacr. Tom. II. p. 233. *Jac. Bonfrerius* Comment. in Deuteronom. *Alphonſus Salmero*, *Aug. Steuchus*, *Johannes de Pineda* in Salomone prævio lib. V. cap. 13. *Jo. Baptiſta Villalpandus*, pluresque alii, imo tantum non omnes. Id quod eo minus mirum eſt, quia hæc hypotheſis ad ambiguitatem obſcuritatemque, quam codici Hebræo nimis avide affricatam illi volunt, revincendam non parum conferre ipſis videtur. Unde & *Bartoloccius*, veritus quaſi, ne cauſæ fidei ſociorum obeſſet, antiquitatem punctorum aſſerendo, Tom. I. pag. 151. Biblioth. Rabbin. affirmat, vocales illas hodie divinam auctoritatem non obtinere, cum per librarios ita deturpatæ ſint, ut vix priorem faciem in illis agnoſcas. Propterea & recentiores Pontificii diligenter ſibi ab hac aſſertione caverunt, imo potius in communi iſta ὑποϑέσει confirmanda conſpirarunt. Lege inter ceteros *Jo. Morinum* in variis commentationibus, inprimis vero in Exercitationibus Biblicis pag. 530. ſqq. *Richardum Simonium* in lib. I. cap. 27. Hiſtoriæ Criticæ V. T. *Ludov. Eliam Dupin* in Diſſert. Prælimin. p. 136. *Maſclefium* in nova ſua Hebraice legendi ratione, *Soucietum* in Collectione Diſſertationum, & alios. Ex Reformatis horum agmini ſe jungunt *Zwinglius* in præfat. Complanat. in Jeſaiam, *Calvinus* in Zach. XI. 7. ſq. *Beza* de recta pronunciatione Lingvæ Græcæ & alias, *Mercerus* paſſim, *Pellicanus* præfat. in Pentateuchum, *Druſius* de recta lectione Lingvæ Sanctæ § 4. ubi affirmat, poſt Hieronymum demum vocales eſſe adſcriptas, (quamvis alias dubie & timide, ceu *Buxtorfius* p. 9. de Antiquitate vocalium oſtendit, de hoc argumento loquatur) *Joſ. Scaliger* ep. 243. ad Buxtorfium ſcripta, *Erpenius* in præfat. ad Cappelli Arcanum Punctat. revelatum, *Grotius* ad Matth. V. 18. *Voſſius* uterque, Pater & filius (k), ille de Arte Grammatica lib. 1. c. 31. hic in Diſſertat. de LXX. Intt. & alias; *Alex. Morus* de Cauſa Dei p. 73. *Arnoldus Bootius*, *Sam. Bochartus*, *Lud. de Dieu* Gramm. l. 1. c. 7. *Dan. Ern. Jablonsky* in præfat. ad Bibl. Hebr. *Ezech. Spanhemius* in epiſtola Criticæ Simonianæ ſubjecta p. 30. *Jac. Guſſetus* Comment. de Lingva Hebr. p. 756. b. Inprimis

(k) *Iſ. Voſſius* in Reſponſione ad iteratas Simonii Object. p. 166. ſtatuit, vocales non excedere ætatem ſex ſæculorum, imo p. 176. quinque tantum Sæcula illis tribuit, nec credit vetuſtiores dari punctatos codices MSS. ideo, quod nullus ejusmodi inter 700. exempla MSS. in Biblioth. Reginæ Sveciæ ſibi viſus ſit.

mis vero recentiori memoria & majori apparatu hanc cauſam propugnarunt *Lud. Cappellus*, de quo ſupra, & *Stephanus Morinus* in Exercitat. de Lingva primæva ejusque appendicibus, diſſert. ultima. Ex Anglis huc pertinent *Jac. Uſſerius*, (liceat Hibernum huc referre) *Jo. Seldenus, Jo. Rainoldus* in Cenſura Apocryph. p. 32. *Jo. Prideaux* in Lect. de religionis capitibus pag. 390. & præ ceteris *Brianus Waltonus* Polyglott. III. §. 39. ſqq. *Brightius* in præfat. ad Jo. Lightfooti Opera. Ex Arminianis denique *Phil. Limborchius*, & *Io. Clericus* paſſim.

X. Imo nec ex noſtratibus deſunt, quibus hæc ſententia ſe probavit. Tempore Hieronymi (l) vocalia puncta nondum exſtitiſſe ſtatuit B. *Lutherus* (m) noſter in Geneſ. c. 36. Adde Gloſſam ad Geneſ. 38. v. 12. & tract. de Schemhamphoraſch circa finem. Hoc vero eum feciſſe initio, cum a Criticis quibusdam exacerbatus paulo durius de eorum circa vocales ſtudio dicendum cenſuiſſet, & in poſterioribus curis rectius de vocalibus diſputare, monet Vener. *Læſcherus* de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 276. Confer, ſi placet, *Humfr. Hody* de Textibus Original. lib. 3. Part. 2. c. 6 pag. 552. Secuti eum præterea ex noſtratibus ſunt *Salomon Geſnerus* in Pſalmos p. 225. *Leonh. Hutterus* in Triumph. de regno Pontificio lib. 1. c. 6. *Mich. Neander* in Erotematibus Lingvæ Hebr. p. 178. *Theodor. Hackſpanius* in Notis Biblic. Part. I. pag. 175. 348. &c. *Nic. Oelſchlegelius* in tractatu de punctis contra Flacium, & forte *Wolfg. Franzius* de Interpret. Scripturæ S. Orac. 54. pag. 497. Alios diverſarum partium patronos hujus ſententiæ laudatos vide a B. *Pfeifero* in Critica Sacra p. 78. ſqq. *Læſchero* l. c. p. 276. & 283. *Waltono* in Prolegom. III. §. 39. ſqq. *Hodio* de Textibus Original. lib. III. Part. II. p. 561. ſqq. & *Gerb. Mejero* in Voſſio ἀνεβεγαγίας convicto. Ex eorum, quos nominavimus, ſerie abunde patet, Bartoloccium minus recte ſubduxiſſe calculos, quando Tom. I. p 165. affirmat, ex omnibus Proteſtantibus unum Ludov. Cappellum, ex Pontificiis vero unum Morinum antiquitatem vocalium negaſſe. Lege, quæ hanc in rem monet *Rich. Simon* Biblioth. Crit. Tom. I. p. 374. ſq. Liberalius vero itidem & invidioſius ſententiam dicit *Brianus Waltonus* in Prolegom. III. §. 38. vix quenquam noſſe ſe aſſerens, qui judi-



(l) Confer *Steph. Morini* Exercitatt. de Lingva primæva p. 408. ſqq. & p. 425.

(m) Hinc *Iſaacus Voſſius* in præfat. ad Oracula Sibyllina ita: *Mirum, Principes Germaniæ tanta peſti non occurrere, & permittere, ut Judaiſmus tam impune graſſetur, & ut a Lutheranis ipſe quoque Lutherus hæreſeos damnetur, quod puncta Hebræa flocci-fecerit, & pro commento habuerit Rabbinico.*

Digitized by Google

judicium cum eruditione conjunxerit, qui aliter ſentiat. Nec video, quomodo probaturus ſit *Dupinius* p. 136. Diſſert. Præliminaris, neminem inter Pontificios, qui quidem poſt Cappellum ſcripſerint, aliter ſentire. Aliter certe ſenſit *Bartoloccius* & *Natalis Alexander*, utrique Cappello poſteriores. Duriora quoque multis videbantur *Campegii Vitringa* verba in Obſervatt. Sacris lib. I. pag. 175. *Non dubitem,* inquientis, *quin unusquisque ſanioris judicii homo id* (puncta ſcilicet poſt Chriſti ætatem addita) *mihi conceſſerit. Tanta enim cum rationum evidentia id adſtructum eſt ab omne genus præſtantiſſimis ſæculi noſtri viris, ut vel ignorantiam vel contumaciam* (hanc etiam Dupinius l. c. exprobrat eruditis ita ſentientibus) *prodat, quisquis ille etiam ſit, qui contrarium opinetur.*

XI. Supra monui, eſſe, qui punctorum originem ad *Aaronem ben Aſcher* & *Jacobum ben Naphthali*, i. e. ad Sæculum poſt C. N. XI. rejiciat. Ille vero eſt *Gilb. Genebrardus*, Chronologus alioquin non contemnendus, qui negligentia potius quadam temporisque confuſione, quam confirmato judicio adductus, p. 451. Chronographiæ ſcribit, *anno ab everſo templo* 436. C. 476. vel 478. *Judeos Tiberiadis Paleſtinæ, indicto concilio, ad quod Babylonici confluxerint, primarios eorum R. ben Aſcher & R. ben Naphthali, notulas, quibus hodie Judæi utuntur vice vocalium & accentuum, ad lectionis facilitatem repériſſe.* Manifeſtum eſt, jungi hic binos illos Doctores Maſorethis Tiber., a quibus ſex ferme Sæculis fuerunt remoti, forte ideo, quod eos ab Elia Levita in præf. III. ubi de Maſorethis Tiberienſibus inprimis agitur, commemorari videret. Confer *Buxtorfium* de Antiquitate Vocalium p. 7. ſq.

XII. Modeſtiam hic ſectantur nonnulli, quos tertiam claſſem conſtituere diximus, qui ſcilicet animum dubium profitentur. Hi ſunt præter Druſium, de quo paulo ante, *Andreas Maſius*, Vir doctiſſimus, in commentar. ad Joſuæ III. 16. *Sed illi*, (οἱ LXX.) *vocalium obſervationi operam nullam dediſſe videntur, quarum fortaſſe nullæ erant eo tempore notæ*: *Jo. Henr. Hottingerus* p. 401. Theſauri Philologici, qui tamen p. 403. diſerte affirmat, Tiberienſes illos puncta non primos addidiſſe, ſed jam exſtantia a mutatione conſervaſſe, & *Sixtinus Amama* de R. L. p. 21.

Notandum hic præterea eſt, pleroſque eorum, qui novitatem vocalium adſtruunt, non omnibus vocalium ſignis deſtitutos fuiſſe veteres illos Hebræos putare, ſed ita potius ſtatuere, quod, quæ hodie matres lectionis appellantur, אהי earum locum ſuppleverint, quarum etiam veſtigia hodienum, poſtquam aliæ illæ notæ ipſorum judicio acceſſe-

ceſſerunt, obſervare ſibi in Hebræis codicibus videntur. *Mihi certiſſimum eſt*, inquit Cl. *Campegius Vitringa* lib. I. Obſervatt. Sacrarum pag. 175. *quod vulgares ſaltem ſuos Codices eo prorſus modo ſcripſerint, quo hodie ſuos conſignare conſueverunt Rabbini, h. e. quod literis* אוי *uſi fuerint loco vocalium, ſic ut* א *vocalem* a *&* e; ו, o *&* u, *&* י *denique τὸ* i *expreſſerint*. Loca, quæ hanc in rem affert, Biblica, Hoſ. X. 14. Ezech. XXVIII. 24. & Amoſi II. 7. ac VIII. 4. apud ipſum legi malim. Alios, idem ſtatuentes, laudatos vide a doctiſſimo *V. E. Læſchero* p. 297. de Cauſis Lingvæ Hebrææ. Illis adde *Io. Morinum* in Exercit. Bibl. XVIII. lib. 2. c. 3. & in Grammat. Samarit. c. 13. 14. & 15. tum vero in Opuſculis Hebr. Samarit. p. 56. ſqq. Pinxit hanc ſententiam & ornavit amplius noſtra memoria *Steph. Morinus*, Profeſſor Amſtelodamenſis, in Parte III. Exercitationum de lingva primæva ejusque Appendicibus, qui tribus illis binas alias, nempe ה & ע addendas ſtatuit, ut quinque naſcantur אהויע. Specie certe non caret hæc *ὑπόθεσις*, neque tamen deſunt, quæ eam premunt, difficultates, de quibus lege laudatum modo Lœſcherum p. 297. ſqq.

XIII. Sunt, qui hypotheſin de vocalibus recens inventis & textui additis nihil periculi creare cenſent, ideo quod, quamvis ſigna vocalium in univerſum defuerint, ea tamen ratione ab antiquis Hebræis lectionem inſtitutam contendunt, qua hodie per vocales definitur. Hanc *Elia Levita* ſententiam fuiſſe ſupra oſtendimus. Idem affirmat *Jac. Guſſetus* in Commentar. de Lingva Hebr. pag. 755. b. poſt *Rich. Simonem* in Hiſtor. Critic. V. T. lib. 1. c. 27. *Quantumvis homines*, inquit is, *punctorum nunc ad textum Scripturæ vocalium vices agentium, auctores ſint, non tamen ab illorum arbitrio modus ratioque legendi textum pependerunt, ſed tantummodo ſignaverunt punctorum formis lectionem jam prius receptam & uſus auctoritate communitam.* Et poſt pauca: *Legebatur Scriptura Sacra ſine punctis adſcriptis, Lex præſertim, alia item volumina in gente Judaica, inque Synagogis. Uſus tunc tanquam regula docebat dirigebatque id, quod imagines punctorum poſtmodum tanquam termini fixi limitaverunt. Uſus autem ille non potuit receptus eſſe, niſi ex traditione antiqua.* Ornat hanc hypotheſin amplius *Guſſetus* l. c. cui pag. 756. a. inventio punctorum ſic concepta periculi de fide & moribus expers videtur.

His penitus adverſantur, qui veterem legendi pronunciandique rationem prorſus per novam illam, quam Maſorethicam vocant, everſam & mirum quantum interpolatam adſeverant. Ita *Zwinglius* Tomo III. Opp. præfat. in Apologiam complanationis Eſaiæ *Rabbinos parum civili-*

*ter & finxiſſe & ſuppoſuiſſe vocales* pronunciat. Ex eodem fonte *Steph. Morinus* p. 380. ſqq. Exercitationum ſuarum lectionem Nominum Propriorum, qualis in LXX. Interpretibus occurrit, Hebraicæ præfert. Noviſſime *Maclefius*, Canonicus Ambianenſis, Maſorethicam illam legendi rationem tanquam prorſus novam & inſolentem repudiandam, & cum alia pro lubitu commutandam ſvaſit in *Deſignatione nova Grammaticæ ad Lingvam Hebr. addiſcendam*, quæ Gallice exſtat in *Memoriis Trevultinis* an. 1711. Octobr. p. 1791. Novembr. p. 2002. & Decembr. p. 2154. & ex parte in *Ephemeridibus Pariſienſibus* anni 1712. Januar. p. 61. ſqq. tum denique in *Memoriis Literariis* Anglice a Cl. la Roche editis an. 1711. p. 354. & 1712. p. 1. ſqq. Vide, quæ contra eum diſputata a me ſunt in *Methodo Hebraiſmi nova*, Hamburgi 1716. 4. Pertinent huc, qui punctationem textus Hebræi hodiernam Analogiæ lingvæ Hebrææ paſſim penitus contrariam eſſe opinantur. Lege *Brightii* præfat. ad Lightfooti Opera, & *Jo. Clericum* ad Geneſ. XIX. 33. & XXXIII. 4.

XIV. Noſtram denique ſententiam expoſituri, non negamus, ab utraque hic diſſentientium parte ea afferri pro tuenda vel oppugnanda vocalium antiquitate argumenta, quæ optionem facere dubiam poſſint. Interim rem curatius putanti & tutius, & re ipſa dignius, & antiquitati Judaicæ convenientius viſum eſt eorum amplecti partes, qui vocales vel ab ipſis Scriptoribus Sacris, vel ab Esdra, Viro θεοπνεύςῳ & Scriba divino profectas, a ſequentibus autem doctoribus conſervatas, & a Tiberienſibus denique adverſus corruptelas imminentium tunc ſæculorum præmunitas eſſe arbitrantur. Conferam hic in ſummam argumenta, quæ *Buxtorfius* inprimis & noviſſime *Læſcherus* de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 283. ſqq. momentum habere exiſtimarunt. Illorum alia ſunt hiſtorica magis, alia realia, & ex ipſa rei natura deprompta. Ex prioribus multum ſane valet id, quod ab univerſali Judæorum, (ſi Eliam Levitam, & forte unum alterumve eo priorem exceperis,) conſenſione petitur, cujus ratio vix reddi poſſe videtur, niſi eam ab ipſius hypotheſeos veritate repetas. Mirum quoque præterea foret, Judæorum Hiſtoricos de re prorſus nova & majoribus ignota, qualis punctatio diſſentientibus videtur, nullibi diſtinctam mentionem feciſſe, qualem, more ſuo, diffuſius diligentiusque facturi fuiſſe videntur, ſi res fuiſſet nova cum alia ambitioſe commemorent, quæ longe minus memoria poſterorum digna erant. Nusquam invenimus recitari diſputationes aut diſſenſiones de ratione, figura nominibusque punctorum, aut eorundem collocatione inter Judæos obortas, quæ vix



Digitized by Google

vix evitari potuiſſe videntur inter homines ad diſputandum pronos, ac præterea factionibus inter ſe diſſidentes, ſi punctatio humani eſſet ingenii, neque potius a majoribus profecta. Qui, quæſo te, recentiores illi, ad varias interpretationes S. Codicis invehendas proniſſimi, paſſi ſibi fuiſſent vocalibus cancellos circumſcribi, intra quos ſe continere inpoſterum vel inviti deberent? Inprimis hic probe reputandum eſt; Karæos & Rabbanitas, ſibi invicem alioquin inimiciſſimos, & placitis variis ſejunctos, in vocalibus punctis ita conſentire, ut neutra pars alteram criminandi occaſionem hinc arripuerit. Tanta vero concordia exſpectari non poterat inter eos, ſi recentioris ætatis inventum fuiſſet punctatio, nec potius illam ipſam, quæ inter utramque ſectam nunc eſt, diſſenſionem antevertiſſet. Jam autem alibi in *Notitia Karaorum* oſtendimus, diſſenſionem iſtam ipſius Domini noſtri, *Jeſu Chriſti*, nativitatem ſuperare, quæ certe a Maſoretharum, qui punctorum inventores adverſariis videntur, ætate longiſſime remota eſt.

Maſora æque ac Talmudici Scriptores paſſim ad puncta provocant, tanquam jam exſtantia, nec ea quoque vel tollunt, vel accuſant, quæ Analogiæ Grammaticæ minus reſpondent. Putasne vero, eos in hoc negotio adeo religioſos futuros fuiſſe, ſi vel minima conjectura adduci potuiſſent, ut crederent, recentem eſſe punctorum originem?

Afferunt in ſcriptis ſuis Iudæi exempla Codicis Hebr. punctata, v. c. Hillelianum, quod nonnullorum judicio antiquiſſimum eſt. Vide, quæ ſupra ſuo loco, ubi de MSS. actum eſt, Sect. II. de Hilleliano iſto diſſeruimus.

Ex re ipſa pro noſtra ſententia ſequentes rationes afferri poſſunt. Nimis incerta futura erat Codicis Sacri lectio, atque adeo & interpretatio in tanta ſignificationum, quæ vocibus Hebræis plurimis ſubjectæ ſunt, multitudine & varietate, niſi vocalium beneficio illa quodammodo reſtricta & diminuta fuiſſet (n). Neque fieri poterat, ut Interpretes in multis locis, per ſe ambiguis, tam amice conſentirent. Quæ enim hinc inde inter eos occurrunt varietates, paucæ ſane ſunt, ſi com-

(n) Non puto ſufficere, ſi quis cum *Humfredo Prideaux*, Viro doctiſſimo, ex libro ejus, quem Connexionem Hiſtoriæ V. & N. T. dixit, Part. I. p. 360. reſpondeat: *Genuinam lectionem æque certam eſſe in Hebrais libris non-punctatis, atque eſt genuinus ſenſus in punctatis; priorem illam interdum poſſe mutari & perverti, ſicut & poſteriorem: ſive itaque libri iſti punctati ſint, ſive minus, Lectoris parum intereſſe, modo is linguæ ſatis ſit gnarus, & legat textum, prout decet.*

comparentur cum illis, quæ exſpectandæ erant, absque vocalibus ſi fuiſſet.

Neque occurri huic incommodo potuit per matres lectionis, quas appellant. Illæ enim per ſe non ſufficiunt determinandæ genuinæ lectioni, præterea vero in Codicibus non punctatis raro hodie comparent, ſaltem, ſi olim adſcriptæ fuiſſent, frequentius occurrere debebant: id quod argumento eſt, eas nec olim adhibitas fuiſſe.

Habet ſane punctatio & accentuatio Hebraica aliquid ſingulare & eximium, ſi accuratius examinetur, quod noſtra ætate ab *Albardo de Raadt* in commentario de natura Punctationis, & ſagaciſſimo *Valentino Erneſto Læſchero* factum novimus.

Id ſane rectius Lingvæ ipſi ejusque indoli primitivæ, quam hominibus novis, Tiberienſibus ſcilicet illis, qui ad exemplum Talmudiſtarum nugas potius & minutias, quam ſeria tractare procul dubio didicerant, acceptum feretur. Confer *Jo. Lightfooti* locum paulo ſuperius a nobis allatum.

Scriptura divinior ad legendum ſcripta & commendata eſt tum ſapientibus & peritis rerum, tum rudibus & ignaris, vulgoque ab *ἀγχινοίᾳ* utplurimum deſtituto. Quam miſera vero ejus futura erat ſors, ſi lectionem divinando magis, quam certo indicio adſequi debuiſſet.

Colophonem his imponat locus Matth. V. 18. quo noſtrates inprimis Theologi ad vocalium antiquitatem adſtruendam utuntur. Memoratur ibi ἰῶτα, i. e. litera Jod Hebræorum, & *κεραία*, i. e. apex *τῶ* י ſimilis, quem de vocali rectiſſime accipi cenſent. Novi alios ad alia hic divertere. Quidam pro locutione proverbiali habent, quæ non nimis ſit urgenda. Alii cum *Cappello* in Arcano punctationis Revelato, & *Leusdenio* p. 61. Philologi Hebræi de coronulis illis ſive apicibus, quos literis nonnullis appingere ſolent Hebræi, & quos תגין vocant, accipiunt. Alii cum *Briano Waltono* Prolegom. III. §. 56. cui præivit *Druſius* in Parte altera Annotationum ad N. T. & ſpeciatim illum Matthæi locum, de apicibus ſeu inflexionibus literarum ſingularum interpretantur. Huc tendit etiam doctiſſimus *Io. Andreas Danzius* in Literatore Hebræo p. 65. in notis, qui & puncta vocalia & coronulas illas, quibusdam tantum literis appingi ſolitas, hinc removet, ductumque ſive lineolam, particulam literæ, ſpeciatim Jodh, minimam innui cenſet, uſus hanc in rem loco quodam ex *Schemoth Rabba* Sect. 6. fol. 101. col. 3. ubi hæc legas: *Aſcendit litera Iodh vocis* ירבה *Deut. 17. v. 7. & ſupplex proſtrata coram Deo dixit: ô dominator mundi! nonne*

*nonne conſtituiſti, ut ne ulla litera periret de Lege in æternum? En Salomon occupatus eſt in eo, ut me deleat. Fortaſſis hodie abrogabit unam, & in craſtinum alteram, donec tota lex, quantacunque illa eſt, pereat. Cui reſpondit Sanctus ille Benedictus: Salomon, & mille ei ſimiles peribunt, ſed* apicem de te *non abrogari ſinam.* Parum abit B. *Caſp. Neumannus* in Geneſi Lingvæ Sanctæ cap. 3. §. 11. qui ipſam illam *κεραίαν* de litera י explicat, hoc ſenſu: *Ne quidem literæ apex unus, qui Iodh unum eſt, periturus eſt.* Oſtendit ibi Vir doctus, τὸ י omnium literarum Hebr. fundamentum eſſe, & in illis Servatoris verbis commemorari, non in quantum eſt litera per ſe, ſed quatenus aliarum, ex variis Jodim conſtructarum, literarum *κεραία* ſeu apex eſt. Compara Cl. *Henr. Bened. Starckii* Lucem Grammat. Hebr. pag. 7. Simili fere modo Auctor libri Gallici, qui inſcribitur *Eſſai de Traduction* p. 33. per *κεραίαν* intelligit ductum, qui in א obſervatur, ſuperiorem, ita quidem, ut inprimis reſpiciatur ad præcepta negativa, quæ a לא incipiunt. Sane tum ex varietate hac interpretationum, tum ex re ipſa patet, argumentum hoc dubiis expoſitum eſſe. Quæ cauſa eſt, cur illi non multum inſtiterit *Buxtorfius* ipſe de Antiquitate Vocalium p. 435. Viciſſim tamen legenda ſunt, quæ pro antiquitate punctorum hinc argumentati ſunt ex noſtratibus *Ioh. Gerhardus* in Locis Theologicis de Scriptura Sacra p. 355. *Abrah. Calovius* in Critico Sacro p. 115. ſq. *Aug. Pfeiferus* in Critic. Sac. p. 88. & noviſſime *V. E. Læſcherus* de Cauſis Lingvæ Hebr. pag. 287. Confer & quæ de hac phraſi ex Hebræis commentatur *Theodorus Hackſpanius* de Uſu librorum Rabbinic. p. 425. ſqq.

XV. Diſſentientium argumenta potiora hæc ſunt. Ex hiſtoria proferunt nonnulla Aben Eſræ, Kimchiique loca, quibus novitatem vocalium adſtruere illi videntur. At illis ſatisfecit *Buxtorfius* Parte I. c. 3. integro *de antiquitate vocalium*, oſtendens, nihil aliud illis innui, quam doctores illos vel Tiberienſes, vel recentes quosvis puncta ab Eſra accepta conſervaſſe & ad poſteritatem traduxiſſe. Præterea vero teſtimonia illa numero tam pauca ſunt, ut cum pluribus & copioſis, quæ in contrariam ſententiam exſtant, comparari non poſſint. Recipiunt ſe iidem ad loca Patrum, nominatim *Origenis* & *Hieronymi*, in quibus vel de punctis prorſus ſileatur, ubi eorum, ſi exſtitiſſent, mentio inprimis fieri debebat; vel ita diſſeratur, ut non exſtitiſſe appareat. Hic vero tenendum eſt, raros ea ætate codices non punctatos fuiſſe, quibus proinde utendi non ſemper facultas data ſit. Præterea *Hieronymus* paſſim in commentariis ſuis ad vocales, tanquam exſtantes, ſe recipit, & ſecundum



Digitized by Google

dum illas hoc vel alio modo lectionem inſtitui jubet. Ita quæſt. in Geneſ. c. 47. *Hoc loco quidem*, inquit, *fruſtra ſimulant adoraſſe Iacob ſummitatem ſceptri Ioſephi, quod videlicet honorans filium, poteſtatem ejus adoraverit, cum in Hebræo multo aliter legatur: & adoravit Iſrael ad caput lectuli.* Talmudica & Cabbaliſtica ſcripta antiquiſſima punctorum non meminiſſe diſſentientes fruſtra prætexunt. Contrarium ſane evicit *Buxtorfius* Parte II. tractatus de antiquitate vocalium. Diſſenſus variorum Interpretum Chald., Græcorum, Vulgati, &c. a lectione Hebræa novum non affert huic ſententiæ præſidium. Aliæ enim illius diſcrepantiæ cauſæ reddi poſſunt, quam quæ in vocalium abſentia, quam illi quidem cauſantur, poſita ſit. Nam primo quidem varietatum illarum bona pars a literis vel mutatis, vel omiſſis, vel additis, aut perperam lectis repeti poteſt. Sic *Eduardus Pocockius* in commentario ſuo ad Hoſeam paſſim oſtendit, τοῖς LXX. Interpretibus cum hodierna Codicis Hebræi punctatione apprime convenire. Fieri etiam potuit, ut Interpretes codice vel non punctato, vel minus accurate mendoſeque ſcripto, uterentur, vel probo codice uſi aliis de cauſis in peregrinas interpretationes inciderent, ut taceam, ipſas verſiones temporis injuria tales ad nos non perveniſſe, quales ex auctorum manibus prodierunt. Targumiſtas, ſpeciatimque Onkeloſum non minus ac τοὺς LXX. tanto propius ad lectionem punctationemque Hebræi codicis accedere, quanto longius recentiores iis Interpretes removentur, jampridem ab aliis obſervatum eſt. Lege inprimis *Buxtorfium* Part. I. c. 9. & 10. Multum quoque momenti in eo repoſitum eſſe credit *Cappellus*, quod nullum Pentateuchi exemplar, quo Judæi in Synagogis uti conſveverunt, punctis inſtructum eſſe debeat, adeo, ut ſi puncta præ ſe ferat, vel eo nomine profanum & ab uſu removendum habeatur. Hinc illi quidem conſequi putant, vocales ad eſſentiam contextus ſacri non pertinere. Enimvero probandum primo erat adverſariis, eam conſvetudinem Legem Moſaicam ſine punctis exarandi antiquam potius eſſe, quam recentioribus Judæorum inſtitutis deberi, quorum ſcilicet ſuperſtitio effecit, ut ad hoc conſilium accederent. Cum enim, quod alias monuimus, in exarandis Legis exemplaribus incredibilem diligentiam collocent, & vel minutiſſima errata cane pejus & angue fugiant, his autem ex adſcriptis vocalibus occaſio ampliſſima naſcatur; veri ſane eſt ſimilius, recentioris ætatis Judæos a punctis abſtinendum putaſſe ad errores eo rectius cavendos, quam ut majorum exemplum imitarentur. Vide, quæ in hanc rem *Buxtorfius*

Part. I.

Digitized by Google

Part. I. c. 4. affert, ipſorum Judæorum teſtimonia. Fortaſſe & Antiſtitibus Judæorum, qui in Synagogis Sacrum Codicem prælegere conſveverant, expeditior viſa eſt ſine punctis legendi ratio. Hi enim, lingvæ gnari, facilius ex ingenio & memoria vocales literis convenientes ſupplere, quam oculis inter legendum adſequi potuiſſe videntur.

Ipſa inſuper vocalium conditio aliis novitatis argumentum ſuppeditare viſa eſt, nimiam earum copiam & appellationem peregrinam prætexentibus. Copia illa nugacis minutiasque ſectantis ingenii indicium ab illis habetur; nomina vero maximam partem Chaldaica, atque adeo nec Hebraicæ originis, creduntur. Prius illud perfectionis potius argumentum ſuppeditare, & lingvæ Sanctæ genio apprime reſpondere, noſtra ætate diligenter oſtenderunt præſtantiſſimi Viri, *Caſp. Neumannus*, & *Valentinus Erneſtus Læſcherus*, ille in Geneſi Lingvæ Sanctæ, hic in commentario de cauſis Lingvæ Hebrææ, ubi in inveſtigandis interioribus vocalium rationibus occupati fuerunt. Nomina vero illa magis Hebraica quam Chaldaica, (quamvis terminatio nonnunquam forte ad Chaldaiſmum accedat,) vel alius quoque lingvæ eſſe oſtenderunt, qui origines eorum ſcrutati ſunt. Lege inter ceteros *Henr. Bened. Starckii* Lucem Grammat. Hebr. p. 29. ſqq. & Celeberr. *Danzium* in Literatore Hebræo p. 57. ſq. cujus hæc ſunt verba: *Enimvero non obſtant hæc, quo minus vocalium figuras ultra tempora Esdræ extendas, eumque non tam a ſe excogitatas, quam dudum exſtantes textui adjeciſſe dicas. Nomina quippe ipſarum & Ebraam habent originem & ſimul formam. Id quod probat tali eadem indita fuiſſe ætate, qua viguit adhuc lingva Hebræa inter Judæos vernacula. - - - Ad hæc valor vocalium una cum ipſis literis ſimul exſtitit, ut ſupra p. 37. 38. & 39. probatum fuit prolixius. Quid autem obſtat, quo minus eundem, ne oblivione periret, ſigno cuidam alligatum credas, perinde ut literarum, utut non ubivis locorum uſurpatum fuiſſe ſtatuas? Quod ſi inventum hoc ſoli humanæ induſtriæ adſcripſeris, hoc videtur prius incubuiſſe figuræ inveniendæ ejus, quod per ſe ſonat, quam iſtius, quod aliunde adjumentum indipiſcitur. Et ſi Esdras tot novis figuris nunquam antea viſis & cognitis ſuos oneraſſet contribules; operoſum earum addiſcendarum ſtudium plus illis peperiſſet moleſtiæ, quam facilitatis attuliſſet diſtincta earum expreſſio. Quod ipſum intentioni ipſius e diametro eſſet oppoſitum. Præterea tanta eſt iſtarum perfectio, ſive ſitum conſideraveris, labiorum depreſſioni vel elevationi in pronunciandis illis convenientem; ſive nomina, poteſtati utplurimum accommodata; ſive ipſam etiam formam, temporis ſpatio menſurando adaptatam: ut ſimul inventas & inter tot gra-*



Digitized by Google

*graviſſimas occupationes alias una ad tantum faſtigium humana induſtria evectas ægre dixeris.* Recipiunt ſe præterea ad τὸ *Keri* & *Kethib*, arguentes, ea, quæ hoc nomine appellantur, circa literas tantum, non circa puncta, verſari. Hic certe mireris, quod ex re, ipſorum judicio non minus nova & recentioris ætatis, argumentum ducant ad adſtruendam rei novitatem, quæ aliis antiqua videtur. Deinde ipſa rei inſpectio docet, nonnullas illarum lectionum ex varia punctatione ortas eſſe, quemadmodum ſubinde ejusmodi vocales ſub voce ſcripta occurrunt, quæ tantum ad vocem in margine ſcriptam quadrat.

XVI. Hæc fere ſunt, quæ pro ea, quam ſectamur, brevitate, ſummatim opponenda judicavimus illis, qui contra vocalium antiquitatem pugnant. De *Accentibus* eadem ratione inter eruditos diſputatum eſt, ita quidem, ut, qui vocalium antiquitatem negant vel adſtruunt, iidem accentus vel antiquos vel recentes eſſe affirment. Unde ſupervacuo labore defuncturi certe eramus, ſi in recenſendis utriusque partis fautoribus & aſſeclis verſari velimus. Itaque ſufficerit commemorare h. l. eos, qui utrinque inter ceteros eminent. Ante vero, quam hoc faciam, obſervandum eſt, non deeſſe, qui, vocalibus in throno antiquitatis collocatis, accentibus tamen eandem temporis prærogativam dubiam faciant. Inter hos eſt *Jo. Andreas Danzius*, modo laudatus, cujus hæc ſunt verba in Literatore Hebræo p. 38. *Diſpar certe ratio eſt accentuum. Hi quippe quantumvis eos momento ſaltem, priores literis adſcriptos dixeris, nomina pleraque aut origine, aut certe forma Chaldaica habent: atque adeo eam exiſtentiæ ſuæ ætatem produnt, qua lingva Ebræa per captivitatem Babylonicam corrupta, multum de nativo nitore ſuo perdiderat.* Eandem ſententiam amplexus eſt Cl. *Henr. Gottlieb Reime* in præf. ad novum doctrinæ Accentuum Compendium. Ceterum præcipui, qui Accentuum antiquitatem opugnarunt, ſunt ex Pontificiis *Jo. Morinus* in Exercitt. Bibl. *Rich. Simonius* in Hiſt. Crit. V. T. & in Disquiſ. Critica de variis Bibl. editionibus, ex Reformatis *Lud. Cappellus* de Arcano Punctationis Revelato lib. I. c. 16. & in Critica Sacra, *Henr. Chriſtianus Henningius* in Hellenismo ὀρθοιδῶ p. 8. & *Corn. Vythagius* in Revelat. punctat. p. 3. Ex Arminianis Cl. *Io. Clericus* Accentibus infeſtum ſe præbet in commentariis ſuis paſſim, qui & in Diſſert. de Interpretat. Scripturæ Sacræ, quæ commentario in Geneſin præmiſſa eſt, §. 8. profitetur, ſe in interpretatione nullam accentuum rationem habuiſſe, imo Gen. XXIII. 18. & XLIX. 4. accentus minus bene collocatos exiſtimat. Neque ex noſtratibus defuerunt, qui eorum ſe partibus jungerent. Obiter hoc fecit *Wolfg. Franzius* in Schola Sacrificiorum Diſp. X, §. 63. data

vero

vero opera *Jo. Brunsmannus*, Theologus quondam Hafnienſis, in Diſſertatione de Accentuationis Hebraicæ diſtinctivæ novella arte, qua eam ad Codicis Hebr. membra ſenſumque ubique certo & tuto diſtingvenda divinitus non eſſe datam traditamque demonſtrat, Hafn. 1708. 8. Ubi tamen probe obſervandum eſt, auctorem non tam de origine ipſorum accentuum, an illa divina ſit, quam de eo diſputare, utrum ad diſtinctionem per eos faciendam adhibendi ſint, ceu ipſe diſerte monet pag. 175.

XVII. Ex altera parte viciſſim Accentuum & originem divinam & uſum Hermeneuticum adſtruxerunt ex noſtratibus *Matthias Wasmuthus* in Vindiciis Parte II. *Abrah. Calovius* in Critico Sacro, *David Weimarus* in Parte priori tractatus de Uſu Accentuum, *Aug. Pfeiferus* in Critica Sacra p. 92. ſqq. & doctiſſimus *Valentinus Erneſtus Læſcherus* in Commentar. de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 336. ſqq. qui Cappelli, Morini, Iſ. Voſſii, Waltoni aliorûmque exceptionibus occurrerunt, ſicut M. *Georg. Chriſtianus Dachſelt* diſſertatione quadam Philologica de Accentuatione, Lipſ. 1710. habita, Brunsmanniana argumenta perſtrinxit potius quam confutavit. *Helmontii* ſpeciatim rationes elidendas ſibi ſumſit *Pfeiferus* l. c. pag. 95. Ex Anglis diligentem Accentuum patronum ſe præſtitit *Joſeph. Cooperus* in Domus Moſaicæ Clave, ſive Legis ſepimento, in quo punctorum Hebraicorum adſtruitur antiquitas, eaque omnia, cum accentualia tum vocalia ipſis literis fuiſſe coæva, argumentis undique petitis demonſtratur. Quæ vero in contrarium ab Elia Levita, Ludov. Cappello, Waltono, Jo. Morino, & Gordonio Huntlæo ejus aſſeclis & interpolatoribus, cum paucis aliis, in caſtra Eliana arte veteratoria pertractis, adducuntur, examini ſubjiciuntur & diluuntur. Lond. 1673. 8. Noviſſime Rev. *Phil. Ouſeel*, Profeſſor Theologus Francofurt. in præfat. ad Accentuationem Proſaicam de auctoritate & uſu Accentuum contra Cappellum & ejus ὁμοψήφυς erudite commentatus eſt. Ex Pontificiis pro Accentuum antiquitate pugnat *Iulius Bartoloccius* Tom. I. Biblioth. Rabbin. pag. 441. ſqq. qui tamen manu altera aufert, quod altera dederat, affirmans, eorum, quippe valde mutatorum, auctoritatem hodie eſſe exiguam.

XVIII. Argumenta, quæ pro utraque parte militant, apud *Læſcherum* de Cauſis Lingvæ Hebrææ pag. 336. ſqq. in compendium relata legi malim, quam hoc loco faſtidioſe repeti. Mihi quidem, ut cetera taceam, ſemper incredibile viſum eſt, Judæos Poſt-Talmudicos, ſive

Tiberienſes illi fuerint, ſive alii, rudes omnino & a majorum ſuorum ſapientia mirum quantum remotos, inventores fuiſſe accentuum, quorum uſus regulis ſibi adeo conſtantibus hodie ab eruditis traditur, ut vel ex effectu ſeu a poſteriori, ut loqui, amant, judicium de rei ipſius præſtantia artisque veritate ferri poſſit. Quæ enim hinc inde anomaliæ occurrunt, earum rationem ex rei & contextus circumſtantiis reddi poſſe ii, qui harum rerum gnari ſunt, merito profitentur. Hinc factum eſt, ut & ipſi Judæi, qui alias ignorantiam ſuam in hoc præcipue argumento profitentur, (vide v. c. Calonymum in fine tractationis de Accentibus) noſtratium præceptiones accentuatorias admiratione excipiant. Lege, quæ huc monent B. *Wagenſeilius* in Relationibus vernaculis de rebus quibusdam ad Judæos pertinentibus pag. 41. & Rev. *Io. Henr. Michaelis* in Inſtitutione de Accentibus p. 10. in notis.

XIX. Quemadmodum de *origine* Accentuum, ita non minus de vero & præcipuo eorum ſcopo ac *uſu* diſputatum eſt inter eruditos. Cum enim is varius ſit, puta vel *Hermeneuticus*, vel *Grammaticus*, vel *Muſicus*, vel *Rhetoricus*; ſunt, qui uſus hos conjungunt, ſunt vero etiam, qui quosdam eorum non agnoſcunt, aut ſaltem, quis eorum potior ac præcipuus ſit, diſputant.

*Hermeneuticum* uſum eum appello, qui in genuino contextus Hebraici ſenſu eruendo ſe exſerit, ſive locus aliquis recte interpretandus, ſive ab adverſariorum exceptionibus vindicandus, ſive in partes ſuas reſolvendus fuerit. Hunc uſum principem accentuationis eſſe judicarunt plerique noſtratium, nominatim *Waſmuthus*, *Reinbeckius*, *Joh. Franckius* & *Henr. Bened. Starckius*. *Reinbeckius* in Doctrina de Accentibus Hebræorum a p. 309. ad 495. uſum Accentuationis Hebr. in conferendis verſionibus oſtenſurus, ſæpius commonſtrat, Interpretes ob neglectum accentuum ſitum hinc inde lapſos. Rev. *Jo. Franckius* idem V. C. *Jo. Clerico* in commentariis ſuis accidiſſe in præfatione ad Diacriticam Sacram exemplis quibusdam evincere inſtituit. Imo *Sebaſt. Schmidio*, feliciſſimo alioquin Scripturæ Interpreti, neglectam Accentuationem fraudi ſubinde fuiſſe paſſim monet Cl. *Henr. Bened. Starckius* in Notis ſuis ad loca Scripturæ obſcuriora ſelectis. Re ipſa vero & exemplo ſuo manifeſtum fecit *Auguſtus Varenius*, commentator non unus ex multis, quantum præſidii ad eum redeat, qui Accentuum rationem habere didicerit. Confer & Cl. *Jo. Reinh. Rus*, Profeſſoris hodie Jenenſis, diſſertat. de uſu Accentuationis Hebr. Pentade dictorum V. T. demonſtrato, Jen. 1704. 4.

*Gram-*

*Grammaticus* Accentuum uſus in lectione & pronunciatione recte & decore inſtituenda ſe exſerit, illis quoque cognitus, qui vel a limine Grammaticorum Hebræorum ſcholas viſitarunt. Illi enim ab hoc indicio Accentus tonicos, unum vero etiam Euphonicum appellare conſueverunt.

*Muſicum* uſum Judæos accentibus tribuiſſe præter *Hermeneuticum* vel ex duplici accentuum appellatione apud illos recepta intelligi poteſt. Quando enim accentum טעם, quæ vox *rationem* ſeu *ſenſum* infert, vocant, ſenſus indicium; quando vero נגינה i. e. *modulationem* appellant; ſoni notam ſecum ferre, innuere illi videntur. Hinc & factum eſt, ut antiquiores Judæi Hermeneuticum & Muſicum uſum conjunxerint, quales ſunt *Aben Eſra*, R. *Salom. Iſaacides*, R. *Bechai* &c. quorum loca vide apud *Buxtorf.* de Punctorum antiquitate & origine p. 256. Illuſtris eſt Aben Eſræ locus in libro מאזנים f. 199. b. כל פירוש שאיננו ע׳׳ פירוש הטעמים לא תאבה לו ולא תשמע אליו i. e. *quæcunque expoſitio non ſequitur expoſitionem accentuum, in ea non acquieſcas, neque recipias eam.* *Muſcatus* utrumque uſum diſertius conjungit in comment. ſuper librum Coſri fol. 129. b. ubi ita: הטעמים לתיבו׳׳ת כתבלין לקדר׳׳ה הן ליופי הקריאה הן לתועלת הענינים i. e. *accentus id ſunt vocibus, quod condimenta cibis, hinc ad elegantiam lectionis, hinc ad commodum ſenſus.* Alia Judæorum loca de ſoni inflexione inter legendum ſecundum accentus inſtituenda lege apud *Reinbeckium* in calce præfat. ad Doctrinam de Accentibus & inprimis apud Rev. *Jo. Georg. Abichtium* de Accentibus Hebræorum cap. I. ubi & Talmudis, puta Hieroſolymit. ad Megilla f. 74. col. 4. Babylonici ad Nedarim f. 37. c. 2. Berachot f. 64. Megilla f. 32. col. 2. & Maſoræ (quam nihil de accentibus quod ad ſenſus indicationem monuiſſe putat *Buxtorfius* in Tiberiade c. XIII. §. 6.) ad Gen. V. 29. teſtimonia inveneris. Imo hodierni Rabbini, ſi paucos exceperis, qui Chriſtianorum diſciplina profecerunt, accentibus tanquam notis quibusdam Muſicis inter legendum vel cantillandum potius Codicem Sacrum utuntur. Habent illi certam quandam tabulam, *Sarka*, ideo quod ab accentu Sarka incipit, appellatam, ſecundum quam modulationem accentuum ad legendum rite Pentateuchum edocere ſuos ſolent, quam notis noſtris Muſicis repræſentatam exhibet Cl. *Jablonskius* in præf. ad Biblia Berolinenſia §. 24. Plura vero pro diverſo ritu Hiſpanorum, Germanorum & Italorum Judæorum exempla notis Muſicis

Muſicis expreſſa habes apud Bartoloccium Tom. IV. p. 429. ſqq. Hoc Judæorum exemplo excitati nonnulli ex Chriſtianis ſunt, ut uſum iſtum Muſicum vel unicum vel præcipuum eſſe cenſerent. Editores Bibliorum Polyglottorum Complutenſium accentus ideo ſe omiſiſſe teſtantur, quod Muſicæ modulationi tantum inſervirent, quemadmodum ex adverſa parte *Samuel Boblius* in diſp. I. de Accentibus credi vult, *artem Satanæ fuiſſe, quando Chriſtianis perſvaſit, accentus eſſe Muſicales.* Alii rectius Muſicum cum Hermeneutico uſu conjungendum poſtliminio voluerunt poſtquam prior a Chriſtianis, poſterior a Judæis prorſus negligi videretur. Huc ſpectat *Michaëlis Beckii* diſſertatio ſingularis de Accentuum Hebræorum Uſu Muſico & Abuſu Hermeutico, Jen. 1678. habita, qua Hermeneuticum non quidem tollit, ſed abſtinentius & moderatius urgendum cenſet. Sic & Cl. Jablonskius in præf. ad Biblia Hebræa Berolinenſia §. 19. affirmat, quæ circa Accentuationem occurrunt phænomena ſolvi non poſſe, niſi ad Muſicam modulationem ſimul reſpiciatur. Eandem cauſam inprimis noſtra memoria ornavit Cl. *Jo. Georgius Abichtius*, Profeſſor tum temporis Lipſienſis, nunc Gedanenſis in *Arte diſtincte legendi*, quæ Lipſ. 1710. 8. edita paulo poſt ibidem an. 1715. ſub novo titulo: *Accentus Hebræorum ex antiquiſſimo uſu Lectorum vel Muſico explicati & ad uſum Hermeneuticum applicati* conſpecta fuit. Is imprimis p. 15. ſuam mentem ita repræſentat: *Quamvis vero accentibus uſum Muſicum tribuam, nolim tamen, ut accentus cum notis noſtris Muſicis comparentur. Hæ enim ſingularum ſyllabarum tonum exprimunt, accentus vero tantum docent, quæ voces conjunctim, & quæ diviſim pronunciandæ vel cantandæ ſunt. Multo convenientius accentus diſtinctivi cum Oratorum diſtinctionibus, viva voce expreſſis, componuntur. Ubi enim Oratores periodum in aliquot membra dividunt, quæ diſtincte pronunciant; ſic accentuum auctor quemvis verſum in quædam membra diviſit, & quæ verba cum pauſa quadam pronuncianda ſint, indicavit.* Hujus ſuæ ſententiæ indicium ſtrictim & obiter quaſi fecerat in præfatione ad Rev. *Joh. Franckii* Tenebras Lucidas ſive Diacritam Sacram Lipſ. 1710. editas, cujus libri loca quædam & obſervationes cum idem in Arte diſtincte legendi ſub examen revocaſſet, adverſarium nactus eſt eundem Franckium, qui prioris ſcriptionis ſuæ vindicias ſuſcepit in *Artificio Artis Abichtianæ*, Roſtochii 1713. 4. Oppoſuit paulo poſt Abichtius Vindicias uſus Accentuum Muſici & Oratorii Lipſ. 1713. Idem inſtitutum ante eum urſerat *Jo. Brunsmannus* in libro paulo ante laudato, niſi quod in alteram partem nimium declinans

nans Muſicum & lectorium uſum ita commendarit, ut Hermeneuticum negligeret. Utriusque rationem habendam noviſſime cenſuit editor Pſalmorum Davidicorum ſeptem qui Holmiæ 1706. in 4. plagula una prodierunt. Ibi enim, ut titulus habet, *hodierna cantandi conſuetudo ad carminum divinorum accentuationem adaptatur, collatoque ordine, fundamento & utriusque ambarum euphonia oſtenditur, quem quilibet accentus diſtinctivus metricus ſonum Muſicum admittere poſſit.*

Accedit triplici huic uſus quartus, quem *Rhetoricum* dixeris, eo ſenſu, quod accentuum beneficio emphaſes vocum & ſententiarum, affectus etiam ſcriptoris Sacri, tum vero parentheſes, interrogationes & exclamationes, quarum notas peculiares Hebræi aliquot non habent, cognoſci poſſint. Lege huc inprimis Cl. *Hermanni von der Hardt* diſſertationem de Accentibus, *Reinbeckii* Doctrinæ Accentuum præmiſſa, & deinde ſeparatim in 8. recuſa, tum vero Reinbeckium ipſum p. 49. ſq. allegatæ tractationis. Agnovit hunc uſum jam olim *Io. Reuchlinus* in calce epiſtolæ Dedicatoriæ, tractatui de Accentibus præmiſſæ, his verbis: *Proſodia omnem ſignificat dictionum prolationem, dum quædam ſimplici enunciantur Grammaticorum voce, quædam ornata Rhetorum pronunciatione, quædam autem Muſica harmonia ſono.*

XX. Mea ſententia quatuor hæc uſus Accentuum genera non tam opponenda ſibi invicem, quam conjungenda & ſubordinanda erant. De Grammatico nemo facile dubitaverit. Huic proxime junxeris Muſicum illum ſeu lectorium, non qualem Judæi hodie in Synagogis incondito cantu ſuo referunt, ſed qui decora & ſvavi lectione, modulationibus quibusdam ornata, & ad dijudicandum ſenſum affectumque ſcriptoris pertinente, continetur. Hodiernus certe cantillandi mos Judæorum peregrini aliquid & adſcititii habere videtur, quod pro more populi hujus recentiori ætate inventum & decoræ veterum pronunciationi ſuperſtructum ſit. Propterea & in hac arte non conſtant ſibi Judæi ſed pro diverſitate nationum diverſas vias ſectantur. Germani ſane Italis & Hiſpanis negligentiam, hi vero illis obſcuritatem & confuſionem exprobrant. Lege Eliam Levitam in libello טוב טעם cap. 2. & *Iablonskium* in præfat. ad Biblia Berolinenſia §. 24. in notis. Interim fuiſſe apud antiquos Judæos receptam eam legendi rationem, quæ ad cantillationem quodammodo acceſſerit, nec teſtimonia tam multa ipſorum Judæorum, nec ipſius gentis genius dubitare permittunt. Abſit autem, ut hæc in fraudem & præjudicium uſus Hermeneutici abripiamus. Huic enim tantum abeſt,

 ut

Digitized by Google

ut is adverſetur, ut potius audienti pronunciationem, rite & decore inſtitutam, viam ad ſenſum rectius adſequendum ſternat. Quis enim negaverit in ſermone familiari percipiendo multum a pronunciantis dexteritate pendere. Quod itaque ibi vox loquentis diſtincta & ordinata præſtat, adverſus audientem, id quomodo notæ & ſigna diſtinctionum non præſtent legenti? *Rhetoricum* denique uſum ſtabilit inſolens & extraordinarius accentuum poſitus, qui caſu certe natus credi non poteſt, cum in pluribus locis obſervetur, multo minus vero nulli rei ſignificandæ idoneus haberi debeat. Et qui, quæſo, credideris, Hebræos omni parentheſeos, interrogationis, exclamationis &c. quibus lingva nulla carere poteſt, ſigno fuiſſe deſtitutos? Neque ſane tanta fuiſſet opus accentuum copia, niſi aliquid amplius, quam ſola vocum vel diſtinctio vel conjunctio indicari debuiſſet. Placent hanc in rem verba Cl. *Hardtii* in diſſert. de Accentibus proxime a fine hunc in modum concepta: *Cum enim hac lingva* (Hebraica) *Orientis genium exactiſſime referat: notum quod climata illa fervidiora corpora hominum reddiderint aeſtuantiora ac ſicciora. Quæ corporum & ſangvinis conſtitutio affectus reddidit celeriores, impetuoſiores & frequentiores. Aridior igitur qualitas corporum parciorem reddidit ſermonem magisque conciſum & abruptum. Tanto vero uberiorem aſtus actionem produxit, quanto magis arderent corpora, ſpiritibus inflammatis. Parcior igitur dictio, ſed frequentior ac uberior vocis & ſoni variatio corporisque motio.* Et poſt pauca: *Dum ergo in ſermone hac verborum perſimonia, ſed ſoni & geſtuum exuberantia, affectus temperationes abunde detexit: ſcriptioni breviſſimæ parciſſimæq; tanto luculentiora adhibenda fuerunt ſigna, quibus rerum & affectuum intervalla apertius & diſtinctius notarentur.*

XXI. Ex his per ſe hiſtoria Accentuum doctrinæque Accentuatoriæ exſurget. Scilicet Hebræa lingva non magis ſine accentibus pronunciari legive potuit, quam hodie ulla alia ſine diſtinctione ſonive variatione & inflexione poteſt debetve. Utrum vero illi accentus ſemper notis quibusdam, quales hodie habemus, ſint expreſſi, an vero poſtliminio & ſuccedente tempore additi, non æque manifeſtum nonnullis videtur. Talmudiſtarum judicio in Talmude Hieroſolymit. ad Megilla fol. 74. col. 4. verba Nehemiæ VIII. 8. שום שכל *apponendo intellectum*, de lectione ſecundum accentus inſtituenda intelligenda ſunt, qui & ibidem primum omnium ab Eſra hanc lectionem inſtitutam eſſe tradunt. Ex quo conſequitur planiſſime, vel Eſram ipſum eo tempore, ipſas quoque accentuum

tuum notas, ſiquidem antea non fuerint, appoſuiſſe, quod veri puto ſimile, vel ſaltem aliqvem poſt eum ad formam lectionis, ab Eſra inſtitutæ, hæc ſigna adinveniſſe, & ſic ad poſteros genuinam tum pronunciationem tum interpretationem transmiſiſſe. Hæc ſigna deinceps divino beneficio ſolicite conſervata & propagata ſunt, ita ut ſecundum ea lectio inſtitueretur. Reliqua artis aliquantisper neglectæ, poſtea vero inſtauratæ & magis magisque noſtra ætate confirmatæ fata verbis diligentiſſimi Lœſcheri ex Commentario de Cauſis Lingvæ Hebrææ p. 343. ediſſeremus. *Legimus in Miſchna*, inquit is, *peculiares inter Judæos extitiſſe magiſtros, qui accentuum ſingulorum tonos edocerent, Maſorethæ etiam, (etſi faciliores ſaltem accentuum regulas ex quotidiana obſervatione didiciſſent) ingenti cum induſtria ad eos attendunt* (o). *Atque ita in ipſo ignorantiæ ævo conſervatus hic theſaurus eſt, & a Judæis ad nos perlatus, ignaris, quid tam ſolerter cuſtodirent: etſi accentuum punctorumque conſervatio non tam Judæorum induſtriæ (quæ aliqua fuit, nec tamen ſatis magna, ut Maſoræ peritis oſcitantiam cuſtodum iſtorum ſæpe animadvertentibus innotuit) quam Numinis beneficio nunquam ſane ſatis deprædicando debetur. Seculo IX. & X. poſt Chriſtum natum mira rei accentuariæ ignorantia inter Iudæos* (p) *regnavit, quam ex Saadiæ præſertim, maximi tum Viri, aliorumque ejus ævi commentariis, aut ſaltem eorum fragmentis, obſervamus, qui ne quidem atnachum ſatis noverunt, ſed eo reclamante voces conjunxerunt, caſtigati ideo ab Aben Eſra aliisque ſucceſſoribus. Seculo XI. Ben Aſcher accuratius cœpit in accentus inquirere, quem pauci alii ſecuti ſunt, velut*

*rari nantes in gurgite vaſto.*

*Parum equidem illi promoverunt, præter reſtauratam cantillationem tonicam, & prima diſtinctionis initia. At Chriſtianis immortali Dei beneficio res felicius ceſſit. In his plerique initio de Accentuum negotio modice ſentiebant, multi etiam male ſuſpicabantur, pauci eos plane ſpernebant. Bene inter alios Bibliander, minus æque Munſterus ea de re ſentiebant. Videas ipſum Buxtorfium (quantum virum!) multosque alios, Schindlerum, Helvicum, x, 7, λ, graviter in hac doctrina lapſos, ut Waſmuthus allatis exemplis probavit. Videas Pagninum aliosque Grammaticos de accentibus miſerrime ſcripſiſſe, nec ſervato ordine, nec indagata indole, nec exemplis ſubminiſtratis. Nunquam igitur obliviſcentur* οἱ ἀκριβῶς ἑβραΐζοντες *Samuelis Bohlii, vel potius divinæ gratiæ, quæ in hunc virum collata eſt, qui fortiter aggreſſus tantam rem, non ſine ſudore primam hujus doctrinæ lucem, alter*



(o) Lege Buxtorf. Tiberiad. p. 68. ſqq.

(p) conf. *Jo. Leonh. Lenzii* diſſert. de ignorantia Judæorum in doctrina Accent. Vitemb. 1700.

*Prometheus, velut de cœlo attulit. Ille enim, conquiſita exemplorum copia dominia accentuum ſive ditiones obſervavit, conſecutiones & hujus generis alia detexit: docuit, lineolis inter voces interpoſitis, in Latina etiam lingua accentuum vim exprimere; ſed ereptus fato crudum opus ſucceſſoribus reliquit. Ledebubrius octo annorum ſtudio omnem fere accentuum a Sacro Codice apparatum ad claſſes retulit, regulas conſtruxit, atque in artis forma eruditis publice obtulit: & cum nimia titulorum mole accentus ornaret, & præter Imperatores, Reges ac Comites, quorum nomina docti retinuerunt, etiam Dynaſtas & Toparchas protruderet, nonnunquam etiam hallucinaretur, & nimia regularum mole diſcentes gravaret, (ut Waſmuthus judicat) ad culmen ſcientiæ pervenire non potuit. Waſmutho igitur ſervata eſt adorea iſta, qui accurate recoluit omnia, regulas, quantum fieri poterat, minuit, vicariorum cauſam optime explanavit. Unde reliqui hujus artis doctores eum ſecuti κατὰ πόδα ſunt, niſi quod Reinbeccius addere nonnihil voluit, (ut poſt hæc dicam) & Jablonskius novis quibusdam obſervationibus, (de quibus paulo poſt) promovere hoc opus tentaverit.* His addendi ſunt *Brunsmanni* & *Abichtii* labores commemorati, qui præ ceteris accentuum uſum Muſicum ſeu Oratorium noſtra memoria commendare inſtituerunt.

XXII. Operæ omnino pretium fuerit Scriptores tum Judæos, tum Chriſtianos, qui vel tractatibus integris vel Diſſertationibus argumentum hoc illuſtrarunt, literarum ordine recenſitos hic exhibere:

*Anonymi* Judæi שַׁעַר הַנְּגִינוֹת i. e. *Porta Accentuum*, qui libellus a Buxtorfio cum Bibliis Rabbinicis editus eſt, & Latine a Cl. *Io. Georg. Abichtio* converſus notisque illuſtratus & locis Maſoræ auctus in limine tractatus ejus de *Accentibus Hebræorum* prodiit Lipſ. 1715. 8.

*Anonymi* הוֹרָיַת הַקּוֹרֵא i. e. *demonſtratio lectoris*, Arabice ſcriptus & a R. *Menachem ben Nathanael* Hebr. converſus, manu exaratus in Biblioth. Vatic. exſtat. Eum ante Sæculum XI. compoſitum eſſe ex eo apparet, quod a R. *Jehuda ben Bileam* in lib. de Accentibus Scripturæ citatur. Locum iſtum attulit R. *Elias Levita* in præfat. tertia ad librum *Maſoreth Hammaſoreth*, & inde *Io. Morinus* pag. 499. Exercitt. Biblic. Idem locus evincit, Scriptorem de accentibus ibi præcepiſſe, eorumque originem a Deo repetiiſſe. Confer, quæ inter Anonymos ſuo loco dicemus.

*Jo. Georg. Abichtii*, Profeſſ. quondam Lipſienſis, Ars diſtincte legendi & interpretandi V. T. Lipſ. 1710. 8. qui liber ſub novo titulo Tracta-

tus

tus de *Accentibus Ebraorum*, libello, qui dicitur *Porta Accentuum*, Latine converſo, auctior, Lipſ. 1715. 8. conſpectus eſt.

Ejusdem Vindiciæ uſus Accentuum Muſici & Oratorii, Lipſ. 1713. Conf. infra *Io. Franckius*.

*Chriſtoph. Claudii Alanus* Diſput. de conſecutione & miniſterio ſenſus accentuum Codicis Ebr., Aboæ 1687. in 8.

*Aaron ben Moſche ben Aſcher*, qui Sæc. XI. poſt C. N. vixit, librum de Accentibus reliquit, cujus fragmenta leguntur in calce primæ editionis Venetæ Bibliorum Rabbinic. auſpiciis Bombergii per Felicem Pratenſem curatæ.

*Henr. Bebelius* de Accentibus Hebraicarum dictionum, Argentor. 1613.

*Mich. Beck*, Ulmenſis, Accentuum Hebræorum Uſus Muſicus & Abuſus Hermeneuticus diſſert. Philologica oſtenſus, Jen. 1678. 4. plagg. 4. Reſpondentis vices ſuſtinuit *Georg. Rodencamp*, quem Imbonatus ſub *Georg. Rodentami* nomine tanquam auctorem affert in Bibliotheca Latino-Hebr. pag. 366. Oppoſita illa diſputatio potiſſimum eſt *Sam. Boblio*.

*Sam. Boblii*, Pomerani, Scrutinium Scripturæ Sac. ex Accentibus, Roſtoch. 1636. 4. item Vera diviſio Decalogi ex infallibili Principio Accentuationis: ib. 1637. 4. Ejusdem Apodixin Accentuariam in ſchedis adhuc latentem nominat *Laſcherus* de Cauſis Lingvæ Hebr. pag. 332. Pertinent etiam huc Tabulæ ejus VIII. -- XIII.

R. *Calonymus ben David*, Judæus Sæculi XVI., R. Abrahami Balmeſii Grammaticam Hebr. quam מקנה אברם inſcripſit, ultimo capite, quod de Accentibus exponit, auctum edidit. Venet. 1523. 4.

*Walteri Croſs* Specimen of a Comment on the Old Teſtament by the Taghmical Art; i. e. Specimen commentarii ſuper Vetus Teſtamentum beneficio artis Accentuatoriæ: 2 plagulis in 8. ſine anno & loco in Anglia editum.

*David Clericus* in Quæſtionibus ſuis Sacris p. 64. ſqq. combinationem ſeu collocationem Accentuum Hebraicorum rhythmis quibusdam complexus eſt.

M. *Georg. Chriſtiani Dachſelt* Diſput. I. Philologica de Accentuatione modeſte oppoſita Diſſertationi M. *Io. Brunsmanni* de Accentuationis Hebraicæ diſtinctivæ novella arte, Lipſ. 1710. 4. Poſteriorem,

quam auctor promittit, diſſertationem non vidi, quam nec puto prodiiſſe.

*Georg. Samuelis Dœrfelii* Tirocinium Accentuationis ad Lectionem Biblicam practice accommodatum, in quo doctrinæ de Accentibus Ebræis reſtauratæ nucleus, nec non uſus varius circa ſenſus ſcrutinium &c. nova, brevi & facili methodo commonſtratur. Plaviæ Variſcorum 1670. 4.

*Franc. Donati* Poma Aurea ſive de Ebraicis Accentibus & Abbreviaturis, Rom. 1618. 4.

*Eliæ Levitæ*, Judæi Sæc. XVI. סֵפֶר טוּב טַעַם i. e. *liber boni guſtus*, octo capitibus doctrinam de Accentibus exhibet, *Venetiis* primum apud Bomberg. an. 298. C. 1538. editum, & *Baſil.* 1539. in 8. recuſum cum Seb. Munſteri verſione Latina, non quidem integri libri, ſed tantum quod ad ſumma capita.

*Chriſtiani Lebrecht Felſii*, Ex-Judæi, Profeſſ. Publ. extraord. Wittebergenſis, Brevis & perſpicua via ad Accentuationem Lingvæ Sanctæ, Witteberg. 1700. 8.

*Clameri Florini* Doctrina de Accentuatione divina pro ſenſus inciſivi in Scriptura S. V. T. certitudine cum Tabulis, Sulsbaci 1667. 8. Secutus is eſt *Boblium*, *Ledebubrium* & *Wasmuthum*.

*Io. Franckii*, Mecklenburgenſis, Tenebræ Lucidæ ſive Diacritica Sacra, in qua omnes Ebræorum diſtinctiones tribus regulis fundamentalibus & eorundem interpunctiones duabus tabulis accuratis plane, perſpicue & breviter proponuntur. Lipſ. 1710. 4.

Ejusdem Artificium Artis Abichtianæ in Supplementum Diacriticæ Sacræ: Roſtoch. 1713. 4.

*Laur. Friſii*, Holſati, Epitome Proſodiæ Ebraicæ bipartita, ubi pars I. præcipua Accentuationis Ebraicæ fundamenta ejusque uſum primarium, præcipue Analyticum oſtendit; Pars II. vero veram poëſeos Propheticæ rationem tradit. Hafn. 1672. 4. plagulis 6. Eſt compendium majoris operis, quod auctor in promtu habuit.

*Abrah. Gibelii* Artificium Accentuum.

*Iſaaci Gronbeccii* Inſtitutio Accentuum. Lugd. Bat. 1593. & Lubec. 1658. 8. teſte Imbonato pag. 281. Biblioth. Latino-Hebr. a quo tamen mendoſe *Thomas* vocatur.

*Philippi*

Digitized by Google

*Philippi Lud. Hannekenii*, Profeſſoris quondam Gieſſenſis ac Wittebergenſ. Eruditio de Accentibus, Gieſſæ 1665. 12.

*Hermanni von der Hardt*, Profeſſoris Helmſtad., Diſſertatio de Accentuatione cum Andreæ Reinbeckii Doctrina de Accentibus Hebræorum primum edita Lipſ. 1692. 4. ac deinde in 8. ſeparatim recuſa.

*Eliæ Hutteri* tractatus de Accentibus Hebr. in præf. ad Biblia Hebræa promiſſus, lucem, quod ſciam, non vidit.

R. *Iehuda ben Bileam* טַעֲמֵי מִקְרָא i. e. *de Accentibus Scripturæ*: vide, quæ ſcripſi Parte I. ſuo loco.

*Caſp. Ledebuhrii*, Coslino-Pomerani, שלשלת המקרא i. e. *Catena Scripturæ*, Tractatus novus, in quo ratio accentuum, quibus Hebræus S. Scripturæ contextus interpungitur, nunc primum inventa luculenta methodo accuratiſſime exponitur. Lugd. Batav. 1647. 8. De eo hoc exſtat B. *Pfeiferi* in Dedicatione Manuductionis ad Accentuationem judicium: *Spe ſua & opinione obſcurior intricatiorve non adeo multos allexit libelli ſui procos, detrectantibus plerisque, tantum temporis tribuere accentibus, quantum plurimi ægre impenderent toti linguæ.*

M. *Io. Leonh. Lentz* Diſputatio prior de Ignorantia Judæorum in Doctrina Accentuum. Witteb. 1700. 4.

M. *Ioh. Marci* de Accentuum Biblicorum poteſtate, officio, uſu, Theſes Philologicæ. Jen. 1666. 4.

*Io. Henr. Michaëlis*, Profeſſ. Halenſis, Inſtitutio vernacula de Accentibus Proſaicis & Metricis. Hal. 1700. & emendatior auctiorque ibidem 1706. 8.

*Seb. Munſteri* Compendium Accentuum Hebræorum, quod additum eſt Grammaticæ Eliæ Levitæ. Baſil. 1525.

*Conrad. Neander* de omnibus Accentibus Hebr. qui in Sacris Bibliis reperiuntur. Lipſ. 1598. 8.

*Sebaſt. Auguſti Nouzeni*, Flandri, Scriptoris Sec. XVI., liber de Vocalium & Accentuum Hebr. natura laudatur a Buxtorfio p. 255. de origine & antiquitate Vocalium. Prod. Marpurgi 1532. 8.

*Henr. Opitii*, Prof. Kilonienſis, Inſtitutiones Accentuatoriæ, Jenæ 1674. 4. ad Wasmuthi ductum editæ, ac deinde aliquoties recuſæ. Ejusd. Atrium Accentuat. Scripturæ V. T. in quo Inſtitutiones Synopticæ Accent. tabulis Mnemonicis illuſtrantur, & index pleniſſimus Anoma-

Digitized by Google

nomalorum exhibetur. Kilon. 1682. 4. Ejuſdem de uſu Accentuationis geminæ in diviſione Decalogi. Kilon. 1677. 4.

*Hieron. Opitii* tract. abſolutiſſimus de Accentuatione, quem Avenarius p. 367. laudat, lucem vidiſſe non videtur.

*Georg. Ottonis*, Prof. Marpurgenſis, diſſert. diffuſa de gemina Accentuatione. Marpurgi 1688.

*Adolphi Theobaldi Overbeeck*, Scholæ Gvelferbyt. Con-Rectoris, der endlich gefundene Haupt-Schlüſſel zur doppelten Kunſt der Hebräiſchen Accentuation; i. e. Clavis Accentuationis Hebraicæ geminæ tandem inventa. Brunſvig. 1716. 8. Sequitur auctor Wasmuthum, cujus præcepta & brevius & planius proponere ſibi viſus eſt.

*Philippi Ouſeel*, Theologi hodie Francofurtenſis, שער הטעמים של אמ״ת Introductio in Accentuationem Hebræorum metricam, qua vera Accentuum conſecutio, periodorum ratio certa, Analyſiſque ad mentem Scriptorum Sacrorum accurata traditur, cum præfatione de auctoritate & uſu Accentuum. Lugd. Bat. 1714. 4. Ejusdem Introductio in Accentuationem Proſaicam: ibid. 1715. 4.

*Nicol. Panecii* diſſertat. de Neceſſitate Accentuationis Hebraicæ. Witteb. 1695. 4.

M. *Georg. Caroli Petri* Diſſertationes ſeptem de Uſu Accentuum S. Codicis Hebræi, 4. Vittemb. 1716. & 1717. Uſum is conſtituit quintuplicem, nempe, Grammaticum, Poëticum, Criticum, Rhetoricum & Theologicum.

*Nicol. Petræo* tractatum de Regibus, Ducibus & Miniſtris Hebræorum Accentuum tribuit Imbonatus pag. 168. Biblioth. Latino-Hebr. neſcio quam recte, cum nec Bartholinus de ſcriptis Danorum p. 109. nec diligentiſſimus ejus commentator Jo. Möllerus in Supplementis ſuis hujus libri meminerit.

*Aug. Pfeiferi* Manuductio nova & facilis ad Accentuationem V. T. Witteberg. 1666. 4. primum edita, ac deinde Criticæ Sacræ Dresdæ 1688. ſubjecta.

*Conr. Tiburtii Rangonis* Diſput. de Accentibus Hebr. Witteb. 1660. 4. Reſpondente *Barthol. Gadebuſch*, quem tanquam auctorem affert Imbonatus, & mendoſe *Badebuſchium* appellat pag. 315. Biblioth. Latino-Hebr. Eadem diſſert. cum aliis ejus diſſertatt. Philologico-Theologg. recuſa eſt Berol. 1663. 4.

*Henr.*

Digitized by Google

*Henr. Gottlieb Reime*, Facult. Philoſ. Jenenſ. Adjuncti, Novum doctrinæ Accentuator. Hebr. compendium, Jen. 1719. 4. Sequitur is præcepta Weimari, & de natalibus atque fatis Hebr. Accentuat. præfatus eſt.

*Andreæ Reinbeckii*, Luneburgenſis, Doctrina de Accentibus Hebræorum, quæ plurimis S. Scripturæ locis confirmata, plana, perſpicua, facili & ſolida methodo XIII. regulis & conſectariis quibusdam prona conſequentia inde deductis traditur: Francof. & Lipſ. 1692. 4. Accedit Appendicis loco Exercitatio brevis in Prophetam Haggæum.

*Jo. Reuchlini* ſive *Capnionis* de Accentibus & Orthographia Lingvæ Hebr. libri tres, prodierunt Hagenoæ 1518. 4. Illi fuſius recenſentur a B. Jo. Henr. Majo in Vita Reuchlini p. 434. Conf. *Mich. Beck* Diſſ. de Uſu Accentuum Muſico.

*Wilh. Robertſon*, Anglus, Manipulo ſuo Lingvæ S. Cantabrig. 1686. 8. edito, inſeruit ſuccinctum & planum compendium Accentuationis, ex Ledebuhrii Catena Scripturæ petitum, p. 196. ſqq.

*Franciſci de Robles* Ratio Accentuum.

*Jo. Reinhardi Rus*, Profeſſoris Jenenſis, Accentuationis Hebraicæ uſus pentade dictorum V. T. commonſtratus. Jenæ 1704. 4.

*Valent. Schindleri* Tract. de Accentibus Hebr. Witteb. 1596. 8.

*Eliæ Schneegaſſii*, JCti, Tractatus de Accentibus. Lipſ. 1657. Eum plura hujus argumenti calamo exarata reliquiſſe teſtatur Cl. Lœſcherus de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 333.

*Andreæ Sennerti*, Prof. Witteberg., Sciagraphia doctrinæ inextricabilis adhuc de Accentibus Hebræorum, Wittenb. 1669. 4. pro quo apud Imbonatum p. 5. Biblioth. Lat. Hebr. mendoſe legitur an. 1664. Recuſa eſt in Triade Exercitatt. Witteb. 1670.

Idem in Heptade Exercitatt. Critico-Philologic. n. 3. exhibet diſſertat. de Accentibus Hebr.

M. *Jo. Chriſt. Speidelii* Commentarius in accentus Hebr. euphonicos, tonicos & tacticos, in quo præter errores, quibus editiones paſſim ſcatent, ſolide detectos, variantes Lectiones examinantur. Stutgard. 1720. 8.

*Henr. Bened. Starckii* Lux Accentuationis Hebrææ, Lipſ. 1707. 8.

*Matthiæ Waſmuthi*, Prof. Kilon. Inſtitutio Methodica Accentuationis Hebr. ſolidæ perfectioni & evidentiæ reſtitutæ regulis XV. confirmatis



Digitized by Google

perpetua inductione exemplorum Biblicorum, Roſtoch. 1664. 4. recuſ. tertium Lipſ. 1713.

Ejusdem Smegma Hebræum defricans pudendam barbariem, invectam nuperis quorundam falſis, impiis & ſcandaloſis aſſertionibus, partim Lingvæ Sanctæ ſtudium non eſſe neceſſarium Presbyteris Eccleſiæ; partim textus Hebr. literas & puncta non gaudere authentica origine, nec incorrupta integritate; partim Accentuum miniſterium vel nullum vel incertum eſſe. Kilon. 1666. 4.

*Davidis Weimari* Doctrina Accentuationis Hebr. VI. regulis accurate & ſuccincte incluſa, edita ſtudio Gottfr. Matheſii, Lipſ. 1687. 4. & Cizæ 1681. 4.

Ejusdem Uſus Accentuationis, Jen. 1693. & tertium ibidem 1720. 4. cura Frid. Andr. Halbauer ſub ſequente titulo: Uſus Accentuat. Biblicæ per 25. loca V. T. luculenter oſtenſus, præmiſſa ejus *θεοπνευςίας* demonſtratione, axiomatibusque ſex, Interpreti maxime neceſſariis, adjectis. Tertiam editionem hanc emendari curavit, indice auxit, & præfationis loco ex Andr. Reinbeckii doctrina de Accentuat. Hebr. & Jo. Franckii Diacritica Sacra cumulum locorum per pleroſque Scripturæ S. libros uſum accentuationis probantium addidit *F. A. Halbauer*. Ex hoc Weimaro *Weinmannum* facit *Lipenius* in Biblioth. Theologica p. 7. ubi eidem, præter Doctrinam Accentuum, tribuit Myſterium in infallibili Accentuum Biblicorum miniſterio detectum, in quo uſus Accentuat. divinæ demonſtratur. Cizæ 1681. ut & ſolidam demonſtrationem de vera Decalogi diviſione & infallibili duplicis Accentuationis principio: ibid. 1681.

De induſtria hic omiſſi a me ſunt Scriptores Grammatici, qui de doctrina Accentuum præceperunt. Interim vel ſolus hic index evincit Cl. *Ouſeelium* nihil præter verum affirmaſſe, quando in præfat. ad Accentuat. Metricam ** 2. ita ſcribit: *In Germania autem hoc ſtudium* (Accentuationis Hebr.) *fere ſubſtitit, neque ad alias gentes pertingere potuit, quo caſu, neſcio; jurene an injuria, non definio.* Quæ in contrarium affert auctor Ephemeridum Pariſienſ. an. 1715. Part. I. p. 215. ſq. nihil aliud efficiunt, quam ut credamus, & Gallos & aliarum gentium eruditos potuiſſe ſe in hoc ſtudium immittere, id vero factum eſſe, unicum, ad quod provocatur, *Muiſii* exemplum non probat.

XXIII.

Digitized by Google

XXIII. Ex literis & vocalibus inter ſe comparatis naſcitur קְרִי & כְּתִיב non poſtremum Maſorethicæ curæ objectum, de quo proinde nunc proxime dicendum fuerit. Tota vero tractatio, ut ordine procedat, *nominis* ipſius, tum *numeri* exemplorum, quæ huc pertinent, *conditionis* inſuper, ac denique *originis* ratio a nobis habebitur. Ratione *nominis* כְּתִיב *ſcriptum* קְרִי vero *lectum* infert forma Chaldaica. Alterum eorum compendio ſcriptionis per כת׳, alterum per ק׳ repræſentatur. Poſterius nomen imponitur *lectioni* in margine collocatæ, quia vox textualis a Judæis legi ſolet, qualis in margine exſtat, non qualis ſe in textu offert. Prior appellatio ſeu כתיב propria eſt lectioni in contextu obviæ, ubi reſpectus potiſſimum habetur ad conſonantes. Nam, quæ ibi occurrunt vocales, non textuali ſed marginali lectioni conveniunt. Ubi utrumque hoc nomen in plurium numero efferendum eſt, diverſam a diverſis flectendi rationem iniri videas. Alii enim, inter quos & Celeb. *Læſcherus* eſt in Comment. de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 441. Hebraiſmum ſecuti *Keriim*, alii ad Chaldaiſmum propius accedentes, ut Rev. *Michaelis* in præfat. ad Jeremiam, quæ in Bibliis Hebr. Halenſ. legitur, pag. 12. *Kerijan* & *Ctibban*, alii, nominatim *Buxtorfius*, *Hillerus*, &c. cum primo, ut puto, hujus formæ auctore, *Elia Levita*, *Karjan* & *Catban* (קְרִיָן וְכְתִבָן) pronunciant. Poſtremam illam flexionem non tam habita ratione analogias Grammaticæ delectam arbitror ab Elia, quam ut ſic prodiret ſymbolum memoriale, quod cum re ipſa referret numerum lectionum illarum, quæ hoc nomine inſigniuntur. Elias enim numerat hujusmodi exempla in Codice Sacro exſtantia 848. tot vero efficiunt literæ, quibus Eliana illa appellatio conſtat (q). Confer *Buxtorfii* Tiberiadem p. 139. Hinc judicium ferri poteſt de iis, quæ nuper Vir doctus de nominum iſtorum forma plurali diſputavit in *Bibliotheca Separata*, quæ Halis Saxonum vernacula lingva edi ſolet, Parte XII. pag. 1046.

XXIV. Quoad numerum lectionum ejusmodi computandum diſſentiunt. *Elias Levita*, Judæus, in præfat. III. ad librum ſuum Maſo-



(q) Forte tamen Elias Levita appellationem hanc ex Tractatu *Nedarim* hauſit, ubi eandem habes formam in his verbis cap. IV.: מקרא סופרים ועטור סופרים כתבן ולא קריין כולן הל״מ i. e. *Lectio Scribarum, & ablatio Scribarum, ſcripta & non lecta, omnia ſunt traditio Moſis e monte Sinai.*

Digitized by Google

reth 848. produxit, ita quidem ut 65. in Lege, 454. in Prophetis, & 329. in Hagiographis deprehendiſſe ſe teſtetur. *Ludov. Cappellus* in Critica Sacra lib. III. c. 1. monet, ſe ex diverſis Bibliorum Hebraicorum editionibus diverſum elicuiſſe numerum, ex *Veneta* anni 1548. Bombergiana, 1171. quibus adhuc accedunt dictiones 85. cum literis abundantibus; ex *Plantiniana* (quæ an. 1566. 4. lucem vidit) 793. & dictiones cum literis abundantibus 99. denique vero ex Bibliis Regiis Antwerpienſibus 983. cum vocibus, quæ literas habent ſuperfluas, 58. *Jo. Buxtorfius* poſtquam in Tiberiade c. 13. p. 139. computum Elianum memoraverat, addit: *Sed nos obſervavimus eſſe multo plures, ut aliquando ſpeciatim declarabimus, ſi Deo placuerit.* Ad Cappellianum calculum primum proxime accedit *Jo. Morinus*, quippe cui ex editione Veneta anni 1544. per R. *Jac. ben Chajim* curata, ſubnata eſt ſumma 1195. exemplorum, quæ in Exercitatt. ejus Biblicis p. 608. ſigillatim ex ſingulis libris ſupputata legas. Ante eum *Bened. Arias Montanus* in libello *de varia in Hebraicis libris lectione ac de Maſora ratione & uſu* produxit ſummam 1029. Sed eum multa deſtinato conſilio, ea ſcilicet, quæ in eodem capite repetitis vicibus leguntur, alia vero, v. c. omnes, quæ in Daniele occurrunt, varietates inſcium omiſiſſe recte obſervat Morinus l. c. Ex his conſequitur ſponte ſua, numerum harum lectionum adeo incertum eſſe, ut nec olim eodem modo ab harum rerum peritis & curioſis definitus ſit, nec forte impoſterum certo definiri poſſe videatur. Quo minus enim id fiat, prohibet diſſenſus, qui inter codices MSS. ſecum invicem & inter eosdem cum editis comparatos, obſervatur. Lege, quæ hanc in rem diligenter & erudite obſervavit Rev. *Dan. Erneſtus Jablonsky* in præfat. ad Biblia Hebr. Berolinenſia §. 13. ubi inter cetera tradit, in MSS. *keri* marginale in ipſo textu nonnunquam conſpici, nota marginali nulla apparente; aliquando *kri* & *cthibb* ita permutari, ut, quod impreſſis eſt *cthibb*, in MSS. ſit *kri*, & viciſſim; aliquando lectiones, quæ in quibusdam libris nomine τȣ̃ *kri* veniant, eodem non venire in aliis; nonnunquam in MSS. ea *kri* & *cthibb* apparere, quæ impreſſis plane ignota ſint; aliquando in MSS. neque *kri* neque *ctibb* conſpici, ſed primitivam lectionem, e qua variantes illæ originem ſumſiſſe videantur. Adde Vener. *Hillerum* de Arcano *Keri & Ketibb* lib. I. c. 14.

XXV. De conditione & natura τῶν *Karjan vecathan* longe copioſior diſputandi materia ſubnata eſt eruditis. Audiamus primo loco diverſa Judæorum judicia. Inter eos R. *Iſaac Abarbanel* a temeritatis nota non

non temere abſolvi debet, quando in præfat. ad commentar. in Jeremiam totum hoc inſtitutum repetere non veretur a Prophetis, qui vel ex imperitia Grammaticæ, vel ex neglecta minusque curata ſcribendi ratione, nonnunquam lapſi ſint, atque adeo Eſdræ & Maſorethis, libros ſacros recognoſcentibus, occaſionem ſuppeditarint emendandi ea, quæ minus recte aut eleganter conſignata videbant. Afferemus verba, quæ huc præ ceteris pertinent, ex Latina verſione *Jo. Morini* p. 620. Exercitatt. Bibl. *Fieri etiam poteſt*, inquit Abarbanel, *ut exiſtimaverit Eſdras, quod in libris ſanctis fuerint quædam dictiones, quæ non ſic ſcriberentur cum anomalia ſua, propter cauſam ſuperiorem, ſeu myſterii cauſa; ſed quod ille, qui eas pronunciabat, non attendebat ad eas, ut erat conſentaneum, ſive propter defectum cognitionis lingvæ Hebraicæ, ſive propter defectum cognitionis Grammaticæ, & ſcriptionis juxta ordinem & rectitudinem ſuam. Hoc autem fiebat a Propheta, aut ab alio loquente per Spiritum S. cum errore fluente ab ipſo, qui dominabatur. Atque ideo neceſſe fuit veram rationem illius dictionis juxta ſermonem ſubjectum explicare. Hæc eſt cauſa lectionis, quam margini oppoſuit. Timuit enim Scriba ſanctus mittere manum in verba loquentium per Spiritum Sanctum.* Ejus itaque judicio Maſoretharum & peritia linguæ & diligentia ac cura dictionis ſuperavit Prophetas utrinque hinc inde hallucinatos. Caſtigavit hanc judicandi licentiam ex ipſis Judæis *Elias Levita* p. 15. præfat. III. ad librum Maſoreth, obiter; data vero opera R. *Jac. ben Chajim* in præfat. ad Biblia Veneta Rabbinica: ex Chriſtianis autem Cel. *Io. Andr. Danzius* generatim in tract. de Sinceritate Scripturæ Sacræ V. T. prævalente *Keri* vacillante pag. 112. ſqq. ſpeciatim autem in commentat. de Sinceritate Scripturæ V. T. eluctante, Jenæ 1717. 4. ubi Decadem exemplorum, quæ ab Abarbanele ex Jeremia tanquam ſolœciſſantia adducuntur, ab impacta ſuſpicione liberat. Confer & *Io. Morinum* p. 622. Exercitatt. Biblic.

XXVI. Alii itaque Judæi varietates iſtas diverſitati Codicum, quos in carcere Babylonico negligenter habitos & corruptelam paſſos exiſtimarunt, tribuere malunt, ita quidem, ut Eſdram & Collegas Synagogæ magnæ in emendandis Codicibus Sacris verſantes credant paſſim incertos fuiſſe, cujus Codicis lectionem ſequerentur, atque hac ratione adductos, ut alteram lectionem in textu relinquerent, alteram in margine conſpiciendam præberent. His igitur Karjan & Catban meræ ſunt lectiones variantes, de quibus ex contextu ejusque circumſtantiis judicari debeat. Ita ſententiam exponunt R. *David Kimchi* in præfat. commentar. ad Prophetas priores & *Ephodæus* in cap. 7. Grammat. Hebr.

quorum loca affert *Jo. Morinus* Exercit. XX. cap. 4. & XXI. c. 1. Ad utrumque provocat *Abarbanel* in citata ad comment. in Jeremiam præfatione fol. 96. b; *Kimchii* verba hæc ſunt : ונראה כי המלות האלה נמצאו כן לפי שבגלות הראשונה אבדו הספרים ונטלטלין טלטול והחכמים יודעי מקרא מתו ואנשי כנסת הגדולה שהחזירו התורה ליושרה מצאו מחלוקת בספרים והלכו בהם אחר הרוב לפי דעתם ובמקום שלא השיגה דעתם על הבירור כתבו האחד ולא קראוהו או כתבו מבחוץ ולא כתבו מבפנים וכן כתבו בדרך אחד מבחוץ ובדרך אחר מבפנים : i. e. *Veriſimile eſt, voces iſtas eodem modo inventas fuiſſe, quia in captivitate prima perierunt libri, hinc inde ſcilicet transportati, viri autem, Scriptura S. periti defuncti erant. Viri itaque Synagogæ Magnæ, Legem integritati ſuæ vindicaturi, invenerunt diſſenſum inter Codices, ex quibus plures, qui ipſis videbantur, ſunt ſecuti. Ubi vero conjectura eorum non ſatis clare lectionem genuinam adſequebatur, alteram ſcribebant, ſed non legebant, aut ſcribebant in margine, ſed non intus : atque ita unam lectionem conſignabant in margine, alteram vero in contextu.* Contra hanc ſententiam tria affert argumenta *Abarbanel* l. c. quæ recenſet *Morinus* Exercit. XXIV. c. 3. p. 627. ſq. ſubjunctis ſuis pro Kimchio reſponſionibus. Ante Abarbanelem diſſenſum ſuum teſtatus quoque erat R. *Joſ. Albo* in ספר עקרים ſive libro *de fundamentis fidei* lib. III. c. 22. fol. 86. b. & poſt eum R. *Jac. ben Chajim* in præfat. ad Biblia Hebræa Veneta. Interim Kimchium non primum eſſe hujus opinionis auctorem, ſed eundem in Talmude Hieroſolymitano, libro antiquiſſimo מגלת סופרים & ספרי expoſitam legi apparet ex locis, quæ hinc repetiit *Morinus* Exercit. XXI. c. 3.

XXVII. In alia omnia abit R. *Salomon ben Addereth* vel *Adrath*, per compendium רש״בא dictus, qui ſcilicet in libro Quæſitorum & Reſponſorum de varietatum iſtarum ratione interrogatus reſpondet, utramque lectionem a Moſe & Prophetis, myſteria hoc modo ſignificaturis, profectam eſſe. Cauſam is redditurus, cur pro ישגלנה quod in textu eſt, legatur ex margine ישכבנה reſpondet : זו הלכה למשה מסיני וכמו שאמר בנדרים פרק אין בין המודר מקרא סופרים ועיטור סופרים כתבן ולא קריין כולן הל״מ : i. e. *Ita fert traditio Moſis ex monte Sinai, ſicut traditur in tractatu Nedarim c. IV. lectio Scribarum, & ablatio Scribarum, ſcripta & non lecta omnia ſunt traditio Moſis e monte Sinai.* Secuti

cuti eum ſunt R. *Jac. ben Chajim* in præfat. Bibliis Rabbinicis Venetis & Baſileenſibus præmiſſa, & *Elias Levita* (r) in præfat. III. ad librum Maſoreth. Lege loca cum Latina verſione apud Morinum pag. 623. ſqq. qui hæc ſubjicit: *Neſcio, an quid magis ridiculum ea ſententia fingi poſſit? Numeravit ille ipſe Elias 848. varie ſcripta & lecta: nos aliique longe majorem numerum. Proh! Deum immortalem, quot myſteria legis Judæis veniunt enarranda?*

XXVIII. His quartam addit ſententiam *Morinus* p. 630. eorum ſcilicet Judæorum, qui ſcribunt, varias lectiones & corruptiones Scribarum negligentia, oſcitantia & ἀβλεψίᾳ in Sacros Codices irrepſiſſe, quas deinde cordatiores meliorum Codicum beneficio tollendas judicarint. Loca huc ſpectantia ex Talmudis Hieroſolymit. tractatu תענית cap. IV. f. 68. libro *ſiphre* & Scriptoribus, qui huc provocant, recentioribus ſuppeditat *Morinus* Exercit. XXI. c. 3. Facile quisque per ſe intelligit, quartam hanc ab illa *Kimchii* & *Ephodæi* quoad rei caput non eſſe diſtinctam. De his Judæorum ſententiis confer *Ludov. Cappellum* lib. III. Criticæ Sacr. & compara quæ contra eum attulit *Jo. Buxtorfius* in Anti-Critica Part. II. c. 4. p. 448.

XXIX. Atque hæc quidem de Judæis ſufficiant. Chriſtiani Critici non minus in diverſas ſectas abierunt. Alii ſcilicet pro variantibus lectionibus habent, ex diverſis Codicibus depromtis. Communiſſima hæc fere eſt ſententia, ſed quæ tamen aliam apud alios faciem induit. Quidam enim diverſam illam Codicum ſcriptionem unice a lapſibus librariorum repetunt; alii vero, iique modeſtius &, me judice, rectius ſentientes locum hic relinqvunt judicio eorum, qui non levis ſed bonæ notæ Codices inter ſe compararint, &, quas in iis obſervarint, lectiones, dubii, utram alteri præferrent, poſteritati commendarint. Prioris ſententiæ aſſeclis ſe jungit ex Pontificiis *Jo. Morinus* lib. II. Exercitatt. Biblic. Exerc. XXIV. cap. 4. *eamque* pagina 630. ſcribit, *ab omnibus Catholicis approbari & ab hæreticis plerisque, Judæisque non paucis. Itaque*, pergit idem, *variæ lectiones quæ tanto numero in Judæorum ſacris libris ab ipſis adnotantur, quasque* ]ô *Keri & Kethib vocare ſolent, non aliunde proveniunt, aut provenire poſſunt, quam ab ejusmodi Scribarum defectibus & aberrationibus.* Eadem leges apud *Rich. Simonem* in Hiſt. Critica V. T. lib. I. c. 23. Conſentit ex parte inter Reformatos *Sixtinus ab Amama* in Commentario ſuo de Keri & Kethib, qui lib. III. Anti-Barbari Biblici exſtat; noviſſime

(r) De hujus ſententia lege *Buxtorfii* Anti-Criticam p. 451.

viſſime vero Cl. *Dan. Erneſtus Jablonsky* in præfat. ad Biblia Hebræa §. 11. Poſterius magis ſe probavit *Jo. Lightfooto* Tom. II. Opp. p. 285. *Compactum ergo*, inquit is, *Keri & Cetib maxime probabile eſt ex collatione duorum exemplarium ſummæ auctoritatis*, JUDAICI *ſcilicet* & BABYLONICI, *quæ cum tot locis in apicibus quibusdam ſcriptionis inter ſe diſcreparent, at quod ad ſenſum, parum aut omnino nihil; ſaniſſimo conſilio eſt cautum, ut utraque reſervaretur, ita ut utrique codici ſua reſervaretur etiam dignitas, & textui ſacro ſua puritas & plenitudo, dum ἰῶτα ἓν καὶ μία κεραία non periret.* Secutus is videtur *Jo. Buxtorfium*, cujus hæc ſunt verba in Tiberiade pag. 115. *Poſt verſuum diſtinctionem a Viris Synagogæ Magnæ voces ſingulæ conſideratæ fuerunt, in quibus duplex cura, una, quæ ſcriptionem ipſarum juxta nudas conſonas ſpectabat, altera, quæ lectionem & pronunciationem ipſarum juxta literas & vocales conjunctim. In ſcriptione vocum juxta literas conſulebant authentica primorum auctorum exemplaria, quotquot tunc exſtabant in manibus ipſorum, aut ſequebantur probatiſſimorum & plurium exemplarium fidem, an voces juxta nativam originis ſuæ proprietatem eſſent ſcriptæ: quæ voces cum quibus literis quieſcentibus plene eſſent ſcriptæ, aut quæ defective: quæ literæ aut voces eſſent ſcriptæ abundanter, & non lectæ: aut contra, quæ lectæ fuerunt, cum tamen non eſſent in textu ſcriptæ: aut quæ eſſent ſcriptæ hoc modo, & legebantur aliter, prout Eccleſia illud inde a Moſe usque obſervaverat, quorum omnium tunc apud doctos & peritos certa conſtabat ratio, cauſæque erant myſticæ, quæ notæ ipſis quidem, ſed apud poſteros per ſubſequentium temporum graviſſimas calamitates perturbatæ fuerunt.* Vide pro eadem hypotheſi contra *Lud. Cappellum* diſputantem *Io. Buxtorfium*, filium Part. II. Anti-Critic. pagina 462. ſqq. Atque huc quidem non præter rationem ex noſtratibus referas, qui nec τῷ *Keri* ſive lectioni marginali, nec τῷ *Ketbib* ſive lectioni textuali ſemper inhaerendum eſſe putant, ſed pro re nata nunc huic, nunc illi acquieſcendum cenſent. Ita ſtatuit B. *Auguſtus Pfeiferus* in Critica Sacra c. VI. qv. 5. *Nos proinde*, inquit is, *citra cujusquam præjudicium cenſemus, nec ſemper* τὸ *keri* τῷ *ketibh, nec ſemper hoc illi præferendum eſſe, cum auctores Maſoræ, præcipue poſterioris, textum non emendarint, ſed ejus tantum variantes lectiones (e minus tritis ſive vulgatis præcipue exemplaribus) annotare voluerint.* Ita & Salom. *Glaſſius* in Philolog. Sac. Part. I. p. 7. *Certe in pluribus vocibus textualibus ſatis perſpicue ſphalma deprehenditur, quod per correctionem marginalem tollitur.* Adde conſentientem B. *Calovium* in Critico Sacro Diatribe IV. p. 139. ſqq. & alios, quos laudat Celeb. *Jo. Andr. Danzius* in Sinceritate Scripturæ S. V. T. vacillante p. 66. ſqq. Et illi quidem omnes

mnes textuali lectioni prærogativam relinquunt, adeo ut *Pfeiferus* l. c. p. 200. diſerte pronunciet, *τὸ ketibb nunquam facile deſerendum eſſe, niſi vel forma Grammatica paulo ſit aliena, vel vox aliqua ſuperflua, vel parum commoda evidenter deprehendatur*, quo referri vult 1. Sam. IV. 13. & Joſ. XV. 47. Conf. *Laur. Fabricium* in Partitionibus Codicis Hebr. c. 3. ad cujus conſenſum provocat Introd. in Orient. diſſ. V. qv. 3. p. 90. Viciſſim alii marginali lectioni plus tribuunt, quam textuali, nominatim *Sixtinus ab Amama* in Antibarbaro Biblico, lib. III. §. 21. ubi de Keri & Kethib commentatur. *Sicut Ebræi*, inquit is, *in legendo marginalem lectionem exprimunt, ita & Chriſtianorum doctiſſimi tradiderunt, marginalem lectionem veriorem eſſe. Ideoque & interpretes eam plerumque expreſſerunt - - - - Et certe, ſi rem accurate expendimus, marginales iſtæ voces correctionem, vocisque, quæ degeneraverat, in plerisque extra omne dubium reſtitutionem exhibent.* Videtur huc accedere *Jo. Clericus* in diſſert. de Interpret. Scripturæ S. §. 8. *Sæpe quidem* inquit is, *τὸ* קרי *commodiorem lectionem præbet, quam τὸ* כתיב, *ſed hoc quoque non raro altero melius eſt.* Contra ea *Jac. Guſſetus* in Commentariis Lingvæ Hebrææ paſſim obſervat, τῷ Ctibh magis eſſe innitendum. Sic. p. 39. hæc legas: *Literas pluris facio, quam puncta, quia & certius eſt, illas eſſe a manu Prophetarum, & ſunt baſis, & earum conſervatio, propter formam, tutior apparet.*

XXX. Alii non tam varias diverſorum Codicum lectiones, quam cum lectione textuali emendationem marginalem, ex ingenio Maſoretharum natam, deprehendere hic ſibi viſi ſunt. Hæc eſt ſententia *Lud. Capelli* in Critica Sac. lib. III. c. 15. ſect. 13. Ibi enim ſolam illam caſtiorum cum obſcœnis permutationem a traditione Magiſtrorum repetendam putat, *reliquas vero omnes a Critico Maſorethar um acumine, qui Codicis, quo tuebantur, antiqui forte, reverentia & auctoritate moti, ſcripturam ejus utut variis in locis vitioſam atque defectam inducere atque interpolare noluerint, ſed ea integra & intacta relicta, vitium, quod ſubeſſe arbitrati atque ſuſpicati ſint, per τὸ keri indicarint.* Ex noſtratibus doctiſſimus *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Commentar. de Cauſis Lingvæ Hebr. pag. 441. pro conjecturis antiquiſſimis habet: *Keriim, inquiens, ſi recte omnia perpendas, ſunt antiquiſſimæ conjecturæ Judæorum criticæ, quibus ætas grandæva eximiam auctoritatem conciliavit: videntur enim a Judæis Babylonicis ante Chriſtum natum oriunda.* Sic & Cl. *Matth. Chriſtoph. Pfaffio* in Primitiis Tubingenſ. pag. 74. Maſorethæ lectionem textualem ex codice, quem ceteris omnibus præferen-



Digitized by Google

rendum putabant, repetiiſſe, marginalem autem ex ingenio addidiſſe videntur.

XXXI. Alii *τῶν* קריין originem ex utroque fonte, nempe nunc ex Codice quodam, nunc ex ingenio derivandam putant. Ita cenſet *Brianus Waltonus* Prolegom. VIII. §. 25. pag. 51. Hic enim vocum honeſtiorum cum obſcœnis permutationem a Rabbinorum audacia & ſuperſtitione putat profectam, reliquas vero lectiones, ſi excipiantur בָּעַר & יְרוּשָׁלַם ex codicum diſcrepantium collatione. Confer Sixtin. ab Amama in Antibarbaro Biblico pag. 467. Alii tum ab *incuria librariorum*, tum a *ſuperſtitione* atque *κρίσει* excellentium Doctorum Judææ gentis arceſſunt, quod ſpeciatim circa loca, ubi altera lectio לא, altera לו exhibet, pronunciat *Campeg. Vitringa* lib. III. Obſervatt. Sacr. c. 19. Sic *Humfredus Prideaux*, recens & eruditus inter Anglos Scriptor, Tom. I. Connexionis hiſtoriæ V. & N. T. p. 331. edit. II. in 8. *τὸ keri* & *ketibh* derivat a lapſibus librariorum, qui poſt Eſræ tempora vixerunt.

XXXII. Alii iterum nec collationem Codicum, nec ingenium Maſoretharum hucadvocandum putant, perſvaſi ſcilicet, utramque lectionem divinam & genuinam eſſe. Ex Reformatis ita ſenſit *Amandus Polanus* in Syntagm. Theol. lib. 1. c. 37. ex Anglis *Hugo Broughtonus* in Concentu Scripturæ f. 80. & Annott. in Iob. VI. 21. (citati jam & rejecti a B. *Glaſſio* p. 7. Philolog. Sacr.) & *Henr. Ainsworthus* in Annotatt. ad Exod. XXI. 8. caſtigatus ideo, quod Cl. *Danzius* monuit, a *Pageto* in tract. contra Browniſtas anglice edito in Append. admonition. c. 4. pag. 372. præterea vero a Cl. *Camp. Vitringa* lib. III. Obſerv. Sacr. pag. 26. Ex noſtratibus huc inclinat B. *Matthias Wasmuthus* pag. 116. Hebraiſmi ſui reſtituti, affirmans, illas voces textus, quæ circello notentur maſorethico, nequaquam vitioſas argui, cum nunquam Maſora fuerit vitiorum cuſtos, ſed quod propria hæc ſit lingvæ ὀρθοέπεια & ὀρθογραφία a ſciolis minime temeranda. Conferri idem jubet Partem III. Vindiciarum Hebraiſmi. Ut vero obtineat, quod quærit, *Wasmuthus*, duplicem admittit ſenſum, alterum ſcilicet v. c. ex *Cetibh* alteri, nempe *τῷ Keri* ſubordinatum, qui pro diverſis circumſtantiis ſimul locum tueatur. Vide eum Parte II. Vindiciarum Hebr. p. 229. Sed adde quæ pridem oppoſuit B. *Aug. Pfeiferus* in Critica Sacra pag. 99. Confer *Campeg. Vitringam* lib. III. Obſ. Sacr. pag. 271. Judæi ut utramque lectionem vindicent, myſterium quoddam, nunc incognitum, nunc conjectu-

jectura aſſequendum, inſinuari credunt. Lege hanc in rem *Theod. Hackſpan.* in Gabbala Judaica §. 43. & in Miſcellan. lib. II. c. 3. Nec alienum ſe hic præbet *Jo. Buxtorfius* in Tiberiade p. 116. Ridet autem more ſuo *Io. Morinus* in Exercitt. Biblic. p. 630. Alterutram hypotheſin approbaſſe eos neceſſe eſt, qui in verſionibus ſuis hinc inde utramque lectionem interpretando expreſſerunt. Hoc autem *Seb. Münſterum* & *Franc. Iunium* feciſſe conſtat. Noſtra ætate Vener. Abbas *Matthæus Hillerus*, Profeſſor quondam Lingvarum Oriental. Tubingenſis, cujus ſingulari ingenio & doctrinæ ſacræ literæ permultum debent, hanc ſententiam ornare & provehere conatus eſt libro ſingulari, quem *de Arcano kethib & keri* inſcriptum edidit Tubing. 1692. Hic enim non ex diverſis librariorum Codicibus, nec ex conjecturis Criticorum, ſed ex duobus vel pluribus exemplaribus ipſius Esdræ, Viri θεοπνεύςȣ, manu deſcriptis illam lectionum varietatem natam putat. Audiamus ipſum ſententiæ rationem exponentem pag. 24. *Ille*, inquam, *Eſra ut tantorum nominum menſuram impleret, ſacra volumina iterum atque iterum ſua manu deſcripſit, vel deſcripta ab aliis recenſuit, ut Eccleſia ſacrorum librorum abſque mendis ſcriptorum copia inſtrueretur. Ceterum in illa multiplici deſcriptione aut recenſione vir θεόπνευςΘ non ubique iisdem verbis, literis aut apicibus inſtitit; ſed in nonnullis codicibus (ſenſu tamen dictorum ubique integro & inviolato) literas aut verba permutavit, vel tranſpoſuit; alia addidit, alia abolevit; nonnulla denique ex Chaldaiſmo aſperſit. Unde factum eſt, ut in diſtinctis Eſræ autographis lectionum talis varietas appareret, qualem ſupra Pſalmo XVIII. & 2. Sam. XXII. exſtare animadvertimus. Ne igitur, quod ſemel inſpiratione & inſtinctu Numinis ſcriptum, qualecunque id fuerit, e ſacro Codice periret, ipſius Eſræ ætate, vel certe proxima, viri Zelo & pietate pleni, quos per me vel Maſorethas vel viros Synagogæ Magnæ dixeris, in eam curam totis viribus & ſtupenda diligentia incubuere, ut lectiones has diſcrepantes, quarum aliæ a prima, aliæ a ſecunda ſacri Notarii manu venere, uno quodam ſymbolo in textu poſito comprehenſas in apographis ſuis ad poſteritatis memoriam tranſmitterent. Hinc ergo originem ſuam habuere voces, quæ in Bibliis circello notatæ vocantur* כתיבן *ſcriptæ: hinc ad marginem expoſitæ, quas* קרין *i. e. lectas nominant. Hinc lectæ, non ſcriptæ: ſcriptæ, nec lectæ: hinc literarum majuſcularum & minuſcularum facies, hinc ſuſpenſæ, hinc denique punctatæ prodierunt.* Diſtingvit itaque Vir doctus diverſas illas ſcriptiones, quas deberi putat diverſis Esdræ autographis, & ſymbola illarum varietatum in ſingulis poſthac apographis expreſſa. Hæc tribuit viris lingvæ ſanctæ adhuc vernacu-



Digitized by Google

læ callentiſſimis & vel ipſius Eſræ ætate, vel ſaltem proxima viventibus Conf. pag. 13. Secundum hanc hypotheſin omnia קרין וכתבן, in certas claſſes concinne redacta, perſequitur ordine, locaque, in quibus occurrunt, ita explicat, ut qui præcipuus operæ ſcopus eſt, utraque lectio in eandem divini Scriptoris mentem conſentiat. Inſtitutum hoc adeo ſe probavit B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilio*, ut in literis ad B. *Jo, Iac. Leibnizium*, Eccleſiæ Eslingenſis Paſtorem, datis, (quæ ipſi commentationi Hillerianæ præmittuntur) profiteatur, *ſe firmiter perſuaſum eſſe, non ſine afflatu aliquo divino hac ei in mentem veniſſe.* Et habet ſane tum ſcopus Viri ſolertiſſimi, tum ipſa negotii tractatio, per ſingula exempla eodem modo deducta, quod in aſſenſum rapiat Lectorem. Eum non denegarunt Cl. *Io. Iac. Schudt* tum alibi, tum in Genio Lingvæ S. & *Henr. Bened. Starckius* in Luce Grammat. Hebr. p. 2. tum vero *Io. Henr. Heideggerus* in Exercitatt. Biblicis p. 371. 372. cujus iſta ſunt pag. 372. *Nulla tam ingrata & immemor beneficii poſteritas erit, quin Hillerum alterum velut Oedipum, ſublatarum tot difficultatum, integritatis Codicum originalium vindicatæ & arcani conſpirantium in eundem ſenſum lectionum variantium reſerati laudibus ad tertium uſque cælum ferat.* Cum laude quoque recenſent Viri docti commentationem auctores Memoriarum Trivultinarum an. 1715. Part. II. pag. 2187. ſqq. quanquam ab ipſa ſententia alieni. Poſtquam enim pag. 2216. monuiſſent, auctorem Syſtema generale vocum Symbolicarum magna veri ſpecie induere, regulas tamen ejus quasdam & explicationes ſpeciales ita putant eſſe comparatas, ut exceptionibus faciant locum. Epocham vero addunt iidem, horum Symbolorum ad Esdræ & Synagogæ Magnæ ætatem relatam probabilem non reddi; ſed omnia ſibi rectius conſtare, ſi totum hoc artificium non inſpirationi Prophetarum, ſed Rabbinorum recentiorum ingenio acceptum feratur. Syſtema Viri ingenioſiſſimi, fateor, mirum quantum mihi alias arriſit, præcipue cum non felicius, quam hac via, occurri poſſit illis, qui ex variis illis lectionibus corruptelas Codicum Hebræorum, vel obſcurum dubiumque ſenſum evinci ſolidiſſime poſſe arbitrati ſunt. Sed nunc aliter ſentio, quando nullum ex antiquitate argumentum proferri video, quod repetitam illam Hebræi textus deſcriptionem, ab Esdra ipſo ſuſceptam, perſvadeat. Neque enim fidem rei facit, quod Eſra *Scriba in lege Moſis expeditus*, & *Scriba legis Dei cælorum Scriba verborum* præceptorum Domini & ſtatutorum ejus ad Iſraëlem, Eſræ VII. 6. 10. 12. appelletur. Cum enim vox סופר omnino latius pateat, quam ut ad nudam

nudam deſcriptionem referri poſſit, neceſſe non eſt, ut credamus Eſram ad nominis hujus dignitatem tuendam aliquoties divinas tabulas deſcribere debuiſſe. Neque probabile mihi ſit, Eſram, ſi plures codices ejus manu exaratos credamus, deſtinato conſilio tum literas tum verba permutare, tranſponere, addere alia, alia abolere voluiſſe. Ex mutatione enim iſta commodum omnino, quoad video, nullum ſperandum, incommodum vero non unum, v. c. dubius apud lectorem in deligenda lectione animus, timendum erat. Ut taceam, non ubique diverſam ſcriptionem per Cl. Hilleri interpretationem ita conciliatam eſſe, ut in eundem prorſus ſenſum collineet, nec altera alteri præferri mereatur. Ne quid tamen diſſimulem, provocare Vir doctus poterat ad teſtimonium aliquod Talmudicum, cujus ipſi forte non venit in mentem recordari. Exſtat is locus in Talmude Hieroſolymit. tract. תעניות c. IV. f. 68. col. 1. his verbis conceptus: שלשה ספרים מצאו בעזרה ספר מעוני וספר זעטוטי וספר היא באחד מצאו כתוב מעון אלהי קדם ובשנים כתוב מעונה אלהי קדם. וקיימו שנים ובטלו אחד באחד מצאו כתוב וישלח את זעטוטי בני ישראל ובשנים כתוב וישלח את נערי בני ישראל וקיימו שנים ובטלו אחד באחד מצאו כתוב תשע היא ובשנים כתוב אחת עשרה היא וקיימו שנים וביטלו אחד: i. e. ex interpretatione *Jo. Morini* p. 561. Exercit. Biblic. *Libros tres invenerunt apud Esdram. Unus habebat* מעוני, *alter* זעטוטי, *tertius* היא. *In uno deprehenderunt ſcriptum* מעון *ex Deuter. 33. 27. In duobus vero* מעונה אלהי קדם. *Duos ratos habuerunt: quod autem erat in unico ſcriptum, expunxerunt. In uno deprehenderunt ſcriptum & miſit* זעטוטי *minimos filiorum Iſraël Exod. 24. 5. In duobus vero ſcriptum & miſit juvenes* נערי *filiorum Iſraël, ideo duos ratos habuerunt: quod autem erat in unico ſcriptum expunxerunt. In uno deprehenderunt ſcriptum:* תשע היא *novem illa*, Geneſ. 32. v. 22. *In duobus vero, undecim illa* אחת עשרה היא, *Ideo ratos habuerunt duo, & quod erat in uno ſcriptum expunxerunt.* Illuſtris eſt hic locus, ex quo apparet veteres Judæos & varietates lectionum in exemplaribus Biblicis agnoviſſe, & ad genuinam ex illis eligendam diverſos codices contuliſſe, & in hoc negotio ad pluralitatem codicum reſpexiſſe. Hinc recentiores Judæi eum ſæpe excitare ſolent, quam in rem vide *Morinum* Exercit. XXI. cap. 3. p. 561. Ego quidem propterea illum huc relatum volui, quod hinc videatur poſſe confici, Eſdram

 plures

Digitized by Google

plures Codices Biblicos exaraſſe. At enimvero qui hic de Eſra cogitabit, Morini quidem l. c. infeliciter interpretantis, non autem Talmudiſtarum mentem adſequetur. Hi enim de codicibus tribus in *atrio* ſcilicet templi inventis, non autem de Eſra loqvuntur. Nam vox עֲזָרָה *atrium* denotat, quam ille legit עזרה, & pro nomine proprio accepit, non recordatus, Eſræ nomen per עזרא ſcribendum fuiſſe. Affert locum eundem & rectius interpretatur *Io. Lightfootus* in Horis Hebr. & Talmud. ad Matth. V. 18. Tom. I. Opp. p. 284. omnium vero rectisſime doctiſſimus *Danzius* in Sinceritate Scripturæ S eluctante pag. 27. *Lightfootus* l. c. tres illos libros triplici cœtui Judæorum, in Iudæa ſcilicet, Babylonia & Ægypto reſpondiſſe ſuſpicatur, duoque exemplaria conſentientia de illis, quæ ex Judæa & Babylonia orta ſint, interpretatur. Hæc hactenus.

XXXIII. Alii itaque, abjecta conciliationis ſpe, in una lectione & quidem textuali, quam כתיב vocant, acquieſcendum eſſe cenſuerunt, ut tum integritas textus Hebræi, tum unitas & certitudo ſenſus ſarta & tecta maneret. Hoc ut evinceret, noſtra ætate omnem lapidem movit *Jo. Andreas Danzius*, Vir de his literis inſigniter promeritus. Is vero in Literatore Hebræo edit. 1696. p. 67. ita: *Non datur* כתיב *ſive nihil ſcriptum exſtat in ſacris literis, quod exercitatis, ac omnia accurate perpendentibus, non pariat ſenſum commodum. Et hoc tanquam divinitus inſpiratum recipio unice. Quicquid huic ſub nomine* קרי *quocunque prætextu ſuperadditur, inventum eſt mere humanum, & aliam penes me notam non invenit, quam interpretationis, ut plurimum ſatis feliciter inſtituta, ſubinde tamen temere & in ignominiam Sacri Scriptoris ſuſceptæ.* Originem ℥ קרי ſeu lectionis marginalis idem plenius ediſſerit p. 57. *Non dubito, quin id ipſum* (קרי) *primum a piis & religioſis viris margini ſit adjectum, hac ſaltem fine, ut ſibi & ad ſummum ſuæ quoque familiæ inſerviret, interpretationis loco: ſervatis aliquandiu ſub* כתיב *iisdem vocalibus, quas Esdras appoſuerat. Donec progreſſu temporis, alii, qui conciſam hanc & ſubtiliter excogitatam explicationem, & ad uſitatiorem loquendi modum tecte accommodatam emendationem magni faciebant, ut conſervarent eam diutius; alteram ejus partem, vocales nimirum, in ipſum inferrent textum. Satis certi, quod auctoritati Scripturæ ejusque incolumitati incorruptæ nil quidquam derogarent, quando divinitus inſpiratum* כתיב *religioſiſſime ſervarent, ſingulasque ejus literas: quibus quisque gnarus puncta valeret adſcribere debita.* Hypotheſin hanc Vir doctus eodem in loco p. 56. diſertius aliquando explicandam

candam roborandamque in ſe ſuſcepit ſingulari tractatu, cui titulum *Maſora throno mota* deſtinavit. Is vero hucdum lucem non vidit, ſi ſpecimen vel prodromum exceperis, qui ſub inſcriptione ſequenti Jen. 1713. 4. prodiit: *Sinceritas Scripturæ V. T. prævalente Keri vacillans, præmiſſa, ad explorandos eruditorum animos mox ſecuturæ Sinceritati Scripturæ V. T. Maſora throno θεοπνευςίας mota Triumphanti.* In hujus tractatus præfatione totius Operis majoris, inpoſterum exſpectandi, œconomia delineatur: unde apparet, Virum doctum in Parte I. Operis exhibiturum eſſe Sinceritatem Scripturæ Sacræ V. T. conflictantem, h. e. in originem, naturam, cauſas & cognata τȣ̃ Keri inquiſiturum; Parte II. vero Sinceritatem Scripturæ V. T. triumphantem exhibere conſtituiſſe, eo fine, ut ſingula τῶν Keriim exempla ſecundum ſeriem librorum Biblicorum percurrens oſtendat, *quod præter pauciſſima, euphemiæ ergo mutata, erroris ſuſpicio ubivis anſam præbuerit mutationis ſuſceptæ, atque adeo in litera nihil ſit erratum, & Scriptura ibi exſtans ab antiquiſſimis temporibus obtinuerit.* Horum prius ex ipſa lingvæ indole, aliis Scripturæ exemplis comprobata; poſterius autem auctoritate antiquiſſimorum Interpretum, LXX. Seniorum, Jonathanis, Onkeloſi, &c. haud raro etiam ipſo Talmudiſtarum aliorumque in *Mechilta*, *Siphra*, *Siphre*, *Tanchuma* & *Rabboth* exſtantium conſenſum evicturum ſe pollicetur. Caput I. Partis I. tantum lucem vidit, idque in eo occupatur, ut, oſtenſa neceſſitate tum *integritatis* Scripturæ S. tum quod ad ſenſum *certitudinis*, neutrum ſine hac ſua hypotheſi ſalvum eſſe poſſe demonſtrare conetur. Additurus Cl. Auctor ſpeciminis loco erat Decadem exemplorum, quæ Abarbaneli, præeunte Maſora, in Jeremia præter rem ſuſpecta viſa erant. Sed illa, nec tamen integra, ſed quod ad primum tantum Decadis exemplum aliquot annis poſt Jenæ an. 1717. inſecuta eſt, ſub titulo: *Sinceritas Scripturæ V. T. ſuſpicione erroris in Decade exemplorum Abrabbaneli ac aſſeclis incuſatorum abſterſa, eluctans.* Deinde ſimile quid in Propheta Jeſaia tentavit *Danzii*, Doctoris ſui, veſtigiis inſiſtens M. *Wolfg. Henr. Frider. Pertſchius*, edita diſſertat. Philologica de Scriptura omnis dictionis vitii experta, Jen. 1719. Is p. 5. profitetur, *notas marginales* קריין *dictas maximam partem ſuam originem debere correctioni quorundam, quæ facta ſit eo quod aliquid irregularis habere videbatur lectio textualis.* Invenit præterea Danzius & alios hujus ſententiæ amicos. Provocat enim in priori illo tractatu p. 74. ad B. *Mich. Waltherum* in Dedicat. Harmoniæ Bibl. lit. b. tum vero ad ſuffragia B. *Io. Henr. Maji*, Gieſſenſis quondam, & Cl. *Herm. Hardtii*, Helmſtadienſis adhuc Profeſſoris, (cum enim

enim quamvis non nominatum, & dictio & aliæ circumſtantiæ produnt) per literas communicata, p. 79. Sic & *Brianus Waltonus* in Prolegom. VIII. §. 26. memorat Neotericum quendam, qui τὸ כתיב ſemper retinendum eſſe contendat.

Mihi quidem talis hæc videtur hypotheſis, quæ non primo ſtatim intuitu contemnenda ſit, & *longa refutatione non indigeat*, quod Waltono l. c. viſum eſt, ſed quæ accuratiori & commentatione & examine dignam ſe præſtet. Poſterius vero illud ſuſcipi vix poteſt ante, quam Celeb. *Danzius* fidem ſuam penitus liberarit & in lucem protulerit integrum commentarium, quo ſingula loca Biblica a Maſorethis præter rem, ut putat, ſolicitata ita perſecutus eſt, ut quod ipſe perſvaſum habet in præfat. ad *Scripturam V. T. vacillantem, rigidiſſimus etiam in aſſenſum abripi* poſſit. Tunc enim forte a poſteriori principii hujus veritas in luce maxima collocabitur, ſi manifeſtum ſit, illud idoneum eſſe dubiis illis ſolvendis, quæ & veteribus & novis Interpretibus a lectione textuali oblata eſſe conſtat.

XXXIV. Ego tantiſper in hac ſententia perſiſtere malim, quæ & ſuffragiorum multitudine, & rei, de qua ſermo eſt, conditione, ſe præ ceteris commendat. Habeo ſcilicet קרין וכתבן pro variantibus lectionibus, ex diverſis Codicibus diligenter collectis, eo conſilio, ut adhibitis bonæ ſanæque interpretationis legibus optionem inſtituere poſſet lector, & eam eligere, quæ contextui ſcopoque Sacri Scriptoris maxime accommodata videatur. In delectu iſto faciendo potiores partes τῷ Ketibh relinquendas eſſe perſvaſus ſum, quod & B. Lutheri exemplo patet, qui τὸ Keri raro, τὸ Ketibh autem frequentius interpretando exprimit. Neque video ſic contextum Hebræum ullo modo, vel quoad *integritatem* ſuam, vel quoad *ſenſus certitudinem* periclitari. Quod ad prius enim cum B. *Pfeifero* p. 200. Criticæ Sacræ dixerim, *veram lectionem nunquam in omnibus exemplaribus periiſſe, adeoque vel in τῷ* KETIBH *vel in τῷ* KERI *exhiberi.* Quod ad poſterius exiſtimaverim, delectum illum, in duabus lectionibus inſtituendum, non magis fraudi eſſe poſſe certo ſenſui eruendo, quam eſt multitudo ſignificatuum, qui uni eidemque voci in Hebr. lingva freqventer ſubjiciuntur, & ex quibus unus aliquis, prout circumſtantiæ ferunt, erui debet. Taceo pleraque earum exempla ita comparata eſſe, ut nihil referat, utram lectionem eligas, nonnulla vero talia, ubi ſtatim pateat, utra alteri ſit præferenda; pauciſſima inſuper, ubi optio reddatur difficilis; omnia denique ita com-

Digitized by Google

comparata, ut, ſi vel maxime (quod tamen nunquam futurum credo) in medio relinqui debeant, quidquam inde incommodi ſit metuendum. Recte enim *Sixtinus ab Amama* in Antibarbaro Biblico p. 475. ita quærit: *Et quid quæſo hic periculi? An inter omnes illas varietates vel unica eſt, unde Chriſtianæ fidei analogiæ vel pietati ullum detrimentum metui poſſit? Et, unde, quæſo, periculum metuimus fontibus, ut non ſemper in Eccleſia maneant authenticæ tabulæ?* Ita *Jo. Lightfootus* Tom. II. Opp. p. 255. duos illos Codices, ex quibus *keri* & *ketibh* pronatum ſit, *in apicibus quibusdam ſcriptionis, at quoad ſenſum rarum aut omnino nihil inter ſe ait diſcrepaſſe.* Conferatur B. *Glaſſius* in Philologia Sacra lib. I. p. 6. ſqq. & B. *Abrab. Calovius* in Critico Sacro p. 138. ſq.

XXXV. Speciatim hic commemorare juverit, quid de illis locis videatur judicandum, ubi altera lectio לא, altera לו repræſentat. Hanc lectionis variationem tantæ putat eſſe conſequentiæ doctiſſimus *Campeg. Vitringa* lib. III. Obſervatt. Sacrar. p. 207. *ut una eademque ſententia, ϑέσικῶς accepta, non tantum diverſimode, ſed & contradictorie, ut ajunt, vertenda ſit.* Quindecim ejusmodi loca enumerantur in Maſora Magna, quæ in Bibliis Buxtorfii Rabbinicis & alibi exſtat. Locus Latine converſus ita habet: *Vocula* לו *quindecies ſcripta eſt* לא, *his quidem in textibus:* Exod. XXI. 8. Levit. XI. 21. XXV. 30. 1 Sam. II. 3. 2 Sam. XVI. 18. 2 Regg. VIII. 10. Jeſ. IX. 2. LXIII. 9. Pſ. C. 3. CXXXIX. 16. Job. XIII. 15. XLI. 3. Proverb. XXVI. 2. XIX. 7. Ezech. IV. 2. Addidit his *Buxtorfius*, (ceu *Cappellus* lib. III. Critic. Sacr. p. 113. monuit) in Lexico rad. לא duo alia, ubi itidem juxta Maſoram pro לא legendum eſt לו, nempe Jeſ. XLIX. 15. & 1 Paralip. XI. 20. *Avenarius* tria loca quindecim illis ab aliis adjici obſervavit, nempe Jeſ. XLIX. 15. (cujus jam facta eſt mentio,) tum vero Job. VI. 21. & Pſ. CXXXIX. 16. quem poſtremum locum ipſi Maſorethæ l. c. non prætericrunt. Hinc factum eſt, ut Cl. *Hillerus* lib. I. de Arcano Keri & Ketibh p. 60. ſqq. octodecim omnino loca ejusmodi in medium proferre potuerit, nempe Exodi XXI. 8. Levit. XXV. 30. 1 Sam. II. 3. 2 Sam. XVI. 18. 2 Regg. VIII. 10. Eſr. IV. 2. Job. XIII. 15. XLI. 4. Prov. XIX. 7. Levit. XI. 21. Proverb. XXVI. 2. Pſ. C. 3. Pſ. CXXXIX. 16. Jeſ. IX. 5. LXIII. 9. XLIX. 5. 1 Chron. XI. 20. Job. VI. 21. Illis locis pag. 72. duos addit, in quibus ſcilicet vice commutata pro לו, quod in textu eſt, ad marginem legendum traditur לא, nempe 1 Sam. II. 16. & 1 Sam.

XX. 2. Pleniorem Maſorethica illa recenſionem inter Judæos dat auctor tractatus סופרים qui Talmudi jungi ſolet. Is enim in calce capitis VI. tria ejusmodi loca ex Pentateucho affert his verbis: שלש לא כותבין בלמד אלף וקוראין בלמד ויו ואלו הן אשר לא כרעים ממעל לרגליו / אשר לא חומה / אשר לא יגיד. Primus locus exſtat Levit. XI. 21. ſecundus c. XXV. 30. tertium vero iisdem verbis fruſtra quæſiveris. Suſpicor tamen innui Exod. XXI. 8. ubi legitur אשר לא יערה. Fieri enim potuit, ut lapſu memoriæ Scriptor, vel incuria ſua librarius τὸ יערה cum יגיד permutaret. Hoc certe dicere malim, quam cum *Morino* p. 594. Exercitt. Biblic. ſtatuere, *verba illa non amplius eſſe in lege*, aut ſi ſint alicubi, quartam hic inferri variationem. Prius certe temere dicitur; poſterius parum probabile eſt, cum Maſora textualis ad Levit. XI. 21. in enumeratione trium locorum & quidem eorundem, quos diximus, acquieſcat. Poſtea idem tractatus quindecim loca ſimilia ex Prophetis & Hagiographis adducit. Hæc ita habent: 1 Sam. II. 3. 2 Sam. XVI. 18. 2 Regg. VIII. 10. Jeſ. IX. 3. & LXIII. 9. Job. XIII. 15. & XLI. 3. Prov. XXVI. 2. & XXIX. 7. Esdr. IV. 2. Pſ. CXXXIX. 16. & C. 3. Jeſ. XLIX. 5. 1 Paralip. XI. 20. & Job. XXXII. 16. Convenit hæc enumeratio cum Hilleriana illa, ſi ultimum locum exceperis. Pro eo enim *Hillerus* habet Jobi VI. 21. Et dubius omnino eſt *Morinus* pag. 595. qui loca illa Biblica inquiſivit, num ultimum locum ad mentem Scriptoris detexerit, cum in Codice Hebr. non ודברו ſed ידברו legatur (s). Si ponamus, auctorem tractatus סופרים hunc locum voluiſſe, novum prodibit hujus varietatis exemplum, tanto magis mirum, quod nusquam illius alibi fiat mentio, cum viciſſim Jobi VI. 21. non temere in Bibliis Hebr. negligatur. Quamvis enim in editione noviſſima Halenſi notam Maſorethicam ad Jobi VI. 21. fruſtra quæras, in *notis* tamen *Uberioribus*, quæ ſeorſim exſtant, ejus ſit mentio. Ex his intelligitur, in enumerandis his locis diſſenſum inter diverſos obſervari: is autem adhuc

(s) Audiamus *Vitringam* lib. III. Obſervatt. Sacrar. p. 280. ita ſcribentem: *Neque ego reſpici putem ad locum Job. XXXII. 16. quippe in quo variæ lectionis nullus eſt uſus, ſed potius exiſtimo, vocabulum* תדברו *ex 1 Sam. II. 3. ad marginem a librario adſcriptum eſſe (ſive quod non attenderit, illum locum jam eſſe cenſum ſub voce* תרבו *ſive quod paulo accuratius eundem locum voluerit indicare) atque ita irrepſiſſe in contextum.*

Digitized by Google

adhuc major eſt, ubi de explicatione & ſenſu eorundem locorum cogitatur.

Si veteres Interpretes conſulamus, τὰς LXX., Paraphraſtas item Chaldæos, & Vulgatum, eos nunc marginalem, nunc textualem lectionem retinuiſſe intelligemus, quod inprimis Cl. *Vitringa* loco mox citando manifeſtum fecit. Atque horum exemplum recentiorum plerique ſecuti ſunt. Inter eos data opera in hæc loca inquiſivit laudatus modo *Vitringa* lib. III. Obſervatt. Sacrar. c. 14. -- 19. p. 207. -- 283. atque ea quidem ita perſecutus eſt, ut plerumque marginalem, rarius textualem lectionem præferret. Idem cap. 19. cauſas harum variationum arceſſit partim ab *incuria librariorum*, partim a *ſuperſtitione*, partim a *κρίσει* Doctorum Judaicorum, & ſpeciatim p. 181. ſuſpicatur, forte in quibusdam textibus alteram vocularum לא & לו ſibi junctarum excidiſſe. Nunc hanc nunc illam eſſe eligendam pro re nata ſtatuit etiam *Hackſpanius* in notis ad Lipmanni Nizzachon p. 301. Idem viſum eſſe *Samueli Bocharto*, Viro intelligentiſſimo, apparet ex Hierozoico ejus Tom. I. Opp. pag. 452. Confer etiam Cl. *Clericum* in Commentar. ad Geneſ. XXIII. 5. & in Biblioth. Univerſali Tom. XXI. continuato pag. 58. ſqq. Alii utrumque in interpretando ſeqvuntur, & lectioni affirmativæ ſubordinatum volunt alterum arcaniorem ſenſum negativum. Lege in hanc ſententiam *Waemuthum* in Vindiciis Hebraic. Part. II. p. 229. Alii τῷ לא particulæ negativæ, ut lectioni textuali ſemper inhærendum cenſent, ut *Jac. Guſſetus* in Commentariis Lingvæ Ebrææ p. 421. Cum enim ibi Vir præſtantiſſimus loca Biblica huc pertinentia excuſſiſſet, ita tandem mentem ſuam expromit: *Ex his ſpeciminibus judica, non eſſe cur* לא *ubi occurrit, mutare ſatagamus, & ideo præſtare, ut id retineamus.* Alii non putant ullam hic eſſe pugnam, quia τὸ לא per א ſcriptum omnibus in locis idem omnino velit & inferat, quod לו per ו, id eſt *Ei*. Ita judicat Cl. *Hillerus* pag. 59. ſq. de Arcano Keri & Ketibh, atque in hunc ſenſum loca ſingula interpretatur. Mihi quidem eorum ſententia maxime veri viſa ſimilis eſt, qui neutram lectionem ubique ſectandam arbitrantur, ſed pro conditione circumſtantiarum nunc *Keri*, nunc *Ketbibh* amplectuntur.

XXXVI. Inter potiores varietates, quas notæ Maſorethicæ inferunt, eas quoque puto numerandas, ubi voces caſtiores cum obſcœnioribus in textu poſitis ita permutantur vel potius miſcentur, ut Deut.

 XXVIII, 31.

XXVIII. 31. Eſaiæ XIII. 16. &c. Diſplicuit maximopere hoc inſtitutum *Karæis*, quorum judicium ex libro quodam MS. Karaitico, cui חלוק nomen eſt, attulit *Jac. Triglandius* in Diatriba de Secta Karæorum pag. 190. Verba ita habent: כמו כן נכתבים חריונים רביונים עפלים טחורים וכאלה רבים עתה אם בדברים הנכתבים ונמסרים מפי הנביאים נתחלפו אם כן שאר הדברים והתורות אשר לא נכתבו מפי הנביאים קל וחומר שלא יכתבו: i. e. interprete Triglandio: *Et ita ſcriptione* (punctorum quorundam) חריונים (2 Regg. VI. 25.) transmutari voluerunt a legentibus in רביונים, & עפלים 1 Sam. V. 6. 9. 12. & VI. 4. in טחורים *pluraque ejusmodi. Nunc vero, ſi iis in locis, quæ ſcripta ſunt, & transmiſſa ex ipſo ore Prophetarum, aliquid fuerit ab iis mutatum, quid factum erit de rebus ac legibus non ſcriptis ex ore Prophetarum? tantoque facilius, quod ſcripto non ſervarentur?* Verbis ejusmodi nihil unquam obſcœnitatis Prophetarum tempore ineſſe creditum affirmat *Jac. Guſſetus* in commentariis Lingvæ Hebr. pag. 831. argumento uſus tum *etymologia* & *conjugato* שֵׁגָל, quæ conjugem juſtam ac legitimam denotet, tum frequenti uſu in Moſis ac Prophetarum ſcriptis, ex quibus ne Zacharias quidem inter poſtremos alioquin ratione ætatis numerandus, ab ea voce ſe abſtinuerit, ut proinde nec lapſu temporis iſtam obſcœnitatis notionem illi acceſſiſſe credibile ſit. Is itaque a Maſorethis recentioribus repetit. Viciſſim B. *Aug. Pfeiferus* in Critica Sacra p. 201. non contradicturum ſe iis ſcribit, qui Esdram cum Synedrio εὐφημισμοῦ hujus auctorem credant, cum poſteriores Maſorethæ tale quid ordinandi licentiam ſibi vix ſumſiſſe videantur. Sic *Lud. Cappellus*, qui alias criſi & ingenio Maſorethatum recentiorum omnes lectionis varietates tribuit, in his exemplis traditionem majorum agnoſcit. Locum produximus paulo ante. Alii viciſſim, ut *Sixtinus ab Amama* in Antibarbaro Biblico ingenium Rabbinicum ſibi hic aliquid putat indulſiſſe.

XXXVII. In Maſorethicis notis eæ quoque nonnullis conſideratione accuratiori dignæ habitæ ſunt, quæ de literis in textu majuſculis, minuſculis, inverſis, ſuſpenſis, finalibus, in medio textu poſitis, præcipiunt. Ingenioſa de hoc momento Venerandi *Hilleri* conjectura eſt, quam fuſe explicat in libro ſæpe laudato lib. I. c. 8. p. 160. ſqq. ſuſpicatus ſcilicet, vocalium varietatem, quæ ceteris ſymbolis comprehendi non poterant, hoc literarum ductu ſituque inſolito indicatam fuiſſe, ita quidem,

Digitized by Google

quidem, ut literæ majuſculæ vel minuſculæ innuant permutationem vocalis magnæ cum parva, & viciſſim, in codicibus authenticis obviam; ſuſpenſæ vero denotent præviæ vocis in altero codice transpoſitionem. Placuit idem Cl. *Bened. Henr. Starckio* in Luce Grammat. Hebr. p. 2. Alii has tales minutias non primis literarum auctoribus, ſed Maſorethis adſcribendas credunt, quibus ſubinde pro meris notis Criticis inſervierint; quæ ſententia eſt Cl. *Jo. Andreæ Danzii* pag. 15. Literatoris Hebræi. Alii arcanioris cujusdam ſenſus veſtigia hic vident, quo poſt Judæos tantum non omnes propendent Chriſtianorum plerique. Vide inprimis *Jo. Buxtorfium* in Tiberiade cap. 14. -- 16. B. *Pfeiferum* in Critica Sacra pag. 196. & quæ ad Jeſ. IX. 7. ubi in voce לםרבה Mem finale & Nehem. II. 13. ubi in voce הם Mem medianum occurrit, ab eruditis ac nominatim a *Jo. Friſchmutho* in diſſertat. de Proſopopœia Meſſiæ §. 18. ac *Stephano Morino* in Exercitatt. de Lingva primæva Part. II. pag. 252. monentur. Mihi quidem non dubium eſt, quasdam hujusmodi literarum ſcriptiones inſolentes pro criticis obſervationibus habendas eſſe, quando v. c. Pſ. LXXX. 4. *τὸ* ע ſuſpenſum infert, eam eſſe totius Pſalterii mediam. Hoc enim conſilium ibi agnoſcere malim cum B. *Pfeifero* p. 197. Criticæ Sacræ, quam cum *Raymundo Martini* in Pugione Fidei Part. III. p. 539. credere, reſpici hic ad Meſſiam per Romanos, porco ſylveſtri ſimiles, ex cruce ſuſpenſum. Non magis perſvadere mihi patiar a *Jac. Guſſetio* p. 339. Commentarii Lingvæ Hebr. ſuſpicante, *commodum viſum eſſe Rabbinis, ſuſpendere* ע *potius, quam aliam literam, eo quod ſit prima nominis* עשו*, Eſavi, quo Romanos etiam Chriſtianos factos indigitent.* Quamvis enim non negem, & R. *Salom. Iſaacidem* & R. *Bechai* in commentariis ad h. l. Chriſtianos more ſuo pungere, hanc tamen calumniam & malignam interpretationem non ſomniaſſe, multo minus eidem occaſionem præbere voluiſſe videntur primi hujus ſcriptionis auctores. Alias cauſas, qui volet, recenſitas leget a *Sam. Bocharto* Parte I. Hierozoici pag. 978. edit. Francof.

XXXVIII. Obſervantur denique voces quindecim, punctis non vocalibus ſuperne inſignitæ v. c. Geneſ. XVI. 5. Eæ non ſolum in Maſora ſed & Talmude, aliisque Judæorum libris antiquiſſimis v. c. *Zohar, Bereſchith Rabba*, &c. ipſo denique Hieronymo ad Geneſ. XIX. 33. tanquam notatu dignæ commendantur. Proinde non crediderim *Jo. Leusdenio*, caſu ea puncta in textum inter tempora Esdræ & confectum Talmud irrepſiſſe, aut certo conſilio a quibusdam Judæis iisdem temporibus ad

effingenda myſteria addita eſſe opinanti. Vide rectiora tradentem B. *Pfeiferum* p. 197. ſq. Criticæ Sacræ.

XXXIX. Reſtat ut de tertio hujus diſputationis momento aliquid adjiciamus, nempe de prima τῦ Keri & Ketibh *ætate*, ſive *tempore*, quo hæ varietates annotari cœptæ ſint. Illud in propinquo quærit *Lud. Cappellus* & recentiorum plerique, qui veſtigia ab eo ſignata calcare conſueverunt. Scilicet a temporibus Hieronymi demum, h. e. Sæculo poſt C.N. quinto vel ſexto repetit, lib. III. c. XV. ſect. 9. Criticæ ita ſcribens: *Mox poſt ejus* (Hieronymi) *obitum, paulo ante abſolutum Talmud, auctores Gemaræ pauca commemorant Kerijoth, eaque fere ſola, quæ ſpectant voces ſcriptas, & non lectas, vel lectas, ſed non ſcriptas, quas non omnes numerant, quæ hodie comparent in τῷ Keri & Ketibh. Unde planum fit, homines illos cœpiſſe acumen ſuum Criticum exſerere atque exercere in paucis quibusdam vocibus confingendis & confodiendis, quæ videbantur ipſis πλεονάζειν, vel ſupplendis aliis, quæ videbantur ἐκλείπειν, quarum numerus poſtmodum auctus eſt, ſiquidem hodiernus ab antiquo illo multum diſtat.* Cetera omitto, quæ legi poſſunt apud ipſum, vel, qui præclara hic oppoſuit, *Jo. Buxtorfium* in Anti-Critica p. 469. ſqq.

Longius originem removet *Jo. Buxtorfius*, Pater, in Tiberiade pag. 115. ex cujus verbis ſupra recitatis manifeſtum eſt, ejus judicio Eſram & reliqvos Synagogæ Magnæ collegas annotationum illarum Maſorethicarum eſſe auctores.

Longiſſime omnium hic procedunt, qui vel a Moſe ejusque traditione, vel ab ipſis Scriptoribus Sacris derivant.

Tutiſſimam illi & ſtratam viam ingredi mihi videntur, qui non uno tempore, ſed ſenſim omnem illam varietatum copiam ſuccreviſſe cenſent. Ita ſtatuit *Jo. Buxtorfius*, filius, p. 460. Anti-Criticæ Sacræ: *Nos non dicimus*, inquit is, *omnes has lectiones varias ſimul & ſemel eſſe natas; neque negamus, progreſſu temporis & per gradus illarum numerum fuiſſe auctum.* Eodem modo de parte harum varietatum, nempe ubi לו pro לא legendum ſvadetur, judicat *Campeg. Vitringa* p. 282 lib. III. Obſervatt. Sacrarum. Adde *Sixtinum ab Amama* in Antibarb. Bibl. lib. 3. p. 467. ſqq. & *Hottingerum* in Theſauro Philolog. pag. 414. 415. qui ab Eſra hanc operam inceptam, a ſequentibus & inprimis Tiberienſibus Maſorethis continuatam, nec ab aliis poſtea neglectam eſſe affirmat. Malachiæ, divini Vatis, tempore primum annotandi colligendique initium factum eſſe ſuſpicatur Cl. *Jo. Henr. Michaëlis* in præfat. ad Biblia Hebræa Halenſia p. 15.

in

Digitized by Google

in notis. *Dignum*, inquit is, *obſervatu eſt, quod variationes in Keri & Cetibh in omnibus libris Biblicis reperiantur, ſolo excepto Malachia, qui ultimus eſt V. T. liber canonicus, & poſt ceteros omnes etiam juſto intervallo conſcriptus ( coll. Præf. in Malach. §. 3.). Hinc conjectura naſci poteſt, collationem illam librorum Biblicorum circa ejus tempora factam eſſe, cum in ceteris omnibus ejusmodi variæ lectiones reperiantur.* Sane exſtitiſſe jam ante Talmud atque adeo Maſorethas Tiberienſes aliquot ſæculis aliquas illarum legendi varietatum, quæ hodie inter *Karjan* & *Catban* occurrunt, manifeſtum evadit ex LXX. Interpretibus, & Paraphraſibus Chaldaicis ac Vulgato denique Interprete, qui nonnullis in locis marginalem, non textualem, lectionem ſequuntur, ſicut etiam in Talmude aliquæ earum memorantur, quod nec ipſe negat *Cappellus*, & demonſtrat *Jo. Buxtorfius* pag. 472. Anti-Criticæ. *Inde vero licet colligere*, (verba habes Vitringæ pag. 282. lib. III. Obſervatt. Sacrarum) *veteres illos Interpretes vel Codices habuiſſe Biblicos, jam tum variis hiſce lectionibus onuſtos, vel textum Scripturæ S. in ſuis Codicibus ſic legiſſe, ut eum nunc legendum eſſe monent Maſorethæ.* Eſſe vero etiam lectiones quasdam in illis *Karjan* & *Catban* Eſræ ætate poſteriores, vel id, ut cetera, ex ſuperioribus facile repetenda, taceam, evincit, quod in ipſo Eſræ libro tales varietates occurrunt, qui tamen non videtur ſuam ſcriptionem ipſemet recognoſcere voluiſſe.

De ceteris, quæ huc referenda videri poterant, & inprimis de variis ſpeciebus ac claſſibus τῶν Karjan & Catban, velim legantur auctores ſupra allegati. Inter eos eminent *Jo. Buxtorfius* Pater in Tiberiade c. 13. -- 17. *Lud. Cappellus* in Critica Sacra lib. III. comparandus cum *Jo. Buxtorfio* filio in Anti-Critica Part. II. c. 4. *Sixtinus ab Amama* in Antibarbaro Biblico lib. III. p. 463. ſqq. *Matthæus Hillerus* in Arcano Keri & Ketibh, & *Jo. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 413. -- 424.

XL. Affinia his lectionibus ſunt, quæ nomine פִּסְקָא, i. e. *pauſa*, ſeu nota finis verſus in medio, tum עִטּוּר סוֹפְרִים ſeu *ablatio ſcribarum*, & תִּקּוּן סוֹפְרִים ſive *correctio ſcribarum* vocantur. Sed de his ſupra jam monuimus, cum de puritate fontium præciperemus. Compara ſingularem de iis diſſertationem a Cl. *Jo. Meyero* Harderovici habitam. Pertinent huc quoque סבירין i. e. quæ putantur ſeu exiſtimantur hoc vel illo modo legenda. Uti hac phraſi Maſorethæ ſolent ad eas dictiones notandas, quæ vel ſenſus vel ſtructuræ ratione, vel ex collatione aliorum locorum putari poſſint ſic vel ſic legendæ. Vide *Buxtorfii* Tiberiadem in

Digitized by Google

in Clavi Maſoræ p. 271. Sed illis *opinionibus* & conjecturis parum tribuunt Maſorethæ, unde & addere ſolent וקרינן, i. e. *nos autem legimus*, prout ſcilicet in Ketibh habetur; vide ad Lev. VI. 6. VII 36. &c. Imo ita opinantes *ſeductores* vocant ad Exod. XXV. 18. XXVII. 19. &c. Confer Cl. *Danzium* de Sinceritate Scripturæ Sacr. eluctante p. 53.

XLI. In his argumentis occupatur Maſora, qualem hodie habemus. Ea vero triplici nomine diſtingvitur, ita ut alia *textualis*, ſeu *parva*, ſive intercolumnaris; alia *mediocris* ſeu *magna textualis*, alia denique *maxima* ſeu *finalis magna* vocetur. Prima illa, quæ Hebr. textum & Chald. Paraphraſin in Bibliis Buxtorfianis diſtingvit, difficillima omnium eſt legentibus ob terminos technicos frequentiores, voces item utplurimum Chaldaicas, ac denique compendia ſcriptionum & ſymbolicas expreſſiones. Eam ex Judæis quidam ſingularibus ſcriptis illuſtrarunt, deinceps recenſendis; ex Chriſtianis vero *Jo. Buxtorfius* in Clavi Maſoræ, quæ cum Tiberiade ejus prodiit. Altera illa ſeu *magna textualis* ſupra & infra textum Hebræum, interdum etiam in margine conſpicitur, quæ vocem textus ipſam exhibet, monetque quoties occurrat, locis ipſis interdum ſubjectis, interdum vero in alium locum, vel ad Maſoram finalem, rejectis. Tertia denique ſeu *magna finalis* calcem Bibliorum Rabbinicorum occupat, alphabetico ordine diſpoſita, quæ ea inprimis ſupplet, quorum in textuali mentio fieri non potuit. Finalis hujus Maſoræ conditionem & rationes non aſſecutus eſt auctor recenſionis, quæ exſtat in Ephemeridibus Pariſ. an. 1707. menſe Majo, ubi ſcilicet eam de paucis illis notulis interpretatus eſt, quæ ſingulis libris Biblicis in Codice Hebræo ſubjiciuntur, recte ideo notatus a *Rich. Simone* in Biblioth. Critica Tomo III. p. 447.

XLII. Reſtat, ut ſummatim commemoremus, quid & Judæi & Chriſtiani in Maſora, ut reprehendendum vel laudandum invenerint. Ex Judæis Maſoræ tantum tribuunt quidam, ut eam סיג לתורה appellent in *Pirke Avoth* cap. I. n. 1. & cap. III. n. 3. quo præter Judæos Interpretes lege *G. H. Lehmannum* in notis ad verſionem libelli iſtius Germanicam. Similiter *Abraham ben Eſra* in יסוד מורא ita: אמת כי יש שכר מורא לפעולות בעלי המסורת שהם כשומרי חומות העיר כי בעבורם עמדה תורת ה׳ וספרי הקדש על מתכנתם בלי תוספת ומגרעת: i. e. *Certe merces magna debetur auctoribus Maſoreth, qui ſunt quaſi cuſtodes murorum civitatis: propter ipſos enim perſtat lex Domini & libri ſancti, in forma ſua absque ulla*

*ulla additione aut detractione.* Cum hoc pugnare videtur, quod *Muſcatus* in Commentar. ad lib. Coſri Serm. III. c. 31 ex Ephodæo affert, a quo dicatur Aben Eſra Maſorethas comparaſſe cum iis, qui numerent folia & paginas librorum medicorum, nec tamen ſanent ullum vulnus. Sed recte fortaſſe cum *Buxtorfio* in Tiberiade p. 203. dixeris, criminationem hanc Doctorem iſtum non tam ex ſuo quam aliorum judicio protuliſſe, niſi potius eum de illis obſervationibus Maſorethicis, quibus etiam carere poteramus, locutum credas. Sane & alias uſu venit Aben Eſræ, ut in hoc argumento ſententia ejus ab Interpretibus perverteretur. Hoc a *Jo. Morino* quoque factum eſſe oſtendit *Rich. Simon* in Hiſt. Critica V. T. lib. I. cap. 24. Alia Judæorum præclare de Maſoretharum ſtudio ſentientium v. c. R. *Joſeph Albo* in libro עקרים Orat. III. c. 22. R. *Elia Levita* in præfat. III. ad Maſoreth Hammaſoreth, R. *Jac. Chajim* in præfat. ad Biblia Rabbinica, in cumulum contulerunt *Buxtorfius* in Tiberiade Part. I. c. 20. *Jo. Morinus* Exercit. Bibl. XXI. cap. 1. pag. 552. & *Jo. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 137.-- 139. & p. 406.-- 409. His æquis & honorificis judiciis video a nonnullis opponi ſiniſtra quædam judicia aliorum Judæorum, ac ſpeciatim auctoris libri *Coſri* Part. III. ſect. 31. p. 199. edit. Buxtorf. ac ſi ita haberent judicantis verba: *Vides itaque, Maſoretharum opus vanum fuiſſe*, &c. At enimvero locum ipſum inſpicienti manifeſtum evadet, nihil ibi affirmative tradi, ſed quæſtionem proponi hoc ſenſu: *Num putas* (התראה) *hanc operam illorum* (quæ ſcilicet tum in punctis & accentibus apponendis, tum in obſervationibus Maſorethicis numerandisque literis collocata erat) *vanam & fruſtraneam fuiſſe, aut potius ſtudium circa rem neceſſariam*? Atque ad illam quæſtionem ſtatim reſpondetur cum affirmatione poſterioris, his omnino verbis: אבל השתדלות בדבר חובה עם שמירת התורה שלא יהיה דרך לשנותה עם החכמה המופלאה· כי נראה מקביעות הנקוד והטעמים סדר שלא יהיה אלא מחכמה נעזרת איננה מערך חכמתינו בשום פנים: i. e. *Imo videtur mihi occupatio fuiſſe circa rem utilem & neceſſariam, conjunctam cum cuſtodia legis, ne ulla ratione ea immutari poſſet, & ſapientia admirabili. Nam ex appoſitione illa punctorum & accentuum apparet & elucet ordo, qui non poteſt proficiſci niſi a Sapientia adjuta* (ſcilicet divinitus) *quæ longe alia ſit, quam ſapientia noſtra, nec ullo modo cum ea comparanda* &c. Nec ſane quisquam mihi ex Judæis veteribus occurrit, qui abjecte de Maſoretharum ſtudio ſentiret: quo etiam factum eſt, ut *Rich. Simon*, longe alia ſentiens, in Hiſt. Critica

V. T. lib. I. c. 24. p. 123. non ad ullum Judæorum ſuffragium provocarit, ſed tantum conſvetudinem eorum omnia ſua laudibus efferendi reprehenderit. Quinam itaque ſint multi illi ſapientes, quos *Ephodæus* in Muſcati commentario ad locum Cosri vidiſſe & audiviſſe ſe ait, tanquam qui traducant, deſpiciant & vituperent Maſorethas, non dixerim. Quæ autem hodie exſtant Judæorum ſiniſtra judicia de Maſora, ea non feriunt Maſoram, qualis olim fuit, cum temporum injuriam aut librariorum negligentiam nondum eſſet experta, multo minus ipſum ſtudium conſiliumque Maſoretharum, ſed Maſoram tangunt, qualis hodie eſt, paſſim ſcilicet negligenter habita, & curis ſanctioribus reſtituenda. Huc pertinent & *Eliæ Levitæ* & R. *Jacob ben Chajim*, quos de ipſo Maſoræ ſtudio alioquin magnifice ſentire diximus, judicia locis citatis legenda. Adde *Jo. Steph. Rittangelii* notas ad librum Jezira p. 34. Illi ſcilicet conqueruntur de exemplaribus a ſe conſultis, quibus olim meliora exſtitiſſe ipſi non diffitentur, cum cauſas quasdam afferant recentius invectas, quæ partim confuſioni, partim defectibus aliis occaſionem ſuppeditarint. Hinc nec video, qui *Morinus* p. 557. Exercitatt. Biblic. ſcribere poſſit, *omnes, qui Maſoræ guſtum habeant, teſtari, eam ſtatim a prima ſui publicatione depravatiſſime & mendoſiſſime eſſe ſcriptam.*

Ex Chriſtianis plerique omnes Judæorum veſtigia hac in parte ſecuti ſunt, & operam Maſoretharum magni fecerunt. Congeſſerunt eorum teſtimonia *Hottingerus* pag. 138. Theſauri Philolog. & B. *Pfeiferus* in Critica Sacra pag. 193. Unus ſit inſtar omnium *Bened. Arias Montanus* cujus hæc ſunt verba in præfat. ad Pentateuchum Bibliorum Regiorum: *In illo Theſauro, quem Maſoreth appellant, tanquam in ſacra & fideli quadam cuſtodia, ſumma diligentia & magno ſtudio conſtituta, antiquæ lectionis reliquiæ, monumenta, indicia, veſtigia, exemplaque omnia continentur, & ratio conferendæ veteris & novæ lectionis oſtenditur: ex quibus quidem ſimul collatis certa quædam via exſtat, ad cujus præſcriptam normam ſacra myſteria indicari poſſunt.* Eo adhuc illuſtrius eſt *Iſaaci Caſauboni* judicium, quod in epiſtola 390. ad Joh. Porthæſium data ita expromit: *Plane divina res eſt Hebræorum Critica, quam ipſi Maſoram vocant, quod tu non ignoras, qui, ut video, in hac palæſtra te exercuiſti.* Alii non quidem abjecte aut leviter, ſed tamen nec tam præclare de illa ſenſerunt, obſervationesque ejus non eodem omnes loco habendas prudenter cenſuerunt. Ex multis recitabo B. *Pfeiferi* ſententiam. *Facit ſane*, inquit is, p. 193. Criticæ Sac. *labor eorum* (Maſoretharum) *non parum ad Sacri Codicis integritatem ſartam*

*atque*

*atque tectam conſervandam*, *et licet Maſoretharum*, *præcipue poſteriorum*, *criſis quandoque fuerit curioſior*, *vel etiam ſuperſtitioſa*, *utilis tamen nobis per accidens fuerit eorum curioſitas & ſuperſtitio*, *adeoque Deus*, *qui Judæis* τὰ λόγια *ſua concrediderat*, *finem ſuum vel per ignaros & aliud agentes ſapientiſſime eſt conſecutus.* Ex recentiſſims Scriptoribus recte Rev. *Jo. Henr. Michaëlis* in præf. ad Biblia Hebræa pag. 20. *Jam vero cum per ea*, *quæ ſupra dicta ſunt*, *eruditis pateant non ejus* (Maſoræ) *tantum laudes*, *ſed vitia quoque*, *ſeu defectus: videndum utique prudenter eſt*, *ne quid nimis*, *ſive laudando ſive vituperando eam*, *fiat.* *Utrinque enim per extrema peccari ſolet*: *& qui medium hic tenet*, *tutiſſimus ibit*: Propterea nec deſunt inter eos, qui alioquin Maſoram non parvi pendunt, qui ſpeciatim defectuum quorundam nunc in ipſis Maſorethis, nunc in Codicibus eorumque deſcriptoribus, aliiſque, cauſas qværunt. Audiamus Buxtorfium in Tiberiade cap. 19. pagina 184. editionis anno 1665. curatæ. *Scribæ*, inquit, *infinitos errores in Maſoram introduxerunt*, *cohærentia divellendo*, *diverſa uniendo*, *nativa unius loci in alienum locum transplantando*, *detrahendo*, *addendo*, *ut Elias Levita id optime animadvertit*, *& nos nunc caſtigationibus noſtris manifeſte comprobamus.* Neque etiamnum conquerendi materiam deeſſe ex iis apparebit, quæ ſupra de fatis Maſoræ commentati ſumus. Hinc factum eſt, ut Rev. *Iohannes Henricus Michaëlis* in præf. ad Biblia Hebræa p. 18. illi ambiguitatem, confuſionem & contradictionem non ſolum exprobret, ſed etiam adductis exemplis demonſtret. *Errare* eam ex nota ad Geneſ. VIII. 11. evincit *Jac. Guſſetius* in Comment. Lingv. Hebr. pag. 305. *mutilam*, *mutatam & confuſam* vocat pag. 756. b. *Corruptam* eſſe intelliges ex ejusdem notis ad radicem כרה lit. L. & שמן lit. G. *interpolatam* vero tum a R. Jacobo b. Chajim, tum ab aliis, pag. 934. Idem inde p. 935. a. hæc conficit. *His expenſis*, *apparet*, *Maſoram & nominatim finalem*, *non eſſe idoneum principium argumentorum ſolidorum*: *fruſtra ergo ſunt qui ſe aliquid confidunt per eam certe demonſtrare.* *Adminiculum ea eſſe poteſt rerum jam aliter probatarum*, *idque eruditum magis quam firmum.* Ita & Cl. *Jo. Georg. Abichtius* in diſſert. de duobus verſibus Joſuæ c. XXI. reſtituendis obſervavit, Maſoræ hodiernæ addita quædam a Judæis eſſe ex commentario Raſchii, ſpeciatim ad 2. Reg. V. 20. ubi diſerte legitur in quibusdam Bibliorum editionibus: חסר א' כפ"רשי i. e. *deficit* א *ſecundum commentarium Raſchii.* Maſoram paſſim alieno loco indicare, quæ proprio neglexerat, inter cetera, ſupra jam adducta, monet Celeberr. *Jablonskii* in præfat. ad Biblia ſua Hebræa

§. 31. Addam his Celeb. *Læſcheri* judicium ex comment. ejus de Lingva Hebr. pag. 441. *Maſoræ differentia ex ejus confuſione orta eſt : cum enim Maſorethicæ obſervationes variis ætatibus & locis conſcriptæ, ac poſthinc ab imperitis hominibus in unum corpus compactæ ſint (ita tamen, ut non uno modo compages ita inſtitueretur,) fieri aliter non potuit, quam ut Maſora evaderet confuſionum pleniſſima. Harum aliquas Bombergius cum Iudæis ſuis, pleraque vero Buxtorfii ſuſtulere : reſtat tamen, in quo noſtræ etiam ætatis docti elaborent : nullumque eſt dubium, ſi ſphalmata emendentur, & hypotheſes Criticæ Orientalium, Hiſpanorum, Gallorum &c. rite diſtingvantur, quin Maſora in eum reſtitui ſtatum poſſit, ut intemerata illi impoſterum fides haberi queat.*

Nimis abjecte de Maſora alii ſentiunt, & quidem ex Pontificiis plurimi, ut *Genebrardus* præfat. commentar. in Pſalmos & in Comment. ipſo ad Pſ. LXXIIX. 47. ubi improbitatem illi tribuit, & alii apud *Hackſpanium* de Uſu librorum Rabbinicorum pag. 253. ſqq. His adde ex recentioribus *Rich. Simonem* in Hiſt. Critica V. T. lib. I. c. 24. & inprimis *Io. Morinum* in Exercitatt. Biblicis, Exerc. XXI. cap. II. p. 558. ubi affirmat, Maſorethis nunquam mentem fuiſſe ludicris ſuis obſervationibus, quæ innumeræ ſint, ſacrum textum a mendis & corruptelis purum conſervare, Maſoram item ſine Concordantiis plane eſſe inutilem, imo obſervationes ejus eſſe luſorias. Idem pag. 557. tradit, nihil fatuum magis & inſulſum, atque ab omni rationis ſcintilla alienum pronunciari potuiſſe, quam Judaicum illud effatum, Maſoram eſſe ſepem legi. Confer in eandem ſententiam *Claud. Capellanum* in Mari Rabbin. Infido pag. 55. Ex Reformatis *Ludov. Cappellus* aliis, ut idem pronunciarent, viam præivit, alios vero ſecutus eſt tum in Arcano Punctationis revelato lib. I. c. 17. tum in Critica Sacra lib. III. c. 15. tum in ejusdem Defenſione, cui ſe oppoſuit *Jo. Buxtorfius* filius. *Io. Clericus* in notis ad *Davidis Clerici* Quæſt. Sacras pag. 140. ridet Maſorethas, eosque confert cum Grammaticis, qui in Homero myſteria quædam præter rationem venati ſint. *Morinus* modo laudatus pag. 589. ceteris accuſationibus ſuis eam addit, quod nemo Chriſtianus dubitare poſſit, Maſorethas (quibus pro hypotheſi ſua punctationem Codicis Sacri tribuit) in locis ancipitibus ſemper aut ſaltem plerumque eam punctationem elegerint quæ religioni Chriſtianæ minus faveret. Minutam & inutilem diligentiam Maſorethis tribuit *Brianus Waltonus* in Apparatu ad Biblia Polyglotta, Prolegom. VIII. n. 15. ubi ſtatuit, magnam Maſoræ partem parum utilem eſſe, & uſui nulli inſervire, quo etiam refert numerationem vocum & literarum

Digitized by Google

rum &c. Malim ego in his & ſimilibus ſubſcribere benignæ interpretationi Cl. *Io. Andr. Danzii*, qui in diſſert. de Sinceritate Scripturæ Sacr. V. T. vacillante p. 85. ita: *Quid hi boni Viri perpetrarint mali, ut id propter mererentur de ponte dejici, prorſus non video. Nemo unquam honorifice de immenſo Virorum iſtorum labore, quem devorarunt, ſcripſit: quin approbem & adhuc augeam. Sint legis cuſtodes, & Maſora ab illis confecta ſepimentum legis, utut hinc inde nonnihil laceratum. Etiam ſepes quotannis reficienda, ne prorſus corruat.* Ipſe alioquin *Danzius* ſiniſtre de Maſorethis ſentit in eo ſcilicet negotio, quod ad Keri & Ketibh pertinet, qua de re paulo ante abunde commentati ſumus.

Dicta in ſummam collaturi, noſtramque eadem opera ſententiam expoſituri ſtatuimus, Maſoram qualis hodie eſt, non eſſe divinæ atque adeo nec infallibilis auctoritatis, ſed nævis laborare, qui vel ipſis Maſorethis (recentioribus ſcilicet illis: de iſtis enim, quæ ab Esdra ſociisve ejus profecta ſunt, ſermo non eſt) vel injuriæ temporum aut librariorum incuriæ tribuendi ſint: tales tamen hos non eſſe, ut de tota opera abjecte ſentire & ſiniſtre loqui fas ſit. Multo minus contemtus ejusmodi transferendus eſt ad Codicem Hebræum Veteris Teſtamenti, quem hodie habemus. Hoc vero Cappellus & alii ſententiarum ejus aſſeclæ facere conſveverunt, quando eum Maſorethicum appellant, & opponunt exemplaribus vel accuratioribus ſuo judicio, vel ope critica accurandis. Codex enim Hebræus non innititur ſola Maſoræ, quam habemus, auctoritate, licet ad eam, ubi ratio fert, interdum tanquam ad externum teſtimonium provocari poſſit & ſoleat; ſed ut cetera, de quibus cap. I. commentati ſumus, integritatis documenta taceam, præſtantiores codices manu exaratos ad partes ſuas vocare poteſt. Ex his puto interpretanda & mollienda eſſe ea, quæ Vir doctus inclementius & durius in Maſoretharum laborem dixit in Primitiis Tubingenſibus pag. 82. ſqq.

# CAPUT III.

*I. Catalogus Scriptorum Maſorethicorum ex Judæis. II. Catalogus Librariorum ſeu Scribarum & Punctatorum Iudaicorum. III. Deſignatio Scriptorum Chriſtianorum de Maſora. IV. Collectores Variantium Lectionum Hebr. V. Catalogus Lexicographorum Hebraic. ex Judæis. VI. Catalogus Lexicographorum Hebraic. ex Chriſtianis ubi & de Concordantiis. VII. Interpretes*

*Nominum Propriorum Biblicorum, ſubjunctis obſervationibus ad hoc ſtudium facientibus. VIII. Collectores Abbreviaturarum Hebr. cum Supplemento ad Buxtorfii de illis librum. IX. Index Inſtitutionum Rabbinicarum. X. Index eorum, qui de Dialecto Hebraeo-Germanica expoſuerunt. XI. Catalogus Grammaticorum Hebr. ex Judaeis. XII. Catalogus Grammaticorum Hebr. ex Chriſtianis. XIII. Obſervationes variae ad rem Hebraeorum Grammaticam pertinentes.*

# I. Scriptores Maſorethici Judæi & Chriſtiani ordine Alphabetico recenſiti.

ANtiquiſſimus inter illos eſt *Anonymus* auctor מַסֶּכֶת סוֹפְרִים i. e. *tractatus Scribarum*, qui Talmudico corpori jungi hodie ſolet, & de quo in recenſione Talmudis fuſius dicemus. Legatur interim *Io. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 447. ubi librum hunc judicat velut alteram eſſe Maſoram, ex profeſſo librorum ſacrorum Scribas inſtruentem de omnibus, quæ ad iſtam ſcriptionem requiruntur, de literis vario modo ſcriptis, magnis, parvis, ſuſpenſis &c. Conferatur idem pag. 593. & *Campeg. Vitringa* lib. III. Obſervatt. Sacr. pag. 280.

Anonymi שֶׁמֶן הַמּוֹר *oleum myrrhæ* tanquam librum Maſorethicum laudat Schabtai in שפתי ישנים p. 78.

Anonymi אָכְלָה וְאָכְלָה de quo inter Anonymos ſuo loco.

*Anonymi* שַׁעַר נְגִינוֹת *porta Accentuum*, de quo libro inter Scriptores Anonymos ſuo loco.

*Anonymi* מחזותא quem ut librum Maſorethicum poſt Eliam Levitam laudat R. Schabtai in ש״י p. 85.

*Anonymi* Obſervationes Maſorethicæ MSS. in 8. Vide Bibliothec. Uffenbachian. Part. I. pag. 380. ſqq.

R. *David* b. *Ioſ. Kimchi* עֵט סוֹפֵר *ſtylus Scribæ* i. e. commentarius Maſorethicus non exſtans, ſed ab Elia Levita in Tabulis fractis, & Menachem de Lonzano in *Or Tora* laudatus.

*Elias Levita*, Germanus in מְסוֹרֶת הַמְּסוֹרֶת i. e. *Maſora* ſeu *traditio Maſoræ* cum triplici præfatione Venet. 306. C. 1546. 8. Vide quæ diximus Parte I. p. 156. n. 4. & 8. & quæ in Supplementis adducentur.

R. *Iacob*

R. *Iacob ben Chajim*, cujus ſtudio primum Maſora, qualis nunc eſt in Bibliis Rabbinicis Venetis 1526. prodiit, deinde ſæpius recuſa, & Buxtorfii induſtria in Baſileenſi edit. 1619. multis in locis correcta. Præfatio ejusdem perſpicue admodum & cum judicio de toto argumento hoc commentatur.

R. *Iacob ben Iſaac* פירוש המסורת expoſitio Maſoræ *Lublini* 376. C. 1616. & 405. C. 1645. auctius per filium; tum Amſtelod. 410. C. 1650. 4. & ibid. 463. C. 1703. 8. ac denique Halis Saxon. 1711. 4. Vide Partem I. n. 1055. Continuavit is ea, quæ ingreſſus erat Elias Levita in שברי לוחות & explicat notas Maſorethicas in Pentateucho obvias.

*Iedidja*, cognomine *Gottlieb*, *fil. Abrahami* in שיר ידידות ſive commentario in Maſoram alphabetico, Cracov. 404. C. 1644. 4. Vide Biblioth. Hebr. Part. I. n. 674. Confer paulo poſt Jndicem Scribarum & Punctatorum.

R. *Iehuda Bachur ben Senalki* commentarium in Maſoram ſeu abbreviaturas Maſorethicas Prag. 370. C. 1610. 4. editas non niſi a Cl. Jac. Le Long Parte II. Biblioth. Sacr. p. 417. laudatas inveni.

*Iekuthiel fil. Iehuda*, cujus eſt עין הקורא *fons invocantis*: Lege Part. I. Biblioth. Hebr. n. 1286. Exſtat MS. in Bibl. Oppenheimeri, ubi in titulo dicitur: על התורה על המסורה ועל המגלות

R. *Ioſeph ben Schmuel ben* רייו (*Rei*) ספר מסורת *liber Maſoræ*, quo exemplis 35. oſtendit, nullam vocem aut phraſin, remve ullam in Scriptura occurrere, aut repeti fruſtra, ſed certo conſilio afferri Venet. 367. C. 1607. 4.

R. *Ioſeph fil. Schneior*, *Haccohen*, מנחת הכהן *munus Sacerdotis*, tractatus Maſorethicus ad Pentateuchum tantum relatus, quo ſecundum ſeriem literarum oſtenditur, quæ voces plene vel defective ſcribendæ ſint, quomodo item habeat Keri & Kethib, quod ipſum deinceps ſecundum ordinem Paraſcharum ediſſeritur. Prodiit Korigismi prope CPolin 358. C. 1598. 4.

R. *Ioſeph. Saſon*, שמן ששון, *oleum lætitiæ*, liber Maſoreth. MS. quem R. *Menachem Lonſano* in limine libri אור תורה & ſæpe alias allegat, eoque frequenter ſe uſum profitetur. MS. habet Oppenheimerus.

*Laſe*

Digitized by Google

*Laſe ben Nachum* קִצּוּר נַחֲלַת אָבוֹת i. e. compendium libri *Nachalath Avoth* a R. *Iac. b. Aaron Benjamin* ſcripti, de quo Part. I. n. 1014. Hanov. 478. C. 1718. 8. Ibi ſimul exhibetur compendium libri אור תורה item pars Maſoræ parvæ.

R. *Levi Hiſpanus*, cujus eſt liber מַפְתֵּחַ i. e. *clavis*, quem inter Maſorethicos numerat *Elias Levita* in שברי לוחות & Schabtai in ש״י. Vide Partem I. Biblioth. Hebr. p. 731.

R. *Meir*, (ſive מאירי quem R. Menachem appellat,) cujus קִרְיַת סֵפֶר i. e. *urbs libri*, tanquam librum Criticum ſæpe allegat *Menachem de Lonſano*, tum in limine tum in calce libri אור תורה. Ex locis quibusdam, quos affert ille, v. c. p. 16. b. ſuſpiceris, librum vel totum vel ex parte Chaldaice ſcriptum fuiſſe.

R. *Meir f. Abraham Angela* מָסוֹרֶת חֲבְרִית *Maſora*, *ſeu traditio fœderis*; *Cracov.* 379. C. 1629. fol. minori, & מָסוֹרֶת הַבְּרִית הַגָּדוֹל *Maſora* ſive *traditio fœderis magna*, *Mantua* 382. C. 1622. fol. Utroque obſervationes Maſorethicæ continentur: Vide Part. I. n. 1370.

R. *Meir fil. Baruch* טַעֲמֵי הַמָּסוֹרֶת *Rationes Maſoræ* memorantur a Bartoloccio Tomo IV. Bibl. Rabbin. p. 16. tanquam MSS. in Biblioth. Vatic. n. 183. & 344.

R. *Meir f. Todros*, Levita, סְיָג לְתּוֹרָה *Sepes Legis*; liber Maſorethicus; teſte Schabtai: vide Partem I. Biblioth. noſtræ pag. 749. Eo ſæpe utitur R. *Menachem de Lonſano* in אור תורה, qui eum vocat הרמ״ה. Nonnunquam etiam ab illo diſcedit, v. c. pag. 19. b. Idem pag. 17. a. queritur, exemplar ſuum eſſe mutilum.

R. *Menachem de Lonſano* אוֹר תּוֹרָה *lux Legis*, de quo Parte I. pag. 766. abunde diximus. Ad conditionem libelli eximii rectius perſpiciendam, juvat huc referre ea, quæ auctor in calce commemoravit. Ea ſic habent Latine: *Notum tibi ſit, Lector intelligens, has animadverſiones prodeſſe omnibus, ſed tamen non perfecte, niſi illis, qui habent Biblia magna editionis II. Bombergiana, aut Biblia parva editionis Bomberg. an. 304.* (i. e. C. 1544.) *has enim duas* (editiones) *perquiſivi & contuli, quoad ſingulas literas, earumque puncta & accentus, rationemque habui omnium defectivarum & plenarum* (vocum), *item apertarum & clauſarum* (ſectionum); *ſed reliquas editiones non vidi, in quibus forte alia errata occurrunt. Ubi-*

*cunque*

*cunque inveneris* ס"ס *intellige* ספרי ספרד (Codices Hiſpanos) *qui ſunt correcti & fide digni, quibus inniti fas eſt, & quos tanquam teſtes idoneos advocavi. R. Abrah. ben Dior in obſervationibus ſuis ad librum Maimonidæ in fine capitis I. Codicis Berachoth ita ſcribit:* Siquidem in hoc argumento difficultatis aliquid inveneris, ab eo abſtrahendum eſt, quia exemplar eſt Hiſpanicum. *Sic & R. Moſes Nachmanides in libro, quem* Bella *inſcripſit in fine capitis, quod incipit* הרואה, *ſcribit: Sed libri Hiſpanici fide digniores ſunt, quam noſtri. Collegi autem has obſervationes, ex decem & amplius exemplaribus MSS. quorum unumquodque non infra pretium centum aureorum* (זהובים) *ſcriptum eſt, & ex illis ſunt quædam 500. aut 400. annorum. Uſus etiam ſum variis exemplaribus Maſoræ MSS. & præterea libro* מסורת סיג לתורה, *qui eſt* הר"מה & קרית ספר, *quem ſcripſit* המאירי & עט סופר *R. David Kimchi, & libro* שמן ששון *aliiſque.* Compendium hujus libri exſtare paulo ante monui ſub *Laſe ben Nachum.* Eum totum transtulit Buxtorfius: hunc enim puto eſſe magnum Theologum, de quo *Hottingerus* pag. 158. Bibliothecarii Quadripart. Variantes Lectiones, quas Menachem noſter obſervavit, diligenter annotavit Rev. *Jo. Henr. Michaëlis* in nupera editione Bibl. Hebr. Halenſi.

R. *Menachem ben Moſche Rabba* נְתִיבוֹת עוֹלָם *ſemitæ ſæculi,* ubi ſecundum ordinem totius Codicis Sacri rationes redduntur τῶ Keri & Ketibh. Vide Part. I. p. 769.

R. *Moſche Chaſan*, vel *Nakdan:* vide paulo poſt in Indice Scribarum & Punctatorum Judaicorum.

Retulit huc Cl. *le Long* Parte II. Biblioth. Sacr. p. 416. R. *Meir Bombanaſe* אות אמת & R. *Simeon ben Iſaac* מָסוֹרֶת הַמִּקְרָא. Sed neutrum librum ad hunc locum pertinere patebit ex iis, quæ Part. I. ſuis locis de utroque annotata ſunt.

## II. Catalogus Scribarum ſeu סוֹפְרִים, & Punctatorum ſeu נַקְדָנִים Judaicorum.

Cum ad Criticos Hebræorum ſuo quodam modo pertineant *Librarii* ſeu *Scribæ & Punctatores*, eorum vero notitia ad æſtimandos Codices Biblicos manu exaratos & Criticam Sacram provehendam permultum faciat; operæ pretium puto, eorum nomina ſecundum literarum ſeriem,

annotata ſingulorum, ubi fieri poteſt, ætate recenſere. Ante vero, quam hoc faciam, obſervandum fuerit, diſtincta eſſe apud Judæos *Scribarum* & *Punctatorum* nomina ac officia. Illi סופרים hi נַקְדָנִים appellantur. Illi in Codicibus Sacris quoad literas ſine vocalibus exarandis occupantur; hi Codices ſcriptos poſtliminio vocalibus inſtruunt. Nec uno exemplo conſtat, codices aliquot annis, imo ſæculis poſt punctatoris curam expertos, qui antea, quod ad conſonas, librarii ſeu Scribæ manus evaſerant. Hinc & fit, ut punctator Scribæ auctoritatem & exemplum nonnunquam deſerat, & ab eo neglecta vel perperam poſita ſuppleat aut emendet. Diverſitatem hanc paſſim manifeſtam facit tum color tum habitus literarum, qui in textu ac punctis alius atque alius eſt. Lege, quæ hanc in rem monuit Celeberr. *Dan. Erneſtus Jablonsky* in præf. ad Biblia Hebr. Berolinenſia §. 38. Interdum tamen unus idemque utrumque, Scribæ ſcilicet & punctatoris officium, ſuſtinuit. Ita Rabbenu *Gerſom*, ceu animadvertit laudatus *Jablonskius* in Maſora ad Levit. IV. 35. *Pentateuchum ſcripſiſſe & punctaſſe* dicitur, ſicut *Elias nepos Barachjæ*, qui Pentateuchum in Bibliotheca Regia Berolinenſi exſtantem deſcripſit, in ipſa libri inſcriptione ſe vocat סופר והנקדן *Scribam & Punctatorem*. Quæ cauſa eſt, cur utrorumque nomina promiſcue in hunc Indicem conferenda eſſe crediderim, prout vel in editis vel in MSS. Codicibus Biblicis æque ac aliis occurrunt, ut procedente tempore plenior Judaicorum librariorum cognitio comparari poſſit:

*Abraham fil. Moſche*, Scriba Sæculi XVI. Vide Biblioth. Uffenbachian. Part. I. p. 226.

*Baruch fil. R. Serach*, Scriba, an. 5103. C. 1343. Vide ſupra Recenſionem Codd. Biblic. MSS. Lib. II. Sect. III. pag. 299. & Cl. *Michaelis* diſſ. de Codd. Bibl. MSS. p. 4. & 8.

*Berachja*, Punctator, floruit Sæc. XIV. Vide Bibliothec. Hebr. Part. I. n. 435.

R. *Brodmarckius* quidam Codicem Biblicum Erfurtenſem, quo Rev. Michaelis ad editionem Bibl. Halenſ. uſus eſt, notis criticis marginalibus inſtruxit, quas tum ex aliis libris tum inprimis ex עין הקורא collegit. Vide laudati Michaelis præfat. ad Bibl. Hebr. Halenſ. p. 6. & diſſ. de Codd. Biblic. MSS. §. 19.

*Chajim fil. Iſrael*, Scriba Sæculi XIII. Vide ſupra Recenſionem Codd. MSS. Biblic. Lib. II. Sect. III. p. 296. ubi de Codice Biblioth. Regiæ Pariſ.

*Chajim*

*Chajim fil. Saul*, Scriba, A. C. 1404. Vide Recenſionem MSS. Biblic. ſupra Lib. II. Sect. III. p. 300. ubi de Codice Biblioth. Colbert.

*Chiskija fil. David Daſchlenſch*, Scriba, ſiniſtra in ſcribendo manu utens; qua exaravit Tractatum Jore Dea in Bibliotheca Uffenbachiana obvium. Vixit A. C. 1430. Vide Bibliothec. Uffenbachian. Part. I. pag. 96.

*Elias fil. Ieſchua fil. Chalpon*, A. C. 1450. cujus ſtudio exaratus eſt Pentateuchus Hebr. de quo ſupra in Recenſione MSS. Biblic. Sect. III. inter Codd. Pocock.

*Elias nepos Berachja* punctatoris, Scriba & punctator circa finem Sæculi XV. Vide Biblioth. Part. I. p. 167.

*Goliath fil. Gog Magog*, Scriba incertæ hactenus ætatis, cujus manui debetur Codex Hebr. Prophetarum Erfurtenſis, de quo ſupra in Recenſione Codd. MSS. Biblic. Lib. II. Sect. III. p. 318. Conf. Cl. Michaelis Diſſert. de Codd. Biblic. MSS. p. 12.

*Jacob Nakdan*, i. e. Punctator, per compendium רי״ן, laudatus ab Elia Levita in שברי לוחות. Confer Part. I. n. 1084.

*Jechiel fil. Schallum*, Scriba, qui deſcripſit comment. in Proverb. & Jobum: floruit ſæculo XVI. Vid. Biblioth. Uffenbach. Part. I. p. 333.

*Jedidja*, cognomine *Gottlieb*, *fil. Chananel*, ſcriba & punctator, cui debetur Pentateuchus quidam MS. Cl. Uffenbachii. Floruit A. C. 1420. Vide Bibliothec. Uffenbach. Part. I. p. 3.

*Jehuda fil. Jechiel Michal*, Scriba recens hujus ſæculi. Vide Biblioth. Uffenbachian. Part. I. p. 226.

*Jehuda fil. Nechemja*, qui deſcripſit librum סמ״ק A. C. 1469. Vide Biblioth. Uffenbach. Part. I. p. 249.

*Jehuda fil. Salomonis*, qui Biblia Hebræa per Reuchlinum Bibliothecæ Phorcenſi quondam donata, deſcripſit, incertæ ætatis. Vide ſupra Recenſionem Codd. MSS. Lib. II. Sect. III. p. 295.

*Jekuthiel fil. Jehuda*, qui alias dicitur זלמן הנקדן, i. e. *Salman punctator*, per compendium ſcriptionis יהב״י. Vide, quæ ſcripta ſunt Part. I. n. 1286. & adde Rev. *Io. Henr. Michaelis* Diſſertat. de Codd. Biblicis MSS. p. 35. ac præf. ad Biblia Hebræa Halenſia p. 6.

*Joſeph ben Chiskija*, Scriba & punctator, deſcripſit Codicem *Selichoth* A. M. 5098. C. 1338. Vid. Biblioth. Uffenbach. Part. I. p. 90.

Quidam Bar Joſeph, Scriba, A. C. 1295. memoratur ſupra p. 297.

*Joſeph Levita*, Scriba, vixit initio ſæculi XVII. Vide Part. I. Biblioth. Hebr. n. 918.

R. *Joſeph Nakdan*, i. e. *punctator*, allegatur a R. Menachem de Lonſano in libello אור תורה pag. 13. b. ubi dicitur feciſſe תקון ספר תורה & quidem ex Maimonide. Is tamen eo in loco illum refutat. Vide etiam Cl. J. H. Michaelis Diſſ. de Codd. MSS. Biblico-Hebr. p. 35.

*Ioſeph* לבלר i. e. Librarius ſeu Scriba, cujus eſt codex Biblicus membranaceus Biblioth. Magdaleneæ Vratislavienſis, in uſum Menachem ben David ſcriptus; de quo ſupra in Recenſione MSS. Biblicorum Lib. II. Sect. III. p. 321. inter Codd. Vratislav.

*Ioſeph fil. Kalonymi*, punctator, qui operam præſtitit Codici Biblico Vratislav. de quo ſupra in Recenſione Codd. Bibl. MSS. Lib. II. Sect. III. p. 300. Vixit forte ſæculo XIII. medio.

*Ioſua ben Iacob*, Scriba Sæculi XII. qui commentarium R. Menachem ben Schimon in Jeremiam & Exechielem ex Aben Eſræ autographo deſcripſit. Vide Part. I. n. 1461.

*Iſaac fil. Abraham*, Scriba, qui librum precum exaravit anno æræ minoris Judaicæ 219. C. 1459. Vide Biblioth. Uffenbach. Part. I. p. 249.

R. *Iſaac ben Iacob*, Scriba, cujus ſunt Biblia Hebraica Bononienſia an. 953. C. 1193. exarata: vide ſupra Recenſionem Codd. MSS. Biblicorum Lib. II. Sect. III. p. 295.

*Iſaac f. Menachem*, Levita, Scriba, floruit anno æræ Judaicæ 5224. C. 1464. Vid. Biblioth. Uffenbach. Part. I. pag. 235. Non dubito, hunc eſſe illum Iſaac fil. Menachem Hannakdan, qui exaravit Pentateuchum Hebr. Florentiæ in Bibl. S. Marci obvium; de quo ſupra in Recenſione Codd. Bibl. MSS. Lib. II. Sect. III. p. 308. Ibi annus ſcriptionis in A. M. 4051. C. 291. falſo refertur, quod ex hoc computo emendari poteſt.

*Iſrael Cohen*, qui librum quendam R. Menachem Aſariæ deſcripſit: vide Biblioth. Uffenbach. Part. I. p. 103.

*Meir Spiran* vel *de Spira*, per compendium ſcriptionis מ״ש laudatur, tanquam qui Pentateuchum accurate recognoverit, ab Elia Levita in שברי לוחות & R. Schabtai in ש״י p. 85. a.

*Meſchallem* vel potius *Meſchullam ben Ioſeph*, Scriba A. M. 4998. C. 1238. Vide ſupra Recenſionem Codd. Biblic. MSS. Lib. II. Sect. III. p. 296. ubi de Codice Biblioth. Vratislav.

R. *Moſche*

R. *Moſche Chaſan*, ab Elia Levita in שברי לוחות & Schabtai in ש״י p. 85. a. laudatus. Confer Part. I. Biblioth. Hebr. p. 822. & Rev. Michaelis præfat. ad Biblia Hebr. p. 6.

*Moſche f. Iſaac*, Ulmenſis, Scriba ſæculi XVI. medii: vide Part. I. Biblioth. Uffenbach. p. 120.

*Moſche Cohen f. Moſis Cohen*, Scriba A. M. 4967. C. 1208. de quo ſupra in Recenſione Codd. Biblic. MSS. Lib. II. Sect. III. p. 317. ubi de Volumine Prophetarum in Biblioth. Oratorii Pariſ.

*Moſche ben David Kimchi*, Scriba Sæculi XIV. inclinantis: vide Bibl. Hebr. Part. I. n. 1646.

*Moſche Kaſis*: vide Part. I. n. 1643.

*Salman Hannakdan*: vid. *Iekuthiel f. Iehuda*.

*Salomo f. Schnior Ephraim*, Scriba aut punctator Sæculi forte XIV. ceu patet ex Codice Biblico Erfurtenſi, de quo ſupra in Recenſione MSS. Biblic. Lib. II. Sect. III. p. 307.

*Salom. f. Ioſeph. Gabli*, Scriba & Punctator, A. C. 1474. Pentateuchi Hebr. de quo ſupra in Recenſione Codd. Bibl. MSS. Lib. II. Sect. III. p. 301. ubi de Codice Bashuyſeniano.

*Salomo f. Chasdai* A. C. 1397. Vide ſupra Recenſionem MSS. Biblic. Lib. II. Sect. III. ubi de MS. Biblico Florentino p. 308. Adde Biblioth. Hebr. Part. I. n. 1977.

*Salomo f. Nerja* A. C. 1303. quo deſcripſit Pentateuchum Hebr. in Biblioth. Senatus Regiomont. obvium. Vide ſupra Recenſionem Codd. Biblicorum MSS. p. 298.

*Salom. f. Raphael*, Scriba an. 5059. C. 1299. Vide ſupra Recenſionem Codd. Bibl. MSS. p. 297.

*Schemuel f. Abraham*, Scriba A. C. 1399. Vide ſupra Recenſionem Codd. MSS. p. 300. ubi de Bibliis Hebr. Cerveræ in Catalonia ſcriptis.

*Schemuel f. Chajim*, Scriba ſæculi XVI. medii: vide Biblioth. Uffenbach. Part. I. p. 133.

*Schimſchon Hannakdan*, cujus cura Codex Biblicus Erfurtenſis punctatus eſt, anno æræ Judaicæ 103. i. e. C. 1343. Vide Part. I. Biblioth. Hebr. p. 1152. & ſupra pag. 299. & Rev. *Io. Henr. Michaelis* in Diſſert. de Codd. Hebr. Bibl. MSS. p. 10.

*Strach f. Iuda*, Scriba A. M. 4866. C. 1106. Deſcripſit is Codicem Biblicum Reuchlinianum, de quo ſupra lib. II. Sect. III. p. 294.

*Sundal f. Hillel Gerſon*, Scriba aut punctator, A. C. 1455. quod patet ex Codice

dice Biblico Biblioth. Reg. Berolin. de quo ſupra in Recenſione Codd. MSS. p. 300.

*Zevi Hirſch f. R. Aaron Schemuel*, Scriba ſæculi XVII. inclinantis; vid. Bibliothecæ Uffenbachianæ Part. I, p. 102.

## III. Scriptores de Maſora Chriſtiani, qui nunc fuſius, nunc brevius hac opera ſunt perfuncti.

*Sixtinus ab Amama* in ſingulari diſſ. de Keri & Chetib libro III. Antibarbari Biblici pag. 462. ſqq. Eadem antea comparuerat in Coronide ad Grammat. Martinio-Buxtorfianam, Amſtelod. 1635.

*Io. Georg. Abichtius* in Diſſert. de duobus verſibus Joſuæ c. 21. reſtituendis, Lipſ. 1714. 4.

*Iac. Basnage* in Hiſtoria Judæorum lib. III. c. IX. p. 241. ſqq.

*Io. Franciſcus Buddeus* in Hiſtor. Eccleſ. V. T. Parte II. p. 1028. ſqq.

*Io. Buxtorfius* uterque: *Pater* quidem in Tiberiade, ſive Commentario Maſorethico; quo primum explicatur, quid Maſora ſit: tum hiſtoria Maſoretharum ex Hebræorum Annalibus excutitur. Secundo Clavis Maſoræ traditur, ubi de vocibus ſingulis & conjunctis, communibus ac propriis &c. denique Analytica Maſoræ explicatio in caput I. Geneſeos proponitur. Baſil. 1620. fol. ut cum Bibliis Rabbinicis conjungi poſſit, & 4. iterumque filii cura recognitus & paſſim locupletatus, ac per nepotem editus ibid. 1665. utraque forma, ubi inprimis menda Maſoræ caſtigantur. Hunc ex Chriſtianis primum Maſorethicum artificium intellexiſſe & Latinis hominibus viam, qua illud intelligere poſſent, aperuiſſe judicat *Morinus* p. 557. Exercitatt. Biblic. Confer *Brian. Waltonum* in Appar. ad Biblia Polyglot. pag. 276. b. edit. Tigur. *Rich. Simonem* in Hiſt. Crit. lib. I. c. 24. p. 121. ed. Lat. & *Jac. Guſſetum* in Comment. Lingv. Hebr. pag. 934. *Filius* induſtriam ſuam huc contulit tum in repetita illa editione tum in Anti-Critica paſſim, inprimis Parte II. c. IV. Atque ibi quidem eum de Maſora accuratius loqui, quam Lud. Cappellum, agnoſcit Rich. Simon in Reſponſ. ad epiſt. Spanhemii p. 119.

*Abrah. Calovius* in Critico Sacro.

*Claudius Cappellanus* in Mari Rabbinico infido, Pariſ. 1667. 12. recuſ. in Opuſc. Hiſtor. & Philolog. Faſcic. X.

*Ludov.*

*Ludov. Cappellus* in Arcano Punctationis Revelato, & Critica Sacra, inprimis lib. III.

*Jo. Bened. Carpzovius* in Collegio Biblico Rabbin. ad lib. Ruth Diſſert. III. p. 30. ſqq. item in Introduct. ad Theolog. Judaic. p. 77. ſqq.

*Jo. Andreas Danzius* in limine Literatoris Hebræi, tum vero in diſſert. duplici, altera de *Sinceritate Scripturæ Sacræ V. T. vacillante*, Jen. 1714. 4. altera *de eadem eluctante*, ibid. 1717. 4.

*Salom. Glaſſius* in Philologia Sacra p. 5. ſqq.

*Jac. Guſſetius* in Commentar. Lingvæ Hebr. paſſim, inprimis vero p. 934.

*Theodoric. Hackſpanius* in commentat. de Uſu librorum Rabbinic. quæ Lipmanni Nizzachon ſubjuncta eſt, p. 297. ſqq.

*Jo. Heimreich* Gradus atque aditus ad præclara Maſoræ Judæorum opera, Coburgi 1717. 4. ubi notæ Maſorethicæ, ad Obadiæ Prophetiam pertinentes, ordine explicantur.

*Matth. Hillerus* in libb. 2. de Arcano Keri & Ketibh, Tubing. 1692. 8.

*Io. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 396. ſqq.

*Daniel Erneſtus Iablonsky* in præfat. ad Biblia Hebræa Berolinenſia §. 31. ſqq.

*Henr. Kippingius* in Exercitatt. de Scriptura Sacra num. LII.

*Io. Leusdenius* in Philolog. Hebr. Diſſert. XXII. -- XXV. & in Diſſert. præliminari III. ad Jonam.

*Valent. Erneſtus Læſcherus* in Commentar. de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 91. ſqq.

*Io. Müllerus* in Judaiſmo detecto Proleg. VII.

*Io. Henr. Michaelis* in præfat. ad Bibl. Hebr. Halenſia cap. III. tum vero in Diſſert. de Codicibus Biblicis MSS. Hal. 1706. 4.

*Bened. Arias Montanus*: vide paulo poſt Indicem Collectorum Variant. Lection. Hebr.

*Io. Morinus* in Exercitationibus Biblicis, Exercitat. XII. & ſqq. item Exerc. II. in Pentat. Samaritan. c. 7. Ea, quæ Morinus de hoc argumento tradidit, a Judæo Polono eum accepiſſe ex Hardii ore refert *Simon* in epiſt. ſelectis Amſtelod. 1700. ed. p. 67.

*Steph. Morinus* in Exercitatt. de Lingva primæva ejusque Appendicibus.

*Aug. Pfeiferus* in Diſſertat. Philolog. de Maſora, Wittenberg. 1670. habita, & in Theologia Judaica ac Muhamedana, (quæ Tomo II. Operum ejus Critic. exſtat) recuſa. Compendium illius habes in ejusdem Critica Sacra cap. VI.

*Chriſtoph. Matthæus Pfaffius* in Primitiis Tubingenſibus p. 69. 73. ſq. & in Inſtitutionibus Theologicis pag. 56. ſq.

*Iſaac*

*Iſaac Pihlmanni* diſp. de Maſora, Aboæ 1700. 7 plagulis.
*Io. Reinhardi* Diſſertt. II. de notis marginalibus S. Codicis Ebræi Maſorethicis, illis ſcilicet, quibus Pentateuchus inſtructus eſt. Witteberg. 1674. 4.
*Wilh. Schickard* in Bechinat Happeruſchim p. 55. ſqq.
*Andr. Sennertus* in Heptade II. Exercitatt. Philologic. Exercitat. II. p. 109.
*Rich. Simon* in Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. XXIV. -- XXVI. item in Diſquiſitionibus Biblicis cap. IV.
*Io. Terentius* in Triade altera Meditat. Philolog. p. 108. ſq.
*Campeg. Vitringa* lib. III. Obſervationum Sacrarum cap. 14. ſqq. p. 207.
*Brianus Waltonus* in Prolegomenis Biblicis num. VIII.
*Guſtavus Georg. Zeltner* in Diſſert. de Mari Maſorethico infido, Altorf.

## IV. Collectores Variantium Lectionum Hebræarum Chriſtiani.

*Sixtinus ab Amama* in Antibarbaro Biblico varia huc pertinentia affert, quando diſſenſum demonſtrat, qui inter Hebræum contextum, & Vulgatum, aliosque Interpretes intercedit.

*Io. Buxtorfius* filius, teſte Waltono in Apparatu ad Biblia Polyglotta, Prolegom. VIII §. 22. p. 50. *integrum librum magno ſtudio compoſuit, in quo non tantum ex libris omnibus impreſſis, ſed & ex MSS. plurimis variantes omnes Lectiones collegit, & in corpus digeſſit, judiciumque ſuum de ſingulis adjecit: opus hactenus a nullo Chriſtiano tentatum; cujus titulum auctor nuper communicavit, ipſumque librum ſe brevi editurum promiſit.* Conf. *Io. Buxtorfii* abnepotis Catalecta Theologico-Philolog. pag. 448. ubi Brianus Waltonus in epiſtola ad Buxtorfium data eandem collectionem commemorat.

*Lud. Cappellus* in toto Criticæ Sacræ opere hoc potiſſimum agit, tum vero in calce ejusdem, ubi habetur Index locorum V. T. in quibus occurrit varia aliqua lectio.

*Felix Pratenſis*, Ex-Judæus, primus Variantes Lectiones *inter Iudæos Orientales & Occidentales* in editione Bibliorum Rabbinicorum Bombergiana, Venetiis 1518. curata exhibuit. Easdem exhibet *Io. Druſius* in libro de recta lectione lingvæ Hebr. annotatis cujusque libri capitibus & verſibus, ubi inveniantur. Vide & *Lud. Cappellum* in Critica Sacra p. 8. & 187. Atque is quidem parum Collectoris induſtriæ tribuit p. 188.

Digitized by Google

p. 188. affirmans, *auctorem, quisquis ſit, multis in locis peſſime retuliſſe Occidentalium lectionem, ſi ea æſtimetur ex hodiernis Occidentalibus Codicibus*, unde & conjecturam facit, de Orientalibus non aliter nec mitius eſſe ſentiendum. *Waltono* Prolegom. VIII. ad Apparatum Bibl. §. 27. videntur lectiones eſſe antiquæ, & punctorum vocalium inventionem præceſſiſſe, ut Elias quoque præfat. III. in librum Maſoreth Hammaſoreth affirmarit, cum omnes ſint circa literas & voces nullæ circa puncta & accentus. Numerantur in univerſum 210.

Cum his Lectionibus confuderunt nonnulli eas, quæ alias Lectiones *ben Aſcher* & *ben Naphthali* vocantur. Eas recenſet *Ludov. Cappellus* l. c. p. 195. ſqq. Confer, quæ de iisdem Parte I. Biblioth. Hebr. p. 126. ſq. commentati ſumus. *Waltonus* Prolegom. VIII. §. 27. *differentia*, inquit, *inter illas lectiones non eſt circa literas & voces, ſed de punctis quibusdam, maxime vero de Accentibus.* Idem putat, lectiones iſtas Grammaticales tantum rixas fuiſſe, nulliusque momenti, cum ſenſus idem ſit in utraque lectione, & cum circa puncta & accentus verſentur. Illarum numerus eſt 864.

*Io. Maldonatus* in Matth. XIII. 15. allegat librum ſuum Hebraicarum Lectionum, in quo expenderit varias lectiones textus Hebraici iis in locis, in quibus non convenerit cum τοῖς LXX.

*Bened. Arias Montanus*, cujus ſunt Variæ Lectiones textus Hebr. cum præf. de varia in libris Hebraicis lectione, ac de Maſoreth ratione atque uſu. Exſtat opus in Apparatu ad Biblia Polygl. Antwerp.

*Steph. Morinus* in Exercitatt. de Lingva primæva Parte II. cap. VII. p. 199.--236. exhibet diſcrepantias Samaritani Codicis ab Hebræo & cap. VIII. diſcrepantias verſionum Græco-Chald. & Vulg. Idem Parte III. c. 7. colligit varietates in vocalibus Samarit. & Hebr. codicis &c.

*Thom. Pierce*: vid. *Waltonus*.

*Scipio Sgambatus*, ex S. J. molitus eſt Emendationes Hebraicas, magnum opus, cujus cauſa Romam venerat, ut Pontificem conſuleret, teſte *Leone Allatio* in Apibus Urbanis p. 253.

*Iac. Uſſerii* epiſt. de textus Hebr. V. T. variantibus lection. Lond. 1652. 4.

*Br. Waltoni* (forte) Tractatus de Codicum Hebr. variis lectionibus, quæ Keri & Cetibh dicuntur: ſeu duplex illarum catalogus, unus ſecundum ordinem librorum; alter ſecundum claſſes, ad quas ſingulæ reducuntur. Vide Biblia Polyglott. Londinenſ. Tom. VI. pag. 1. ſqq. Adde, quæ ibidem fere in calce per *Thom. Piercium* collectæ exſtant Variantes Lectiones utriusque Teſtamenti ex Annotatis Hug. Grotii.

*Alphonſi de Zamora* Catalogus eorum, quæ in utroque Teſtamento aliter ſcripta ſunt vitio ſcriptorum, quam in Hebræo & Græco, & quibusdam Bibliis antiquis. Vide Tom. VI. Bibl. Polygl. Complutenſ.

## V. Catalogus Lexicographorum Judæorum, quorum Lexica vel edita vel MSS. exſtant.

*Anonymi* Judæi Aruch ſive Lexicon Chaldæo-Ebræo-Teutonicum MS. poſſedit Matthias Frider. Beckius; vide Mehlführeri Acceſſiones ad Almeloveenii Biblioth. promiſſam & latentem pag. 8.

*Anonymi* Dictionarium Hebraicum, ſive eloquia pulchra, cum interpretatione vocum Chaldaic. Scripturæ Sacræ MS. in Biblioth. Regis Gall. vide Labbei Biblioth. Novam MSS. p. 303. n. 2067.

*Anonymi* Dictionar. Hebræum & Arab. vetus & utile inter Codd. MSS. Eduardi Bernardi: vide Catalogum MSS. Anglic. Tom. II. n. 7353.

*Anonymi* Lexicon Hebr. imperfectum inter Codices Jo. Mori: vide eundem Catalogum n. 9829.

*Abba* explicatio vocum difficiliorum & peregrinarum, quæ in Talmude exſtant. Vide Partem I. Biblioth. Hebr. n. 1.

*Abraham Bederſenſis*, חותם תכנית: vide Part. I. n. 57.

*Abraham Iudæus* de vocibus Homonymis & Synonymis: vide ibid. n. 84.

*Abraham de Balmes*: vide ibidem n. 108. p. 71.

*Anſchel*, מַרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנָה: vide ibidem n. 338.

*Benjamin Muſaphia*: vide ibidem n. 402.

*Aquinas (Philip.)* מַעֲרִיךְ הַמַּעֲרָכוֹת· ſeu Dictionarium Hebræo-Talmudico-Rabbinicum in fol. item Radices ad formam Cubi Hutteriani: vide ibidem n. 1830. p. 978.

*David ben Abraham*, דָּבָר טוב ſeu Dictionarium vocum Hebraic. cum interpretatione Italica in uſum puerorum: vid. ibid. n. 469.

*David Kimchi*, סֵפֶר שׁוֹרָשִׁים: vide ibidem p. 306. ſqq.

*David Cohen de Lara*, כֶּתֶר כְּהוּנָּה & עִיר דָּוִד: Ibidem pag. 318. & 319.

*David de Pomis*, צֶמַח דָּוִד: ibidem num. 499.

*David Provincialis*, דור הַפְּלָגָה: ibidem num. 517.

*Donaſch ben Labrát*: vide n. 528.

*Elias Levita*, cujus varia opuſcula huc pertinentia recenſui Parte I. pag. 157. 159.

*Elias*

*Elias Happaſchdi* פירוש המלות זרות MS. ibidem n. 258.

*Iacobi* vocabularium ſeu Lexicon in voces Scripturæ difficiliores: vide n. 1006.

*Iehuda*, Lexicographus meo judicio confictus: vide p. 453.

*Iehuda Chiug*, Arabis, explicatio vocum Hebraic. difficiliorum: vide n. 708. p. 425. Hic eſt procul dubio, quem Buxtorfius in Bibl. Rabbin. p. 469. *Iudam Chajus* appellat.

*Iehuda Mutinenſis* Lexicon Hebræo-Italicum: vide n. 692. p. 413.

*Iehuda Zevi* Clavis Lingvæ Sanctæ: vide n. 770.

*Ieſchaja* Lexicon Hebr. MS. vide n. 1300. p. 707.

*Ioſeph ben Caſpi* שַׁרְשְׁרוֹת כֶּסֶף: vide ibidem n. 917. pag. 542.

*Ioſeph ben Iehuda Sacuth* בַּעַל לָשׁוֹן: vide n. 852. & 896.

*Iſaac Levi ben Eleaſar* Lexicon Hebraic. n. 1225.

*Menachem ben Iacob* לְשׁוֹן לִמּוּדִים: vide n. 1432. Idem alias vocatur *Menachem ben Saruck*, de quo vide n. 1444.

*Menachem ben Abraham* מִכְלַל יוֹפִי: inter Lexica numeratur in Ephemeridibus Pariſienſ. anni 1707. Januar. p. 79. edit. Belgic. Sed in eo terminorum Philoſophicorum ratio tantum habetur, & propterea alias סֵפֶר הַגְּדָרִים, i. e. *liber definitionum* appellatur. Vide n. 1426.

*Menaſſe ben Iſrael* Nomenclator Hebræo-Arabicus MS. Vide n. 1463. pag. 786.

*Moſes Gecatilia*, quem Cl. Lœſcherus de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 164. Radices confeciſſe ſcribit, librum hodie in obſcuro latentem. Eas alibi memorari non memini, niſi huc revocare velis commentationem ejus de dictionibus maſculinis & fœmininis, de qua lege Biblioth. Hebr. Part. I. p. 816. & 339.

*Moſes ben Iſſachar Behr* ab eodem Lœſchero propter editum באר משה i. e. Commentarium Hebræo-Germanicum in Sacrum Codicem huc refertur l. c. p. 165.

*Moſis Hannaſi* Compendium libri Radicum: vid. n. 1617. Hunc in Hiſtoria Lexicorum Hebraic. p. 50. vocavi *Moſen ben Hanneſcias*, ad exemplum Rich. Simonis. Conf. Biblioth. Hebr. p. 339.

*Nathan Netha ben Moſche* שָׂפָה בְרוּרָה, i. e. Dictionarium Hebræo-Germanico-Latino-Italicum: vide n. 1728. p. 924.

*Salomon ben Abraham Urbinas* אוהל מועד, ſive de Synonymis Hebraicis: vide n. 1952.

*Salomon ben Abraham Happarchon* מַחְבֶּרֶת, Lexicon antiquiſſimum, quo Kimchius & alii uſi ſunt. Vide n. 1951.

*Salomon Almoli* שַׁרְשׁוֹת גַּבְלֻת: vide n. 1960.

*Salomon ben Meſchullam Daphira* אִמְרֵי נֹאַשׁ: Vide n. 2009.

*Salomon de Olivera* Lexicon Hebræo-Hiſpanicum: vide n. 1955. p. 1039.

*Tanchum Hieroſolymitanus*, Murſed ſive Lexicon Talmudicum Arabicum: vide n. 2230. p. 1160.

Hac recenſione breviter defungi placuit, Lectore ad Bibliothecam Hebræam & Hiſtoriam meam Lexicorum Hebr. remiſſo. Quæ vero his præterea addi poſſunt, ea in Supplementis ad Partem I. occurrent.

## VI. Catalogus Lexicographorum ex Chriſtianis, vel Ex-Judæis Hebraicorum, Alphabeticus.

HOrum recenſionem itidem jam olim dedi in *Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum*, Wittenb. 1705. 8. edita, ita quidem, ut fuſius eorum inſtitutum, obſervata temporis ſerie, additisque eruditorum judiciis exponerem. Hic vero ſtrictius & brevius idem argumentum perſecuturus in recitandis nominibus titulisque acquieſcam, & quæ a me olim neglecta ſunt, aut poſtea demum lucem viderunt, ceteris addam.

*Guil. Alabaſtri*, Angli, Spiraculum Tubarum, ſive Lexicon Pentaglotton, Hebr. Chald. Syr. Talmud. Rabbinicum, & Arabic. una cum Abbreviaturis Hebr. Lond. 1635. fol. Mihi quidem videtur eſſe compendium Lexici Schindleriani, quod & in titulo nonnullorum exemplarium monetur. Abbreviaturæ eædem ſunt cum iis, quas *Georg. Weigenmeierus* edidit.

*Pauli Martini Alberti* Porta Lingvæ Sanctæ, i. e. Lexicon novum Hebræo-Latino-Biblicum, præter vocabulorum difficiliorum Analyſin, Etymologiæ inveſtigationem, nominum Propriorum ſignificationem, particularum evolutionem, ſimul *ζωολογίαν, λιθολογίαν, εἰδωλογραφίαν*, & alia ad antiquitatem Hebræorum ſpectantia exhibens. Budiſſ. 1704. 4. Confer Auctores *Memoriarum Trivultinar.* an. 1710. Jul. pag. 1377. ſqq. qui præter rem perſvaſi ſunt, auctorem primum eſſe, qui verba Hebræa ea forma, prout in Codice Biblico exſtent,

exſtent, in Lexico recenſuerit, & ad origines ſuas revocarit. Idem enim jam antea fecit *Opitius*. Hoc vero ipſi ſingulare & proprium eſt, quod & vocum interiorem rationem ex hypotheſi Neumanniana tradiderit, & Antiquitatum Hebr. varia capita explicarit.

*Sixtini ab Amama* Dictionar. Hebr. Belgice, ubi radices Hebr. cum derivatis, addita expoſitione Belgica, exhibentur. Franeqv. 1628. 8.

*Anonymi* Cubus Ebraico-Germanicus, ſ. Dictionarium Hebraicum, Hamb. 1603. 8.

*Anonymi* Nova Cubi Ebraici tabula, quæ radices omnes una cum punctis & ſignificationes exhibet diverſas. Lugd. 1627. & 1633. 4.

*Anonymi* Epitome Radicum, Baſil. 1601. 8. ubi in Ephemerid. Pariſ. an. 1707. Januar. p. 80. ed. Belg. mendoſe legitur an. 1701.

*Philippi Aquinatis* Dictionarium abſolutiſſimum, complectens alphabet. ordine & facili methodo omnes voces Hebr. Chald. & Talmudico-Rabbinic. quæ in reliquis, quæ uſpiam ſunt, Dictionariis exſtant, innumeraſque alias, quæ a nullo Lexicographo, ſive Chriſtiano, ſive Judæo hactenus obſervatæ ſunt, variarum præterea legis ceremoniarum, ſententiarum ac locorum difficiliorum in Rabbinorum & Kabbaliſtarum libris paſſim occurrentium explicationem, nec non compendia ſcribendi ſive abbreviaturas Hebræorum. Pariſ. 1629. fol. Hebraice.

*Io. Avenarii*, Egrani, Liber Radicum ſeu Lexicon Ebraicum, in quo omnium vocabulorum Biblicorum propriæ ac certæ redduntur ſignificationes, &c. Wittenb. 1568. iterumque auctius & correctius an. 1589. ibidem in fol. In Bangii Cœlo Orientis p. 202. mendoſe affertur annus 1519.

*Hier. Aviani* Clavis Poëſeos Sacræ, Lipſ. 1627. 8.

*Joſ. Barbati*, Memphitici, h. e. Memphis Ægypti nati, Speculum Hebraicum, Lovan. 1615. Hic idem eſt cum *Joſepho Abudacno*, cujus & alia exſtant ad Orientalium gentium hiſtoriam & linguam ſpectantia, de quibus lege diligenter diſſerentem B. *Tenzelium* in Dialogis menſtruis an. 1693. p. 202. ſqq. In nomine ejus efferendo varii variis modis hallucinati ſunt. *Konigius* in Biblioth. V. & N. nunc *Joſ. Abudanum*, nunc *Ioh. Barbatum* vocat. *Bangius* in Cœlo Orientis p. 202. nomen a patria ductum mendoſe, forte Typographi culpa, *Meniphiticum* appellat, quem tamen plures alii ſecuti ſunt, quamvis in Bangium hoc nomine animadverſum fuerit a B. *Schurzfleiſchio* in

 Epiſtolis

Epiſtolis Arcanis pag. 20. ubi tamen annus editoris Speculi minus recte 1651. definitur.

Non puto, me errare, ſi ſuſpicer, *Sylvam Radicum Hebraearum*, quae cum *Rob. Bellarmini* Grammat. Hebr. Pariſ. 1622. 8. ſub literis nominis initialibus J. B. M. e S. J. prodiit, huic noſtro Joſ. Barbato Memphit. tribuendam eſſe. Ibi radices omnes cum aliquot derivatis, ordine literarum, addita Latina verſione, exhibentur.

*Bonavent. Cornel. Bertramus*: vid. infra *Pagninus*.

*Sam. Boblii* Diſputationes tredecim de formali vocum Hebraicarum ſignificatione eruenda, Roſtochii primum an. hinc Roterod. in Theſauro Diſputatt. an. 1701. fol. prodierunt. Vide plura in Hiſtor. Lexic. Hebr. p. 220. ſqq.

*Franc. Boutonum*, S. J. Lexicon Hebraicum concinnaſſe, atque in eo τῶν LXX. inprimis verſionem ceteris praeferendam probaſſe teſtatur Ribadeneira. Conf. *Imbonatum* p. 40. Bibliothecae Latino-Hebr. Hoc nunquam puto prodiiſſe, adeoque rectius inter ἀνέκδοτα numerandum. In Hiſtoria mea Lexicorum Hebr. mendoſe auctor vocatur *Bontonus*.

*Jo. Pet. Buchneri* Tabulae Radicum quadratarum, Norimb. 1701. 8.

*Georg. Chriſtiani Burcklini* Lexicon Hebraico-Mnemonicum cum Radicibus, Francof. 1699. 4.

*Joh. Buxtorfii*, Patris, Lexicon Hebraeo-Chald. Baſil. 1607. primum editum, & deinde tum ibidem, tum alibi, v. c. Franeqv. (quam tamen edit. in praef. editioni VI. praemiſſa, improbavit Buxtorfius) recuſum. Prodiit enim Baſ. 1631. 1663. 1667. quae in titulo vocatur editio ſeptima, 1676. & 1698. quae *decima* eſt & auctoris effigiem praefert, in titulo vero denuo recognita, & innumeris in locis aucta ac emendata dicitur. Lucem quoque vidit Amſtelod. an. 1654. 8. Ejusdem Manuale Hebr. & Chald. Baſil. 1612. 1619. 1630. 1658. &c. in 12. *Jo. Paſtritii* additiones ad hoc Manuale ineditas, ut puto, memorat *Imbonatus* p. 127. Biblioth. Lat. Hebr.

Ejusdem & *filii* Lexicon Chaldaicum Talmudic. Baſil. 1639. fol.

*Victorini Bythneri* Lyra Prophetica Davidis, Lond. 1650. in 8. edita, & Tiguri 1664. 8. recuſa, ideo huc pertinet, quod Lexici Pſalterialis locum tueri poſſit, quippe in quo primo quidem voces Pſalterii omnes ordine Grammatice excutiuntur, deinde vero in calce per Indicem alphabet. repraeſentantur.

Ejusdem

Digitized by Google

Ejuſdem Clavem Lingvæ S, tanquam Cantabrig. 1648. editam memorat *Kœnigius* in Biblioth. V. & Nova.

*Marii a Calaſio* Dictionarium Hebraic. una cum interpretatione Latina & Vulgari ad Scripturæ Sac. intelligentiam apprime commodum, ex variis doctiſſimisque Autoribus congeſtum, Romæ 1617. 4.

*Edmundi Caſtelli* Lexicon Heptaglotton, Hebr. Chald. Syriac. &c. Lond. 1669. fol.

*Anton. Cevallerius*, vid. *Pagninus.*

*Ioh. Cocceji* Lexicon & Commentarius Sermonis Hebr. & Chald. V. T. una cum interpretatione Vocum Germanica, Belgica ac Græca ex LXX. Interpretibus. Amſtelod. 1669. iterumque Francof. ad Mœn. correctius auctiusque animadverſionibus & ſupplementis, cura Jo. Henr. Maji. Francof. ad Mœn. 1689. fol. ac denique 1714.

*Jo. Crucigeri* Harmonia quatuor lingvarum Cardinalium, Hebr. Græc. Lat. & German. Francof. 1616. fol.

*Seb. Curtii* Radices S. Hebr. Biblicis moralibus ſententiis, adagiis, particulis hiſtoricis aliisque elegantioribus e Codice Sacro depromtis loquendi formulis eo compendio expreſſæ, ut non ſolum primitiva, ſed & pleraque vocabula derivata cum genuinis ſuis ſignificationibus exiguo temporis ſpatio addiſci queant. *Geümar* 1629. 1645. 1649. in 4. Imbonatus eum vocat *Curſium.* Ejuſdem Radices Lingvæ S. tanquam *Amſtelod.* 1652. fol. editas video memorari: nec non Manuale Hebræo-Chald. Lat. Belgicum *Francof.* 1668. 12.

*Henr. a Dieſt* Clavis Lingvæ S. *Amſtelod.* 1669. 8.

*Jo. Mich. Dilherri* Compendium Lexici Hebr. inſertum Atrio Lingvæ Sanctæ, ubi voces Hebr. cum Lat. verſione ordine alphabetico collocantur, & quædam earum fuſius explicantur.

B. M. I. F. Critica Sacra; vide infra *Jo. Frid. Nicolai.*

*Danielis Feſſelii* Adverſaria Sacra duobus Tomis an. 1649. & 1660. in 4. Witteb. edita ideo huc a me referuntur, quod in illis quædam Radices Hebr. quoad diverſos ſuos ſignificatus tam dextre & exacte exponuntur, ut ſpecimina hæc perfecti Lexici Hebr. ideam repræſentare poſſint.

*Ioh. Førſteri* Dictionarium Hebraicum novum, non ex Rabbinorum commentis, nec noſtratium Doctorum ſtulta imitatione deſcriptum, ſed ex ipſis Theſauris Sacrorum Bibliorum, & eorundem accurata locorum collocatione depromtum, cum phraſibus Scripturæ V.

& N. T.

& N. T. diligenter annotatis. *Baſil.* 1557. non 1552. ut habet *Lipenius*, qui & aliam editionem an. 1564. forte non magis recte memorat. Confer de eo *Læſcheri* Comment. de Cauſis L. Hebr. pag. 131. & 134. *Laurentium Humfredum*, Anglum, Jndicem in hoc Lexicon confeciſſe teſtis eſt Imbonatus ſuo loco. Confer *Ant. Wood* Antiquitatt. Oxonienſ. p. 196.

*Ambroſ. Frichii*, Prof. L. Hebr. Pariſ. Elementarium Hebraic. Palmonii 1567. teſte Imbonato p. 303. Biblioth. Lat. Hebr. neſcio quam recte.

*Adami Fuſii* Compendium Dictionarii Hebr. germanicum pro tironibus Lingvæ Hebr. juxta compendium Lexici Hebr. Schickardiani ex verſione Lutheri Germanica concinnatum. *Lipſ.* 1632. 12. Prodiit cum Grammatica ejus Hebraica ex Schickardo germ. verſa.

*Io. Erneſti Gerhardi* Enchiridion Lexici Pentaglotti Harmonici lingvarum Hebr. Chald. Syr. Arab. & Æthiop. *Erfurti* 1647. 4.

*Iacobi Guſſetii* Commentarii Lingvæ Hebr. in quibus præcipue opera impenditur primario ſignificatui dictionum definiendo, homonymiis eliminandis, locis inſignibus Scripturæ S. explanandis, & parallelis V. & N. T. firmandis ac vindicandis. *Amſtelod.* 1702. fol. Vide V. E. *Læſcheri* Comment. de Cauſis L. Hebr. pag. 135. & Ephemerides Pariſ. an. 1702. pag. 1036. ed. Belgicæ, ubi traditur Grammaticæ exactæ & perfectæ locum præſtare poſſe, quod non alio ſenſu capi debet, quam quod regulæ Grammaticæ hinc inde in uſum transferantur. Subnatum Auctori hoc opus eſt ex annotationibus in Lexicon Buxtorfianum privata induſtria congeſtis.

*Ioh. Heeſeri* Prodromus Criticus, ſive Obſervationes Philolog. in omnes voces Chaldaic. & multas Hebraic. V. T. Amſtelod. 1696. 8.

*Chriſtoph. Helvici* Lexicon Hebræo-Didacticum, *Gieſ.* 1620. 4. Conf. Thomæ Bangii Cœlum Orientis pag. 202. Ejusdem eſt Elementale Hebr. & Chald. *Gieſſ.* 1619. 8. editum, in cujus calce Themata ſive vocabula ſeparata in uſum eorum, qui juxta novam Didacticam diſcere cupiunt, usque ad cap. 29. proponuntur.

*Bonaventuræ Hepburni* Lexicon L. Sanctæ ſuccinctum in 12. in quo deſcriptis duabus primis radicalibus literis majuſculis in medio ſeu fronte libelli, & tertia in margine ſeu principio verſus ſtatim affert interpretat. Lat. v. *Imbonatus* p. 14.

*Jo. Henr. Hottingeri* Etymologicon Orientale, ſive Lexicon Harmonicum Hepta-

Heptaglotton Hebr. Chald. Syr. Arab. Samarit. Æthiop. & Talmudico-Rabbin. *Francof.* 1661. 4. & *Tigur.* 1664.

*Jo. Henr. Hottingeri* Libri Jobi poſt textum Hebr. & verſionem verbalem Lat. analyſis ſimplex & accurata omnium radicum & ab his derivatorum, quotquot in hoc libro exſtant. Subjicitur Index vocum omnium alphabet. *Tiguri* 1689. 8.

*Antonij Hulſii* Nomenclator Biblicus Hebraico-Latinus, *Bredæ* 1650. 8. ed. Lexicon reale magis quam nominale ſiſtit, quippe in quo ſecundum certas rerum claſſes Similia, Synonyma, Contraria & Relata omnia exhibentur, quæ ſcilicet ad idem argumentum pertinent. Singulis vocibus Latina ſignificatio adjicitur. Nomenclatori huic additus eſt Index alphabeticus nominum, vel quoad ſignificationem vel quoad originem ambiguorum, addita expoſitione: Eum recudi curavit *Guil. Robertſonus* in Manipulo L. Sanctæ pag. 189. ſq. Ejusd. *Compendium Lexici Hebr.* ubi compendioſa quadam ratione per tres philyras in 12. exhibentur ſub 1900. radicibus Hebræis voces Latinæ 3268. quibus conſtat univerſus V. T. textus. Prodiit aliquoties, & quidem ex tertia edit. *Ultraj.* 1674. ubi Compendio Leusdenii Biblico ſubjunctum eſt.

*Eliæ Hutteri* Dictionar. Harmonico-Biblico-Ebræum Latinum & Germanicum, *Norimb.* 1598. 4.

*Ejusdem* Cubus Alphabeticus S. Lingvæ Hebr. cum expoſitione Vocum Germanica, *Hamb.* 1586. fol. Idem cum expoſit. Lat. ib. 1588. fol. per Jac. Wolfium recuſus, ſtudio & opera *Dav. Wolderi*, Eccleſiaſtæ Hamburg. ſub hoc titulo: Cubus Alphabet. S. Hebr. L. vel Lexici Hebr. novum Compendium Ἰσ]ϱάγωνον ad uſum eorum, qui Hebr. diſcere incipiunt, jampridem inventus, & Germ. L. editus ab Elia Huttero, nunc vero recognitus & in Lat. ſermonem converſus.

*Ant. Jordini* Radices Hebr. *Lugd.* 1624. 8. ubi auctor centenis verſuum decadibus voces Hebræas cum Lat. eorundem expoſitione & notis exhibet. Ejusdem *Dictionarium Triglotton* ut ineditum memorat *Imbonatus* pag. 40.

*Chriſtiani Koerberi* Lexicon Particularum Hebraic. exhibens omnium particularum radices, ſignificationes & formas, *Jen.* 1712. 8.

*Caſp. Kummeth* Schola Hebraica, qua & Grammatica & Lexicon comprehenditur, Herbipoli 1688. 8.

*Ioach. Langii* Clavis Hebræi Codicis, juxta ſeriem capitum & verſuum librorum Biblicorum, cum Nucleo Grammatices. Hal. 1707. 8. & alias.

*Eduardi Leigh*, Equitis Angli, Critica Sacra i. e. Obſervationes Philologico-Theologicæ in omnes radices & voces Hebr. V. T. juxta ordinem Alphabet. Anglice *Lond.* 1650. fol. *Latine* autem per *Herm. Middoch. Amſtelod.* 1678. fol. iterumque quam plurimis mendis annitente Cl. *Io. Meyero* ſublatis an. 1688. Latina verſio quintum recuſa, novisq; tam vocabulorum quam obſervationum additionibus aucta, nec non *Supplemento* antea ſeparatim adjecto, jam vero ſuis locis inſerto, lucem vidit *Gothæ* 1706. 4. Ex præfat. patet, B. *Io. Frid. Breithauptium* rariorum vocabulorum ſignificationes, ex Raſchii & aliorum Rabbinorum lectione hauſtas, addidiſſe, *Io. Andr. Keslerum* autem Lexicon Græcum in LXX. Interpretes adjunxiſſe. *Gallica* libri verſio per *Ludov. Wolzogenium* facta cum additis annotatt. lucem adſpexit *Amſtelod.* in 4. Quæ in Critica illa animadverſionem merentur, ea ſingulari diſſertat. Roſtoch. 1703. 4. edita complexus eſt B. *Zach. Grapius.*

*Io. Leusdenii* Lexicon Novum Hebræo-Lat. ad modum Lexici Schreveliani Græci compoſitum per modum Jndicis Hebr. primo a D. Robertſono conſcriptum, ſed jam latinitate donatum atque textibus, continentibus voces Irregulares, aliisque animadverſſ. locupletatum atque auctum Lexico-Chaldaico-Biblico. *Ultraj.* 1687. 8. Ediderat idem an. 1680. ſpecimen Lexici ejusmodi per diſputationem, idque auctius recudi fecerat *in Clavi Hebraica V. T.* tandem vero Robertſoniani Jndicis, qui Lexico ejus Concordantiali junctus eſt, exemplo excitatus plenius hoc opus elaboravit.

*Ejusd. Clavis Hebr.* V. T. eodem fere inſtituto edita, prodiit *Ultraj.* 1681. 8.

*Marci Marini*, Brixiani, Arca Noæ, ſive Theſaurus Lingvæ S. novus, *Venet.* 1593. fol. Conf. B. Pfeiferi Criticam Sacr. p. 176.

*Io. Bapt. Martignac*, S. J. Sylva Radicum Hebr. *Pariſ.* 1622. 8. Confer *Imbonatum* p. 84.

*Theodorici Martini*, Aloſtenſis, Dictionarium Hebr. ex fuſiore Reuchlini excerptum, cujus antiquam editionem in Biblioth. Regia Pariſ. exſtare teſtantur Ephemerid. Pariſ. an. 1707. *Januar.* pag. 81. Vidi librum in 4. ſine notato loco & anno editionis impreſſum, & duodecim plagulis conſtantem. In fine accedit brevis Introductio in

in Lingvam Hebr. Lexicon voces Hebr. cum nuda interpretatione Lat. exhibet.

*Ioh. Mehlführeri* Manuele Lexici Hebr. *Lipſ.* 1617. & 1657. 8. non ſecundum ὁμογένειαν originis, ſed juxta conformitatem συςάσεως ſive certarum formarum tam in nominibus quam in verbis diſpoſitum. Subjungitur huic Manuali Donatus ejusdem Hebraicus, a Grammatica, ab eodem 1623. edita, diverſus Ien. 1623. 8.

Ejusdem Clavis Lingvæ S. exhibens 1) Sententias, quibus voces Hebr. omnes (Canonicæ ſcilicet Scripturæ) ſed ſingulæ tantum ſemel continentur. 2) indicem vocum Hebr. alphabet. & derivationis ordinem cum reſpectu ad præmiſſas ſententias. *Norimb.* 1598. & 1628. 8.

*Chriſt. Gottlieb Meinii* Lexicon Hebr. in compendium redactum, in quo omnes radices Hebr. earumque ſignificatus omnes cum variis dictis Script. S. & anomalis, Lexicographis Hebraicis nondum uſitata, ſex pagellis oculis legentium uno obtutu ſiſtuntur. Lipſiæ 1712. 4.

*Io. Mercerus* : v. *Pagninus.*

*Ioh. Michaelis*, Lexicon Particularum Hebr. *Francof.* 1689. 8. cum præf. Aug. Pfeiferi. De aliis, qui Particularum Hebr. curam habuerunt, dixi in Hiſtoria Lexic. Hebr. p. 177.

*Bernhard. de Montfaucon*, Ordinis Benedict. de Congreg. S. Mauri hodie decus, in Tomo II. Hexaplorum Origenis Pariſ. 1713. fol. editorum duplex exhibet Lexicon; alterum Hebraicum, in quo voces Hebr. cum interpretationibus veterum Græc. quæ in Fragmentis Hexaplorum occurrunt, addita recentiorum Lexicographorum verſione, ordine exhibentur: alterum Græcum, h. e. vocum Græcarum, quibus Aquila, Symmachus, Theodotion aliique uſi ſunt, cum vocibus Hebræis, quæ iſtis quidem in textu originali reſpondent.

*Sam. Morbenii* Synonyma Hebr. v. Hiſtor. Lexic. Hebr. p. 144.

*Seb. Munſteri* Lexicon Hebræo-Chaldaic. *Baſil.* 1508. 1523. 8. iterumque 1525. auctius & correctius, ceu ex præfat. intelligitur, tum vero 1527. 1535. & 1539.

*Ejusdem* Dictionarium Trilingue, in quo Latinis vocabulis, in ordinem alphabeticum digeſtis, reſpondent Græca & Hebr. una cum Appendice de Hebr. quibusdam vocabulis, tropis & modis loquendi,



Digitized by Google

qui Rabbinis ſunt familiares Baſil. 1530. 1535. 1553. & 1562. fol. Conf. Buxtorf. in præfat. ad Theſaurum Grammat. & Cl. *Schudt* in Deliciis Hebr. Philolog. p. 225. item doctiſſimum *Hardejum* in Prodromo Ephemerid. Philolog. p. 34.

*Caſp. Neumanni*, Paſtoris quondam Vratiſlavienſis, *Geneſis Lingua* S. perſpicue docens, vulgo ſic dictas radices non eſſe vera Hebræorum primitiva *Norimb. 1696.* Ejusd. *Exodus Lingva* S. ex captivitate Babylon. tentatus in Lexico Etymologico Hebræo Biblico ibid. an. 1697-1700. per varias ſectiones, quæ univerſas radices, ad priores ſex alphabeti Hebr. literas pertinentes, methodo nova perſeqvuntur, ut ſcilicet ſignificatus vocum formalis ex interno literarum Hebr. valore, quem eis Neumannus proprium putavit, eruatur.

Annis aliquot interjectis B. Auctor hypotheſin ſuam denuo ſub examen revocavit & expoliit, majorique ordine propoſuit in *Clave Domus Heber*, reſerante januam ad ſignificationem Hieroglyph. literaturæ Ebraic. partibus II. quarum prior continet obſervationes de literarum Hebr. ſignificatione &c. poſterior vero exegeſin earum. *Vratislav.* 1712. 4. Succeſſit *tertia*, quæ exponit de punctis vocalibus. *Vratislav.* 1715. 4.

*Jo. Frider. Nicolai* Hodegeticum Orientale Harmonicum, i. e. Lexicon Hebr. Chald. Syr. Arab. Æthiop. & Perſicum. *Jen.* 1670. 4. Idem hoc Lexicon nec mutatum nec auctum ſub novo titulo tanqvam Francof. & Hamb. 1686. in 4. auctore B. M. I. F. editum venditatur. Titulus integer hic eſt: Critica Sacra ſive Lexicon Hebr. Chald. Syriac. & Arab. ex optimis Lexicographis, Buxtorfio, Caſtello, Golio aliisque auctoribus paratum atqve conſcriptum.

*Chriſtiani Noldii* Concordantiæ Particularum Ebræo-Chaldaic. V. T. in quibus partium indeclinabilium, quæ in fontibus occurrunt & hactenus in Lexicis ac Concordantiis non ſunt expoſitæ, natura & ſenſuum varietas oſtenditur. *Hafn.* 1679. 4. Conf. Cl. *Jo. Mölleri* ſupplementa ad Th. Bartholinum de ſcriptis Danorum p. 190.

*Hieronymi ab Oleaſtro* Hebraiſmi, ſive phraſes Hebr. L. peculiares, opus neſcio an editum: v. Imbonatum p. 73. a.

*Henr. Opitii*, Prof. quondam Kilonienſis, Lexicon Hebræo-Chaldæo Biblicum, ad modum Lexici Schreveliani Græci atque adeo Leusdeniani illius, de quo ſupra, ſed plenius concinnatum, Lipſiæ 1692. 4.

*Joſiæ*

Digitized by Google

*Joſiæ Henr. Opitii* Hodegeticum Hebræo-Chaldæo-Biblicum *Hamburg.* 1702. 8. in quo ad exemplum Clavis Langianæ radices & voces Hebr. ſecundum ordinem librorum Biblicorum traduntur & expoſitione Latina illuſtrantur.

*Luc. Oſiandri* Dictionarium Hebr. breve e Concordantiis Hebraic. a Reuchlino latinitate donatis, excerptum, prodiit cum ejusdem Compendio Grammat. Hebr. *Witteb.* 1582. & 1623. 8.

*Andreae Othonis* Gloſſarium octuplex Lingvarum Oriental. in quatuor Capita Geneſeos, quod cum Palæſtra LL. Oriental. Georg. Othonis prodiit. *Francof.* 1702. 4.

*Io. Henr. Othonis* Lexicon Rabbinico-Philolog. in quo ordine alphabetico notantur & referuntur præcipue, quæ circa veterum Hebræorum dogmata, ritus & ſtatuta in utroque Talmude, Maimonidis & aliorum ſcriptis occurrunt. *Genev.* 1675. 8. Sed id quidem antiquarium potius eſt, quam ut vocum habeat rationem.

*Iul. Conr. Othonis*, Ex-Judæi, Dictionarium imperfectum laudat Cl. *Læſcherus* in Comment. de Cauſis L. Hebr. p. 166. idemque fuſius deſcribit p. 169. Prodiit ſcilicet *Norimb.* in fol. ſub hoc titulo: *Lexicon Radicale ſive theſaurus coronam S. Scripturæ complectens, in quo juxta ordinem alphabetarium ponuntur nomina, verba, ſerviles & radicales literæ, & voces inde derivatæ, & radicales cognatæ, quæ cum in Hebr. lingva tum in Talmud & aliis Rabbinorum ſcriptis exſtant.*

Ejusdem Uſum Lingvæ Hebr. h. e. expoſitionem myſticam vocum Hebr. V. T. *Norimb.* 1604. editam laudari video in Ephemerid. Pariſ. 1707. *Ianuar.* p. 80. ed Belg.

*Santis Pagnini* Theſaurus Lingvæ Sanctæ, in quo Judæos ſpeciatimque *Kimchium* in libro Radicum ſecutus eſt, *Lugduni* apud Sebaſt. Gryphium an. 1529. fol. & *Pariſ.* apud Rob. Stephan. an. 1548. 4. tum vero longe correctius & locupletius *Io. Merceri*, *Anton. Cevallerii*, & *Bonavent. Cornel. Bertrami* cura recuſum *Lugduni* 1575. & *Genev.* 1614. fol. Compendium Theſauri illius a Franc. Raphelengio curatum exſtat *Antwerp.* 1578. 1588. item 1599. 1609. & 1616. ac denique 1670.

*Conr. Pellicani* Dictionarium Ebraic. *Argentor.* 1540. Vide Cl. *Hardtii* Prodromum Ephemeridum Philolog. p. 30.

*Nic. Petræi* Nomenclator Hebræus Hafn. 1629. 8. in quo communiores L. Hebr. voces, tum vero terminos Rabbinicos per certas materiaram

claſſes digeſtos exhibet. Accedunt dialogi Hebraici, qui etiam ſeorſim prodierunt 1618. 8.

Ejusdem Lexicon Hebraicum cum Grammat. Hebr. 1633. 8. ſecundum edita prodiit.

*Io. Plantavitii*, Pauſani, Theſaurus ſynonymicus Hebræo-Chaldæo-Rabbinicus *Lodovæ* 1644. fol. Opera hæc potiſſimum ſpectat ad vocum fere æquipollentium differentiam & emphaſin rectius expediendam. Conf. Pfeiferi Criticam Sac. p. 176.

*Jo. de Prato* tanquam Auctorem Dictionarii Hebr. neſcio quo argumento, laudat Hofmannus in Dictionario Univerſali Tom. I. p. 847.

*Franc. Raphelengius*, vid. *Pagninus*.

*Jo. Reuchlinus*, vid. *Capnio*.

*Andr. du Ryer* Dictionarium Trilingve, Hebr. Græc. & Lat. *Baſil.* in fol. editum, memorat Imbonatus p. 536.

*Guilielmi Robertſoni* Theſaurus Lingvæ S. compendioſe ſcilicet contractus, plane tamen reſeratus, pleneque explicatus, ſive Concordantiale Lexicon Hebræo-Latino-Biblicum, in quo Lexica omnia Hebr. methodice & ſynopticæ exhibentur, una cum Concordantiis Hebraicis. Lond. 1680. in 4. majori. In calce p. 1328. promittit Auctor Lexicon Concordantiale Chaldaico-Biblicum, quod tamen non prodiit.

*Ejusdem* Manipulus Lingvæ S. Cantabrig. 1686. 8. majori editus, quatuor opuſcula complectitur, quorum primum proprie huc pertinet, exhibens ſcilicet Indicem generalem difficiliorum Vocum Hebræo-Biblicarum, irregularium & defectivarum ad proprias radices reductarum. Hic Index jam 1683. ſed non ita elaboratus prodierat, & tunc materiam ſuppeditaverat *Io. Leusdenio* conficiendi Lexici Novi Hebræo-Latini, de quo paulo ſuperius actum fuit.

*Zachariæ Roſenbachii*, Med. D. & Prof. Lingv. Herborn. Moſes omniſcius, ſive Omniſcientia Moſaica, ſectionibus ſex quam breviſſime exhibens ſupra ſepties mille V. T. voces, ſecundum rerum locos communes novos ita diſpoſitas, ut quis inde non tantum omnium auctorum ſcripta accurate reſolvere, ſed &, quæcunque cupit, expedite admodum componere poſſit. Francof. ad Mœn. 1633. 4. Libri raritas efficit, ut œconomiam ejus uno alterove titulorum ſpecimine manifeſtam reddendam putem. Sect. in univerſum ſunt ſex: I. comprehendit *Univerſalia*, II. *Naturalia*, III. *Humana*, IV. *Divina*, V. *Pro-*

Digitized by Google

V. *Pronomina & Particulas*, VI. *Nomina Propria*. Sectionis I. cap. I. exhibet voces de rebus & perſonis in genere; cap. II. de uno & multo; III. de vero & falſo; IV. de bono & malo; V. de ordine; &c. Sect. II. c. I. de mundo in genere; II. de cœlo & ſtellis, &c. Ipſa vocum explicatio abſolvitur verſione Latina & repræſentatione locorum S. Scripturæ potiorum eo pertinentium, quæ tamen Latine tantum afferuntur. Ex quo patet, reale magis eſſe Dictionarium, quam Nominale, quod præterea hoc ſingulare habet, quod Sect. VI. tota Nominum Propriorum, quæ in Bibliis exſtant, explicatio ſubjiciatur. Fuſius hæc commentari placuit, quia in Hiſtoria Lexic. Hebr. p. 143. tralatitiam libri, quem tunc non videram, mentionem feci.

*Io. Row*, Paſtoris Eccleſiæ Abdus, χιλιὰς Hebraica; ſeu Vocabularium; continens præcipuas Radices L. Hebr. numero 1000., cui acceſſit Index alphabeticus Propriorum &c. ſupra 1200. *Glasgoæ* 1644. 12. plagulis 7. Voces Hebr. nuda verſione Latina inſtruuntur, additis hinc inde potioribus derivatis, ſpeciatimque Nominibus, ſi qua inde peti poſſunt, Propriis, quorum Index alphabeticus Latinus in fine exſtat, cum appoſitis illorum radicibus. Accedunt præterea Rudimenta pietatis, Oratio Domin. & Decalogus cum interpretatione Latina.

*Jo. Sagari* Quadrilingue Orthographicum cognatas vocabulorum analogias ac differentias in lingva Hebr. Græc. Lat. & German. exhibens, *Lipſ.* 1625. 8. vid. Ephemerid. Pariſ. 1707. Januar. p. 80. edit. Belg.

*Bartholom. Scherai* Itinerarium in Pſalterium Hebr. Davidis, Vitemb. 1612. & dimidia ſui parte auctius ibid. an. 1624. 4. Ibi occaſione vocum Davidicarum alias quoque Hebraicas & tantum non omnes cum derivatis ſuis explicat.

*Wilh. Schickardi* Compend. Lexici Hebr. Horologio ejus ſubjunctum.

*Valentini Schindleri*, Profeſſ. Lingv. Helmſt. & Wittenberg. Lexicon Pentaglotton Hebr. Chald. Syriac. Talmudico-Rabbin. & Arab. poſt auctoris obitum in lucem prolatum *Hanov.* 1612. fol. iterumque 1649. ac denique *Francof.* 1695. fol.

*Dan. Schwenteri* Manipulus Lingvæ S. ſive Lexic. Hebr. ad formam Cubi Hutteriani. *Norimb.* 1628. 1638. & *Lipſ.* 1668. 8.

*Andreæ Sennerti* Compendium Lexici Hebraici plenius radicum omnium & ſingularum, nec non vocum derivatarum quarumcunque notabi-

tabiliorum V. T. prodiit cum *Martini Troſtii* Grammatica Hebr. 1664. 4.

*Gothofredi Steinbrecheri* Lexicon Ebr. L. Philologico-Grammat. in quo tam ſimplices quam compoſitæ Ebr. L. voces ordine alphabet. poſitæ inveniuntur, & quo ipſarum genera, mutationes quaslibet, ſpeciales anomalias ex præfixæ Grammaticæ regulis eruere licet, prod. cum Grammatica ejusdem Hebr. Lipſ. 1692. 4.

*Rob. Stephani* Theſaurus Lingvæ S. ex R. Dav. Kimchio contractior & emendatior, S. Pagnino auctore, Pariſ. 1548. 4. quæ eſt Pars Theſauri prima. Eum ſecuta eſt altera, quæ exhibet phraſes Hebraicas V. T. ex commentariis Hebræorum explicatas, ib. 1558. 8. Stephanus in opere Pagniniano alia quidem in compendium redegit, alia emendavit, & accuratius diſpoſuit.

*Chriſtian. Stockii* Clavis Lingvæ S. aditum aperiens, vocum radices juxta ordinem alphabet. exhibens, quæ deperditæ viſæ ſunt, ex Lingva Chald. Syr. Samarit. Arabica & Æthiop. reſtituens, vocum ſignificationes tum generales tum ſpeciales ordine concinno exhibens, ac ſubinde Concordantiarum vocem ſupplens. Accedit Breve Dictionarium Chaldæo-Rabbinicum, *Jenæ* 1717. 8. Ille inprimis in indaganda formali vocis ſignificatione, ceterisque apte illi jungendis operam collocavit.

*Simonis Sturtevani* Dictionar. Hebr. continens quicquid pertinet ad lingvas Hebr. Chald. & Syriac. Angl. *Lond.* 1702. 8.

*Ludov. Thomaſſini*, Presbyteri Oratorii Pariſ. Gloſſarium Univerſale Hebraicum, quo ad Hebraicæ lingvæ fontes lingvæ & dialecti pene omnes revocantur. *Pariſ.* 1697. fol. Ibi voces Hebr. cum derivatis potioribus repræſentantur & explicantur, eo potiſſimum fine, ut, quæ inde in alias lingvas, v. c. Lat. Gr. Saxonic. &c. pervenerunt, indicentur. Pertinet huc ex parte ejusdem liber Gallicus ſub titulo: *Methodus diſcendi & docendi utiliter, &, ut Chriſtianos decet, Grammaticam aut lingvas*, *Pariſ.* 1690. 8. 2 Tomis editus, quorum poſterior duo exhibet Gloſſaria, Græcum alterum, alterum Latinum, utrumque vero cum lingva Hebr. comparatum.

*Pauli Toſſani* Syllabus Dictionum Hebraic. in Pſalterio occurrentium, *Baſil.* 1615. 12.

*Nicolai Trotii* Clavis Lingvæ S. continens Grammaticalem explicationem 564. verſiculorum ex libro Pſalmorum, & 546. verſiculorum ex ceteris

Digitized by Google

ceteris libris V. T. in quibus omnes radices pure Hebraicæ V. T. cum nonnullis radicibus Chald. (occurrentibus tamen in libris Hebraicis) inveniuntur, & in hac Clave referantur, & juxta Grammaticas regulas reſolvuntur & explicantur. Oxon. 1719. fol. pp. 51. Auctor eſt JCtus & Præſes Juſtitiæ in Carolina, unde in Angliam ad tempus profectus Clavim hanc Oxonii excudi fecit. Confer Bibliothec. Anglican. Tom. VII. Part. II. p. 525. ſqq. & Biblioth. Hiſtorico-Philol. Theolog. Bremenſ. Claſſ. IV. Faſcic. II. p. 397.

*Jo. Udal* Grammat. & Lexicon lingvæ Hebr. Anglice ex Pet. Martinii Latino, *Leid.* 1593. 8. Conf. Pet. Martin. inter Grammaticos.

*Fauſti Verantii* Dictionarium L. Sanctæ, *Venet.* 1595. 4. editum, laudatur ab Imbonato p. 540.

*Vitalis* Lexicon Heptaglotton lingvarum Oriental. ab Imbonato pag. 193. commemoratum hucdum videre datum non fuit. Vide, quæ dixi in Hiſtor. Lexic. Hebr. p. 170.

*Henr. Vulpii* Nomenclator Davidis ad ſolos Pſalmos pertinet, Roſtoch. 1628. 8. ed.

*Franc. Ximenii*, Archi-Epiſc. Toletani & Cardinalis, Lexicon Hebr. & Chald. cum illuſtri Opere Bibliorum Polyglottorum Complutenſium lucem vidit *Compluti* 1515. fol.

*Alphonſi Zamorenſis*, Prof. L. Hebr. Complutenſis, Vocabularium breve omnium primitivorum Hebraic. *Compluti* 1526. 4.

*Jo. Wilh. Zierold*, Prof. & Eccleſiaſt. Stargardienſis in ſuo באר היטב Sectione I. exhibet Clavem Lingvæ Hebr. ad Methodum B. Caſp. Neumanni fabricatam, ut ſcilicet ex ſymbolica literarum Hebr. ſignificatione vocum Hebr. vis & emphaſis erui poſſit.

## Subjiciemus his eos, qui Lexica Hebraica & Polyglotta vel promiſerunt, vel affecta aut penitus elaborata in MSS. reliqverunt.

*Anonymi* Lexicon Hebr. perantiqvum, quod *Pet. Meier*, Symmyſta Coburgenſis, B. *Jo. Gerhardo* an. 1609. donavit, MS. exſtat in Bibl. Gothana: vide Vener. *Salom. Ern. Cypriani* Catalog. p. 123.

*Hier. Avianus* in Mantiſſa Clavis Poëſeos Sac. Calligraphiam ſive Phraſeologiam Hebr. ad formam Calligraphiæ Poſſelianæ elaborandam promiſit.



Digitized by Google

*Joh. Bebam*, Ulmenſis: vid. *Mehlführeri* Acceſſiones ad Almeloveen. pag. 162.

*Bergomas* quidam magni laboris Lexicon Hebr. imperfectum in Cœnobio Bergomenſi reliquit, teſte Imbonato in Biblioth. Lat. Hebr.

*Theodor. Bibliander* Commentarios lingvæ Hebr. ſcripturus erat ita, ut minimo negotio diſci potuiſſet hæc lingva, & ad omnem uſum ſcribendo, interpretando & dicendo accommodari: vide *Mich. Neandri* Erotemata lingvæ Hebr. p. 552.

*Sam. Bohlius* in Epiſt. ad B. Brochmandum, Tractatui *de quibusdam quæ Deo proprie competunt*, præmiſſa Lexicon Hebr. pollicetur.

*Ignatius Bomplanus*, S. J. Radices Hebr. L. MSS. Imbonatus pag. 81.

*Arnoldi Bootii* Partes II. Dictionarii (Hebr. ut puto) item Obſervationes ad lingv. Hebr. MSS. laudari video in Catalogo Biblioth. Segverian.

*Theodori Daſſovii* Lexicon Emphaticum Hebraicum in multorum manibus verſatur MS. Conf. Cl. *Fabricii* Bibliographiam Antiquar. p. 13.

*Jo. Druſius* paratum habuit Dictionar. Hebr. ex LXX. Intt. item Hieron. Aquila &c. collectum, tum vero Talmud. Chald. & Rabbin. quod ex præfatione ejus ad Præterita, & Vita ab Abele Cariandro ſcripta patet.

*Jo. Andr. Eiſenmenger* in Lexico Harmonico Orientali elaboravit: vide Mehlführeri Acceſſion. ad Almeloveen. p. 30.

*Pet. Gvarini*, Monachi Benedictini, Lexicon Hebraicum *Pariſiis* ſub prelo ſudat. Conf. inter Grammaticos.

*Chriſtoph. Helvicus* Lexicon Rabbinicum elaboratum reliquit: vid. Vitam ejus in Henning. Wittii Memoriis Theologorum Decad. I. p. 104.

*Laur. Holbeke* (in Hiſtor. Lexic. Hebr. p. 73. mendoſe legitur *Holocke*) Dictionarium Hebr. A. C. 1410. concinnavit, teſte, ex Geſnero, Imbonato.

*Georg. Holzhajus*, S. J. Grammat. & Lexicon Hebr. paratum habuit: vide Alegambe in Biblioth. S. J. Part. I. p. 156.

Ejusdem Lexic. Hebr. MS. vid. Imbonatum p. 53.

*Honorius*, Ciſtercienſ. Monachus, an. 1452. Dictionarium confecit: vid. Imbonatum p. 76.

*Jo. Henr. Hottingeri* Lexicon Biblicum: vide Elenchum Tractatuum Cippis ejus Hebr. præfixum.

*Jehuda ben Jona*, Ex-Judæus, cujus Dictionarium Rabbin. & Chaldaic. ut

&

& Mercurium lingvæ Hebr. MS. laudat Bartolocc. Vide Part. I. Biblioth. Hebr. p. 431.

*Jona ben Gannach:* vide ibidem p. 478.

*Anton. Iordini* Dictionarium Triglotton MS. Imbonat. p. 8.

*Dionyſ. Iuberonis*, Prof. Salmantic. Dictionar. Hebr. aquarum eluvione interceptum teſtatur *Nic. Anton.* in Biblioth. Hiſpan. Nova ſuo loco.

*Franc. Junius* Lexicon Hebr. usque ad lit. ה perduxit, quod in Biblioth. Iſ. Voſſii latere teſtatur Colomeſius p. 140. Opuſcul.

*Georg. Leuſchneri* tract. MS. de Synonymis Hebr. Vid. Nova Literar. Hamb. 1703. p. 138.

*Io. Caramuelis Lobkovitii* Faviſſæ Hebraicæ, de quibus prolixus eſt Imbonatus p. 94.

*Io. Henr. Majum*, Profeſſorem quondam Gieſſenſem, novi Lexici adornandi initium feciſſe apparet ex ejusdem præfat. Lexico Hebr. Cocceji Francof. ad Mœn. 1689. recuſo præmiſſa.

*Iac. Mercati* Phraſeologia Sacra lingvæ Hebr. in Canticum Cantic. inedita laudatur ab Allatio p. 142. Apum Urbanarum.

*Io. Mercerus* in præfat. ad Grammat. Chald. pollicetur Lexicon Rabbinico Talmudicum.

*Pet. Merchan* S. J. Lexicon Hebr. ex LXX. Intt. & Vulgata: vid. Alegambe p. 297. Biblioth.

*Andr. Mullerus* in Ichnographia Scrutinii fatorum Gogi pag. 31. Lexicon Hebr. plenius & emendatius promittit.

*Io. Paſtritii* Dictionar. Hebr. & Additiones ad Manuale Buxtorfii: Imbonatus p. 127.

*Auguſt. Pfeiferus* in Conſultatione Epiſtolica de editione Lexici Biblici Hebræo-Chald. novi, in calce promittit, ſe ipſum tale Lexicon, quale delineat, editurum, vel aliis ſua collectanea communicaturum eſſe.

*Theoph. Piſtorius* in Catalog. Francofurt. vernali 1626. pollicetur Synonyma Hebr. & Logicen, ſive (ut interpretor) Lexicon lingvæ Hebr. Chald. Syr. & Arab. harmonic.

*Andr. Wolfg. Amandernende de Runckel:* vid. Mehlführeri Acceſſiones ad Almeloveen. p. 4.

*Io. Rendtorfii* Lexic. Hebr. Chald. & Talmud. Vid. Imbonatum p. 418.

*Ioſ. Scaligeri* Enchiridion, i. e. Lexicon Hebr. Chald. Rabbin. & Talmudic. MS. in fol. in Bibliotheca Leidenſi.

*Auguſtinus Steuchus*, Eugubinus, de phraſibus Hebraicis commentatus eſt, ſed non edidit: vide Neandri Erotemata lingvæ Hebr. p. 456.

*Martini Troſtii* Concordantiæ particularum Hebr. laudantur a multis, qui earum reliquias viderunt. Lege Cl. *Jo. Möllerum* ad Bartholin. de Scriptoribus Danis p. 334.

*Gothofr. Wegnerus*, Prof. quondam Regiomontanus, *Dan. Feſſelii* laborem, in Adverſariis Sacris ſuſceptum, perſequi conſtituerat, quod ex Specimine de verbo ברא Francof. ad Viadr. 1670. & 1690. impreſſo patet. Vide plura in Hiſtoria Lexic. Hebr. p. 225. ſqq.

*Ioh. Chryſoſt. Zanchi*, Bergomatis, Canonici Regularis, Alphabetum Dictionum S. Scripturæ Græcum, Lat. Hebr. & Chald. usque ad lit. R. MS. teſte Poſſevino in Apparatu Sac.

*Anton. Zapata* Compendium Dictionum Lat. Hebr. & Græc. Hiſpan. lingv. exaratum, ſed MS. memorat *Nic. Antonius* in Biblioth. Hiſp. Nova.

De Lexicis Hebraicis cum fructu legi poſſunt B. *Auguſtus Pfeiferus* in Critica Sacra p. 118. ſqq. B. *Io. Henr. Majus* in præfat. ad Lexicon Cocceji, Francof. ad Mœn. 1689. recuſum; Celeb. *Val. Ern. Læſcherus* in Commentar. de Cauſis lingvæ Hebr. p. 165. ſqq. Cl. *Io. Iac. Schudt* in præfat. ad elegantiſſimum librum de Genio & Indole lingvæ S. & Auctores Ephemeridum Pariſienſium anni 1707. menſe Januar. pag. 79. ſqq. Speciatim de *Originibus* Lexicorum Hebraicor. ipſe expoſui in Hiſtoria Lexic. Hebr. p. 25. ſqq.

*Defectus* eorum eosdemque emendandi rationem oſtenderunt B. *Aug. Pfeiferus* tum in Conſultatione Epiſtolica de editione Lexici Biblici Hebræo-Chaldaici novi, mole modici, ſed plenioris atque planioris, Dresdæ 1679. 4. & in Critica Sacra p. 168. ſqq. *Andreas Müllerus* in Lexicographia ſua, quam ad oſtendendos Lexicorum Hebraicorum nævos a ſe confectam memorat in Ichnographia Scrutinii fatorum Gogi; (confer B. Pfeiferi Criticam S. pag. 169.) *Sam. Boblius* in Diſputationibus de formali Hebr. vocum ſignificatu eruendo, *Abrah. Gibelius* in Diſſert. de genuina Lexicographiæ Chald. conſtitutione, in Analectis Cl. Crenii pag. 254. ſq. recuſa, *Thomas Bangius* in Hermete & Pane Hebraico, quo vivum abſoluti Hebraici Lexicographi exemplum proponitur, Hafn. 1641. & noviſſime *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Comment. de Cauſis lingv. Hebr. p. 171. ſqq.

Nec omittendum eſt Cl. *Matthiæ Ansgarii* Spicilegium defectus Lexicorum

corum Rabbinicorum variorum, potiſſimum Buxtorfiani utriusque, in brevi diſſertatione coacervatum, Hafn. 1705. in 4. ſeptem plagulis. Lege Nova Literar. Maris Balth. an. 1705. p. 55.

Lexicis conficiendis idoneam materiam adeo ſuppeditarunt *Concordantiæ*, quas vocant, ut vel ipſæ illorum locum ſupplere poſſint. Hinc & B. *Esdras Edzardus*, Hebraiſmi quondam Stator egregius, Concordantias optimos Interpretes, Lexica & Grammaticas vocare ſolebat. Confer *G. C. Bürcklini* præfat. ad Jo. Merceri comment. in quinque priores ex Minoribus Prophetas.

Alia commoda ex iis capienda B. *Wolfgangus Franzius* de Interpretatione Scripturæ Sac. pag. 52. ſqq. *Conr. Kircherus*, *Andreas Glauchius*, & *Johannes Henricus Feuſtkingius*, ſingularibus libellis expoſuerunt. Locum itaque earum recenſio habere hic poterat, niſi ea opera defunctus eſſem in Parte I. p. 681. ſqq. Conf. *Bartoloccii* Biblioth. Rabbinic. Tom. IV. pag. 915. & Cl. *le Long* Biblioth. Sacr. Part. II. p. 398. ſqq. Adde iſtis, quod *Chriſtianus Stockius* Concordantias Buxtorfianas pauliſper emendarit, judice Cl. *Pfaffio* in Introduct. ad Hiſtor. Literar. Theologiæ p. 63. Reſpicit is procul dubio *Clavem Linguæ S.* a Stockio editam, quæ in titulo *Concordantiarum vicem ſubinde ſupplere* dicitur. B. *Sam. Bohlius* in epiſtola ad B. Brochmandum Tractatui de rebus, quæ Deo proprie competunt, præmiſſa, ſperare jubet novas Concordantias Hebraicas & Græcas.

## VII. Deſignatio eorum, qui Nomina Propria in Codice Sacro occurrentia expoſuerunt.

IN recenſione Lexicographorum Hebraicorum commemoravimus, nonnullos eorum Nomina Propria Hebraica non neglexiſſe, ſed eorum origines ex genuinis ſuis fontibus derivaſſe. Hac opera cum alii, ſique plures ſeorſim defuncti ſint, ab inſtituto noſtro alienum non judico, eorum mentionem hoc loco ſtrictim facere.

*Anonymi* Interpretatio Græca Nominum Hebraicorum aliorumque exoticorum, quæ in Actis Apoſtolic. leguntur, ordine alphabet. item, quæ in Apocalypſi exſtant, & in epiſt. Barnabæ, MS. exſtat in Biblioth. Vindobon. Cod. 34. Conf. Imbonati Biblioth. Lat. Hebr. p. 309.

*Anonymi* Hebræa, Chaldæa, Græca & Latina Nomina Virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, &c. quæ in Bibliis leguntur. *Antwerp.*



Digitized by Google

*werp.* apud Chriſtoph. Plantinum an. 1565. 12. Vide Leusdenii præfat. ad Onomaſticon Sacrum.

*Anonymi* Index Nominum Propr. cum interpretat. Germ. qui in limine Bibliorum Vinarienſium occurrit, & a B. Sal. Glaſſio recognitus eſt.

*Anonymi* Onomaſticon Nominum Propriorum cum interpretatione Lat. Tom. VI. Polyglott. Londinenſ. 1657. edit.

*Andr. Althammeri* Sylva Nominum Propriorum Biblicorum, *Norimb.* 1530. & *Baſil.* 1535. ap. Thom. Wolfium, it. ibid. 1537. 8. Confer Unſchuldige Nachrichten an. 1713. p. 741.

*Jo. Arquerii*, Burdigal. Expoſitio Nominum Propriorum Biblic. *Baſil.* 1557. 1567. & 1607. 4.

*Matth. Aurogalli*, Prof. Witteb. de Hebræis urbium ac Populorum nominibus e V. T. *Witteb.* 1525. & auctius *Baſil.* 1539. Conf. *Pet. Balii* Dictionar. Tom. I. p. 433.

*Ludov. Balleſterii* Onomatographia ſive deſcriptio Nominum Propriorum Biblicorum peregrini idiomatis, *Lugd.* 1614. 8. Vide Alegambe in Biblioth. S. J. pag. 307. & *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. Nov. ſuo loco.

*Bedæ* interpretatio Nominum Hebraic. V. & N. T. inter opera ejus *Pariſ. Baſil.* & *Colon.* &c. impreſſa exſtat.

*Jac. Bonfrerius*: vid. paulo poſt *Euſebius*.

*Guil. Britonis* liber de Nominibus Hebraicis V. & Græcis N. T. item librorum Apocryphorum V. T. qualiter ſcilicet debent ſcribi & pronunciari, exſtat in Biblioth. Lambethana, ex cujus prologo locum affert *Hody* de Textibus Original. p. 433.

*Marius de Calaſio* Tom. IV. Concordantiarum Hebr. *Romæ* an. 1621. editarum ſubjunxit interpretationem Nominum Propriorum in obſcuriuſculis, teſte B. *Pfeifero* pag. 176. Critic. Sacr. abſonam & ineptam.

*Davidis Chytræi*, Theologi Roſtochienſis, Onomaſticon Theologicum, ubi Nomina Propria tum Biblica, tum alia v. c. Sanctorum, Doctorum, Martyrum, Hæreticorum, &c. explicantur. Prodiit primum *Witteb.* 1557. 8. ſub *Theophili Lebei* nomine, & ibid. 1560. recognitum vero & auctius 1578. 8. qua ratione deinde recuſum eſt *Lipſ.* an. 1599. fol. in Tomo II. Opp. Theologg. p. 749. — 2011. Germanice converſum per Valent. Beyerum lucem vidit *Lipſ.* 1605. 4.

*Pauli Crellii* Concordantiæ Reales a B. Feſſelio auctæ.



Digitized by Google

*Io. Eutychi Deperi* & *Henr. Roſæ* Tabula Nominum Propr. laudatur a Conr. Geſnero in Pandectis, tit. *Dictionar. Bibl.*

*Dionyſii Avenionenſis*, Capucini, librum de Locis & Perſonis S. Scripturæ laudat *Sorberius* in epiſtolis ſuis & diſſertationibus p. 444. Sed ille non prodiit: vide *Colomeſii* Galliam Orientalem p. 221. ſqq.

*Io. Druſii* commentarius prior & poſterior de vocibus Hebr. N. T. huc ex parte pertinet, *Franequ.* 1616. 4. recuſus, poſtquam uterque antea ſeorſim lucem adſpexerat.

*Io. Ebarti* Onomatologia, ſive explicatio Nominum baptiſmalium vernacula, breviuſcula eſt. Prodiit *Lipſ.* 1670. 8.

*Eucherii*, Epiſc. Lugdun. Interpretatio Nominum Hebr. tum inter Opera ejus, tum in Biblioth. Patrum Tomo VI. edit. Lugdun. exſtat. Conſtituit vero illa tantum caput I. libri II. Formularum. Lege id. in *Matth. Flacii* Clave Part. I. p. 1363. ſqq.

*Euſebius* de Locis Hebr. eorumque nominibus græce ſcripſit, unde convertit & hinc inde emendavit atque auxit *Hieronymus*: Græce cum nova ſua verſione & notis eruditis eddidit *Jac. Bonfrerius* in limine commentarii ſui in libros Joſuæ, Judicum & Ruth, *Pariſ.* 1631. & 1659. fol. Idem emendatior cum Lat. Hieronymi verſione factus eſt cura *Jo. Martianæi* Tom. II. Opp. Hieron. *Pariſ.* 1699. fol. ex qua editione ſuam ſeorſim procuravit V. C. *Jo. Clericus* Amſt. 1707. fol.

Euſebium in explicatione ſubinde lapſum nemo mirabitur, qui ſciverit, eum L. Hebr. admodum ignarum fuiſſe. Vide hoc exemplis probatum a doctiſſimo *Bernhardo de Montfaucon* in præfat. ad Commentar. ejus in Pſalmos, Tom. I. Collectionis novæ Patrum. Imo ne legere quidem potuiſſe Hebraice Cl. Jo. Clerico ex eodem commentario viſus eſt, in Biblioth. Vet. & Nov. Tom. IV. Part. II. p. 10. Ceterum poſt tot eruditorum curas in Euſebiano opere emendando collocatas ſupereſſe poſteris materiam, in qua ingenium periclitentur, oſtendit doctiſſimus *Jac. Rhenferdius* edito Periculo Critico in Loca depravata Euſebii & Hieronymi de ſitu & nominibus locorum Hebr. Franeqv. 1707. item in Exercit. Philolog. ad loca *Deperdita* eorundem; nec non ad loca eorum *renata*: tum in *Notis Criticis* ad Onomaſticon Locorum Sacr. & in Exercit. Philolog. ad loca depravata & vexata: quæ diſpp. omnes ſucceſſu temporis an. 1707. lucem viderunt, dignæ omnino quæ recuderentur.

Acce-

Accedunt Obſervatt. Selectæ ad Loca Hebr. N. T. diſputatt. tribus, ibid. 1705. & 1706.

*Gregor. Franci* Lexicon Sanctum ſive Onomatoſcepſia Biblica, *Hanov.* 1634. 8. Vide Pfeiferi Critic. Sacr. p. 177. & Beemanni Catalog. Bibl. Francofurt. Lipenius in Biblioth. Theolog. Part. II. p. 375. ex uno hoc duos facit more ipſi alias ſolenni, alterum *Georg. Francum*, cujus Ονοματοσκεψίαν tradit editam Francof. ad Od. 1623. alterum *Gregorium de Gregoriis Francum*, cujus Lexicon S. ſcribit prodiiſſe *Francof.* 1634. 8.

*Matth. Hedleri* Onomaſticon Germanicum, ubi illuſtrium feminarum nomina explicantur. *Dresd.* 1667. 12.

*Jo. Heideni* Onomaſticon Biblicum, ubi Nomina Propria Hebr. & Chald. lingva vernacula exponuntur. *Francof.* 1567. 4. & ib. 1579. fol. teſte *Lipenio* l. c. p. 352. & 375.

*Hieronymus*: v. Euſebius. Confer *Richardi Simonis* Epiſtolas Selectas Tom. I. ep. 33. p. 231 ſq.

*Matthæi Hilleri* Onomaſticon Sacrum in duas partes diſtinctum; in priori Nominum Propriorum, quæ in ſacris literis leguntur, origo, analogia & ſenſus declaratur: in poſteriori juxta ordinem literarum digeſta nomina explicantur, & hinc, quibus rebus perſoniſve fuerint impoſita, ſignificatur. *Tubing.* 1706. 8. Auctor doctiſſimus novo plane inſtituto primus hoc argumentum ita tractavit, ut conſtitutis certis Nominum claſſibus, ſingulisque eorum ad eas revocatis ex certis artis principiis eorum reddat rationem. Eodem labore repetita vice in vernacula lingva defunctus eſt idem ſecundum literarum ſeriem, unde ſua repetiit Anonymus, qui Onomaſticon Germanicum, interſperſis hinc inde obſervationibus ſuis ſubjunxit Bibliis Pentaplis Wandesbeci prope Hamburgum an. 1712. 4. editis. Hillero ſane tam feliciter ſucceſſit conſilium, ut reliquis omnibus palmam præripuiſſe merito exiſtimetur.

*Krügeri* Onomaſticon *Lipſ.* in 8. editum memorat *Draudius* in Biblioth. Claſſica libb. German. Theolog. p. 64.

*Theophili Lebei* Onomaſticon Theologicum, recens recognitum, in quo præter nomina propria fere omnia, quæ in Bibliis exſtant, plerorumque etiam Sanctorum, qui Calendario uſitate inſcribi ſolent, item doctorum Eccleſiæ, Martyrum, hæreticorum, & Synodorum nomina

nomina & hiſtoriæ breviter indicantur. *Witteb.* 1560. 8. V. *Dav. Chytræus*, cujus hæc eſt commentatio ψευδωνύμως edita.

*Jo. Leusdenii* Onomaſticon Sacrum *Lugdun. Batav.* 1664. & repetita vice 1684. 8.

*Steph. Luſignani* Catalogus Virorum Illuſtrium V. & N. T. *Pariſ.* 1580. 8.

*Marcus Marinus*, Brixianus, Arcæ Noæ ſeu Lexico Hebr. Nomina Propria inſerere non omiſit: Conf. *Pfeifer.* Critic. Sac. p. 176.

M. *Adami Erdman Miri* Onomaſticon Biblicum, lingva vernacula ſecundum alphabeti ſeriem. *Lipſ.* 1720. 8.

*Andr. Mülleri*, Greifenhagii, Gloſſarium Sacrum h. e. vocum & phraſium peregrinarum, quæ in Hebr. V. T. ſermone occurrunt, expoſitio. Pars I. 1665. edita & *Francof.* 1690. 8. recuſa. Ibi voces exoticæ magis quam Propria Nomina (eorum enim perpauca occurrunt) explicantur. Vir doctus & in hac arte inprimis verſatus paſſim Operis hujus fecit mentionem, v. c. in Symbolis Syriacis p. 33. Obſervatt. Sinicis p. 2. Scrutinio fatorum Gogi p. 31. &c. ita ut B. *Pfeiferus* p. 231. Criticæ Sacræ poſt alios illius videndi deſiderio ſe teneri ſignificarit.

*Seb. Münſterus* Dictionario ſuo Trilingvi Baſil. 1530. 4. edito addidit librum de Hebræis urbium &c. nominibus.

*Origenis* Interpretationem Nominum Hebraic. S. Scripturæ & menſurarum Græce cum Hieronymi & ſua verſione & notis edidit *Joh. Martianæus* Tom. II. Operum Hieronymi, *Pariſ.* 1699. fol. Lege plura apud Cl. Jo. Albert. Fabricium in Biblioth. Græca lib. IV. c. 35. §. 1. & lib. V. cap. I. p. 224.

*Georg. Paſor* Lexico ſuo N. T. ſæpiſſime recuſo addidit Etyma Nominum Propriorum. Seorſim vero eadem in lucem protulit *Herbornæ* 1622. 8.

*Philonis Judæi* Interpretatio Nominum Hebraic. in Lege ac Prophetis Latine exſtat tum alias, tum inter Hieronymi, tanquam Interpretis, opera. Fragmenta ejus cum verſione Lat. Hieronymi & Martianæi nova, ex MSS. collecta habes in Tomo II. Opp. Hieronymi a Martianæo curatorum *Pariſ.* 1699. fol. qui & ibidem cetera Nomina Propria ab Origene in aliis ſcriptis ſuis explicata collegit.

*Andreæ Placi* Lexicon Biblicum, *Colon.* 1543.

*Radulphus Niger*, Anglus Sec. XIII. Interpretationes Hebr. Nominum ſcripſiſſe fertur apud Imbonatum in Biblioth. Lat. Hebr. p. 212. b.



Digitized by Google

*Alph. Ramonis*, Conchenſis, Interpretatio Nominum Virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum &c. quæ in Bibliis Hebr. & Græc. leguntur. Madriti 1617. 4. v. *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. Nov.

*Adami Rechenbergii* Hierolexicon *Lipſ.* in 4. editum Nomina propria Biblica inter cetera interpretatur.

*Jac. Rhenferd:* vid. *Euſebius*.

*Henr. Roſa*: v. ſupra *Deperus*.

*Zachar. Roſenbach* in Moſe Omniſcio (de quo paulo ante inter Lexicographos Hebr.) Sect. VI. Nominum Propriorum interpretatione defungitur.

*Jo. Row*: vide paulo ante inter Lexicographos.

*Valent. Schindleri* Lexico Polyglotto ſubjungitur Index Nominum Propriorum, quæ in Lexico ipſo explicantur.

*Simon*, Gallus, in Dictionario Biblico, *Lugduni* gall. 1693. fol. edito vitas & res geſtas præcipuorum ex iis, quorum in V. & N. T. mentio fit, perſecutus eſt.

*Jo. Schuzii* Paſtoris Vehlſanzienſis, Apparatus Nominum Propriorum Biblicus, cujus Tom. I. 1705. II. 1706. III. 1707. & IV. 1708. *Dresdæ* prodiit in 8.

*Rob. Stephani* Hebr. Chaldaica & Græca nomina Virorum, mulierum, populorum, urbium, idolorum, fluviorum, &c. cum interpretatione Lat. & Indice in V. & N. T. *Pariſ.* 1528. fol. tum ibidem 1537. 8. ubi acceſſit deſcriptio locorum ex Coſmographis, hinc 1541. fol. cum Schemate tabernaculi Moſaici & Templi Salomonei, item 1549. 4. ac 1557. nec non *Colon.* 1563. 8. Conf. *Almelovenii* Index librorum a Stephanis impreſſorum pag. 20. 21. Eadem interpretatio Bibliis ab eodem editis, v. c. anni 1540. addi ſolet.. Convenit autem fere cum iſta, quæ in Polyglottis Complutenſibus exſtat, judice *Mich. Neandro* pag. 568. Erotematum Lingvæ Hebr.

*Pauli Toſſani* Index Nominum Propriorum cum interpretatione Germanica Bibliis ejus ſæpe editis præmittitur in fol.

*Alphonſi Zamorenſis* Onomaſticon, quod Bibliis Polyglottis Complutenſibus an. 1515. ed. additum eſt.

De præcipuis hujusmodi Scriptoribus fuſius commentatus ſum in Appendice ad Hiſtoriam Lexicorum Hebraic. pag. 229. ſqq. Addi

his

Digitized by Google

his poterant, qui vel promiſerunt ejusmodi commentationes, vel obiter hinc inde de eodem argumento expoſuerunt. Ad priores pertinent *Hottingerus* (v. Theſaurum Philolog. pag. 460.) *Ioh. Druſius* (v. Vitam ejus ab *Abele Curiandro* ſcriptam) & *Matth. Frider. Beckius* (vide Nova Literar. Hamburg. an. 1704. pag. 131.) Ad poſterius genus Scriptorum refero Lexicographos univerſales, *Car. Stephanum*, *Nic. Lloydium*, *Jo. Jac. Hofmannum*, *Ludov. Morerium*, & *Pet. Balium*, tum vero Interpretes Biblicos & Hiſtor. Eccleſiaſticæ Scriptores. Conſulendi præterea ſunt ex noſtratibus B. *Salom. Glaſſius* in ſingulari Tractat. de Nominibus Propriis Philologiæ Sacræ lib. IV. tract. III. inſerta, *Io. Conr. Dietericus* in Antiquitat. Biblicis V. T. p. 227. ſqq. *Georg. Fabricius* in libris X. quos hiſtoriam Virorum in S. Scriptura præ ceteris illuſtrium inſcripſit, & *Aug. Pfeiferus* in Dubiis Vexatis. Nec omitte *Sam. Bocharti* Geographiam Sacram.

Quomodo in hoc etymologiarum opere verſari fas ſit, oſtendit *Rich. Simon* in Epiſtolis ſelectis Tom. I. ep. 33. p. 231. ſq.

Ex antiquitate Græca Origenes in Hexaplis a Cl. *Bernhardo de Montfaucon* editis variorum Nominum etyma affert. Adde ipſum Montfauconium in Præliminaribus pag. 18.

Ex antiquitate Latina inſpicere juvabit Fragmentum de origine generis humani, quod Rev. *Matth. Christoph. Pfaffius* cum epitome Inſtitutt. Divin. Lactantii edidit, p. 184. ſqq.

Nominum Propriorum, in Jeſaia exſtantium, explicationem *Renatus Andr. Kortum* verſioni ſuæ Germanicæ illius Prophetæ addidit.

Cum impeditum admodum ſit negotium origines Nominum inveſtigandi, conferam hic in cumulum obſervationes, quas eruditi hanc in rem uſu confirmatas ſuggeſſerunt.

Nomina Propria nonnunquam ex alia in aliam lingvam translata ſunt: v. *Io. Clerici* Differt. de L. Hebr. Commentario in Geneſin præmiſſa §. 2. item in Indice ad Stanleji Hiſtor. Philoſ. Orientalis, voce *Hecate*; *Pet. Petitum* de Amazonibus c. 41. & *Pet. Dan. Huetium* in Demonſtrat. Evangel. p. 287. ſqq. qui idem a Moſe in Hiſtoria Sacra factum pronunciat. Sed vide *Steph. Morinum* in Exercitatt. de Lingva primæva c. 8. & *Guſſetium* in differt. de L. Hebr. pag. 1. Lexici Hebr. itemque *Vitringam* lib. I. Obſſ. Sacr. c. 3.

Hebræi in formationibus Nominum Propriorum non ſemper de analogia ſolicite ſervanda ſoliciti ſunt, quod R. *David Kimchi* & *Salom.*

*ben Melech*, ejus epitomaſtes, obſervant ad 1. Chronic. IV. Conf. B. *Carpzovii* Conciones Funebres Tom. II. pag. 657. Adde *Io. Clericum* ad Geneſ. IV. 1. item p. 127. & 130. tum vero diſſ. de L. Hebr. §. 2.

In uno Nomine Proprio quandoque reſpicitur ad duas diverſas radices: v. *Bened. Henr. Starckii* Notas Selectas in Pentateuchum p. 26.

Nomina urbium, compoſita ex pluribus vocibus, nunc plenius, nunc contractius efferuntur. Lege Rev. *Io. Georg. Abichtium* in notis ad R. *Jeſaiæ* commentar. in Joſ. XIX. 3. *Huetium* in Demonſtr. Evangel. Propoſit. IV. c. 4. §. 2.

Vocales in initiis Nominum nonnunquam eliduntur: vide *Bochartum* Tom. I. Opp. p. 957. Ex nominibus locorum ſæpe prior pars excidit: vid. idem *Bochartus* Part. I. Hierozoici p. 200. ed. Francof.

Nomina propria Chaldaica Scripturæ S. non ex hodierno idiomate Chaldaico, ſed potius ex Targumim & veteri illa Chaldæorum lingva interpretanda ſunt, quod non obſervavit *Gregor. Francus* in Lexico Sancto, notatus ideo *Læſchero* in Comment. de Cauſis lingvæ Hebr. pag. 44.

De Nominum propriorum origine ac varietate, quidque in hiſce maximopere cavendum ſit, ſingulares quasdam obſervationes ex Hebræorum maxime ſcriptis ſuppeditat *Theodorus Hackſpanius* lib. II. Miſcellan. c. 8.

Pleraque eorum in lingva S. non ad homines ſunt accommodata, ſed ad Deum, cujus vel auxilium efflagitarunt, vel celebrarunt virtutem. Vide doctiſſimum *Hillerum* in Syntagmatibus Sacris p. 340. ſqq.

Hebræi nominibus propriis ſæpe myſterium aliquod, vel rem ſingularem ſubindicant, quod expreſſuri Interpretes pro nomine proprio ipſo ſæpe ejus interpretationem afferunt: vid. *Waltoni* Apparatum ad Bibl. Polyglotta p. 102. ed. Tigur.

In eorum formatione paſſim non tam ad verba, quam ad rem reſpectum haberi, exemplis evincit *Jac. Guſſetius* in diſſertat. de lingva Hebr. Lexico Hebr. præmiſſa, lit. D.

Nonnunquam voces originariæ Nominum Propriorum perierunt: vide *Valent. Ernest. Læſcherum* de Cauſis lingvæ Hebr. p. 9. Hinc & *Matth. Hillerus* in libb. de Arcano Keri & Kethib modum oſtendit, quo ex nominibus propriis radices variæ reſtitui, atque adeo lingva Hebr. locupletari nunc poſſit.

Nomina Propria ſæpe irregularibus & alienis punctis inſtrui nonnullis videntur. Lege præ ceteris *Stephani Morini* Exercitatt. de lingva primæva

primæva Part. III. c. 6. & *Thom. Hyde* de Religione veterum Perſarum p. 43. ſq. & p. 65. ubi hæc leges: *Iudæi non videntur recte aſſecuti eſſe vix ullos in Bibliis exoticorum nominum ſonos; cum pleraque Chaldæa & Perſica & reliqua exotica non ſecundum orthographiam, ſed ſecundum receptum ſuo tempore vulgarem ſonum (eumque corruptiſſimum) in Bibliis dederint.*

De mutatione Nominum apud Orientales obiter differit Clariſſ. *Hardtius* in Ephemeridibus Diſc. V. p. 99. & *Rich. Simon* in Hiſtor. Critica V. T. lib. I. c. 3. pag. 20. ſqq.

Quædam Patriarcharum nomina non tam propria, quæ naſcentibus impoſita ſint, quam cognomina, quæ poſteris innotuerint, atque adeo mutationi obnoxia fuiſſe affirmat *Jo. Clericus* in Differt. de lingva Hebr. Commentario in Geneſin præmiſſa, §. 2.

Quædam Regum exterorum nomina a Judæis potius ex odio profecta cognomina, quam vera nomina fuiſſe, qualia ſint *Evilmerodach, Chodorlaomor*, &c. affirmat *Sam. Bochartus* p. 858. Geographiæ Sacr.

Hebræos varia interdum nomina geſſiſſe conſtat. Vide *Matth. Frider. Beckium* in notis ad Paraphraſ. Chald. poſterioris Chronicorum p. 136. itemque *Krebſium* de Nominum mutatione pag. 14. ſq. Speciatim alio nomine in Judæa, alio inter gentiles utebantur. Vide *Io. Braunii* Selecta Sacra p. 34. ſq. quemadmodum adhuc hodie aliter in Synagoga, aliter in vitæ uſu appellantur.

Additio literæ nomini proprio facta acceſſionem dignitatis, ſicut ademtio literæ imminutionem notat. Exempla habes apud *Jac. Altingium* Heptade V. diſſ. I. §. 72.

In nominibus propriis elementum in compoſito iterandum exteritur. Vide *Hillers* Syntagmata Sacra p. 197.

Antiqua urbium & regionum nomina ſæpe ſunt ſymbolica, ut Babelis, Moabi, Tyri, Gogi & Magogi: vide *Herm. Witſii* Miſcellanea Sacra lib. III. c. 2. §. 17.--21.

Sola nomina non ſufficere ad veras gentium origines probandas, cum ſæpe idem nomen diverſis gentibus ob vicinitatem tribuatur, prudenter monet *Steph. Morinus* in Exercit. I. de lingva primæva pag. 116.

Nomina populorum nonnunquam ab aliis gentibus cum aliarum lingvarum nominibus, idem ſignificantibus, permutantur; ſicut *Phœnices* a Græcis dicti ſunt, qui antea dicebantur *Idumæi*, cum utrumque nomen *rubros* deſignet. Conf. idem *Morinus* p. 102. qui p. 122. novum affert exemplum ab Ægyptiis petitum, qui antea a Chamo *Chamii*, i. e.

 a חום

a חום, *nigri* dicti ſint, a Græcis autem vocati *Ægyptii* ab αἴθω, i. e, *uro*. Sed hæc hactenus.

## VIII. Collectores compendiorum ſcribendi, quæ Abbreviaturæ vocantur; una cum Supplemento ad librum Buxtorfii de Abbreviaturis.

Lexicographi nonnulli potiora ſcribendi compendia in Lexicis ſuis annotanda recte judicarunt, aliis ſingulari opera in hoc negotio verſantibus. Utroſque in ſequenti tabula commemoratos invenies.

*Guil. Alabaſter* in Lexico ſuo Pentaglotto, *Lond.* 1637. fol. Abbreviaturas a *Georg. Weigenmeiero* collectas repetiit.

*Philippus Aquinas*, Ex-Judæus, Dictionario ſuo abſolutiſſimo, quod vocat, abbreviaturas frequentiores ſuo loco inſeruit & explicavit, *Pariſ.* 1629. fol. Eas video a Buxtorfio quoque adhibitas, ſed nonnullas tamen prætermiſſas eſſe.

*Jo. Buxtorfius* omnium diligentiſſime in hoc opere occupatus cum Bibliotheca Rabbinica librum de Abbreviaturis Hebr. edidit primum *Baſil.* 1613. tum cum acceſſionibus, ibid. 1640. hinc *Franequ.* 1696. ac denique *Herbornæ* 1708. 8.

*Franc. Donatus*, Romanus, Profeſſor Oriental. Lingvar. edidit תפוחי זהב i. e. Poma aurea, ſeu Opuſcula tria, quorum I. de Accentibus, II. de Abbreviaturis, III. de doctrina Chriſtiana præcipit. Rom. 1618. 4.

*Jo. Druſius* ſuam Abbreviaturarum Collectionem laudat p. 40. Præterit.

*Elias Levita* in שִׁבְרֵי לוּחוֹת: vide Partem I. Biblioth. Hebr. p. 159.

*Abrab. Hinckelmannus*, Prædeceſſor meus, ſingulari quaternione phraſes & Abbreviaturas Rabbinorum communiores collectas edidit in 4.

*Jo. Mercerus*, Grammat. Chaldaicæ tract. de Abbreviaturis Hebraicis addidit, *Pariſ.* 1560. 4. Conf. *Druſium* p. 6. Præteritorum.

*Ejusd.* Alphab. Hebr. *Pariſ.* 1566. 4.

*Sebaſt. Munſterus* hoc doctrinæ genus tetigit in Opere Grammatico pag. 297. ſqq.

*Valent. Schindlerus* Lexico ſuo Polyglotto Abbreviaturas Weigenmeierianas, de quibus mox, adjunxit *Hanov.* 1612. fol.

*Jo.*

*Io. Iac. Schudt* frequentiores atque adeo perpaucas in Trifolio Hebræo-Philolog. p. 176. usque ad 179. exhibet.

*Chriſtianus Stockius* Clavi lingvæ S. addidit Dictionarium Breve Chaldæo-Rabbin. exhibens tum voces, quæ in Daniele, Eſra & Targumim occurrunt, tum vocabula, quibus Rabbini utuntur. *Jen.* 1717. 8.

*Georg. Weigenmeierus* Inſtitutionibus ſuis lingvæ Hebr. Indicem Abbreviaturarum addidit, quam deinde *Schindlerus* & hujus exemplo *Guil. Alabaſter* retinuerunt.

## Supplementum libri Buxtorfiani de Abbreviaturis.

Operæ pretium facturum me puto, ſi, quas *Abbreviaturas* Buxtorfii induſtriam effugiſſe, mihique in lectione Rabbinorum recentiorum obſervatas video, eas hic ſupplementi loco & quidem ſine punctis, quorum inopia Typographus premitur, inſeram. Editio libri Buxtorfiani Herbornenſis an. 1708. nonnullas itidem affert, ſed perpaucas, quas ſuo quasque loco ſtrictim recenſeo. Addantur his, quæ in Parte I. Biblioth. Hebr. paſſim ſuis locis a me allatæ ſunt.

### א

א"א אין אומרים *non dicunt*, aut איש אלהים *vir Dei*, aut ארך אנפין *longus miſericordia:* aut אבא ואימא *pater & mater:* aut אבי אסף *pater meus collegit*; aut אות א' *litera Aleph*, aut אגורת אזוב titulus libri.

א"ב אות בית *litera Beth:* איסורי ביאה *vetita circa concubitum.*

אב"יה אבי העזרי.

אר"הר אדם הראשון *Adam primus*, quod idem exprimitur etiam per א"ה & per אר' הר'.

אה"כ אי הכי נמי *ſi ſic quoque velimus dicere.*

א"ו אדם וחוה *Adam & Eva*, quod & exprimunt per א"ח.

או"א i. e. אבא ואימא *pater & mater.*

או"ש i. e. איסור והיתר שלו *vetitum & licitum.*

אואדאח i. e. אלו ואלו דברי אלהים חיים *hæc & illa ſunt verba Dei viventis:* adhibent de dictis & ſententiis, quæ ſibi invicem adverſari videntur.

א"ז אליהו זוטא titulus libri.

א"ח

Digitized by Google

א״ח אסרו חג adhibent in epitaphiis.
א״י איני יכול *non poſſum:* aut אינו יודע *non novit.*
אי״שר אמן יהי שמיה רבה *Amen, ſit nomen ejus magnum.*
אכ״ח i. e. אם כל חי *mater omnis viventis.*
אל״תה i. e. אי לא תימא הכי *niſi dixeris ita.*
א״מ i. e. אמצע *medium*, item אינו מבחין.
א״מה, אלהינו מלך העולם *Deus Rex mundi*, item אבר מן החי *membrum viventis* ſcil. animalis.
אס״פה i. e. אספקלריה המאירה *ſpeculum lucidum.*
אספ״שם i. e. אספקלריה שאינה מאירה *ſpeculum illucidum.*
אער״שם i. e. אינם עושים רצונו של מקום i. e. *non faciunt voluntatem Dei.*
א״פה i. e. אפילו הכי.
א״צ i. e. אור צדיקים aut ארחות צדיקים tituli librorum.
א״צל, אלא צריך לומר *ſed neceſſe eſt dicere.*
אצלה״ רב i. e. אין צריך להטיף דם ברית.
א״ק, אדם קדמון *Adam primus*, vide edit. Herbornenſ.
א״ק, אך קשה *ſed difficile eſt.*
א״ש, אגודת שמואל titulus libri, item אדר שני Februarius ſecundus, qui ſcilicet occurrit in anno intercalari. Vide editionem Herborn.
א״שי, אשר יצר *qui formavit.*
א״ת, אל תקרי *ne legas:* aut אכול תאכל *comedendo comedes.*

# ב

ב, בשם *in Deo.*
בא״י, בארץ ישראל *in terra Iſraelis.*
בב״י, בספר בית יוסף *in libro, qui dicitur* Beth Joſeph.
בג״ה, בגזרת האל *cum auxilio Dei.*
בג״ע, בגן עדן *in horto Eden.*
בד״א, בדרך אחר *alia via* ſeu *ratione.*
בד״ה, בדברי הימים *in libro Chronicorum:* item בדק הבית titulus libri.
בד״י, vid. edit. Herbornenſem p. 50.
ב״ה, בית המדרש *Gymnaſium;* item בעזרת האל *cum auxilio Dei;* item בה״ז בן המחבר *filius auctoris.*

בה" , ברכת הזבח *benedictio ſacrificii.*
בה"מ , בעל המסורת *auctor Maſoræ.*
בה"י , בית הלל *familia Hillelis.*
בה"כ , בית הכנסת *Synagoga*, item בית הכסא.
בה"ק , בנין הקל *conjugatio levis.*
בה"רר , vide edit. Herbornenſem p. 53.
ב"ז i. e. בת זוג , item בנימין זאב *Benjamin Wolf.*
בז"ח , בזהר חדש in libro, qui dicitur *Sohar Chadaſch.*
ב"י , בית יוסף aut בית יעקב tituli librorum, aut בני ישראל *filii Iſrael.*
בי"ה , ביום הכפור *feſto expiationis.*
בי"ע , בריאה יצירה עשיה *creatio, formatio, factio.*
ביר"ג , בילקוט ראובני גדול *in libro* Jalkut Reubeni Gadol.
ב"כ i. e. בפרק כל הבשר *in capite, quod incipit :* Col habbaſar.
בכ"מ i. e. בכל מקום *in omni loco.*
בכה"ג , בכנסת הגדולה *in libro :* Keneſeth haggedola : item בכהן גדול *per Sacerdotem magnum.*
בכה"כ , בכסא הכבוד *in throno gloriæ.*
בל"א , בלשון ארמי *lingua Syriaca* vel *Chaldaica.*
בלה"נ , בלאו הכי נמי.
בל"ז , בלא זאת.
ל"י , בלשון יוני *in lingua Græca.*
בל"ע , בלשון ערבי *in lingua Arabica.*
בלע"ב , בלשון עברי *in lingua Hebræa.*
בל"פ , בלשון פרסי *in lingua Perſica.*
בל"צ , בלשון צרפתי *in lingua Gallica.*
במ"ב , במעשה בראשית *in opere creationis.*
במ"כ , *in libro* Matthenoth Kehanka.
במב"כ , במשאת בנימין כתב *in libro* Maſath Benjamin *ſcribit.*
במ"ס , במסכת סופרים *in libro* Maſſecheth Sopherim.
במ"ש , במבוא שערים *in libro* Mebho Schearim : item במוצאי שבת.
במ"ת , במתן תורה *cum lex daretur.*
ב"נ , בר נש *filius hominis ;* item בני נח *filii Noa.*
בנ"ט , בר נותן טעם aut בנותן טעם.

בס"ד, בסייעתא דשמיא *auxilio Dei*; item בספרא דצניעותא *in libro* Siphra Dizniutha.
בסד"ה, בסוף דבור המתחיל·
בס"י, בסיפורים ישנים *in hiſtoriis antiquis.*
בס"ת, בספר תורה *in libro Legis.*
ב"ע, בערך *in ordine:* item בן עונשים item באר עשק·
בער"ט, בערב יום טוב *veſpera diei feſti.*
בעמ"י, בעל מכלל יופי *auctor libri* Michlal Jophi.
בע"ת, בעל תשובה *pœnitentiam agens.*
ב"פ, ב' פעמים *duabus vicibus.*
בפ"א, בפרק א' *capite primo.*
בפה"א, בורא פרי האדמה *creans fructum terræ.*
בפה"ג, בורא פרי הגפן *creans fructum vitis.*
בפה"ע, בורא פרי העץ *creans fructum arboris.*
בפ"ע, בפני עצמו *per ſe.*
ברה"מ, ברכת המזון *benedictio cibi.*
ב"ש, בשורש *ſub radice;* item ברוך שאמר *benedictus qui dicit;* item באר שבע·
בש"לה, בשני לוחות הברית *in libro* Schene Luchoth habberith.
בת"דא, בתנא דבי אליהו *in libro* Tana debe Elijahu.
ב"תכ, בתי כנסיות *domus congregationis*, ſive *Synagogæ.*
ב"תמ, בתי מדרשות *Gymnaſia.*
בת"קח, בתקנת חכמים *ſecundum inſtituta Sapientum.*

## ג

גר"מ, גדולת מרדכי *liber* hujus tituli.
גג"ת, גדולה גבורה תפארת *magnitudo, fortitudo, decus*, tres Sephiroth ex arbore Cabbaliſt.
ג"ה, גרסת הגאון *explicatio excellentis Doctoris.*
ג"ז, גם זו *etiam hoc.*
ג"ח, גלגל חמה *orbis Solis.*
ג"ש, שלשה טפחים *tres palmi.*
גי", גימטריאה *Cabbalæ ſpecies:* item שלשה ימים *tres ases.*
ג"פ, שלשה פסוקים *tres verſus;* item שלושת פעמים *tribus vicibus;* item גט פשוט·

ר"א·,

## ד

ד"א, ארבע אמות *quatuor cubiti;* item דין אחד *judicium unum.*
דא"א, דאי אפשר *quod fieri non poteſt.*
דא"ל, דאין לומר *quod dici non poteſt;* aut דאיכא לומר; aut דאפשר לומר.
ד"א, דיש אומרים *quia ſunt, qui dicunt.*
ד"מ, דרכי משה liber hujus tituli R. Moſis Iſarles.
ד"ע, דעת עצמו *ſententia ejus;* aut דברי עצמו *verba ejus.*
דצח"מ, דומם צומח חי מדבר i. e. *inanimatum, vegetabile, vivens & rationale.*
דש"לם, דבר שיש לו מתירין *res, quam nonnulli permittunt, ut licitam.*
דתכ"לבא, דברה תורה כלשון בני אדם *loquitur Lex ἀνθρωποπαθῶς.*

## ה

ה"א, ה' אלהינו *Dominus Deus noſter.*
הא"ר, האיש אלקי רבינו יצחק לוריא *vir divinus, Doctor noſter Iſaac Luria.*
ה"ב, הלכה ברורה titulus commentarii in Orach chajim R. Pinchas.
ה"ג, הלכות גדולות titulus libri, qui a nonnullis tribuitur *Simoni Kaira.*
הג"א, הגהות אשרי *annotationes R. Jacob Aſcher.*
הג"רם, הגהות דרבי משה *annotationes R. Moſis Maimonidæ.*
הג"שד, הגהות שערי דורא *annotationes ad librum* Schaare Dura.
הג"מ, הגהות מימוני *annotationes Maimonidæ,* ſcil. ad Miſchnam; aut הגהות מרדכי annotationes ad librum, qui dicitur מרדכי גדול.
ח"ח, ה' חסידים *quinque pii.*
הי"ד, יהוה ינקם דמו *Deus ulciſcatur ſanguinem ejus,* dicitur de illis, qui præter jus occiſi ſunt.
המ"הם, המלאך המות *Angelus mortis.*
המ"מ, הרב מגיד משנה *Auctor libri Maggid Miſchne.*
המ"עה, המוציא מחבירו עליו הראיה vide edit. Herbornenſem p. 81.
הנ"ל, הנראה למעלה *vide ſupra.*
הס"הפ, הסכמת הפוסקים *conſenſus Iudicum, ſeu decernentium.*
הע"מה, vide edit. Herbornenſ. p. 82.

הלכות קטנות, ה"ק titulus libri.

הרב ר' אהרן הלוי, הר"אה *Dominus, R. Aharon Levita.*

הרבי זכריה הלוי, הר"זה *R. Secharja Levita.*

הרב ר' יצחק ערמא, הרי"ע *Dominus, R. Iſaac Arama.*

הרב ר' דוד בן זמרא, הרד"בז *Dominus, R. Dav. ben Simra.*

הרב בית יוסף, הר"בי *Dominus auctor libri Beth Ioſeph*, i. e. R. Joſeph Karo.

הרב ר' מאיר הלוי, הר"מה *Dominus R. Meir Levita.*

הרב ר' משה מינץ. הר"מם *Dominus R. Moſche Mintz.*

ו

ואין להקשות, וא"ל *nec poteſt objici.*

ואם תאמר, וא"ת *& ſi dixeris.*

ובספרים כתוב, וב"סכ *& in libris ſcriptum eſt.*

ובעבודת יום הכפורים, ובעי"והכ *& in celebratione feſti expiationis.*

ובחכמה ובינה, ובח"וב per duas Sephiroth, quæ vocantur *ſapientia & intelligentia.*

והרב ר' משה איסרלש, והר"מא *& doctor, R. Moſes Iſarles.*

וחד אמר, וח"א *& unus ait.*

ויש לומר *& poteſt dici*; aut ויש להקשות *& poteſt objici*; aut ויש לפרש, וי"ל *& poteſt explicari.*

וכן הוא, וכ"ה *& ſic eſt.*

וכן הוא אומר, וכ"הא *& ſic ille dicit.*

וכן הסכימו הפוסקים, וכה"הפ *& ſic decidunt juris ritualis periti.*

וכן כתב, וכ"כ *& ſic ſcribit.*

וכן נראה, וכ"נ *& ſic videtur.*

וכן הסכים, וכ"הס *& ſic decidit.*

ולקמן, aut ולעיל, ול"ל *& ſupra.*

ולעניות דעתי נראה, ולע"דנ *& mihi quidem videtur.*

ומה שכתב, ומ"ש *& quod ſcribit.*

ועוד קשה, וע"ק *& adhuc dubium eſt.*

לתקן, aut וצריך להגיה, וצ"ל *& neceſſe eſt corrigere.*

ז

זה את זה *alter alterum*; aut זה אחר זה *alter poſt alterum*, זא"ז

זרע ברך, ז"ב titulus libri R. *Barech ben Iſaac.*

זו״ג, זה וזה גורם *unum & alterum in cauſa eſt.*
ז״ש, vide editionem Herbornenſem p. 89.
ז״ח, זהר חדש titulus libri.
ז״ס, ז׳ ספירות *ſeptem Sephiroth*; aut זה סוד *hoc arcanum ſenſum habet.*
ז״ש, זה שכתב *hoc eſt, quod ſcribit*; aut זה שנאמר *hoc eſt, quod dicitur.*

## ח

ח״א, חלק אחד *pars una* vel *prima*; aut חד אמר *unus ait*; aut חדושי אגדות *novellæ obſervationes in Aggadoth.*
ח״ב, חכמה בינה binæ Sephiroth hujus nominis.
חג״ת, חסד גבורה תפארת tres Sephiroth hujus nominis.
ח״ה, חול המועד *dies profeſtus ſolennitatis*: confer Buxtorfii Lexicon Rabbinic. p. 764.
ח״ח, חוקי חיים titulus libri R. *Iekuthiel ben Avigadir.*
ח״י, חק יעקב *ſtatutum Iacob.*
ח״כ, חסרון כיס *defectus argenti.*
ח״ל, חסד לאברהם titulus libri R. *Chajim Vital.*
חל״ד, חוץ לדרכינו *extra orbitam.*
ח״מ, חלקת מחוקק titulus libri.
חמ״ע, חנניה מישאל עזריה *Nomina Propria Virorum.*
חפ״נ, חסרי פה נון *defectiva Pe Nun.*
חע״הב, חלק עולם הבא *pars in ſeculo futuro.*
ח״ש, חכמת שלמה titulus libri.

## ט

ט״ב, תשעה באב *dies nonus menſis Abh.*
טו״ר, טוב ורע *bonum & malum.*
ט״ז, טורי זהב titulus libri.
ט״ע, טביעת עין *infixio oculi*, ſcilicet in librum; aut טובת עין *pulchra aſpectu.*

## י

י״א, יונת אלם titulus libri R. *Menachem Aſarja*; aut יש אוסרין *ſunt, qui vetant.*
יה״כ, יום הכפורים *dies expiationis.*

יה״ל, יהוה לך *ſit tibi.*

ה vel י״י, יהוה per compendium ſcriptionis : vide quæ ſcripſi ſupra pag.

י״נ, יש נוחלין initium capitis VIII. Codicis *Bava Bathra*; aut יין נסך *vinum libaminis*, ſeu quo Chriſtiani uſi ſunt.

י״ר, ילקוט ראובני titulus libri.

י״ש, ידי שמים *manus Dei.*

יש״ר, יהוה שמיה רבה *ſit nomen ejus magnum.*

יש״ש, ים של שלמה titulus libri.

## כ

כ״א, כלל אחד *regula una.*

כ״ה, כנסת הגדולה titulus libri; item כהן הגדול *ſacerdos magnus;*

כה״כ, כסא הכבוד *thronus gloriæ.*

כה״טז, כתב הטורי זהב ita ſcribit auctor libri טורי זהב.

כה״שלה, כתב שני לוחות הברית ita ſcribit auctor libri שני לוחות הברית.

כח״ב, כתר חכמה בינה nomina trium Sephiroth Cabbaliſtic.

כ״י, כנפי יונה titulus libri.

כל״ח, כתב לחם חמודות ſcribit auctor libri לחם חמודות.

כ״מ, כסף משנה titulus libri R. *Ioſeph Karo*; aut כן משמע *hic eſt ſenſus literalis*; aut כן משפט *hæc eſt conſuetudo.*

כמ״דא, כמו דאתא אומר *ſicut tu dicis.*

כמ״הש, כמלאכי השרת *ſicut angeli miniſtratorii.*

כמ״טמ, כתב מטה משה ſcribit auctor libri מטה משה.

כמ״שה, כמו שאמר הכתוב *ſicut ait Scriptura.*

כמ״של, כמו שכתבתי לעיל *ſicut ſcripſi ſupra.*

כמ״שש, כמו שכתבתי שם *ſicut ſcripſi ibi.*

כנ״זל, כנזכר למעלה *ſicut memoratum eſt ſupra.*

כ״נ, כן נראה *hoc veriſimile eſt*; aut כדי נטילה *juxta lotionem manuum*

כ״פ, כן פסק *hæc eſt deciſio.*

כ״צ, כהן צדק *Sacerdos juſtitiæ*, titulus illorum nominibus adjungi ſolitus, qui ſe ex familia Aaronis natos credunt.

כ״ש, כמו שכתב *ſicut ſcribit*; aut כמו שכתבתי *ſicut ſcripſi.*

כש״ע,

Digitized by Google

כש״ע, כתב שלחן ערוך ſcribit auctor libri *Schulchan Aruch.*
כש״אמ, כשאינו מצוה *ac ſi non juſſiſſet.*
כת״קח, כתקנת חכמים *juxta conſtitutionem Sapientum.*

## ל

ל׳, לעיל *ſupra*, לקמן *antea*, לשון *ſignificatus, vox.*
לב״ח, לבעלי חי *animatis.*
לב״נח, ל״ב נתיבות חכמה *32. ſemita ſapientiæ.*
לב״ער, לבעל דין *adverſario.*
ל״ד, לא דוקא *non præciſe.*
לד״א, לדרך ארץ *pro more ſæculi.*
לה״ק, לשון הקודש *lingua ſancta.*
ל״ח, לחם חמודות titulus libri.
לח״מ, לחם משנה titulus libri.
לחע״הב, לחיי עולם הבא *in vitam ſæculi futuri.*
ל״י, לשון יחיד *numerus ſingularis.*
לכ״כ, לכך כתיב *ideo ſcriptum eſt.*
לכ״נל, לכן נראה לי *ideo veriſimile mihi videtur.*
ל״ל, ליכא למימר aut למה לי.
ל״מ, לא משמע *non eſt ſecundum ſenſum literalem;* aut לא מבעיא *non locum habet quæſtio.*
למ״ש, למה שכתבתי *ſecundum id quod ſcripſi.*
ל״ע, לשון עבר *tempus præteritum;* aut לשון עתיד *tempus futurum.*
לנ״ידי, לנטילת ידים *pro lotione manuum.*
ל״פ, לא פליגי *non ſunt diviſi*, aut *adverſarii.*
לפ״ז, לפי זה *juxta hoc;* aut לפירוש זה *juxta interpretationem illam.*
לפ״י, לפירוש *juxta interpretationem;* aut לפיכך *ideo;* aut לפי פשוטו *juxta literalem ſenſum.*
לפ״מש, לפי מה שכתבתי *ſecundum id, quod ſcripſi.*
לפמ״של, לפי מה שכתבתי לעיל *juxta id, quod ſcripſi ſupra.*
לפע״נד, לפי עניות דעתי *pro tenuitate ingenii mei.*
לצ״ישמ, לצאת ידי שמים *evadere manus Dei.*

ל״ר

ל״ר, לשון רבים *numerus pluralis.*
ל״ת, לא תימא *ne dicas:* לא תקשה *ne objicias.*
לת״ר, לתרבות רעה *ad indolem malam.*

## מ

מ״ב, מטה בנימין, *aut* משאת בנימין tituli librorum.
מב״ה, מבית האיסורין *ex carcere.*
מב״עי, מבעוד יום *dum adhuc dies eſſet.*
מבצ״ע, formula cippi ſepulchralis, quam præcedente verbo ויהי *Beckius* in Monumentis Judaicis p. 31. ita legi vult; ויהי מנוחתו בגן עדן אמן i. e. *& ſit requies ejus in horto Eden, Amen.*
מג״ע, מגלה עמוקות titulus libri.
מ״גא, מגן אברהם titulus libri.
מ״ד, מגן דוד titulus libri.
מד״הד, מדת הדין *proprietas judicii*, dicitur de Deo ut *juſto.*
מד״הר, מדת הרחמים *proprietas miſericordiæ*, dicitur de Deo, ut *miſericorde.*
מק״ה, מקוה הדין *fons judicii.*
מה״ט, מהאי טעמא *quis eſt ſenſus?*
מהר״אש, מהרר אייזק שטיין *R. Iſaac Stein.*
מהר״יח, מה״ר רבינו יחזקאל *R. Iechezkeel.*
מהר״יא, מהר׳ יצחק אבוהב *R. Iſaac Aouhav.*
מהר״יו, מר׳ יעקב וויל *R. Iacob Veil.*
מהר״יל, ר׳ יצחק לוריא *R. Iſaac Loria.*
מהר״יק, ר׳ יוסף קולון R. *Ioſeph Kolon.*
מהר״מפ, רבינו מאיר מפדואה R. *Meir Patavinus.*
מהר״מע, ר׳ מנחם עזריה R. *Menachem Aſarja.*
מהר״שא, ר׳ שמואל איידלש R. *Schemuel Eidels.*
מה״ש, מהלכות שחיטה *ex conſtitutionibus de ratione mactandi*; aut מלאכי השרת *Angeli miniſtratorii.*
מוה״רוו, ר׳ יעקב וויל R. *Iacob Veil.*
מי״ב, מששת ימי בראשית *a ſex diebus creationis.*
מו״ח, מורי ורבי חמי *Dominus & doctor meus Chame.*
מו״רש, מורי ורבי שלמה לוריה *Dominus & doctor meus Schelomo Luria.*
מט״ם,

Digitized by Google

מט"מ, מטה משה titulus libri.
מ"י, מכלל יופי, aut מנחת יעקב tituli librorum.
מי"ש, מיראת שמים *præ timore Dei.*
מ"כ, מצאה כתוב *invenit ſcriptum:* aut מצאתי כתוב *inveni ſcriptum:* aut מנחת כהן titulus libri.
מכ"מ, מדה כנגד מדה *jus talionis.*
מ"מ, מגיד משנה titulus libri.
ממ"ש, ממה שכתב *ex eo, quod ſcribit.*
מ"ס, מספר *ex libro*, aut מסטרא, aut מסכת סופרים *tractatus Sopherim.*
מ"ע, מוסף ערוך *additamentum libri Aruch*; titulus libri.
מ"עה, מעץ הדעת *ex arbore ſcientiæ:* aut מעמוד השחר *ex columna auroræ.*
מע"ט, מעשים טובים *facta illuſtria.*
מע"ל, מעבר לדף *in pagina adverſa.*
מע"מ, מעדני מלך titulus libri.
מ"פ, מפתח *clavis*, titulus libri, quem ſcripſit R. *Levi Hiſpanus:* vide Schabtai Siphte Jeſchenim p. 85. a.
מפ"רש, vide editionem Buxtorfii Herbornenſem p. 144.
מ"צ, מעגלי צדק titulus libri.
מר"ה, מראש השנה *ab initio anni.*
מר"אס, vide edit. Herbornenſem p. 146.
מ"ש, מה שכתב *quod ſcribit:* aut מה שאמר *quod ait:* aut משפטי שמואל; item מצות שמורים qui ſunt tituli librorum; item מלכות שמים *regnum cœlorum.*
מש"אב, מה שאין כך *quod ita non habet.*
מש"ה, מה שאמר הכתוב *quod dicit Scriptura.*
מש"ל, מה שכתבתי לעיל *quod ſcripſi ſupra.*
משר"עה, משה רבינו עליו השלום *Moſes, doctor noſter, ſuper quem pax.*
מת"ח, מתנת חנם *donum gratuitum.*
מת"ל, מה תלמוד לומר *quæ eſt vocis ſeu textus illius ſententia?*
מת"ש, מתן שכר *donum pro mercede.*

## נ

נ"א, נדב ואביהו *Nadab & Abihu*, vel נתיב אחר *ſemita alia*, item נפלת אפים *dejectio faciei.*
נב"כ, vide editionem Herbornenſem p. 149.

נ״ה, נץ החמה *ſplendor Solis* dum primum prodit, aut נברא העולם *creatus eſt mundus.*
נר״א, נרב ואביהו *Nadab & Abibu.*
נט״ל, נותן טעם לפנים *dat rationem a priori.*
נט״לש, נותן טעם לשכרה *dat rationem a poſteriori.*
נ״י, נימוקי יוסף titulus libri, aut נתיב י׳ *ſemita decima.*
נט״י, נטילת ידים *lotio manuum.*
נ״כ, נקרא כן *vocatur ita*, item נשיאת כפים *elatio manuum.*
נ״ל, נתבאר לעיל *illuſtratum eſt ſupra.*
נל״ז, נעשה לך זכרונה *fiet tibi in memoriam*, aut נעשה לזכרוני *factum eſt in mei memoriam.* Scribi ſolet in albis amicorum.
נל״ב, vide editionem Herbornenſem p. 151.
נ״ע, נחי עין verba quieſcentia ſecunda radicali.
נע״ח, נוף עץ חיים titulus libri Iſaaci Loria.
נ״צ, נחלת צבי titulus libri.
נק״ה, נקודות הכסף titulus libri.
נרנ״חי, נפש רוח נשמה חיה יחידה voces, fere Synonymæ, quibus *anima* appellari ſolet.
נת״ל. נתבאר לעיל *explicatum eſt ſupra.*

# ס

ס״א, ספרים אחרים *exemplaria alia*, aut סעיף אחד *ramus unus.*
ס״ב, סוף שני *columna ſecunda*, item ספר שני *liber ſecundus.*
ס״ג, סעודה גדולה *convivium magnum*, item סעיף ג׳;
סה״ת, ספר התרומה *liber, qui vocatur* Teruma.
ס״ח, ספר חסידים *liber* Chaſidim.
סמ״ע, ספר מאירת עינים *liber* Meirat Enajim.
ס״ס, סוף ספר *finis libri*, aut סוף סימן *finis ſectionis.*
ס״ע, סוד עיבור, vide edit. Herbornenſem p. 158.
ספ״ה, סוף פרק ה׳ *finis capitis V.*

# ע

ע״א, עמוד אחד *columna prima.*

ער״ה,

ע"ד"ה, על דרך המקרא, vid. edit. Herbornenſem p. 162.
ע"ד"ז, על דרך זה *hoc modo.*
ע"ד"מ, עיין דרכי משה *vide librum* Darke Moſche.
ע"ד"מש, על דרך מה שאמרו *ſecundum id quod dicunt.*
ע'ה, עץ החיים *arbor vitæ*, aut עיר הכהנים *urbs Sacerdotum*, aut עמוד השחר *columna auroræ*, aut עמק הברכה, aut עבודת הקדש, aut עמק המלך tituli librorum.
ע'ז, עיין זהר *vide librum Sohar.*
עט'ז, עטרת זהב *corona aurea.*
ע'י, עתיק יומין *antiquus dierum*, item עולת יצחק titulus libri.
ע"ל, עיין לעיל *vide ſupra.*
ע"לד, עוד יש לדקדק *adhuc inquirendum eſt.*
עכ'ומ, עובדי כריסתוס ומרים *cultores Chriſti & Mariæ*; vid. Wagenſeilium ad Sota p. 120.
עמ'ו, עמוד *columna, pagina.*
עמ"ש, על מה שכתבתי *ſecundum id, quod ſcripſi.*
עמ"כ, על מנת כן *hoc pacto, hac conditione.*
עמ"ב, עושה מעשה בראשית *qui creavit res conditas.*
עמ"ש, עול מלכות שמים *jugum regni cælorum*, aut עיין מה שכתבתי *vide, quæ ſcripſi.*
עמ'של, עיין מה שכתבתי לעיל *vide, quæ ſcripſi ſupra.*
ענ"י, vid. edit. Herbornenſem p. 169.
עס'ת, על ספר תורה *ſuper librum Legis.*
עפמ'של, על פי מה שכתבתי לעיל *ſecundum id, quod ſcripſi ſupra.*
עפמ"שש, על פי מה שכתבתי שם *ſecundum id, quod ſcripſi ibi.*
עפ"ז, על פי זה *juxta hoc.*
עפ"ם, על פני המים *ſuper aquis.*
ע'ק, עין הקורא titulus libri Maſorethici.
עק'ה, על קדוש השם *religionis cauſa*, de iis dicitur, qui martyres apud Judæos vocantur.
ער"ה, ערב ראש השנה *veſpera novi anni.*
ער"טב, ערב תשעה באב *veſpera magnum jejunium*, quod nono die menſis Abh celebratur, *antecedens.*
ער"ס, ערב סוכות *veſpera feſti Tabernaculorum.*

ער״פ, ערב פסח *veſpera feſti Paſchalis.*
ער״ט, ערב יום טוב *veſpera diei feſti.*
ע״ש, עולת שבת titulus libri, aut על שמו *propter eum*, aut על שמך *propter te.*
ע״ת, עולת תמיד titulus libri, aut עירובי תבשילין *mixtiones ciborum*; de cibis diei feſti & Sabbati inter ſe miſtis.

## פ

פ״א, פרק אחד *caput primum.*
פא״ם, פרק איזהו נשך caput Talmudicum quintum Codicis *Bava Mezia.*
פג״פ, פרק גט פשוט caput IV. Codicis *Bava Bathra.*
פ״ה, פלח הרמון titulus libri.
פז״ב, פרק זה בורר caput III. Codicis *Sanhedrin.*
פ״ח, פרי חדש titulus libri.
פ״י, פני יצחק titulus libri, aut פנים יפות titulus libri.
פס״ד, פסק דין *deciſio cauſa.*
פ״ע, פועל עומד *verbum intranſitivum.*
פר״א, פרקי ר׳ אליעזר titulus libri.
פר״דס, vide Buxtorfii editionem Herbornenſem p. 178.
פר״דר, פרדס רמונים titulus libri.

## צ

צ״ב, צריך ביאור *indiget illuſtratione.*
צ״ג, צדיק גמור *juſtus perfectus.*
צ״ד, צמח דוד titulus libri.
צ״ה, צאת הכוכבים.
צ״ל, צידה לדרך titulus libri; aut צריך לפרש *neceſſe eſt explicare*; aut צריך להיות *neceſſe eſt ita eſſe.*
צע״ג, צריך עיון גדול *opus eſt conſideratione accurata.*
צ״צ, צמח צדק *germen juſtitiæ.*

## ק

ק״ק, קצת קשה *ex parte difficile eſt.*
קש״לה, קצור שני לוחות הברית titulus libri.



Digitized by Google

## ר

ראב"ן, ר' אלעזר בר נתן R. *Eleaſar ben Nathan.*
ר"ג, ריש גלותא *preſes captivitatis.*
רד"בז, ר' דוד בן זמרא R. *David ben Simra.*
רד"כ, ר' דוד כהן R. *David Cohen.*
ר"ה, רב האי R. *Hai.*
רה"ק, רוח הקודש *Spiritus Sanctus.*
ר"ט, ר' טוביה R. *Tobias.*
ר"י, ר' ירוחם R. *Ieruchām.*
רי"א, ר' ישעיה אחרון R. *Jeſaia Poſterior*, qui etiam ſcribi ſolet ריא"ז
רי"בם, ר' יצחק בר מאיר R. *Iſaac fil. Meir.*
רי"ח, ר' יהודה חסיד R. *Jehuda Chaſid.*
רי"ט, ר' יוסף טראני R. *Joſeph Tranenſis.*
רי"ל, vide edit. Herbornenſem p. 197.
רל"בק, ר' ליב בעל קבלה R. *Löw Cabbaliſta.*
רמ"א, ר' משה אלאשקר R. *Moſche Alaſchkar.*
רמ"אף, רבינו משה איסרלס פסק *doctor noſter Moſche Iſarles decidit.*
רמ"מי, רבינו משה מינץ R. *Moſche Mintz.*
רמ"י, ר' מרדכי יפה R. *Mordechai Iaphe.*
רמ"ע, ר' מנחם עזריה R. *Menachem Aſarja.*
רמ"פ, ר' מאיר מפאדואה R. *Meir Patavinus.*
רנ"ש, ר' נטע שפירה R. *Netha Spira.*
ר"ס, ריש סימן *initium ſectionis.*
ר"פ, ראש פרשה *initium Paraſcha.*
רש"ך, ר' שלמה כהן R. *Schelomo Cohen.*
רש"ל, ר' שלמה לוריה R. *Schelomo Loria.*
רש"ם, ר' שמואל מדינה R. *Schemuel Medina.*
רש"ם, רצונו של מקום *voluntas Dei.*

## ש

ש"א, שער אפרים titulus libri.
שא"א, שאי אפשר *quia fieri non poteſt.*
שא"י, שאינו יודע *quia non novit.*
שא"צ, שאין צריך *non opus eſt.*

ש״ג, שלטי גבורים titulus libri.

ש״ד, שפתי דעת titulus libri; aut שערי דורא titulus libri; aut שופך דמים *effundens ſanguinem.*

ש״ה, שער החיים *porta viventium*, in portis cœmeteriorum ſcribi ſolet.

ש״ו, שמים וארץ *cælum & terra.*

שו״ש, vide editionem Herbornenſem p. 215.

ש״ט, שוחר טוב titulus libri.

ש״י, שארית יוסף, aut שתי ידות tituli librorum.

ש״כ, שפתי כהן titulus libri.

ש״ל, שבילי לקט titulus libri.

ש״לה, שני לוחות הברית titulus libri.

שמ״ות, שנים מקרא ואחד תרגום i. e. *bis Scriptura & ſemel Targum*, ſcilicet legitur.

ש״צ, של צדיקים *juſtorum.*

ש״ר, של ראש *capitis.*

ש״ש, שני שרשים *duæ radices*; aut שומר שכר *ſervans mercedem*; aut שם של *nomen hujus vel illius.*

ש״ת, שמחת תורה *gaudium feſti.*

## ת

ת״א, תענית אסתר *Iejunium Eſther.*

תא״ו, תולדות אדם וחוה titulus libri.

ת״ג, תנועה גדולה *vocalis magna*; aut תלמוד גדול *Talmud magnum*; aut תמים דעים titulus libri.

ת״ה, תפלת השחר *precatio matutina*; aut תרומת הדשן titulus libri; item תורת הבית titulus libri.

ת״ח, תענית חלום *jejunium pro ſomnio*; aut תורת חטאת, aut תורת חיים tituli librorum.

ת״י, תיקונים ישנים *correctiones antiquæ*; item תומת ישרים titulus libri.

תי״ט, תוספות יום טוב titulus libri.

תנצ״בה, vid. Beckium in Monumentis Judaicis §. 23. & 42.

תק״כ, תקיפת כפו.

תר״י, תלמידי רבינו יונה *diſcipuli R. Iona.*

ת״ש, vide edit. Herbornenſem p. 230.

IX. In-

## IX. Index eorum, qui ad Rabbinorum lectionem expeditius inſtituendam vel præceptis, vel aliis præſidiis viam muniverunt.

*Philippus Aquinas*: vide inter Lexica.

M. *Georg. Chriſtiani Burcklini* Specimen Lexici Rabbinico-Targumico-Talmudici in auditorum ſuorum propriumque uſum concinnati, *Francof. ad Mœn.* 1697. 8. 10 plagulis. In præfatione fatetur ſe ſecutum eſſe Buxtorfii Lexicon Breve Rabbinico-Philoſoph. ita tamen, ut varias voces ab eo omiſſas addiderit.

*Jo. Buxtorfius*, Pater, in Lexico majori Chaldaico-Talmudico-Rabbinico, & in altero Brevi Rabbinico-Philoſophico, quod Lexico ejusdem Hebraico ſubjunctum eſt.

*Chriſtoph. Cellarii* Rabbiniſmus, ſive Inſtitutio Grammatica Rabbinorum ſcriptis legendis & intelligendis accommodata, *Cizæ* 1684. 4. cum repetita Grammat. Hebr. editione. Illa ſe præ ceteris probavit intelligentibus, & recuſa eſt in *Adriani Relandi* Analectis Rabbin. *Ultraj.* 1702. 8.

*Jo. Andr. Danzii* Rabbiniſmus Enucleatus, quoad ea, quæ Hebræo-Chaldæis vel prorſus non, vel minus uſitata ſunt, cum directione legendi Scripturam absque punctis ed. ſecunda, *Jen.* 1699. 8.

*Io. Druſii* tract. de Particulis Chaldaicis, Syriac. Talmud. & Rabbinicis Opuſculis ejus, *Franequ.* 1609. 8. editis inſertus eſt, & recuſus in Analectis Relandi Rabbinic. *Ultraj.* 1702. 8.

*Gilb. Genebrardi* Iſagoge ad legenda & intelligenda Hebræorum & Orientalium ſine punctis ſcripta: *Pariſ.* 1587. 4. recuſa in Analectis Relandinis *Ultraj.* 1702. 8. Ibidem exſtant Meditationes & Tabulæ ejus Rabbinicæ, i. e. Lexicon Rabbin. breve alphabeticum.

*Theodor. Hackſpanii*, Profeſſ. Altorfini, Peculium Talmudico-Rabbinicum. ſive Introductio in Rabbiniſmi & Talmudicæ dialecti cognitionem, quam fata eum abſolvere prohibuerunt.

*Ejusdem* Grammatica Rabbinica, quam *Jo. Friſchmuthus* editurus erat, ſi per fata licuiſſet. Utrumque opuſculum MS. exſtat in Biblioth. Senatoria Lipſienſi.

*Abrah. Hinckelmannus*: vide ſuperius de *Abbreviaturis* Hebr.

R. *Dav.*

R. *Dav. Cohen de Lara* de convenientia vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis & quibusdam aliis lingvis Europæis: *Amſtelod.* 1638. 4.
*Ejusdem* כתר כהונה: vid. Partem I. Bibl. Hebr.

*Eliæ Levitæ* Tisbi: vid. Part. I. Biblioth. Hebr.

*Jo. Merceri* Tabulæ in Grammat. lingvæ Chald. ubi multa de ſtylo Rabbinico & Talmudico traduntur. *Wittenb.* 1579. 8. Idem præfationi ſuæ in Commentarium ſuper quinque priores ex Minoribus Prophetas ſubjunxit phraſes & terminos Rabbinorum frequentiores, ſed paucos.

*Sebaſt. Münſteri* ערוך ſeu Dictionar. Chald. non tam ad Chaldaicos Interpretes, quam Rabbinorum intelligenda commentaria neceſſarium, *Baſil.* 1527. 4. Idem in Appendice Dictionarii ſui trilingvis, *Baſil.* 1562. & alias editi, phraſes Rabbinicas non neglexit.
*Ejusdem* בֵּיאוּר הַפֵּירוּשִׁים i. e. regulæ aliquot generales in commentaria Hebræorum, ubi & modi loquendi Hebraice plurimi, Abbreviaturæ Hebr. generales, nec non plurimæ ſpeciales Latine & Hebr. explicantur.

R. *Nathan f. Iechiel* ערוך: vid. Part. I. B. Hebr.

*Henr. Opitii* Chaldaiſmus Targumico-Talmudico-Rabbinicus, *Kilon.* 1696. 4. tertia vice editus.

*Io. Henr. Othonis* Lexicon Rabbinico-Philolog. *Baſil.* 1675. 8.

*Auguſt. Pfeiferus* Criticæ Sacræ ſæpius editæ inſeruit Manuductionem facilem ad Lectionem Talmudico-Rabbinicam p. 378. ſqq. ubi præter præcepta habes indicem phraſium & vocum uſitatiorum.

*Nic. Petræi* Nomenclator Hebraicus, *Hafn.* 1629. 8. editus aliquam ſui partem huc pertinet.

*Io. Plantavitius*: vide Indicem Lexicograph. Hebr.

*Adriani Relandi* Analecta Rabbinica ſeu libelli ſingulares & alia ad lectionem & interpretationem Rabbinicorum commentariorum facientia: *Ultraj.* 1702. 8. Ibi leguntur *Genebrardi* Iſagoge, *Cellarii* Inſtitut. Rabbin. *Druſius* de particulis Rabb. Index commentariorum Rabbinicorum ex R. *Schabtai* Siphte Jeſchenim, *Bartoloccii* Vitæ celebr. Rabbinorum, & *Kimchii* commentar. in 10. Pſalmos priores cum verſ. Lat. Collectionem hanc auctiorem exſpectamus a Cl. *Dav. Millio* digniſſimo Relandi Succeſſore. Vide Hiſt. Crit. Reip. Liter. Tom. XI. p. 438.

*Baltha*

*Balthaſaris Scheidii*, Prof. Argentorat. Lexicon VocumTalmudicarum non Hebraicarum ſive Barbararum MS. exſtitit in B. *Io. Frider. Mayeri* Bibliotheca.

*Io. Adamus Scherzerus* in Trifolio Orientali, Lipſ. 1663. edito & ibidem ſub titulo *Opera pretii* an. 1672. recuſo, ac denique cum acceſſionibus variis cura Clariſſ. *Io. Georg. Abichtii*, ſub inſcriptione *Selectorum Rabbinico-Philologicorum* ibid. 1705. 4. denuo vulgato, multis modis lectionem Rabbinicam faciliorem reddit. Idem præſtant illi omnes, qui ſimili modo Rabbinicas commentationes cum verſionibus & notis ſuis ediderunt, alibi a nobis recenſiti.

*Danielis Schwenteri* Prælectiones Hebraicæ ad Rabbiniſmi cognitionem facientes MSS. exſtant in Biblioth. Senatoria Lipſienſi, eodem volumine, quod modo ſub *Hackſpanio* memoravimus.

*Andreæ Sennerti*, Profeſſ. Witteb. Rabbiniſmus, *Witteb.* 1666. 4. cui addidit Compendium Lexici Targumico-Talmudico-Rabbinici ad ductum Lexici Buxtorfiani concinnatum.

*Henr. Benedictus Starckius* Luci Grammaticæ Hebr. *Lipſ.* 1705. ſecundum editæ, ſubjunxit *Manipulum Rabbiniſmorum*. Ille reſpondet collectioni Hinckelmannianæ, quam memoravimus.

*Cnejus Cornel. Vythage* Artificio ſuo inveſtigandarum Radicum Hebr. *Lugd. Bat.* 1682. 8. edito ſubjecit Conſilium de ſtudio Rabbinico deque compendioſa ad Rabbiniſmi cognitionem via.

## X. Index eorum, qui de Dialecto Hebræo-Germanica expoſuerunt.

JUngam his eos, qui de ratione legendi ſcripta Judæorum Ebræo-Germanica præceperunt. Ex Judæis huc pertinet *brevis inſtructio*, quæ præmittitur libello בבא בוך, qui cum Joſepho Gorionide in dialectum Hebræo-German. converſo prodiit.

Noviſſime omnium hæc doctrina perſpicua & facili methodo tradita eſt per R. *Moſche ben Joſeph* in סֵפֶר חִנּוּךְ לַנַּעַר i. e. *libro Inſtitutionis puerilis*, qui totus literis, in ſcriptione Judaica receptis, expreſſus eſt, & præmiſſam præterea habet brevem manuductionem ad legendum. Partes ſunt duæ, quæ prodierunt *Amſtelod.* 1715. 8. Iisdem literis prodiit ibid. 1714. 8. libellus תִּקּוּן סוֹפְרִים וְתִקּוּן חלופי

Inter Ex-Judæos *Philip. Nicod. Lebrecht* libro mox citando ſubjunxit brevem in hanc artem Introductionem, nec minus *Chriſtoph. Guſtavus Chriſtianus* in calce libelli de Chriſtianiſmo ſuper Moſen & Prophetas fundato, *Berol.* 1719. 4. editi.

Inter Chriſtianos primus de præceptis huc referendis cogitavit *Paulus Fagius*, qui quatuor primis capitibus Geneſeos, *Conſtantiæ* 1543. 4. editis, addidit rationem legendi Hebræo-Germanica. Poſtea *Elias Schadeus*, Prof. Argentorat. libro Germanico, quem Myſterium ſive de converſione Judæorum inſcripſit, & *Argentorat.* 1592. 8. edidit, luculentam hujusmodi Inſtitutionem annexuit. Eum ſecutus eſt *Io. Buxtorfius* pater, in Theſauro Grammatico p. 639. *Aug. Pfeiferus* in Critica Sac. p. 378. ſqq. & *Andr. Sennertus* in Rabbiniſmo pag. 2. & 63. ſq. tum vero *Henr. Ammersbach* in Alphabetario ſuo novo quatuor lingvarum, *Magdeb.* 1689. 4. edito, p. 29. ſq.

Horum induſtriam ſuperavit B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in libello ſingulari, quem inſcripſit Belehrung von der Jüdiſch-Teutſchen Red- und Schreib-Art / *Regiomonti* 1699. 4. Succinctas in hanc rem præceptiones ſuppeditant *Io. Michael Koch* in Brevi Manuductione ad lectionem Scriptorum Judæorum Germanicorum, *Francof. ad Mœn.* 1709. 8. plagula una, & Rev. *Caſp. Calvœr* in calce Gloriæ Chriſti, *Lipſ.* 1710. 4. Tractatus vernaculus B. *Springeri*, Prof. Vratislavienſis, de Judæorum Germanorum literis cambii lingvaque ipſis vernacula, ut manu exaratus memoratur in Muſeo librorum novorum (Bücher Saal) Tom. I. p. 962. Adde Cl. *Jo. Jac. Schudtii* Memorabilia Judaica lib. VI. c. 16. p. 289. ſqq. ubi & ipſe nonnulla huc ſpectantia in medium affert, & ſcripta nonnulla a Judæis & Chriſtianis in hac lingva edita recenſet. Ita cura Rev. *Chriſtiani Mœlleri* Novum Teſtamentum lingva & literis Judæo-Germanicis prodiit, *Francof. ad Viadr.* an. 1700. 4. & Rev. *Caſp. Calværii* Gloria Chriſti, *Lipſ.* 1710. ac denique non ita pridem *Philippi Nicodemi Lebrecht*, Ex-Judæi, libellus Anti-Judaicus ſub tit. *Lapis angularis Chriſtianæ fidei Jeſus Chriſtus*, Dresd. 1719. 4. editus. Duo illi poſtremi libri verſionem in lingvam Germanicam, quali Chriſtiani utuntur, a latere oppoſitam habent. Ante hos *Elias Schadeus* Lucam, Johannem, Acta, item epiſt. ad Romanos & ad Hebr. dialecto Hebræo-German. exhibuit *Argentorati* 1592. 8. Taceo, quæ *Wagenſeilius* libro citato, & Cl. *Schudtius* in Memorabilibus Judaicis Parte IV. eadem lingva repræſentarunt.

XI. Gram-

Digitized by Google

# XI. Grammaticorum Judaicorum Catalogus Hebraicus antiqvus.

REpetii Parte I. p. 337. Catalogum Grammaticorum Judaicorum, qualem ex Codice Grammatico Bibliothecæ Oratorii Pariſ. ſuppeditaverat Latine *Rich. Simonius*, ſed ita, ut ſubinde mendi ſuſpicionem legenti moveret. Eandem deſignationem ex eodem Codice deſcriptam Hebraice nactus eſt B. *Chriſtianus Theophilus Ungerus*, cujus beneficio eadem ad me pervenit. Hanc hoc loco inſerendam cenſeo, ideo, quod per eam conjecturæ quædam meæ priori loco propoſitæ confirmantur, præterea vero aliis locis male habitis medicina afferri poteſt.

1. הגאון רבינו סעדיה הפיתומי אגר ספר האגרון וס׳ לשון עברית וס׳ צחות:
2. חכם ירושלמי לא ידענו שמו תקן שמונה ספרים מאירים כספירים:
3. ר׳ אדונים בן תמים הבבלי קבץ ספר מערב מלשון עבר וערב:
4. ר׳ יהודה בן קריש מן מדינת תאהרת כתב ס׳ היחס וקרא שמו אב ואם:

(Urbs Taharat eſt caput Africæ interioris a Muhamedanis condita.)

5. ר׳ מנחם בן סרוק ספרדי חבר המחברות:
6. ר׳ אדונים הלוי המכונה בן לברט מערבי מן מדינת פיס חבר חבורים רבים:
7. ר׳ יהודה בן ר׳ דוד גם הוא מערבי מן מדינת פ״ס המכונה חיוג בעל הספר הזה חכם חרש הלשון ובעל כל חושבי מחשבות ומחשבתו הולידה ארבאה ספרים והם ספר הנח וספר הכפל וספר הנקוד וספר הרקמה:
8. הרב רבינו האיי גאון זצ״ל אסף ספר המאסף:
9. ר׳ יונה הרופא המכונה בן גנאח ממדינת קורטבה השלים ז׳ והשביעי נקרא ספר השורשים המעולה ספירים:
10. ר׳ שלמה בן גבירול ממדינת מלאקה אגר מחברת שירה שקולה כארבע מאות בתים:
11. רב שמואל הנגיד סגן לויה קרטבה חקק ספר העשר והוא עולה על כל הספרים ואין למעלה ממנו:

12. ר׳ משה הכהן הספרדי קרטבי המכונה גיקטיליא מעתיק הספר הזה חבר ספר זכרים ונקבות:

13. ר׳ דוד הדין בן הגר ממדינת גראנאטה נמלא עליו לבו וחבר ספר המלכים:

14. ור׳ יהודה הנקרא בן בלעם ממדינת טוליטולה אסף ספרים קטנים:

15. ור׳ יצחק הנקרא בן ישוש צרף ספר הצרופים:

16. ר׳ לוי אלתבאן ממדינת סרקסטא פתח ספר המפתח:

17. החכם הגדול הרב רבינו אברהם אבן עזרא הספרדי ז״ל בעל הלשון ומהיר לדבר צחות מכל תופשי חרש אנוש ומלאו לבו לכתוב בדקדוק הלשון מכל אשר היה לפניו וספריו עצמו מספר ומכללם ספר צחות וספר מאזנים וספר היסוד וספר השם וספר הפעלים וזולתם רבים· וספר שפה ברורה וספר שפתי יתר וספר כלילת יפי:

18. ר׳ יעקב בן אלעזר חבר ספרי דקדוק רבים ומהם ספר השלם:

19. ר׳ שלמה בן ר׳ אברהם בן פרחון חבר ספר השרשים:

20. ר׳ יוסף קמחי הספרדי חבר ספרים רבים בדקדוק הלשון עברי ומכללם ספר האמונה:

21. ר׳ משה בן קמחי בנו חבר מהלך שבילי הדעת:

22. ר׳ דוד קמחי אחיו חבר ספר המכלול והשרשים עט סופר וספר המזנים:

23. ר׳ יוסף בן כספי חבר ספר השרשים קראם שרשות כסף:

24. ר׳ משה בן הנשיא חבר ספר השרשים:

25. ר׳ יוסף בר ר׳ יוזדק · · חבר ספר בעל הלשון:

26. ר׳ שמואל בן בנבנשת המדקדק המעולה חבר ספרים רבים בדקדוק:

27. החכם ר׳ יצחק ברבי משה הלוי ספר קראו מעשה אפוד:

28. הרב ר׳ יוסף יחייא חבר ספרים רבים בדקדוק:

29. חכם אחד אברנו שמו חבר ספר קראו פתח דברי:

30. הרב ר׳ דוד בן יחייא הספרדי חבר ספר לשון למודים:

31. החכם הפילוסוף ר׳ אברהם דבלמש חבר ספר מקנה אברהם:

32. ר׳ יוסף זרקה חבר ספר רב הפעלים:

33. ר

Digitized by Google

33. ר׳ שמריה אקרת חבר חבורים רבים :
34. ר׳ שלמה שרביט הזהב חבר ספר חשק שלמה :
35. ר׳ אליה הלוי המדקדק האשכנזי חבר חבורים רבים ומכללם פרק שיר ופרק המרורות ופרק השמושים וספר מסורת המסורת וספר ההרכבת וספר טוב טעם :
36. ר׳ שלמה ברבי יעקב אלמולי חבר ספר הדקדוק וספר השרשים קראו שרשורת :
37. הרב רבינו תם יחייא חכם גדול כולל בכל חכמות והלשונות והוא הפליג לדבר בשרשי הלשון העברי :
38. ר׳ אלישע בר מתתיה חבר ספר מגן דוד :
39. ר׳ עמנואל איש בנוונטו חבר ספר לוית חן :

## Catalogus Grammaticorum Judaicorum alphabeticus.

*Anonymi* פֶּתַח דְּבָרַי vide Catalog. Grammatic. Hebraicum proxime antecedentem n. 19. & confer, quæ infra inter Anonymos dicentur.

*Anonymi*, qui dicitur Sapiens Hieroſolymit. libri Grammatici: vide Catalog. Hebr. n. 2.

*Aaron ben Joſeph*, Karæi כְּלִיל יוֹפִי: vide Part. I. Bibl. Hebr. n. 183.

*Abraham de Balmes* מִקְנֵה אַבְרָהָם: vide ibid. n. 31.

*Abraham Aben Eſra* varia: vide ibid. n. 110. p. 80.

*Abraham Konti* חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט: ibidem n. 145.

*Abſalom Miſrachi* ſive Orientalis אִמְרֵי שֶׁפֶר: ibid. n. 168.

*Adonim Levi ben Labrat*: vide Catalog. Hebraicum Grammaticorum n. 6.

*Adonim ben Tamim*: vide ibidem n. 3.

*Aſariel Hakkalir*: falſo inter Grammaticos refertur a Bartoloccio: vide Partem I. n. 1781.

*Ben Aſcher*: vide ibidem n. 193. 3.

*Benjamin ben Jehuda*: vide n. 393.

*Calonymus ben David*: vide n. 1886.

*Chajim fil. Benjamin* תוֹצְאוֹת חַיִּים: vid. ibid. n. 602. 7.

*Chajim fil. Bezalel* דִּקְדּוּק צַחוּת לָשׁוֹן: vid. ibidem n. 604.



Digitized by Google

*Chiskijæ Romani* עֵץ חַיִּים : ibidem n. 593.
*David Judex* ſcripſit סֵפֶר מְלָכִים : vide Catal. Hebr. n. 13.
*David Jechaija* לְשׁוֹן לִמּוּדִים : vide Part. I. n. 522.
*David Kimchii* varia : vide ibid. p. 305. & 310.
*David Neſem Sabav :* ibid. n. 511.
*David Provincialis :* vide n. 517.
*Donaſch ben Labrat :* vide n. 528.
*Eliæ Levitæ* varia : ibidem n. 249. & Catal. Hebraicum n. 35.
*Elieſer fil. Abraham* מָגֵן דָּוִד ; vid. Part. I. n. 267. Ille rectius vocatur *Eliſcha :* vid. ibid. & Catal. Hebr. n. 38.
*Hai Gaon :* vide Catal. Hebraicum Grammaticorum n. 8.
*Jacob fil. Eleaſar* vel *Elieſer :* vide eundem Catal. n. 18. & Partem I. Bibliothec. p. 580.
*Jacob ben Iſaac* דִּבְרֵי אֱגוֹר vide ibid. n. 1056.
*Jacob ben Machir Tibbon* מַלְמִיד הַתַּלְמִידִים : ibid. n. 1073. conf. n. 1121.
*Jacob Romanus :* vide n. 1107.
*Jehuda* לִבְנַת סַפִּיר ; vide n. 679.
*Jehuda ben Bileam :* vide Catalogum Hebraicum n. 14. & Part. I. Biblioth. num. 698.
*Jehuda Chariſch* vel *Kariſch* אב ואם : vide Catalog. Hebr. n. 4. & Part. I. n. 717.
*Jehuda ben David Chiug :* vid. Catal. Hebr. n. 7. & Part. I. n. 708.
*Jehuda Löw ben David* שׁוֹרֶשׁ יְהוּדָה : vide Part. I. n. 742.
*Jekuthiel Sacerdos :* vide n. 1286.
*Jeſchajæ* cujusdam Grammmatica : ibid. n. 1300. p. 707.
*Immanuelis Beneventani* לִוְיַת חֵן : vide ibid. n. 1789. & Catalogum Hebraicum n. 39.
*Jona ben Eſra*, forte fictus ; vide Part. I. n. 840.
*Jona ben Gannach :* ibid. n. 836. & Catal. Hebr. n. 9.
*Joſeph ben Caſpi :* vide Catalogum Hebraic. n. 23.
*Joſeph ben Elchanan :* vide Part. I. n. 866. 1. 3.
*Joſeph Jechaja :* vide eundem n. 28.

*Ioſeph*

Digitized by Google

*Ioſeph ben Iehuda Sacut* בַּעַל לָשׁוֹן : vide Part. I. n. 896. Idem in Catalogo Hebr. Grammaticorum n. 25. vocatur *Ioſeph Ioſedec.*
*Ioſeph Kimchi:* vide ibidem n. 967. & Catalogum Hebr. n. 20.
*Ioſeph Sarka* רַב פְּעָלִים : vide Part. I. n. 881. & Catalog. n. 32.
*Iſaac ben Iaſchuſch:* vide Catalogum Hebr. n. 25.
*Iſaac ben Moſche* מַעֲשֵׂה אֵפוֹד : vide Catalogum n. 27.
*Iſaac Romanus*, idem cum Chiskija Romano, de quo ſupra: vide Part. I. n. 1269.
*Iſaac ben Schemuel* שִׂיחַ יִצְחָק : vide n. 1279.
*Iſrael ben Abraham* פֶּתַח לְשׁוֹן הַקּוֹדֶשׁ : vid. n. 1308.
*Levi ben Altaban:* vide n. 1346. & Catalog. Hebr. n. 16.
*Levi ben Ioſeph* סֵפֶר סְמָדַר : vide n. 1350.
*Menachem ben Saruck:* vide n. 1444. & Catal. Hebr. n. 5.
*Menachem Tamar:* vide n. 1431.
*Menaſſe ben Iſrael:* vide Part. I. p. 785. n. 17.
*Moſche Cohen*, alias *Gecatilja:* vid. n. 1536. & Catal. Hebr. n. 12.
*Moſche Chaviv:* vide n. 1550. 1. 3. 4.
*Moſche ben Gideon Avudiente:* vide n. 1534.
*Moſche Hannaſi:* vide Catal. Hebr. n. 24.
*Moſche Kimchi:* vide n. 1645. 2. 3. 4. 5.
*Moſes Provincialis:* vide n. 1631.
*Moſes ben Zeli;* vide n. 1638.
*Moſes Raphael de Aguilar:* vid. n. 1652. p. 897.
*Peripoth Duran* מַעֲשֵׂה אֵפוֹד : vid. n. 1854. 3.
*Salomon ben Abraham:* vid. Catal. Hebr. n. 19.
*Salomon Almoli ben Iacob:* vid. ibid. n. 36.
*Salomon ben Gavirol:* ibid. n. 10. & Part. I. p. 1045.
*Salomon ben Iehuda Löw:* vid. n. 1973.
*Salomon ben Iſaac:* Part. I. p. 1068. 7.
*Salomon Olivera:* vid. n. 1955. 5.
*Salomon Scharbit:* vid. Catal. Hebr. n. 34.
*Samuel Arkevolti:* vid. n. 2039.
*Samuel Benbenaſte:* vid. n. 2051.
*Samuel Levita:* vid. n. 2096.

*Samuel*

Digitized by Google

*Samuel Nagid*: vid. Catal. Hebraic. n. 11.
*Schabtai Premislenſis*: vid. Part. I. n. 1930. 1.
*Schabtai ben Ioſeph Strimer* in præf. ad lib. באר משה: n. 1582.
*Schemarja Akrat*: vid. Catal. Hebr. n. 33. & Part. I. n. 2200.
*Simſon ben Abtalion*: vid. n. 2203.
*Simſon Hannakdan*: n. 2208.
*Tam Iechaja*: Catal. Hebr. n. 37.
*Zacharias*: n. 569.

## XII. Catalogus alphabeticus Grammaticorum Hebræorum inter Chriſtianos.

*Anonymi* Grammatica Ebræa in uſum Academiæ, quæ eſt apud Friſios Orientales, Franeqv. 1612. 4.

*Anonymi* Elementa Grammaticæ Ebrææ pro Schola Bremenſi, Bremæ 1614. 8.

*Nic. Abrami*, Ieſuitæ, Epitome Rudimentorum Lingvæ Ebrææ verſibus Latinis, Pariſ. 1645. 4. & Divione 1651. 4. v. Nath. Sotwelli Bibliothecam Soc. Jeſu p. 622. & Bælii Dictionar. T. I. p. 34.

*Matth. Adriani* Introductio in Lingvam Ebræam, inſerta eſt quibusdam ejus Orationibus, Lugduni in 8. apud Seb. Gryphium editis.

*Adam. Aigenler*, S. J. Tabulæ XII. ſeu fundamenta Lingvæ Sanctæ, Dilling. 1670. fol.

*Joh. Henrici Alſtedii* Grammatica Hebræa in Encyclopædia ejus, Lugd. 1649. fol.

*Iac. Altingii* Fundamenta Punctationis Lingvæ S. ſeu Grammat. Ebræa, Groning. 1654. 1658. 1675. 8. & in Tomo V. Opp. Amſtelod. 1687. fol. item Marpurgi 1692. 8. per M. *Io. Rieſnerum* ſub tit. *Compendium Grammat. Ebraæ in uſum Scholarum adornatum, & ita digeſtum, ut retentis canonum verbis fundamenta punctationis Lingvæ S. breviter & perſpicue in eo tradantur.* Adde *Adriani Relandi* Brevem Introduct. ad Gramm. Hebr. Altingii, Traj. ad Rhen. 1710. 8. Ejusd. Grammat. compendium dedit quoque *Henr. Iac. van Basbuyſen.* Eadem fundamenta cum Synopſi Inſtitutionum Chaldaic. & Syriac. recudi curavit *Georg. Otho*, Francof. 1701. 8. qui addidit de ſuo Inſtitutiones Samaritan. Rabbin. Arabic. Æthiop. & Perſicas. Altingii præcepta magni facit *Albardus de Raadt* in præfat. ad Comment. de Punctationis Hebr. natura.

*Sixtini*

*Sixtini ab Amama* Coronis ad Grammaticam Martinio Buxtorfianam, qua præter explicationem ſpecialium Anomaliarum & difficultatum textus Hebr. Biblico ordine inſtitutam, diſſertat. de *Keri* & *Ketib*, & Conſilium de ſtudio Hebr. recte inſtituendo continetur. Grammatica ipſa Martinio Buxtorfiana, quam cum ſuis acceſſionibus paravit, prodiit Amſtelod. 1625. 8. iterumque 1628. & 1635.

Ejusd. Grammat. Hebr. Belgice, Amſtelod. 1627. 8.

Ejusdem de recta lectione Lingvæ S. Franeqv. 1620. 8. & alias.

*Caſp. Ammonii*, Provincialis quondam Auguſtinianæ familiæ in Svevia, Grammatica Hebraica MS. exſtitit Tiguri apud Conr. Pellicanum. Conf. *Læſcherum* de Cauſis lingvæ Hebr. p. 109. & *Meelführeri* Acceſſiones ad Almeloveenium pag. 8. item Prodromum German. Oriental. pag. 3.

*Anton. ab Aquila* Novæ Inſtitutiones lingvæ Ebr. Rom. 1650. 8.

*Pet. Artopæi*, Pomerani, Grammatica Lingvæ Lat. Gr. & Hebr. cum Jona & Pſalmis XV. in his 3. lingvis, Baſil. 1545. 8. Vide *Geſneri* Bibliothecam ſuo loco, ubi etiam *Donatus* ejus *Hebraicus* memoratur, quem puto ineditum.

*Conr. Aslaci* Grammat. Hebr. libb. II. Hafn. 1606. 8.

*Jo. Avenarii* Grammat. Hebr. partes III. Witteb. 1570. 1575. & 1581. 8. Conf. *Io. Caſp. Zeumeri* Vitas Profeſſ. Theologorum Jenenſ. p. 91.

*Seb. Auguſti* Grammat. Lingvæ Ebr. Marpurg. 1530.

*Matth. Aurogalli* Grammat. Ebr. Wittenb. 1523. & auctior 1530. 8. Ex ea B. Lutherum lingvam Hebr. didiciſſe, teſtatur auctor Anonymus Exercitationis Critico-Literar. Freiſtad. 1708. 4. ed. C. 2.

*Jo. Baldovii* Medulla Grammaticæ Hebr. Buxtorfio-Erpenio-Troſtianæ, Lipſ. 1636. & 1664. 4.

Ejusd. Specimen ad Medullam Grammaticæ ſive Dilucidarii Biblici, quoad rem Grammat. ex lib. I. Moſis caput I. reſolutum, Sleuſing. 1639. 4.

Ejusd. Elementale Hebr. ibid. 1639. 4.

*Th. Bangii* Hermes & Pan Hebraicus, Hafn. 1651. 4.

*Henr. Iac. Basbuyſen*, vid. *Alting*.

*Rudolphi Bayni* Compendium Michlol Kimchii, Pariſ. 1554. 4.

*Rob. Bellarmini* Inſtitutiones lingvæ Hebraicæ cum Exercitat. in Pſalm 34. Rom. 1578. & 1585. Colon. 1580. & 1640. Lugd. 1596. quæ in titulo *quarta* vocatur editio, Venet. 1606. Aurel. Allobr. 1609. & 1619.

Antwerp. 1606. 8. per Simeonem de Muis recognita Pariſ. 1622 8. Contra eum ſcripſit *Abrah. Gibelius*, quem vide.

*Pet. Andreæ Bergii*, Prof. Aboenſis quondam, Grammatica Ebræâ MS. memoratur in Aboa Literata p. 41.

*Mich. Beringeri* Grammat. Hebr. ex Tabulis Weigenmeierianis, Tubing. 1536. & 1602. 8.

*Corn. Bonavent. Bertrami*, Prof. LL. Orient. Genev. Comparatio Grammaticæ Ebr. & Aramic. atque adeo dialectorum Aramicarum inter ſe, concinnata ex Hebr. Ant. Cevallerii præceptionibus Aramicisque Doctorum aliorum Obſervatt. Genev. 1574. 4.

*Ioh. Beſentini* Grammat. Hebr. lingvæ, teſte Geſnero.

*Theod. Bibliandri* Inſtitutiones Grammaticæ de lingva Hebr. Tiguri 1535. 8. Conf. Lœſcheri Comment. de Cauſis lingvæ Ebr. p. 158.

Ejusd. de optimo genere Grammaticorum Hebraicor. Baſil. 1542. 4.

*Frid. Blanckenburgii*, Prof. & Eccleſiaſt. Argentorat. Grammat. lingvæ Sanctæ per qvæſtiones & reſponſ. Argent. 1625.

*Bened. Blancuci* Inſtitutiones in lingvam S. Ebr. Rom. 1606. & 1608. 4.

*Th. Blebelii* Grammatica lingvæ Ebr. Witteb. 1587. 8.

Ejusdem Compendium per filium, ibid. 1594. 8.

*Balth. Blochwitzii* χειραγωγία ad lingvam Ebr. Witteb. 1623. 8.

*Io. Bohemi* Grammatica Ebræa, Dresd. 1652. 4.

*Sam. Bohlii* Grammat. Ebræa, Roſtoch. 1646. & Lipſ. 1658. fol. in tabulas redacta a Matth. Marci, Roſtoch. 1638.

*N. Bougeti*, Salmurienſis, Rudimenta Grammat. Hebrææ, hebr. in 8. edita memorantur in Catal. MS. librorum ex Typographia Congregat. de Propag. Fide editorum.

*Jo. Buliſii*, Prof. L. Hebr. Pariſ. Alphabetum Ebraic. Pariſ. 1577. fol. Lingvæ S. Compendium, ibid. 1576. fol. Idem de varia dictionum ſignificatione ad myſticos ſenſus, ibid. 1575. 8. Vide Colomeſ. Gall. Orient. p. 57.

*Io. Alex. Braſſicani* Inſtitutiones Grammat. Phorcæ 1510.

*Ioh. Brunneri* Rudimenta Ebr. Lingvæ, accurata methodo & brevitate conſcripta, cum canonibus generalibus de Hebr. Syntaxi, Friburg. 1585. & 1604.

*Olivarii Bulæi*, Vinſobrii, Methodus Ebraica, per quam Hebræorum lingva ſine punctis facillime ſimul & accuratiſſime diſci poteſt, Ultraject. 1658. 8. Quæ is propoſuit, noſtra ætate *Muckeſius*, de quo infra, quamvis

Digitized by Google

quamvis ſcriptionis illius notitia deſtitutus, amplius proſecutus eſt in Grammatica Hebr. a punctis libera. Vide Ephemerides Literar. Hagæ Gall. editas Tom. IX. Part. I. p. 62.

*Io. Burdigalenſis*, Capucini, Synopſis Inſtitutt. Ebraic. Pariſ. 1646.

*Io. Buxtorfii* Epitome Grammat. Hebr. Baſil. 1605. 1613. 1616. 1629. quæ eſt edit. *quinta*, 1640. 1658. per *Ioan.* filium cum ejusdem Conſilio Univerſali de lingvæ Hebr. ſtudio, & 1669. Tum vero Amſtelod. cum notis & appendice Chriſt. Schotani ad pleniorem Etymologiæ inſtructionem, item Ultrajecti 1672. & 1675. 8. per Jo. Leusdenium.

Ejusdem Theſaurus Grammaticus lingvæ S. Baſil. 1619. 1629. 1651. & 1663. item Amſtelod. 1650. 8. cum Proſodia Metrica. Theſaurum vehementer laudat *Jac. Guſſetus* in præf. ad Comment. L. Ebr. p. 10. & in eundem notas ſuas ſæpe allegat.

Ejusdem Manuale Hebr. Baſil. 1658. 12.

*Victorini Bythneri* Inſtitutio methodica lingvæ Hebr. & Chald. Lond. 1650. 8. in calce Lyræ Propheticæ Davidis.

*Marii de Calaſio* Canones Lingvæ S. Romæ (non Bremæ, ut habet Lipenius in Bibl. Philoſ. pag. 406.) 1616. 4. Eum librum ex *Sebaſt. Munſteri* Grammatica petitum eſſe obſervat Imbonatus in Biblioth. Latino-Hebr. p. 156.

*Io. Calundani* compendioſa lingvæ Ebr. delineatio. Hafn. 1645. 8.

*Io. Campenſis* Grammat. Hebr. Lovan. 1528. Pariſ. 1535. 1543.

Ejusd. Collectio ex libb. Grammaticis Eliæ Levitæ, Pariſ. 1539. 8.

*Wolfg. Fabric. Capitonis* Inſtitutiones Hebr. Baſil. 1518. 8. & Argent. 1525. 8. Conf. *Læſcheri* Comment. de Cauſis lingvæ Hebr. p. 157.

*Io. Capnionis* ſive *Reuchlini* Rudimenta lingvæ Hebr. una cum Lexico, Pforzhemii per Thom. Anshelmum 1506. fol. quod opus deinde plenius auctiusque recuſum eſt cura *Seb. Munſteri*, Baſil. 1537. per Henr. Petrum, ſub hoc titulo: *Io. Reuchlini Phorcenſis primi Græca & S. Hebr. Lingvæ adeoque meliorum literarum omnium in Germania autoris, in Galliis vero & Italia vindicis, Lexicon Hebr. & in Hebræorum Grammatica commentarii, quibus ea, quæ requiri utiliterque addi poſſe videbuntur, ex Elia longe utiliſſimis Inſtitutionibus accreverunt. Lexico quoque præter complures Scripturæ locos, qui citantur, Hebraicos factos ingens acceſſit dictionum numerus.* Confer de utraque editione B. Jo. Henr. Majum in Vita Reuchlini p. 32. & 238. ſqq. Ipſe de Rudimentis ſuis in præfat. ad 7. Pſalmos Pœnitentiales ita: *Feci Rudimenta Hebr. L. quæ multo ſudore & algio, prece,*

*prece, pramio & pretio per longa tempora corraſeram, haud ſine incredibili diligentia & are non parvo publicitus imprimi.*

Ejusdem de Accentibus & Orthographia Hebr. libri tres, Cardinali Adriano dicati, Hagenoæ 1518. 4. Vide B. Majum in Vita Reuchlini p. 433.

Ejusdem Interpretatio Grammat. in Pſalmos Pœnitentiales ſeptem an. 1512. recuſ. Witteb. 1529. 8. ubi eorum Analyſis beneficio Rudimentorum Hebraic. quorum folia ſemper citantur, inſtituitur. Conf. Cl. Lœſcheri Comment. de Cauſis lingvæ Hebr. p. 156.

Ejusd. Tabulæ XX. Inſtitutionum in lingvam S. tanquam Baſil. 1554. editæ laudantur a Lipenio in Biblioth. Philoſ. Part. I. pag. 406. b. item Compendium Grammat. Ebr. Witteb. 1581. 8. ibid. p. 409.

*Mart. del Caſtillo* Grammatica L. S. Hiſpanice, Lugd. 1676. 8.

*Chriſtoph. Cellarii* Grammatica Hebr. in tabulis Synopticis, Cizæ 1681. 4. iterumque ibidem 1684. correctior & auctior, una cum nova & perſpicua Inſtitutione Rabbiniſmi.

Ejusdem Canones de lingvæ Sanctæ proprietatibus, tertia vice, Cizæ 1679. 4.

*Anton. Rudolphi Cevallerii* Rudimenta Hebr. lingvæ, ex officina Rob. Stephani Genev. 1567. 4. & 1591. 8. Witteb. 1574. 4. & Lugd. 1575. fol. item cum notis *Petri Cevallerii*, Genev. 1591. 4. Conf. *Pauli Colomeſii* Galliam Oriental. p. 43.

*Io. Chardani* Inſtitutt. lingvæ Hebr. memorat *Imbonatus* p. 98. ſed vereor, ne is ex proxime ibi ſequente *Io. Charadamo* ſit confictus.

*Io. Charadami* Rudimenta Grammat. Ebr. Pariſ. 4.

Ejusd. Alphabetum myſticum, ibid. 1532. Adde *Colomeſii* Galliam Oriental. p. 3.

*Io. Claji* Elementa lingvæ Ebr. Witteb. 1573. 1581. & 1597. 8.

Ejusdem libri tres Proſodiæ Latinorum, Græcorum & Hebræorum, ibid. 1614. 8.

*Nic. Clenardi* Grammat. Ebr. Pariſ. per Wechelum, teſte auctore Exercit. Critico-Literar. C. 3. b.

Ejusdem Tabulæ in Grammat. Hebr. cum notis Jo. Iſaaci & Jo. Quinquarborei, Colon. 1571. 8. Grammat. cum ſcholiis Jo. Iſaaci & Gilb. Genebrardi, Antwerp. 1564. 4. & Pariſ. 1582. Prodiit quoque Lugd. Bat. 1589. 8. Laudatur a Chytræo in Epiſtolis p. 629.

*Davidis Clodii* Grammat. L. Hebr. Gieſſæ 1684. 4.

*Hieron.*

*Hieron. Comboni*, Solodienſis, L. S. Profeſſ. Breve Compendium artis L. S. addiſcendæ, Bergomi 1616. teſte Wadingo de Scriptor. Ord. Minorum.

*Georg. Cſipkes*, Comarini, Schola Ebraica, Ultraj. 1654. 8. Conf. Czvittingeri Specimen Hungariæ Literatæ p. 111.

*Jo. Andr. Danzii* Nucifrangibulum Sanctam Scripturæ V. T. lingvam Hebr. enucleans, Jen. 1686. 8. partibus II. quarum I. eſt Etymologica, II. Syntactica.

Ejusdem Spicilegium exhibens pro Chaldaiſmo Biblico, paucas intra horas addiſcendo, nonnulla ſparſim inſerenda Nucifrangibulo Ebræo, ibid. 1689. 8.

Nucifrangibulum deinde longe auctius & correctius recuſum eſt in duobus diſtinctis libris, quorum alter inſcribitur *Literator Ebræo-Chaldaicus*; alter *Interpres Ebræo-Chaldaicus*, ubi de idiotiſmis, Jenæ 1694. 8. Accedit etiam Manuductio inſtituendæ facilius Analyſeos, quæ ſeorſim prodierat Jenæ 1692. 8. Uterque & Literator & Interpres ſecundum recuſus eſt Jenæ 1710. 8.

Compendium Grammat. Hebr. Chald. tertium, Jen. 1706. 8.

Interpres Ebræo-Chald. ex ed. tertia, Jenæ 1708.

Paradigmata Nominum ſimplicium ac verborum integra, tertium, ibid. 1709.

Communi plauſu Grammatica hæc inprimis ob naturam punctationis Hebr. & ſingulares loquendi formulas, diſtinctius traditas, excepta eſt: niſi quod Anonymus quidam minus, ut puto, feliciter ſe operæ huic oppoſuit in Exercitat. Critico-Literar. Freiſtadii 1708. 4. edita.

*Henr. Dieſtii* Grammat. Ebr. cum Rudimentis lingvæ Chald. & Syriacæ, Amſtelod. 1665. 8.

Ejusd. Clavis lingvæ S. ibid. 1669.

*Lud. de Dieu* Grammat. Ebr. Lugd. Bat. 4.

Ejusd. Compend. Grammat. Ebr. ibid. 1626. & 1650. 4.

Ejusd. Grammat. LL. Oriental. Hebr. Chald. & Syrorum inter ſe collatarum, Lugd. Bat. 1628. 4. & Francof. ad Mœn. 1683. 4.

*Io. Mich. Dilherri* Atrium lingvæ Sanctæ, ſive Rudimenta lingvæ Hebr. in ſex horas diſtributa cum appendice variarum Antiquitatum & brevis Lexici, Norimb. 1659. 8.

Ejusd. Periſtylium lingvæ Sanctæ, ſive Pars II. Atrii, ibid. 1660. 8.

Ejuſd. Syllabus vocum irregularium S. Scripturæ, ibid. 1660. 8.
*Io. Dinckelii* Epitome Grammat. Hebr. Witteb. 1579. 8.
*Io. Dalingii* in Syllabo Diſſertatt. Hebr. diſſert. V. lingvæ Hebr. θεωρίαν brevibus præceptis comprehendit, Witteb. 1621. 4.
*Franc. Donati* Poma aurea lingvæ Hebraicæ, opuſculis tribus 1) de Accentibus 2) Abbreviaturis 3) & doctrina Chriſtiana, Romæ 1618. 4.
*Io. Droſſæi* Epitome & Partitiones Grammaticæ Lat. Gr. Gall. & Hebr. lingvæ, Pariſ. 1544. 4.
*Iani Druſii* Grammatica lingvæ Sanctæ nova, Amſtel. 1612. 4. Leovard. 1612. 8. & Franeqv. 4.
Ejusdem Alphabetum Hebr. vetus, interpretationes connexionesque nominum Alphabeti ex Hieronymo & Euſebio, Franeqv. 1587. & auct. 1609. 4. De literis *Moſche vecaleb*, Lugd. Bat. 1589.
Ejuſd. Opuſcula, quæ ad Grammat. ſpectant, omnia, uno volum. juncta Franeqv. 1609. 4.
*Thom. du Four* (qui a Lipenio Part. I. pag. 407. Biblioth. Philoſ. mendoſe *Duſour*, paulo poſt autem recte *du Four* vocatur) Grammatica Ebr. Pariſ. 1642. 8. *Colomeſius* in Gallia Orientali p. 245.
*Theod. Eberti* Elementa Ebraica, Lipſ. 1627. 8.
Idem de Poeſi Hebr. ibid. 1628. 8.
Idem de literis Hebraicis, ibid. 1662. 8. teſte *Imbonato* p. 275.
*Hier. Erneſti* compendioſa Grammat. Ebr. Introductio, Regiom. 1645. 4.
*Th. Erpenii* Grammat. Ebr. generalis, Lugd. 1621. 8. Genev. 1628. 8. cum acceſſione Grammat. Chald. & Syr. Lugd. Bat. 1659. 8.
*Sigiſm. Evenii* Janua Ebraiſmi & Græciſmi, 4 tabulis, Lipſiæ 1628. fol. Vide M. *Godofr. Ludovici* Hiſtoriam Rectorum, Gymnaſiorum, &c. Part. II. p. 66.
*Georg. Fabri* Inſtitutiones Grammat. Hebr. 1626. 8.
*Theodori Fabricii* Inſtitutiones lingvæ Sanctæ Coloniæ lucem viderunt, ceu ipſe teſtatur in Vita ſua, quam habes in Bibliotheca Theologico-Philolog. Bremenſi Claſſ. IV. Faſcic. I. p. 76. Confer *Geſnerum*, qui Baſil. prodiiſſe ſcribit, & *Imbonatum* p. 275. qui noſtrum hunc cum Theodoſio Fabricio confundit, illi Catechiſmum Lutheri, Hebraice converſum, tribuens, qui tamen hujus eſt.
Ejusdem Tabulæ duæ, de nominibus Hebraicis una, altera de verbis, quas ipſe in Vita ſua l. c. p. 82. ab Inſtitutionibus diſtingvit. Illæ forte Baſileæ lucem viderunt.

Pauli

*Pauli Fagii* Iſagoge compendiaria in lingvam Hebr. Conſtant. 1543. 4.
*Io. Fæckleri* Fundamenta ad lingv. S. accurate docendam, Amſt. 1661. 8.
*Guil. Franchi*, Romani, Ex-Judæi, Sol lingvæ S. ſive Grammatica Ebræa, Ital. Bergomi 1591. 4. 1599. & 1657.
Ejusdem Alphabetum Hebraicum, in quo quicquid ad Hebr. lingvam legendam pertinet, continetur: Romæ 1596. 8.
*Aug. Herm. Franckii* diſput. de Grammat. Hebr. Lipſ. 1685. 4.
*Ludov. a S. Franciſco*, Luſitani, Globus & Canon Arcanorum lingvæ S. ſive Grammat. Ebr. Rom. 1586. 4. Confer Nic. Antonii Biblioth. Hiſpanic. Novam Tom. II. p. 308.
*Nicod. Friſchlini* Grammatica Hebr. Argentor. 1610. 8.
*Io. Frobenii* Rudimenta Hebraicæ Grammat. ad lectionis uſum neceſſaria, Baſil. 1522. 8.
*Adam Fuſius* Horologium Schickardi germ. maxima ſui parte converſum edidit Lipſ. 1632. 12.
*Henr. Galli* verſus de radice inveſtiganda.
*Io. Gagnier* Typum Conjugatt. Hebr. verborum regular. & irregular. aliquot tabulis ex Theatro Sheldoniano luculente edidit Oxon.
*Gilberti Genebrardi* notæ in *Clenardi* Grammaticam, quam vide.
Ejusd. Alphabetum Hebraic. Pariſ. 1567. 1572. 1584. 8. & 4.
*Io. Erneſt. Gerhardus*, vide *Schickard.*
*Abrah. Gibelii* Grammat. lingvæ Ebr. Witteb. 1603. 4.
Ejusd. Strigilis Inſtitutt. Ebraic. Rob. Bellarmini, ib. 1605. 4.
Ejusd. Difficultatum Etymologic. Hebr. literaturæ enodatio.
*Mart. Gilberti* libri 2. de literis ac motionibus ſeu punctis Hebr. Pariſ. 1563. 4.
*Sal. Glaſſii* Inſtitutiones Grammat. Ebr. Jen. 1623. 4.
Ejusdem Grammat. Sacra, quæ in Philologia ejus Sacra, de qua ſupra ſuo loco, ſæpe excuſa eſt.
*Franc. Gomari* liber de Arte Poetica V. T.
*Gerhard. Gonthum*, S. J. tres lingvas, Latinam, Græcam & Hebraicam editis Commentariis illuſtraſſe, teſtis eſt Ribadeneira. Vixit is an. 1598.
*Dav. Grafunderi* Calligraphia Hebr. Colon. ad Spream 1668. 12.
*Hier. Gratiani* Abecedarium 5 lingvarum Græcæ, Hebr. Arab. Boſnicæ & Lat. hiſpanice: vide *Imbonatum* p. 72.
*Chriſt. Groſſii* Compendium Grammat. Hebr. Stetini 1643. 8.

*Io.*

Inter Ex-Judæos *Philip. Nicod. Lebrecht* libro mox citando ſubjunxit brevem in hanc artem Introductionem, nec minus *Chriſtoph. Guſtavus Chriſtianus* in calce libelli de Chriſtianiſmo ſuper Moſen & Prophetas fundato, *Berol.* 1719. 4. editi.

Inter Chriſtianos primus de præceptis huc referendis cogitavit *Paulus Fagius*, qui quatuor primis capitibus Geneſeos, *Conſtantiæ* 1543. 4. editis, addidit rationem legendi Hebræo-Germanica. Poſtea *Elias Schadeus*, Prof. Argentorat. libro Germanico, quem Myſterium ſive de converſione Judæorum inſcripſit, & *Argentorat.* 1592. 8. edidit, luculentam hujuſmodi Inſtitutionem annexuit. Eum ſecutus eſt *Io. Buxtorfius* pater, in Theſauro Grammatico p. 639. *Aug. Pfeiferus* in Critica Sac. p. 378. ſqq. & *Andr. Sennertus* in Rabbiniſmo pag. 2. & 63. ſq. tum vero *Henr. Ammersbach* in Alphabetario ſuo novo quatuor lingvarum, *Magdeb.* 1689. 4. edito, p. 29. ſq.

Horum induſtriam ſuperavit B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in libello ſingulari, quem inſcripſit Belehrung von der Jüdiſch-Teutſchen Red- und Schreib-Art / *Regiomonti* 1699. 4. Succinctas in hanc rem præceptiones ſuppeditant *Io. Michael Koch* in Brevi Manuductione ad lectionem Scriptorum Judæorum Germanicorum, *Francof. ad Mœn.* 1709. 8. plagula una, & Rev. *Caſp. Calvœr* in calce Gloriæ Chriſti, *Lipſ.* 1710. 4. Tractatus vernaculus B. *Springeri*, Prof. Vratislavienſis, de Judæorum Germanorum literis cambii lingvaque ipſis vernacula, ut manu exaratus memoratur in Muſeo librorum novorum (Bücher-Saal) Tom. I. p. 962. Adde Cl. *Jo. Jac. Schudtii* Memorabilia Judaica lib. VI. c. 16. p. 289. ſqq. ubi & ipſe nonnulla huc ſpectantia in medium affert, & ſcripta nonnulla a Judæis & Chriſtianis in hac lingva edita recenſet. Ita cura Rev. *Chriſtiani Mœlleri* Novum Teſtamentum lingva & literis Judæo-Germanicis prodiit, *Francof. ad Viadr.* an. 1700. 4. & Rev. *Caſp. Calvœrii* Gloria Chriſti, *Lipſ.* 1710. ac denique non ita pridem *Philippi Nicodemi Lebrecht*, Ex-Judæi, libellus Anti-Judaicus ſub tit. *Lapis angularis Chriſtianæ fidei Jeſus Chriſtus*, Dresd. 1719. 4. editus. Duo illi poſtremi libri verſionem in lingvam Germanicam, quali Chriſtiani utuntur, a latere oppoſitam habent. Ante hos *Elias Schadeus* Lucam, Johannem, Acta, item epiſt. ad Romanos & ad Hebr. dialecto Hebræo-German. exhibuit *Argentorati* 1592. 8. Taceo, quæ *Wagenſeilius* libro citato, & Cl. *Schudtius* in Memorabilibus Judaicis Parte IV. eadem lingva repræſentarunt.

XI. Gram-

# XI. Grammaticorum Judaicorum Catalogus Hebraicus antiqvus.

REpetii Parte I. p. 337. Catalogum Grammaticorum Judaicorum, qualem ex Codice Grammatico Bibliothecæ Oratorii Pariſ. ſuppeditaverat Latine *Rich. Simonius*, ſed ita, ut ſubinde mendi ſuſpicionem legenti moveret. Eandem deſignationem ex eodem Codice deſcriptam Hebraice nactus eſt B. *Chriſtianus Theophilus Ungerus*, cujus beneficio eadem ad me pervenit. Hanc hoc loco inſerendam cenſeo, ideo, quod per eam conjecturæ quædam meæ priori loco propoſitæ confirmantur, præterea vero aliis locis male habitis medicina afferri poteſt.

1. הגאון רבינו סעדיה הפיתומי אגר ספר האגרון וס׳ לשון עברית וס׳ צחות:
2. חכם ירושלמי לא ידענו שמו תקן שמונה ספרים מאירים כספירים:
3. ר׳ אדונים בן תמים הבבלי קבץ ספר מערב מלשון עבר וערב:
4. ר׳ יהודה בן קריש מן מדינת תאהרת כתב ס׳ היחס וקרא שמו אב ואם:

(Urbs Taharat eſt caput Africæ interioris a Muhamedanis condita.)

5. ר׳ מנחם בן סרוק ספרדי חבר המחברות:
6. ר׳ אדונים הלוי המכונה בן לברט מערבי מן מדינת פיס חבר חבורים רבים:
7. ר׳ יהודה בן ר׳ דוד גם הוא מערבי מן מדינת פ״ס המכונה חיוג בעל הספר הזה חכם חרש הלשון ובעל כל חושבי מחשבות ומחשבתו הולידה ארבאה ספרים והם ספר הנוח וספר הכפל וספר הנקוד וספר הרקמה:
8. הרב רבינו האיי גאון זצ״ל אסף ספר המאסף:
9. ר׳ יונה הרופא המכונה בן גנאח ממדינת קורטבה השלים ז׳ והשביעי נקרא ספר השורשים המעולה ספירים:
10. ר׳ שלמה בן גבירול ממדינת מלאקה אגר מחברת שירה שקולה כארבע מאות בתים:
11. רב שמואל הנגיד סגן לויה קרטבה חקק ספר העשר והוא עולה על כל הספרים ואין למעלה ממנו:

12. ר׳ משה הכהן הספרדי קרטבי המכונה גיקטיליא מעתיק הספר הזה חבר ספר זכרים ונקבות :

13. ר׳ דוד הדין בן הגר ממדינת גראנאטה נמלאת עליו לבו וחבר ספר המלכים :

14. ור׳ יהודה הנקרא בן בלעם ממדינת טוליטולה אסף ספרים קטנים :

15. ור׳ יצחק הנקרא בן ישוש צרף ספר הצרופים :

16. ר׳ לוי אלתבאן ממדינת סרקסטא פתח ספר המפתח :

17. החכם הגדול הרב רבינו אברהם אבן עזרא הספרדי ז״ל בעל הלשון ומהיר לדבר צחות מכל תופשי חרש אנוש ומלאו לבו לכתוב בדקדוק הלשון מכל אשר היה לפניו וספריו עצמו מספר ומכללם ספר צחות וספר מאזנים וספר היסוד וספר השם וספר הפעלים וזולתם רבים · וספר שפה ברורה וספר שפתי יתר וספר כלילת יפי :

18. ר׳ יעקב בן אלעזר חבר ספרי דקדוק רבים ומהם ספר השלם :

19. ר׳ שלמה בן ר׳ אברהם בן פרחון חבר ספר השרשים :

20. ר׳ יוסף קמחי הספרדי חבר ספרים רבים בדקדוק הלשון עברי ומכללם ספר האמונה :

21. ר׳ משה בן קמחי בנו חבר מהלך שבילי הדעת :

22. ר׳ דוד קמחי אחיו חבר ספר המכלול והשרשים עט סופר וספר המזנים :

23. ר׳ יוסף בן כספי חבר ספר השרשים קראם שרשות כסף :

24. ר׳ משה בן הנשיא חבר ספר השרשים :

25. ר׳ יוסף בר ר׳ יוזדק · · חבר ספר בעל הלשון :

26. ר׳ שמואל בן בנבנשת המדקדק המעולה חבר ספרים רבים בדקדוק :

27. החכם ר׳ יצחק ברבי משה הלוי ספר קראו מעשה אפוד :

28. הרב ר׳ יוסף יחייא חבר ספרים רבים בדקדוק :

29. חכם אחד אבדנו שמו חבר ספר קראו פתח דברי :

30. הרב ר׳ דוד בן יחייא הספרדי חבר ספר לשון למודים :

31. החכם הפילוסוף ר׳ אברהם דבלמש חבר ספר מקנה אברהם :

32. ר׳ יוסף זרקה חבר ספר רב הפעלים :

33. ר׳

Digitized by Google

33. ר׳ שמריה אקרת חבר חבורים רבים:

34. ר׳ שלמה שרביט הזהב חבר ספר חשק שלמה:

35. ר׳ אליה הלוי המדקדק האשכנזי חבר חבורים רבים ומכללם פרק שיר ופרק המרורת ופרק השמושים וספר מסורת המסורת וספר ההרכבת וספר טוב טעם:

36. ר׳ שלמה ברבי יעקב אלמולי חבר ספר הדקדוק וספר השרשים קראו שרשורת:

37. הרב רבינו תם יחייא חכם גדול כולל בכל חכמות והלשונות והוא הפליג לדבר בשרשי הלשון העברי:

38. ר׳ אלישע בר מתתיה חבר ספר מגן דוד:

39. ר׳ עמנואל איש בניונטו חבר ספר לוית חן:

## Catalogus Grammaticorum Judaicorum alphabeticus.

*Anonymi* פֶּתַח דְּבָרַי vide Catalog. Grammatic. Hebraicum proxime antecedentem n. 29. & confer, quæ infra inter Anonymos dicentur.

*Anonymi*, qui dicitur Sapiens Hieroſolymit. libri Grammatſci: vide Catalog. Hebr. n. 2.

*Aaron ben Joſeph*, Karæi כְּלִיל יוֹפִי: vide Part. I. Bibl. Hebr. n. 183.

*Abraham de Balmes* מִקְנֵה אַבְרָהָם: vide ibid. n. 31.

*Abraham Aben Eſra* varia: vide ibid. n. 110. p. 80.

*Abraham Konti* חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט: ibidem n. 145.

*Abſalom Miſrachi* ſive Orientalis אִמְרֵי שֶׁפֶר: ibid. n. 168.

*Adonim Levi ben Labrat*: vide Catalog. Hebraicum Grammaticorum n. 6.

*Adonim ben Tamim*: vide ibidem n. 3.

*Aſariel Hakkalir*: falſo inter Grammaticos refertur a Bartoloccio: vide Partem I. n. 1781.

*Ben Aſcher*: vide ibidem n. 193. 3.

*Benjamin ben Jehuda*: vide n. 393.

*Calonymus ben David*: vide n. 1886.

*Chajim fil. Benjamin* תּוֹצְאוֹת חַיִּים: vid. ibid. n. 602. 7.

*Chajim fil. Bezalel* דִּקְדּוּק צַחוּת לָשׁוֹן: vid. ibidem n. 604.

*Chiskijæ Romani* עֵץ חַיִּים : ibidem n. 593.
*David Judex* ſcripſit סֵפֶר מְלָכִים : vide Catal. Hebr. n. 13.
*David Jechaija* לְשׁוֹן לִמּוּדִים : vide Part. I. n. 522.
*David Kimchii* varia : vide ibid. p. 305. & 310.
*David Neſem Sabav :* ibid. n. 511.
*David Provincialis :* vide n. 517.
*Donaſch ben L'abrat :* vide n. 528.
*Eliæ Levitæ* varia : ibidem n. 249. & Catal. Hebraicum n. 35.
*Elieſer fil. Abraham* מָגֵן דָּוִד : vid. Part. I. n. 267. Ille rectius vocatur *Eli-ſcha :* vid. ibid. & Catal. Hebr. n. 38.
*Hai Gaon :* vide Catal. Hebraicum Grammaticorum n. 8.
*Jacob fil. Eleaſar* vel *Elieſer :* vide eundem Catal. n. 18. & Partem I. Bibliothec. p. 580.
*Jacob ben Iſaac* דִּבְרֵי אֱגוֹר vide ibid. n. 1056.
*Jacob ben Machir Tibbon* מְלַמֵּד הַתַּלְמִידִים : ibid. n. 1073. conf. n. 1121.
*Jacob Romanus :* vide n. 1107.
*Jebuda* לִבְנַת סַפִּיר ; vide n. 679.
*Jebuda ben Bileam :* vide Catalogum Hebraicum n. 14. & Part. I. Biblioth. num. 698.
*Jebuda Chariſch* vel *Kariſch* אב ואם : vide Catalog. Hebr. n. 4. & Part. I. n. 717.
*Jebuda ben David Chiug :* vid. Catal. Hebr. n. 7. & Part. I. n. 708.
*Jebuda Löw ben David* שׁוֹרֶשׁ יְהוּדָה : vide Part. I. n. 742.
*Jekuthiel Sacerdos :* vide n. 1286.
*Jeſchajæ* cujusdam Grammmatica : ibid. n. 1300. p. 707.
*Immanuelis Beneventani* לִוְיַת חֵן : vide ibid. n. 1789. & Catalogum Hebraicum n. 39.
*Jona ben Eſra*, forte fictus : vide Part. I. n. 840.
*Jona ben Gannach :* ibid. n. 836. & Catal. Hebr. n. 9.
*Joſeph ben Caſpi :* vide Catalogum Hebraic. n. 23.
*Joſeph ben Elchanan :* vide Part. I. n. 866. 1. 3.
*Joſeph Jechaja :* vide eundem n. 28.

Ioſeph

*Ioſeph benIehuda Sacut* בַּעַל לָשׁוֹן : vide Part. I. n. 896. Idem in Catalogo Hebr. Grammaticorum n. 25. vocatur *Ioſeph Ioſedec*.
*Ioſeph Kimchi:* vide ibidem n. 967. & Catalogum Hebr. n. 20.
*Ioſeph Sarka* רַב פְּעָלִים : vide Part. I. n. 881. & Catalog. n. 32.
*Iſaac ben Iaſchuſch:* vide Catalogum Hebr. n. 25.
*Iſaac ben Moſche* מַעֲשֵׂה אֵפוֹד : vide Catalogum n. 27.
*Iſaac Romanus*, idem cum Chiskija Romano, de quo ſupra: vide Part. I. n. 1269.
*Iſaac ben Schemuel* שִׂיחַ יִצְחָק : vide n. 1279.
*Iſrael ben Abraham* פֶּתַח לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ : vid. n. 1308.
*Levi ben Altaban:* vide n. 1346. & Catalog. Hebr. n. 16.
*Levi ben Ioſeph* סֵפֶר סְמָדָר : vide n. 1350.
*Menachem ben Saruck:* vide n. 1444. & Catal. Hebr. n. 5.
*Menachem Tamar:* vide n. 1431.
*Menaſſe ben Iſrael:* vide Part. I. p. 785. n. 17.
*Moſche Cohen*, alias *Gecatilja:* vid. n. 1536. & Catal. Hebr. n. 12.
*Moſche Chaviv:* vide n. 1550. 1. 3. 4.
*Moſche ben Gideon Avudiente:* vide n. 1534.
*Moſche Hannaſi*: vide Catal. Hebr. n. 24.
*Moſche Kimchi:* vide n. 1645. 2. 3. 4. 5.
*Moſes Provincialis*: vide n. 1631.
*Moſes ben Zeli*: vide n. 1638.
*Moſes Raphael de Aguilar*: vid. n. 1652. p. 897.
*Peripoth Duran* מַעֲשֵׂה אֵפוֹד : vid. n. 1854. 3.
*Salomon ben Abraham*: vid. Catal. Hebr. n. 19.
*Salomon Almoli ben Iacob:* vid. ibid. n. 36.
*Salomon ben Gavirol*: ibid. n. 10. & Part. I. p. 1045.
*Salomon ben Iehuda Löw*: vid. n. 1973.
*Salomon ben Iſaac*: Part. I. p. 1068. 7.
*Salomon Olivera*: vid. n. 1955. 5.
*Salomon Scharbit*: vid. Catal. Hebr. n. 34.
*Samuel Arkevolti*: vid. n. 2039.
*Samuel Benbenaſte*: vid. n. 2051.
*Samuel Levita*: vid. n. 2096.

*Samuel*

*Samuel Nagid*: vid. Catal. Hebraic. n. 11.
*Schabtai Premislenſis*: vid. Part. I. n. 1930. 1.
*Schabtai ben Ioſeph Strimer* in præf. ad lib. באר משה: n. 1582.
*Schemarja Akrat*: vid. Catal. Hebr. n. 33. & Part. I. n. 2200.
*Simſon ben Abtalion*: vid. n. 2203.
*Simſon Hannakdan*: n. 2208.
*Tam Iechaja*: Catal. Hebr. n. 37.
*Zacharias*: n. 569.

## XII. Catalogus alphabeticus Grammaticorum Hebræorum inter Chriſtianos.

*Anonymi* Grammatica Ebræa in uſum Academiæ, quæ eſt apud Friſios Orientales, Franeqv. 1612. 4.

*Anonymi* Elementa Grammaticæ Ebrææ pro Schola Bremenſi, Bremæ 1614. 8.

*Nic. Abrami*, Ieſuitæ, Epitome Rudimentorum Lingvæ Ebrææ verſibus Latinis, Pariſ. 1645. 4. & Divione 1651. 4. v. Nath. Sotwelli Bibliothecam Soc. Jeſu p. 622. & Bælii Dictionar. T. I. p. 34.

*Matth. Adriani* Introductio in Lingvam Ebræam, inſerta eſt quibusdam ejus Orationibus, Lugduni in 8. apud Seb. Gryphium editis.

*Adam. Aigenler*, S. J. Tabulæ XII. ſeu fundamenta Lingvæ Sanctæ, Dilling. 1670. fol.

*Joh. Henrici Alſtedii* Grammatica Hebræa in Encyclopædia ejus, Lugd. 1649. fol.

*Iac. Altingii* Fundamenta Punctationis Lingvæ S. ſeu Grammat. Ebræa, Groning. 1654. 1658. 1675. 8. & in Tomo V. Opp. Amſtelod. 1687. fol. item Marpurgi 1692. 8. per M. *Io. Rieſnerum* ſub tit. *Compendium Grammat. Ebrææ in uſum Scholarum adornatum, & ita digeſtum, ut retentis canonum verbis fundamenta punctationis Lingvæ S. breviter & perſpicue in eo tradantur.* Adde *Adriani Relandi* Brevem Introduct. ad Gramm. Hebr. Altingii, Traj. ad Rhen. 1710. 8. Ejusd. Grammat. compendium dedit quoque *Henr. Iac. van Basbuyſen.* Eadem fundamenta cum Synopſi Inſtitutionum Chaldaic. & Syriac. recudi curavit *Georg. Otho*, Francof. 1701. 8. qui addidit de ſuo Inſtitutiones Samaritan. Rabbin. Arabic. Æthiop. & Perſicas. Altingii præcepta magni facit *Albardus de Raadt* in præfat. ad Comment. de Punctationis Hebr. natura.

*Sixtini*

Digitized by Google

*Sixtini ab Amama* Coronis ad Grammaticam Martinio Buxtorfianam, qua præter explicationem ſpecialium Anomaliarum & difficultatum textus Hebr. Biblico ordine inſtitutam, diſſertat. de *Keri* & *Ketib*, & Conſilium de ſtudio Hebr. recte inſtituendo continetur. Grammatica ipſa Martinio Buxtorfiana, quam cum ſuis acceſſionibus paravit, prodiit Amſtelod. 1625. 8. iterumque 1628. & 1635.

Ejusd. Grammat. Hebr. Belgice, Amſtelod. 1627. 8.

Ejusdem de recta lectione Lingvæ S. Franeqv. 1620. 8. & alias.

*Caſp. Ammonii*, Provincialis quondam Auguſtinianæ familiæ in Svevia, Grammatica Hebraica MS. exſtitit Tiguri apud Conr. Pellicanum. Conf. *Læſcherum* de Cauſis lingvæ Hebr. p. 109. & *Meelführeri* Acceſſiones ad Almeloveenium pag. 8. item Prodromum German. Oriental. pag. 3.

*Anton. ab Aquila* Novæ Inſtitutiones lingvæ Ebr. Rom. 1650. 8.

*Pet. Artopœi*, Pomerani, Grammatica Lingvæ Lat. Gr. & Hebr. cum Jona & Pſalmis XV. in his 3. lingvis, Baſil. 1545. 8. Vide *Geſneri* Bibliothecam ſuo loco, ubi etiam *Donatus* ejus *Hebraicus* memoratur, quem puto ineditum.

*Conr. Aslaci* Grammat. Hebr. libb. II. Hafn. 1606. 8.

*Jo. Avenarii* Grammat. Hebr. partes III. Witteb. 1570. 1575. & 1581. 8. Conf. *Io. Caſp. Zeumeri* Vitas Profeſſ. Theologorum Jenenſ. p. 91.

*Seb. Auguſti* Grammat. Lingvæ Ebr. Marpurg. 1530.

*Matth. Aurogalli* Grammat. Ebr. Wittenb. 1523. & auctior 1530. 8. Ex ea B. Lutherum lingvam Hebr. didiciſſe, teſtatur auctor Anonymus Exercitationis Critico-Literar. Freiſtad. 1708. 4. ed. C. 2.

*Jo. Baldovii* Medulla Grammaticæ Hebr. Buxtorfio-Erpenio-Troſtianæ, Lipſ. 1636. & 1664. 4.

Ejusd. Specimen ad Medullam Grammaticæ ſive Dilucidarii Biblici, quoad rem Grammat. ex lib. I. Moſis caput I. reſolutum, Sleuſing. 1639. 4.

Ejusd. Elementale Hebr. ibid. 1639. 4.

*Th. Bangii* Hermes & Pan Hebraicus, Hafn. 1651. 4.

*Henr. Iac. Basbuyſen*, vid. *Alting*.

*Rudolphi Bayni* Compendium Michlol Kimchii, Pariſ. 1554. 4.

*Rob. Bellarmini* Inſtitutiones lingvæ Hebraicæ cum Exercitat. in Pſalm 34. Rom. 1578. & 1585. Colon. 1580. & 1640. Lugd. 1596. quæ in titulo *quarta* vocatur editio, Venet. 1606. Aurel. Allobr. 1609. & 1619.

Antwerp. 1606. 8. per Simeonem de Muis recognita Pariſ. 1622. 8. Contra eum ſcripſit *Abrab. Gibelius*, quem vide.

*Pet. Andreæ Bergii*, Prof. Aboenſis quondam, Grammatica Ebræa MS. memoratur in Aboa Literata p. 41.

*Mich. Beringeri* Grammat. Hebr. ex Tabulis Weigenmeierianis, Tubing. 1536. & 1602. 8.

*Corn. Bonavent. Bertrami*, Prof. LL. Orient. Genev. Comparatio Grammaticæ Ebr. & Aramic. atque adeo dialectorum Aramicarum inter ſe, concinnata ex Hebr. Ant. Cevallerii præceptionibus Aramicisque Doctorum aliorum Obſervatt. Genev. 1574. 4.

*Ioh. Beſentini* Grammat. Hebr. lingvæ, teſte Geſnero.

*Theod. Bibliandri* Inſtitutiones Grammaticæ de lingva Hebr. Tiguri 1535. 8. Conf. Lœſcheri Comment. de Cauſis lingvæ Ebr. p. 158.

Ejusd. de optimo genere Grammaticorum Hebraicor. Baſil. 1542. 4.

*Frid. Blanckenburgii*, Prof. & Eccleſiaſt. Argentorat. Grammat. lingvæ Sanctæ per qvæſtiones & reſponſ. Argent. 1625.

*Bened. Blancuci* Inſtitutiones in lingvam S. Ebr. Rom. 1606. & 1608. 4.

*Tb. Blebelii* Grammatica lingvæ Ebr. Witteb. 1587. 8.

Ejusdem Compendium per filium, ibid. 1594. 8.

*Balth. Blochwitzii* χειραγωγία ad lingvam Ebr. Witteb. 1623. 8.

*Io. Bohemi* Grammatica Ebræa, Dresd. 1652. 4.

*Sam. Boblii* Grammat. Ebræa, Roſtoch. 1646. & Lipſ. 1658. fol. in tabulas redacta a Matth. Marci, Roſtoch. 1638.

*N. Bougeti*, Salmurienſis, Rudimenta Grammat. Hebrææ, hebr. in 8. edita memorantur in Catal. MS. librorum ex Typographia Congregat. de Propag. Fide editorum.

*Jo. Buliſii*, Prof. L. Hebr. Pariſ. Alphabetum Ebraic. Pariſ. 1577. fol. Lingvæ S. Compendium, ibid. 1576. fol. Idem de varia dictionum ſignificatione ad myſticos ſenſus, ibid. 1575. 8. Vide Colomeſ. Gall. Orient. p. 57.

*Io. Alex. Braſſicani* Inſtitutiones Grammat. Phorcæ 1510.

*Ioh. Brunneri* Rudimenta Ebr. Lingvæ, accurata methodo & brevitate conſcripta, cum canonibus generalibus de Hebr. Syntaxi, Friburg. 1585. & 1604.

*Olivarii Bulæi*, Vinſobrii, Methodus Ebraica, per quam Hebræorum lingva ſine punctis facillime ſimul & accuratiſſime diſci poteſt, Ultraject. 1658. 8. Quæ is propoſuit, noſtra ætate *Maſclefius*, de quo infra, quamvis

quamvis ſcriptionis illius notitia deſtitutus, amplius proſecutus eſt in Grammatica Hebr. a punctis libera. Vide Ephemerides Literar. Hagæ Gall. editas Tom. IX. Part. I. p. 62.

*Io. Burdigalenſis*, Capucini, Synopſis Inſtitutt. Ebraic. Pariſ. 1646.

*Io. Buxtorfii* Epitome Grammat. Hebr. Baſil. 1605. 1613. 1616. 1629. quæ eſt edit. *quinta*, 1640. 1658. per *Ioan.* filium cum ejusdem Conſilio Univerſali de lingvæ Hebr. ſtudio, & 1669. Tum vero Amſtelod. cum notis & appendice Chriſt. Schotani ad pleniorem Etymologiæ inſtructionem, item Ultrajecti 1672. & 1675. 8. per Jo. Leusdenium.

Ejusdem Theſaurus Grammaticus lingvæ S. Baſil. 1619. 1629. 1651. & 1663. item Amſtelod. 1650. 8. cum Proſodia Metrica. Theſaurum vehementer laudat *Jac. Guſſetus* in præf. ad Comment. L. Ebr. p. 10. & in eundem notas ſuas ſæpe allegat.

Ejusdem Manuale Hebr. Baſil. 1658. 12.

*Victorini Bythneri* Inſtitutio methodica lingvæ Hebr. & Chald. Lond. 1650. 8. in calce Lyræ Propheticæ Davidis.

*Marii de Calaſio* Canones Lingvæ S. Romæ (non Bremæ, ut habet Lipenius in Bibl. Philoſ. pag. 406.) 1616. 4. Eum librum ex *Sebaſt. Munſteri* Grammatica petitum eſſe obſervat Imbonatus in Biblioth. Latino-Hebr. p. 156.

*Io. Calundani* compendioſa lingvæ Ebr. delineatio, Hafn. 1645. 8.

*Io. Campenſis* Grammat. Hebr. Lovan. 1528. Pariſ. 1535. 1543.

Ejusd. Collectio ex libb. Grammaticis Eliæ Levitæ, Pariſ. 1539. 8.

*Wolfg. Fabric. Capitonis* Inſtitutiones Hebr. Baſil. 1518. 8. & Argent. 1525. 8. Conf. *Læſcheri* Comment. de Cauſis lingvæ Hebr. p. 157.

*Io. Capnionis* ſive *Reuchlini* Rudimenta lingvæ Hebr. una cum Lexico, Pforzhemii per Thom. Anshelmum 1506. fol. quod opus deinde plenius auctiusque recuſum eſt cura *Seb. Munſteri*, Baſil. 1537. per Henr. Petrum, ſub hoc titulo: *Io. Reuchlini Phorcenſis primi Græcæ & S. Hebr. Lingvæ adeoque meliorum literarum omnium in Germania autoris, in Galliis vero & Italia vindicis, Lexicon Hebr. & in Hebræorum Grammatica commentarii, quibus ea, quæ requiri utiliterque addi poſſe videbuntur, ex Elia longe utiliſſimis Inſtitutionibus accreverunt. Lexico quoque præter complures Scripturæ locos, qui citantur, Hebraicos factos ingens acceſſit dictionum numerus.* Confer de utraque editione B. Jo. Henr. Majum in Vita Reuchlini p. 32. & 238. ſqq. Ipſe de Rudimentis ſuis in præfat. ad 7. Pſalmos Pœnitentiales ita: *Feci Rudimenta Hebr. L. quæ multo ſudore & algio,*



Digitized by Google

*prece, præmio & pretio per longa tempora corraſeram, haud ſine incredibili diligentia & ære non parvo publicitùs imprimi.*

Ejusdem de Accentibus & Orthographia Hebr. libri tres, Cardinali Adriano dicati, Hagenoæ 1518. 4. Vide B. Majum in Vita Reuchlini p. 433.

Ejusdem Interpretatio Grammat. in Pſalmos Pœnitentiales ſeptem an. 1512. recuſ. Witteb. 1529. 8. ubi eorum Analyſis beneficio Rudimentorum Hebraic. quorum folia ſemper citantur, inſtituitur. Conf. Cl. Lœſcheri Comment. de Cauſis lingvæ Hebr. p. 156.

Ejusd. Tabulæ XX. Inſtitutionum in lingvam S. tanquam Baſil. 1554. editæ laudantur a Lipenio in Biblioth. Philoſ. Part. I. pag. 406. b, item Compendium Grammat. Ebr. Witteb. 1581. 8. ibid. p. 409.

*Mart. del Caſtillo* Grammatica L. S. Hiſpanice, Lugd. 1676. 8.

*Chriſtoph. Cellarii* Grammatica Hebr. in tabulis Synopticis, Cizæ 1681. 4. iterumque ibidem 1684. correctior & auctior, una cum nova & perſpicua Inſtitutione Rabbiniſmi.

Ejusdem Canones de lingvæ Sanctæ proprietatibus, tertia vice, Cizæ 1679. 4.

*Anton. Rudolphi Cevallerii* Rudimenta Hebr. lingvæ, ex officina Rob. Stephani Genev. 1567. 4. & 1591. 8. Witteb. 1574. 4. & Lugd. 1575. fol. item cum notis *Petri Cevallerii*, Genev. 1591. 4. Conf. *Pauli Colomeſii* Galliam Oriental. p. 43.

*Io. Chardani* Inſtitutt. lingvæ Hebr. memorat *Imbonatus* p. 98. ſed vereor, ne is ex proxime ibi ſequente *Io. Charadamo* ſit confictus.

*Io. Charadami* Rudimenta Grammat. Ebr. Pariſ. 4.

Ejusd. Alphabetum myſticum, ibid. 1532. Adde *Colomeſii* Galliam Oriental. p. 3.

*Io. Claji* Elementa lingvæ Ebr. Witteb. 1573. 1581. & 1597. 8.

Ejusdem libri tres Proſodiæ Latinorum, Græcorum & Hebræorum, ibid. 1614. 8.

*Nic. Clenardi* Grammat. Ebr. Pariſ. per Wechelum, teſte auctore Exercit. Critico-Literar. C. 3. b.

Ejusdem Tabulæ in Grammat. Hebr. cum notis Jo. Iſaaci & Jo. Quinquarborei, Colon. 1571. 8. Grammat. cum ſcholiis Jo. Iſaaci & Gilb. Genebrardi, Antwerp. 1564. 4. & Pariſ. 1582. Prodiit quoque Lugd. Bat. 1589. 8. Laudatur a Chytræo in Epiſtolis p. 629.

*Davidis Clodii* Grammat. L. Hebr. Gieſſæ 1684. 4.

*Hieron.*

*Hieron. Comboni*, Solodienſis, L. S. Profeſſ. Breve Compendium artis L. S. addiſcendæ, Bergomi 1616. teſte Wadingo de Scriptor. Ord. Minorum.

*Georg. Cſipkes*, Comarini, Schola Ebraica, Ultraj. 1654. 8. Conf. Czvittingeri Specimen Hungariæ Literatæ p. 111.

*Jo. Andr. Danzii* Nucifrangibulum Sanctam Scripturæ V.T. lingvam Hebr. enucleans, Jen. 1686. 8. partibus II. quarum I. eſt Etymologica, II. Syntactica.

Ejusdem Spicilegium exhibens pro Chaldaiſmo Biblico, paucas intra horas addiſcendo, nonnulla ſparſim inſerenda Nucifrangibulo Ebræo, ibid. 1689. 8.

Nucifrangibulum deinde longe auctius & correctius recuſum eſt in duobus diſtinctis libris, quorum alter inſcribitur *Literator Ebræo-Chaldaicus*; alter *Interpres Ebræo-Chaldaicus*, ubi de idiotiſmis, Jenæ 1694. 8. Accedit etiam Manuductio inſtituendæ facilius Analyſeos, quæ ſeorſim prodierat Jenæ 1691. 8. Uterque & Literator & Interpres ſecundum recuſus eſt Jenæ 1710. 8.

Compendium Grammat. Hebr. Chald. tertium, Jen. 1706. 8.

Interpres Ebræo-Chald. ex ed. tertia, Jenæ 1708.

Paradigmata Nominum ſimplicium ac verborum integra, tertium, ibid. 1709.

Communi plauſu Grammatica hæc inprimis ob naturam punctationis Hebr. & ſingulares loquendi formulas, diſtinctius traditas, excepta eſt: niſi quod Anonymus quidam minus, ut puto, feliciter ſe operæ huic oppoſuit in Exercitat. Critico-Literar. Freiſtadii 1708. 4. edita.

*Henr. Dieſtii* Grammat. Ebr. cum Rudimentis lingvæ Chald. & Syriacæ, Amſtelod. 1665. 8.

Ejusd. Clavis lingvæ S. ibid. 1669.

*Lud. de Dieu* Grammat. Ebr. Lugd. Bat. 4.

Ejusd. Compend. Grammat. Ebr. ibid. 1626. & 1650. 4.

Ejusd. Grammat. LL. Oriental. Hebr. Chald. & Syrorum inter ſe collatarum, Lugd. Bat. 1628. 4. & Francof. ad Mœn. 1683. 4.

*Io. Mich. Dilherri* Atrium lingvæ Sanctæ, ſive Rudimenta lingvæ Hebr. in ſex horas diſtributa cum appendice variarum Antiquitatum & brevis Lexici, Norimb. 1659. 8.

Ejusd. Periſtylium lingvæ Sanctæ, ſive Pars II. Atrii, ibid. 1660. 8.

Ejuſd. Syllabus vocum irregularium S. Scripturæ, ibid. 1660. 8.

*Io. Dinckelii* Epitome Grammat. Hebr. Witteb. 1579. 8.

*Io. Dælingii* in Syllabo Diſſertatt. Hebr. diſſert. V. lingvæ Hebr. θεωρίαν brevibus præceptis comprehendit, Witteb. 1621. 4.

*Franc. Donati* Poma aurea lingvæ Hebraicæ, opuſculis tribus 1) de Accentibus 2) Abbreviaturis 3) & doctrina Chriſtiana, Romæ 1618. 4.

*Io. Droſſei* Epitome & Partitiones Grammaticæ Lat. Gr. Gall. & Hebr. lingvæ, Pariſ. 1544. 4.

*Iani Druſii* Grammatica lingvæ Sanctæ nova, Amſtel. 1612. 4. Leovard. 1612. 8. & Franeqv. 4.

Ejusdem Alphabetum Hebr. vetus, interpretationes connexionesque nominum Alphabeti ex Hieronymo & Euſebio, Franeqv. 1587. & auct. 1609. 4. De literis *Moſche vecaleb*, Lugd. Bat. 1589.

Ejusd. Opuſcula, quæ ad Grammat. ſpectant, omnia, uno volum. juncta Franeqv. 1609. 4.

*Thom. du Four* (qui a Lipenio Part. I. pag. 407. Biblioth. Philoſ. mendoſe *Duſour*, paulo poſt autem recte *du Four* vocatur) Grammatica Ebr. Pariſ. 1642. 8. *Colomeſius* in Gallia Orientali p. 245.

*Theod. Eberti* Elementa Ebraica, Lipſ. 1627. 8.

Idem de Poeſi Hebr. ibid. 1628. 8.

Idem de literis Hebraicis, ibid. 1662. 8. teſte *Imbonato* p. 275.

*Hier. Erneſti* compendioſa Grammat. Ebr. Introductio, Regiom. 1645. 4.

*Th. Erpenii* Grammat. Ebr. generalis, Lugd. 1621. 8. Genev. 1628. 8. cum acceſſione Grammat. Chald. & Syr. Lugd. Bat. 1659. 8.

*Sigiſm. Evenii* Janua Ebraiſmi & Græciſmi, 4 tabulis, Lipſiæ 1628. fol. Vide M. *Godofr. Ludovici* Hiſtoriam Rectorum, Gymnaſiorum, &c. Part. II. p. 66.

*Georg. Fabri* Inſtitutiones Grammat. Hebr. 1626. 8.

*Theodori Fabricii* Inſtitutiones lingvæ Sanctæ Coloniæ lucem viderunt, ceu ipſe teſtatur in Vita ſua, quam habes in Bibliotheca Theologico-Philolog. Bremenſi Claſſ. IV. Faſcic. I. p. 76. Confer *Geſnerum*, qui Baſil. prodiiſſe ſcribit, & *Imbonatum* p. 275. qui noſtrum hunc cum Theodoſio Fabricio confundit, illi Catechiſmum Lutheri, Hebraice converſum, tribuens, qui tamen hujus eſt.

Ejusdem Tabulæ duæ, de nominibus Hebraicis una, altera de verbis, quas ipſe in Vita ſua l. c. p. 82. ab Inſtitutionibus diſtingvit. Illæ forte Baſileæ lucem viderunt.

*Pauli*

*Pauli Fagii* Iſagoge compendiaria in lingvam Hebr. Conſtant. 1543. 4.
*Jo. Fæckleri* Fundamenta ad lingv. S. accurate docendam, Amſt. 1661. 8.
*Guil. Franchi*, Romani, Ex-Judæi, Sol lingvæ S. ſive Grammatica Ebræa, Ital. Bergomi 1591. 4. 1599. & 1657.
Ejusdem Alphabetum Hebraicum, in quo quicquid ad Hebr. lingvam legendam pertinet, continetur: Romæ 1596. 8.
*Aug. Herm. Franckii* diſput. de Grammat. Hebr. Lipſ. 1685. 4.
*Ludov. a S. Franciſco*, Luſitani, Globus & Canon Arcanorum lingvæ S. ſive Grammat. Ebr. Rom. 1586. 4. Confer Nic. Antonii Biblioth. Hiſpanic. Novam Tom. II. p. 308.
*Nicod. Friſchlini* Grammatica Hebr. Argentor. 1610. 8.
*Io. Frobenii* Rudimenta Hebraicæ Grammat. ad lectionis uſum neceſſaria, Baſil. 1522. 8.
*Adam Fuſius* Horologium Schickardi germ. maxima ſui parte converſum edidit Lipſ. 1632. 12.
*Henr. Galli* verſus de radice inveſtiganda.
*Io. Gagnier* Typum Conjugatt. Hebr. verborum regular. & irregular. aliquot tabulis ex Theatro Sheldoniano luculente edidit Oxon.
*Gilberti Genebrardi* notæ in *Clenardi* Grammaticam, quam vide.
Ejusd. Alphabetum Hebraic. Pariſ. 1567. 1572. 1584. 8. & 4.
*Io. Erneſt. Gerhardus*, vide *Schickard.*
*Abrah. Gibelii* Grammat. lingvæ Ebr. Witteb. 1603. 4.
Ejusd. Strigilis Inſtitutt. Ebraic. Rob. Bellarmini, ib. 1605. 4.
Ejusd. Difficultatum Etymologic. Hebr. literaturæ enodatio.
*Mart. Gilberti* libri 2. de literis ac motionibus ſeu punctis Hebr. Pariſ. 1563. 4.
*Sal. Glaſſii* Inſtitutiones Grammat. Ebr. Jen. 1623. 4.
Ejusdem Grammat. Sacra, quæ in Philologia ejus Sacra, de qua ſupra ſuo loco, ſæpe excuſa eſt.
*Franc. Gomari* liber de Arte Poetica V. T.
*Gerhard. Gonthum*, S. J. tres lingvas, Latinam, Græcam & Hebraicam editis Commentariis illuſtraſſe, teſtis eſt Ribadeneira. Vixit is an. 1598.
*Dav. Grafunderi* Calligraphia Hebr. Colon. ad Spream 1668. 12.
*Hier. Gratiani* Abecedarium 5 lingvarum Græcæ, Hebr. Arab. Boſnicæ & Lat. hiſpanice: vide *Imbonatum* p. 72.
*Chriſt. Groſſii* Compendium Grammat. Hebr. Stetini 1643. 8.

*Io.*

*Io. Georg. Groſſii* Conſilium de lingvis Hebr. Gr. & Lat. facile diſcendis, Baſil. 1619.

*Othon. Gualtperii*, Prof. Marpurg. Grammatica lingvæ S. per quæſtiones & reſponſ. Witteb. 1590. & Lubecæ 1611. 8. Confer M. Godofr. Ludovici Hiſtoriam Rectorum, &c. Part. I. p. 86. ſqq.

*Pet. Guarini*, Benedict. ex Congreg. S. Mauri, Grammat. Hebr. ex optimis, quæ huc usque prodierunt, collecta, prelum exercet: Pariſ. in 4. Vide Nova Literar. Lipſiæ vernaculo ſermone edita an. 1717. p. 677.

*Roberti Guellini* Inſtitutiones lingvæ S. laudantur a *Colomeſio* p. 150. Galliæ Orientalis.

*Agathiæ Guidacerii* Grammatica Ebraicæ lingvæ, Pariſ. 1539. in Collegio Italorum, ut ſcribit *Imbonatus* p. 2. Neſcio, an iſta editio eadem ſit cum illa, quam ibidem an. 1529. per Ægid. Gourmontium prodiiſſe ſcribit *Chevillerius* de Origine Typographiæ, pag. 295.

*E. P. R. H.* Documenta brevia, quibus quisque numeroſe & promte Hebraice vel unius menſis ſpatio legere addiſcat, ad Sacr. Script. intelligentiam ex Hebr. fonte eximie conductura etiam illis, qui Hebr. Grammat. non didicerunt: Venet. 1639. 4. Vide *Imbonatum* p. 38.

*Matthiæ Haſenreſſeri* Revelator Punctorum, Tubing. 1619. 8.

*Ionæ Hambræi* Inſtitutio Ebr. compendioſa, Roſtoch. 1619. 12.

*Chriſtoph. Hammeri* Pædagogus lingvarum 5 Oriental. Hebr. Chald. Syriac. Arab. & Æthiop. cum Introduct. in Lectionem Armenicam, Jenæ 1595. 4. Vide Zeumeri Vitas Profeſſ. Jenenſ. p. 97.

*Menonis Hanneckenii* Grammat. & Radic. Ebr. Marp. 1640. 4. cum Tabulis per Henr. Bangertum, Lubecæ 1660. fol. Vide Henning. Wittenii Vitas Theologorum Decad. XIII. p. 1707.

*Wigandi Happelii* Canones lingvæ Sanctæ Grammatici, Baſil. 1561. 8.

*Hermanni ab Hardt* brevia & ſolida Hebrææ lingvæ fundamenta, cum quatuor capitibus prioribus Geneſeos, Helmſtad. 1694. 1698. & 1700. tertium in 8. edita & alias recuſa: German. Halæ 1698.

Ejusd. Grammaticæ Exegeticæ Fundamenta, Helmſt. 1691. 8. Confer Celeb. Lœſcheri commentar. de Cauſis lingvæ Ebr. pag. 160.

*Io. Haſſenii* Manuductio compendioſa ad lingvam Ebr. Lipſ. 1619. 4.

*Ioh. Baptiſt. Helmontii* Delineatio alphabeti vere naturalis Hebr. Sulsbac. 1667. 12. cum præfatione *Chriſtiani Knorrii a Roſenroht:* vide Nova Literaria Lipſ. Latina an. 1718. p. 191. in 8. Viri hypotheſin examini ſubjecit *Io. Mich. Langius* in diſſ. de charactere primævo Bibl.

Hebr.

Hebr. Altorf. 1685. Adde Examen generale Cabbalæ Philoſoph. Henr. Mori, & B. Pfeiferi Dubia Vexata Centur. I. Loc. 43. p. 114.

*Chriſtoph. Helvici* compendioſa Inſtitutio lingvæ Ebraicæ, Gieſſæ 1609. 4. Witteb. 1608. & 1618. 4. & 1626. 8.

Ejusd. Elementale Ebraic. & Chald. Gieſſ. 1618. 4.

Ejusd. Compendium Gramm. Ebr. ibid. 1614. 8.

Ejusd. Libri Didactici Grammaticæ univerſalis, Lat. Gr. Hebr. & Chald. Gieſſæ 1620. 4.

*Mart. Hilleri* Sciagraphia Grammat. S. Stutg. 1675. 8. teſte *Imbonato* p. 158.

*Matthæi Hilleri*, Prof. Gr. & Or. LL. Tubing. Inſtitutiones lingvæ S. quibus Analogia Hebraiſmi ad breves easdemque generales & nullis impeditas exceptionibus regulas revocatur, Tubing. 1711. 8.

*Jo. Wilh. Hilligeri* Summarium lingvæ Sanctæ, Witteb. 1677. 4.

*Jo. Henr. Hirzelii* Grammat. Ebr. laudat Cl. *Schudt* in præfat. ad Genium lingvæ Sanctæ.

*Alb. ab Holten*, vide *Schickard*.

*Georg. Holzbaji*, ex S. J. Introductio methodica in primam illam cœleſtemque lingvam, ipſius S. Scripturæ fontem: Dilingæ, teſte *Ribadeneira*. Idem Grammat. Hebr. reliquit ineditam: Vide *Imbonatum* pag. 53.

*Iac. Honoldi* Tabula univerſalis affixorum cum verbis, Participiis, Nominibus, Ulmæ 1647. fol. Item Tabulæ Univerſal. omnium Conjugatt. Hebr.

*Everhard van der Hooght* Grammat. Hebr., Belgice duobus libris, quorum primus *Regulas* tradit, ſecundus ad *Praxin* ducit per accuratam Analyſin vocum omnium, quæ Pſalmo IX. & X. continentur; tertius *eandem praxin* continuat, radicibus omnibus ac ſingulis, quæ in Pſalmis XI --- L. exſtant, ordine repræſentatis: Amſtelod. 1686. 8.

*Io. Henr. Hottingeri* Erotematum lingvæ Sanctæ libri duo, Tiguri 1647. 8.

Ejusdem Grammat. lingvæ Sanctæ, 1666. 8.

Ejusdem Grammat. quatuor lingvarum, Ebr. Chald. Syr. & Arab. harmonica: Heidelb. 1658. 4.

*Jac. Hunnii* Ῥαδιομάθεια lingvæ Ebr. Hamb. 1624. 4. Hic eſt, quem Cl. *Schudtius* per literas nominis initiales J. H. indicat in præfat. ad Genium lingvæ Sanctæ.

*Eliæ Hutteri* Principium Sapientiæ, ſive lingvæ S. prima elementa, Hamb. 1588.



Digitized by Google

Ejusd. Prima elementa Ebr. Græc. & Lat. lingvarum, Norimb. 1600. 8.

*Svenonis Iona*, Prof. LL. Orient. Upſal. Inſtitutiones Hebraicæ an. 1637. cum diſſertatt. Philolog. publicari cœptæ, ſed non abſolutæ ſunt: Vide Ioh. Schefferum de Scriptis Svecorum p. 131.

*Paul Ioſeph*, Ex-Judæi, Grammat. Hebr. Norimb. 1613. Vid. Wagenſeil. Spem Iſraël. p. 137.

*Io. Iſaacus*, Levita, Ex-Judæus, ſcripſit מבוא אמרי שפר & alia, de quibus vide Partem I. Biblioth. Hebr. num. 816.

*Franc. Iunii* Grammat. Ebr. lingvæ, Francof. 1580. 8. & Genev. 1590. In ea nonnulla reprehendit Cl. *Th. Crenius* in Animadverſ. Philolog. & Hiſtor. Part. X. p. 131. ſq.

*Barth. Keckermanni* Syſtema Grammat. Hebr. Hanov. 1625. 8.

*Chriſt. Keimanni* Horolog. Ebraicum, Lipſ. 1659. 8.

*Pauli Kümarini* Inſtitutio Ebr. Franeqv. 1643. 8.

*Io. Chriſtoph. Kohlhans* Grammatica Ebr. literis Ebr. punctis abſentibus expreſſa, cum vocabulario ſ. Ebräiſcher Trichter/ Coburgi 1676. 4.

*Io. Kromayeri* Compend. Grammat. Ebr. Jen. 1626. 8.

*Caſp. Kummet* Schola Ebræa, Herbipoli 1688.

*Dav. Kyberi* Tabula de lingva Ebræa & libri 3. de Grammat. Ebr. Baſil. 1552.

*Ioach. Langius* cum Clavi Codicis Hebr. edidit Nucleum Grammatices Hebr. Hal. 1707. 8. Laudatur merito a Cl. *Schudtio* in Genio & Indole lingvæ S. p. 152. & 161.

*Caſp. Ledebuhr* Grammat. Ebr. Lugd. Bat. 1640. 8.

*Andr. Leji* Idiotiſmi Sacri, Regiom. 1598. 8.

*Didaci de Leon*, Epiſcopi Columbricenſis, librum unum de arte Grammatica, in Cœnobio Hiſpalenſi latentem, memorat Nic. Antonius in Biblioth. Nov. Hiſpan.

*Philip. Levi*, Ex-Judæi, Compendium Grammat. Ebr. Anglice ſcriptum Oxon. 1705. 8. pagg. 178. Vide Part. I. Biblioth. Hebr. p. 980.

*Io. Leusdenii* Pauca & brevia quædam præcepta ad notitiam lingvæ Hebr. & Chald. V. T. acquirendam perquam neceſſaria, Trajecti ad Rhenum 1655. 8.

Ejusd. Synopſis Ebraiſmi & Chaldaiſmi, 1667.

Ejusd. Manuale Ebræo-Latino Belgicum, 1668.

Ejusd. Grammat. Ebræo-Belgica, 1668.

*Valent. Erneſti Læſcheri*, Antiſtitis hodie Dresdenſis, libri III. de Cauſis lingvæ Hebr. in quibus magna pars Ebraiſmi poſterioribus curis reſtituitur,

Digitized by Google

tuitur, incerta & ambigua ad regulas reducuntur, hiſtoria lingvæ, genius, fines & ſingularia ejusdem enarrantur, denique ad interiora lingvæ S. aditus panditur: Francof. & Lipſ. 1706. 4.

*Lopezii*, Profeſſ. Burdegal. Grammat. Ebr. MS. *Imbonatus* p. 151.

*Dorothei Louſſii*, S. J. Breve artificium legendi Ebraice, Antwerp. 1640.

*Chriſtiani Ludovici* Hebraiſmus, Chaldaiſmus, Targumico-Talmudico-Rabbinicus, & Syriaſmus Harmonici: Lipſ. in 4. ſine anno. Acceſſerunt præcipui lingvæ Sanctæ idiotiſmi, a Glaſſio in Tabulam digeſti.

*Io. Henr. Maji*, Patris, Inſtitutio lingvæ Ebr. Francof. ad Mœn. an. 1691. 8. una cum *Geneſi* edita, & deinde ſeorſim aliquoties recuſa. Quinta & ultima editio curata eſt a M. *Georg. Chriſt. Burcklino*, auctior exemplis novisque obſervationibus, Gieſſæ 1715. 8. In calce accedit formatio verborum Perfectorum & Imperfectorum harmonice diſpoſita a *Phil. Davide Lachenwitzio*.

*Marci Marini*, Brixiani, Hortus Eden ſ. Grammat. lingvæ S. Venet. 1585. 8. Vide *Cozzandi* Biblioth. Brixienſem p. 260.

*Mart. Martinez* Inſtitutt. lingvæ Ebr. & Chald. Salmant. 1571. 8. Confer Nic. Antonii Biblioth. Hiſpan. Nov.

*Pet. Martinii*, Morentini, Technologia Grammat. Ebraic. libri II. Pariſ. 1580. 8. & Rupell. 1590. 8. Eadem cum praxi, Antwerp. 1603. 8. cum notis *Guil. Coddæi*, Lugd. 1612. 8. & cum *Amamæ* differt. de recta lectione lingvæ Sanctæ, Amſt. 1621. 8. cum obſervatt. *Sixt. ab Amama*, Franeqv. 1625. 8. Anglice per *Io. Udal*, ſub titulo: *The Key of the holy tongve*, Lugd. Bat. 1593. 8.

*Theodorici Martini*, Aloſtenſis, brevis Introductio in lingvam Hebræam ſubjuncta eſt ejus Dictionario Hebr. de quo ſupra inter Lexicographos ſuo loco.

*Franc. Maſcleſii*, Canonici Ambianenſis, *Deſignatio Grammatica Hebraa nova ad Hebræam, aliasque Orientis linguas antiquas, non habita vocalium ratione diſcendas*, excuſa eſt in *Memoriis Trevultinis* an. 1711. menſe *Octobr.* p. 1791. ſqq. *Novembr.* p. 2002. ſq. & *Decembr.* p. 2154. ſqq. hinc vero Anglice translata in *Memoriis Literariis*, Londini per Cl. *la Roche* editis, an. 1711. p. 354. ſqq. & 1712. p. 1. ſqq. & ex parte in *Ephemerid. Pariſienſ.* ed. Amſtelod. an. 1712. *Januar.* p. 61. ſq. comparuit. Oppoſuit ſe novis his Conatibus ſtatim *Didacus de Quadros*, Jeſuita, Profeſſor Philoſ. Complutenſis, in *Memoriis Trevultinis* an. 1713. *Decembr.*

 p. 2065.

Digitized by Google

p. 2065. ſq. Confer, ſi placet, quæ a me diſputata ſunt in *Methodo Hebraiſmi Nova*, Hamb. 1716. 4. & Cl. *Georg. Frid. Richteri* Object. contra eum Miſcellaneis Lipſienſ. Tom. VI. n. 14. inſertam. Ipſum Masclefii Opus Grammaticum deinde Pariſ. 1716. 12. prodiit ſub titulo: *Grammatica Hebraica a Punctis aliisque inventis Maſorethicis libera*; cujus dimidia pars prolegomenis abſolvitur, quæ in fundamentis operis ponendis, diſſolvendisque tum aliis, tum nominatim *Didaci Quadros* objectionibus occupantur: altera vero ipſius Grammaticæ rationes ediſſerit. Grammaticam hanc ſub examen revocaturus eſt P. *Petrus Gvarinus*, Monachus Benedictinus ex Congreg. S. Mauri, in Grammatica ſua Hebr. quæ prelum nunc exercet. Vide Nova Literaria vernacula lingva Lipſiæ edita an. 1717. pag. 677. ubi inter cetera monetur, ejus judicio methodum auctoris, præter ipſius intentionem, textui Hebræo, LXX. Interpretibus & Vulgatæ fraudi eſſe. Adde Horas Succeſivas Würtenbergenſes germ. editas Parte IV. n. 4. & 5.

*Hieron. Maſſarii* Grammat. lingvæ Hebr. non edita. Vide Imbonat. p. 72. b.

*Iac. Matthiæ* Introduct. in lingvam Ebr. Baſil. 1589.

*Io. Philip. Maulii*, Med. D. Lunenſis, Schema Ebræum ſeu Grammat. breviſſima, 2 pagellis comprehenſum & ejus Prodromo Jobi Chymici an. 1708. præmiſſum.

*Georg. Mayr*, S. J. Inſtitutiones lingvæ Hebr. partibus 6. una cum Exercit. Grammat. in Jonam: Auguſtæ 1616. 8. Ingolſtad. 1624. 12. & Lugduni 1622. 8. & ibid. 1649. 8. Vide Imbonati Biblioth. Lat. Hebr. p. 53.

*Io. Mehlführeri* compendioſa inſtitutio Grammat. Ebr. Onolsbaci 1607. 4. Jen. 1623. 8. Norimb. 1626. 8.

Ejuſd. Synopſis Inſtitutt. Hebr. Leidæ 1642. 8. Norimb. 1643. 8. Conf. Celeb. *Laſcheri* Comment. de Cauſis lingvæ Hebr. p. 115. & 158.

*Io. Henr. Michaelis* Hebraica Grammatica facilior, cum brevi Inſtitutione lingvæ Hebr. Germanice, Halæ 1702. 8.

*Adami Erdmanni Miri* Grammat. Hebr.

*Raymundi Mithridatis*, Romani, de Tropis Hebr. liber tanquam a Munſtero citatus laudatur ab *Imbonato* p. 213. Biblioth. Lat. Hebr.

*Io. Seb. Mitternacht* Compendium Grammat. Ebr. Troſtianæ, Jen. 1645. 8. & Lipſ. 1666. 8.

*Hieron.*

Digitized by Google

*Hieron. Munoz* Alphabetum Hebr. cum ratione legendi cum punctis, MS. Vide *Imbonatum* p. 71.

*Seb. Munſteri* Grammatica Ebræa, Baſil. 1525. 8. 1544. 4. & 1549. 8.

Ejusd. Inſtitutio Elementalis Gramm. Hebr. Baſil. 1532. 1537. & 1543. 8.

Ejusd. Hebraicæ Inſtitutiones, i. e. Capitula Cantici Eliæ Levitæ: ibid. 1527.

Ejusd. Iſagoge in lingvam Ebr. Baſil. 1535. 8.

Ejusd. Opus Grammat. Ebr. Baſil. 1541. 8. 1556. 8. & 1570. Confer quæ ſcripta ſunt Part. I. Biblioth. Hebr. ſub Elia Levita.

*Andr. Mylii*, Profeſſ. Regiomontani, Syntaxis Hebræa in complementum Syntaxeos Troſtianæ, Regiom. 1639. 4.

Ejusd. Manuductio in Grammat. Troſtianam, ibid. 1648. & Grammatica Chald. Hebraicæ Troſtii conformata, ib. 1637. 4.

*Conr. Neandri* Elementale Ebr. Witteb. 1590. 8. Lipſ. 1591. 8.

Ejusd. Tabulæ novæ Conjugatt. Ebr. Witteb. 1596. 8. & 1630.

*Mich. Neandri*, Soravienſis, Sanctæ lingvæ Erotemata abſoluta brevitate facilique ordine tractata, una cum dictis veterum Rabbinorum de Jeſu Meſſia & Catalogo librorum quorundam præcipuorum, &c. Baſil. 1556. & ibid. auctiora an. 1567. 8. Dedicatio poſterioris edit. data eſt an. 1563. unde forte collegeris, exſtare & hujus anni editionem; ubi inter cetera Apophthegmata veterum Hebræorum accedunt. Quemadmodum Erotemata ejus lingvæ Græcæ ob inſignem præfationem, ita hæc ob catalogum librorum in calce ſubjectum magni fiunt.

Ejusdem Tabulas Hebr. lingvæ video laudari a Rev. *Leuckfeldio* in Antiquitatibus Ilfeldenſibus p. 199.

*Herm. Nicolai*, Profeſſ. Ebr. lingvæ Hafn. Idea & Comparatio lingvarum Aramæarum, Hafn. 1627. 8. Diſp. de phraſi lingvæ Hebr. ibid. 1624. 4. item Diſputationes Hebraicæ X. de lingva Ebr. & Aramæa, ibid. 1627. 4. Conf. *Bartholin.* de Scriptoribus Danis p. 57.

*Jo. Frid. Nicolai* Grammatica lingvarum Oriental. VI. harmonica cum Hodegetico ejus Orientali, Jen. 1670. 4.

*Philip. Noveniani* Elementale Ebraic. Lipſ. 1520. 4.

*Seb. Aug. Nouzeni* Grammat. lingvæ Ebr. Marp. 1530. 8.

Ejusd. de lectione Sermonis Ebræi, ibid. 1532. 8.

*Nic. Oelſchlegelius* de Punctis vocalibus Hebr. an ejusdem ſint cum conſonantibus ætatis, Geræ 1614. 8.



Digitized by Google

*Henr. Opitii* Atrium linguæ Sanctæ tripartitum : in quo *Matth. Wasmuthi* Hebraiſmum Reſtitutum ſecutus eſt , Jen. 1674. 4. & ſæpe alias.

*Luc. Oſiandri* Compend. Gramm. Ebr. cum brevi Dictionario, Witteb. 1582. & 1612. 8.

*Io. Henr. Oſtermanni* diſſ. de fundamentis punctationis laudatur a B. Pfeifero in Introduct. in Orientem paſſim.

*Jul. Conr. Othonis*, Ex-Judæi, Grammat. Ebræa, Norimb. 1605. 8. Confer Partem I. Biblioth. Hebr. n. 826.

*Xantis Pagnini* Inſtitutt. Ebr. libri 4. Lugd. 1526. 4. Pariſ. 1549. & 1556. Illæ ex antiquis Judæorum Grammaticis potiſſimum ſunt collectæ. Confer Cl. *Læſcheri* Comment. de Cauſis linguæ Ebr. p. 157.

Ejusdem Obſervatt. in lingvam Ebr. Pariſ. 1564. 8.

Ejusdem Inſtitutionum Hebr. abbreviatio, Lugduni 1528. 4.

*Antonii Palmonii* Alphabetum ſeu Elementum Ebr. Pariſ. 1567. 8. ſi fides habenda Mart. Lipenio Part. I. Biblioth. Philoſ. p. 409. & qui inde hauſiſſe videtur, Imbonato p. 316.

*Pauli Paradiſi* de modo legendi Ebraice, Pariſ. 1534. 8.

*Io. Paſtritii*, Profeſſoris Theologi in Collegio de propaganda fide Gramm. Hebr. cum faciliori methodo ad eam diſcendam : MS. vide Imbonatum p. 127.

*Simonis Paulini*, Prof. LL. Orient. Aboenſis, Grammatica Hebræa, in qua pars potior Hebraiſmi Reſtituti nervoſe & dilucide tractatur. Accedunt 4 capita Geneſeos cum verſ. Lat. Opus poſthumum, Aboæ 1692. 8. vide Aboam Literatam p. 105.

*Conr. Pellicani* Grammat. Ebr. cum Margarita Philoſophica edita, Argent. 1540. Confer *Io. Henr. Maji* Vitam Reuchlini p. 545.

*Nic. Petræi* Compend. Grammat. Ebr. Hafn. 1627. 8. & 1633. 8. cui poſteriori edit. acceſſit Lexic. Hebr.

Ejusdem Colloquia Hebræa, ibid. 1628. 8.

*Sev. Petræi* Grammat. Ebr. Hafn. 1642. 4.

Ejusdem Fundamenta lingvæ Sanctæ, accuratiſſima methodo concinnata, ibid. 1646. 4.

*Aug. Pfeiferi* ῥαδιομάθεια ſive Methodus Ebræa, iis impertita, qui lingvam S. vel vivo Præceptore deſtituti ſuo marte diſcere, vel facili opera docere geſtiunt : Miſenæ 1678. 8. & Lipſiæ 1689. item 1694. 8. Specimen Didacticum Hebræum, juxta quod lingvæ S. fundamenta decem lectionibus horariis deponi poſſunt : Lipſ. 1686. 8. 2 plagg.

*Io.*

*Io. Piſcatoris* Rudimenta lingvæ Ebr. Francof. 1588. 4.

*Theoph. Piſtorii* Enchiridion lingvæ Sanctæ Grammaticum, Lipſ. 1626. & 1662. 12.

*Andr. Placci* Inſtitutiones Grammat. Ebr. Viennæ 1552. 8. item de Vocalibus ac lectione lingvæ Hebr. ibid.

*Caſp. Pomadanei* Catena Lectionis, ſive de punctis & accentibus Hebr. Latine MS. in B. Vatic. teſte Imbonato p. 51.

*Io. Potkenii* Introductiunculæ in tres lingvas externas, Ebr. Græc. & Chald. Colon. 1518. cum Pſalterio Tetraglotto. Confer *Herm. Hardtii* Prodromum Ephemerid. Philologic. p. 70. ſq.

*Abdiæ Prætorii* de Phraſibus Ebræis, Witteb. 1584. 8. Conf. *I. C. Becmanni* Notit. Acad. Francof. p. 92. ſq.

*Io. Prætorii* Ebraiſmus reſtitutus, 1675. 8.

*Io. Quinquarborei* Inſtitutiones lingvæ Ebr. cum notis P. Vignalis, Pariſ. 1610. 4. teſte Lipenio in Bibl. Philoſ. Part. I. p. 409.

Ejusdem Opus de re Grammat. Hebr. Pariſ. 1549. 1556. & 1582. 4.

Ejusdem Notæ in *Clenardi* Grammat. Hebr. Pariſ. 1559. & 1564. 4. Confer *Imbonati* Biblioth. Lat. Hebr. p. 130.

*Lauri Quirini*, qui Sæculo XV. medio vixit, Introductio ad lingvam S. laudatur Imbonato p. 151. a.

*Albardi de Raadt* comment. de Hebr. Punctationis natura libri 2. Lugd. Batav. 1671. 8. & ibid. 1685.

*Joach. Rachelii* compendioſa lingvam S. addiſcendi via, Roſtoch. 1615. 4.

Ejusdem Hebdomale lingvæ S. ſtudium, ibid. 1625. 8.

*Chriſtiani Ravii* Orthographia & Analogiæ Ebraicæ delineatio, Amſtelod. 1647. 4.

Ejusdem Grammatica Hebraica, ibid. 1646.

*Andr. Real* brevis ac facilis Introductio ad lingvam Sanctam, Lugd. 1646. 8.

*Chriſtiani Reineccii* Grammat. cum Janua Lingvæ V. T. prodiit, Lipſ. 1704. 8.

*Adrian. Reland*, vide *Alting*.

*Herm. Rennecherii* Explicatio literarum ſervilium lingvæ Hebr.

*Anton. Reuchlini*, vide *Capnio*.

*Ambroſ. Reudenii* Compendium Grammat. Ebr. Witteb. 1586. 8.

Ejusdem Iſagoge Grammat. in lingvam Hebr. ibid. 1604. 8.

*Andr. Reyheri* Rhadiomathias Ebr. Specimen muſicum pro exercitio conjugandi Ebraice, Goth. 1672. 4.

Ejusd.

Digitized by Google

Ejuſd. Margarita Philologica ſive Grammat. Harmonica General. lingvarum Ebrææ, Gr. & Lat.

*Jac. Rhenferdii*, Prof. Franequer. Rudimenta Grammat. Harmonicæ Lingvarum Oriental., Hebr. Chald. Syriac. & Arab. edi cœpta ſunt: Franeqv. 1706. 4. plagulis 9. ſed ad finem non perducta.

*Jo. Rieſner*, vide ſupra *Jac. Alting*.

*Guil. Robertſon* Manipulus lingvæ S. Cantabrig. 1686. 8. huc pertinet ob tractationem de formatione verborum Hebr. perfectorum & imperfectorum, quæ in eo occurrit p. 262. ſqq.

*Franciſci de Robles*, Hiſp. Ratio Accentuum omnium fere dictionum difficilium tam lingvæ Lat. quam Hebr. nonnullarumque Græcarum, cum quibusdam Orthographiæ regulis & additionibus Jo. de Robles, Toleti 1572. 8. Auctus poſtea ille liber eſt a *Michaele Aſcenſio* in libro: *Copia ſive Ratio Accentuum* &c. Cæſarauguſtæ 1622. 4.

*Pauli Roſſelii* Canones Ebræi, ſive Manuductio ad faciliorem lingvæ S. cognitionem, Witteb. 1611. 4.

*Jo. Row* Inſtitutiones lingvæ Hebr. compendioſiſſimæ & facillimæ, Lond. 1637. & (quoad titulum) Amſt. 1649. 12. plagulis 6.

*Abrab. Ruſcbat*, Bernenſis, Grammat. Hebr. nova, eaque facili methodo digeſta obſervationibus non paucis, neque e trivio petitis, ad pleniorem Hebr. lingvæ (præcipue quoad ſtylum) intelligentiam locupletata: Lugd. Bat. 1707. & altera vice 1711. 8. Auctor potiſſimum *Buxtorfium* & *Altingium* ſecutus eſt, & ab hoc quidem *principiorum ſyſtema*, ab illo autem, quod ipſe profitetur, *regularum ſimplicitatem* mutuatus eſt. Ab *ἀκρίβεια* & perſpicuitate eam commendat Cl. *Schudtius* in Genio lingvæ Ebr. p. 151.

*Io. Rudbeckium* inter eos, qui de re Hebræorum Grammatica ſcripſerint, numerat *Bartoloccius* Part. III. Bibl. Rabbin. p. 44.

*Io. Ruſtii* Tabulæ Synopticæ lingvæ S. etymologiam monſtrantes, Bernæ 1613. 8.

*Petri de Salazar*, Hiſpani, Ars Hebraicæ lingvæ laudatur a *Nic. Antonio* in Bibl. Hiſp. Nova.

*Eliæ Schadæi* Grammat. lingvæ Sanctæ, Argentor. 1591. 8.

*Chriſtoph. Scheibleri* Paradigmata Ebr. Declinationum & motionum, Gieſſ. 1615. 8.

*Jo. Adami Scherzeri* Nucleus Grammaticarum Ebr. Lipſ. 1660. 12.

*Wilh. Schickardi* Horologium Hebr. Francof. 1623. 12. Lipſ. 1625. 12. Franeqv.

neqv. 1646. 1651. 8. Jen. 1652. 8. Tubing. 1651. 8. & 1662. Lond. 1639. Amſtelod. 1661. 8.

Eædem Inſtitutt. noviter recognitæ & auctæ, una cum Harmonia perpetua aliarum lingvarum Oriental. Chald. Syræ, Arab. & Æthiop. per *Jo. Erneſt. Gerhardum*: Jen. 1647. 4.

Tum vero ſine illa Harmonia Erfurti cum Lexico breviſſimo & Tabulis Synopticis 1647. & 1651. 8. itemque Jenæ 1670. cum novis regularum Dilucidationibus per *Dan. Winzer*, Lipſ. 1678. 8.

*Germanicum* magna ſui parte fecit & edidit *Adamus Fuſius*, de quo ſuperius.

Ejusdem Rota Ebræa pro facilitate conjugandi, Tubing. 1630. 8.

Ejusdem Hebräiſcher Trichter/ Tubing. 1627. 12. & Lipſiæ 1630. 12.

Ejusdem Typus Conjugationum Ebraic. Argentor. 1651.

Horologium Schickardi contra B. Opitium defendit *Albertus ab Holten* in Orat. Inaugurali, quæ lucem vidit Tubing. 1675. 8. Confer de eodem B. Waſmuthi præfat. ad Ebraiſmum Reſtitut.

*Jo. Dav. Schieferdeckeri* Sciagraphia mutationis Vocalium Hebr. Leucopetræ in 4. ſine anno, plagula una, quæ in compendio tantum repræſentat præcepta Waſmuthi, Opitii & Schickardi huc pertinentia.

*Valent. Schindleri* Inſtitutt. Ebraic. libri V. Witteb. 1596. 8. libri VI. ibid. 1612. 8.

Ejusd. Compend. Grammat. Ebr. ibid. 1602. 8.

*Joach. Frider. Schmidt*, Collegii Stargard. Profeſſ. & Rectoris, Manuductio Grammat. ad lingvam Ebr. per libellos Grammaticos a Viris Celeb. Buxtorfio, Schickardo, Waſmutho, Opitio, Pfeifero, Danzio, Michaele, Steinbrechero, conſcriptos: Francof. 1708. 8. ubi in fine accedit Ratio legendi Hebræo-Germanice.

*Davidis Schramm*, Nordlingenſis, libros IV. de Grammat. Hebr. memorat *Kœnigius* in Biblioth. Vet. & Nova.

*Matth. Georg. Schrœderi* Epiſtola de methodo breviori diſcendi LL. Orient. cum tabula Lingvarum & Accentuum Hebraic. Harmonica prodiit cum ejusdem Muhamede teſte veritatis: Lipſ. 1718. 8.

*Io. Iac. Schudt* Genius & Indoles lingvæ Sanctæ ſeu Commentar. Grammaticus & Criticus ex unico principio, recta ſyllabæ conſtitutione, fundamenta totius artificii Grammatici, cumprimis mutationis vocalium origines & cauſas, adeoque interiorem lingvæ Hebr. naturam monſtrans, Francof. ad Mœn. 1713. 8.

*Dan. Schwenter* de Pronunciatione Conſonantium Ebraic. Norib. 1625. 4.



Digitized by Google

*Caſp. Seidelii* Tres manipuli lingvæ Sanctæ, nempe 1) Grammat. compendium, 2) Sententiæ Bibl. & Rabbin. & 3) Carmen Morale R. *Hai Gaon*, Hamb. 1638. 4.

Ejusd. Portula Grammaticæ ad lingvam S. Hamb. 1637. 4.

*Nic. Selnecceri* Iſagoge in libros Grammat. lingvæ Ebr. Lipſ. 1584. 8.

*Andr. Sennerti* Hypotypoſis Harmonica lingvarum Orient. Chald. Syr. & Arabic. cum matre Hebræa, prodiit cum Mart. Troſtii Grammat. Hebr. Witteb. 1653. 4. & alias. Huc pertinet ejusdem Centuria Canonum de Idiotiſmis lingv. Orient. Witteb. 1657. 4.

*Io Setzerii* Brevis Introductio in lingvam Hebr. Hagenoæ in 4.

*Tobiæ Seyfarti* Tyrocinium lingvæ Ebr. Schematicum, lectionis ac reſolutionis rudimenta exhibens: Lipſiæ 1636. 4.

*Mart. Slonkowic* Synopſis Grammat. Ebr. Cracov. 1651. 8.

*Bened. de Spinoſa* Grammat. Ebr. inter Opera ejus Poſthuma, Amſtel. 1677. 4. Caſtigatur a Cl. *Starckio* in præfat. ad Lucem Grammat. Ebr. Conf. Rev. *Læſcheri* Comment. de Cauſis lingvæ Ebr. p. 160.

*Henr. Bened. Starckii* Lux Grammat. Ebrææ ex clariſſimis S. hujus lingvæ Luminibus, nec non multis notis atque rationibus juxta ac Terminis Rabbinicis accenſa: Lipſ. 1705. 8. ed. II. cui acceſſit Manipulus Rabbiniſmorum.

*Franc. Stancari*, Mantuani, Grammat. Ebr. Baſil. 1547. 8.

Ejusd. Compendium, ibid. 8.

*Io. Stancarus* a Bartoloccio, neſcio quam recte, inter Scriptores Grammat. numeratur Part. III. pag. 44.

*Gothofr. Steinbrecheri* Grammat. Ebr. Waſmuthiana, paucis paginis incluſa, ad accuratam tamen plenamque Codicis Hebr. Analyſin ſufficientiſſima; Lipſ. 1692. 4. cum adjuncto Lexico Hebr. lingvæ Philologico-Grammatico.

Idem Hebraiſmum Philologico-Didacticum adornare cœpit, Lipſiæ 1693. 4. in diſputatione 4 plagularum, qua de literis inprimis præcipitur. Præter eam nihil amplius vidi.

*Mich. Szatb*, Nemethi, Tyrocinium Ebr. Franeqv. 1667. 8.

*Io. Terentii* Meditationum Philolog. Ebr. Triades II. Franeqv. 1624. 8. & Francof. 1654.

*Franc. Tiſſardi* Grammat. Ebr. Pariſ. 1508. 4. per Ægid. Gourmontium. In ea legitur Alphabetum Hebr. Oratio Dominica, Triſagion & Genealogia Domini noſtri Jeſu Chriſti. Vide omnino Andr. Che-

Chevillerium de Origine Typographiæ, Pariſ. p. 290. ſq. ubi inter cetera traditur, hunc primum eſſe librum, qui Pariſiis excuſus Hebræos characteres exhibeat.

*Eman. Tremellii* Rudimenta lingvæ Ebr. Witteb. 1541. 4.

*Mart. Troſtii* Grammat. Ebr. univerſalis, Hafn. 1627. Witteb. 1632. 1637.

Eadem tertia parte auctior cum hypotypoſi harmonica LL. Oriental. Chald. Syræ & Arab. Witteb. 1643. 1653. & 1664. cura *Andr. Sennerti* Tabulæ Grammat. Ebr. Witteb. 1637. 4. Confer *Io. Baldovius* & *Andr. Mylius* ſupra. Adde Cl. *Io. Mælleri* hypomnemata ad Bartholinum de Scriptoribus Danis p. 332.

*Juliani Troterelli*, Andegavenſis, Brevis lingvæ S. Inſtitutio. Vid. Imbonatum p. 425. a.

*Theoph. Vallenſis* Enchiridion lingvæ S. Ebrææ Grammaticum, Lipſ. 1631.

*Joſue le Vaſſeur*, Sedanenſis, Grammat. Ebr. laudatur a Colomeſio p. 228. Galliæ Orientalis.

*Jo. Udal*, vid. *Pet. Martinius.*

*Petri Vidovei* Alphabetum Hebraic. Pariſ. 1531.

*Chriſtiani Viwegi* Hodegeta Didacticus Ebræus, nova methodo univerſa hujus lingvæ fundamenta una cum praxi decem horarum ſpatio feliciſſime abſolvens, Jen. 1685. 8.

Ejusdem Hodegeta Didacticus lingvæ S. major, Cizæ 1688. 8.

Ejusdem Phoſphorus V. T. ſive Syntaxis Hebraica, Cizæ 1690. 8.

*Nic. Voitbergeri* Tractatus de punctis vocalibus Hebr. Curiæ 1615. 12.

*Henr. Uranii* Compendium Grammat. Ebr. Baſil. 1545. 8. Colonienſem edit. an. 1570. memorat *Imbonatus* p. 70.

*Cneji Cornel. Vythage* Artificium inveſtigandarum Radicum Hebraic. breviſſimis præceptis comprehenſum exemplisque illuſtratum: Lugd. Bat. 1682. 8.

Ejusd. Revelatio Punctationis, ſive diſſert. de antiquorum ſine punctis legendi ratione, deque vocalium novitate: ibid. 1680. 12. Eum Imbonatus ſub *Cnai Cornelii* nomine memorat p. 28.

*Io. Conr. Wakii* Grammat. Hebr. quam laudat Cl. *Schudtius* in præf. ad Genium lingvæ S.

*Mich. Waltheri* Grammat. lingvæ S. Norib. 1643. 8.

*Caſp. Waſeri* Archetypus Grammat. Ebr. etymologia & Syntaxi abſolutus, Baſil. 1601. 8. Francof. 1625. 8.

Ejusd. Grammat. Ebræa, Heidelb. 1611. 8.

*Matthiæ Waſmuthi* Hebraiſmus facilitati & integritati ſuæ reſtitutus; i. e. 1) Nova Grammatica, 2) Inſtitutio Accentuationis Hebr. methodica, & 3) Vindiciæ S. Scripturæ, Kilon. 1666. 4. iterumque 1675.

Ejusdem Smegma Hebræum, defricans pudendam barbariem invectam nuperis quorundam falſis, impiis & ſcandaloſis aſſertionibus, &c. Kilon. 1666. 4.

Ejusdem Programma intimatorium Panegyris Hebræo-Oratoriæ, &c. ibid. 1666. 4.

Ejusdem Defenſio Doctrinæ Accentuum Biblic. Kilon. 1670. 4. & Janua Hebraiſmi noviter aperta, ibid. 1670. 4. Conf. Rev. *Henr. Pippingii* Memorias Theolog. Dec. II. p. 266.

*Georg. Wagner*, quem laudat Cl. Schudtius in præf. ad Genium lingvæ S.

*Chriſtiani Wecheli* Inſtitutiones in Hebr. lingvam, Pariſ. 1533. editas memorat *Imbonatus* pag. 25. ſed eas puto interpretandas de *Nic. Clenardi* Grammat. Pariſ. per Wechelum edita.

*Georg. Weigenmeieri* Inſtitutt. Ebr. lingvæ per tabulas digeſtarum libri 2. Witteb. 1609. fol.

Ejusdem Inſtitutt. lingvæ Ebr. Argentor. 1592. 8. & Witteb. 1603. 4.

*Jo. Wernborneri* Tabula intra ſex horas ad textus Hebraici explicationem ducens: vide Cl. Schudtii Delicias p. 273.

*Georg. Wicelii* Idiomata lingvæ S. Mogunt. 1542. 8.

*Jac. VVilhelmi* Elementale Ebraic. Witteb. 1559. 8.

*Dav. VVolderi* Donatus Hebr. continens Rudimenta lingvæ Ebr. libri 4. Hamb. 1591. 8.

*Alphonſ. Zamorenſis* Introduct. in artem Grammat. Ebr. libri 3. Compluti 1526. 4. In eadem exſtat ejusdem Tract. de Orthographia Hebr. ſeu de Punctis.

*Io. Zechendorfii* Circuli Conjugationum ad lingvas Hebr. Chald. Syriac. & Arabic. Hamb. 1642. 8. teſte *Imbonato* p. 134.

De primis Grammaticæ Hebr. originibus & incrementis commentati ſunt *Io. Morinus* in Exercitationibus Biblicis lib. II. Exerc. XVIII. c. 5. & 6. & in Grammat. Samaritana, quæ exſtat in Opuſculis Hebræo-Samariticis, cap. I. *Io. Henr. Hottingerus* in Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sec. XII. p. 258. *Richard. Simon* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. p. 152. ſq. & ex noſtratibus *Guſtavus Peringerus* in Hiſtoria lingvæ & eruditionis Arabum pag. 139.

ſqq.

ſqq. ac Celeb. *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Commentario de Cauſis lingvæ Hebr. lib. I. c. XI. qui ſpeciatim oſtendit, quo ſenſu & quatenus Grammatica Ebræa ad Arabicæ exemplum confecta dici poſſit. Confer, ſi placet, quæ a me in limine Hiſtoriæ Lexicorum Hebr. hanc in rem commemorata ſunt, nec non Part. I. Biblioth. hujus p. 337. ſqq. ubi exſtat Catalogus Grammaticorum Hebræorum. Ceterum de hodierna Judæorum Grammatica ſiniſtre admodum judicat *Iſaacus Voſſius* de Oraculis Sibyllinis c. XVI. p. 284. ſqq. ubi rationibus nonnullis efficere conatur, ut ſibi quisque ab ea tanquam *ſpuria* & *commentitia* caveat. Sed vide in contrarium *Jo. Mich. Langii* diſſertat. de charactere primævo Bibliorum Hebr. c. III. §. 9. p. 75.

Grammaticæ Hebr. multa immiſceri, artis & methodi cauſa, quæ non lingvam ipſam in ſe ſpectent, ſed relative ad alias, qvibus illa exponitur, recte, ni fallor, perſvaſus eſt *Jacobus Guſſetius* in Lexico ſuo lit. 1. B. C.

De copia Grammaticarum Hebr. tanquam præcipua inopiæ, qua multi in hac Lingva laborant, cauſa, pridem conqueſti ſunt *Altingius*, *Pfeiferus* & alii, quorum loca vide apud Cl. *Schudtium* in præfat. ad Genium & Indolem Lingvæ Sanctæ.

Hinc & rebus ſuis parum conſulere exiſtimandi ſunt, qui in Grammatica tanquam in atrio lingvæ nimis diu hærent, ad cujus penetralia maturo uſu & lectione felicius pertingere poterant, ad quæ tamen nec illi perveniunt, qui limen ſaltu quaſi ſuperaturi in ipſo limine offendunt, & extra Grammaticam ſapere ſibi poſſe videntur. Lege contra utrumque hominum genus Cl. *Schudtium* in Deliciis Hebr. Philol. p. 215. ſqq. & in Genio Lingvæ S. p. 49. *Geierum* item in Opuſculis Philolog. pag. 408. & *Henr. Bened. Starckium* in præfat. ad Lucem Grammat. Hebrææ.

## XIII. Obſervationes variæ ad rem Hebræorum Grammaticam pertinentes.

Conferam huc per lancem quaſi ſaturam varias eruditorum obſervationes Grammaticas, quæ ad perſpiciendam lingvæ Hebraicæ indolem facere mihi videntur.

*Hiſtoriam* Lingvæ Hebr. tradiderunt *Io. Buxtorfius*, filius, in Diſſertationibus Philologico-Theologicis, Diſſ. I. II. & III. *Io. Leusdenius* in Philologo He-

Hebræo Diſſertat. XVII. p. 195. 199. *Brianus Waltonus* in Apparatu ad Biblia Polyglotta Prolegom. III. *Io. Braunius* in Selectis Sacris lib. V. *Io. Morinus* in Exercitatt. Biblicis; *Herm. Hardtius* in Prodromo Ephemeridum Philologg. ubi de fatis ſtudii Hebraici, &, qui inſtar omnium eſt, doctiſſimus *Valent. Erneſtus Læſcherus* lib. I. de Cauſis Lingvæ Hebr.

Pertinent huc etiam ii omnes, qui ſingularibus diſſertationibus aut orationibus de lingva Sancta dixerunt. Ex his nonnullos hic commemorabo. Exſtant *Iac. Altingii* Orationes duæ de lingvæ Hebr. nominibus & cauſa efficiente Tom. V. Opp. in Mantiſſa; *Valerii Andreæ* Oratio de laudibus lingvæ Hebr. Lovan. in 4. *Chriſt. Aviani* Tract. de antiquitate & utilitate lingvæ Hebr. Lipſ. 1620. 8. *Io. Baldovii* Oratio auſpicalis de lingva Hebr. pronunciatione ſvaviſſima, elegantiis cultiſſima, & cognitu facillima: Lipſ. 1638. 8. *Adami Bernd* de Statu lingvæ S. ab O. C. ad noſtram ætatem: Lipſ. 1701. 4. *Io. Braunii* Orationes variæ in Selectis Sacris. *I. Eberh. Busmanni* Orat. de Genio lingvæ Ebr. Helmſt. 1673. 4. *Merici Caſauboni* de lingva Hebr. & Saxon. Lond. 1650. 8. *Steph. Cimdarſi* diſp. de uſu lingvæ S. Gryphiswald. 1626. 4. *Io. Clerici* diſſertatio de lingva Hebr. præmiſſa Commentario ejus in Geneſin. *Io. Pauli Dauberi* de utilitate & neceſſitate lingvæ Hebr. Marpurg. 4. *Io. Diecmanni* de Hebræa lingva primigenia, Stadæ 1682. *Io. Dolingii* Syllabus Diſſertatt. Hebr. continens tum ἱϛορίαν tum θεωρίαν lingvæ Hebraicæ, Witteb. 1620. 4. Ibi 2 prioribus diſſertt. diſſerit auctor de origine & progreſſu ac integritate lingvæ S. in tertia vero & quarta locos quosdam Scripturæ a corruptelæ ſuſpicione vindicat, & quinta denique totam lingvæ rationem brevibus præceptis comprehendit. *Conſtant. l'Empereur* Oratio de lingvæ Ebr. dignitate & utilitate, Lugd. Bat. 1627. 4. *Thom. Erpenii* Orationes III. de lingvarum Ebrææ & Arab. dignitate, Lugd. Bat. 1611. 12. *Io. Bapt. Ferrarii* Orationes variæ, v. c. de ſvavitate ejus, arguto dicendi genere &c. inter ceteras ejus editæ, Lugd. 1625. 8. & alias. *Iac. Guſſetii* diſſert. de lingva Hebr. in limine Lexici Hebr. vulgo minus obvia complectitur. *Herm. Hardtii* varia, quorum hic indicem ſubnectere copia eorum prohibet. *Pet. Holmii*, Prof. Londinenſis in Scania, de primæva lingvæ Hebr. antiquitate an. 1671. 4. *Ant. Hulſii* Oratio de lingvæ Hebr. origine & propagatione, Bredæ 1649. 12. *Franc. Iunii* de lingvæ Ebr. præſtantia & antiquitate, Bremæ 1608. 8. *Io. Caſp. Kempſii* Encomium lingvæ Hebr. Hanov. 1706. 4. præſide Cl. H. J. van Bashuyſen. *Io. Lindebergii* diſſ. exhibens aphoriſmos de lingvæ Ebr. primis

mis autoribus ejusque authentia divina, integritate & neceſſitate, tum ratione punctorum vocalium quam accentuum, Holm. 1685. 8. *Herm. Nicolai* Diſputatt. Hebr. decem, Hafn. 1624. 4. *Guil. Poſtelli* de origine lingvæ & gentis Ebr. Pariſ. 1538. 4. *Herm. Rennecher* de lingvæ S. veneranda antiquit. & dignitate, Witteb. 1591. *Eliæ Schadai* Oratio de lingvæ S. origine, Argentor. 1591. 4. *Io. Iac. Schudt* in Oratione ſingulari, qua Hebr. L. antiquitatem, ornatum, jucunditatem & neceſſitatem prædicat. Eam is eruditis luculentisque notis illuſtratam ſub Deliciarum Hebræo-Philologic. titulo edidit Francof. ad Mœn. 1700. 8. nihilque fere eorum omiſit, quæ ad naturam & fata ſtudii Hebraici penitius noſcenda faciunt. Confer idem in Memorabilibus Judaic. Part. II. lib. 6. c. 6. *Andr. Sennerti* Diſſert. de quatuor lingv. Hebr. ætatibus, Witteb. 4. *Ezech. Spanhemii* Diatriba de L. Hebr. *Luc. Wadingi* de L. Ebr. origine, præſtantia & utilitate: in limine Concordant. Hebr. Merii de Calaſio. *Chriſt. VValtheri* de ſtudii Hebr. lingvæ neceſſitate, Regiom. 1645. 4. *Nicol. VVinmanni* Or. de laudibus L. Ebr. Auguſtæ 1538. 4.

De *Literis* Hebræorum earumque antiquitate ſpeciatim commentati ſunt *Theodorus Ebertus* Lipſ. 1662. 8. *Jo. Eberhard. Busmannus* de antiquis Hebræorum literis, Helmſtad. 1675. 4. *Jo. Michael Langius* de charactere primævo Bibl. Hebr. Altorf. 1685. 4. auſpiciis *Wagenſeilii*, & quos alibi adduximus, cum de Samaritano Pentateucho commentaremur. *Jo. Auguſtini Panthei*, Veneti Sacerdotis, qui an. 1530. claruit, tract. de literis Hebr. antiquis, neſcio an unquam editum citet *Imbonatus* pag. 83. b.

*Figura* literarum ſucceſſu temporis aliam atque aliam faciem induit. Vide hanc in rem eruditiſſimi *Bernhardi de Montfaucon.* præliminaria in Hexapla Origenis Tom. I. p. 11. ubi in lapillis duobus Baſilidianorum, Hebræo charactere & quidem Sæculo circiter tertio conſcriptis eas literarum figuras ait obſervari, ut paucas earum expiſcari liceat. Ibidem integrum literarum Hebr. hodiernis diſſimilium alphabetum ex MS. Codice Jeſuitarum Collegii Ludovici M. exhibet, & deinde de ſingulis diſſerit. Adde Cl. *Laſcherum* de Cauſis L. Hebr. pag. 225. ſq. ubi ſeptem omnino diverſa alphabeta conſpicies, nec non *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 19. Nec minus huc referenda ſunt, quæ ſupra occaſione Pentateuchi Samaritani de hoc argumento admonita ſunt. Optandum omnino erat, ut, quam operam præclaro conſilio, nec eventu minus felici Cl. Montfauconius Græcis literis præſtitit, diverſam illarum ſcriptionem, per ſingula Secula receptam, aere exprimendo, eandem

eandem in gratiam Hebræorum characterum ſuſciperet Vir a MSS. Oriental. copia inſtructus.

De ſignificatu certo ex literarum *nominibus* exſculpendo & *Hebræi*, & *Chriſtiani* ſoliciti fuerunt. Inter eos vide Talmudicos Doctores in Cod. *Schabbath* f. 105. quem locum repetit *Jo. Jac. Huldricus* in notis ad Toldos' Jeſchu pag. 109. Ex Chriſtianis lege *Hieronymum* in ep. ad Paulam Urbicam Tom. IV. Opp. & *Euſebium* lib. X. Præpar. Evangel. Utriusque expoſitionem attulit, & notis illuſtravit *Jo. Druſius* in Alphabeto Hebr. veteri *Franeqv.* 1609. Fortaſſe & Alphabetum Hebraicum literis ab hodiernis ductibus diverſis, exaratum & explicatione Græca illuſtratum, quod in Biblioth. Vindobon. cod. 34. MS. exſtat, non contemnenda attulerit. Adde verſus Latinos Hexametros huc ſpectantes, quos Cl. *Bernh. de Montfaucon* ex Pſalterio Murbacenſi pag. 221. Palæographiæ Græcæ exhibet. Lapſos hic eſſe veteres oſtendit *Goropius Becanus* lib. I. Hieroglyph. Id quod recte etiam de *Charadami* Alphabeto myſtico Pariſ. 1532. edito, & *Aegid. Viterbienſ.* Alphabeti Hebr. ſingularumque literarum myſtica interpretatione, quæ a Galatino lib. I. c. 6. laudatur, & MS. in Bibl. Vatic. teſte *Imbonato* pag. 2. exſtat, affirmaveris. Confer *Druſii* Cenſuram Alphabeti vet. Ebræorum *Franeqv.* 1609. & *Joh. Andr. Danzii* Literatorem Hebr. in limine.

Alii literis Hebr. internum quendam *valorem* notionemque quaſi *hieroglyphicam*, ex ductibus ſingularum æſtimandam cenſuerunt. Huc pertinent ex Hebræis Cabbaliſtæ quidam ex parte, de quibus vide *Jo. Mich. Langii* diſſert. de charactere primævo c. 3. pag. 56. ſqq. ex Chriſtianis vero *Fr. Mercur. ab Helmont* in Alphabeto Naturali pag. 84. & in Cogitationibus ſuper priora Geneſeos capita ad vocem אלהים, *Io. Caramuel Lobkovitius* (de quo vide Hiſtor. Lexic. Hebr. p. 149) noſtra memoria B. *Caſp. Neumannus* in Geneſi & Exodo Lingvæ S. Celeb. *Val. Ern. Læſcherus* in libb. 3. de Cauſis L. Ebrææ, *Paul. Mart. Alberti* in Porta Lingvæ Sanctæ, & *Io. Guil. Zieroldus*, Profeſſ. Stargard. tum in Analogismo Nominum & Rerum ex Pſalmo I. ſecundum quodvis verbum Ebræum in harmonia & analogia naturæ laudatum demonſtrato, *Stargard.* 1701. 4. tum in באר היטב ſive expoſitione variorum locorum Scripturæ S. vernacula lingva per varias ſectiones edita, quarum I. clavem Lingvæ S. ex hac hypotheſi illuſtrandæ ſuppeditat. At aliis inventum hoc ingenio magis, quam veritate aut uſu legitimo ſe commendavit. Vide Cl. *Chriſt. Bened. Michaelis* in diſſert. de Vocum ſeminibus & literarum Hebr. ſignificatione Hieroglyphica

glyphica Hal. 1717. Cl. *Io. Iac. Schudt.* in Genio & Indole Lingvæ S. p. 32. ſq. *Souciet* in Collectione Diſſertationum Criticarum p. 459. Auctores Memoriarum Trivultinarum an. 1710. menſe Auguſto p. 1369. ſq. & *Io. Pet. Reuſch* in Dyade Philologica i. e. de Naturali fundamento lingvæ Ebræorum & de convenientia Ziphrarum cum decem primis Ebræorum literis, *Ien.* 1718. 4.

Literam י reliquarum omnium fontem eſſe & matricem, primus evincere conatus eſt B. *Caſp. Neumannus* in Geneſi Lingvæ S. p. 32. applaudente Cl. *Starckio* in Luce Grammat. Hebr. p. 6. aſſenſum autem cohibente & quædam in contrarium excipiente *Val. Ern. Læſchero* de Cauſis L. Hebr. p. 236. Ita & *Guilielmus Poſtellus* cap. V. Originum pag. 18. Jod baſin omnium literarum vocavit & *Olavus Rudbeckius*, filius, in diſſ. de Voce *Se'av* pag. 17. Jod principium & fundamentum vocat totius Alphabeti tum Ebraici quam Runici.

*Pronunciationem* literarum genuinam hodie ignorari magna ex parte, ex antiquioribus Judæis affirmat *Ephodæus* c. 32. Grammaticæ ſuæ, ex recentioribus vero *Benedictus Spinoſa* in σκιαγραφία Grammat. Hebr. cap. 3. pag. 15. Imo inter veteres jam hoc negotium aliis felicius, aliis ſecus ceſſiſſe ex eo patet, quod Tiberienſibus hac in parte prærogativa quædam a Judæis adſcribatur. Vide Judæorum hanc in rem loca apud *Morinum*, hanc opinionem ridentem, in Exercitatt. Biblicis p. 509. ſqq. qui p. 512. veterum rationem pronunciandi ab hodierna diſtinctam fuiſſe vel ex Nominibus Propriis, quæ Hieronymus, & οἱ LXX. longe aliter legerint, evincere conatur. Adde *Jo. Druſii* Alphabetum vetus Hebraicum *Franeqv.* 1587. & auct. 1609. 4. & libellum de recta lectione Lingvæ S. in cujus epiſtola præliminari diſerte ſcribit, *priſcam lectionem antiquorum penitus ignorari.* Conſulere quoque juvabit Cl. *Montfauconii* Disquiſitionem, qvæ ex Tomo II. Hexaplorum Origenis n. 395. ſqq. de veteri literarum Hebr. pronunciatione legitur, & quam maximam partem paulo poſt exhibebimus. Nonnulla huc attulit *Franc. Masclef* in Grammatica ſua a vocalibus libera.

Judæos hodiernos pro regionum natalium diverſitate etiam hic varios eſſe pridem obſervatum eſt. Vide Vener. *V. E. Læſcherum* de Cauſis L. Ebr. p. 241. qui eadem opera ſingulas literas perſequitur, genuinum earum ſonum indagaturus. Compara Cl. *Jo. Jac. Schudtii* Memorabilia Judaica Parte II. lib. VI c. 17. p. 284. Conſonas, quæ ſono affines ſunt, v. c. ב raphatum & ו, כ dagheſſatum & ק, ט & ת olim in pronuncia-

Kkkk tione

tione a ſe invicem diſtingvi potuiſſe perſvaſus eſt *Jac. Guſſetius* in Lexico Hebr. lit. א not. I. quod ipſum de ש & ס pronunciat p. 811. Tiberienſes hoc calluiſſe tradunt Judæi apud Morinum l. c. Chriſtianos nec τὸ ע nec ח pronunciare rite poſſe, ideo quod non credant in Deum æternum, vel quod imprecatio Davidis Pſ. CXV. 7. eos feriat, tradit liber *Nizzachon* apud *VVagenſeilium* in Telis Igneis Satanæ p. 83. Vide interim quæ de genuino ſono τῦ ע tradit ex noſtratibus *Danzius* in Literatore Hebræo p. 6. & *Læſcherus* p. 246. de Cauſis Lingvæ Hebr. Danzius ſpeciatim monet jam olim in pronunciando neglectum fuiſſe. Ceterum *Daniel Schwenterus* ſingulari diſputatione de vera & genuina Conſonantium Hebr. pronunciatione commentatus eſt *Norimb.* 1615. quemadmodum ejusdem Oratio de Pronunciatione literæ Tau raphatæ ib. 1624. 4. lucem vidit. Quid *Auguſt. Sebaſt. Nouzenus* in tractatu de pronunciatione ſeu lectione ſermonis Ebræi præſtiterit, mihi quidem non conſtat. Judæos hodiernos, ſaltem aliquam partem, majorum ſuorum habitum in pronunciando referre credit, qui legerit, quæ *Hieronymus* in comment. ſuper epiſtolam ad Titum cap. III. habet. Ibi enim de Judæis loquens, *Solent*, inquit, *irridere nos imperitiæ maxime in aſpirationibus, & quibusdam cum raſura gulæ literis proferendis.* Et paulo poſt: *Hæc immortale illud ingenium* (Origenes) *ſuo nobis labore donavit, ut non magnopere pertimeſcamus ſupercilium Judæorum, ſolutis labiis & obtacta lingva, & ſtridente ſaliva, & raſa fauce gaudentium.* Conf. Tom. III. Menagianorum p. 463.

Fuerunt, qui diverſam literarum כמנפץ in medio & fine ſcriptionem pro recenti invento Grammaticorum habuerunt, cum viciſſim Talmudici, Codice *Megilla* cap. 1. fol. 71. eam a Moſe repetant, ſicut & in Miſchna Codicis *Schabbath* f. 103. b. ejusdem mentio injicitur. Memorat quoque *Epiphanius* de ponderibus & menſuris §. 4. Cl. *Danzius* in Literatore Hebr. p. 24. eo tempore variam finalium illarum literarum ſcriptionem invectam credit, quo numeros ad Indorum exemplum literis exprimere inceperint, ut ſcilicet haberent, quo ſupplerent defectum centenariorum.

Uſum literarum *numeralem* apud Hebræos antiquiſſimum eſſe credit *Jac. Altingius* in Fundamentis Punctationis Hebr. Tom. V. Opp. p. 1. idque cum Cabbaliſtis ex eo probare audet, quod Deus in mutatis Abrahæ & Saræ nominibus τὸ י denarii notam in nomine שרי in duos qvinarios per duo ה diviſerit, & alterum eorum Abrahæ, alterum Saræ adſignarit. In Codicibus Hebr. literas illas numerales pro vocibus integris, numeros

meros exprimentibus, adhibitas fuiſſe contra Scaligerum negat *Hackſpanius* de Uſu librorum Rabbin. p. 334. ſqq.

De *Vocalibus* ſupra ex inſtituto diximus. Hic itaque id tantum putamus obſervandum, doctrinam de earum *mutatione* hodie inſignem lucem accepiſſe, poſtquam oſtenſum eſt, quomodo natura ſyllabarum ex diverſis vocalium moris æſtimari & definiri debeat. Huc curas ſuas præ ceteris retulerunt *Albardus de Raade* in ſingulari libro de natura Punctationis Hebr. de quo ſupra inter Grammaticos, tum *Io. Andr. Danzius* & *Io. Iac. Schude* de Genio & Indole Lingvæ S. Exſtant etiam *Mart. Troſtii* Fundamenta quatuor de mutatione punctorum Ebræorum generali explicata Vitteb. 1633. 4. & *Io. Dan. Schiferdeckeri* Sciagraphia mutationis Vocalium, Leucopetræ in 4. Magnam legendi varietatem inter veteres Interpretes & lectionem Biblicam ratione vocalium intercedere, ut v. c. ubi illi legunt *a*, hi legant *e*, & viciſſim, exemplis per ſingulas vocales eundo commonſtrat Cl. *Montfauconius* Tomo II. Hexaplorum Origenis p. 398. ſq. De *Scheva* Hebræorum ſpeciatim idem l. c. quædam affert, de quo exſtat ſingularis diſſertatio Mich. Liebetanz, Witteb. 1667. 4. *Scheva mobile* ſyllabam conſtituere cum *Ludov. Cappello* ſtatuit *Io. Henr. Häner* in Miſcellaneis Philolog. Criticis §. 7. cui *Cappellus* tam validis rationibus id oſtendiſſe videtur, quibus nemo huc dum reſponderit.

Literas אהוי quæ *quieſcentes* vocantur, non prorſus quieſcere in legendo, ſed potius aliquatenus pronunciandas eſſe, oſtendit Cl. *Læſcherus* p. 243. de Cauſis L. Hebr. Imo eas pro vocalibus adhiberi ſtatuit *Io. Morinus* lib. II. Exercitat. Bibl. XVIII. c. 3. qui etiam c. 4. oſtendit, Judæos diſſenſiſſe inter ſe de eo, an ה pro litera quieſcente haberi debeat.

Dagheſch lene literis quibusdam inſcriptum voces a Grammaticis *lenes* vocari efficit; ſi vero deſit, *adſpiratas* ſeu *raphatas*, lineola ſcilicet *raphe*, quæ in antiquis editionibus frequenter comparet, notatas Appellationem hanc minus judicat convenientem *Guſſetius* in Lexico Hebr. p. 801. Neque hodiernorum Grammaticorum regulæ uſui veterum in hoc capite reſpondent. Hi enim ſæpe literas ut raphatas efferunt, quæ degheſch leni per leges Grammaticorum notari debebant. Probat hoc ex LXX. Interpretibus, & Novo Inſtrumento, itemque Joſepho & Philone Cl. *Danzius* in Literatore Hebr. p. 29.

Imo τὸ פ quod hodie nunc ut lene per *P* nunc ut adſpiratum per *Ph* effertur, a veteribus nunquam alio quam poſteriori modo, ut ſcilicet τῷ Φ Græcorum reſponderet, pronunciatum fuit, teſte *Hieronymo*

 Comment.

Comment. in Jeſaiam Tom. III. *P literam*, inquit, *ſermo Hebraicus non habet, ſed pro ea Phi Græco utitur.*

Accentum euphonicum, quem *Metheg* vocant, in Codd. MSS Biblicis Germanorum nimis frequenter occurrere, queritur *Menach. de Lonzano* in אור תורה p. 2. 6. idque ſe ait appellare מתג לחמור i. e. *frenum pro aſino.* Cl. *Iablonskius* in præfat. ad Bibl. Hebr. Berolinenſia §. 18. profitetur, rationes ejus vel ſcribendi vel omittendi adhuc admodum impeditas & confuſas eſſe, atque hinc fieri, ut minus curate Bibliorum editores in hac parte verſati ſint.

De diſcrimine inter literas actu *ſervientes* facile conſtituendo Tract. Philologico-Grammaticus M. *Henr. Gottlieb Reime* prodiit *Ienæ* 1715. 8. De iis exſtat quoque ſingularis commentatio *Io. Druſii.* De *præfixis* ſingulari diſputatione expoſuit *Aug. Herman. Francke* Halæ in 4.

De ה *demonſtrativo* ſcientifice demonſtrato egit M. *Chriſtian. Münden* Lipſ. 1706. 4. ubi in originem, poſitum & ſignificationem ejus inquiritur. De ה *interrogativo* diligentius diſſerit *Io. VVilhelm. de Neve* in diſput. de characteribus interrogationum L. Hebr. Francof. ad Viadr. an. 1707. Tò ש quod ex אשר ortum eſt & pro hoc pronomine uſurpari ſolet, pro adverbio quoque haberi poſſe putat *Iac. Guſſetius* in Lexico Hebr. p. 811. ubi idem obſervat, poëticum primo fuiſſe, deinde vero in uſum aulæ admiſſum.

*Analyſin* Hebraicam faciliorem reddere conatus eſt feliciter *Vytbagius*, cujus inter Grammaticos fecimus mentionem. Poſt eum *Io. Neumannus* diſſertationem edidit peculiarem de *Novitatibus curioſis circa Analyſin Hebræam.* In ea nonnulla animadverſionem mereri viſa ſunt Cl. *Starckio* in Luce Grammaticæ p. 76. 140. & 146.

De Verbis tertiæ ה quieſcentis doctrinam ſcientifice demonſtrare conatus eſt M. *Ludov. Chriſtoph. Bloſſius* in diſſertat. ſingulari Lipſ. 1699. 4.

Ad finiendam vocum Hebræarum *ſignificationem* egregia conſilia ſuppeditavit *Iac. Rhenferdius* in Diſſertat. Philologica de ratione obſervandi genuinam vocabulorum Hebraic. ſignificationem, *Franeqv.* 1704. 4. Commendat is viam, quam *Anton. Schorus* in Lingvæ Latinæ vocibus, ad notiones ſuas genuinas revocandis, ſequendam cenſuit in commentatione *Phraſibus Latinis* præmiſſa. *Verborum itaque*, inquit is, *ſimplicium vis maxime æſtimatur, aut rebus quibus tribuuntur; aut contrariis, quibus opponuntur*

*ponuntur; aut finitimis, quibus adjunguntur; aut iis quibus explanantur.* Quæ *Boblius* hanc in rem præcepit, ſupra inter Lexicographos commemoravimus. Cl. *Albert. Schultens*, Prof. Franequer. in Orat. Inaug. de fontibus ex quibus Hebr. notitia manavit, *Franeqv.* 1714. fol. ed. genuinas vocum Hebr. ſignificationes potiſſimum ex Arabica, non autem ex Judæis eorumque commentariis, repetendas cenſet.

Ad hanc operam inprimis pertinet, ut ratio habeatur *differentiarum*, quæ inter voces, ſibi alioquin ratione ſenſus affines, obſervantur. De hac re cogitavit *Jo. Coccejus*, cujus Obſervationes de diſtinctiori ſignificatione ſelectarum Hebraiſmi vocum in calce Lexici ipſius, an. 1714. recuſi exſtant. *Salomonis Urbinatis* ex Judæis, ex Chriſtianis vero *Jo. Plantavitii*, *Georg. Leuſchneri* & *Sam. Morbenii* commentationes de Synonymis Hebraicis partim editas, partim manu exaratas in Hiſtoria Lexic. Hebr. laudavimus. Interim provincia hæc nimis hactenus neglecta eſt, quam proinde ornandam recte ſuſcepit Vir multæ exſpectationis M. *Herman. Samuel Reimarus* in diſputatt. IV. quas *Wittenbergæ* an. 1717. & 1718. de *Differentiis Vocum Hebraicarum* in lucem emiſit, reliqua impoſterum elaboraturus. Adde B. *Chriſtoph. Sontagii* Scrutinium Biblicum h. e. Inveſtigationem proprietatis in vocibus quibusdam Biblicis deprehendendæ *Altorf.* 1713. 4. item ejusdem Extenſiones Scrutinii Biblici ibid.

Huc vel maxime pertinet multumque facit Vocum *emphaſis* & *δεινότης*. Eam inveſtigandi rationem docuerunt *Aug. Herm. Franckius*, Prof. Halenſis, diſput. ſingulari, Halæ 1698. habita, & B. *Io. Henr. Majus* in Introduct. ad Studium Exeget. c. IV. pag. 31. - 37. Negotium vero ipſum aggreſſus eſt feliciter *Theodorus Daſſovius*, Vir de his literis meritiſſimus, in Diſſertatt. III. de Emphaſi Sacrarum Vocum ex veteri hiſtoria Hebræorum, Kilon. 1702. 1704. *Lexicon* ejusdem *emphaticum*, cujus ipſe p. 14. diſput. I. de Emphaſi Sacrarum Vocum mentionem facit, manu exaratum in multorum manibus verſari, ſupra obſervatum fuit.

De *Idiotiſmis* ſeu formulis loquendi Hebraicis poſt B. *Salom. Glaſſium* in Philologia Sacra inprimis inter Grammaticos ſolicitus fuit Cl. *Io. Andr. Danzius* in Interprete Hebræo. Nec ignotæ ſunt peculiares de illis *Sennerti*, & *Cellarii* de iisdem commentationes ſupra nobis laudatæ, tum vero *Theodor. Hackſpanii* Locutiones Sacræ, Norimb. 1662. 4. Totam doctrinam, quod ad fundamenta ſua, breviſſime comprehendit *Iohannes Henr. Michaelis* in Diatribe Philolog. de peculiaribus Hebræorum loquendi modis, Halæ 1702. 4. plagulis 2½.

Radices plures *monoſyllabicas* eſſe apud Hebræos, quam quidem hactenus creditæ ſint, contendit B. *Caſp. Neumannus*, & qui cum eo faciunt, *Læſcherus* ac *Zieroldus*, quas illi quidem ſemina appellant. Sententiam hanc examinatam vide a Cl. *Chriſt. Bened. Michaelis* in diſſ. de Vocum ſeminibus & ſignificatione Hieroglyphica. Applaudit illi Cl. *Maſſonus* in Hiſt. Critica Reip. Literar. Tom. II. p. 121. eo, ni fallor, conſilio, ut ampliorem nanciſceretur occaſionem, Hebrææ lingvæ vocibus lucem afferendi ex Lingva Sinica, quæ ut monoſyllabicis vocibus abundat, ita materiam ſuppeditat radicem Hebræam, ſi in duas dividere eam liceat voces, novis quibusdam ſignificatibus ex Sinicis, ſono affinibus, inſtruendi. Non autem feliciter admodum hic verſatum fuiſſe auctorem oſtendit *Olavus Rudbeckius* in Specimine Uſus Lingvæ Gothicæ pag. 34. ſeqq.

Quod ad *Syntaxin* Hebræorum attinet, illi conſuli hinc inde non poſſe putarunt plerique, niſi *enallagæ*, *pleonaſmi*, *ellipſes*, *ſynchyſes*, *hyperbolæ*, &c. admittantur. At alii ſecus judicarunt. Ita poſt *Sam. Boblium* B. *Aug. Varenius* in Comment. ad Geneſ. IV. 10. p. 404. *Nos*, inquit, *Enallagarum, Allæoſeon, Pleonaſmorum, Ellipſeon, Solœciſmorum in SS. Scriptura, & Lingva, quæ cum primæva ſit, ipſius Dei & Adamo* θεόπνευστος, *una cum illa* נשמת חיים, *per quam factus eſt* לנפש חיה, *non ex illis, quæ confuſam habuerint Babelis originem, lingvis, earumque imperfectionibus menſuranda venit, multiplicationem pro ignorantia & audacia theatro fidenter æſtimamus: quin vi lingvæ, per ſe ſv. in via Lingvæ SS. illa dari pernegamus.* Adde B. *Chriſtianum Helvicum* in Tomo V. Diſpp. Gieſſenſ. p. 64. & ex recentioribus Theologis Vener. *Valent. Erneſt Læſcherum* in Theolog. Exeget. pag. 139. ſq. Quod illi ſtatuerunt, alii demonſtrandum ſibi ſumſerunt. *Enallagas* enim temporum ex contextu Sacro eliminandas cenſet *Florentius de Bruin*, Eccleſiaſtes Gorinchemenſis, in diſſertat. Epiſtolari de emendandis temporum Hebr. lingvæ Anomaliis Enallagisve, hactenus temere nimis admiſſis, Amſtelod. 1703. 8. Approbat conſilium ejus Cl. *Val. Ern. Læſcherus* de Cauſis lingvæ Hebr. p. 435. In eandem ſententiam diſputat M. *Io. Matthæus Polemannus* in diſſ. de Enallagis Textus Hebr. V. T. Roſtoch. 1685. & Rev. *Albertus Feldenius*, Theologus Kilonienſis, de Enallages, præſertim Temporum in SS. literis uſu, Kilon. 1711. 4. Ex communiori & hucdum pleriſque recepta ſententia (quam & ego, modo temperamentum adhibeatur, non temere deſerendam puto) de hoc argu-

argumento præcipit Cl. *Io. Andr. Danzius* in Diſſert. de Sinceritate Scripturæ V. T. eluctante, Jen. 1717. 4.

*Pleonaſmis*, Scripturæ Sacræ tribui ſolitis, obicem ponere conatus eſt *Erdwinus Herm. Polemann*, Athenæi Carolini Bremenſis Rector, diſſertationibus ſex *de Pleonaſmis Scripturæ S.* Bremæ 1713. ad 1718. editis. Atque ille quidem in diſſ. ultima alienum ſe profitetur ab eorum mente, qui nomina Dei אל, אלהים, יהוה cum vocibus quibusdam appellativis eo fine conjungi ſtatuunt, ut epitheti loco habeatur & *ſummum* aliquid ſeu excellentiſſimum innuat. Ipſi enim potius ibi ad Deum reſpectus ſingularis haberi videtur, id quod exemplis locorum quorundam Biblicorum evincit. Idem ante eum præſtandum ſuſcepit *Jacobus Guſſetius* in Commentariis lingvæ Hebr. ſub radice אל & אלהים. Viciſſim pro communiori ſententia propugnant *Feſſelius* in Adverſariis Sacris lib. I. c. 6. *Io. Clericus* ad Geneſ. XXIII. 6. &, ut ceteros taceam, non ita pridem auctor diſſert. quæ legitur in Hiſtoria Critica Reip. Literar. Tom. XI. p. 228. ſqq. Data opera eam defendit Cl. *Chriſtoph. Henr. Rittmeier*, Profeſſ. Helmſtad. in Diſſert. de nominibus divinis ſtylo Scripturæ S. rem amplificantibus, Helmſtad. 1705. 4.

*Ellipſium* doctrina non ſatis ad liquidum perducta viſa eſt eruditis, in Lingva quidem Hebræa, cum *Latina* multum hic curis *Sanctii* ejusque comentatoribus *Scioppio* & *Perizonio*; *Græca* vero præſtantiſſimo *Lamberto Bos*, cujus ſingularis tractatus de myſterio Ellipſeos Gr. L. exſtat, debeat. Itaque optimo conſilio Vener. *Matthæus Hillerus* huc animum convertit in Syntagmatibus Sacris, quibus ſingularis Diſſert. de Sermone Scriptorum Divinorum elliptico inſerta eſt p. 368. ſqq.

Contra *Synchyſes* pronunciant, easque eliminatas e Grammaticis Sacris voluerunt *Sam. Bohlius*, in Theſibus contra Judæos, teſte B. *Grapio* præfat. ad Bohlii Paraphraſin Pſalmorum n. 19. & nuper Cl. *Valent. Ern. Læſcherus* in Theolog. Exeget. p 67. ex inſtituto autem M. *Franc. Wokenius* in Parte II. Pietatis Criticæ, quæ eſt contra *Synchyſes* vocum æque ac ſectionum: Witteb. 1720. 8.

In univerſum huc ſpectat M. *VVolfg. Henr. Frider. Pertſchii* diſſert. Philolog. de Scriptura omnis dictionis vitii experte, ad ductum quorundam capitum Eſaiæ: Jenæ 1719. 4.

De *Rhetorica* Hebr. lingvæ *compoſitione*, i. e. junctura, ordine, periodo, & numero diſſertatio M. *Ludov. Chriſtoph. Bloſſii* præcipit, Lipſ. 1700. 4.

*Anti-*

*Antiphraſticas* voces phraſesque in Hebr. L. dari plurimi ſibi perſvaſerunt, & ex illis admiſſis difficultates quaſdam textuum ſacrorum reſolvi poſſe cenſuerunt. Sic eo quod vox צעיר & *magnum* & *parvum* ſignificet, omnium optime pugnam, quæ inter Mich. V. 2. & Matth. II. 6. intercedere viſa eſt, componi poſſe nonnulli crediderunt. Admittunt antiphraſin *Conſtantin. Lempereur* ad *Middoth* pag. 159. *Hottingerus* in Smegmate Orient. p. 100. *Io. Braunius* in Selectis Sacris lib. V. p. 657. *Io. Buxtorfius* in Catalectis p. 36. *Io. Clericus* ad Levit. XI. 4. Vix patitur *Iac. Guſſetius* in Commentar. L. Hebr. rad. אור not. F. nec niſi in caſu evidentis neceſſitatis. Videatur idem radice ברא l. 2. & ברך C. Nuncium vero omnino & in univerſum illis miſit *Paulus Bergerus* in diſſ. de Antiphraſi Scripturæ S. Vitemb. 1702. 4.

De *ambiguitate* & obſcuritate lingvæ Hebr. conqueſti ſunt multi, tum ob varias vocum ſignificationes, tum ob alias cauſas. Lege *Io Morinum* Exercitatt. Biblic. lib. I. Exerc. VI. cap. 2. *Rich. Simonem* in Hiſt. Crit. V. T. lib. I. c. 31. & lib. III. c. 2. & 3. At illi criminationi occurrerunt hodie, qui de figenda formali vocis cujusque ſignificatione, & derivandis inde ceteris omnibus laborarunt, quod feciſſe præ ceteris conſtat *Guſſetium*. Adde M. *Henr. Gottlieb Reime* præfationem, quam de prætexta amphibolia & difficultate lingvæ Hebr. præmiſit Tractatui de diſcrimine inter literas ſervientes & non ſervientes: Jen. 1715. 8.

Amphibolia illa argumentum inter cetera præbuit illis, qui eam præ ceteris *difficilem* judicarunt. Viciſſim legi huc poteſt M. *Io. Iac. Lehman* in diſſert. de Hebr. L. facilitate, Erfurti 1708. 4. & Cl. *Io. Iac. Schudt* in Deliciis Hebr. Philolog. p. 208. qui & teſtimoniis & exemplis eruditorum in contrariam ſententiam pugnarunt. Pertinent huc, qui conſilia ad eam brevi tempore & modico labore diſcendam ſuppeditant. Commemoravimus inter Lexicographos *Schickardum, Pfeiferum, Viewegium*, & alios. Adde iſtis *Rich. Simonem* in Exercitat. de Diſciplina Eccleſiaſt. c. 17. p. 88. & *Io. Clericum* in Arte Critica.

*Mutationem* & *viciſſitudinem* lingvæ Sanctæ non minus quam ceteris omnibus allatam eſſe, dubitari vix poteſt. Hinc nec defuiſſe illi videntur *dialecti*. Vide hanc in rem M. *Io. Dan. Kieslingii* diſſertationes binas de Dialectis Ebræorum puris, Lipſ. 1712. quarum prior generalis eſt, & dialectorum illarum tum cauſas tum epochas definit: poſterior vero exempla habet dialectorum ætate Moſis receptarum. Idem deinde alias ætates imo & tribus eodem modo perſecutus eſt, ſpeciatim-

que

Digitized by Google

que de Dialectis Tribuum Judæ, Ephraim & Benjaminis expoſuit Lipſ. 1714. 4.

*Archaiſmos* & *Neoteriſmos* in comparatione Scriptorum Biblicorum priorum ac poſteriorum obſervavit *Iac. Guſſetius* in Commentariis lingv. Hebr. paſſim, v. c. ſub radice הוה not. V. נער lit. B. אלף lit. E. בוא lit. O. &c. Plura exempla ipſe ſuppeditabit in Indice. Imo Scriptor Sacer, v. c. Salomon proprias ſibi interdum phraſes aſſumſit. Vide eundem rad. חפץ C. & כבר B.

Longius hic procedunt, qui Judæos in captivitate Babylon. lingvæ ſuæ prorſus oblitos putant. Affirmat hoc ex Judæis R. *Elias Levita* in præfat. ad מתורגמן; ex Chriſtianis verò, ut ceteros taceam, *Iſaacus Voſſius* de Oraculis Sibyllinis, & alii, quos affert Celeb. *Laſcherus* de Cauſis L. Hebr. p. 67. quibus adde *Zieroldum* in Hiſtor. Eccleſ. His autem cum ratione ſe oppoſuerunt *Iac. Altingius* in Heptade VII. diſſert. I. Tom. V. Opp. p. 195. ſqq. *Rich. Simon* in calce Diſquiſitionum Criticarum p. 245. ſqq. & *Læſcherus* l. c. Ita & *Iac. Guſſetius* in Comment. L. Hebr. ubi de L. Hebr. generatim diſſerit, eam usque ad Nehemiam vel nihil vel parum immutatam cenſet.

Denique hic non tacenda eſt ea Lingvæ S. prærogativa, qua, plerorumque judicio, omnibus ſuperior eſt, quippe quam ceteræ ut matrem venerentur. Id de literis ipſis oſtendendum ſibi ſumſerunt nonnulli, qui, facta illarum cum ceteris aliarum lingvarum characteribus comparatione, ſimilitudinem cum Hebraicis ubique conſpexerunt. Lege hanc in rem *Io. Morini* Exercitatt. de Lingva Primæva Part. II. pag. 311. ubi inter cetera hæc leges: *Iam vero comparentur omnia cunctarum gentium alphabeta cum Ebræo, illico patebit omnium eſſe ſimpliciſſimum: quodque obſervatione digniſſimum, omnia illa Alphabeta ab Hebræo orta, cum ipſo manifeſtam conſervaſſe ſimilitudinem, & vix aliter quam ineptis additamentis ab ipſo diſcriminari perhibebuntur. Pareret tædium prolixior horum omnium alphabetorum inter ſe comparatio; quamobrem Latinum, Græcum, Ebræum & æmulum ejus Samaritanum breviter inter ſe invicem duntaxat comparabimus, quod ſufficiat, quia jure ac merito ceterorum principia ſunt, debeantque abſolute æſtimari præſtantiſſima.* Sequitur deinde comparatio illorum 4 Alphabetorum. Eandem provinciam ornandam diligentius ſuſcepit doctiſſimus *Valent. Erneſt. Læſcherus* in Commentar. de Cauſis L. Hebr. p. 224. ubi exhibet Tabulam Alphabetorum omnino XVIII. 1) Ebræi ſcil. vulgaris, 2) ex MS. 3) Rabaniani, 4) Balmeſiani, 5) Rabbinici, 6) Primævi, 7) Numorum, 8) Samarita-

Llll ni,

ni, 9) Syriaci, 10) Arabic. 11) Æthiop. 12) Ægypt. veteris, 13) Coptici, 14) Græci veteris, 15) Latini vet. 16) Marcomannici, 17) Gothici, & 18) Runici. Hæc omnia ita inter ſe confert, ut appareat, quomodo reliqua illa, per variam ductuum mutationem ex primo & ſimpliciſſimo Hebræorum defluxerint. Præſtiterant jam antea ſimile quid *Eduardus Bernhardus* in Tabula, quam *Orbis eruditi literaturam* inſcripſit, & primum 1689. edidit, tum vero 1696. recognovit, qua facie prodiit Oxon. 1700. Ibi conſpiciuntur 1) Alphab. Adami, Noachi, Nini, Abrahami, Phœnicum, & Samaritanum, ante C. 5509. a nummis Judaicis, Africanisque & a Pentateucho Moſis. 2) Babylonium & Judaicum ex Adamico ante C. 747. 3) Syriacum ex Babylonico ante Chriſtum 332. 4) Mendæorum ex Syriaco A. C. 277. 5) Notæ Vocales Syrorum e Græco A. C. 306. 6) Arabicum ex Syriaco, A. C. 900 7) Hanſcretanum ſive Brachmanicum, itemque Malabaricum. 8) Græcum Cadmi ſive Jonicum, ante Chr. 1500. averſis literis Phœnicum, e numis Siculis, Æginenſibus, Bœotis, Atticis, aliisque. 9) Græcum Simonidis Melici, ſive Atticum, ante Chr. 500. e numis & marmoribus variis. 10) Græcum Alexandri M. A. C. 330. 11) Græcum Conſtant. M. A. C. 306. 12) Græcum Juſtiniani Magni A. C. 527. 13) Græcum Heraclii, A. C. 610. 14) Græcum Leonis Iſauri, A. C. 716. 15) Græcum Caroli M. A. C. 700. 16) Baſilii & Conſtantini, A. C. 900. 17) Latinum ab Jonio, quinque literis exceptis, ante Chriſtum 714. 18) Latinum A. C. 1. 19) Latinum A. C. 306. 20) Latinum A. C. 400. 21) Latinum A. C. 500. 22) Alphabetum Francicum A. C. 500. e Latino. 23) Saxonicum A. C. 500. e Latino. 24) Gothicum e Græco & Lat. A. C. 388. Ulfila auctore. 25) Runicum e Gothico, A. C. 400. 26) Copticum e Græco, A. C. 700. 27) Æthiopic. A. C. 800. e Coptico. 28) Ruſſorum & Slavorum e Græco, inventore Cyrillo, A. C. 700. 29) Armenicum e Græco, A. C. 800. 30) Notæ ſive Abbreviaturæ Græcorum præcipuæ. Et ille quidem literas *Samaritanas* reliquarum matrem agnoſcit. Utinam exſtaret ipſius Bernardi differt. de illa Orbis eruditi literatura, ex qua *Specimen Etymologici Britannici* tantum exſtat in calce Grammaticæ Anglo-Saxon. Hickeſianæ.

Partem Tabulæ Bernardinæ Illuſtris *Ezech. Spanhemius* inſeruit Operi ſuo de præſtantia & uſu Numiſmatum ed. in fol. p. 80. ſqq. adſperſis hinc inde obſervationibus & animadverſionibus ſuis inprimis quod ad literaturam Græcam. Simile inſtitutum fuit *Io. Paſtritii*, cujus *Alphabeta* plurima Lingvarum & dialectorum, nempe Samarit. Hebr. Rabbin. Chald.

Chald. Eſtranghelo-Neſtorian. Syriac. Arab. Perſic. Turcic. Græc. Copht. Armen. Georgian. Illyric. quod Buckiza dicitur, ſ. S. Hieronymi, & Chiuriliza, ſive S. Cyrilli, ac Gothic. ad Latinum alphabetum adacta ex MS. memorat *Carolus Ioſ. Imbonatus* pag. 127. Biblioth. Lat. Hebr. Ex parte huc ſpectat *Gulielmi Poſtelli* Alphabetum, introductionem & legendi modum lingvarum 12. characteribus differentium, nempe Hebraicæ, Chald. recentioris, Chald. Samaritan. Arabic. vel Punic. Indicæ, Græcæ, Georgianæ, Tzervianæ, Hieronymianæ vel Illyricæ, Armenicæ & Lat. tradens, Pariſ. 1538. 4. nec non *Theſeus Ambroſius* Introduct. in lingvam Chald. Syriacam, Armenic. & 10. alias.

Quod illi quidem de literis perſvaſum ſibi habuerunt, idem aliis de vocibus viſum eſt. Pertinent huc generatim omnes, qui Lexica Harmonica in lucem protulerunt, quales ſunt *Io. Henr. Hottingerus*, *Val. Schindlerus*, *Edmundus Caſtellus*, *Jo. Frid. Nicolai*, tum vero *Ludov. Thomaſſinus* in Gloſſario Univerſali & libro Gallico, de quo ſupra inter Grammaticos præcepimus. His adde *Guil. Poſtellum* de Originibus, ſive de Hebr. L. & gentis antiquitate, deque variarum lingvarum affinitate Pariſ. *Conrad. Geſnerum* in Mithridate & Waſeri ad eum notis, *Theodor. Bibliandrum* de communi ratione omnium lingvarum & literarum, *Georg. Crucigerum* in Harmonia 4. lingvarum Cardinalium, Hebr. Græc. Latin. & German. Francof. 1616. *Steph. Guichardi* Harmoniam Etymologicam Lingvarum Hebr. Chald. & Syriacæ cum Græca, Lat. Ital. Hiſp. & German. an. 1606. Gall. quo libro eas, quas diximus, lingvas & alias plures ad Hebr. tanquam ad primam originem revocat. Confert huc multum *Mericus Caſaubonus* in Commentatione de quatuor lingvis, Hebr. Gr. Lat. & Saxonica, Londini 1650. 8. & *Thomas Hayne* in diſſertationibus de Lingvarum Harmonia, Lond. 1648. editis, & a Cl. *Crenio* in Analectis, Amſtelod. 1699. 8. recuſis, qui idem *Lexicon Harmonicum Univerſale* eodem conſilio adornandum ſuſceperat. Rev. *Henr. Muhlius* in Diſſertat. de origine variarum Lingvarum ſtirpeque ac matre Gr. Lat. & German. Hebræa, Kilon. 1692. 8. *Guil. Lamplugh*, Angli, Tractatus, in quo voces Latinas, Græcas, & Anglicas cum Hebræis comparavit, in Bibliothecæ Oxonienſis MSS. numeratur, teſte Cl. *Io. Georg. Eccardo*, Amico noſtro, in hiſtoria Studii Etymolog. L. Germanicæ p. 27. Ita nec lucem vidit *Jo. Caramuelis a Lobkovitz* Hebræo-Crene, Opus in quinque libros diſtinctum, quorum I. inſcribitur Hebræo Elamita: II. Hebræo Syrus: III. Hebræo-Arabs & Hiſpano Arabs: IV. Hebræo-Romanus, & V. Hebræo-Græcus. Vide *Imbonatum* p. 94. ſq.



Alii

Alii ſigillatim in hoc argumento proceſſerunt, unam alteramve Lingvam cum Hebræa comparantes. *Germanicam* ex Hebræa repetierunt *Andr. Helvicus* in Originibus dictionum Germanicarum ex Hebræo idiomate, item ex Græco & Latino, Francof. 1611. 8. *Io. Avenarius* in Lexico ſuo Hebraico, paſſim, qui etiam in præfatione, iſti præmiſſa, modum oſtendit, quo in eruendis ejusmodi originibus verſari liceat. Sic & *Wilh. Schickardus* in Horologio ſuo Hebr. p. 81. ſq. nonnulla huc pertinentia tradit. Ita memini B. *Steph. Iebſenium*, Paſtorem quondam Flensburg. permultis exemplis, in tironum Lingvæ S. uſum collectis, conſenſum L. Hebr. cum dialecto vernacula Saxonicæ inferioris oſtendere. *Claud. Mitilerum* in hanc Scriptorum claſſem refert B. *Pfeiferus* in Critica Sacra p. 41.

*Græca* ex Hebraica derivandæ operam navavit *Io. Conradus Keslerus* in Diſſert. Philolog. de Convenientia Hebræorum & Græcorum, Brem. 1696. 8. Conf. *G. Leopoldi Ponati* libellum Germanicum, ſub tit. *Introductionis in Harmoniam Linguarum*, Brunſvici 1713. 8. editum, cap. II. p. 11. ſqq. Ex Judæis idem paucis philyris præſtare conatus eſt *David Cohen de Lara* de convenientia vocabulorum Rabbinic. cum Græcis, Amſtelod. 1648. 4. Conf. *Matth. Martinium* in Cadmo Græco-Phœnicio & in Etymologico, item *Guil. Burtonum* in Orat. V. de hiſtoria Græc. L.

*Danicam* Lingvam Hebrææ multum debere ſpeciminis loco oſtendit *Pet. Wandalinus* in Catalogo trecentorum vocabulorum Danicorum, ex Hebr. L. originem ducentium, Hafn. 1651. 4. Spectat quoque huc *Olai VVormii* Literatura Danica antiquiſſima, vulgo Gothica dicta, Hafn. 1636. in 4. & 1651. fol.

*Laponicam* Lingvam non obſcuras Hebraiſmi reliquias ſibi obſervandas, & cum *Io. VVallifio* per epiſtolam deinde communicatas ſibi exhibuiſſe teſtatur Cl. *Olaus Rudbeckius*, filius, in Specimine Uſus Lingvæ Gothicæ p. 82. Poſſideo hanc epiſtolam una & dimidia plagulis conſtantem, dignamque eam cenſeo, quæ huic commentationi ſubjiciatur, quod & raro obvia eſt, & non contemnenda alia contineat.

Idem *Gothicam* Lingvam ad Hebraicam paſſim exigit, imo nonnunquam radices, in Hebraiſmo jam deficientes, ex Septentrionalibus reſtituere conatur Parte I. Ichthyologiæ Biblicæ, Upſal. 1705. 4. de voce שלו edita, & ad illuſtrandum locum Num. XI. 31. ubi per שלו *piſcis* aliquod genus intelligendum putat, pertinente. Idem amplius cum

egiſſe

egiſſe video in Specimine Uſus Lingvæ Gothicæ pag. 13. ſqq. ſpeciatim in verbo יר & שום. Plura vero præſtiturum ſe in epiſtola ad Walliſium promiſit, in Lexico Etymologico Polyglotto, quo Finnonicæ, Lapponicæ, Sveticæ, Islandicæ, Norvagicæ, Danicæ, Anglo-Saxonicæ, Germanicæ, Belgicæ, Gall. Italicæ, Hiſpan. Slavonicæ, Græcæ, Latinæ, aliarumque lingvarum convenientiam cum Hebræa oſtenſurum ſe recepit. Sed id quidem, ſi ſpecimen aliquod exceperis, hucdum lucem non vidit, ſicut nec *Svenonis Jonæ*, LL. Orient. Profeſſoris quondam Upſalienſis, Inveſtigator Antiquitatum, ſeu Collatio Lingvæ Sveticæ cum lingvis Oriental. itemque ejusdem *Colonus Septentrionalis antiquo-novus*, conferens natales Lingvæ Sveticæ cum Orientalibus, unquam prodiit. Horum librorum affectorum notitiam debemus *Io. Scheffero* de Scriptis Svecorum p. 131.

*Sinenſem* ſpeciatimque Mandarinorum Lingvam cum Hebræa conferre nuper data opera cœpit Cl. *Philipp. Maſſonus* in Hiſtor. Crit. Reip. Liter. non uno in loco. Sic Tomo II. p. 96. legitur differt. de commodis ex illa lingva ad interpretationem S. Codicis accedentibus. Huic rei id argumenti loco affert, quod radices nonnullæ Hebr. varias amiſerint ſignificationes, quæ ex Sinenſi illa reſtitui poſſint. Conf. Tom. III. Artic. II. pag. 33. ſqq. ubi convenientiam utriusque lingvæ ex Hebraiſmis L. Sinenſis, ex vocibus Sinicis, quæ pure ſint Hebraicæ, ex radicibus Hebr. quæ in Sinenſi ſint ſuperſtites, ac denique ex vocibus Sinicis, quarum origo in Hebraica quærenda ſit, oſtendit. Tomo IV. p. 29. ſqq. nova opera varias Hebræorum voces ac locos Scripturæ S. ex Sinicis literis illuſtrare aggreditur. Sed paucis ille quidem inſtitutum ſuum approbavit. Inter ceteros Illuſtris *Bignonius* diſſenſum ſuum modeſte teſtatus eſt in epiſtola ſingulari, quæ Tom. V. p. 140. ſqq. occurrit. Adde Cl. *Olaum Rudbeckium* in Specimine Uſus Lingvæ Gothicæ p. 34. ſqq. ubi ſapienter omnino obſervat, quod, cum inter reliqua Hebrææ cum Sinica Lingva convenientiæ argumenta a Cl. *Maſſono* voces Hebrææ ex duabus Sinicis compoſitæ referantur, non putandum ſit ſufficere, oſtendiſſe, literas utrobique eſſe easdem, aut ſeparatarum vocum Sinicarum ſignificationes convenire utrinque voci Hebrææ: ſed quod præterea invictis rationibus probandum ſit, voces illas Chinicas absque Solœciſmi nota jungi poſſe ac ſolere, junctasque eundem plane cum Hebræa voce obtinere ſignificatum. Id quod non obſervatum eſſe a Maſſono in ſequentibus evincit. Interim vereor, ne, quibus ipſe argu-

mentis Maſſonianam hypotheſin infregit, eadem ipſi jure obverti poſſint, in convenientia Gothicæ & Sinicæ Lingvæ oſtendenda p. 62. ſqq. verſanti, ubi hanc in rem verba & voces bene multas ſecundum literarum ſeriem exhibuit, de quibus in Theſauro Harmonico Lingvarum Aſiæ & Europæ pluribus egerit. Ceterum *Adamus Pregelius* in Admirandis Europæ & Sinæ, Francof. 1656. editis, ad monoſyllaba Chinica provocat, quibus Lingva iſta ad Hebraicam proxime accedat. Confer, ſi placet, *Ludov. Thomaſſini* præfationem ad Gloſſarium Univerſale p. 18.

Lingvam *Scytharum*, Celtarum, Gothorum, Getarum, Maſſagetarum, Cimbrorum, Teutonum, Germanorum, i. e. Belgicam veterem, ex Græca & Orientalibus Lingvis omnino derivandam eſſe ſtatuit *Campegius Vitringa* lib. I. Obſervatt. Sacrarum p. 86. qui ibidem p. 87. affirmat, & exemplis quibusdam evincit, lingvam Hebr. per nullam aliam ita commode & emphatice transponi poſſe ac per Belgicam, ſiquidem loquendi modi multum inter ſe conveniant.

*Fennicæ* & Ebrææ Lingvæ convenientiam oſtendit ſingulari disputatione Andr. Caarloöf, præſide Lundio, Aboæ 1697. 8.

*Sorabicam* Lingvam ex Hebræa illuſtrare aggreſſus eſt *Abrah. Frenzelius* lib. I. de Originibus Lingvæ Sorabicæ, qui prodiit Budiſſinæ Luſatorum 1693. 4. Ibi enim recenſet vocabula Sorabica, quæ materialiter & formaliter Ebræa, adeoque immediate hinc profluxiſſe cenſet. Libro II. III. & IV. eas voces enarraturus erat, quæ ex Hebr. vel per varias literarum mutationes, vel intercedentibus aliis lingvis, ortum ducunt. Sed illi quidem cum ceteris, quos itidem promiſerat, non prodierunt. Lege interim Acta Eruditorum Lipſienſ. an. 1693. p. 305. ſqq.

*Wallicam* Lingvam ad Origines Hebraicas reduxiſſe *Daviſium*, teſtis eſt B. *Pfeiferus* in Critica Sacra p. 41. Reſpicit is forte *Jo. Daviſium*, cujus Dictionarium Britannico-Latinum laudat Ant. Wood in Antiquitat. Oxonienſ. p. 166.

Cum certiſſime perſvaſus ſim, laudatam modo Cl. *Olavi Rudbeckii* epiſtolam de Conſiliis ſuis & conatibus Etymologicis paucorum ad manus perveniſſe, operæ pretium facturum me puto, ſi eam, utpote brevem & lectu dignam, totam hic inſeruero:

Illuſtri

Illuſtri Celeberrimoque Viro, Dn. JOH. WALLISIO,
Profeſſori in incluta Oxonienſi Academia Primario & Seniori,
*Olavus Rudbeckius*, Filius, S. P. D. an. 1703.

NOn miraberis, Summe Virorum, quod literis hiſce Te compellatum cernas. Nam & humanitas tua, qua, dum apud Anglos agerem, me complectebaris, & etiamnum complecti, per Cl. Dn. *Schuldt*, qui iteratam tuo nomine ſalutem mihi nuntiavit, declaraſti, hoc, quidquid eſt literarii officii, a me elicuit extorſitque. Præterquam quod tot amœni feliciſſimique ingenii tui, omnigenæque eruditionis tuæ documenta in publicum protuleris, ut videar fortunæ merito iraſci poſſe, quod familiariorem ad Te aditum antea non aperuerit. Quamquam & propriam hic agnoſcam culpam, quod tenuis verecundia ingenii, magnorum virorum conſvetudinem ambire non ſuſtinuerit: & vehementer identidem doleam, quod ſæviens apud nos ſuperiore anno flamma, adverſariorum meorum partem non exiguam infelici meo fato conſumſerit, adeo ut minus nunc expedita mihi videatur apud Te conciliationis via. Attamen cum ipſe, qua es inuſitata humanitate facilitateque, feneſtram propioris acceſſus mihi panderis, & per ante nominatum ingeniique pulcerrimi felicitate, & raræ eruditionis laude, bonis omnibus & Tibi impendio commendandum Dn. *Schult* rogaſti, ſpecimen aliquod Laponis noſtri, in ultimo ſeptentrione Hebraizantis, ad Te transmitti; hanc lætus arripio anſam, & ſimul cum faſciculo quodam Lapo Hebraicarum vocum, mea ſtudia atque inſtituta, memetque ipſum tuo favori inſinuo. Ideo autem paulo liberaliore manu nunc in anteceſſum communico voces, ne quis jure ſuo nobis objicere poſſit, quod olim ſummum virum Joſephum Scaligerum, in ſua ad Clar. Iſaaci Pontani Itinerarium Gallicum epiſtola, obſervaſſe legimus; ſcilicet *de duobus aut tribus* (addere ego auſim triginta vel quadraginta) *verbis hodiernas dialectos ad priſcarum origines referre, non adeo tutum eſt.* Sic enim & omnes fere orbis Europæi lingvas Hebræas faceres, quippe cum nullam illarum eſſe exiſtimem, cujus viginti aut triginta, imo vero centum & plures voces Hebræas non deprehendas. Atqui ad incunabula & affinitatem Hebræi Idiomatis easdem interea revocare velle; næ id cum temeritate & nimia confidentia conjunctum videretur. Ceterum in qua voces maximam partem, e. gr. ex duobus millibus vocum, mille ſeptingentas vel octingentas invenire licet, non ſolum literarum numero

ro & ſitu, ſed & ſignificatione, cum propria tum metaphorica, etiam in derivatis & compoſitis, ſæpe quoque affixis & ſuffixis, prorſus cum Hebræa easdem, ſive nomina propria fuerint virorum, fœminarum, ſive adpellativa, animalium, herbarum, mineralium, &c. annon illa lingva præ ceteris aliqua prærogativa digna cenſenda eſt, jureque & merito Hebrææ ſoror vel conſobrina ſalutanda? Quamvis autem hoc de Laponica noſtra lingva plane affirmare non ſuſtineam, utpote ſterili, nec ultra mille, mihi ſaltem adhuc notis, gaudente verbis radicalibus; id tamen Sveticæ noſtræ ex aſſe convenire certiſſimum eſt, cujus ea eſt copia, & cum Hebræa affinitas, ut quicquid in hac & Laponica deſiderari videbitur, id ipſum hæc noſtra abunde ſuppletura ſit. Et ſicuti ea alias terræ Sveticæ (Svidland) eſt ratio, ut igne fœcundetur, atque ubi ſuperficies ejus, arboribus, fruticibus atque herbis conſita, in favillas & cineres redacta eſt, ſemina ſibi commiſſa largiore longe proventu reddat: ita idem mihi nunc uſu venire deprehendo; quod poſtquam Vulcani furore, haud pauca, quæ in hanc rem ſuperioribus annis congeſſi, deleta ſunt; nunc, cum poſtliminio ad hanc memet compoſuerim operam, alacrior multo & vegetior mihi reſurrexerit & Lapo & Svedus. Quorum poſteriorem ita Hebraice loquentem experieris, ut ſi genuinas vocum radices ſpectaveris, & Chaldaicam & Syriacam Arabicamque hac in parte ab ipſo quodammodo ſuperari deprehendas. Quid quod integritate, ſimplicitate & perfectione, ne ipſi quidem Hebrææ lingvæ, ut equidem arbitror, cedat. Verum enimvero, ſi ex duobus tribusve millibus vocum ducentæ aut trecentæ tam longo temporis, triumque millium (& quod excedit) annorum tractu, immutationem aliquam expertæ aut plane deperditæ fuerint, quis quæſo niſi oppido moroſus, ſororium illud, quo conſtrictæ ſunt, vinculum ſolvendum abrumpendumque arbitrabitur? Ne autem quis putet, me proprio hic abundare velle delectarique ſenſu, rem omnem virorum hujus rei peritorum, me cavillari, aliorumque operam invidia (ut ſeculi mos eſt) inſectari volentium, cenſuræ lubens libenterque ſubjicio, probe memor Apophthegmatis iſtius Salomonis Prov. c. 18. v. 17. צדיק הראשון בריבו ובא רעהו וחקרו item cap. 7. v. 2. כל דרך איש ישר בעיניו. De cetero Rhadamanteo hic judicio uti me velle nemo deprehendet, verum ſicubi ipſe progreſſu temporis aliud meliusque invenero, vel ab aliis amice luculenterque edoctus fuero, protinus ſententiam vel immutare vel rejicere prom-

promptiſſimum experietur. Namque lucubrationibus hiſce etymologicis, quibus per paucos hoſce annos, neſcio quo impulſu, adprime addictum me fateor, non vanam gloriolam, nec lucrum aliquod animo præſumſi (ſcriptis enim in ſeptentrione divitiarum vel nummorum quidquam lucrificare velle, niſi gratioſa munificentia Regis acceſſerit, inepti eſſet atque ſtolidi) ſed poſt divini Numinis, devotiſſima veneratione ſemper laudandi, gloriam, ad id imprimis collineavi, ut firmum aliquod fundamentum, quo inniti, certaquo obruſſa, ad quam exigi voces noſtræ poſſint, haberetur. Quod ſane non niſi multo cum uſu inſignique emolumento conjunctum iri, dies atque tempus docebit. Hac autem qualicunque mea opera ita defungar, ut ne vel minimam quidem in aliorum eruditorum derivationes vel etymologias, ſicubi vitioſas vel cum meis minus congruas deprehenderim, cenſuram exerceam mihive arrogem. Iſtas enim de induſtria vel alto ſilentio præteribo, vel ubi opus fuerit, ſimplici commentatione recenſioneve adtingam. Quapropter & hanc mihi viciſſim ab orbe erudito ſtipulari paciſcique æquitatem liceat, ut innoxio labore nitentem me adverſus malevolorum morſus & dicteria tueatur vindicetque. Ea enim eſſe ſolent Lexicographorum, quique etymologias vocum tradunt, fata, teſte τῷ πάνυ Scaligero, ut multos inimicos hoſteſque ſibi comparent. Quod ſi Tibi, Virorum Summe, non improbari hujus mei inſtituti rationem, animadvertero, næ gratiſſimum laboris fructum percepiſſe me votique damnatum cenſebo. Quin & animum & calcar mihi addes, aliis in rei literariæ commodum elucubrandis, & ſimul linguæ Finnonicæ cum Laponicæ affinitate, quin & Sveticæ, imo & Islandicæ, Norvagicæ, Danicæ, Anglo-Saxonicæ, Germanicæ, Belgicæ, Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Slavonicæ, Græcæ, Latinæ, &c. cum Hebræa lingua (peculiari tamen & ab hoc noſtro præſente diverſo opere, quod Lexici Etymologici Polyglotti nomine inſignitur) convenientia demonſtranda. Tu interim, ſumme virorum, in ſeram annorum ſeriem orbi erudito ſoſpes ac ſuperſtes vive, vale! Dab. Upſal. ad d. 23. Junii 1703.

## *Faſciculus vocum Lapo-Hebraicarum.*

*Avobi* Lap. delectatus, gaviſus fuit, deſideravit. אוה Hebr.

*Avob* Lap. gaudium, voluptas, deſiderium, honos. אוה Hebr.

*Peidi* Lap. perdidit, deſtruxit. פטר Hebr. hinc

 *Peide*

*Peide* Lap. perditio, deſtructio. Peſt Svet. peſtis Lat.
*Zoubi* Lap. ſplenduit, luxit. ציח Arab.
*Affi* vel *Awi* Lap. cinxit, circumdedit. אפף Hebr.
*Affe* vel *Awe* Lap. cingulum, quo derivato ab אפף Hebræi carent.
*Heivi* Lap. noxa, pernicies, damnum. הוה Hebr.
*Niſum* Lap. mulier, uxor a נשים Hebr. pl.
*Kube* ſ. *Kuebe* Lap. longus, eminens, altus. a גאה Hebr.
*Raſſi* Lap. pluit. רסס Hebr.
*Raſi* pl. *Raſſem* Lap. pluvia. רסיסים Hobr.
*Outboi* Lap. miratus, admiratus fuit. תהה Rabb. תהא Chald.
*Outbo* ſeu *Oubo* Lap. ſignum, miraculum. אות Hebr.
*Eke* Lap. etſi, etiamſi. כי Hebr.
*Hadas* Lap. novus. חדש Hebr.
*Haaſie* vel *Hadſcbe* Lap. luna, menſis. חדש Hebr.
*Puore* Lap. clarus, mundus, bonus. בר Hebr. pur Svet. *pur* Gall. purus Lat.
*Puori* Lap. purgavit, ſanavit, reparavit. ברא Hebr.
*Mi* & *Ma* Lap. quis, quid, qualis, quale, quomodo. מה Hebr.
*Aſi* Lap. fecit, perfecit. עשה Hebr.
*Aſie* Lap. res, opus, effectus. מעשה Hebr.
*Harezi* Lap. celer fuit, feſtinavit. חרץ Hebr.
*Hialo* vel *Gialo* Lap. fortis, potens. a חיל Hebr. איש חיל vir roboris.
*Ælo* Lap. non, nihil. אל Hebr.
*Siuki* vel *Juki* Lap. bibit. שקה Hebr.
*Huolgi* ſ. *Wuolgi* Lap. abiit, perrexit. הלך Hebr.
*Aulli* ſ. *Abelli* Lap. egit, operatus eſt. עולל vel פעל Hebr.
*Harami* unde frequentat. *Haramadi* Lap. deſtruxit, vaſtavit, crudeliter tractavit. הרם Hebr.
*Eſeli* Lap. laudavit, æſtimavit. סלה Hebr.
*Ruoki* Lap. & Finn. pavit, comedit. רעה Hebr.
*Zalgi* Lap. inclinavit, declinavit; unde
*Zalge* Lap. inclinatio. צלע Hebr.
*Ragami* Lap. frequentat. a
*Ragi* cumulavit, in acervum congeſſit. רגם Hebr.
*Al* Lap. ſuper, ſupra. על Hebr.

*Thulve*

*Thulue* Lap. aquæductus, rivus. תעלה Hebr.
*Zayetbi* Lap. frequent. divagatus eſt, erravit. a צער Hebr.
*Uala* Lap. ſed, niſi. אלא Hebr. ἀλλὰ Græc.
*Alop* Lap. magna copia, ingens multitudo. אלף Hebr.
*Afo* Lap. adhuc, amplius. אף Hebr.
*Sæk* Lap. Saccus. שק Hebr.
*Saru* Lap. bos, taurus. שור Hebr.
*Alm* Lap. vir juvenis vel adultus. עלם Hebr.
*Almevoth* Lap. juventus, virilitas. עלמות Hebr.
*Renni* Lap. vociferatus eſt, vehementer clamavit, tumultus excitavit, cantavit. רנן & רננא Hebr.
*Pateri* Lap. fugit, effugit, diſperſus fuit. ברר & פזר Hebr.
*Paſchi* ſ. *Paski* Lap. diviſit, percuſſit. פשח Hebr. פסך Chald.
*Kab* Lap. & *Kub* ſicut כה Hebr.
*Iſe* & *Iſeth* Lap. vir, maritus, dominus. איש Hebr.
*Æma* Lap. mulier, uxor, marita. אם Hebr.
*Æmethe* Lap. frequ. domina, an ab אמות Hebr. pl.
*Lauki* Lap. ivit, ambulavit. ילך Hebr.
*Euan* & *iën* Lap. non, nihil. אין Hebr.
*Juoks* Lap. laqueus, arcus, fraus, inſidiæ vel quidquid ad feras capiendas extenditur. יקש Hebr.
*Kole* Lap. Lulenſ. & *Kule* Lap. Torn. vox. קול Hebr.
*Kuli* Lap. audivit, qua radice Hebræi deſtituuntur.
*Ædbame* ſ. *Ædname* Lap. Lulenſ. *Ednam* Lap. Torn. terra, humus. ארמה Hebr.
*Aſſo* Lap. fundamentum. אשיש Hebr.
*Kiria* Lap. liber, biblia. קרא Rabb.
*Suopudi* Lap. feriit, cecidit, percuſſit. ספר Hebr.
*Kapi* Lap. operuit, texit. חפא Chald. Hinc *Kapa* Svec. pallium.
*Marſa* Lap. ſponſa. מארסא Chald. ab ארש Hebr.
*Pakadi* Lap. caſtigavit, punivit. פקד Hebr.
*Nuor* Lap. juvenis, puer. נער Hebr.
*Nuoravoth* Lap. pueritia. נערות Hebr.
*Razi* Lap. fregit. רצע Hebr.
*Palib* Lap. fodit, aravit. פלח Hebr.

*Raudi* Lap. fluxit, defluxit. רדה Hebr.
*Raudne* Lapon. fluvius, רדיאן Chald. & Syr. fluenta. Num hinc Rhodanus, Rhenus? &c.
*Paltbi* Lap. tremuit, territus fuit. פלץ Hebr.
*Paloth* & *Paltevoth* Lap. terror. פלצות Hebr.
*Sara* Lap. princeps, dux, dominus. שר Hebr. hinc *Ser* Angl. *Sire* Gall. *Zar* Ruſſ. &c.
*Auzi* Lap. roboravit. אשש Hebr.
*Autzi* Lap. robuſtus, potens fuit. התאושש Hebr.
*Epe* Lapon. non, ne, nihil. אפע Hebr. quo vocabulo non parum illuſtratur atque confirmatur locus Eſai cap. 41. v. 24. *Et opus veſtrum* מאפע h. e. *ex nibilo*, *min epe* Lap. vel contracte *m' epe*, h. e. ex nihilo, quem locum LXX. *ἐκ γῆς*, *ex terra*. Hieronymus autem מאפס legit.
*Epekulo* Lap. inobedientia.
*Epekulos* Lap. inobediens, ſive alterius voci non auſcultans.
*Sjokki* vel *Jocki* Lap. diviſit, partitus eſt. שקק Arab.
*Kili* Lap. comedit. אכל Hebr.
*Kaliti* Lap. frequent. ſaturavit, cibo ſatiavit. האכיל Hebr.
*Koy* Lap. clamavit, mugivit. געה Hebr. & געא Chald.
*Kaja* Svec. graculus, ſive ſcurra Ariſtoteli.
*Hatbi* vel *Adbi* Lap. dormivit. חזה Hebr. unde.
*Adbe* vel *Hatbe* Lap. lectus cubile.
*Hazi* vel *Atzi* Lap. accendit, arſit, aduſſit. אזה Chald.
*Hatza* vel *Atzah* Lap. fulgur. חזיז Hebr. & Chald. אצא Arab. illuminavit, illuſtravit.
*Hiſched* vel *Histhe* Lap. benignus, benevolus. חסד Hebr.
*Sialki* ſ. *Skialki* Lap. emiſit, extendit. שלח Hebr.
*Sialha* ſ. *Schialka*, lacus in Lap. Lul. שלח Hebr. nom. propr. fluvii vel lacus prope Jeruſalem a
*Schalbi* ſ. *Schalbui* Lap. fluxit, profluxit. שלח Hebr.
*Galmai* ſ. *Kalmai* Lap. abſcondit, occultavit, ſepelivit. עלם Hebr.
*Kalli* Lap. abſolvit, perfecit. כלל Hebr.
*Kalle* Lap. abſolutum, ſatis. כליל Hebr.
*Thoumitz* Lap. didymus. תאמים Hebr. unde תאומא nom. pr. Thomas.
*Uali* Lap. juravit, male imprecatus eſt. אלה Hebr.

*Uala*

*Ilale* juramentum, maledictio, imprecatio. אלה Hebr.
*Pikde* & *Paikte* Lap. veſtis, veſtimentum. בגד Hebr. *Paigta* Svet.
*Maide* Lap. Lul. *Maite*, Torn. quid? מדוע Hebr.
*Mude* Lap. veſtis, (unde *lapmud* Svet. induſium ex pellibus rangiferinis). מד Hebr.
*Lulue* Lap. Lulenſ. niſi. לולא Hebr.
*Thuoki* Lap. preſſit, fixit, pulſavit, inflavit. תקע Hebr.
*Thuoka Harpotun* Lap. pulſa lyram tuam.
*Giedi* vel *Thieti* Lap. ſcivit, novit. ידע Hebr.
*So* & *Son* pl. *Sii* Lap. ille, illi. זה Hebr.
*Ize* vel *Hize* Lap. ipſe. הוה Chald. a זה Hebr.
*Ztorri* vel *Thorri* Lap. anxit, afflixit, circumvallavit, hoſtiliter ſe geſſit. צרר Hebr.
*Thorro* Lap. prælium, conflictus, angor, quo derivato, a צרר Hebræi deſtituuntur.
*Puozeh* vel *Puoze* Lap. pedibus contractus, Svetice Krympling. פסח Hebr. & hunc ſenſum videtur פסח habere 2 Sam. 9, v, 13. פסח שתי רגליו claudicabat duobus pedibus ſuis.
an forte? contractus erat duobus pedibus ſuis.
*Sieki* Lap. delevit, abraſit. סחה Hebr.
*Naſi* Lap. fugit, aufugit, in tutum ſe recepit. נוס Hebr.
*Naſo* Lap. refugium, aſylum. מנוס Hebr.
*Salabi* Lap. ſpoliavit, prædatus eſt. שלה & שלל Hebr.
*Salaba* Lap. præda, ſpolium. שולל & שלל Hebr.
*Pudi* & *Puthi* Lap. exemit, redemit. פדה Hebr.
*Nau* & *Na* Lap. nunc, age, quæſo. נא Hebr. *nu* Svec.
*Jed* vel *Kied* Lap. manus. יד Hebr.
*Kiætzi* vel *Kiæzi* Lap. vidit, contemplatus eſt. חזה Hebr.
*Kietzi* Lap. ſprevit, contempſit. חזי Arab.
*Paluk* Lap. baculus. פלך Hebr.
*Pothi* vel *Puothi* Lap. diſperſit. פוץ Hebr.
*Puothe* Lap. diſperſus. פוץ Hebr.
*Nuogi* Lap. quievit, requievit, dormivit. נוח Hebr.
*Niego* Lap. quies, requies, ſomnus, inſomnium. נוה Hebr.
*Rakie* Lap. extenſio, capedo. רקיע Hebr.
*Paski* Lap. ſcidit, incidit, pupugit, percuſſit. פסק Hebr.

*Fako* Lap. verbum, ſcientia, intelligentia, ſermo, an. פקה & פקי Syr.
*Sobet* Lap. & *Sobe*, virga, baculus. שבט Hebr.
*Rathki* vel *Rahki* Lap. abiit, divagatus, remotus fuit. רחק Hebr.
*Siegi* Lap. depreſſus, demiſſus, immerſus fuit. שקע Hebr.
*Sielki* Lap. albuit, canduit. השליג Hebr.
*Sielke* Lap. albus, candidus, pellucidus.
*Paini* Lap. vertit. פנה Hebr.
*Stago* Lap. jugum. זוג Chald. ζυγὸς Gr.
*Tevi* ſ. *Teſi* Lap. Lul. *Tiewoi*, Torn. impletus, repletus fuit. טבע Hebr.
*Tevo aikne* Lap. fluvius repletus, exundans. Sic טובענא Chald. diluvium.
*Posgi* vel *Poski* Lap. transgreſſus eſt, rebellis vel inobediens fuit. פשע Hebr. hinc *Peché* Gall.
*Posgeti* Lap. freqv. crebro tumultuatus eſt vel rebellavit.
*Maradi* Lap. rebellis, ſeditioſus fuit. מרד Hebr.
*Maradvot* & *Maravot* Lap. rebellio, tumultus. מרדות Hebr.
*Hæg* Lap. ſinus, gremium, uterus, abdomen. חיק Hebr.
*Pelki* Lap. lis, diviſio. פלג Hebr.
*Ruoſo* Lap. tonitru, fragor, tremor. רעש Hebr.
*Pethi* Lap. perſvaſit, allexit, illuſit. פתה Hebr.
*Soiki* Lap. ſedit, accubuit. שכב Hebr.
*Sadke* pl. *Sadki* Lap. jus, juſtitia, ſtatutum. צדק Hebr. fœm. צדקה.
*Sagi* Lap. crevit, multiplicatus, auctus fuit. שגא & שגה Hebr.
*Sagib* Lap. multiplicavit, auxit. שגיא & השגה Hebr.
*Raki* vel *Rakki* Lap. dilexit, amavit. רגג Chald. & Syr.
*Rake* ſ. *Rakke* Lap. amatus, deſiderabilis, charus. מרגג Chald.
*Pothi* Lap. venit, ivit, introivit. בא Hebr. unde באתי veni, Hebr. hinc
*Pothamod* Lap. cito, crebro venire, &
*Pothema* Lap. adventus, acceſſus, itio, acceleratio; num hinc ſit Græcorum ποταμὸς fluvius, vix dicere audeo?
*Muoſſi* Lap. (unde freqventat. *Muoſſati*) exploravit, guſtavit; an a משש Hebr.
*Min* Lap. cum, ex, in. מין Hebr.
*Sudi* Lap. ferbuit, coxit. זוד Hebr. *Sôd* Svet.
*Sudi* Lap. peccavit. זיד Hebr. *Synda* Svet. a *Suda* Svet. polluere, inquinare.
*Sudon* Lap. peccatum. זדון Hebr. *Synd* Svet.
*Laiti* Lap. maledixit. לוט Chald. Syr.

*Hniz*

*Hniz* Lap. culter & quidquid acutum. חנית Hebr.
*Kieſi* Lap. operuit, texit, involvit. כסה Hebr.
*Pali* Lap. ſeparavit, ſepoſuit. פלא Hebr. unde
*Pale* Lap. latus ſeparatum, & hinc forte
*Pol* Svec. *Polus* Lat. ut *polus ſeptentrionalis, polus auſtralis*, ceu latera maxime ſeparata.
*Uazi* Lap. egreſſus eſt, exivit. יצא Hebr.
*Thivoi* Lap. ædificavit, reparavit, adornavit, אטבע Arab. unde תבה Hebr. תבורה Chald. *Topt* Isl. arca.
*Uargi & Rugui* Lap. feſtinavit, acceleravit. רגע Hebr.
*Siurbo* ſ. *Sciurbo* Lap. hordeum, granum. שערה Hebr.
*Jarodi* Lap. decidit, defluxit, corruit. ירד Hebr.
*Jaur* Lap. lacus. יאר Hebr.
*Safotbi* Lap. quievit, ceſſavit. שבת Hebr.
*Safotb* Lapon. quies, ceſſatio, taciturnitas. שבת Hebr.
*Kazi* Lap. evigilavit. קיץ Hebr.
*Kieze* Lap. æſtas. קיץ Hebr.
*Kez* Lap. finis. קץ Hebr.
*Sekaja* vel *Skaja* Lap. cancellum. שבכה Hebr.
*Ali* Lap. aſcendit, in altum elevatus fuit. עלה Hebr.
*Alab* Lap. altus, eminens, excelſus. על & עליון Hebr.
*Juk* & *Ke* Lap. qui כי Hebr.
*Fauro* Lap. decor, ornatus, pulchritudo. פאר Hebr. unde *Fair* Angl. & *Faer* ſive *Fager* Svet. pulcher.
*Kuoim* & *Kueim* Lap. עם Hebr. cum, Lat.
*Katzi* Lap. invidit, faſtidivit, abominatus vel deteſtatus fuit. קוץ Hebr.
*Katze* Lap. invidioſus, deteſtans.
*Katze* Lap. ira efferbuit, iratus vel indignatus fuit. קצף Hebr.
*Katz* Lap. ira, indignatio. קצף Hebr.
*Gaski* Lap. roſit, corroſit, item corroſus fuit. עשש & עש unde
*Gaska* corroſus, עששה Hebr.
*Ruodki* Lap. in rimas ſciſſus fuit, unde
*Puodke* Lap. fiſſura, rima. ברק Hebr.
*Purki* vel *Purgi* Lapon. inviſit, male optavit, maledixit. ברך Hebr. per antiphr.
*Aboſti* Lap. ſuperfluxit. פשט Hebr. *Föſte* Svet.

*Hoki*

*Hoki* Lapon. percuſſit. הכה Hebr. *Hög* Svet.
*Hadi* & *Hewedi* Lap. honoravit, adoravit. הור Hebr.
*Had* Lap. dignus, æſtimatus. הור Hebr.
*Job* vel *Hio* Lap. fuit. היה Hebr.
*Labi* ſ. *Laki* Lap. laſſus, ſegnis fuit. לחח Hebr.
*Laibe* Lapon. ſegnis, laſſus. לדי Hebr.
*Made* Lap. multus, copioſus. מאד Hebr.
*Madi* Lap. ſæpe, freqventer, copioſe. מאד Hebr.

Nihil prohibet, quo minus eodem modo Cl. *Bernhardi de Montfaucon diſſertationem de veteri literarum & vocalium Hebraicarum pronunciatione*, cujus ſupra fecimus mentionem, pace Viri doctiſſimi, huc transferamus, ut plurium uſui inſervire poſſit. Exſtat illa Tomo II. Hexaplorum Origenis, opere in oris noſtris non frequenter obvio p. 394. ſqq.

## *Diſſertatio R. P. Bernhardi de Montfaucon de veteri literarum & vocalium Hebraicarum pronunciatione.*

OPeræ pretium erit, binis Lexicis (*quæ ſcilicet ibi ſequuntur*) præmittere, quæ de vario Hebraica legendi more obſervata nobis ſunt. Certum quippe eſt magnum intercesſiſſe veteres inter & recentiores in lectione diſcrimen. Imo etiam inter veteres eadem lectionis varietas obſervabatur. Ait enim Hieronymus: *Nec refert, utrum Salem an Salim nominetur, cum vocalibus in medio literis perraro utantur Hebræi, & pro voluntate Lectorum ac varietate regionum eadem verba diverſis ſonis atque accentibus proferantur.* Nihil mirum itaque eſt, ſi Maſorethica lectio cum vetuſtiore illa non prorſus conveniat, ſiquidem Maſorethæ eam annotaverunt, quæ ætate ſua & eo loco, ubi verſabantur, uſui erat: quæque ab antiquiore illa, & ab ea, quæ variis in regionibus uſurpabatur, multum differebat. Quia etiam hodie lectione per Maſorethas ad certas vocales determinata, inter Rabbinos plerumque non ſatis convenit, quo pacto ſit legendum. Inde eſt, quod veteres illi non ſecum ſemper conſentiant in lectionibus, ſed alius alio modo idem verbum proferat, quod exemplis ſequentibus confirmatur. Initium porro ducimus ab Alphabeto Græco, quod, cum literarum nominibus, Græcis literis deſcriptum habetur apud Euſebium de Præparat. Evang. lib. 10. & in codice

codice RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici M. in Threnis Jeremiæ; nec non in Alphabeto Codicis Murbacenſis mille circiter annorum a nobis edito Palæographiæ Græcæ p. 221.

אלף *Aleph.* Euſebius legit ἀλφ. Cod. Jeſuit. ἄλφα, Alphabetum Murbacenſe ALEPH. Ait vero Hieronymus in Quæſtionibus in Geneſin, hanc literam ſæpe per *e* legi, ſæpius vero per *a*. Aliquando per *o* lecta deprehenditur, ut 3 Regg. I. 5. ארניה LXX. Ὀρνίας.

בית *Beth.* Euſebius & Cod. Jeſ. βῆθ, Alph, Murbac. BETH. Omnino reſpondet β Græco, atque hodie, ut β Græcum, ſæpe legitur per V conſonantem, quando ſcilicet non eſt dageſſatum.

גימל *Ghimel.* Euſebius γίμελ legit, Codex Jeſuit. γιμλ, Alphab. Murbac. GEMEL. Exprimitur ſemper per γ Græcum.

דלת *Daleth.* Euſebius & Cod. Jeſ. δέλθ legunt, ſuppreſſa poſtrema vocali; Alphab. Murbac. DELETH. Legitur per δ ubique.

הא *He.* Euſeb. & Cod. Jeſ. una litera η exprimunt; poſtremus vero cum ſpiritu denſo ἡ. Alphab. Murbac. HE. Hæc porro litera ſæpius per *e* exprimebatur, ſæpe etiam per *a* teſte Hieron. Qvv. in Geneſ. Canticorum autem VII. v. 6. ברהטים legit quidam vetus Interpres Βεραθείμ.

וו *Vau.* Euſeb. & Cod. Jeſ. ὀυᾶυ, Alph. Murbac. VAU. Hæc litera nunquam conſonantis vice fungitur in fragmentis per Græcos deſcriptis, nec fungi poſſe videtur, quandoquidem initio vocum exprimitur per ὐ, ὐαεεὶ, ויחי *& vixit*, ὐεσσαχὴ, וישקהו *& oſculatus eſt.* In medio autem & fine vocum modo per ου, modo & quidem frequentius per ω redditur, qua de re infra.

זין *Zain.* Euſeb. & Cod. Jeſ. ζαι legunt omiſſa poſtrema nominis litera. Itemque Zai legitur in Alphab. Murbac. quod edidimus Palæograph. Græcæ p. 221. Ex MSS. vero noſtris unus IX. Sæculi num. 3. habet Zai; Alter XI. circiter ſæculi num. 12. item Zaï; Tertius XII. circiter ſæculi n. 5. Zay. Sed alius IX. circiter ſæculi num. 2. & alius XII. ſæculi n. 17. Zain habet. Codex item Coiſlin. Græcus n. 191. habet Zaï. In alios quotidie incido Codices, qui Zai habent. Quare vix dubitaverim, quin olim ab omnibus Zai, non Zain lectum fuerit; ז omnes per ζ reddunt.

חית *Hheth.* Euſeb. & Cod. Jeſ. legunt ἦθ cum aſpirata ſcilicet, etſi in poſtremo non legatur ſpiritus; Alph. Murbac. HETH. Hanc literam

ram LXX. legebant per $\chi$ *Chi*, ut notat Hieron. Quæſt. in Geneſ. ut חם χὰμ, Cham. Et in Jeremiam cap. 19. v. 2. de voce חרסית hæc habet: *Et pro porta fictili, Aquila, Symmachus & Theodotio ipſum verbum Hebraicum poſuerunt* HARSITH, *pro quo LXX. juxta morem ſuum pro aſpiratione* HETH *litera addiderunt* CHI *Græcum, ut dicerent* charſith *pro* arſith, *ſicut illud eſt pro* Hebron, Chebron, *& pro* Jeriho, Jericho, *& ſimilia*. Alii, maxime vero Aquila pro aſpirata habent; ac, ut veriſimile eſt, initio dictionum per ſpiritum denſum indicabant, licet jam ſpirituum hujuſmodi commutationes multæ, maxime in nominibus propriis, deprehendantur; quia enim olim Origenis tempore, & aliquot poſt Origenem ſæculis, exemplaria omnia ſine ſpiritibus & accentibus deſcribebantur, quando hæc annotari cœperunt, Calligraphi eos ſpiritus in nominibus propriis poſuerunt, qui primum in mentem veniebant. Hac autem in re Codices ſecuti ſumus, male poſitos lenes ſpiritus emendare non auſi. In medio dictionum literam ח non niſi per vocalem exprimebant: unicum tamen reperitur exemplum, ubi Symmachus vocem אחים ὠχεὶμ legit, nempe Iſai. 13. v. 21. Initio vocum, ut dixi, vocalem, qua literam ח exprimebant, aſpirare ſolebant; ea porro vocalis erat aliquando ε. Sic Geneſ. II. 14. ἐδδεκὲλ חדקל Tigris Joſuæ XV. 30. חרמה ἑρμὰ, *Herma* & ſimilia: ſæpius autem α, ut 4 Regg. I. 2. Aquila, Ἀαζία, אחזיה, qui dicitur *Ochozias* ab Hieronymo, & LXX. & Pſ. IX. 7. ἀρβὼθ, חרבות, & Pſalm. CIII. 17. ἀσιδὰ, חסידה, & Jerem. XIX. 2. A. S. Th. ἀρσὶθ, חרסית ut ſupra. In medio, ſive poſt primam literam vocis frequentius ε vel η. Geneſ. V. 5. οὐαεεὶ, ויחי, *& vixit*. 3 Regg. I. 9. A. S. Ζωελὲθ, זחלת. Pſalm. VII. 15. ἰεβὰλ, יחבל. Iſai. XV. 5. A. Λαηὶθ, לוחית, nomen proprium. Aliquando etiam α, ut 4 Regg. 1. In fine autem vocum ε aut η fere exprimitur, niſi ſequatur ה paragogicum. Sic Geneſ. III. 8. λαρουὴ, לרוח *ad ſpiritum*, vel *ad auram*. Pſ. VIII. 1. λαμαναςσὰ, למנצח, *victori*. Pſ. XLVIII. 1. Κορὲ, קרח. Deuter. 16. v. 1. A. Φεςὲ, פסח, Phaſe vel Paſcha. Malach. XI. 13. μασβηὴ, מזבח, *altare*, & ibidem לקוחת, λακὲθ. Aliquando etiam præponitur α ante ε, ut 4 Regg. XI. 6. A. μεσαὲ, מסח.

טית *Teth*. Euſeb. & Cod. Jeſ. τὴθ cum aſpirata θ in fine. Alph. Murbac. TETH, licet non aſpiretur initio vocis, ſed τ legatur apud veteres, ut in his exemplis cernimus. Unde fortaſſis ſuſpicio oriatur, poſtremam literam, quæ in allatis omnibus exemplis aſpiratur, olim fuiſſe

fuiſſe ח aſpiratum, lectumque fuiſſe טית pro טיט hodierno. Nam ט non aſpirabant. Sic Pſalm. CIX. 4. ταλ, טל, *ros*. Pſalm. VIII. 6. ματ, מעט, *parum*. Deuter. II, 3. A. σετϊμ, שטים; & Iſaiæ XXVI. 4. βατὸυ, βαϑοῦ, בטוח, בטחו.

יוד *Jod*. Euſeb. legit ιῶϑ, & MS. Jeſ. ιώϑ. In Alphab. autem Murbacenſi legitur JOTH. Codex item Coiſlin. Græcus numero 191. habet ιώϑ. Qui multorum in poſtrema litera conſenſus ſubindicat olim lectum fuiſſe יות, quod confirmare videtur ιῶτα Græcum, haud dubie ex Hebraico derivatum. Quotidie incido in Codices, qui ιώϑ habent, unde aſſeritur id, quod ſupra diximus. Utut vero ſit י mobile redditur per ι ab omnibus. De quieſcenti infra.

כף *Chaph* vel *Kaph*, ut Grammatici hodierni, & Alphab. Murbacenſe. Euſeb. & MSS. Jeſ. χάφ. Ab interpretibus aſpiratur ſemper, ut innumeris exemplis ex hac collectione deſumtis probari poteſt; quod ſi bis terve contrarium occurrat, id poteſt Librariorum oſcitantiæ adſcribi.

למד *Lamed*. Euſeb. & MS. Jeſ. λάβδ, *Labd*. Crederem Librarii errore λάβδ pro λάμδ ſcriptum fuiſſe, quia a IX. vel X. ſæculo β & μ in codicibus affinem ſæpe formam habent; ut difficile quandoque ſit, aliam ab alia litera diſtingvere, maxime quando ſenſus non juvat, ut hic contingit; ſed cum Codex Jeſ. VIII. circiter ſæculo exaratus, unciali charactere ſcriptus ſit, alia quærenda hujus nodi ſolutio: fortaſſis ad euphoniam & faciliorem pronunciationem pro λαμδ, λαβδ ſcriptum fuit. Alphab. Murbac. LAMED.

מם *Mem*. Euſeb. & Cod. Jeſ. Μῆμ legunt; Alphab. Murbac. MEM. Omnes vero מ per M exprimunt, præterquam in fine vocum, ubi N pro M frequentiſſime ponunt Græci, quia nempe a terminatione in μ abhorret Græca Lingva.

נון *Nun*. Euſeb. & Cod. Jeſuit. νῦν. Per N omnes. Alphab. Murbac. NUN.

סמך *Samech*. Euſeb. & Cod. Jeſ. σάμχ. Alph. Murbac. SAMETH. Omnes vero legunt per Σ.

עין *Ain*. Euſeb. & Cod. Jeſ. ἄιν. Alphab. Murbac. AIN. LXX. Intt. non raro per Γ exprimunt. A. γαυὲ, עוה. Alibi & literam & motionem frequentius per ε, nonnunquam per α reddunt. Sic Geneſ. II. 8. עדן, ἐδὲν. Geneſ. XXVIII. 19. ἐρ, עיר. Joſ. VII. 2. 4. ἐμὲκ, עמק. 1 Regg. XVII. 18.

XVII. 18. A. ἐρεβὰ, ערבת. 3 Regg. IV. 12. מעבר, LXX. μαιβὲρ. 4 Regg. I. 2. עקרון, ἐκρών. Pſalm. XLVI. v. ult. עם, ἐμ', *cum*; ſed quando עם ſignificat *populus*, legitur עם. Pſ. XC. 9. Ελιων, עליון. Iſai. LXIV. 5. Theodotio ἐδδὶμ pro עדים. Et ſic alibi. Per α autem, Gen. III. 5. ἀρὼν, ערום, *nudus*. Joſ. VII. 24. ἀχὼρ, עכור. Pſalm. VIII. 1. על, ἀλ. Pſalm. LXXIV. 4. ἀμουδὰ, עמודיה. Pſalm. LXXV. ἀνιὴ, ענוי. Pſ. XLVIII. 6. עון, αὼν. Ibid. v. 12. ἀλὴ, עלי. Iſai. XV. 1. Theodotio ἀρ, ער. In Appendice Deuter. II. 23. A. ἀζὰ, עזה. In medio autem vocum ſive poſt primam literam modo per ε, modo per α, & quidem freqventius, exprimitur; per ε Malach. I. 13. תעשו, θεσὺ. Oleæ XI. 1. νὲρ, נער; per α Pſ. VIII. 6. μὰτ, מעט. Pſalm. IX. 7. βααλιὴλ, בעליל. 4 Regg. I. 2. βὰλ, בעל. Iſai. XXVI. 2. σααρεὶμ, שערים. In fine autem vocum per ε fere ſemper legunt, niſi ſequatur ה Paragogicum ſive Heemanticum: nam tunc per α legitur 1 Paralip. VII. 26. ἰησυὲ, יהושע, 4 Regg. XI. 4. יהוידע, ſ. LXX. Ιωδαὲ, 4 Regg. XIII. 34. A. ἀνὲ, הנע; aliquando tamen per α, Deut. I. 38. O. Ιησυὰ, יהושע; & Joſuæ XV. 26. σαμαὰ, שמע. Certum autem eſt, gutturalem aliquam pronunciationem habuiſſe ע apud Hebræos. Spiritu leni afficitur utplurimum, quando initio vocis jacet in fragmentis veterum Intt. quæ ſuperſunt, quibus tamen non plena fides habenda, ut diximus ad literam ח. Hieronymus ſine aſpirata ſæpius: aliquando tamen cum aſpirata legit. LXX. quandoque cum γ, ut γαί. Aliquando cum χ, ut Amos I. 3. ערן Eden, ubi LXX. legunt ערן, & vertunt χαῤῥάν. Ubi Hieronymus: *In eo quippe loco, ubi nos diximus*, &c. Vide in nota ibidem.

פ *Pe*. Euſeb. & MS. Jeſ. φῆ. Alphab. Murbac. FE. Veteres omnes Intt. פ per φ ſemper efferunt. Atque Hieronymus comment. in Iſaiam Tom. III. *P literam ſermo Hebraicus non habet; ſed pro ea* PHI *Græco utitur*. Et commentar. in Danielem cap. XI. v. 35. dicit, in ſola voce אפדנו legi APEDNO; in aliis per φ ſemper.

צ *Tſade*. Euſeb. & MS. Jeſ. σαδὴ. Alphab. Murbac. SADE. Omnes Intt. per σ legunt.

קוף *Quoph*. Euſebius & MS. Jeſ. Κώφ. Murbac. Alphab. KOPH. Veteres per κ exprimunt. Si ſecus aliquando reddi obſervetur, videlicet per χ, puto id Librariorum oſcitantia accidiſſe.

ריש *Reſch*. Euſeb. & MS. Jeſ. Ρῆς. Alphab. Murbac. RES.

שין *Schin.* Euſeb. & MS. Jeſ. *σιν.* Alph. Murbac. item SEN. Veteres ſemper σ legunt, ſive dextro ſive ſiniſtro puncto ſit notandum.

תו *Tau.* Alphab. Murbac. habet etiam TAU; ſed Euſeb. & MS. Jeſ. θαῦ, Thau. Veteres ſemper θ reddunt, non T.

## De Vocalibus Hebræorum.

Quod ad Vocales autem Hebræorum attinet, inter doctos diſputatum eſt, num literæ אהויע vocalium olim officio fungerentur, ut credidiſſe videtur Hieronymus; an conſonantis vicem haberent, ut docent pleri que hodierni Viri. Sane, ſi hæ literæ vocalium uſum habuerint, neceſſe prorſus fuerit, alias penes Hebræos fuiſſe vocales, quæ licet non notarentur in libris, ex conſvetudine tamen uſurparentur. Cum enim nulla vox, nullum verbum poſſit ſine vocali pronunciari, & innumeræ apud Hebræos voces nullam ex literis אהויע præferant; certum eſt, eos præter has literas alias habuiſſe vocales, quæ quidem non ſcribebantur, ſed ex conſvetudine adhibebantur, etſi magna eſſet in legendo varietas. Literæ autem אהויע, præſertim quæ adſpirantur אהע non determinatam vocalem, ſed modo hanc, modo aliam in uſu legendi & loquendi obtinebant; ita ut & aſpiratio & vocalis una ſonarent: quod nemo negaverit. Utrum autem illa aſpiratio conſonans dici debeat, videtur eſſe mera nominis quæſtio. De י & ו non eſt, ut quidem puto, par ratio: nam verſimile eſt, eas, utplurimum ſaltem, vocalium officio functas eſſe; ſed iis, qui ſecus exiſtimabunt rem, perquam exigui momenti, pluribus indagandam mitto. Jam ad vocales illas veterum cum hodiernis Hebraizantium motionibus comparandas veniamus. Vocalem A exprimunt poſt Maſorethas hodierni Grammatici per cametz ָ, per patach ַ & per ſcheva patach ֲ; E vero per tſere ֵ per ſegol ֶ & per ſcheva ſegol ֱ; E autem tenuiſſimum per ſcheva ְ. I per hhiriq magnum ſic ִי vel parvum ſeu punctum ſub litera, quam adficit poſitum ſic בִ, *bi;* O per וֹ hholem plenum, vel per hholem deficiens, ſeu punctum in ſuperno latere ſequentis literæ ſcriptum ſic דֹם *dom:* item per cametz hhatouph ſic ָ, vel per hhateph cametz ֳ; V autem grave per ſchourec וּ, V tenue per kibbuz ֻ. De gravitate ſive tenuitate ſingularum vocalium non loquar, quia nihil hujusmodi obſervatur in lectione veterum.

 Magna

Magna porro legendi varietas inter veteres illos Intt. & Maſſoretas deprehenditur ; ita, ut ubi illi legunt *a*, hi legant *e*, & viciſſim, ut 1 Regg. XVII. 18. ערבת, Aquila, *ἐρυβὰ*; Maſſoretæ vero *arubath* cum patach ſegol in prima & kibbuz in ſecunda, ac ſæpiſſime, ubi ע & ח notantur vocali *a*; illi *e* legunt. Pſalm. XLVII. 3. ubi Maſſoretæ illud ירכתי *Jarchete* legunt. In vetuſtis Codd. legitur *ἰερχθὴ*, & eodem Pſ. v. 7. דמינו Maſſoretæ *damminou*, illi *δεμμηνὰ* habent : & Pſalm. CIX. 4. ילדתך Maſſoretæ *Jaldathheca*, illi *ιελεδεθέχ*. Malach. II. 13. כסות Maſſor. *Caſſoth*, illi *χεσσὼθ*. Longe vero ſæpius illi E Maſſoreticum per A legunt, ut Levit. XVIII. 13. תבל Maſſor. cum duplici ſegol, *Thebel*; Theodotio *θάβελ*. Judicum III. ſæpe אהוד, Maſſoretæ cum tſere ſub prima *Ehud*; LXX. *Αὼδ*; Alii *Ααῶδ*. 1 Regg. XVII. 1. אפס, Maſſor. *Ephes*, illi *ἀφὲς*. 4 Regg. XVIII. 34. הנע, Maſſor. *Henah*, Aquila *Ανὲ*. 4 Regg. XXV. 17. כתרת, Maſſoretæ *Chotereth*, Symm. & Theodotio *χωθαρὲθ*. Job. XLII. קרן, Maſſor. *Keren*, Aquila & Symmach. *κάρν*. Pſalm. VII. 15. יחבל Maſſor. *iehabbel*; veteres illi *ιεβάλ*.

Hic vero notandum eſt, in affixis ſecundæ perſonæ ſingularis maſculini generis ך ſuppoſito cametz *ca*, veteres Intt. A ante C legere, nimirum *ac*. Sic Pſalm. XLIV. 8. אלהיך, ubi Maſſoretæ *Eloëca* legunt, illi *ἐλωάχ*. Pſalm. XLVII. 10. היכלך, Maſſor. *Hecalecha*; illi *ἠχαλάχ*. Pſalm. CIX. לך, Maſſor. *Lecha*; illi *λὰκ*, melius *λὰχ*. Iſai. XLII. 3. בך, Maſſor. *Becha*, illi *βάχ*. Quando autem præcedens vocalis eſt *ι*, per *ε* terminant, ut ſupra *ιελεδεθέχ*.

Aliquando etiam, ſed raro *ο* vel *ω*, pro *α* legunt veteres illi ac viciſſim. Sic Geneſ. XXXVI. 24. in nota מקור, Maſſoretæ *mukor*, vetus lectio *μωχὼρ*, niſi ſit mendum pro *μαχὼρ*: & Joſ. VII. 24. עכור, Maſſoretæ *Achor*; Aliqui legerunt *Αχὰρ* non obſtante ו, alii *Αχὼρ*. 1 Regg. XVII. 1. דמים, Maſſoretæ *Dammim*, illi *δομμὶν*: & Pſal. XLVIII. 2. חלד, Maſſoretæ *baled*; illi *ὀλδ*.

De ſcheva quædam obſervanda nobis ſunt. Maſſoretico quidem more aliquando legitur, aliquando ſilet. Legitur ſemper initio vocis ſub litera dageſſata, in medio vocis poſt aliud ſcheva, & poſt motionem magnam. Alibi quieſcere ſolet, *e* autem ſonat, cum legitur. Hiſce porro legibus non ſtabant veteres Interpretes : nam ſceva ſæpe non legebant initio vocis, ut Geneſ. I. 1. בראשית, Maſſorethæ *bereſchith*, illi *βρησὶθ*.

βρησίθ. Geneſ. II. 8. בערן, Maſſor. *bebeden*, illi βεδέν. Levit. XIV. 36. שאת, Maſſor. *ſeeth*; Theodotio σήθ. Pſalm. XI. 9. כרם, Maſſor. *cheram*, illi χεράμ. Pſalm. CXVII. 25. בשם, Maſſor. *beſchem*, illi βσήμ.

Freqventer etiam pro hodierno ſceva initiali eandem vocalem adhibent, quæ in ſeqventi ſyllaba habetur, Gen. XIV. 5. רפאים, Maſſoretæ *Rephaim*, Aquila ῥαφαείμ. Levit. XIX. 27. פעת Maſſoretæ *Pheath*, illi φαάθ. Pſ. XLV. 8. צבאות Maſſoretæ *tſebaoth*, veteres illi σαβαώθ ſæpe. Pſalm. XLVI. 5. פלגיו Maſſor. *pelagav*, illi φαλαγαῦ. Pſ. XLVIII. 5. למשל Maſſor. *lemaſchel*, illi λαμασάλ. Horum exempla frequentia reperire eſt in LXX. Intt. ut *Schelomo*, Σολομὼν, & alia. Eſt etiam, ubi ſequente ע ſcheva illud initiale per α exprimunt, ut Pſalm. XLIII. 15. מנוד, μανὼδ.

De י ἰῶθ, & de vocali I hæc obſervanda ſunt: י ſemper exprimunt veteres per ι, vel indiſcriminatim per ει, niſi mendo Librariorum ει poſitum fuerit pro ι, quod frequentiſſime in MSS. Græcis pene omnibus obſervatur. Gen. I. 1. בראשית, βρησίθ. Geneſ. XIV. 5. רפאים Aquila ῥαφαείμ. Gen. XXVIII. 19. העיר, αἰίρ. Levit. I. 1. ויקרא, οὐικρά. Geneſ. XXXVI. 24. in nota הימים, ἀμμαίμ. 1 Regg. IV. 18. ארבעים, ἀρβαείμ. 1 Regg. XVII. 1. דמים, δομμίν. 2 Regg. XIV. 26. מאתים, μαθαείμ. 3 Regg. VI. 1. בשמונים, βασεμονείμ. 4 Regg. I. 2. אחזיה, A. Αχζία, S. Ὀχοζίας. 4 Regg. XXIII. 7. הקדשים, ἀκκοδασὶμ. Job. XLII. ימימה, A. S. ἰεμιμά. Pſalm. VIII. 1. הגתית, ἀγεθθίθ. Pſalm. XI. 1. השמינית, ἀσεμινίθ. Pſalm. XLIV. 1. ידידת, ἰδιδώθ, & alibi ſæpe.

Ubi vero י quieſcit in tſere, per η vulgo exprimunt, rarius per ε. 4 Regg. I. 8. אלהי, ἐλωή. Pſalm. VII. 8. ועליה, οὐαλεά; ירכתי, ἰερχθή. Pſalm. XLVII. 10. ἠχαλὰχ, היכלך. Alia multa exempla proferre poſſemus, ſed hæc ſatis ſunto.

Quando autem litera י nec exprimitur, nec ſubintelligitur, ut in voce דויד, quæ ſæpius דוד ſcribitur, ſuppreſſo, ſed ſubintellecto י, tunc per chiricq parvum a Maſſoretis notatur, a veteribus nunquam per ι legitur, ſed frequentius per ε, ut Geneſ. II. 8. מקדם Maſſor. *mikkedem*, illi μακεδέμ. Levit. VII. 18. פגול, Maſſoretæ *Phiggoul* habent, Theodotio autem φεγγὺλ, vel φεγγώλ. Pſalm. IX. 17. הגיון, Maſſoretæ *higgaion*, illi ἐγγαών. Pſalm. CIX. משחר, Maſſor. *Miſſchaar*, illi μεσσαάρ. Pſ. CXVII. 27. אסרו, Maſſor. *iſrou*, illi ἐσρὼ. Iſai. IX. 5. Maſſoretæ *ghibbor*, illi γεβώρ.

Oſee

Oſee XI. 11. ממצרים, Maſſor. *mimmitſraim*, illi μεμμεσραίμ. Malach. II. 13. דמעה, Maſſor. *dimah*, illi δεμά.

Quando hhiricq parvum jacet poſt *a*, vocalem hanc per *e* exprimunt. 2 Regg. XVII. 19. הרפות, Maſſor. *baripboth*, illi ἀραφώθ. Ubi ſecundum Maſſoretas ſceva initio occurrens ante aliud ſceva mutatur in hhiricq parvum, tunc veteres illi utrumque ſceva legunt per *e* vel per *a*: per *e* Pſalm. XI. 1. לבני, Maſſor. *Libne* vel *Livne*, illi λεβνή. Pſ. CL. 2. בגבורתיו, Maſſor. *bigbourothav*, illi βεγεβουροθαῦ: per *a*; מנחה pluribus in locis Maſſor. *minhah*, illi μαναά vel μανά. Pſ. LXXV. 4. מלחמה, Maſſor. *milhama*, illi μαλαμά. Pſalm. XV. 1. מכתם, Maſſor. *Michtam*, illi μαχθάμ. Oſee X. 9. גבעה, Maſſor. *Gbibah*, illi Γαβαά. Quando poſt primam vocalem ſequitur O vel ω, vel ʋ, per *a*. Num. XI. 34. קברות, Maſſoretæ *kibroth*; illi χαβρώθ, forte melius καβρώθ. Jer. XLVIII. 1. משגב, Maſſor. *miſgab*, A. Th. μασγάβ. Ezech. XXIX. 10. מגדל, Maſſor. *Migdol*, illi Μαγδώλ. Reperitur etiam *a* ante *e*. 3 Regg. VI. 1. בשמונים, Maſſor. *biſchmonim*, illi βασμονείμ. את־מזבח, Maſſor. *eth-mitzbah*, illi ἐθμασβηή vel ἰθμαζβηή. Unde inferas, hodiernum illud hhiricq ante ſceva frequentius a veteribus illis per *a* legi. Origenes tamen pag. 41. duo ſuppeditat exempla, ubi per *i* legitur, nempe διβρὴ ἰαμεὶμ & μισλώθ pro μισλή, דברי הימים, משלי. Sed hæc & fortaſſe ſimilia exempla, quæ aliunde ſuppeditari poſſunt, ab hebraizantibus poſteriorum temporum, inducta fuiſſe ſuſpicari fas eſt, quare peroptarem, ut hæc cum MSS. conferrentur.

Circa literam ו hholem, ſchureck & cametz hhataph hæc obſervavimus. ו initiale ſchevatum perinde atque ſchoureck ſolent per ʋ exprimere, neglecto ſceva hodierno. Sic Pſ. XLVIII. 4. והגות, Maſſoretæ *vehaguth*, illi ʋαγὶθ, י pro ו, ut non infrequenter accidit. Iſaj. XXVI. 2. ויבא, Maſſor. *vejabo*, illi ʋιαβώ. Malach. II. 13. וזאת, Maſſor. *vezoth*, illi ʋζώθ. Ibidem ולקחת, Maſſor. *velakachath*, illi ʋλακέθ.

Etiamſi vero ו initiale, utpote converſivum futuri in præteritum Maſſoretico ritu afficiatur patahh, per ʋ tantum redditur ab antiquis illis Intt. non expreſſo patahh; ſic ʋικρὰ legunt pro ויקרא, non ʋαικρὰ, ʋιδαβὴρ pro ʋαιεδαββὴρ: etiamſi in Bibliis Latinis hodiernis *Vaicra* & *Vaiedabber* legatur initio librorum, Levitici & Numerorum. Similiter 4 Regg. IV. 35. ʋιεγὰρ pro ויגהר, non ʋαιεγάρ.

Hholem vero ſive plenum, ſive deficiens, nec non hhateph cametz,

metz, & cametz hhateph per *ο*, & per *ω* expreſſum reperitur, idque fortaſſe vitio librariorum, qui haſce literas confundere ſolent, maxime in vocibus peregrinis.

Schurec & Kibbus per *ου*, etiamſi non ſemel per *ο* vel per *ω* exprimantur. Cujusmodi eſt vox כסות *operire*, infinitivum quieſcentium Lamed He, quæ exprimitur *χεσσὼθ* in Codice Barberino. *Hucusque Cl. Montfauconius.*

Atque hæc quidem huc transferenda cenſui, non quod omnes has aſſertiones, inprimis eas, quæ punctationi hodiernæ contextus Hebræi fraudi ſunt, approbem, ſed, quod exiſtimem, illis inprimis hæc uſui eſſe poſſe, qui in lectione Hieronymi aliorumque Doctorum veterum verſantur, in quibus voces Hebrææ paſſim Latinis literis, ſed mori noſtro minus convenienter, expreſſæ leguntur. Conferantur *Druſii* ſcripta varia, tum inprimis ejus Alphabetum Hebr. vetus ſæpe nobis laudatum, in cujus calce veterum Sapientum Sententias quasdam triplice charactere Hebr. Græco & Lat. ritu veterum ſcriptas exhibet.

# LIBER IV. DE TALMUD, Sive CORPORE DOCTRINÆ JUDAICÆ.

Cap. I. de Nomine & Origine Talmudis. II. de argumento ejus & diſpoſitione. III. Recenſio utriusque Talmudis uberior, cum variis momentis huc pertinentibus. IV. Fortuna Talmudis inter Judæos. V. Fortuna ejusdem inter Chriſtianos. VI. Judicia de eodem diverſa. VII. Momenta quædam ſpecialia huc pertinentia.

# CAPUT I.

*De*

## Talmudis Nomine & Origine.

§. *I, II, de nomine* Talmud. *III, de nomine* Miſchnæ. *IV. de nomine* Gemaræ. *V. de aliis nominibus Talmudis. VI. de* Moſe, *ad quem Judæi Talmud referunt, ubi & de* Akiba, *& aliis nonnullis, qui ante R. Jehudam, Miſchnæ compilatorem, vixerunt. VII. de* Karæis, *divinam originem Talmudi negantibus. VIII. de R.* Jehuda Sancto, *primo Miſchnæ, quæ nunc eſt, compilatore. IX. de documentis & memoriis majorum, quibus is uſus perhibetur. X. Illorum ſeries, ab aliis delineata. XI. de* occaſione *congeſti hujus Corporis. XII. de* tempore, *quo congeri cœpit, ubi diſputatur contra* Morinum, *& alios, pro recentiore origine propugnantes. XIV. de Novella 146. Juſtiniani huc pertinente. XV. diſſeritur contra* Iſaacum Voſſium *&* Paulum Pezronium. *XVI. adſtruitur communior ſententia de ætate confecti Talmudis. XVII. de ætate Gemaræ* Hieroſolymitanæ. *XVIII.* Babylonicæ. *XIX. & XX. de oppoſita Morini ſententia, ubi ſimul ſententia hactenus recepta confirmatur.*

I.

HAbent Judæi voluminoſum opus, quod generali & communiori nomine תַּלְמוּד (a) appellant. Illius appellationis rationem involvere magis & obſcurare, quam explicare & illuſtrare cenſendus eſt R *Elijakim Panzi* in ſuo מפתח הגמרא cap. 4. pag. 339. edit. Cl. Bashuyſenii in Clavi Talmudica maxima. Ibi is memorat nonnullos, qui vocem תלמוד pro participio paſſivo primæ conjugationis habuerint, cui per proſtheſin acceſſerit litera ת, ut proinde nihil aliud revera inferat, quam לָמוּד, i. e. eum, qui rei alicui ſit *aſſuetus*. At ille quidem hanc notionem rejicit, ſed meliorem tamen non amplectitur, quando p. 342. pro adjectivo habet, quod ad formam vocis בָּרוּךְ i. e.

(a) Craſſius hallucinati ſunt, qui hominem hoc nomine indicari putarunt. Ita *Henr. Seynenſis*, Capucinus, Tom. I. Anni Eccleſiaſt. p. 261. *Conſuetudo*, inquit, *erat admiſſa apud Judæos, ut narrat Rabbinus Talmud apud Spondanum, ſepeliendi reos in cruce mortuos.* Similiter *Mich. ab Iſſelt* in præf. ad Ducem peccatorum Ludovici Granatenſis: *Coranus ille*, inquit, *inſignis Muhamedanorum legislator beatitudinem in cibo & potu & uxorum multitudine conſtare affirmat.* Lege plura ejusmodi in B. *Jo. Frider. Mayeri* programmate ſingulari de turpi circa auctores ignorantia.

Digitized by Google

i. e. *benedictus*, & עֲצִים i. e. *fortis*, active ſumatur. Quo præſtructo תלמוד ejus judicio ſignificabit rem, quæ alterum doctrina perfundat, ſicut Deus appellatur *benedictus* ideo, quod in res conditas omnem bonorum copiam conferat. Verba hæc ſunt: כן הכוונה בשם תלמוד ר״צ נותן שפע ידיעתו ופועל אותה פחוק אל המעיינים בו ברחב ותמיד בלי הפסק וזה מצר עמקר ורחב התפשטות בכל מיני הידיעות: Quærit Judæus in longinqvo, quod ante pedes poſitum erat. Certe non habet lingva Hebræa aliud ejuſmodi nominis adjectivi exemplum, quod ת proſtheticum agnoſcat. At non deſunt illi exempla ſubſtantivorum eandem formam cum ת initiali referentium, v. c. תרבות & תחרות, quæ & ipſe affert. Itaque præſtat acquieſcere in pervulgata doctorum ſententia, ſecundum quam תַּלְמוּד idem eſt quod לִמּוּד, i. e. *doctrina*(b), a verbo לָמַד, i. e. *diſcere*. Qui ſignificatus, more omnibus lingvis recepto, per metonymiam transfertur ad corpus ſeu volumen ejuſmodi, quod *doctrinam* complectitur & exhibet. Ex quo ſimul patet, ea quæ ex Talmud diſcuntur, Judæis quaſi *κατ᾽ ἐξοχὴν doctrina* nomine appellari. Hinc & in Talmude verbum לָמַד & לְמַד freqventiſſime adhibetur, ubi de doctrina vel tradita vel accepta ſermo eſt. Sic & תַּלְמִיד & תַּלְמִיד חָכָם, i. e. *diſcipulum*, & *diſcipulum ſapientem* vocant Judæi hominem doctrinæ Talmudicæ ſpeciatimque Gemaricæ ſtudioſum, eumque opponunt τῷ עַם הָאָרֶץ populo terræ. Planus eſt locus Codicis *Sota* f. 22. a. אחרים אומרים אפילו קורא ושונה ולא שמש תלמידי חכמים זהו עם הארץ קרא ולא שנה ה״ז בור לא קרא ולא שנה עליו הכתוב אומר וזרעתי את בית ישראל ואת בית יהודה זרע ארם חרע בהמה: i. e. *Alii dicunt: Etſi quis in Scriptura & Miſchna verſatus eſt, neque tamen Sapientibus operam dedit, is plebejus eſt: qui tantum Scripturam legit, neque etiam Miſchnam, ecce ille bardus eſt: qui neque Scripturam neque Miſchnam novit, de eo Scriptura dicit: (Jer. XXXI.) Et conſeram domum Iſraëlis, & domum Jehudæ ſemine hominum, & ſemine beſtiarum.* Huc pertinet effatum R. Jochanani, quod Cod. *Schabbath* fol. 114. a. refertur: ואמר ר׳ יוחנן איזהו תלמיד חכם כל ששואלין אותו

Oooo 2

(b) Sic *Joh. Marshamus* p. 159. Canonis Chronici Talmud vertit *Doctrinale*, ita a Judæis appellatum, quaſi omnis Judæorum doctrina & ſcientia, omne jus divinum & humanum eo libro comprehenderetur. Ante eum eodem nomine utitur *Jo. Seldenus* in prolegom. ad librum de Succeſſione in bona defunctorum p. 38.

אותו הלכה בכל מקום ואומרה: i. e. *Et dixit R. Jochanan : quis eſt vir eruditus? Quicunque* (reſpondit idem) *de inſtituto aliquo juris interrogatus cujuscunque argumenti, de eo diſſerere poſſit.* Confer *Jac. Rhenferdium* de decem Otioſis Synagogæ p. 131.

II. Cum vero *corpus doctrinæ Judaicæ* duabus conſtet partibus; *Miſchna* ſcilicet ſeu *textu*, & *Gemara* ſeu *commentario*, utramque generali hac Talmudis appellatione comprehendere & innuere ſolent. Neque tamen id perpetuum eſt. Interdum enim alteram tantum partem denotat, quod ex *περικειμένοις* facile intelligitur. Ita Talmud *Miſchnam* infert apud *Eliam Levitam* in תש"בי ſeu Lexico Talmudico, quando ait: אין לומדין הלכה מפי תלמוד רוצה לומר מן המשנה: i. e. *Non diſcunt lectionem ſeu conſtitutionem juris ex Talmud, i. e. Miſchna.* Viciſſim idem nomen ſpeciatim indicat *Gemaram*, & quidem frequentiſſime. Notus eſt hanc in rem locus *Avoda Sara* cap. 1. לעולם ישלש אדם שנותיו שליש במקרא ושליש במשנה ושליש בתלמוד ומי יודע כמה חיי: i. e. *Semper tripliciter dividat homo annos ſuos, ita, ut tertiam partem Scripturæ, tertiam Miſchnæ, & tertiam Gemaræ tribuat. Quis enim novit menſuram vitæ ſuæ?* Alia loca lege apud *Buxtorfium* in Recenſione Operis Talmud. p. 230. & 232. libri de Abbreviaturis Hebr. *Bartoloccium* Tom. III. p. 349. & eos, quos citavi in notis ad Notit. Karæorum p. 95. His adde R. Salomonis Iſaacidæ locum ad Codicem *Megilla* f. 26. 2. ita commentantis: ואפילו שונה הלכות כלומר אפילו לא שמש תלמידי חכמים בתלמוד ובגמרא אלא במשניות ובברייתות: i. e. *Etiamſi nondum operam dedit Sapientibus in Talmude & Gemara, ſed hactenus tantum verſatus eſt in Miſchna & Baraithot.* Ibi vides Talmud & Gemaram ut ſynonyma conjungi & opponi Miſchnæ. Atque hinc vel defendi poteſt, vel explicari *Iſaacus Voſſius*, quando in Append. de LXX. Intt. p. 56. ſq. Miſchnam Talmudi Babylonico & Hieroſolymitano opponit aut contradiſtingvit. Ibi enim per Talmud Gemaram innuiſſe merito videtur.

III. מִשְׁנָה Itaque alteram Talmudis partem eamque breviorem, & totius molis fundamentum denotat, voce a radice שָׁנָה derivanda, quæ prout variæ eſt notionis, ita derivatum quoque ejus varie explicatur. Plerique eruditorum, imo tantum non omnes, dici volunt quaſi *legem repetitam*, ſeu *legem ſecundam* aut *ſecundariam*, a Lege ſcilicet ſcripta. Hanc enim verbi שנה ſignificationem eſſe, ſacræ literæ non uno exemplo

plo probant. Ita auctor Lexici Chaldaici ערוך ſuo loco litera מ quærit: *Quare vocatur Miſchna?* & reſpondet: *Quia eſt* שנייה, *ſecundaria Lex*, *vel ſecunda a Lege. Nam lex illa, quam audivit totus Iſrael in monte Sinai, eſt lex ſcripta. Moſes autem audivit Miſchnam ex ore potentiæ* (i. e. Dei) שנייה *vice ſecunda*, *& hæc eſt Lex oralis. Manifeſtum igitur eſt*, *quod ſit* שניה לראשונה *ſecundaria prioris*, *vel ſecunda a priore.* Hebræa ita habent: למה נקראת משנה בשביל שהיא שנייה לתורה שהתורה ששמעו כל ישראל בהר סיני היא תורה שבכתב ומשה רבינו שמע המשנה מפי הגבורה פעם שנייה והיא תורה שבעל פה ונתברר הדבר שהיא שנייה לראשונה: Omitto aliorum loca. Atque iſta quidem explicatio ſe probavit olim Græcis & Latinis, qui Miſchnam per *δευτέρωσιν* interpretantur. In Novellis Juſtiniani diſerte ita appellatur; quod ex loco ipſo, paulo poſt afferendo, conſtabit. Auguſtinus lib. 2. cap. 1. contra adverſarium Legis & Prophet. ita: *Neſcit*, inquit, *habere præter Scripturas legitimas & Propheticas, Judæos quaſdam traditiones ſuas, quas non ſcriptas habent, ſed memoriter tenent, & alter in alterum loquendo transfundit, quam δευτέρωσιν vocant.* Qui locus manifeſtum facit eam communem & pervulgatam traditionum Talmudicarum appellationem fuiſſe. Eandem de traditionibus Judaicis adhibet Epiphanius hæreſi XXXIII. 9. p. 224. Taceo recentiores, *Buxtorfium*, *Morinum*, *Marshamum* p. 158 Canonis Chronici, *Rhenferdium*, qui uno ore Miſchnam vocem commodiſſime per *δευτέρωσιν* interpretandam cenſent. Abit ab illis, & forte unus, Cl. *Hermannus Hardtius*, in Effigie Corporis Judaici, libello Talmudico *de Jejunio* præmiſſa, p. 26. Is enim vocem משנה ex alia radicis שָׁנָה ſignificatione, quæ apud Rabbinos idem eſt quod *diſcere & legere*, explicandam cenſet per *ſtudium & diſcendi operam*; peculiari vero & juridico ſenſu ac forenſi *legem*, *ſtatutum & decretum*, inferre, atque adeo, ſi de toto corpore ſermo ſit, volumen & corpus Legum indicare autumat. Neque videntur ipſi veteres ſibi adverſari. Juſtinianum enim non tam ad vocem משנה, quam ad aliam formulam Judaicam תורה שבעל פה, i. e. *Lex oralis*, qua doctrinas voce traditas appellant, reſpexiſſe opinatur: ideo, quod Imperator non ſimpliciter Miſchnam, ſed totum Talmud, quod Gemaram etiam ſiſtat, legi noluerit. Erudite hæc diſputantur, ſed ita, quod pace Viri doctiſſimi dixerim, ut a vulgari ſententia non facile quenquam avocare poſſint. Totum corpus Talmudicum innuat Imperator, nonne id ab altera & præſtantiori parte appellare, atque adeo ad genuinum e-

jus nomen reſpectum habere potuit? Appellent Rabbini *diſcere* ſuum & *legere* verbo שנה; nonne hæc ſignificatio, quam Codex Sacer ignorat, putanda eſt illis ſubnata ex eo, quod maximam ſtudii ſui lectionisque partem ii, qui eruditorum nomine venire cupiebant, in Miſchna collocare ſolebant? Denotet משנה apud eosdem *legem*: ſecundaria ſane hæc eſt vocis notio in Hebraiſmum Talmudicum ex eo illata, quod Miſchna ſeu ſecundaria illa Lex in ediſſerendis inſtitutis cerimonialibus occupatur. Interim recte monet Vir doctus, משנה de ſingulari aliqua lege adhiberi ſolere. Talmudici enim doctores ſectionem unamquamque capitis alicujus Miſchnici Miſchnæ nomine appellant, & de pluribus loquentes vocem in plurium numerum משניות transferunt. De *lectione* vero itidem uſurpari jam monuit *Buxtorfius* in Lexico Talmudico pag. 2475. obſervans, מִשְׁנָה & שְׁנָא lectionem textus Talmudici, מִקְרָא & קְרָא lectionem textus Sacræ Scripturæ, הֲלָכָה denique lectionem Gemaræ inferre. Chaldaica dialecto משנה effertur per מַתְנִיתָא & in plurium numero מִשְׁנָיוֹת per מַתְנִיָתָא, quod patet ex Targum Pſeudo-Jonathanis in Legem. Ibi enim ad Exodi XXVI. 9. hæc legas: וית שירת יריען לחוד כל קבל שית סדרי מתניתא; i. e. *Et decem aulæa ſeorſim juxta ſex ordines Miſchnæ.* Neque tamen hoc eſt perpetuum, ſed interdum ipſa vox משנה ſine mutatione retinetur. Lege idem Targum ad Cantic. I. 2.

IV. Altera Talmudis pars audit גְמָרָא, *Gemara*, cujus radix eſt גְמַר, quæ ſtylo Biblico *perfectionem* ſeu *conſummationem* infert, Talmudico autem & Rabbinico *diſciplinam* & *doctrinam*. Priorem notionem ſecuti hic plerique ſunt ex Chriſtianis cum *Buxtorfio*, qui idem eſſe vult, quod *ſupplementum* ſeu *complementum*, eorum ſcilicet, quæ in Miſchna brevius & obſcurius traduntur. *Marshamus* in Canone Chronico p. 159. per τελείωσιν ſeu *complementum* interpretatur. Inter Judæos non memini quenquam in ſignificationem nominis accurate inquirere. Quod enim R. *Elijakim Ganzi* in Clavi Gemaræ p. 321. edit. Bashuyſenianæ facturum ſe recepit cap. 4. id præſtare neglexit, cum ibi Talmudis etymologiam invenias quidem, ſed Gemaræ fruſtra requiras. Ex noſtratibus Philologis quidam poſteriorem verbi גמר notionem, qua idem eſt, quod *diſcere* aut *docere*, ad partes vocant, & Gemaram quaſi γράμμα per *ſcriptum* ſeu *commentationem* ex notis variorum ſubnatam reddunt. Ita ſtatuit nominatim

Digitized by Google

ſminatim laudatus modo *Hardeius* l. c. pag. 57. cui præivit *Philippus Aquinas*, Ex-Judæus, in Lexico ſuo Talmudico, voce גמרא, ubi ita: התלמוד נחלק לשני חלקים· אחד נקרא משנה והשני נקרא גמרא · וכולם יחד נקראים תלמוד · גם הוא לשון למוד וידיעה: i. e. *Talmud dividitur in duas partes; altera vocatur Miſchna, altera Gemara: & utraque junctim appellatur Talmud; atque hæc vox* (גמרא) *etiam denotat doctrinam & ſcientiam*. Approbare hanc etymologiam videtur B. *Chriſtoph. Henr. Ritmeierus* in notis ad ſæpe citatam Clavem Gemaricam Panzii, in calce præfationis, repugnante Cl. *Basbuyſenio* in notis ad Clavem Talmudicam Maximam p. 373. *Jo. Henr. Hottingerus*, Nepos, in notis ad Diſcurſum Gemaric. de Inceſtu p. 49. & *Sam. Kœnigius* in diſſert. Gemarica, Franeqveræ 1696. ſub præſidio Jac. Rhenferdii habita, Chaldaicum illum *doctrinæ* & *inſtitutionis* ſignificatum præferunt alteri, *Jo. Buxtorfius* vero pronepos p. 354. Catalectorum ſuorum utramque notionem commode putat poſſe conjungi, *doctrinæ* quidem, ſi abſolute ſpectetur, *ſupplementi* vero, ſi ad Miſchnam referatur. Meo judicio interpretatio per *doctrinam* ſeu *commentationem* non caret veri ſpecie, præcipue cum conſtet, Talmudicos Doctores Gemaricam ſcriptionem ejusque ſtudium omnibus aliis præferre, adeoque eam hoc nomine quaſi *κατ' ἐξοχὴν* appellandam cenſuiſſe. Neque tamen deſunt, quæ pro communiori illa etymologia militent. Nobis hic ultimo loco ſuffecerit obſervaſſe, *Gemara* nomen, quod alibi obſervatum non memini, a R. *Samuele Hannagid* in libello מבוא הגמרא ſive *Introductione in Gemaram*, eo ſenſu adhiberi, ut juxta ſecum Miſchnam denotet. Verba ita habent p. 285. Clavis Maximæ Gemaricæ a Cl. *Basbuyſenio* editæ: הגמרא נחלק לשני חלקים משנה ופירוש המשנה והוא הגמרא המשנה היא הנקראת תורה שבעל פה והיא יסוד התורה שהעתיקו ממר"עה עד ימי רבינו הקדוש ע"ה: i. e. *Gemara dividitur in duas partes, Miſchnam & commentarium Miſchnæ, qui proprie eſt Gemara. Miſchna vocatur lex oralis, & eſt fundamentum legis, quam repetierunt a Moſe, doctore noſtro, ſuper quo ſit pax, usque ad dies Doctoris noſtri Sancti* (i. e. R. Jehudæ).

V. Talmud, & ſpeciatim Miſchna, aliis quoque nominibus ſolet appellari, inter quæ eminet illud, quod dicitur תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה, i. e. *Lex oralis*, quam ſcilicet opponunt Legi Moſaicæ, quæ תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב i. e. *Lex ſcripta* vocatur. Sufficiat in probationē locus *Schabbath* f. 31. a. תנו רבנן מעשה בגוי אחד שבא לפני שמאי אמר לו כמה תורות יש לכם אמר לו

לו שתים תורה שבכתב ותורה שבעל פה· אמר לו שבכתב אני מאמינך ושבעל פה איני מאמינך: i. e. *Tradunt Rabbini noſtri hiſtoriam de Gentili quodam*, (fortaſſe per hunc recte intellexeris Karæum) *qui venerit ad Sebammeum, ipſumque interrogaverit, quot haberent leges? Cui iſte reſponderit: binas; legem ſcriptam & legem oralem. Regeſſiſſe alterum: de ſcripta fidem tibi habeo; de non ſcripta minus.* Vocatur etiam מִשְׁנֵה תוֹרָה (c) a R. *Jeſchua Hallevi* in Halichoth Olam p. 14. ed. Lempereurii & p. 42. edit. Basfhuyſen. וחבר מהכל ספר משנת תורה בלשון קצרה ושפה ברורה i. e. *Et compoſuit* (R. Jehuda) *ex omnibus* (traditionibus) *librum repetitæ legis lingva conciſa & labio puro.* Vides hominem uti phraſi Moſaica Deuter. XVII. 18. ne non intelligeres, quantum illi ſit tribuendum. Idem in pagina proxime antecedente illam Jehudæ ſcriptionem vocat סֵפֶר בְּקַבָּ֯לָה *librum traditionum.* Appellatur denique ac ſpeciatim quidem Gemara nomine שִׁשָּׁה סְדָרִים, i. e. *ſex Ordinum*, quia totum corpus iis abſolvitur. Huc pertinent verba *Maſſecheth Sopherim* c. 15. fol. 13. במשל המקרא כמים והמשנה כיין והששה סדרים כקונדיתון: i. e. *Comparatur Scriptura aqua, Miſchna vino, & ſex Ordines* (i. e. Gemara) *vino condito.*

VI. In inveſtiganda Talmudis *origine*, Judæi *auctorem principem* a *compilatoribus* ſolicite diſtingvunt. Illum quidem audacter ſatis adſeverant Moſen eſſe, qui doctrinas has ex ipſius Dei ore in monte Sinai acceperit. Ita omnino tradunt in Codice ברכות fol. 5. a. מאי דכתיב ואתנה לך את לוחות האבן והתורה והמצוה אשר כתבתי להורותם· לוחות אלו עשרת הדברות תורה זה מקרא והמצוה זו משנה אשר כתבתי אלו נביאים וכתובים להורותם זה גמרא מלמד שכולם נתנו למשה מסיני: i. e. *Quid ſibi vult, quod ſcriptum eſt:* (Exod. XXIV. 12.) *Et dabo tibi tabulas lapideas, & legem, & preceptum, quod ſcripſi ad docendum eos?* tabulæ *denotant decem precepta*; lex, *Scripturam*; præceptum, *Miſchnam:* Verba autem: אשר כתבתי (quæ ſcripſi) innuunt *Prophetas & Hagiographa*; & להורותם (ad docendum eos) *Gemaram indicant. Hoc docet nos, omnia iſta tradita eſſe Moſi ex Sinai.* Similia effata lege in ילקוט שמעוני ſuper Exodum fol. 111. n. 405. & in שמות רבה fol. 131. b. & alibi, quæ pro-

(c) Similiter Græcis δευτερονόμιον uſurpatur de traditionibus Judaicis; vide *Maximum* ad Dionyſ. Areopag. ep. IX. Tom. II. p. 160.

Digitized by Google

producta leges a *Jo. Andr. Eiſenmengero* in Judaiſmo Detecto p. 56. ſq. Et ne cui mirum videatur, quod Deus non minus doctrinas Talmudicas quam Codicem Sacrum literis conſignari voluerit, conſilii divini cauſam non unam afferre conſveverunt. Sic in loco *Schemot Rabba* modo citato fingunt, Moſen conſilium cepiſſe, traditiones iſtas ſcripto comprehendendi, Deum vero prohibuiſſe, quo minus id fieret, his verbis: איני מבקש ליתנה להם בכתב מפני שגלוי לפני שעכ״ום עתידים לשלוט בהם וליטול אותה מהם והיו בזויים בעכ״ום: i. e. *Ego nolo illis dare* (Legem hanc) *ſcripto, quia apertum mihi eſt, quod idololatra regnaturi ſunt ſuper eos, & ablaturi eam ipſis, quodque contemtui iſtis futuri ſint.* Exprobrat Judæis Rabbanitis hanc ſentiendi judicandique licentiam Mardochæus, Scriptor Karæus, in commentatione, quam ſub titulo *Notitia Karaorum* edidi p. 71. וכדי להטיל אימה ופחד בלב העם כדי שיקבלו דבריהם היו אומרים לכל סייג ותקנה שהיו עושים שזה להם בקבלה ממר״עה: i. e. *Ut autem venerationem & timorem in animis vulgi ſibi conciliarent, verbaque ipſorum facilius reciperentur, de ſingulis inſtitutis & praeceptionibus ſuis dicebant, eas beneficio traditionis a Moſe, Magiſtro noſtro, ad ſe perveniſſe.* Interim non deſunt ex Rabbanitis, qui nonnulla tantum a Moſe derivant. Lege *Maimonidæ* præfat. ad Seder Seraim, b. 2. ed. Surenhuſianæ Tom. I. Miſchnæ, ubi quinque conſtituit traditionum genera, primum autem ait eſſe Moſis, quod ſcilicet in textu innuatur, aut argumentando inde elici poſſit. Claſſem tertiam earum facit, quæ variis ratiocinandi modis eruantur, & de quibus ſit controverſia. Has Moſi adſcribere velle, dictu turpe & valde abſurdum judicat. Confer *Jo. Morini* Exercitatt. Biblic. lib. I. c. VI. pag. 26. ſqq. ubi allatis Judæorum locis oſtendit, quatuor præceptorum genera ab illis conſtitui, quibus obtemperare ſe debere profitentur: primum eorum, quæ in lege ſcripta expreſſa ſint; II. quæ a Moſe non quidem ſcripta, ſed ore tradita fuerint; III. quæ a Prophetis, Scribis & Rabbinis de novo certis quibusdam rationibus & variis temporibus acceſſerint; & IV. illorum, quæ ex Lege ſcripta per tredecim modos interpretandi Rabbinicos elici queant. Primum genus vocatur תורה, ſecundum מצוה, tertium appellatur גזורות, *deciſiones*, מנהגות, *ritus*, & תקנות, ſive *conſtitutiones*, quartum denique דינים & משפטים, *ritus* & *conſvetudines*. Confer R. *Samuelem Hannagid* in Introduct. ad Gemaram p. 285. Clavis Talmudicæ Maximæ, ubi ita habet: הפירוש הזה יתחלק גם הוא לב׳ חלקים האחד הלכה מקויימת והשני הלכה דחויה׃

המקוימת היא שלמדו מפי מר״עה ומשה מפי הגבורה בין שתהא דברי יחיד בין שתהא. דברי רבים כמו שאפרש במקומו · וכמו כן המחולקת הרחויה היא שלא נעתקה מגמר מקויים בין שתהא דברי יחיד או דברי רבים: i. e. *Atque hæc explicatio* (Gemara) *etiam in duas partes dividitur: una eſt conſtitutio ſtabilis; altera vero conſtitutio, quæ loco moveri poteſt. Stabilis eſt, quam didicerunt ex ore Moſis, doctoris noſtri; Moſes vero ab omnipotente, ſive unius, ſive plurium verbis contineatur: uti ſuo loco explicabo. Similiter conſtitutio controverſa & inſtabilis eſt, quæ non derivatur doctrina ſtabili; ſive unius, ſive plurium ſermone feratur.* Antiquiores quoque Judæos non ſolum Moſen, ſed & alios præceptorum non ſcriptorum fontes agnoviſſe, ſequens Epiphanii locus Hæreſi XV. Judaica pag. 33. evincere videtur: Δευτερώσεις δὲ, (inquit is, de Judæis loquens) παρ' αὐτοῖς τέσσαρες ἦσαν. Μίαν μὲν εἰς ὄνομα Μωυσέως τοῦ προφήτου, δευτέρα δὲ εἰς τὸν Διδάσκαλον αὐτῶν Ακιβὰν, οὕτω καλούμενον, ἢ Βαρακιβᾶν. ἄλλη δὲ εἰς τὸν Ανδᾶν ἢ Ανναν, τὸν καὶ Ιούδαν. ἑτέρα δὲ εἰς τοὺς υἱοὺς Ασσαμωναίου. Ex τούτων τῶν τεσσάρων δευτερώσεων ὅσα παρ' αὐτοῖς νενόμισται, οἰήσει σοφίας, ἀσοφίας δὲ τα πλεῖστα αὐχεῖται καὶ ᾄδεται καὶ ἐν τάξει προκειμένης διδασκαλίας βοᾶταί τε καὶ φημίζεται; h. e. interprete *Dionyſ. Petavio: Quatuor apud eos Traditionum, quas* δευτερώσεις *vocabant, fuere genera. Primum Moſis Prophetæ nomine eſt inſcriptum. Secundum Akibæ, cuidam Magiſtro, vel Bar Akibæ tribuunt. Tertium Andani vel Annani, qui & Judas dicitur. Quarti Aſſamonæi filios auctores jactant. Quatuor ex hiſce fontibus manarunt ea, quæ apud illos inani quadam opinione Sapientiæ conſtituta, cum ſint inepta pleraque, prædicantur nihilominus, ac tanquam ab excellenti diſciplina profecta ſumma oſtentatione celebrantur.* Exſtat locus huic ſimilis Hæreſi XIII. XXXIII. p. 224. Opp. ita conceptus: Αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν Πρεσβυτέρων δευτερώσεις παρὰ τοῖς Ιουδαίοις λέγονται. Εἰσὶ δὲ αὗται τέσσαρες. μία μὲν ἡ εἰς ὄνομα Μωυσέως φερομένη. δευτέρα δὲ ἡ τοῦ καλουμένου Ραββιακιβά. τρίτη Αδδὰ ἤτοι Ιούδα, τετάρτη τῶν υἱῶν Ασαμοναίου. Accedat tertius Hæreſi XLII. p. 332. ubi hæc habet: Πότε δὲ ἡ παράδοσις αὐτοῖς γέγονε τῶν Πρεσβυτέρων; καὶ εὑρήσεις, ὅτι τοῦ μὲν Δαβὶδ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον. τοῦ δὲ Ακιβοῦ καὶ πρὸ τῶν Βαβυλωνικῶν αἰχμαλωσιῶν γεγένηται. τῶν δὲ υἱῶν Ασαμωναίου ἐν χρόνοις Αλεξάνδρου καὶ Αντιόχου πρὸ τῆς τοῦ χριστοῦ ἐνδημίας ἑκατὸν ἐνενήκοντα ἔτεσιν. i. e. *Invenies profecto eam, quæ Davidis inſcribitur, poſt reditum e Babylonia; Akiba vero paulo ante Babylonicam captivitatem initium habuiſſe. Aſſamonæorum porro traditionem Alexandri & Antiochi cœpiſſe temporibus, annis ante Chriſtum CXC.* Binis prioribus locis ſatis inter ſe convenit, tertius vero

vero ab utroque abit longius, cum & duos traditionum auctores, Moſen ſcilicet & Ἰȣ́δαν omittat, & novum quendam *Davidis* nomine obtrudat, quem alibi memoratum non memini. Sed carere eo poſſumus, in mendo, ut puto, certiſſime cubante, quia obiter hic, contra Marcionitas diſputans, auctores traditionum memorat, quos procul dubio cum induſtria ſibi recenſendos ſumſit binis illis in locis, in quibus ex profeſſo Iudæorum doctrinas & diſſenſiones perſeqvitur. Hic vero quatuor vides recitari, *Moſen*, *Akibam*, *Andanem* vel *Judam*, & *Hasmonæos*. Ordinem temporis hic negligi obſervavit doctiſſimus *Triglandius* in diſſert. de Karæis p. 91. quod facile conceſſeris. Fortaſſe autem cum ratione dubitabitur de altera ejus, erudita alioquin, conjectura, quam pag. 92. affert, per *Ananam* intelligendum putans *Chananjam* (חנניה) *Hiskiæ filium*, de quo *Juchaſin* p. 57. in fine. Mihi quidem probabilius videtur, *Andam* ſeu *Annam* illum, quem ipſe Epiphanius per Ἰȣ́δαν interpretatur, a Juda illo Sancto, quem inprimis celebrant Judæi in negotio traditionum, non eſſe diſtingvendum, tum quod binis in locis eandem appellandi rationem ſequitur Epiphanius, tum quod alioquin illius nomen omiſiſſe credi idem debebat, cui tantum non omnia in hac parte accepta ferunt Iudæi. Malim itaque ſtatuere, duplex olim fuiſſe nomen Iehudæ illi, (quod inter Judæos ſolenne eſt,) eumque nunc Andæ ſeu Annæ (חנן vel etiam חנניה quemadmodum Ἀννᾶς in hiſtoria Evangelica affertur) nunc Iehudæ nomine appellatum fuiſſe. Interim facilis largior Triglandio, Akibam ab Epiphanio recenſitum eſſe illum, qui Sæculo II. poſt C. N. vixit. Quamvis enim Epiphanius eum ad tempora Babylonica captivitate priora referat, conciliari tamen hoc facile poteſt cum ceteris temporis rationibus, mire ab eodem in hac recenſione turbatis; ne dicam, eum Iudæis χρονολογίας imperitis fidem in hac cauſa habuiſſe. Certe Akibam noſtro antiquiorem non memorant Iudæi, & ipſe Epiphanius indicium reliquit, ſe de eo loqui, qui Adriani Imp. tempore vixit, in eo, quod ipſum Barakibam quoque dictum tradit. Si quid enim video, cogitavit ille de *Barcochba*, cujus aſſecla erat Akiba, atq; partem nominis illius alteri, obvio errore, adſignavit. Solet tamen & ab aliis ſpeciatimque Hieronymo tum in epiſt. ad Algaſiam quæſt. X. tum in comment. in Eccleſiaſten Tomo II. Opp. edit. Benedictin. p. 740. *Baraciba* vocari: ubi ad priorem locum Martianæus Petavium deferendum cenſet, qui Ραββὶ pro Βὰρ legi voluit; ad poſteriorem vero obſervat, nullum eſſe exemplar MS. in quo juxta Eraſmum & Marian. legatur *Baruchia*, ſed omnia exhibere vel *Barachiam*, vel *Barachivam*,

*vam*, vel *Baracchiban*. Quod ut ſapienter admonuit, ita miror, eundem ibidem pronunciare, de Akiba vel Barakiba hoc nihil apud Talmudiſtas proditum eſſe. In eam vero ſententiam deſcendit, ideo, quod Barakibam hunc, *quem unum vel maxime admirari Judæos* ibi teſtatur Hieronymus, ætate Hieronymi vixiſſe, atque adeo ab antiquiore illo tanquam filium a Patre diſtingvendum cenſeat. Enimvero Hieronymum eo in loco non de Akiba, tanquam æquali ſuo, ſed de antiquo illo, *Barcochbæ* adſecla, loqui, non dubium eſt, vel ex eo, quod in epiſt. ad Algaſiam l. c. Barakibam hunc & Hillelem, qui Hieronymo longe antiquior eſt, conjungit, ut taceam, Hieronymum in comment. in Eccleſiaſt. provocare non ad ſuum, ſed ad Iudæi ſui de Akiba teſtimonium. Nobis hic ſufficit, oſtendiſſe, quod veteres Iudæi traditionum ſuarum originem non ſimpliciter & unice ad Moſen retulerint, quamvis vel ſic omnia divina eſſe contendant. Modum, quo ſenſus Legis genuinus per explicationem oralem a Deo primum ad Moſen, hinc ad Aaronem, Sacerdotes & LXXII. Seniores pervenerit, memoriaque fideli conſervatus ſit, edocet Maimonides in præfat. ad Seder Seraim.

VII. Atque hæc quidem perſvaderi ſibi paſſa eſt ex Iudæis integra *Rabbanitarum* natio, quæ hodie maximum numerum efficit. Sed iſtis jampridem oppoſuerunt ſe alii inter Iudæos. Ita *Maimonides* in commentario ad Tractatum אבות cap. I. monet *Sadducæos & Baithoſæos*, ſectas cetera a ſe invicem diſtinctas, in eo conſenſiſſe, quod dicerent: מאמין בתורה וחולק על הקבלה שאינה אמיתית: i. e. *Recipio legem, ſed repudio Kabbalam, quia non eſt vera.* His addit idem Karæos, tanquam qui ex illis ſtatim orti ſint, ita pergens: ומאז יצאו אלו הכתות הארורות של מינים ויקראו באלה הארצות ר"ל במצרים קראים ושמותם אצל החכמים צדוקים וביתוסים והם אשר התחילו להשיב על הקבלה ולפרש על הפסוקים כפי מה שירצה להם; i.e. *Et jam ab eo tempore ortæ ſunt catervæ iſtæ maledictæ hereticorum, qui vocantur in his regionibus, i. e. in Ægypto, Karæi, (nomen ipſorum apud Sapientes eſt Sadducæi & Baithoſæi) atque hi ſunt, qui inceperunt opponere ſe Kabbalæ & explicare verſus Scripturæ, prout allubebat.* Atque hi Karæi diſerte novitatem præceptorum Talmudicorum Sectæ adverſæ oppoſuerunt. *Iac. Triglandius* in diſſert. de Karæis p. 14. ex MS. Karaitico, cui titulus eſt חלוק hæc affert ad Rabbanitas ab auctore pronunciata; והנה בידכם מצות חדשות כמו תורת בעל פה וחשבון מעוננים

מעוננים והרחזורת ושני ימים ראש חודש ושני ימים מעד ומצורת חנוכה וכ׳: i. e. *Et ecce in manibus veſtris nova ſunt inſtituta: v. c. Lex Oralis computus Aſtrologorum, prorogationes* (eorundem) *duo dies* (loco unius), *quo celebrantur Neomeniæ & feſta, item inſtitutio Encaniorum*, &c. Argumenta ſpecialia, quibus venditatam illam Talmudis antiquitatem evertunt Karæi, leges, ſi placet, ex R. *Schalmon ben Jerucham* collecta in unum a *Triglandio* p. 120. ſqq. l. c. Ex ea, quam modo memoravi *Notitia Karæorum*, apparet, eorum judicio Talmud adverſari Scripturæ: vide p. 68. ſecum pugnare variis contradictionibus: vid. p. 69. abſurda & impia tradere: vid. p. 71. Itaque tanto minus nos quidem in evertenda Rabbanitarum perſvaſione occupari neceſſe eſt, quod deſtinato conſilio præ ceteris præſtitit *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto lib. I. cap. 8. & illi omnes, qui excerpta voluminoſi operis dederunt, infra a nobis ſuo loco excitandi. Id tamen hoc loco non puto tacendum, quod Karæi pro ficta illa doctrinarum oralium origine aliam afferant veriorem. Eam ſcilicet referunt in tempora *Jo. Hircani*, quo vixit *Iehuda ben Tabbai* & *Simeon ben Schetach*. Horum prior Legi ſcriptæ penitus innitendum ſvaſit; poſterior oralem ad latus ejus collocavit. Ita *Moſes Beſchitzi* in lib. MS. מטה אלהים duplicem cauſam ortæ illius inter Scripturarios & Traditionarios diſſenſionis affert, alteram Politicam, odium ſcilicet Johannis Hircani in Phariſæos, alteram Eccleſiaſticam his verbis: והסבה השני הוא ששמעון בן שטח וזהו אשר חדש דרת אחררת כאשר מלאו אז לבו: i. e. *Secundo in cauſa fuit Simeon ben Schetach, qui alteram legem noviter introduxit, prout tunc erat plenitudo cordis ejus.* Confer, quæ infra inter Doctores Miſchnicos ſub Jehuda ben Tabbai & Simeone ben Schetach afferentur.

VIII. Compilationis Miſchnæ auctorem uno ore prædicant R. *Jehudam*, (d) quem הַנָּשִׂיא i. e. *principem*, & הַקָּדוֹשׁ i. e. *Sanctum* itemque רַבִּי i. e. *Doctorem* appellare conſveverunt. Qua de re & aliis ad eam pertinentibus infra inter Doctores Miſchnicos fuſius dicemus. Non cumulabimus hic eorum loca, qui induſtriæ & calamo R. Jehudæ acceptam ferunt Miſchnæ conſignationem. Unus inſtar omnium ſit Maimonides,



(d) Pro *Aquila*, tanquam primo compilatore pugnat *Iſaacus Voſſius*, contra quem vide *Hieron. le Camus* i. e. Rich. Simonium in Judicio de Reſponſione Voſſii pag. 10. *Pezronius* autem in Antiquitate Temporum reſtituta pag. 61. ſeq. contendit pro *Akiba*, de quo alibi.

des, qui, quicquid hic cum ratione dici potuit, nugis aliorum reje-ctis, in medium afferre conatus eſt. Ille autem in præfat. ad יד חזקה ita: וממשה רבינו ועד רבינו הקדוש לא חברו חבור שלמדים אותו ברבים בתורה שבעל פה אלא בכל דור ודור ראש ב״ד או נביא שהיה באותו הדור כותב לעצמו זכרון השמועות ששמע מרבותיו והוא מלמד על פה ברבים ומן כל אחד ואחד כותב לעצמו כפי כוחו מביאור התורה ומהלכותיה כמו ששמע ומדברים שנתחדשו בכל דור ודור בדינים שלא למדום מפי השמועה אלא במידה מ״ג מדות והסכימו עליה בית דין הגדול וכן היה הדבר תמיד עד רבינו הקדוש והוא קבץ כל השמועות וכל הדינים וההוראות והפירושים ששמעו ממשה רבינו שלמדו ב״ד שבכל דור ודור בכל התורה כולה וחיבר מהכל ספר המשנה ושנאו ברבים ונגלה לכל ישראל וכתבוהו כולם ורבצו בכל מקום כדי שלא תשתכח התורה שבעל פה מישראל:

i. e. *A Moſe, Doctore noſtro, usque ad Rabbi noſtrum Sanctum nullus exaraverat ea, quæ publice docebantur ex Lege orali; ſed in unaquaque generatione Princeps Conſiſtorii, aut propheta ſæculi illius ſibi ipſi ſcribebat commentarios traditionum, quas audiverat a doctoribus ſuis; publice vero ore docebat: & ita unusquisque ſibi viritim deſcribebat expoſitionem legis & rituum ejus, quemadmodum audiverat. Quod vero attinet ad ea, quæ ſingulis ætatibus innovabantur in judiciis, quæque traditione non habebantur, ſed ex aliquo de tredecim modis; horum auctoritas erat penes conſiſtorium magnum. Ita totum hoc usque ad Rabbi ſanctum perduravit. Ille collegit omnes traditiones, omnia judicia, ſententias & expoſitiones, quas audiverant a Moſe Doctore noſtro, quasque ſingularum generationum Synagoga ſuper univerſa lege docuerant. Ex his omnibus librum Miſchna compoſuit, publiceque legit, ut omnibus Iſraelitis innoteſceret. Deſcripſerunt eum omnes, & ubique docuerunt, ne ab Iſraëlitis oralis lex oblivione periret.* In eandem ſententiam idem ſcribit in præfatione ſua ad Ordinem Seraim. Aliorum teſtimonia, quæ vel in Chronologis Judæorum, vel Introductionibus ad ſtudium Talmudicum leguntur, collecta vide a *Joſepho Voiſinio* in Proœmio ad Raymundi Martini Pugionem Fidei, p. 25. Ex iis eadem opera intelliges, de ætate R. *Jebuda* atque adeo tempore hujus conſignationis Judæos inter ſe invicem diſſentire. Plerique omnes ſcriptionem referunt in annum 120. ab excidio Templi, adeoque in finem Sæculi a reparata per Chriſtum, Dominum noſtrum, ſalute Secundi.

cundi. Ita *Abrab. Levita* & R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala fol. 32. b. R. Zacutus in *Juchaſin* p. 105. cum his conſentit ſcribens: ואנחנו מצאנו בכל הספרים חדשים גם ישנים שהיה שנת ג' אלפים ותתק"מט שהם ת"ק לשטרות ק"כ שנה לחרבן בית שני.

i. e. *Nos vero invenimus in omnibus libris novis & antiquis*, *id* (nempe quod R. Jehuda profectus ſit in Babyloniam, ibique Miſchnam literis tradiderit) *contigiſſe A. M. 3949. ſive 500. Æra Contractuum i. e. anno 120. poſt excidium Templi.* Reliqui illi, quos hic deſerit Juchaſin, tempus hoc 30. annis tardius conſtituunt, quam in rem vide Zemach David ad An. 3978. qui ad Levinum Gaon provocat R. *Jehudam Levi* in libro 3. Coſari ſub finem & R. Aſariam in Meor Enajim c. 12. & c. 24.

IX. Sed parum refert, quid in tantilla temporis differentia (e) ſtatuatur: magis noſtra intereſt ſcire, quibus præſidiis innixus R. *Jehuda* hanc operam in ſe ſuſceperit, & quam nactus ſit occaſionem. Ex memoria eum aut ingenio ſuo omnia repetiiſſe Judæi nunquam ſibi perſvaſerunt, quod viſum eſt Chriſtianis nonnullis. Maimonidem paulo ante audivimus obſervantem, privatos quoſque Doctores ante R. Jehudam doctrinas, ex aliis auditas, in tabulas ſibi retuliſſe, quibus deinde uſus ſit Jehuda. In ipſo corpore Talmudico ſpeciatim Tractatu תענית cap. II. Sect. 1. diſerte provocatur ad ſcriptum antiquius ſub tit. מגלת תענית his verbis: כל הכתוב במגלת תענית דלא למספד לפניו אסור לאחריו מותר Ex recentioribus *Jac. Windetus* in Tract. de Vita functorum ſtatu p. 161. ed. Roterodam. Faſcic. IV. Opuſculorum ad Philologiam ſpectantium ita: *R. Jehuda præſto fuiſſe ad Miſchnam concinnandam majorum ſuorum chartas non differunt fateri, qui opus perlegerint. Ejus enim pleraque pars iſtiusmodi eſt, ut omnino per meram traditionem ſine ſcripti adminiculo eo usque conſervari non potuerit.* Imo compendium quoddam ſex Ordinum ante natales Chriſti per Hillelem confectum exſtitiſſe pronunciat *Io.*

(e) Major illa futura erat, ſi Eliæ Levitæ calculus dignus haberetur, quem ceterorum computo opponeres. Is enim A. M. 3987. ceteri vero omnes A. M. 4266. atque adeo tribus Sæculis poſt Talmud Babylonicum obſignatum ſcribunt. Qui diſſenſus Cappello quidem in Arcano Punctationis Revelato argumenti loco inſerviit, *Scaligero* autem de Emendat. Tempor. p. 614. tanti viſus eſt, ut, quid eligeret, neſcire ſe profiteretur. At ſcidit nodum feliciter Buxtorfius de Punctorum antiquitate & origine p. 397. recte obſervans, Eliam Levitam negligentia adductum Talmudis Hieroſolymitani obſignationem, quæ in an. 3989. ex Judæorum mente incidit, ad Babylonicum transtuliſſe.

Digitized by Google

*Io. Seldenus* in Prolegomenis ad Uxorem Hebræam pag. 17. his verbis: *Verum quidem eſt, deuteroſes Moſaicas, ut ipſi vocant, in quoddam Ordinum ſex compendium ab Hillele ante Chriſti natales conjectas fuiſſe, cum antea per ſexcentos diſtraherentur, qua de re conſulas Sepher Juchaſin f. 19. b. & f. 30. b. præter R. Gedaljam ben Iechaja in Schalſcheleth f. 26. a.* Id certiſſimum eſt, Hillelem iſtum acerrimum traditionum patronum ſe præſtitiſſe, & cum Schammæo propterea parum ipſi conveniſſe, quod ex iis conſtabit amplius, quæ de utriusque ſecta inter Miſchnicos dicentur. Lege interim *Jac. Altingii* Tractatum præſtantiſſimum de Schilo lib. IV. c. 7. Ita *Victor a Carben*, ex-Judæus in libello de Judæorum moribus pag. 67. a. *Ante Chriſti adventum* ait, *uſus Talmudis fuit inter Judæos, ſed tum libellus erat modicus, qui nunc excrevit in tantam molem, & ut duplo major videri poſſit, quam Biblia.*

X. Hinc etiam factum eſt, ut tot Doctorum nomina in Tabulis Miſchnicis commemorentur. Imo in eo recentiorum Judæorum induſtria multum ſe exercuit, ut integram illam Traditionariorum ſeriem non interrupto ordine inde a Malachia ad R. Jehudam deducerent. Quo fine ita rationes ſuas inſtituunt, ut a Moſe progrediantur ad Prophetas, ab his ad Viros Synagogæ Magnæ, iſtis vero ſubjungant Doctores Miſchnicos, initio facto ab Antigono Sochæo usque ad Jehudam Principem. In compendio hac recenſione defuncti ſunt auctor פרקי אבות in limine, *Moſes Maimonides* in præfat. ad יד חזקה & ad Ordinem זרעים itemque *Abarbanel* in ſuo נחלת אבות & *Immanuel Aboab* in Nomologia Hiſpanice ſcripta Parte II. p. 245. ſqq. plenius autem Chronologi Hebræorum, *Abraham ben Dior* in libro קבלה, *Zacut* in libro יוחסין, R. *Gedalja* in שלשלת הקבלה quorum librorum tituli ipſi oſtendunt, præcipuum hoc eorum inſtitutum fuiſſe, ut in ordine Doctorum conſtituendo lacuna nulla occurreret. Quam infeliciter vero illis res ceſſerit, & quam miſere turbarint temporum rationes, ex *Jo. Henr. Otthonis* Hiſtoria Doctorum Miſchnicorum & notis, quas illi *Adrianus Relandus*, Vir doctiſſimus adſperſit, conſtat. Pertinent huc ſummatim verba ejus in præfatione hoc modo expreſſa p. 7. *Doctores in Miſchna memorantur 130. in univerſum juxta computum Maimonidis, inter quos 37. ſunt quorum ſemel tantum in Miſchna fit mentio. Vocantur ab Hebræis* תַּנָּאִים *a* תְּנָא *peculiari docendi modo, quod nominis Gamaliel II. primus adoptaſſe dicitur: Alias enim* הוֹרָאִים *appellantur. Horum primus unanimi fere Hebræorum conſenſu*

*ſenſu Simeon Juſtus ſtatuitur, cui auctor noſter Eſram præmiſit, quia eidem collegio Synagogæ M. cum Simeone Juſto interfuit.* Et poſt pauca: *Tuum erit, Benigne Lector, in accurata definitione ætatis cujuscunque Rabbini haſitanter procedere, & παραχρονισμὺς, qui ex collatis ſimul horum ſynchroniſmis reſultant, mihi non imputare, qui ut huic malo medelam aliquam afferrem, plurimosque Doctores Miſchnicos, qui eodem ſaltem Seculo (quoniam de anno aut Decade annorum non conſtabat) vixerant, eadem ſerie exhibui, & ad quasdam* דורות *generationes, ut Judæi ſolent, retuli. Hæc enim Judaicæ gentis incuria eſt, quod ubique antichroniſmos committat inexcuſabiles, & maxime quod Hieroſolymitanam everſionem ſub Tito & Hadriano confundat.. Cui confuſioni originem, ut cauſas generaliores ſilentio prætercam, conſuetudo Chronologorum inter Judæos dedit, qui ætatem hujus illiusve Doctoris definituri, plerumque non annum a condito mundo, aut Templo, aut Æra Contractuum determinant, ſed ab illis, qui* ראשי דורות CAPITA GENERATIONUM *vocantur, characterem temporis deſumunt.* Hæc temporum confuſio cauſa eſt, cur Miſchnicos Doctores ſecundum ætatis, qua vixiſſe Judæis feruntur, ſeriem huc apponere noluerim, qui infra literarum ſerie diſpoſiti occurrent. Quantum vero illis tribuant, vel ex hoc elogio, quod *Immanuel Aboab* p. 247. Nomologiæ ſuæ hiſpanice ſcriptæ ſummatim in illos confert, apparebit. *Omnes iſti*, inquit is, de Doctoribus Miſchnicis loquens, *illuſtres ſapientiſſimi & Sancti Viri fuerunt, alii quidem* נשיאים *i. e. principes ſupremi Tribunalis i. e. Synedrii Magni; alii Præſides* ישיבה *ſive Academiæ in populo Iſraelitico; alii Summi Sacerdotes Templi Sancti. Illis vero ſe jungebant infinitæ myriades virorum ſapientiſſimorum & diſcipulorum Sapientum, qui Legem Sanctiſſimam diſcebant.*

XI. Ex horum Doctorum ſententiis ſubnata eſt R. *Jebuda* omnis illa inſtitutorum farrago, cujus congerendæ is hanc nactus eſt *occaſionem*, quam Maimonides in præfat. ad Ordinem Seraim exponit: ולמה עשה רבינו הקדוש כך ולא הניח הדבר כמה שהיה כבר לפי שראה שתלמידים מתמעטים והולכים והצרות מתחדשות ובאות ומלכות הרשעת פושטת בעולם והולכת וגוברת וישראל מתגלגלין לקצוות חבר חבור אחד להיות ביד כולם כדי שילמדוהו במהרה ולא ישכח וישב כל ימיו הוא ובי״ד ולמדו המשנה ברבים: i. e. *Cur autem iſtud fecit Magiſter noſter Sanctus, neque reliquit rem, qualis antea erat? Quia vidit, diſcipulos imminui ſenſim, & anguſtias innovari ac imminere, regnumque impieta-*

*tis* (f) *diffundi per mundum, & magis magisque invaleſcere, & populum Iſraeliticum projici usque ad fines terræ; confecit ſyntagma, quod eſſet in omnium manibus, ut diſcere illud poſſent citius; neque oblivioni traderetur. Et ſedit ille cunctis vitæ ſuæ diebus ipſe & ſynedrium ejus, & docuerunt Miſchnam plures.* Confer in eandem ſententiam *Hieronymum a S. Fide* de Judaicis erroribus D. 2. b. & *Anton. Reuchlinum* in Speculo Oculari, quod a Cl. Hardtio Parte II. Hiſtor. Literar. Reformat. recuſum exſtat p. 22. nec non *Victorem a Carben*, Ex-Judæum, in libello de Judæorum moribus pag. 67. a. *Reuchlinus* Judæos de hac opera concinnanda ait cogitaſſe ideo, quod viderint Chriſtianos invaleſcere, & gentiles ad ſe allicere; his enim ſe eo fortius reſiſtere poſſe credidiſſe, ſi majorum ſuorum doctrinas & opiniones in cumulum contuliſſent.

XII. *Tempus* inſtitutæ a R. Jehuda Sylloges Miſchnicæ referri a Judæis ſolet, quod paulo ante oſtendimus, in annum ab excidio templi 120. vel 150. qui reſpondebit A. C. 190. vel 220. Atque eos ſecuti ſunt Chriſtiani Scriptores tantum non omnes. Lege *Io. Henr. Hottingerum* in Hiſtor. Eccleſiaſt. N. T. Seculo II. p. 72. Illis nuper admodum ſe junxit Cl. *Wilh. Wottonus* in libro Anglicano, quem inſcripſit: *Miſcellaneous diſcourſes relating to the traditions and Uſages of the ſcribes and Phariſees in our bleſſed Saviour Jeſus Chriſts time.* 2 voll. Lond. 1718. 8. Ibi diſſ. I. in naturam auctoritatem & utilitatem Miſchnæ inquirit, & in præf. affirmat, nihil obſtare, quo minus credamus Judæis, Miſchnam compilatam eſſe ſub Antonino Pio, nec fuiſſe cauſam, cur Judæi eam antiquitatem Miſchnæ falſo tribuerent. Addit quoque, Gemariſtas ſæpe hærere in Miſchna interpretanda, ideo ſcilicet quod ætas ejus ab iis fuerit remotior. At ſuperiori Sæculo fuerunt, qui iſti Judæorum narrationi fidem temere haberi exiſtimantes, tempus Miſchnæ confectæ aliquot ſæculis propius ad noſtram ætatem accedere pronunciarunt. Horum agmen, ni fallor, ducit *Joannes Morinus*, in Exercitationibus Biblicis lib. II. Exerc. VI. cap. II. p. 294. ſqq. Monuerat ille, eos, qui magis deprimant æram libri, eam conferre in A. C. 219. *At ſane*, addit ſtatim, *tribus ſæculis poſteriorem eſſe validæ rationes evincunt. Scrupulum igitur*, ita pergit

(f) Per hoc intelligunt Chriſtianos, quos nunc מלכות הרשעה nunc מלכות מרשעת i. e. *regnum impietatis*, nunc מלכות חייבת *regnum impium*, nunc מלכות הרשעים *regnum impiorum*, nunc מלכות עשו הרשעה *regnum Eſavi impium* appellant. Vide *Eiſenmengeri* Judaismum detectum p. 756.

git §. 2. *ne ita credamus*, *injiciunt*, *non modo*, *quod teſtis hujus rei antiquiſſimus annis octingentis eſt ſecundum ipſos auctore Miſnajoth poſterior*; *nulloque alio teſte nititur*, *quam Talmudico*, *ſed multo magis*, *quod Origenes*, *Epiphanius & Hieronymus nullam nec libri*, *nec auctoris mentionem faciant.* Argumentationi huic pondus accedere exiſtimat ex eo, quod Judæi omnes, tam terræ Iſraelis, quam Babylonis, librum Miſnajoth ſtatim unanimi conſenſu approbarint & in Synagogis ſuis publice explicarint & in eum commentati ſint. Ex quo fieri non potuerit, quin notitia ejus Judæis omnibus fuerit pervulgata & familiaris. Ita enim tradere Abarbanelem procemio commentarii in *Firke Avoth*, tum *Joſephum Levitam* cap. I. *Halichoth Olam* & R. Simſonem in libro כריתות & *Ganzium* in Zemach David ad annum 3979. qui poſtremus his ſpeciatim verbis utitur: חבור המשניות קיימו וקבלו עליהם כל ישראל ועסקו בהם בחיי דרבי בישיבת א"י שני בניו רבן גמליאל ור' שמעון ור' חייא ור' אושעיא ר' חנינא ור' יוחנן וחבריהם ובישיבת בבל עסקו בם רב ושמואל תלמידי דרב: i. e. *Collectionem Miſchnajoth ratam habuerunt & receperunt Iſraelitæ omnes*, *& in ea intelligenda occupati fuerunt vivente adhuc Rabbi*, *in Scholis terræ Iſraelis*, *bini filii ejus* (R. Jehudæ) *Rabban Gamliel & R. Schimon*, *& R. Chaija*, *R. Oſchaja*, *R. Chanana*, *& R. Jochanan eorumque ſocii*: *in Scholis vero Babylonis operam ei navarunt Rab & Schemuel*, *diſcipuli R. Jehudæ.* Ex hoc putat ſponte ſua conſequi, Origenem, Epiphanium & Hieronymum, Doctores rerum Judaicarum ſtudioſiſſimos, voluminis illius Miſchnici, ſi tum exſtiterit, notitiam habuiſſe, nec ſilentio præterire potuiſſe. Dum autem id non fecerint, fruſtraque mentio traditionum, tanquam certo quodam libro collectarum, in ipſorum ſcriptis quæratur, recte putat negari, collectionem ejusmodi eorum ætate exſtitiſſe.

XIII. Enimvero generatim recte regeritur Morino, argumenti, a ſilentio Hiſtoricorum ducti, eam, eruditorum judicio, non eſſe vim, quæ efficiat, ut rem ipſam eveniſſe aut exſtitiſſe negemus, cum variæ potuerint eſſe cauſæ, quæ homines ea ætate viventes diſtinctiore rei notitia deſtituerint, vel etiam rei gnaros a tam diſtincta & accurata rei commemoratione avocarint. Speciatim vero mirum videri non debet, *Origenem* libri ſeu collectionis, a R. Jehuda factæ, diſerte non meminiſſe. Ponamus enim, primam ſcriptionis originem in A. C. 219. quem quidam Judæorum Chronologi ſtatuunt, incidere, fieri certe poterat, ut Origeni de ea non conſtaret. Is enim veterum teſtimonio A. C. 186. natus, & an.

254. martyrio coronatus, triginta tantum vitæ annos, poſtquam opus illud in lucem prolatum eſt, exegit. Dubitasne vero, Judæos ſub initium, vel rebus ſuis diffidentes, vel eximium, quod ipſis videbatur, opus Chriſtianis hominibus invidentes, inſtituta hæc ſua & cærimonias, quas a gentilibus rideri, a Chriſtianis autem contemni & confutari ſciebant, intra tam exiguum temporis ſpatium de induſtria occultare vel potuiſſe vel voluiſſe, ne in notitiam Chriſtianorum pervenirent? Accedit Miſchnæ jam collectæ uſum Doctoribus magis & Antiſtitibus ſacrorum rituumque Judaicorum, quam vulgo Judaico familiarem videri fuiſſe. Doctorum enim intererat, efficere, ut inferioris ſortis homines ab ore ipſorum penderent. Hodienum ſane de Talmude inter eos non niſi illi ſoliciti ſunt, qui ſtudiis operam navant. Jam vero ex Magiſtris Judæorum paucos omnino ad Chriſti ſacra ſe eo tempore convertiſſe facile tibi perſvadebis, ex quorum forte narratione Chriſtiani conditionem corporis Miſchnici edoceri potuerint. Sufficit ſane, Origenem meminiſſe traditionum Judaicarum, quod Morinus ipſe p. 295. non diffitetur, obſervans lib. IV. cap. 2. περὶ ἀρχῶν eum multas earum commemorare. Neque credo recte, & cum ratione, conjicere Morinum, quod eo inprimis in loco librum, ſi quis fuerit, excitare debuerit Origenes. Cur enim appellaret librum in commemoratione traditionum, quas fando forte a Judæis acceperat, quasque libro iſto comprehendi non certo ſciebat? Ab *Epiphanio* forte plura de libri illius conditione exſpectari poterant, tum quod ex Judæis Parentibus, teſtante vita ejus, natus eſt, tum quod ætas ejus in Sæculum poſt C. N. quartum, idque medium, incidit. At enimvero natales illi Judaici dubii nonnullis, interque eos *Hottingero* p. 14. Theſauri Philolog. viſi ſunt. Et ſi eos largiamur, multa in Panario ejus ad res & hæreſes Judæorum pertinentia occurrunt, quæ evincunt, Doctorem hunc vel patrias res nunquam accurate calluiſſe, vel ſuccedente tempore neglexiſſe. Argumento ſint ea, quæ in hanc cauſam *Jac. Rhenferdius* in Diſſertat. de Fictis Judæorum Hæreſibus attulit. Et vel ſic tamen plura debemus in hac parte Epiphanio, quam ulli alii Eccleſiæ Doctori. Ex teſtimoniis enim ejus ſupra allatis apparet, eum præcipuos traditionum ex Judæorum mente auctores commemoraſſe, *Moſen* ſcilicet, *Akibam*, & *Jehudam*, eum ſcilicet, quem primum inſtituta patria in literas retuliſſe uno ore tradunt Judæi. Quis vero deſideret, citari librum ab eo, qui recenſet ejus auctorem? *Hieronymus* (g) denique revera

(g) Si Jechieli, cum Nicolao, Ex-Judæo, diſputanti credimus, Hieronymus totum Talmud me-

vera præſtitit id, quod tanquam non præſtitum deſiderat Morinus. Verba doctiſſimi Patris qvæſt. X. in epiſt. ad Algaſiam ita habent: *Quantæ traditiones Phariſæorum ſint, quas hodie vocant* δευτερώσεις, *& quam aniles fabulæ, evolvere nequeo: Neque enim libri patitur magnitudo, & pleraque tam turpia ſunt, ut erubeſcam dicere.* Habet hic, quod excipiat Morinus. Per librum ſcilicet epiſtolam intelligi, quam Algaſiæ ſcripſerit, & quæ non paſſa ſit, jam per ſe longior, longam ſeriem traditionum texere. Sed recte obvertuntur, quæ ad vindicandum genuinum verborum ſenſum attulit *Jac. Triglandius* in Diſſert. de Karæis p. 123. *De Libro traditionum agere*, inquit is, *patet evidentiſſime cum ex nexu, tum, quod nomen* δευτερώσεις *cum Hebr.* משנות, *prout titulus habet, plane convenit, eodemque in Novella 146. quoque appellatur. Volumen fuit, & non oralis tantum doctrina, quia poterat* EVOLVI: *& qui tandem, quæſo, niſi ex codice, in illarum nugarum, præ* VOLUSI ANNALIBUS *ſpurcarum, interiorem notitiam perveniſſet Hieronymus? dum bella hæc myſteria extraneos ſolicite quondam celabant; a quo more, lucri cupidine multis tribulium licet reclamantibus, hodie aliquantum Judæi receſſerunt. Longa quidem ſatis eſt epiſtola ad Algaſiam pro modulo epiſtolarum, ſed in comparatione libri nimis exigua, quam ut diceret, ſe* evolvere non poſſe, quod libri non pateretur magnitudo. *Dic, poteratne ergo Algaſia? num ipſe ſuas literas voluit* evolvere *Hieronymus? An non videat vel cæcus, id clare pertinere ad* δευτερώσεις *& aniles fabulas, quæ immediate præceſſerunt?* Et fruſtra inprimis provocat Morinus ad verba Hieronymi ſequentia: *Solent reſpondere & dicere, Rab Akiba & Simeon & Hillel magiſtri noſtri tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambulemus in Sabbato, & cetera iſtiusmodi.* Putat enim, *magis fuiſſe in promtu reſpondere, Jehuda Sanctus ita in libro Traditionum nos docuit.* Sed ita ne nunc quidem utplurimum agere ſolent Judæi, neque egerunt



memoria comprehenſum habuit. [c] Vide diſputationem illam Jechielis in Telis Igneis Satanæ a Wagenſeilio editis p. 7. Iſaacus Voſſius nec cauſæ ſuæ, nec eruditionis, alioquin eximiæ, famæ conſuluit, quando in Reſponſo ad Objecta Criticæ Sac. p. 327. edit. Lond. affirmat, Hieronymi ſæpe in Talmude fieri mentionem. Id enim non magis ex vero dicitur, quam alterum illud, quod ibidem p. 347. in Reſponſ. ad iteratas Simonii objectiones traditur, congreſſum Hieronymi a S. Fide cum Judæis in Talmude recenſeri. Poſterius hoc emendavit alibi ipſe Voſſius in Reſponſione ad tertias Simonis objectiones p. 78. pro Talmude ſubſtituens librum Judæorum Hiſtoricum שבט יהודה, quem *Georg. Gentius* Latinum fecit, & in quo tota hæc diſputatio fuſe recenſetur. Atque hinc ſimul patet prioris hallucinationis origo. Qui enim putabat Hieronymi a S. Fide mentionem fieri in Talmude, idem memoriæ forte vitio Hieronymum, Eccleſiæ Doctorem, cum altero iſto confudit.

runt Raſchi, Maimonides, aliique, quando ad Miſchnicas traditiones provocant. Sed ſatis illi habent, ſi inſtituta ipſa memorent. Imo nec Jehudam laudare poterant, quippe quem pro auctore principe illorum inſtitutorum non habebant? Et quotusquisque eſt, qui collectoris hodie faciat mentionem, ubi de re ſermo eſt, quæ veterum teſtimonio vel ſtat vel cadit? Addit Morinus, p. 296. ſi vel maxime credatur, Hieronymum eo in loco Collectionis alicujus traditionum meminiſſe, nihil id quidem ad rem facere, cum intelligi poſſit ejusmodi farrago, quam privatus quisque pro ſe & in proprium uſum, ceu Iudæi paſſim teſtentur, ante Miſchnæ elaborationem colligere conſveverit? Sed in quot privatas ejusmodi collectiones, quas Iudæi quantivis pretii putabant, incidere potuit aut incidiſſe credendus eſt Hieronymus? Et num una earum tantæ molis eſſe potuit, ut de libri magnitudine loqveretur Hieronymus? Non magis juvat Morinum (h) *Auguſtini* teſtimonium, quod ex lib. II. c. 1. contra Adverſarium Legis & Prophet. affert, his verbis conceptum: *Neſcit, habere, præter Scripturas legitimas & Propheticas, Judæos quasdam traditiones ſuas, quas non ſcriptas habent, ſed memoriter tenent, & alter in alterum loquendo transfundit, quam* δευτέρωσιν *vocant. Ubi etiam dicere audeat & credere, Deum primo homini duas creaſſe mulieres, ex quibus texunt genealogias vere, ſicut Apoſtolus ait, infinitas* &c. Negat ibi Auguſtinus, Judæos traditiones ſuas ſcripſiſſe, quod facturus Morino judice non erat, ſi liber ejusmodi ducentis annis ante in Judæorum manibus verſatus fuiſſet. Sed nec iſta argumentatio procedit. Auguſtinus enim loquitur de Talmude, prout adhuc hodie loqui ſolent de eodem Judæi, quando illud תורה שבכתב i. e. *Legem ſcriptam*, & תורה שבעל פה i. e. *Legem oralem* appellant, non eo certe ſenſu, quod ne nunc quidem ſcriptis conſignata ſit, ſed reſpectu ad Moſis Legem habito, quæ cum prima origine in literas relata eſt, nec oris, ſed lectionis beneficio ad alios propagari potuit. Et quid ſi interiorem hujus negotii rationem ignoraſſet *Auguſtinus?* Certe hoc non magis illi vitio verti poterat, quam tot aliis Latinæ Eccleſiæ Doctoribus, qui Lingvæ Hebraicæ ignari in res literasque Judæorum inquirere accurate non poterant.

XIV. Ad

(h) Eodem modo Auguſtini locum interpretatus eſt Simonius in Judicio de Reſponſione Voſſii ſub Hieronymi le Camus nomine edito, p. 11. *Ante illa tempora* (Juſtiniani), inquit, *nullus traditionum liber ſcriptus & editus eſt, ut apertiſſimis verbis teſtatur Auguſtinus, qui ait, Judæos traditiones ſuas non ſcriptas habere.*

XIV. Ad confirmandam ſententiam ſuam Morinus amplius utitur Juſtiniani Decreto, quod exſtat Novella 146. Illud ſic habet: *Eam Scripturam, quæ ſecunda editio dicitur, interdicimus omnimodo, utpote Sacris non conjunctam libris, neque deſuper traditam de Prophetis, ſed inventionem inſtitutam virorum ex ſola loquentium terra, & divinum in ipſis habentium nihil.* Græca ita ſunt concepta: τὴν δὲ παρ' αὐτοῖς λεγομένην δευτέρωσιν ἀπαγορεύομεν παντελῶς, ὡς ταῖς μὲν ἱεραῖς ἐ συναναληλημμένην βίβλοις, ἐδὲ ἄνωθεν παραδεδομένην ἐκ τῶν προφητῶν, ἐξεύρεσιν δὲ ἐσαν ἀνδρῶν ἐκ μόνης λαλέντων τῆς γῆς, καὶ θεῖον ἐν αὐτοῖς ἐχόντων ἐδ' ἕν. Confer Bibliothec. Juris Canonici a Iuſtello & Voello editam Tomo II. pag. 1359. ubi hæc Græce legis: Ὥςε ἄδειαν εἶναι τοῖς βελομένοις Ἑβραίοις ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, διὰ τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς καὶ τῆς Ἰταλικῆς ἢ καὶ διὰ τῆς τῶν ἄλλων γλώττης συμμεταβαλλομένοις τοῖς τόποις, ἀναγινώσκειν τὰς ἱερὰς γραφάς. Ὥςε νοεῖν τὲς συνερχομένες τὴν ἀκρόασιν κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα καὶ τὴν Ακύλου παράδοσιν, καὶ ὥςε τὴν παρ' Ἑβραίοις λεγομένην δευτέρωσιν, ὡς μὴ ταῖς ἱεραῖς ἀνειλημμένην βίβλοις κωλυθῆναι τελείως. Permittitur ſcilicet dicto loco lectio Sacri Codicis lingva Græca vel alia quacunque, quam Antiſtites quidam Iudæorum, in iis ſcilicet lingvis, illicitam pronunciaverant, prohibetur autem lectio τῆς δευτερώσεως ſeu *Miſchnæ*. Hinc Morinus p. 297. a. conficit, tunc demum, atque adeo Sæculo VI. poſt C. N. medio *Miſchnam in librum publicum evaſiſſe & publice a Judæis doctam, credibile quoque eſſe, quosdam Judæos publicationi iſtius Miſnæ, utpote rei novæ & inuſitatæ ſe oppoſuiſſe, & de ea novitate apud Imperatorem conqueſtos eſſe. Quamobrem enim*, ita pergit, *legem hanc tuliſſet, niſi a quibusdam Judæis monitus?* Recte quidem *Morinus* largitur, Miſchnam ibi peti ab Imperatore. Idem evicerunt plures alii, a Cl. *Fabricio* lib. III. Biblioth. Græcæ p. 334. laudati, neque quiſquam, quod ſciam, negavit præter *Iſaacum Voſſium* in Reſponſione ad tertias Rich. Simonis objectiones p. 84. qui *ſecundam* Aquilæ *editionem* reſpici exiſtimavit, quæ tamen in ipſa illa Imperatoris Novella legenda conceditur, atque adeo ab altero libro non legendo diſtingvitur. Hactenus itaque bene Morinus. Sed idem ſibi τῇ ὑποθέσει δουλεύων ab errore minus cavit, quando recentem credidit eſſe controverſiam, quæ tum agebatur inter Iudæos, cum eam ipſe Imperator tanquam diu protractam recenſeat. Tum vero Iudæi non certe de traditionibus earumque publicatione conqueſti erant apud Iuſtinianum, ſed de prohibita a nonnullis lectione Scripturæ in lingva vernacula. Hanc vero Imperator vel ſua ſponte, vel a Chriſtianis admonitus, & rogatus, occaſionem arripuit illos interdicendi lectione Talmudis,

mudis, quod & a Scriptura eos abduceret, & male ſanas inveheret interpretationes. Et qui quæſo credibile eſt, Iudæos traditionibus ſe oppoſuiſſe, quas tanti eos jam Chriſti ætate feciſſe conſtat? Quæ in ſequentibus Morinus de *Archiperecitis*, tanquam a legendis פְּרָקִים ſeu *capitibus*, in quæ מַסֶּכְתּוֹת ſive tractatus Talmudici diſtingvuntur, eo tempore appellatis diſſerit, longius petita ſunt, quam ut hanc cauſam juvent, atque ita præterea comparata, ut verior propiorque ſententia in promtu ſit. Eam invenies apud Clariſſ. *Campegium Vitringam* in erudita commentatione de vetere Synagoga p. 698. ſqq.

XV. Cum Morino ex parte conſentit *Iſaacus Voſſius*, dum ſtatuit, Miſchnam ante Juſtinianum ſermone Græco, qui tunc vernaculus fuerit, ab (i) *Aquila* compilatam, & inſtar annotationum in margine interpretationi Græcæ S. Codicis additam, Juſtiniani vero demum tempore

(i) Legerat ſcilicet *Iſaacus Voſſius*, Vir cetera doctiſſimus, in Anaſtaſii Sinaitæ ὁδηγῷ cap. VI. p. 92. quod Aquila παρερμήνευσε τὴν παλαιὰν γραφὴν, τὰς πλείους χρήσεις καὶ μαρτυρίας τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ διαστρέψας καὶ περικόψας, h. e. *prave interpretatus ſit veterem Scripturam compluribus ſententiis & teſtimoniis de Chriſto perverſis & mutilatis.* Legerat ibidem p. 94. iſtam Aquilæ interpretationem allegari, tanquam quæ eſſet ἡ λεγομένη παρ' Ἑβραίοις δευτέρωσις, h. e. *apud Hebræos vocata* δευτέρωσις. Hinc ſubnata ipſi eſt occaſio ſuſpicandi, Aquilæ interpretationem, & quidem ſecundam, (ſicut Interpres Latinus Novellæ 146. Juſtiniani δευτέρωσιν per *ſecundam editionem* vertit) hic innui, eamque notis quibusdam in margine illuſtratam. Provocat ſane diſerte in Reſponſ. ad iteratas Simonii objectiones p. 351. edit. Londin. ad Anaſtaſium, his uſus verbis: Iſtam autem δευτέραν Aquilæ ἔκδοσιν dictam fuiſſe δευτέρωσιν, ſatis clare docet Anaſtaſius Sinaita in Ὁδηγῷ addens, illam continuiſſe τῆς ὀρθῆς τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν τὴν ἀναίρεσιν καὶ τοῦ θείου λόγου καταλύσιν. Alludit ad citatum a me Anaſtaſii locum, ſed ita, ut, hypotheſi ſuæ inſerviturus, non referat, niſi cum ſua interpretatione, quam ad Anaſtaſii mentem accedere nemo, qui legerit, ſibi perſvaderi patietur. Addit Voſſius p. 352. *Neceſſe eſſe, ſecundam iſtam Aquilæ editionem non tantum ſacrorum librorum continuiſſe verſionem, ſed & commentariis ſeu annotationibus margini adſcriptis fuiſſe inſtructam, ex Judæorum traditionibus ab eodem compilatis Aquila.* Cur hoc *neceſſe ſit*, nullo ibi argumento evictum videas, niſi eo loco habendam putes conjecturam novam, quod Hieronymus inde magnam Hebraic. traditionum partem deſcripſerit; vel alterum illud, quod Judæi δευτερώσεις ſuas ab Akiba repetunt, Aquila autem, teſte Hieronymo ad Jeſaiæ c. 8., Akibæ fuerit diſcipulus. Frigide cauſam hanc egiſſe imo fere deſeruiſſe Voſſium intelliget, qui legerit, quæ is Simonio in Reſponſ. ad tertias Simonii Objectiones reponit p. 84. ed. Londin.

re Hebraice converſam fuiſſe (k). Hæc enim non ſolum ſine ullo veterum teſtimonio dici, ſed præterea nulla veri ſpecie ſe commendare, pridem oſtendit *Hieron. le Camus*, i. e. *Rich. Simonius* in Judicio de nupera Iſaaci Voſſii ad iteratas Simonii objectiones Reſponſione p. 10. & 11. Inprimis huc pertinent ſequentia ejus verba: *Præterea ſuo etiam gladio hic ſe ipſum jugulat bonus Voſſius, qui ex eo, quod non alia in Imperio Romano audiretur lingva, quam Græca, concludit, ante Juſtinianum traditiones Judæorum Græce ſcriptas fuiſſe. Si hac ratio valeat, neceſſe fuit etiam Juſtiniani tempore illas ſcribi Græco ſermone, cum tunc lingua Græca fuerit vernacula. Tamen Voſſius affirmat Judæorum traditiones tunc temporis e Græco in Ebræum ſermonem translatas fuiſſe* (l). Hæc manifeſta & idonea eſſe puto ad convellendam Voſſii ſententiam, quæ tamen vel ſic *Paulo Pezronio* ſe probavit in *Antiquitate Temporum defenſa* cap. II. p. 63. ſqq. qui ex eo, quod traditiones δευτερώσεις appellentur Græco nomine, Græce quoque eas primum ſcriptas & collectas fuiſſe ab Akiba; deinde vero paulo ante Juſtinianum, accedentibus interim aliis, Hebraice converſas. Cum vero ille præter ea, quæ *Voſſius* & *Morinus* habent, nihil attulerit, labore argumenta ejus amplius conſiderandi ſuperſedere poſſumus. Confer interim, quæ contra Voſſium atque adeo & Pezronium *Wilhelmus Wottonus* (m) in præfat. ad Diſſertationes Miſcellaneas de traditionibus & ritibus Scribarum ac Phariſæorum tempore Servatoris noſtri, contra *Morinum* vero Cl. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judæorum lib. III. p. 155. ſqq. diſputant.

XVI. Ego certe non video cauſam, cur in pervulgata ſententia eorum, qui primas collectæ Miſchnæ origines ad R. Jehudam adeoque

 in

(k) Locus Voſſii de Oraculis Sibyllinis c. XVI. pag. 285. ita habet: *Primus liber Hebraice conſcriptus fuit Miſna, idque tempore Juſtiniani, aut non multum poſtea: cujus rei cauſam fuiſſe exiſtimo, quod cum hujus Imperatoris edicto cautum eſſet, ne Judæi in Synagogis legerent δευτερώσεις ſive librum traditionum, illi, ut edictum eluderent, ſcriptum hoc in Hebraicum converterunt ſermonem.* Conferatur idem in Reſponſione ad iteratas Simonii objectiones p. 350.

(l) Adde his: Si quid ponderis argumentationi Voſſianæ ſubeſſet, nec Joſephum libros de Bello Judaico Hebraice vel Syro-Chaldaice ſcripturum fuiſſe, quod tamen a ſe factum ipſe in limine illorum librorum teſtatur. Conf. Partem I. p. 547. Imo multo minus noſtra ætate, qua Hebraica Lingva multo magis quam olim in deſvetudinem abiit, quisquam Judæorum Hebraice quidquam commentaturus erat, quod tamen fieri, res ipſa oſtendit.

(m) Excerpta commentationis hujus luculenta habes in Bibliotheca Anglicana Cl. *La Roche* Tom. IV. Part. II. p. 367. ſqq.

in Sæculum II. inclinans vel III. incipiens, referendas cenſent, ſecure acquieſcere non poſſimus. Uno id ore profitentur Judæi, ita, ut in tempore ipſo definiendo, in quo alias mire a ſe invicem diſcrepant, minimo, triginta ſcilicet annorum intervallo, ſejungantur. Nihil præterea eſt, quod eos permovere potuerit, ut ſcriptionem iſtam trecentis annis antiquiorem facerent, niſi rei veritate compelli ſe vidiſſent. Si enim de concilianda illi majore auctoritate cogitatum fuiſſe exiſtimes, quantillum quæſo eſt, quod hinc ab iis cum judicio exſpectari potuerit? Temporum iſtorum conditio & res Iudæorum, ea potiſſimum ætate magis magisque inclinantes & adflictæ, ſuſcepti hujus conſilii cauſas, quas ſupra expoſuimus, manifeſtas faciunt. Dictio Miſchnæ pura & ad Hebraiſmum ac Chaldaiſmum minus corruptum propius accedens, non patitur, ut in Sæculum VI. ſcriptio ejus referatur, quo ſane Hebraiſmus ex aliis lingvis labem majorem contraxerat. Doctores Chriſtiani frequentem jam ea ætate mentionem faciunt Iudaicarum traditionum, *Hieronymus* Sæculo IV. librum earum (vide §. XIII.) memorat, *Epiphanius* eo prior collectorem ipſum R. *Jebudam* laudat (vid. § XIII) *Iuſtinianus* denique Sæculo VI. medio lectionem earum tanquam hactenus receptam interdicit: Hæccine patiuntur, ut Sæculo demum VI. natales ejus acceptos feras? Neque argumenta, quæ in contrarium afferuntur, tanti momenti ſunt, ut exceptione ſint majora, quia nimis ſunt generalia, & partim a conſvetudine Iudæorum, rebus ſuis remotam antiquitatem vindicandi, partim ab eorum in rebus hiſtoricis & chronologicis imperitia, partim a narratione Chriſtianorum Auctorum tumultuaria repetuntur, omnia vero hæc de nimia quadam, quæ in Morino ſe inprimis exſeruit, res Iudæorum deprimendi cupiditate teſtimonium ferunt.

XVII. Atque illa quidem de Miſchnæ ætate ſufficiant. Ab ea pendet diſputatio de Gemaræ utriusque, tam Hieroſolymitanæ, quam Babylonicæ, quæ ad Miſchnam illuſtrandam refertur, origine, a nobis hoc loco proxime ingredienda. Iudæi hic nonnihil & magis quidem, quam in Miſchnæ æra conſtituenda diſſentiunt. R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 34. I. ita: בימיהם היה ר"י בא"י ר' יוחנן שחבר הגמרא ירושלמית על המשניות בחמשה סדרים שלמים אבל בסדר טהרות לא עשה גמרא אלא במסכת נדה וחברו בשנת ד' אלפים לבריאה שהיה כמו מאתים שנים לחרבן: i. e. *Illis diebus erat*

*caput*

*caput Scholarum in terra Iſraëlis R. Jochanan, qui fecit Gemaram Hieroſolymit. ſuper Miſchnajoth, quoad quinque Ordines perlectos libri Miſchnajoth. Sed ſuper Ordinem Taharoth non compoſuit Gemaram, ſi exceperis tractatum Nidda. Compoſuit autem A. M. 4000. qui eſt circiter ducenteſimus ab excidio templi.* Proxime huic accedit R. *David Ganz* in Zemach David, qui Jochananem A. M. 3990. præſidem Scholæ in terra Iſraelis conſtitutum eſſe, & Talmud Hieroſol. compoſuiſſe teſtatur. Confer, quæ infra inter Doctores Gemaricos de Jochanane commentabimur. Ex hoc computo Gemara Hieroſolymitana incideret in A. C. 270. Parum abit R. *Serira Gaon* in lib. Juchaſin p. 94. ubi mortem Jochananis in annum Æræ Contractuum 594. id eſt Mundi 4042. Chriſti vero 282. confert, quod tempus confectionem operis ipſius eo circiter tempore, quod Gedalja adſignavit, factam credere jubet. Alii, nominatim *Moſes Maimonides*, in præfat. ad librum Jad chaſaka, *Abarbanel* prooemio in Pirke Avoth, auctor יסוד עולם lib. IV. c. 18. *Simſon Mikkenon* Parte IV. libri כריתות cap. 2. & *Elias Levita* præfat. in Methurgeman, a Morino p. 298. Exercitatt. Biblicarum citati, Gemaram illam Sæculo integro faciunt recentiorem, trecentis ab everſo templo annis, i. e. A. C. 370. eam vulgatam eſſe aſſerentes. Ex Chriſtianis Scriptoribus *Buxtorfius* in Recenſione Talmudis p. 229. ad Ganzium provocans, refert in A. C. 230. quem plerique ſeqvuntur. *Jo. Lightfootus* ſpeciatim in Centuria Chorographica, Matthæo præmiſſa, cap. 81. Tom. II. Opp. p. 221. in Sæculum IV. poſt C. N. rejiciunt, ideo, quia frequentem Diocletiani mentionem ibi factam vidit, quod variis locis in medium allatis evincit. Quamvis enim nonnulli non Imperatorem, ſed alium quendam obſcurioris conditionis hic intelligendum voluerint, aliter certe ſtatuere jubet locus Gemaræ Avoda Sara fol. 39. 4. ubi inſcriptio refertur his verbis concepta: אנא דיקליטיאנוס מלכא שבנית אהן ירידה דצור לגדיה דארקליס אחי תמניא יומין: i. e. *Ego Diocletianus Rex hoc forum Tſur* (i. e. Tyri) *condidi fortuna fratris mei Herculii octoginta diebus.* Cum enim ibi ארקליס, i. e. Maximiani Herculii mentio fiat juxta cum Diocletiano, per ſe patet, quis per hunc ſit intelligendus. Cumque in tractatu *Scheviith* fol. 38. 4. referatur res, triginta annis poſt aliquam Diocletiani actionem geſta, annus imperii Conſtantini nonus aut decimus memorari videtur. Recentior adhuc Gemara iſta viſa eſt *Jo. Marshamo* in Canone Chronico p. 159. qui ad Sæculum V. pertinere cenſuit omnino, quia Miſchnam demum Sæculo V. inclinante ſcriptam cenſet.

ſet. Verba ita habent: *Veriſimile eſt, hunc Miſchnæ librum nondum A. C. 400. aut literis mandatum fuiſſe, aut orbi ſaltem nondum innotuiſſe, quod volunt Magiſtri.* Recentiſſimam vero æram ſtatuunt Morinus, Voſſius & Pezronius. *Iſ. Voſſius* de Oraculis Sibyllinis c. 16. p. 285. ed. Lond. refert in Sæculum VIII. inceptam putans A. C. 655. & perfectam an. 727. *Morinus* autem p. 299. Exercitatt. Biblic. in Sæculum VII. Talmudis auctores poſt annum a C. N. 600. vixiſſe affirmans. Circa A. C. 372. compoſitam non fuiſſe Gemaram hanc, duplici argumento evincere conatur Morinus, quia ipſa Miſchna Sæculo V. demum compilata ſit; Epiphanius vero & Hieronymus nusquam faciant commentarii iſtius mentionem. Prius illud, quod ex antecedentibus apparet, ita ad liquidum non perductum eſt, ut eo ſe ſecure recipere poſſit Morinus: ſilentium vero Doctoris utriusque nihil aliud certo demonſtrat, quam commentationis Hieroſolymitanæ notitiam ea ætate non adeo pervulgatam fuiſſe, ſive illa a Judæis ſtudio ſit occultata, ſive a Chriſtianis Doctoribus, qui ipſius textus Miſchnici parvam rationem habebant, neglecta fuerit. Magis vero ea ratio videri poterat valere, quam p. 299. a. affert Morinus: legi ſcilicet in Gemara Hieroſolymit. voces, quæ Gothicam barbariem ſapiant, ſicut & ipſum *Turcarum* nomen, poſt A. C. 600. demum orbi cognitum, ibi occurrat. Enimvero voces ejusmodi novæ tantum efficiunt, ut credamus, varia ſubinde recentiori ætate loca a nova manu acceſſiſſe, quod & corporis ipſius, a variis verſati, conditio ſvadet, ut credamus, & ipſi Judæi non inviti largientur. In eandem cum Morino, cujus & argumentis utitur, ſententiam deſcendit *Paulus Pezronius* in Antiquitate Temporum Defenſa cap. II. p. 71. 72. Verba ejus ex Gallico converſa hæc ſunt: *Talmud Hieroſolymitanum non niſi circa A. C. 620. imperante Heraclio, cum Perſæ urbem Sanctam tenerent, exaratum eſt. Illud enim, ceu Elias Levita (præfat. in Methurgeman) obſervavit, ſcriptum eſt lingva, vocibus Perſicis, Babylonicis, Græcis & Romanis miſta. Jam vero Perſæ anno 614. demum urbem Jeruſalem occuparunt, auſpiciis Regis Coſrois, qui illius juxta cum vita ſua jacturam fecit an. 628. Intra illud igitur temporis intervallum Gemaram Hieroſolymitanam compoſitam fuiſſe neceſſe eſt.* Haberet ſane hoc argumentum plus roboris & nervi, ſi tam frequentia Perſiſmi, quam Romanæ Græcæque lingvæ veſtigia in Gemara iſta occurrerent. Talia vero & tam multa fruſtra quæras, ita, ut ipſi Morino, hoc data opera agenti, difficile fuerit unam alteramque vocem exſculpere recentioris ætatis indicium ſecum ferentem. Græcas Latinasque voces ac phraſes nemo cum ratione mirabitur,

tur, qui meminerit, Judæis duobus primis a C. N. Sæculis cum utraque illa gente tam crebrum commercium interceſſiſſe, ut varias earum locutiones civitate ſua donare potuerint.

XVIII. Gemaræ *Babylonicæ* æra recentior eſt illa Hieroſolymitanæ. Prima ejus initia referunt ad R. *Aſche*, Scholarcham Soranum, quem A. C. 427. tradunt obiiſſe. Ita *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala fol. 35. p. 1. ר׳ אשי התחיל לכתוב הגמרא בבלית וחזר ללמוד כלו פעמים רבות ועשה מהדורא קמא ובתרא אבל לא הפסיק להשלימו ולחתמו מכל וכל כי עלה אל האלהים שנת ד׳ אלפים קפ״ז ליצירה: i. e. *R. Aſche incepit ſcribere Gemaram Babylonicam, & repetitis vicibus docuit, curisque poſterioribus recognovit, ſed integram non potuit abſolvere, aut obſignare, quia ad Deum aſcendit anno O. C. 4187. i. e. C. 427.* Secutus is quoad rem ipſam eſt auctorem הליכות עולם cap. I. §. 10. & 13. ubi poſteriore loco iſta legas: ועשה רב אשי מהגמרא שתי נוסחאות מהדורא קמא ומהדורא בתרא אחת ארוכה ואחת קצרה כדרך כל מחבר שמחבר וחוזר ומתקן חבורו ומאריכו ומקצרו ונחתם הגמרא: *Porro D. Aſe duo Gemaræ exemplaria compoſuit, κυκλοπαιδείαν priorem & poſteriorem: unam prolixam, alteram brevem; ſecutus omnes auctores, qui compoſitos a ſe libros recenſere ſolent emendando addendo vel detrahendo.* Et in eo ut primo conſilii hujus auctore definiendo conſentiunt omnes Judæi, eique præterea R. Avina laboris ſocium jungunt, ut Juchaſin p. 75. b. אבינא רבינא תלמיד חבר לרב אשי והם סוף הוראה: Hujus nomen, ut obiter hoc moneam, ne confuſio oriatur legentibus, variis modis efferunt eruditi. Alii enim appellant *Avinam* alii *Rabbinam* (quæ forma ex רב & אבינא coaluit) alii utrumque conjungunt, ut Juchaſin l. c. & iterum pag. 103. a. alii duas voces, ex quibus coaluit nomen, ſeparantes cum *Lempereur* in Halichoth Olam cap. 1. *Rab Inam*, alii *Raf Abinam*, alii *Rabinam*, alii aliter vocant. Longiſſime omnium a genuina ſcribendi ratione abit *Jac. Perez de Valentia* in Prologo in Pſalmos tract. 6. ubi binos hos Judæorum doctores *Rauniam* & *Ravaſſe* appellat. Vide locum ſupra a me p. 18. allatum, & hic obſerva, quod ibi annotare neglexi, *Raunia* nomen ex *Rauina* per corruptam a librariis ſcribendi rationem, quæ hic facilis eſt, ortum mihi, non autem a Perezii manu invectum videri. Quemadmodum igitur Judæorum Magiſtri hos duos in Gemara Babylonica elaboranda conjungunt, ita opus non ab ipſis, ſed a R. *Joſe* quodam abſolutum eſſe

ſe tradunt. Gedalja enim l. c. R. Joſe meminit, eumque poſtquam Scholæ Pumbedithanæ præfuiſſet, obiiſſe refert A. M. 4274. ſubjungens: ובשנת כ״ד לגדולתו הוא ובית דינו וכל חכמי דורו וישיבתו השלימו לכתוב ולחתום גמרת בבל שהתחילו לכתוב ר׳ אשי ורבינא חבירו והיה אז שנת ד׳ אלפים ר״ס ליצירת ות״תיא למנין שטרות ולחתימת המשנה שנת ש״יא: i. e. *Anno 24. dignitatis ſuae ipſe & Synedrium ejus, cum omnibus Sapientibus generationis illius, ac Schola ejus abſolverunt ſcribere & obſignare Gemaram Babylonicam, quam ſcribere orſi erant Aſche & Rabbina ſocius ejus: tunc autem erat annus 4260. Contractuum 811. & obſignatæ Miſchna 311.* Triplex illa æra reſpondet A. C. 500. Similia tradunt ceteri v. c. Serira Gaon, antiquiſſimus omnium, in *Juchaſin* f. 117. b. Abrah. Levita in libro Cabbalæ & Zemach David ad an. 4260.

Non procul abit auctor יסוד עולם lib. IV. c. 18. qui definit annum obſignationis A. M. 4265. C. 505. Tardius id factum ſtatuit Abarbanel in præf. commentarii ad Pirke Avoth, quo judice pertinebit res ad A. C. 545. ſi ſequamur computum Morini p. 301. Exercitatt. Biblic. Hinc itaque intelligitur, verba auctoris הליכות עולם cap. I. §. 13. latius extendenda eſſe, quam per ſe ſonare videntur. Is enim de R. Aſche loquens ſubjungit: ונחתם הגמרא׳ עליו אין להוסיף וממנו אין לגרוע זולתי רבנן סבוראי וגו׳ i. e. *& obſignata eſt Gemara, ita ut illi nec addi quicquam nec detrahi deberet, niſi quod Magiſtri Seburæi quædam addiderunt.* Obſignatio ſcilicet illa jungetur ibi, ſi verba ſimpliciter ſpectentur, ætati R. Aſche, non quod illo tempore facta ſit, ſed quia is collectione ſua primus occaſionem fecit aliis operam hanc continuandi ac denique perficiendi. Id quod vel ex eo intelligitur, quia mentio injicitur Seburæorum. Eorum vero ætas & claſſis non cum R. Aſche, ſed cum R. Joſe annis proxime conjungitur. Vide *Zemach David* ad an. 4234. Plures itaque Judæorum Hiſtorici Gemaræ Babylonicæ conſummationem in A. C. 500. referunt, quos & ſequuntur Chriſtiani, v. c. Buxtorfius in Recenſione Operis Talmud. p. 230. *Pfeiferus* in Theologia Judaica Exerc. I. p. 12. ut ceteros non commemorem.

XIX. Opponit vero ſe iterum Morinus p. 301. ſqq. nec opponere non potuit, ſi, quæ de Gemara Hieroſolymitana pronunciaverat, rata eſſe deberent. Statuit ſcilicet, ducentis prope annis inferiorem eſſe Aeram Gemaræ Babylon. ea, quæ ipſi vulgo adſignatur. Ad hanc ſenten-

ſententiam ornandam novo nec veri ſpecie deſtituto argumento utitur. Nervus totius argumentationis hic eſt: *Omnes Judæorum traditiones ferunt, calamitates Judæis inflictas propter bellum Iſmaëlitarum cum Perſis, quibus tandem imperium Perſicum funditus deletum eſt, cauſam fuiſſe tam longæ ceſſationis a ſtudio Talmudico & dilationis annorum 73. a morte R. Aſe uſque ad Talmudis obſignationem. At primum & indubitatum initium maximi iſtius belli Iſmaelitarum cum Perſis contigit juxta certiſſimas Arabum & Chriſtianorum hiſtorias anno Hegiræ 13 qui concurrit cum A. C. 634. Itaque mors R. Aſe vel in illum annum incidit, vel circiter, anterius poſteriusve. Additis igitur 73. annis ad 634. colligetur annus abſoluti Talmudis 707.* Recte hic monet Morinus, Judæos neglecti poſt obitum R. Aſche ſtudii Gemarici cauſam in perſecutionem a Perſis obortam referre. Ita enim *Scherira Gaon* in Juchaſin pag. 117. b.
וכיון ד״ר אשי מלך קרוב לשתין שנין הוו הכי תרי מהדורי ושכיב בשנת תשצ׳׳ג ובתריה רב אידי בר אבין ושכיב בשנת תס׳ג ובתריה בר נחמן בר ר׳ הונא ושכיב בשנת תשס׳ג ונפל שמדא וגזר יזגרד לבטולי שבתא i. e. *Cum autem R. Aſe rexiſſet* (Scholam ſcil. Soranam) *annos ſexaginta, bisque integrum librum Miſchnajoth docendo repetiiſſet, obiit an. 743. Ei ſucceſſit R. Aide filius Abin, qui mortuus eſt an. 763.* (in textu enim pro ת׳סג legendum eſſe תשס׳ג recte obſervat Morinus) *Poſt eum Bar Nachman filius R. Huna, qui obiit an. 766. Tum contigit perſecutio: Nam decrevit Isgerdes, ut aboleretur Sabbatum.* Hic diſerte memoratur vexatio a Rege Perſarum Isdegerde in Judæos decreta. Quis autem is fuerit Isdegerdes, non exprimitur. Jam vero duo præ ceteris in Hiſtoria Perſarum celebrantur. Alter eorum A. C. 400. imperio præfuit, quod patet ex Procopio lib. 1. c. 2. de Bello Perſico; alter Sæculo poſt C. N. fere medio & vitæ ſuæ & imperii Perſici, a Muhammedanis occupati, finem vidit. Utrum horum Judæi innuant, quando res ſuas adflictas queruntur, obſcurum eſt. Morinus poſteriorem illum vult ſignificari, quia *Scherira Gaon* in Juchaſin l. c. perſecutionem iſtam Judæorum cum bello, a Turcis in Perſas excitato, conjungit, hoc vero bellum non aliud eſſe poſſit, quam quod A. C. 634. Perſarum res funditus delevit. Sed eſt tamen, quod huic conjecturæ & comparationi belli Turcici in Perſas cum perſecutione in Judæos excitata opponatur. Primo enim, ceu Morinus ipſe candide monuit, *Gedalias* & *David Ganz* generatim tantum perſecutionis Perſicæ in Judæos faciunt mentionem, non unius, ſed repetitæ, omiſſis, quibus Morinus in hac cauſa inprimis innititur, circumſtantiis. Sic Ganzi-

Ganzius ad an. 4234. ſimpliciter refert, eo anno a lege Perſiæ trucidatos fuiſſe quosdam Judæorum Antiſtites, deinde vero ad A. M. 4300. nunciat ob odium Regum Perſiæ ſcholas Judæorum clauſas fuiſſe per annos 50. usque ad an. 4349. Hinc itaque manifeſtum eſt, Judæos aliquoties vexatos fuiſſe a Perſis, id quod non minus A. C. 400. cum Isdegerdes prior imperio præeſſet, fieri potuit, quam ſub poſteriore illo A. C. 634. Certe *Socrates* lib. VII. c. 8. Hiſtor. Eccleſ. auctor eſt, Isdegerdem priorem in Chriſtianos ſæviiſſe. Eorum vero calamitates primis Chriſtianismi temporibus cum Judæorum vexatione ſæpe conjungi ſolebant. Accedit, Ganzium ad A. M. 4215. ex Scherira Gaon commemorare, eo anno, qui reſpondet fere A. C. 450. excitatam in Judæos perſecutionem eſſe a Iesdegerde, quam tamen R. Tobjomi filius R. Aſche precibus ſuis averterit. Hic obſervat Morinus, Ganzium ducentis circiter annis Isdegerdis imperium anteverterè. Sed nihil hac emendatione opus eſt, ſi Isdegerdem priorem hic innui exiſtimemus. Certe A. C. 450. propius ad ejus ætatem accedit, quam ad illam poſterioris. Et ſupereſt alia cauſa, cur priorem illum in hoc argumento a Judæis indicari exiſtimemus. Gemaræ ſcriptio inter res Judaicas illuſtriorem locum obtinet, quam ut credamus, Judæos in hiſtoria, ad illam pertinente, negligentiores fuiſſe. Itaque veri eſt ſimile, recte illis & certius, quam quidem de aliis argumentis Hiſtoricis, ad ipſos non tam prope ſpectantibus, conſtitiſſe de R. Aſche, conſilio ejus & ætate. De Iesdegerde inaudiverant iidem, & de calamitate per eum Judæis oborta. Quid magis obvium eſt, quam ut illuſtrem illam, quæ Sæculo VII. ſub Iesdegerde poſteriore contigit, cum illa confuderint, quæ priori videtur tribuenda? Inprimis cum probabile illis videri potuerit, intermiſſionem ſtudii Gemarici, cujus rationem reddere volebant, non niſi ab inſigni aliqua adflictione repeti poſſe. Qui Judæorum hiſtorias vel a limine conſpexerunt, non ignorant, in more illis eſſe poſitum, ut res, temporum intervallo maxime ſejunctas, ſi vel minima detur occaſio, inter ſe miſceant: quid non credemus factum eſſe in hoc negotio, ubi ſimilitudo nominis Isdegerdis & rei, excitatæ ſcilicet perſecutionis, confuſioni huic viam expeditam facere potuit. Obvertamus itaque Morino ſuam, mutatis nonnullis, argumentationem, quam in hoc negotio p. 304. adhibuit: *Parum aut nihil attendendum eſt ad Judaicam temporum digeſtionem. Vera equidem traditione acceperunt, Talmudis nempe compoſitionem propter Perſarum perſecutiones interruptam fuiſſe*

*fuiſſe : ſed hi qua vere tradunt, cum nullos antiquos habeant Hiſtoricos, perverſiſſime temporis æram* (additis ſcilicet illis, quæ huc non pertinent, & quæ tempus alias recte adſignatum evertunt) *aſſignant.* Scilicet Judæi in univerſum omnes obſignationem Gemaræ Babylon. in Sæculi V. poſt C. N. finem aut VI. initium referunt. Iidem uno ore primum ejus auctorem conſtituunt R. *Aſche*, quem A. C. 427. tradunt obiiſſe. Inter eum, & R. Joſe interceſſiſſe ſcribunt iidem 73. annos, quibus ob calamitates elaborari in eo opere non potuerit, iis autem elapſis denique colophon impoſitus ſit per Joſæum. In his conſpirant omnes. In eo vero diſſentiunt, quod alii quidem, ut *Gedalja* & *Ganzius*, perſecutionem illam a Jezdegerde quodam factam generatim memorant, alii autem iſtam ſpeciatim deſignant, quæ cum tempore eo, quo Jesdegerdes II. a Turcis petitus ſit, i. e. A. C. 634. conjungatur. Malim itaque eam ſententiam amplecti, quam omnes Judæi in conſtituenda æra Gemaræ tuentur, quam illam migrare ob anachronismum, quem non omnes committunt, committere autem facile more ſuo poterant. Præterea nec id omittendum eſt, fieri vix potuiſſe, ut Gemaræ obſignatio quinque fere Sæculis a conſummatione Miſchnæ, quam præeuntibus iisdem Judæis, Morino antem nequicquam refragante, in Sæculi II. finem incidere oſtendimus, ſejuncta eſſet, cum Miſchnæ ſtudium tam multis ſe ſtatim approbaret. Denique Alcoranus Turcarum pro ætate Gemaræ Babylon. quam ipſi vindicamus, teſtimonium dicit. Is enim habet complura, quæ ex Talmude ad ipſum pervenerunt. Lege, quæ huc attulerunt *Theodoricus Hackſpanius* de Uſu librorum Rabbinicorum p. 486. ſqq. *Jo. Vorſtius* in differt. de Paradiſo Faſcic. IV. Opuſcul. Philolog. pag. 323. ſq. & Cl. *Georg. Eliezer Edzardus* ad cap. I. Avoda Sara p. 184. & 187. & ad cap. II. p. 201. ſqq. *Jac. Windetus* integro tractatu in ſe ſuſcepit probandum, quantum Talmudicis debeant Muhammedani, ceu patet ex pag. 60. tractatus ejus de vita functorum ſtatu. Summatim potiora complexus eſt Celeb. *Henr. Mublius* in Apologia pro Talmude p. 4. *Communia*, inquit ille, *illorum* (Talmudiſtarum & Muhammedanorum) *ſomnia & commenta ſunt de monte Sinai a radicibus ſuis convulſo & Iſraëlitis, cum Lex daretur, inſtar cupa vel dolii imminente, cum comminatione divina ſepulchrum illis hic fore, niſi Legem recipiant,* Surata VII. & Schabbath cap. 9. fol. 88. 1. Avoda Sara cap. I. ab initio : Beth Jacob f. 168. 2. Targum Jonathanis ad Exod. XIX. 17. Baal Turim ibidem. *De Abrahamo propter idola Patris ſui Theraehi confracta a Nimrodo in ignem conjecto, indeque*

 *mire*

*mire liberato.* Surata XXI. & XXXVI. Bereſch. Rabba f. 38. Schalſcheleth Hakkabbala p. 8. a. &c. *De Dæmonum in Templi Salomonæi exſtructione ſuppetiis.* Surata XXXIII. & Gittin cap. I. f. 168. 1. Schir haſſchirim Rabba fol. 2. *De Salomone loquelam avium intelligente & interpretante.* Surata XXVII. &c. *Confer cum traditionibus Talmudicis apud R. Dav. Kimchi ad 1 Regg. IV. 33. Targum* שני *in Eſther &c. Sic Surata XII.* יוסף *ab Erpenio edita cum nova verſione multum correctiore Talmudicis ubique ſcatet figmentis.* In his momentis Alcoranum ex Talmude, non hoc ex illo, profeciſſe nemo dubitaverit. Muhammedem enim multa a doctoribus tum Judæis tum Chriſtianis, atque adeo utrorumque vel ſcriptis vel doctrinis, accepiſſe hiſtoria Alcorani literaria, qualem B. *Aug. Pfeifero*, *Zach. Grapio* & *Joh. Wilh. Langio* debemus, extra controverſiam collocat. Neque veri ſit ſimile, Judæos ex lacunis Turcarum, quos tam infenſos ſibi habebant, haurire voluiſſe. Nec vero cum ratione exceperis, Muhammedem ex communi fonte, traditionis ſcilicet oralis, accipere fabulas illas Judaicas potuiſſe. Viri enim eruditi ipſius Talmudis, tanquam voluminis elaborati, mentionem in Alcorano factam cenſent, adducti loco Suratæ II. ubi Deus ita ad Judæos: *Etiam tradidimus Moſi librum & Alphurcan, ut forte rectam vitæ rationem prehenderetis.* Ibi Muhammedes ben Achmet, Alcorani Interpres, hæc in explicationem affert: *Etiam tradidimus Moſi librum* (i. e. Legem) *& Alfurcan, quod denotat exegeſin ſive* (n) *diſtinctionem inter verum & falſum, licitum atque illicitum, ut forte vos rectam vitæ rationem inde edocti prehenderetis ab errore abſtinentes.* Conf. *Joh. Seldeni* prolegomena in librum de Succeſſione in Bona defunctorum pag. 39. ſqq. edit. Leidenſis in 12. Reverend. *Mublii* Apologiam pro Talmude pag. 4. b. His præſtructis neceſſe fuerit, ſtatuere, Talmud non Sæculo VIII. ſed ante Sæculum VI. elaboratum fuiſſe, cum Sæculo VI. inclinante vel VII. ineunte Alcorani ſcriptio perfecta ſit. Annus enim natalis Muhammedis Elmacini, quem plerique ſeqvuntur, teſtimonio in A. C. 571. vel 572. fugae autem Medinam ſuſceptæ in A. C. 622. a

quo

(n) Pertinent huc *Maraccii* verba ex Prodromo ejus ad Refutat. Alcorani p. 38. Vocatur etiam (inquit is) Alcoranus Alphorcan a verbo (Arabico, quod ſignificat) *diſtingvere*: quaſi diſtingvat vera a falſis, & licita ab illicitis. Hoc tamen nomine etiam Pentateuchus, & quilibet liber ſacer appellatur. *Idem* p. 35. a. monet, Muhammedem in Alcorano *figmenta quadam nova, præſertim Talmudica permiſcere.* Adde p. 41. b. & 42. a. ubi Muhammedem illa ab Abdalla fil. Salum, Judæo, accepiſſe pronunciat, de quo confer ejusdem Refutationem Alcorani fol. 653. a. & 290. b.

quo Hegiræ computus initium ſumit, incidit, fugæ vero illi tribus tantum annis ſuperſtes fuit idem impoſtor, auctore eodem Elmacino apud Hottingerum p. 273. Hiſtor. Orientalis. Ex quo ſponte ſua ſequitur, Alcorani ſcriptionem intra A. C. 571. & 625. ſuſceptam & abſolutam eſſe, Talmud autem, quippe quod ſuppetias tulit Muhammedi, literis traditum ante, quam de ſua opera cogitaret iſte Alcorani compilator.

XX. Cauſatur tandem Morinus p. 304. ſq. voces quasdam peregrinas v. c. בורגן & בורגנין pro *ſuburbio*, quæ Longobardicam originem atque adeo Sæculi VII. vel VIII. poſt C. N. ætatem referant; tum vero nomina ברבריא מרטניא & קרטיגנאה *Barbariæ* & *Mauritaniæ* & *Carthaginis*, quæ itidem ante Sæculum VII. non fuerint adhibita. Sed nec illa efficiunt, quod quærit. Nemo enim ſibi unquam perſvaſerit, voluminoſum opus Gemaræ Babylonicæ non ſubinde alias atque alias lacinias accepiſſe ab iis, qui recentiori ætate vixerunt, ſuisque obſervationibus majorum placita locupletare pulchrum putarunt. Non majoris ponderis eſt ultima ratio, cui inprimis multum tribuere videtur Morinus, qui eam Exercit. VII. integra pag. 305. ſqq. urget. Eam repetit a Karæis, profeſſis adverſariis Talmudis. Hos ortos eſſe credit Sæculo VIII. poſt C. N. eosdemque opinatur diſputationibus ſuis, contra traditiones inſtitutis, occaſionem ſuppeditaſſe Rabbanitis ſive oppoſitæ factioni, ut Miſchnam commentationibus Gemaricis tum illuſtrandi, tum confirmandi vindicandique conſilium ſuſciperent. *Anan igitur & Saul*, inquit is, p. 307. *ſeſe Talmudi & Talmudicis oppoſuerunt circiter A. C. 740. aut 750. ortaque eſt illo tempore celebris Karaitarum hæreſis, atque eodem tempore cœptum eſt a Judæis Talmud explicari & commentariis illuſtrari. Hinc certe*, ita pergit, *mihi videtur argumentum deſumi admodum evidens, Talmud poſt annum a Chriſto ſeptingenteſimum fuiſſe completum & obſignatum. Nam cum tunc recens opus eſſet familiaresque fuiſſent illius collectores Judæis, qui tam vivebant, aut eorum Patribus, auctoritatem divinam plures huic operi tribuere reſtiterunt.* Affirmat hic Morinus, Karæos Sæculo demum VIII. præeunte Anane quodam ortos. Hoc ut probet, ad Abrahamum Levitam in lib. Kabbalæ provocat, ſcribentem A. M. 4523. C. 763. Ananem & Saulem filium ejus conatum eſſe Iſraelitas ſeducere, & avertere a traditionibus Sapientum, quas acceperint ex ore Prophetarum teſtium fidelium &c. Atque illa recte afferuntur, ſed id non efficiunt quod vult Morinus. Inde enim non conſtat, per hunc Ananem Karæorum factionem primum ortam eſſe, multo minus autem, eandem occaſio-

nem ſuppeditaſſe commentationibus Gemaricis ingrediendis. Nam jam ante Ananem exſtitiſſe Karæos, ipſe Abrahamus Levita l.c. paulo poſt prodit his verbis: וחבר ספרים והעמיד תלמידים וברא מלבו חוקים לא טובים כי אחר החרבן נדלדלו המינים עד שעמד ענן וחזקם i. e. *et compoſuit* (Anan) *libros*, *& fecit diſcipulos*, *& protulit ex corde ſuo ſtatuta non bona*, *quia poſt excidium* (Templi) *diminuti erant hæretici iſti* (Karæi) *donec ſurrexit Anan & confortavit eos.* Fuerunt itaque ante templum exciſum, poſtea vero ad incitas redacti denuo ad bene de rebus ſuis ſperandum ſignum ſibi præferri intellexerunt ab Anane, quippe qui lacertos eorum confirmaſſe hic dicitur. De hac Karæorum antiquitate infra dicemus pluribus: interim legi poſſunt ea, quæ diſputata pridem ſunt in *Notitia Karæorum* p. 47. ſqq. Id vero hoc loco omitti non debet, Karæorum procul dubio frequentiorem mentionem in Gemara factam fuiſſe, ſiquidem illa ad infringendos eorum conatus ſpectaſſet. Jam vero rara admodum eorum fit mentio, quia ſcilicet aliud agebant Talmudici, quam ut eos ſibi confutandos ſumerent. Imo, ſi vel maxime hoc Talmudiſtarum inſtitutum fuiſſe crederemus, non certe hinc colligi poterat, rem prorſus novam fuiſſe, quam deprimendam cenſuerint Karæi, cum non ſemper controverſiæ & factiones in ipſa herba ſupprimi ſoleant. Denique a *Jac. Triglandio* in diſſert. de Karæis p. 34. recte obſervatum eſt, circulum committi a Morino, quando nunc ad probandam Talmudis novitatem gratis aſſumta Karaiſmi novitate utitur, nunc vero priorem illam ex poſteriore colligendam cenſet. *Et ſic*, inquit is, *miro argumentationis circulo celeberrimus Presbyter Oratorii concludit*, *nunc*, *quia Talmud* (*ipſius opinione*) *eſt recentius*, *Karæos etiam non eſſe antiquos*, *quoniam illius* occaſione ſunt exorti: *modo iterum*, *quia Karæi ſe non prius* oppoſuerunt, argumentum admodum evidens deſumi, Talmud poſt annum a Chriſto ſeptingenteſimum fuiſſe completum & obſignatum. Atque iſta quidem ſufficere puto ad eludendas dubitandi rationes, quæ antiquitati Talmudis vulgo, nec immerito, creditæ & approbatæ opponuntur.

# CAPUT II.

*De*

## Argumento & Diſpoſitione Talmudis.

§. *I. De materia Talmudis generatim*, *& ſex ejus Ordinibus.* *II. de eorum ſigno me-*

*memoriali. III. de* Baraitha *&* Toſaphtha. *IV. de arte Jehudæ hic commonſtrata. V. de ſtylo Miſchnæ & Gemaræ, item ad quos poſterior illa Codices pertineat.*

I.

TAlmudis utriusque argumentum præcipuum in tradendis ediſſerendisque, ex veterum Doctorum mente, ritibus, cerimoniis & inſtitutis variis, tum ad ſacra tum ad vitæ uſum pertinentibus, quæ Judæis דינים vocantur, occupari, nemini non conſtat. Hinc factum eſt, ut Chriſtiani Scriptores illud cum B. *Pfeifero* p. 366. Criticæ Sacræ *Cerimoniale Judaicum*, cum *Io. Seldeno* in limine Prolegom. ad librum de Succeſſionibus in bona defunctorum, *Pandectas Juris tam civilis quam ſacri*, item *Corpus* ſive *Pandectas Iuris divini Iudæorum*, cum Cl. *Hardtio, Corpus Iuris Iudaici*, vel *Ius Iudæorum Canonicum*, quod cum Jure Pontificiorum Canonico confert Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtor. Judaica Tom. III. p. 139. appellent. Negari ſane non poteſt, alia quoque hic occurrere, quæ vel ad Scripturæ explicationem, vel morum doctrinam, vel fidei quoque dogmata adſerenda ſpectent, unde & *Pfeiferus* l. c. *Promtuarium Theologiæ Iudaicæ Exegeticæ, Didacticæ & Moralis* vocari poſſe cenſet; ſed iſta omnia & rarius occurrunt, & obiter ac tralatitia opera ſubindicantur magis, quam pro rei dignitate exponuntur. Judæi totam tractationem, præeunte Maimonide, in præfat. ad Ordinem Seraim ad quinque claſſes & momenta revocant, quæ ex auctore הליכות עולם cap. I. §. 5. ſqq. Latine, brevitatis ſtudio, hic commemorabimus. *Primo genere*, inquit is, *proponuntur explicationes* (פֵּרוּשִׁים) *ab ipſo omnipotente, interventu Moſis, acceptæ, quæ occultas habent in Scriptura rationes, unde per conjecturam deduci queunt. Hic nulla eſt diſſenſio: ſed cum aliquis ſe hanc vel illam a majoribus accepiſſe affirmat, illi adverſari, ut mendacii arguatur, non licet. Secundo genere continentur ſtatuta*, (הֲלָכוֹת) *de quibus dici ſolet:* ritus Moſis e monte Sinai. *Iſta nec conjectura, nec locis Dialecticis addiſcuntur: ſicuti loca nigra & undecim dies inter duas menſtruatæ conditiones, aliaque multa his ſimilia. Etiam in his non diſſentiunt. Tertio genere conſtitutiones exhibentur, quæ per conjecturam,* (הֶקֵּשׁ) *argumentum a pari, aliaque documenta eliciuntur: ideoque in iis ſapientes diſſentiunt, vel duo vel plures. Sicuti in univerſa Gemara invenies ipſos in diſcurſus rationem inquirere, quæ diſſidentes in partes trahat, ſimiliter in ipſas ratiocinationes, quas tueri laborant. Ut cum paſſim dicunt?* במאי קא מפליגי i. e. cu-



Digitized by Google

jus cauſa diſſentiunt? *hic Doctor hac ratione rem ſecum reputat, alter alia. Lumen magnum* (i. e. Maimonides) *hac de re prolixe agit commemorata præfatione* זרעים: *conſulatur locus. Quarto genere decreta* (גְּזֵרוֹת) *proponuntur, quæ ſingulorum Sæculorum Sapientes ſtatuere, quo ſepem legi circumdarent, eamque maceria veluti cingerent. Hoc eſt Dei mandatum Levit. XVIII. 30.* & obſervabitis obſervationem meam: *addite obſervationem obſervationi meæ. Atque in his contingit, ut ſapientes inter ſe diſſentiant: quum hic hoc modo, hac de cauſa decernit: alter vero alia de cauſa cum ipſo non facit. Quinto genere continentur conſvetudines & conſtitutiones,* (המנהגות והתקנות) *quarum obſervationem introduxere Prophetæ & Sapientes cum in interdictis & permiſſionibus, tum in judiciis pecuniariis. Ut cum dicunt: Moſes Iſraeli ordinavit: ſimiliter Joſua & Eſra ceterique. Nonne hæc in libro Miſnajoth, ſive veterum conſtitutionum ſcripta leguntur? Eodem modo dicunt: ſic ordinavit Hillel; ſic ordinavit Dominus Johannes, filius Zachai: atque hujusmodi ſunt plurima.* De his ſingulis fuſius commentatur Maimonides l. c.

II. Hæc quinque capita in VI. Ordines (סְדָרִים) diſtribuit & digeſſit R. Iehuda, quorum Judæi duplex habent *μνημόσυνον*, alterum ex Codice Hebræo, alterum ex ingenio petitum. Prius exſtat Jeſaiæ XXXIII. 6. והיה אמונת עתיך חוסן ישועות חכמת דעת יראת יהוה היא אוצרו: i. e. *Erit itaque 1) firmitas, 2) temporis tui, 3) robur 4) omnis ſalutis, 5) ſapere te, & 6) noſſe: reverentia Dei eſt theſaurus ejus.* Poſterius *μνημόσυνον* continetur duabus his vocibus זמ"ן נק"ט, quæ literis ſuis initialibus ſex totidem referunt nomina, quibus ſex ordines זרעים / מועד / נשים / נזיקים / טהרות / קדשות / appellantur. Singuli iſti Ordines in certos, nunc plures, nunc pauciores, pro argumenti conditione, Tractatus, ſive מַסֶּכְתּוֹת abeunt, qui iterum ſuis capitibus ſive פְּרָקִים atque hæc ſectionibus variis, quæ etiam מִשְׁנָיוֹת vel הֲלָכוֹת vocantur, diſtingvuntur. In his omnibus digerendis non caſui relictum eſſe locum, ſed prudentiam ſummam certasque ordinis rationes adhibitas fuiſſe, perſvadent ſibi Judæorum Magiſtri. Ita enim Auctor Halichoth Olam c. 1. §. 8. אלו הן שש סדרי משנה שחבר רבינו הקדוש על נכונה· ויש טעם על כל מסכתא ומסכתא להמשניות לאחר שלפניה כמו שמפרש הגמרה בהרבה מקומות: i. e. *Hæ ſunt ſex iſtæ claſſes, quas Doctor noſter Sanctus ordinate compoſuit: certaque eſt ratio in ſingulis Codicibus, & Codicum capitibus, quare præcedentibus poſtponuntur, ſicut Gemara explicare ſolet variis*

*variis in locis.* Idem oſtendere conatus eſt *Maimonides* in præfat. ad Ordinem זרעים & hodie quoque recentiores Talmudis commentatores in ſuis חדושים præclare ſe operam collocaſſe ſibi videntur, ſi in reddendis ordinis hujus rationibus acumen ſuum exercuerint. De hac Miſchnæ forma accuratius judicium formari poterit ex pleniore Ordinum, Tractatuum & Capitum recenſione, quæ paulo poſt inſtituetur.

III. Quemadmodum itaque hæc inſtituta & canones, a Jehuda collecti, proprie nomine τῶν משניות appellantur, ita alia quædam ſunt a diſcipulis ejus, vel ipſo adhuc vivente, vel paulo poſt mortem ejus, profecta, quæ in Gemaram relata parem cum ipſis auctoritatem apud Judæos habent, ſed nominibus tamen diſtingvuntur. Appellantur ſcilicet תּוֹסֶפְתָּא i. e. *additamentum*, & בָּרַיְתָא ſive בָּרַייתוֹת i. e. *extravagantes*, ut Bartolocc. & alii, ſeu *exotica*, ut Lempereur appellat. Prioris nominis rationem reddit Halichoth Olam cap. 1. §. 9. per תוספתא על המשנה וגלוי טעמא i. e. *quod ſit additio ad Miſnam & manifeſtatio ſenſus ejus*. Poſterioris autem; חוץ ממדרשות של רבינו הקדוש i. e. interprete Lempereurio, *quod ſint extra Doctoris noſtri Sancti explicationem.* Malim reddere extra *ſcholam* R. Jehudæ tradita, ut מדרשות hic idem brevius dicatur, quod alias frequentius dici ſolet בתי מדרשות i. e. *ſchola ſive conſeſſus*; *Buxtorfius* in Lexico Talmudico recte ex בָּרְיָא i. e. *extraneus, exterior*, derivans, vertit per *extraneam*, & interpretatur per *extra Jeruſalem ſcriptam*. *Guiſius* Tom. I. Miſchnæ Surenhuſianæ p. 81. vertit per *traditionem extravagantem*, τὴν ἔξω χειμώνην δευτέρωσιν. Utramque Halichot Olam teſtatur pertinuiſſe ad explicationem textus Miſchnici, atque is *Toſaphta* quidem diſcipulo cuidam R. Judæ ἀνωνύμῳ generatim, *Baraitoth* autem R. *Chija* & R. *Oſchaja* tribuit, qua de re alios aliter ſentire infra inter Anonyma Scripta titulo תוספתא & ברייתא oſtendetur. Hic quidem illud obſervandum eſt, libros antiquiſſimos quosque, qui quidem poſt Miſchnam exarati ſint, nomine τῶν ברייתות appellari. Auctorem rei habeo R. *Samuelem Hannagid* §. 4. libri מבוא הגמרא p. 287. edit. Bashuyſenianæ: הברייתא כל הספרים שהעתיקו הקדמונים ז״ל אחר המשנה כמו משנת ר׳ חייא ומשנת ר׳ אושעיא ומשנת ר׳ אליעזר בן יעקב ומכילתא בן יעקב וג׳: i. e. *Exotica conſtitutio dicitur de quibusvis libris, quos ediderunt antiqui poſt Miſchnam: ut Miſchna D. Chija, & Miſna D. Oſchaja, item Miſna D. Elieſeris filii Jacobi, & Mechilta D. Iſmaëlis* &c. Ex hoc loco

loco duo conficiuntur. Primum quidem, quod generatim ſcripta antiquiſſimorum Doctorum Miſchnicorum, qui ipſum R. Jehudam præceptorem audiverunt, ſpeciatim vero inſtituta nonnulla, Talmudico corpore comprehenſa, ברייתות vocentur. Alterum, quod eadem inſtituta nomen quoque τῶν משניות ferant, ideo forte, quod non minor illarum, quam ceterarum R. Jehudæ inter Judæos eſt auctoritas. Sane in Talmude Hieroſolymitano Codice הוריות p. 48. b. vocantur eadem מִשְׁנָיוֹת גְּדוֹלוֹת *Miſchna* ſeu *traditiones magnæ*. Explicatur ibi Eccleſiaſtæ VI. 2. & quæ ibi memorantur *divitiæ* (עוֹשֶׁר) de Sacra Scriptura, *ſubſtantia* (נְכָסִים), de *conſtitutionibus* (הֲלָכוֹת) *gloria* (כָּבוֹד) de *additione* (תוספתא) accipienda judicantur. Ultima vero verba: ואיננו חסר לנפשו מכל אשר יתאוה: h. e. *Et nihil deeſt animæ ejus ex omni quod deſideraverit*; trahuntur & torquentur ad Miſchnajoth magnas, (משניות גדולות) cujusmodi ibidem dicitur eſſe Miſchna R. הונה (lege חייא ex auctore libri כריתות Part. IV. p. 55.) R. *Oſchaja* & *Bar Kaphra*. Adſunt tamen indicia, quibus *Toſaphthoth* illæ & *Baraithot* a *Miſchnajoth* proprie ſic dictis diſtinguuntur. Quando ſcilicet occurrit תנו רבנן i. e. *tradunt Magiſtri*, aut תני חדא, *tradit quidam*; aut תניא אידך, *traditio alia*, indicatur Baraitha, ceu præcipit R. *Samuel Nagid* in מבוא הגמרא p. 287. Confer *Iuchaſin* p. 84. b. librum כריתות c. 4. f. 19. & *Bartolocc.* Tom. III. p. 347. Pertinet huc quoque clarus admodum locus, in præfatione R. *Jac. Chagis* ad librum כריתות. Is ita habet: ואחר שחוברו ששה סדרים מחולקים
בסדר יפה במסכתות ופרקים וחלוקות קטנות ראה ר׳ חיא תלמידו
של רבינו הקדוש שהיו דברי המשנה סתומים אשר לא יספיקו לרוות
צמאונינו חבר התוספתא ועניניה תוספות על המשנה וגלוי טעמא.
וכך חברו ר׳ חייא ור׳ אושעיא וחכמים אחרים ברייתות ר״ל לשון
ברא חוץ שנאמר חוץ למדרשו של רבי וכתב מהר״י קארו בכללי
גמרא שלו. ימים רבים הוקשה לי למה זו נקרא ברייתא וזו תוספתא עד
שמצאתי בכריתות שכתב שהתוספתא היא שניתוספה על המשנה.
לפיכך אינה כתובה לא בלשון בניא ולא בלשון ת״ר עכ״ל והיה לי
לומר שהתוספות הם שסדר ר׳ חייא בפני רבי והיה אומר לו כתוב כך
וכך: i. e. *Et poſtquam compoſiti eſſent ſex Ordines, convenientiq; ordine diſpoſiti per tractatus, capita, & ſectiones minores, vidit R. Chija, diſcipulus Doctoris noſtri Sancti, quod verba Miſchna occluſa (obſcura) ſint, neque ſufficiant ad reſtinguendam ſitim:*

*ſitim : ideo conſcripſit Toſaphta, i.e. additiones ad Miſchnam, & declarationem ſenſus ejus. Sic & R. Chija & R. Oſchaja, & ſapientes alii compoſuerunt Baraithoth, h. e. vi etymi* ברא*, quod denotat* extra*, inſtituta extra Scholam Rabbi nata. Ita R. Joſeph Karo in libro* כללי גמרא *ſcribit : multis annis dubium & difficile mihi viſum eſt, cur aliud dicerent Baraitha, aliud Toſaphta, donec in libro* כריתות *inveni ſcriptum, Toſaphtha dici, quod additum ſit Miſchnæ : propterea nusquam de ea dicitur* תניא *aut* תנו רבנן· *Hinc dixi, Toſephoth eas eſſe, quas R. Chija vivo adhuc R. Jehuda propoſuerit, monitus ab eo :* ſcribe ſic vel ſic.

IV. Judæi ingenium R. Jehudæ, in concinnando hoc opere demonſtratum, miris laudibus, poſt Maimonidem, quem fere in hoc argumento ſequi conſveverunt, extollunt. Ita auctor הליכות עולם cap. I. §. 9. p. 45. והיו דברי רבי במשנה מעטי׳ הכמות ורבים האיכות וקוצר מלין מבלי אריכות אין בו מלה לבטלה ולא עבין ללא עבין ולא דבר ללא דברי והיה הכל מבואר לו לרוחב שכלו אך לבאים אחריו עמקו דבריו מי ירד לסוף דעתו ומי יבא עד תכונתו : i. e. *Verba autem hujus Rabbi in dictis Miſnajoth quantitate quidem pauca ſunt, ſed qualitate multa, & in ſermonis brevitate absque prolixitate ulla, nulla dictio eſt ſuperflua : nec tractatus de re nihili, nec ſermo de rebus, quæ non ſunt, inſtituitur. Omnia ipſi ob ingenii acumen perſpecta erant : at poſterioribus illius verba fuerunt difficilia. Quis ad cognitionis ipſius faſtigium pertigit, quis aptam ejus diſpoſitionem adſecutus eſt?* Ex Chriſtianis quidam R. Jehudæ prudentiam & in ſcribendo curam inde æſtimandam cenſuerunt, quod nonnulla, ad Judæorum illius temporis conditionem, & Gentilium gratiam aucupandam minus accommodata, prorſus omiſerit. Ita Cl. *Hardtius* in Effigie Corporis Judaici p. 37. hæc habet : *Unde & auctoris ingenium pellucebit, qui illa prudens præteriit ſilentio, diſſimulandi arte, in Antonini etiam Cæſaris gratiam, quæ inter Judæos in exilio tunc erant ſalva, inter Romanos vero propudioſa habita, velut de Circumciſione. Qualia momenta, velut & de Servis, quod intempeſtivum commemorare, cum Judaica gens tota in exilio ſerviret, legere maluit, & privata ſuorum doctorum peritiæ & prudentiæ committere.*

V. *Dictio* Miſchnæ Hebraica quidem eſt, ſed conciſa ac proinde cum obſcuritate conjuncta, quod non obſcure profitentem modo vidimus auctorem *Halichoth Olam*. Illi tamen eo facilius intelligendæ, & expeditius concinniusque legendæ veteres & vocales & accentus adhibuerunt. Teſtantur hoc de Accentibus Toſephoth Gemaricæ in calce tra-

ctatus *Megilla* his verbis: היו רגילים לשנות המשניות בזמרה לפי שהיו שונין אותם על פה ועל ידי כך היו נזכרים יותר: i.e. *Conſueverunt legere Miſchnajoth cum cantu: oraliter enim illas diſcebant* (legebant), *& hac ratione melius memoria tenuerunt.* R. *Aſarias* in Meor Enajim c. 59. fol. 180. col. 2. refert, ſe ante aliquot annos vidiſſe duo exemplaria Miſchnica, quingentis annis antiquiora, eademque punctis æque ac accentibus inſtructa. Adde Ephodæum, in præfatione ad Grammaticam Hebraicam, profitentem: תמצא כל ספרי המשנה קדומים כתובים עם הנקוד והטעמים: h. e. *Invenies omnes libros Miſchnicos antiquos, ſcriptos cum punctis & accentibus.* Confer Buxtorfium de Punctorum antiquitate p. 78. Hoc minus mirum eſt, recentiores quoque textum Miſchnicum punctis inſtructum in lucem protuliſſe, ceu infra ex recenſione editionum Miſchnæ conſtabit, quemadmodum & in ſcholis ſuis Talmudicas lectiones cantillant magis quam pronunciant. Hæc vero ſubſidia obſcuritati Miſchnæ non ſatis conſuluerunt. Itaque de aliis expoſitionibus præter *Baraithoth* & *Toſaphtboth*, cogitandum fuit. Atque illæ quidem primum in Terra Sancta ſuſceptæ ſunt, ac deinde Sæculo III. fere medio a R. Jochanane in unum volumen collectæ. Majori vero apparatu idem aggreſſi ſunt Doctores alii in Babylonia, annitente inprimis R. Aſche & rem perficiente R. Joſe, Sæculo V. inclinante, id quod Sect. I. pluribus evictum eſt. Hinc prodiit Gemara utraque, Hieroſolymitana ſcilicet & Babylonica, quæ tamen ita comparata eſt, ut prior illa parca admodum ſit, & nec ad Ordines omnes, nec ad eorum, quos illuſtrat, tractatus ſingulos pertineat, unde & unicum tantum cum Miſchna volumen conficit; poſterior vero diffuſior ſit, & pluribus voluminibus abſolvatur, quamvis ne ſic quidem omnes Codices illuſtret. Sic in Talmude Babylonico Ordo I. ſolum Codicem *Beracboth* Gemara inſtructum ſiſtit: in Ordine II. ſolus Codex *Schekalim* ea deſtitutus eſt: in Ordine III. omnes Gemaram ſecum ferunt Codices: in IV. duo, qui non habent, excipiuntur, nempe *Edijoth* & *Avoth*: in V. itidem duo, *Middoth* & *Kinim*: in Ordine VI. unus tantum, nempe *Nidda* Gemariſtarum curam expertus eſt. In Hieroſolymitano tres ordines priores per integrum Gemaram exhibent: in Ordine IV. duo tantum illa deſtituuntur, nempe *Edijoth* & *Avoth*, qui ſcilicet prorſus non adſunt: ex Ordine V. nullus exſtat Codex; ex VI. autem ſolus Codex *Nidda* & ſupereſt, & Gemaricas notas complectitur. Hinc poteſt emendari Bartoloccius Tom. III, p. 353, in iis, quæ de hoc argumento

to nec recte nec diſtincte ſatis attulit. Confer etiam recenſionem Talmudis pleniorem infra exhibendam. Id tamen hoc loco adhuc monendum eſt, quod ex Judæorum ſententia R. Jochanan in ſingulos quinque priorum Ordinum Codices (nam ex VI. unum tantum, nempe *Nidda* illuſtrandum ſuſcepit) commentarios ſcripſerit, quorum tamen nonnulli temporum injuria perierint. Lege *Ganzii* Zemach David ad A. M. 3990. & *Gedaljam* in Schalſcheleth Hakkabbala f. 34. a. Forte nec præter rationem ſuſpiceris, illos quoque Codices Talmudis Babylonici, qui hodie Gemara carent, ea olim inſtructos fuiſſe, cum idonea, cur hac in parte neglecti ſint, cauſa dari non poſſit.

Sicut autem hoc modo Corpus utrumque fatorum & temporis injuriam, facta partium quarundam jactura, expertum eſt; ita hoc minus mirum eſt, mutationem & labem hinc inde accepiſſe tum Miſchnam tum Gemaram. Fatetur id ingenue R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala f. 29. b. ubi narrationi cuidam hiſtoricæ fruſtra conſulere & lucem affundere conatus ait: נוכל לומר שבהמשך הזמן נפלו טעיות במעתיקים ובדפוסים: i. e. *Poſſumus dicere, tractu temporis irrepſiſſe vitia in Codices manuſcriptos & impreſſos.* Sic R. *Abrab. Zacut* in lib. Juchaſin ſubinde menda in Talmude vel ſuſpicatur, vel oſtendit, v. c. pag. 67. b. l. 3. & p. 64. b. l. 30. & alias, nec non R. *Aſarias de Rubeis* in Meor Enajim paſſim. Idem obſervarunt paſſim Scriptores Chriſtiani, nominatimque *Guiſius* in notis, quibus Codices nonnullos Talmudicos illuſtravit. Speciatim id Nominibus Propriis uſu veniſſe recte monuit *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in notis ad *Sota* pag. 38. Fortaſſe hinc excuſaverint Judæi vitia dictionis, cujusmodi aliquod in Gemara ad cap. I. Berachoth (ubi contra Grammaticorum regulas ſcribitur המלך המשפט) obvium Magiſtris exprobravit Cl. *Georgius Eliezer Edzardus* in notis ſuis, quibus caput hoc inſtruxit p. 284.

Atque illa quidem de argumento & diſpoſitione Talmudis generatim ſufficiant, quæ ex pleniori Talmudis utriusque recenſione majorem lucem infra accipient.

# CAPUT III.

## Talmudis utriusque Recenſionem uberiorem ſiſtens, ita quidem ut

*I. occurrat catalogus alphabeticus Codicum Talmudicorum omnium, cum additis Interpretum,*

*terpretum, qui eos in Latinam vel aliam lingvam converterunt, nominibus. II. Catalogus Alphabeticus capitum omnium & ſingulorum Talmudicorum quoad verba initialia. III. Deſignatio Codicum ſingulorum Miſchnicorum eo ordine, quo in Ordinibus ſuis* (סדרים) *exſtant, additis, de quibus præcipiunt, argumentis. IV. Series Doctorum Miſchnicorum alphabetica, ex libro* Juchaſin. *V. Series Doctorum Gemaricorum alphabetica ex* Juchaſin; *utraque accuratiori ordine diſpoſita. VI. Enumeratio Doctorum Miſchnicorum, Bartoloccii exemplo, obſervationibus variis inſtructa. VII. Enumeratio Doctorum quorundam Gemaricorum cum obſervationibus. VIII. Editiones textus Miſchnici. IX. Editiones Talmudis Hieroſolymitani. X. Editiones Talmudis Babylonici.*

## I. Catalogus Alphabeticus Codicum Talmudicorum.

SEquitur *Catalogus* omnium *Codicum Talmudicorum alphabeticus*, ita concinnatus, ut cujus ordinis quisque ſit, quo loco occurrat, quotve capitibus & Miſchnajoth ſeu ſectionibus abſolvatur, intelligi poſſit; præterea vero etiam appareat, a quo latine converſus exſtet. In calce recenſentur verſiones Talmudis in alias lingvas, quæ vel exſtant, vel promiſſæ ſunt.

| *Tit. Cod.* | | *Ord.* | *Cod.* | *Cap.* | *Miſchnajoth.* |
|---|---|---|---|---|---|
| אבות | *Patres* | Neſikin. | IX. | VI. | 95. |

*Hebraice* ſæpiſſime prodiit hoc Opuſculum in Corpore Talmudico, libris Precum, nec non cum variorum commentariis v. c. Abarbanelis &c. quos in Indice ad Partem I. Biblioth. Hebr. commemoratos invenies. In libro Precum v. c. *Amſtelod.* 426. C. 1666. item in calce עולת שבת cum brevi commentario Leeb Wolf fil. Schemuel, *Amſtelod.* 469. C. 1709. 12. ſæpeque alias eo conſilio exhiberi ſolet, ut Judæi ad unum ſingulis diebus caput legendum adducantur. Præterea lucem vidit *Amſt.* 1683. 8. in calce Cantici Canticorum per Joſ. Francum: item ſeorſim *Halæ Sax.* 1700. 8. pl. 1. *Gieſſæ* 1705. 4 per F. E. Collinum ſub hoc titulo: קולין ſeu Rabbini ex tenebris Talmudicis *Vocantes* ſuisque nervoſis apophthegmatibus redivivi. Textus Hebraicus punctis inſtructus, & commatibus diſtinctus eſt, locis Biblicis, quæ in textu vel aperte vel obiter innuuntur, ad marginem citatis (id quod Harmoniam Biblicam in textu promiſſam conſtituit). In fine accedit Index Latinus ſatis amplus, qui fere totum libellum Latine exhibet. Adde edit.

edit. *Francof. ad Man.* 473. C. 1713. 12. *CPolitanam* ſine anno memorat Plantavitius in Biblioth. Rabbin. n. 4.

*Hebr. & Latine* primus cum vocalibus textui Hebræo & notis uberioribus verſioni Latinæ ſubjectis edidit, literam apprime ſecutus *Paulus Fagius*, *Iſna* 1541. 4. pp. 151. ſub tit. *Sententiæ vere elegantes piæ, mireque cum ad lingvam diſcendam, tum animum pietate excolendum, utiles veterum Sapientum Hebræorum, quas Capitula aut Apophthegmata Patrum nominant.* Hanc verſionem, eo quod in litera & vocibus nimis hæret, duriuſculam Latinis auribus recte poſt alios judicat Cl. *Surenhuſius* in præfat. ad Part. IV. Corporis Miſchnici. *Philippus Aquinas* cum Radicibus Lingvæ Sanctæ *Pariſ.* 1620. 16. edidit, quam editionem viſam ſibi eſſe per literas mihi nunciavit B. *Ungerus*. De ea *Bartoloccius* Tom. III. p. 345. ita: *Ludov. Henricus Daquin in Lat. Lingvam jam a Phil. Aquinate converſum Pariſiis in utraque lingva evulgari curavit an. 1620. 12.* Enimvero verſionis illius Latinæ paraphraſticæ auctor non eſt ipſe Phil. Aquinas, qui Latine prorſus neſcivit, teſte *Morino* p. 376. Exercitatt. Biblic. Secuti hos ſunt *Franc. Taylerus* additis notis marginalibus, *Lond.* 1651. 4. & *Jo. Leusdenius*, Ultraject. 1665. 4. qui utplurimum Fagii verſionem retinet.

*Latine* prodiit per *Jo. Philip. Hartmannum* ſub tit. *Capitula Patrum, ſive Ethica Ebræa, verſione Latina, annotationibus & locis parallelis V. & N. T. aliarumque Rabbinico-Talmudicarum ſententiarum illuſtrata. Gieſſæ* 1708. 4. Ille vero *Buxtorfii* verſionem, ubi eam in Florilegio ejus Hebraico hinc inde diſperſam invenit, ſecutus eſt; ubi autem illa deerat, de ſuo ſupplevit. Bonam horum Apophthegmatum partem *Collectioni* ſuæ Sententiarum Hebraicarum, quæ cum Erotematibus L. Hebr. ed. Baſil. 1567. 8. prodierunt, inſeruit *Mich. Neander* Hebr. & Latine. Idem fecit *Plantavitius* & *Buxtorfius* in Florilegiis ſuis. Nec minus *Janus Druſius* eorundem rationem habuit in libris III. Apophthegmatum, qui *Franeqv.* 1591. iterumque ibidem 1612. in 4. ac denique cum libris de vita & morte Moſis, ex parte *Hamburgi* an. 1714. 8. lucem viderunt. Ibi vero Latina tantum verſio cum excerptis notarum Fagii occurrit.

*Fagii* verſionem Latinam cum ejusdem ſcholiis retinuit Cl. *Guilielmus Surenhuſius* Tom. IV. Corporis Miſchnici p. 409. ſqq. additis inſuper Leusdenii notis, qui & ipſe in præfatione teſtatur, ſe Fagii verſionem in multis ſecutum eſſe.

*Hebraice & Germanice* prodiit cura *Georgii Henrici Lehmanni, Lipſ.* 1684. 8. cum amplioribus notis, quæ ſingulis ſectionibus ſeu Miſchnajoth ſubjiciuntur, & ex præſtantiorum Rabbinorum in libellum iſtum commentariis petitæ ſunt.

*Hebræo-Germanica* lingva, quæ Judæis vernacula eſt, *Cracov.* apud Iſaac ben Aaron Proſtitz an. 346. C. 1586. 4. & ibidem 377. C. 1617. 4. item *Pragæ* 448. C. 1688. 4. apud nepotes Moſis, & ibidem apud eosdem 473. C. 1713. 4. cum commentario pagg. 44. tum *Dyrenfurti* ſeorſim 1711. 4. Vidi & aliam editionem hac priorem, quæ textum exhibet Hebræum punctatum, quem cingit verſio Hebræo-Germanica cum commentario eadem lingva ſcripto, in 4. neſcio quo loco, quia titulus in exemplari, quod vidi, deſiderabatur. Alia editio Hebræo-German. ſine textu Hebr. *Hamburgi* (ut ſuſpicor, neque enim locus memoratus erat) an. 1697. 3½ plagulis in 4. curata eſt. Exſtare quoque ſolet in calce סדר תפלות ſeu *Ordinis Precum* Hebræo-Germanice converſi. Verſionem Judæo-vernaculam, neſcio quam, allegat *Wagenſeilius* ad Tela Ignea Satanæ p. 267.

*Hebræo-Hiſpanice Venet.* in officina Vendramin. per Franc. Veceri pp. 34. in 8. minori an. 411. C. 1651. Operæ vocantur Joſ. ben Dav. Victorin & Meir ben Secharja פימי סטרי Ibi textus Hebræus vocalibus inſtructus eſt, & interjectam habet verſionem Hiſpanicam.

*Hiſpanice* tantum exſtat in calce Ordinis precum quotidianarum *Amſtelod.* 426. C. 1666. 12. pp. 164. Hiſpanice editi.

*Hebraico-Italice Venet.* 456. C. 1696. 8. apud Bragadinos pp. 46. juſſu Iſaaci ben Iſaac Levi, ita quidem ut & textus Hebraicus & verſio Italic. Hebræis literis exprimatur. In editione ꝟ Machſor Judæorum Veneta eodem anno curata eadem verſio exſtat. Antea idem libellus ex Italica verſione literis Hebraicis expreſſa cura *Iſaaci Schalem* lucem vidit *Mantuæ* 348. C. 1588. 8. Conf. Part. I. n. 1270.

*Italice* quoque a Philippo Aquinate vulgatum teſtatur *Colomeſius* in Gallia Orientali p. 256. & *Balius* Tom. I. Dictionarii p. 297.

*Italicam* & *Hiſpanicam* interpretationem cum addito textu Hebr. ſuperioribus annis impreſſam fuiſſe, notatum video in Muſeo librorum novorum Parte XIV. p. 76. fide Catalogi Italici librorum in officina Hier. Albrizzi exſtantium an. 1707. editi.

*Arabice* exſtat libellus inter MSS. Pocock. n. 43. in 4. in Biblioth. Bodlejan.

*Scali-*

*Scaligeri* notas MSS. allegat *Adrianus Relandus* in notis ad Othonis Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 105.

De Celeb. *Val. Ern. Læſcheri* notis MSS. lege ipſum in epiſt. ad Feuſtelium, hujus Miſcellaneis Sacris & eruditis addita p. 696. & 702.

De collectore horum *Capitum* dicemus inter Miſchnicos ſub *Nathane*. Alias vero ejuſmodi collectiones ſententiarum laudabimus inter Anonymos ſub משלים.

| *Tit. Cod.* | | *Ord.* | *Cod.* | *Cap.* | *Miſchnajoth.* | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| אֳהָלוֹת | *Domus* | Taharoth | IV. | XVIII. | 133. | vertit Cl. Surenhuſ. MS. verſ. reliquit *Balth. Scheidius*. |

ב.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| בָּבָא קַמָּא | *Porta prima* | Neſikin | I. | X. | 29. |

ex verſione *Conſtantini Lempereur* cum notis, Lugd. Bat. 1637. 4. pp. 306. Idem in epiſt. ad *Chriſtoph. Schraderum*, (quam Cl. Ritmeierus in calce Clavis Gemaricæ R. Elijakim Panzi edidit) teſtatur, ſe duos poſteriores libros de Legibus forenſibus itidem vertiſſe. Horum verſionem promiſit B. *Theodorus Daſſovius* in Nov. Liter. Maris Balth. an. 1705. pag. 90. Bavæ Kamæ totum textum Gemaricum latine convertit *Jo. Walterus*, tunc adhuc juvenis, teſte Meelführero ad Almelovenii Biblioth. p. 157.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| בָּבָא מְצִיעָא | *Porta media* | Neſikin | II. | X. | 101. |
| בָּבָא בַתְרָא | *Porta poſtrema* | - - - - | III. | X. | 86. |

Hi bini Codd. ex verſione *Surenhuſii* in Corpore ejus Miſchnico exſtant, nec video cauſam, cur Cl. *Jo. Conr. Hottingerus* in Ordine Titulorum Corporis Talmudici eam Lempereurio adſcribat; cum Surenhuſius in præf. ad Part. IV. Corporis Miſchnici diſerte teſtetur, ſe ad exemplum Lempereurii ſingulis Miſnis argumenta breviſſima adjeciſſe.

בֵּיצָא ſive יום טוב *Ovum diei feſti* Moëd. VII. V. 41. Vertit Surenhuſ. *Chriſt. Ludovici* Lipſiæ lat. per diſpp. edidit, teſte Meelführero in hiſtor. Liter. de Talmudis verſionibus §. 7.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| בְּכוֹרוֹת | *Primogenita* | Kodaſchim | IV. | IX. | 73. | Surenhuſ. |
| בִּכּוּרִים | *Primitiæ* | Seraim. | XI. | III. | 34. | Vertit *Surenhuſ.* Præter eum vero M. *Chriſt. Ludovici* cum comm. Maimonidæ hebr. & Lat. additis notis 3. diſpp. edidit Lipſ. 1696. |

1696. 4. Sic & B. *Andr. Adamum Hochſteterum*, Prof. Tubing. hujus verſionem inter ἀνέκδοτα ſua numerare teſtatur Meelführerus in hiſtor. Liter. de Talmudis verſionibus §. 7.

| *Tit. Cod.* | | *Ord.* | *Cod.* | *Cap.* | *Miſchnajoth.* |
|---|---|---|---|---|---|
| בְּרָכוֹת | *Benedictiones* | Seraim | I. | IX. | 57. |

*Lat.* cura *Pauli Riccii*, ſed *indiligenter nimis* curata, judice *Joh. Seldeno* in prolegomen. ad libr. de Succeſſione in bona defunctorum Aug. Vindelic. 1619. 4. *Sam. Clerici Oxon.* 1667. 8. *Jo. Illmanni*, Argentor. 1663. 4. cum quinque aliis tractatibus Miſchnicis: *Guil. Guiſii* cum notis, additis quinque aliis Ordinis Seraim tractatibus ſe invicem ordine inſequentibus & ſeptimi capite I. Hanc retinuit Cl. Surenhuſius notasq; ſuas Guiſianis adjunxit. Guiſianus labor prodierat obſtetricante Eduardo Bernardo *Oxon.* 1690. 4. Vide Acta Erud. 1691. p. 251. ſqq. Caput I. hujus Codicis totum quoad Miſchnam & Gemaram hebr. cum adjuncta verſione ſua Latina luculenta & expolita edidit, commentationibusque egregiis illuſtravit Cl. *Georg. Eliezer Edzardus*, Hamburgi 1713. 4. In Specimine Diſputatt. Gemaricarum, præſide *Jac. Rhenferdio* ventilatarum, legas Gemaram Berachoth usque ad f. 19. a. ed. Amſtelod. latine verſam & notis illuſtratam a *Sam. Kœnig*, Helvetio Bernate. V. Meelführeri Acceſſiones ad Almeloveen. p. 128. Multa ex Gemara converterat *Balth. Scheidius*, Profeſſor Argentorat. quæ in Excerptis ejus Talmudicis latent nunc apud Vener. *Joachimum Morgenweg*, de quibus infra dicemus. Gemaram vertere ſe cœpiſſe teſtatur Cl. Surenhuſius in præfat. ad Corpus Miſchnicum pag. 5. *Conſtantinus Lempereur* paratam ſe habere verſionem Codicis Berachoth cum Gemara cap. I. nunciat Chriſtoph. Schradero in epiſtola, quam Cl. Rithmeierus edidit in calce Clavis Gemaricæ R. Elijakim Panzi. *Conr. Pellicani* itidem lucem non vidit, de cujus in hoc genere conatibus infra. Verterat is totam Miſchnam, ac præterea priora duo capita Gemaræ. *Jo. Rendtorfium* eundem Codicem latine vertiſſe notisque illuſtraſſe teſtis eſt *Imbonatus* p. 418. Biblioth. Lat. Hebr. Virum quendam doctiſſimum integram Gemaram Codicis ejusdem, latina veſte donatam, exhibere poſſe teſtis eſt Rhenferdius de Decem Otioſis p. 266. quemadmodum *Campeg. Vitringa* in lib. de Synagoga Vetere p. 1050. refert doctiſſimum Virum, gregis Domini in vicina Gronin-

Groningana Paſtorem ab aliquot annis in Codice Berachoth verſari. Latina verſio Berachoth MS. memoratur in Catalogo Biblioth. *Guil. Anslarii*, p. 37. D. *Smithum* (i. e. Thom. Smithum) eundem tranſtuliſſe & D. Pierſon obtuliſſe ſcribit *Sam. Clericus* in ep. ad Lightfootum, quæ exſtat in hujus Opp. Poſthumis p. 188. a. cui ibidem ſuam verſionem dijudicandam commendat. Eundem *germanice* verſum a Gerſone, cujus ſibi ſpem dudum fecerit Buxtorfius pater, a Buxtorfio filio per quendam deſcribendum expetit *Schickardus* in epiſtola ad ipſum data, quæ prodiit in calce Catalectorum Philologico-Theologg. Jo. Buxtorfii p. 398.

*Tit. Cod.* *Ord.* *Cod.* *Cap.* *Miſchnajoth.*

ג.

גִּטִּין *libellus repudii*, Naſchim IV. IX. 75. vertit *Surenhuſ.* Verſ. Lat. MS. reliquit *Guil. Guiſius*, teſte Vener. *Daſſov.* in progr. Inaugur. *Witteb.* 1690. ed.

ד.

דְּמַאי *Decimatio dubia*, Seraim III. VII. 53. vertit *Guil. Guiſius.*

ה.

הוֹרָיוֹת *Documenta judicum*, Neſikin. X. III. 20. vertit *Surenhuſ.* Exſtat & verſio M. *Chriſt. Ludovici* Lipſ. 1696. 4. diſputantium more cum not. ed.

ז.

זְבָחִים *Sacrificia*, Kodaſchim. I. XIV. 101.
Vertit *Jo. Ulmannus*, & edidit cum quinque aliis tractatibus Argentor. 1663. 4. Verterat & *Conſtant. Lempereur*, ceu ipſe teſtatur in ep. ad Chriſtoph. Schraderum a Cl. Ritmeiero edita in calce Clavis Gemar. R. *Elijakim Panzi.* Ulmanni verſionem retinuit Surenhuſius. Verterat quoque B. *Jo. Adamus Cnollenius* una cum comm. Raſchii: vid. Relationes Innoxias Theologic. an. 1714. pag. 773. Promiſit aliam interpretationem B. *Theod. Daſſov.* in Nov. Literar. Maris Balth. 1705.

זָבִים *Fluxu laborantes*, Tahoroth. VI. V. 32. Vertit *Surenhuſius.*

*Tit. Cod.* *Ord.* *Cod.* *Cap.* *Miſchnajoth.*

# ח.

חֲגִיגָה *Feſtivitas*, Moëd. IV. III. 23.
cum verſione Latina partim textus, partim commentarii Bartenoræ, ut & notis edidit tribus diſputt. *Chriſtianus Ludovici*, Lipſ. 1696. 4. Alia verſio Cl. Surenhuſii exſtat in hujus Corpore Miſchnico. Pars qualiscunque Gemaræ cap. II. cura *Jo. Henr. Hottingeri*, Henrici ex Henrico nepotis, prodiit *Lugd. Bat.* 1704. in 4. ſub titulo: Discurſus Gemaricus de inceſtu creationis & currus opere ex Cod. Chagiga c. 2. Miſn. I. petitus, latinitate donatus, ex probatiſſimis Hebræorum R. Salomonis & auctorum *Toſaphoth* commentariis illuſtratus, adjectis ſimul propriis annotationibus, *Lugd. Bat.* 1704. 4. In præfatione auctor profitetur, ſe integrum titulum Chagiga latine verſum habere, qui ultima tantum lima indigeat. A *Jo. Illmanno* verſionem hujus tract. exſpectari jubet *Meelführerus* in hiſtor. Liter. de Talmudis verſionibus §. 8. MS. verſ. reliquit *Guil. Guiſius* teſte Venerand. Daſſovio in Program. Inaugur. 1690. Witteb. ed. *Aaron Margalitha*, Ex-Judæus, totum Codicem una cum comment. Jarchii latine a ſe verſum notisque illuſtratum ſervat. *Germanice* eundem a B. *Cnollenio* converſum eſſe patet ex Relationibus Innoxiis an. 1714. p. 773.

*Hebraice* eum ſeorſim edidit *Moſes b. Abraham* fol.

חולין *Profana*, Kodaſchim. III. XII. 74. vertit Cl. Surenhuſius.

חַלָּה *Placenta*, Seraim. IX. IV. 38. Vertit *Surenhuſius.*

# ט.

טְבוּל יוֹם *lotum diei.* Tahoroth. X. IV. 26. Vertit *Surenhuſius.*

Aliam verſionem promittit Mart. Jac. Owmannus in calce notarum ad Cod. Miſchnic. ידים p. 195. B. *Balthaſ. Scheidii* verſio MS. latet apud Rev. Joach. Morgenweg.

טְהָרוֹת *Purificationes* Tahoroth. V. X. 92. vertit *Surenhuſius.*

Scheidii verſio exſtat in MS. apud Rev. *Joach. Morgenwegium*, Orphanotrophei Hamburg. digniſſimum Paſtorem, inter ceteros ejus labores Talmudicos.

יְבָמוֹת

י.

| *Tit. Cod.* | | *Ord.* | *Cod.* | *Cap.* | *Miſchnajoth.* |
|---|---|---|---|---|---|

יְבָמוֹת *Fratriarum jus*, Naſchim. I. XVI. 130. Vert. *Surenhuſ.*
Excerpta Miſchnica hujus tractatus germanice exſtant in B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilii* commentatione de ducendis ſucceſſive duabus ſororibus. Totum Lat. converſum in MS. reliquit, teſte Vener. *Daſſovio* in programmate, quo Profeſſionem public. auſpicatus eſt *Witteb.* 1690.

יָדַיִם *Manuum lotio*, Tahoroth. XI. IV. 22.
Verſionem ſuam Lat. in Corpore Miſchnico exhibet Surenhuſ. Aliam dedit Cl. *Mart. Jac. Owmannus*, una cum obſervationibus *Maimonidæ*, *Bartenoræ* & *Jom Tov* itidem Lat. converſis, quibus propriæ ejus notæ eruditæ illæ & inſignem antiquitatum Hebr. notitiam ſpirantes accedunt. Interpretatio Surenhuſiana ſæpius emendatur. Prodiit libellus *Hamburgi* 1706. 8. ſub tit. *Lotio Manuum Judæis uſitata.* Verterat & *Balth. Scheidius.* Promiſit autem *Jo. Ilmannus.*

יוֹמָא *Dies expiationis*, Moëd. VIII. VIII. 61.
Latine vertit & luculento commentario illuſtratum cum textu Hebr. edidit *Rob. Sheringhamius*, Cantabrigienſis, *Lond.* 1648. 4. recudi autem curavit Cl *Jac. Rhenferdius* cum diſſertat. ſua, in qua comparationem inſtituit expiationis anniverſariæ Pontif. Max. in V. T. cum unica atque æterna expiatione Jeſu Chriſti. *Franeqv.* 1696. 8. iterumque 1700. 8. In Hiſt. Crit. Reip. Liter. Tom. XIII. p. 366. video memorari V. C. *Herm. Iac. van Bashuyſen* Specimen progreſſuum Gemarici ſtudii in Tract. Gemaric. Joma tanquam in lucem editum.

יום טוב *Dies feſtus*, vide ſupra ביצא.

כ.

כִּלְאַיִם *Heterogenea*, Seraim. IV. IX. 76.
Ex Lat. *Guil. Guiſii* verſione exſtat in edit. *Surenhuſ.*

כֵּלִים *Vaſa*, Tahoroth. I. XXX. 137. vertit *Surenhuſius.*

Illuſtravit hunc tractatum B. *Theodor. Daſſovius* ſingulari diſſertat. *Witteb.* 1696. 4. Vertit etiam *Barth. Scheidius*, cujus labor inter cetera ejus Talmud. MS. exſtat apud Rev. *Ioach. Morgenweg.*

*Tit. Cod.* *Ord.* *Cod.* *Cap.* *Miſchnajoth.*

כְּרִיתוּת *Exciſio animarum* Kodaſchim. VII. VI. 38.

ex verſione Lat. *Io. Ilmanni* Argentor. 1663. 4. cum aliis quinque tractatibus Miſchnicis edita, exſtat in Corpore Surenhuſiano.

כְּתוּבּוֹת *Litera matrimonii*, Naſchim. II. XIII. III.

Vertit *Surenhuſius*, & ante eum *Io. Frid. Fauſtius*, *Baſil.* 1699. 4. quem hoc nomine laudat Cl. *Owmannus* in præfat. ad Codic. ידים latine verſum. *Latine* verſum reliquit *Guil. Guiſius*, teſte Vener. *Daſſovio* in programm. Profeſſionis ſuæ Inaugur. Witteb. 1690. ed; *Germanice* convertit B. *Cnollenius*; vide Relationes Innoxias Theologg. an. 1714. p. 773.

## מ.

מְגִלָּה *Volumen Eſther*, Moëd. XII. IV. 32. Vertit *Surenhuſius*.

Seorſim *hebr.* prodiit *Amſtelod.* 450. C. 1690. fol. per Moſen b. Abrah. Verſionem ejus cum not. a Vener. *Io. Wülfero* exſpectari ſcribit *Meelführerus* in hiſt. Liter. Verſionum Talmudis §. 8. & in Acceſſionibus ad Almeloveen. p. 157. Verſionem MS. reliquit *Guil. Guiſius*, teſte B. *Daſſovio* in Progr. Inaugurali Witteb. 1690. ed.

מִדּוֹת *menſuræ templi*, Kodaſchim X. V. 33.

Edidit hebr. cum verſ. Latina (quam etiam retinuit *Surenhuſius*) Conſtant. Lempereur, additis, præter accuratas figuras, commentariis, quibus tota Templi Hieroſolymit. ſtructura cum partibus ſuis, altari, ceteriſque eo pertinentibus e Talmudiſtarum aliorumque Judæorum ſcriptis diſtincte explicatur. *Lugd. Batav.* 1630. 4. pp. 194. Eam verſionem hinc inde caſtigat *Io. Steph. Rittangelius* in prolegom. ad *Feſtas Iudæorum ſolennitates* N. 2. Interpretationem Latinam interlinearem, a *Bartoloccio* cœptam, memorat *Imbonatus* p. 148. Biblioth. Latino-Hebr. Conf. de hoc tract. Waltoni Apparatum p. 198.

מַכּוֹת *Plaga.* Neſikin. V. III. 34.

Cum Lat. verſione, Excerptis item Gemaræ, notiſque ſuis amplis, ex commentariis Hebræorum depromtis, edidit *Ioh. Coccejus* primum *Amſtelod.* 1629. in 4. recuſ. in Opp. ejus *Amſtelod.* junctim editis, & *Francof. ad Mæn.* repetitis, ubi Tomo VII. exſtat cum præfatione Vener. D. *Henr. Muhlii* pro Talmude Apologetica, in

qua

qua idem monet, ſe multa in textu Hebr. ex collatis editt. *Veneta*, *Baſil.* & *Amſtelod.* emendaſſe, interdum vero etiam verſionem lat. correxiſſe. *Thomam Brodaeum* cum tract. de Sabbato Codicem Sanhedrin & Maccoth an. 1627. 4. edidiſſe ſcribit Imbonatus in Biblioth. Lat. Hebr. p. 461. quod vereor, ut vere dicatur. Tu vide Ant. Wood in Antiquitt. Oxon. lib. 2. p. 342. Cocceji verſionem & notas retinuit *Surenhuſius*. Seorſim *hebr.* hic tractatus prodiit, intermixta verſione Germanica, *Dyrenfurti* in fol. Conf. Muſeum libb. novorum Parte XIV. p. 98.

*Tit. Cod.* *Ord.* *Cod.* *Cap.* *Miſchnajoth.*

מכשירין *Liquida*: Tahoroth. IX. VI. 54. vertit *Surenhuſius*.

B. *Balth. Scheidii* verſio MS. inter ceteros ejus labores Talmudicos exſtat apud Vener. *Ioach. Morgenwegium*.

מנחות *Oblationes*, Kodaſchim. II. XIII. 93.

Vertit Cl. *Surenhuſius*: vertit etiam una cum tota Gemara B. *Theod. Daſſovius*, ita quidem, ut in quolibet capite præmittatur textus Miſchnicus latine enunciatus, ſubjungatur verſio totius Gemaræ, omnibus ſtili difficultatibus per parentheſes ſublatis, ac denique nexus rerum, de quibus Gemarici diſputant, per poſita in margine argumenta uno intuitu conſpiciatur. Opus hoc in Acad. Oxonienſi a ſe elaboratum, & cum doctiſſ. Judæo, Iſaaco Abendana, recognitum, novisque curis ita auctum, ut Clavis totius Talmudis vocari poſſit, deſcribit Vener. auctor in Novis Literar. Maris Balth. 1705. p. 89. qui labor ut lucem aliquando videat, omnibus votis expetendum videtur. Allegat ipſe verſionem hanc ſuam in diſp. de Emphaſi Sacrarum Vocum ex hiſtoria Hebr. p. 40.

מועד קטן *Interfeſtum*, Moëd. VI. III. 24. Vertit *Surenhuſ.* Verſ. MS. reliquit *Guil. Guiſius* teſte Vener. *Daſſovio* in Progr. Inaugur. Witteb. 1690. ed.

מעילה *pravaricatio*, Kodaſchim. VIII. VI. 38. Vertit *Surenhuſ.* Gemaram vero integram latine translatam in MS. reliquit *Jo. Nicol. Cnollen*: vide Relationes Innoxias an. 1710. p. 363. & 1717. p. 268.

מעשרות *Decima prima*, Seraim. VII. V. 40.

ex verſione Lat. *Guil. Guiſii* quod ad caput I. tantum, & *Surenhuſii*, quod ad reliqua, exſtat in *Surenhuſ.* Corpore Miſchnico. Hunc tract. una cum ſequente מעשר שני latine a ſe verſum & notis il-

Uuuu 3 luſtra-

luſtratum prelo ſe deſtinare ſcribit *Janus Bircherodius* in Novis Liter. Maris Balth. 1698. p. 97.

| *Tit. Cod.* | | *Ord.* | *Cod.* | *Cap.* | *Miſchnajoth.* | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| מַעֲשֵׂר שֵׁנִי | *Decima ſecunda*, | Seraim. | VIII. | V. | 57. | Vertit *Surenbuſius.* |
| מִקְוָאוֹת | *Balnearia*, | Tahoroth. | VI. | X. | 71. | Vertit *Surenbuſ.* & ante *Scheidius*, cujus labor non prodiit. |

## נ.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| נְגָעִים | *Plaga*, | Tahoroth. | III. | XIV. | 115. | Vertit *Surenbuſius.* |

Sic & B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* germ. interpretatus eſt in Commentat. de dialecto Judæo - German. Cave igitur credas Meelführero, alias diligentiſſimo, qui Latinam hanc verſionem eſſe tradit in diſſ. de Talmudis verſionibus §. 12. ubi eam ait *Solúbaci* ſub prelo calere; *Balth. Scheidii* verſio MS. exſtat.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| נִדָּה | *Menſtruata*, | Tahoroth. | VI. | X. | 71. | Vertit *Surenbuſius.* |
| נְדָרִים | *Vota*, | Naſchim. | VI. | XI. | 90. | |

Vertit *Surenbuſius*, & ante eum *Jo. Ullmannus*, qui eum cum aliis quinque tractatibus edidit *Argentor.* 1663. 4.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| נָזִיר | *Naſiræus*, | Naſchim. | VII. | IX. | 60. |

Vertit Surenhuſius & antea *Jo. Ulmannus*, Argentor. 1663. 4.

## ס.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| סוֹטָה | *mulier declinans*, | Naſchim. | V. | IX. | 67. |

Hebr. cum verſione ſua & excerptis Gemaræ ex libro *En Jacob*, addito perpetuo commentario, eoque ampliſſimo & luculento edidit *Io. Chriſtoph. Wagenſeil.* Altorf. 1674. 4. Exhibet verſionem hanc cum commentario, omiſſis tamen Gemaricis, Cl. Surenhuſius. Excerpta quædam ex textu Miſchnico Latine expreſſa, &, ut additur, in Germania, neſcio ubi, edita, exhibet, ut cum ſua interpretatione conferri poſſint, Wagenſeilius ad *Sota* pag. 59. ſq. Forte ſunt ea, quæ a *Jo. Chriſtoph. Beckmanno*, Prof. quondam Francofurtano, profecta eſſe ſcribit Mehlführerus in Prodromo Germaniæ Oriental. p. 4. *Conr. Pellicani* verſio Lat. lucem nunquam adſpexit. Eam miſerrimam vocat *Meelführerus* in diſſ. de Talmudis Verſionibus §. 9. unde colligo ipſi viſam et lectam eſſe.

סוּכָּה

Digitized by Google

*Tit. Cod.* *Ord.* *Cod.* *Cap.* *Miſchnajoth.*

סוּכָּה *Tabernaculum*, Moëd. IX. V. 53. Vert. *Surenhuſ.*
Miſchnam hujus Codicis & Excerpta Gemaræ cum Lat. verſione & notis edidit Cl. *Io. Iac. Cramerus*, Tigurinus. *Meelführerus* in Acceſſ. ad Almeloveenii Biblioth. promiſſ. & latentem p. 19. ſperari ab eo juſſerat verſionem tractatus hujus quoad Miſchnam & Gemaram utramque.

סַנְהֶדְרִין *Judices.* Neſikin. IV. XI. 71.
Vertit *Lat.* & cum excerptis Gemaræ (ex *En Iſraël* depromtis) notisque ſuis edidit *Jo. Coccejus* cum *Maccoth*, ubi vide, quæ diximus. Eadem enim utriusque Codicis eſt ratio. Miſchnam antea Latine verterat *Paulus Riccius*, *Aug. Vindel.* 1619. 4. ſed *indiligenter nimis*, judice *Io. Seldeno* in Prolegom. ad lib. de Succeſſione in Bona Defunctorum. Confer *Paulus Riccius* Parte I. hujus Biblioth. *Conr. Pellicani* verſio Lat. quæ etiam duo prima capita Gemaræ complectitur, nunquam lucem vidit. Vertit totam Gemaram Lat. *Io. Wülferus*, adhuc juvenis, teſte Meelführero in Acceſſ. ad Almeloveenium pag. 157. Cap. XI. quod vocatur חלק Germ. a *Chriſtiano Gerſone*, Ex-Judæo, quoad Miſchn. & Gemaram & En Iſraël converſum prodiit ſub titulo *Cheleck* ſeu *Talmudici Iudæorum theſauri*, *Helmſtad.* 1610. 8. Auctor in præfatione ſua ſex affert rationes, cur hoc ſpeciatim caput convertere aggreſſus ſit, nempe 1) quia ibi Servatoris noſtri ſanctiſſimi fit mentio, non ſine blaſphemiis & conviciis, quod negare alioquin audent Judæi; 2) quia tres fidei articuli ibi ediſſeruntur, nempe de juſtificatione peccatoris, reſurrectione mortuorum & Meſſia; 3) ſupra 600. loci Biblici V. T. allegantur, &c. Conſtat pp. 340. Magnam hujus capitis partem, quæ ſcilicet de Meſſia exponit, exhibet Latine *Gilb. Genebrardus* in Collectione eorum, quæ de Meſſia in Moſe Maimonide, Targum & Cheleck exſtant, *Pariſ.* 1572. 8. poſt *Seder Olam Suta*, & in calce Chronographiæ pag. 90. ubi tamen notandum eſt, non tam caput ipſum, quam ea, quæ R. *Iac. ben Chaviv* in Beth Iſrael de hoc argumento attulit, ibi inveniri.

Maſſecheth Sanhedrin ex Gemara Babylonic. MS. exſtat in Biblioth. Durlacenſi, ex legato *Reuchlini*, qui putavit habendam pro Gemara Hieroſolymit. ſed contrarium evincit B. *Io. Henr. Majus* in Vita Reuchlini p. 538. ſq.

עֲבוֹדָה

ע

*Tit. Cod.* *Ord.* *Cod.* *Cap.* *Miſchnajoth.*

עֲבוֹדָה זָרָה *Idololatria*, Neſikin. VIII. V. 50.

edidit cum Latina paraphraſi *Guſtavus Peringerus*, *Altorf.* 1680. 4. ductu *Wagenſeilii*, ceu ipſe hic profitetur in Confutat. Toldos Jeſchu (in Telis Igneis Satanæ) p. 11. Poſtea incomparabili induſtria adhibita duo capita hujus Codicis, quoad Miſchnam & Gemaram, Hebr. & Lat. edidit, & exquiſitis notis illuſtravit V.C. *Georg. Eliezer Edzardus*, Prof. Gymnaſii Hamburg. & quidem cap. I. *Hamburgi* 1705. pp. 346. cap. II. ibid. 1710. pp. 579. In hanc verſionem notas ſuas MSS. reliquit B. *Io. Nicol. Cnollenius*, quas memorari video in Relatt. Innoxiis an. 1717. pag. 268. Reliqua capita eodem modo penitus converſa, ſed ſuccinctioribus notis explicata idem apud ſe ſervat, quæ utinam facilem invenirent Bibliopolam. Sic enim haberemus tandem aliquando integrum Codicem Talmudicum, Latina veſte indutum, ex qua nativum Talmudicarum commentationum habitum æſtimare ſecure poſſemus.

עֵדֻיוֹת *Teſtificationes*, Neſikin. VII. VIII. 74. Vert. *Surenhuſ.*

Hic tract. cum comm. Maimonid. ſeorſim prod. *Venet.* ſi credimus Plantavitio n. 380. ex fide Catalogi Veneti id tradenti: item cum comment. R. Abrah. Levitæ ben David, ibidem, teſte eodem n. 387.

עוּקְצִין *Petioli fructuum*, Tahoroth. XII. III. 28. Vert. *Surenhuſ.*

עֵרוּבִין *mixtiones*, Moëd. II. X. 96.

*Hebr.* & *Lat.* cum comment. *Maimonidæ* & *Bartenoræ* edidit, una cum tract. *Schabbat* ſub tit. *Collectaneorum Talmudic.* operam ſuam mutuante B. *Io. Bened. Carpzovio*, *Seb. Schmidius*, *Lipſ.* 1670. 4. Schabbatæus in calce ש"י memorat an. 1661. Schmidianam verſionem retinuit Surenhuſius. Verterat etiam *Balth. Scheidius* una cum Gemara, cujus labor nunc MS. eſt apud Rev. *Ioach. Morgenweg*. Cl. *Wilh. Wottonus* in Vol. II. Diſſertationum ſuarum Miſcellanearum de traditionibus Scribarum & Phariſæorum tempore Chriſti, Anglice *Lond.* 1718. 8. editarum exhibet Codices *Eruvin* & *Schabbath*, *Hebr.* & *Anglice*, cum eruditis amplisque notis.

עֲרָכִין *æſtimationes*, Kodaſchim. V. IX. 50.

*Magnus Ronnow*, Svecus, hunc tract. quoad Miſchnam & Gemaram

Digitized by Google

ram cum comm. Raſchii & obſervatt. R. Iſaac & R. Tam Toſephoth, ut & Piſke Toſephoth cum Lat. verſ. edere cœpit *Trajecti ad Rhen.* 1690. in fol. plagg. 7. ſed non perfecit, totum tamen in MS. Amſtelodami reliquit, ceu patet ex Cl. Surenhuſii literis in Holmia Literata Part. I. p. 41. ſq. obviis, quibus ceterorum communicationem expetit. In præfat. ad Tom. V. Miſchnæ Surenhuſ. in quo hic tractatus exſtat, nulla Ronnowii fit mentio, (quod alias fieri ſolet, ubi is alieno labore utitur) ex quo conjectura fit, Surenhuſium novam verſionem de ſuo adornaſſe.

*Tit. Cod.* — *Ord.* — *Cod.* — *Cap.* — *Miſchnajoth.*

עָרְלָה *Præputium arborum*, Seraim. X. III. 35. Vertit *Surenhuſ.* & *Chriſt. Ludovici* Lipſ. per diſputationes converſum dedit, teſte Meelführero in Hiſt. Liter. de Talmudis verſionibus §. 7.

## פ

פֵּאָה *angulus agri*, Seraim. II. VIII. 69. Vertit *Guil. Guiſius.*

פְּסָחִים *Paſchata*, Moëd. III. X. 88. Vert. *Surenhuſ.* B. *Seb. Schmidius* tractatum hunc inde a cap. V. ad X. Latine inſeruit commentario ſuo de Paſchate p. 202. ſqq. (*) Excerptum ex Gemara *Peſachim* cum comment. Raſchii ſubjunctum eſt Specimini Bibl. Hanovienſ. Hebr. *Hanoviæ* ed. 1715. 8. cura *Alb. Halleri.*

פָּרָה *Vacca rufa*, Tahoroth. IV. XII. 97. Vertit *Surenhuſius*, & ante eum *Scheidius*, cujus verſio MS. latet.

פרקי אבות vid. אבות.

## ק

קִדּוּשִׁין *Sponſalia*, Naſchim. III. IV. 47. *Hebr.* ſeorſim prodiit *Dyrenf.* in fol. ſine anno notato. Vertit Latine *Surenhuſius.* MS. verſ. Lat. reliquit *Guil. Guiſius*, teſte B. *Daſſovio* in Progr. Inaugurali, *Witteb.* 1690. ed.

קִנִּים *Pulli avium*, Kodaſchim. XI. III. 15. Vertit *Surenhuſ.*

## ר

ראש הַשָּׁנָה *initium anni*, Moëd. VII. IV. 35.



(*) Rud. Mart. Meelführerus diſſ. citata §. 8. perperam tradit, priora quatuor illius tractatus capita hic conſpici. Rectius dixiſſet, reliqua, iſtis exceptis, ibi legi.

*Hebr.* prod. ſeorſim *Francof. ad Mœn.* per Moſ. b. Abrah. Cum verſione & notis, itemque Excerptis Gemaræ edidit Amſtelod. *Henr. Houtingius*, cujus laborem retinuit *Surenhuſius*. Dedit etiam Lat. *Paulus Vindingius*, cum notis *Oxon.* in 4. Conf. Meelführer. Hiſt. Liter. verſionum Talmudis § 8. MS. verſ. reliquit *Guil. Guiſius*, teſte B. *Daſſovio* in Progr. Inaugur. *Witteb.* 1690. ed. Germanice cum integra Gemara converſum MS. reliquit B. *Cnollenius*: vid, Relatt. Innoxias anni 1714. p. 773.

ש

| *Tit. Cod.* | | *Ord.* | *Cod.* | *Cap.* | *Miſchnajoth.* |
|---|---|---|---|---|---|
| שְׁבוּעוֹת | *Iuramenta*, | Neſikin. | VI. | VIII. | 62. |

Vertit *Surenhuſius*, & ante eum *Io. Ulmannus*, qui eum Lat. verſum edidit cum aliis quinque tractat. *Argentor.* 1663. 4. B. *Laur. Odhelius* in præfat. ad Synagogam Bifrontem Lat. hujus verſ. cum notis promiſit.

שְׁבִיעִית *ſeptimus annus*, Seraim. V. X. 89. Vertit *Guil. Guiſius*.

שַׁבָּת *Sabbatum*, Moëd. I. XXIV. 76.

*Hebr.* MS. exſtat in Biblioth. Bodlej. n. 6021. cum comment. Alpheſii. *Hebr.* & *Lat.* cum comment. Maimonidæ & Bartenoræ Latine verſo edidit *Seb. Schmidius*, *Lipſ.* 1670. 4. quam verſionem retinuit *Surenhuſius*. *Conr. Pellicani* verſio lucem non vidit. Hebr. & Anglice hunc tract. una cum tract. Eruvin ed. *Wilh. Wottonus, Lond.* 1718. 8. vide ſupra עירובין·

שְׁקָלִים *Sicli*, Moëd. XI. VIII. 52.

*Hebr.* prodiit ſeorſim *Francof. ad Mœn.* 449. C. 1699. in 4. *Hebr.* & *Lat.* cum notis ſuis præfixit *Joh. Henr. Otho* Lexico ſuo Rabbinico-Philolog. *Genev.* 1675. 8. quam recenſionem retinuit *Surenhuſius*, notas vero de ſuo addidit. Poſt Othonem eodem labore defunctus eſt *Jo. Wülferus*, qui eundem tract. Hebr. & Lat. Othoniana verſione, ceu ipſe in præfat. teſtatur, nondum viſa, edidit *Altorf.* 1680. in 4. cum amplo & erudito commentario pp. 170. Othonis verſionem paſſim corrigit Cl. *Io. Esgers* in Hilchot Schekalim Maimonidis, *Amſt.* 1718. in 4. editis, qui Wülferi verſionem non viderat.

ת

תָּמִיד *Iuge Sacrificium*, Kodaſchim. X. VII. 34.

*Hebr.*

*Hebr.* excuſum cum lib. Jezira & Siphra Zeniutha, *Amſtel.* 1713. 12. Cum Paraphraſi Lat. ad ductum Wagenſeilii edidit *Guſtavus Peringerus*, *Altorf.* 1680. 4. præter eum vero idem præſtitit notasque addidit *Mich. Arnoldi*, tunc adhuc ſtudiorum cauſa Franequeræ commorans, nunc autem Theologiæ Doctor & V. D. Miniſter Harlemenſis (vid. Joh. d'Outrein de Clangore Evangelii pag. 152.) *Franequer.* 1680. 8. Hujus verſionem retinuit *Surenhuſius*. Conf. etiam Waltoni Apparatum ad Biblia Polygl.

| *Tit. Cod.* | | *Ord.* | *Cod.* | *Cap.* | *Miſchnajoth.* | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| תְּמוּרָה | *Permutatio*, | Kodaſchim. | VI. | VI. | 35. | Vertit *Surenhuſ.* |
| תַּעֲנִית | *Iejunium*, | Moëd. | X. | IV. | 34. | |

Edidit cum verſ. Lat. & notis *Dan. Lundius*, Svecus, *Trajecti ad Rhen.* 1694. 8. ad fidem Miſchnajoth Amſtelodam. cum comm. Bartenoræ & additt. Jom Tov, unde repetiit Surenhuſius. *Hebraice* recudi curavit Cl. *Herm. von der Hardt*, *Helmſtad.* 1712. 8. una cum recenſione Corporis Talmudici. Ceterum libellus hic ab aliis duobus, qui titulo מגלת תענית veniunt, eſt diſtinctus, qua de re vide inter Anonymos ſub מגלת תענית.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| תְּרוּמוֹת | *oblationes*, | Seraim. | VI. | XI. | 101. | Vertit *Guil.* |

*Guiſius*, & ante eum *Balth. Scheidius*, cujus labor in MS. latet.

Ex hac recenſione apparet, Anglos, Belgas & Germanos certatim operam ſuam ad convertendos Miſchnæ Codices contuliſſe, qui quam feliciter hic ſuo quique modo verſati ſint, Cl. *Surenhuſius* in præfat. ſua ad Tom. I. Miſchnæ * * 3. b. his verbis expoſuit: *Et cum quisque ſuo abundet genio, ſuo quoque judicabit ingenii modulo, & diverſam interpretandi rationem experietur, prout locorum ſitus, hominumque ætates ac natura ad hoc multum conferre ſolent: e. g. in Anglicis Pocockianis deprehendet ſtilum prolixum, minus terſum & ob variarum linguarum affinitatem, quas doctiſſimus vir calluit, intricatum ac difficilem. In Guiſianis Laconicum, ſublimiorem, politum, & ſenſum rerum magis quam verborum ordinem exprimentem, ut niſi Lector parumper in Hebraicis verſatus ſit, interdum ob inverſum ordinem & ſublime ſcribendi genus a ſimplicitate Hebraica multum recedens, aliquo modo turbetur; cui tamen difficultati ſuccurrere poterit, ſi modo Miſnam punctis inſtructam adhibere velit. In Germanicis vero ſtilum longe uberiorem, ut non tam verſionem, quam verborum paraphraſin habeas, niſi quod Cl. Schmidius in duorum Codicum commentariis obſcuram diligentiam adhibuiſſe videtur, quod Hebraicæ dialecti nimium tenax eſſe voluit.*

*voluit.* (Hoc vero Vir præſtantiſſimus fecit, quia tum temporis juvenis admodum experimentum ſuæ in Hebraiſmo peritiæ facere voluit, quod ex dedicatione ejus ad Jac. Wellerum patet.) *Sed in Belgicis omnia ſimpliciora, terſiora, & Hebraicis cognatiora invenies.* Hæc de Interpretibus Miſchnæ Latinis in univerſum Surenhuſius, de quibus ſigillatim aliquid commentari hic operæ ſane pretium foret, niſi verendum eſſet, ne ab inſtituto noſtro longius averteremur. B. *Theod. Daſſovius* in Novis Literar. Maris Balth. an. 1705. pag. 91. *Judicium de novis verſionibus Miſchnic.* pollicetur. Equidem non vereor cum Vener. *Henrico Muhlio* in calce Apologiæ Talmudicæ Tomo VIII. Opp. Cocceji inſertæ affirmare, nullam hactenus verſionem Talmudicam prodiiſſe, quæ omni prorſus nota vacaret. Lectori, ampliorem de Interpretibus eorumque meritis aliis notitiam ſitienti, ſatisfaciet quodammodo Cl. *Joh. Fabricius* in Catalogo Biblioth. Fabricianæ p. 251. ſqq. ubi de *Guil. Guiſio*, *Rob. Sheringhamo*, *Henr. Houtingio*, *Dan. Lundio*, *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilio*, *Conſtant. Lempereur*, *Jo. Coccejo*, *Guſtavo Peringero*, *Jo. Leusdenio*, *Mich. Arnoldi*, & *Guil. Surenhuſio* diſſerit.

Idem p. 250. de Maimonide & Bartenora, illis Interpretum Miſchnicorum ex Judæis Duumviris diſſerit, de quibus nos in Parte priore Bibliothecæ hujus, quantum ſatis eſt, diximus.

Sufficiant hæc de iis, qui ſymbolas ſuas ad interpretandam Miſchnam contulerunt. Jam illi nobis commemorandi ſunt, qui tale aliquid polliciti ſunt, ſed vel fato vel aliis negotiis prohibiti fuerunt, quo minus exſolvere ſe promiſſis potuerint.

Inter hos numero *Jacobum Abendanam*, eruditum Judæum, cujus verſio Latina Miſchnæ MS. exſtat in forulis Bibliothecæ Publ. Cantabrigienſis, de qua diximus ſupra Parte I. n. 1141. Hanc procul dubio vult *Schabbatai*, quando in calce ש״י, ubi recenſionem inſtituit Codicum Miſchnicorum Latine verſorum, monet, integram Miſchnam Latine verſam prela exercere in Anglia. Ejusdem meminit Cl. Surenhuſius in præf. ad Tom. I. acceptoque de ea nuncio, ſe a vertendi labore ad tempus avocatum eſſe teſtatur.

*Borelium* juniorem, Judæi cujusdam ad Chriſti ſacra converſi opera adjutum, verſionem Miſchnæ ingreſſum eſſe, ſed non perfeciſſe, teſtis eſt *Chriſtoph. Arnoldi* in Teſtimonio Flaviano p. 162.

*Guil. Guiſium*, Anglum, eadem ratione, qua in ſex ſeptemve prioribus Ordinis Seraim Codd. interpretandis verſatus eſt, reliquos omnes, ſi per fata licuiſſet, perſecuturum fuiſſe, patet ex *Eduardi Bernardi* epi-

ſtola

ſtola dedicator. iſtis, quos dixi Codd. *Oxon.* 1690. 4. editis, præmiſſa. Idem eadem occaſione obteſtatur *Alexium*, (quem de *Petro Allixio*, ex Gallis ad Anglos quondam delato, & variis ſcriptis illuſtri, nunc autem fatis functo, interpretor) ut huic labori humeros ſuos ſupponat. Verba ejus ita habent: *Quocirca in hoc literaturæ vulnere Alexium, Virum Rabbinorum in libris, inque aliis, quos Rabbini non norunt, verſatiſſimum, atque Reformatæ Galliæ decus & apicem compellare juvat, ut corpus integrum δευτερώσεων Latinis tandem verbis doctoribus Chriſtianis vellet exponere, & luctum Guiſianum labore tam opportuno mitigare. Maxime dum latent verſiones veteres Miſnæ, Græca, quæ verſabatur tempore Juſtiniani Magni, & Arabica alius ſæculi.*

*Jo. Leusdenius* in præfat. ad Joëlem Illuſtratum promittit varios tractatus Miſchnicos, antea non translatos, & quidem punctatos, parvisque gloſſis illuſtratos.

*Mart. Jac. Owmannus* in calce edit. ſuæ Codicis יומא, alios Miſchnæ Tractatus eadem ratione converſos & illuſtratos promittit p. 193. & 195.

*Adrianum Relandum*, Profeſſorem quondam Franequeranum, novam Miſchnæ editionem cum Lat. verſione daturum aliquando fuiſſe narrarunt mihi, qui ex ipſo viventis ore id acceperant.

*Jo. Stephanum Rittangelium*, Ex-Judæum, ſolicitatum fuiſſe a nonnullis de Latina Miſchnæ verſione adornanda, patet ex epiſtola ejus Dedicatoria, quam præmiſit tractatui Germanico de feſtis Judæorum ſolennitatibus, & precibus, *Regiomont.* 1652. 4.

*Seb. Schmidius* octodecim tractatus Miſchnicos, Latina veſte a ſe indutos habuit, quod ipſe teſtatur in Dedicat. ad B. *Jac. Wellerum* Codici *Eruvin* in Collectaneis Talmudicis præmiſſa.

*Julium Bartoloccium*, Bibliothecæ Rabbin. Scriptorem, dictiones Miſchnæ difficiliores explicatas reliquiſſe, teſtis eſt *Imbonatus* pag. 148. Biblioth. Lat. Hebr.

Taceo alios, v. c. *Conr. Pellicanum*, *Guſtavum Peringerum*, & *Danielem Springerum*, quorum jam feci mentionem in recenſione Codicum Miſchnic. Alphabetica. Neque tamen ſilentio prætereundum eſt, quod *Relationibus Theologicis Innoxiis* vernacula lingva ſcriptis, an. 1710. p. 362. ſqq. edocemur: *Adamum Andream* (tum adhuc Miniſtrum Verbi divini Furthenſem, & variarum recenſionum librorum Rabbinic. in iisdem Relationibus exſtantium, auctorem, nunc defunctum) & *Jo. Nicol. Cnollenios*, fratres, duodecimam Gemaræ partem & amplius cum commentariis *Raſchii* Latine vel Germanice verſam habere, nempe Codices integros *Sevachim*

*chim* & *Meila*, foliis 141. utrumque Latine: *Roſch haſſchana*, fol. 35. *Chagiga*, fol. 27. & *Cetuvoth*, quoad cap. I. foliis 15. ſingulos Germanice. Illi igitur foliis tractatuum Gemaricorum, a *Gerſone, Edzardo*, & per excerpta a *Wagenſeilio* & *Coccejo*, tum vero ab ipſis illis Fratribus verſorum, ad rationes revocatis, deprehenderunt folia 293. converſa eſſe, reſtare igitur adhuc 2300. (cum tota Gemaræ moles 2600. foliis ab iis æſtimetur) interpretanda. Hunc itaque laborem intra anni ſpatium perfici poſſe cenſuerunt, ſi viginti viri eruditi operas in hoc negotio conferrent. Totum opus Talmudicum ita converſum 120. alphabetis, quæ vocant, comprehendi poſſe iidem cenſuerunt. Sane præclara quævis a Duumviris illis exſpectari in hoc argumento poterant, præcipue cum Adamus Andreas per integrum triennium ſe prælectionibus & exercitiis Judæorum Talmudicis, quibus ipſi Judæi ad Talmudicam ſcientiam ducuntur, exercendum ſe in eorum Scholis curarit. Sed non memini, quidquam poſtea de hoc conſilio amplius auditum, quod utriusque Viri morte nunc penitus interruptum eſt. Poſt eos V. C. *Io. Chriſt. Clodius* inter cetera promiſſa literaria liberaliora ſperari juſſit totius Gemaræ verſionem Latinam, ceu patet ex Novis Literariis Latinis Lipſienſ. an. 1718. p. 81.

Poſtquam hic de verſione Miſchnæ Latina diximus, a loco hoc non videtur alienum, de aliis quoque ejusdem metaphraſibus aliquid commemorare.

*Arabica* verſio Miſchnæ facta eſt Sæculo a C. N. X. per R. Joſephum fil. Iſaaci סטאנס (*Satanes*) diſcipulum R. Moſis captivi, qui Cordubæ inclinante Sæc. X. floruit. Tradunt hoc Judæorum hiſtorici ſupra citati Parte I. n. 910. pag. 539. *Ganzius* ſpeciatim ad an. 4757. obſervat, tempore Raf Hai illud a noſtro factum eſſe pro *Alchachem* Rege Iſmaelis. Confer *Jo. Henr. Hottingeri* Hiſtor. Eccleſ. Sæc. XI. p. 496. (qui Ganzii locum a Vorſtio obſcuriſſime & mutile converſum optime expreſſit) & adde *Eduardi Pocockii* præfat. ad Portam Moſis *** 1. b. ubi inter cetera monet, R. Salomonem in ſua ad Maimonidem in Seder Neſikin præfatione verſionem hanc Arabicam tribuere R. Enocho, filio R. Moſis captivi. Quod memoriæ forte lapſu factum ego dixerim, ideo, quia Joſepho noſtro, diſcipulo R. Moſis Captivi, controverſia interceſſit cum R. Enocho, filio Moſis Captivi, adeo, ut prior a poſteriore, teſte Ganzio l. c. ſolum vertere cogeretur. Hinc fieri facile potuit, ut R. Salomon alterius nomen cum altero permiſceret, niſi dicere malis, Enochum quoque verſionem Arabicam aliam æmulandi ſtudio inſtituiſſe. Quod tamen veri non ſit ſimile,

mile, tacentibus inprimis omnibus Judæorum Hiſtoricis, qui uni Joſepho noſtro hunc laborem vindicant. Ad hanc verſionem Arabicam reſpexit procul dubio *Bernhardus Aldrete* in libro Hiſpanico, quem inſcripſit: *dal Origen y prencipio de la lengua Caſtellana.* Quando is ibi de *Raſi Mauro* ejusque Chronicis rerum Hiſpanic. commentatur, p.315. hæc profert: *Para eſta hiſtoria tuvo Raſis de los Rabbinos, que en Cordova havia, de los quales ſe haze particular memoria, i dizen, que eſtonces ſe traduxo todo el Talmud en Aravigo, i lo miſmo en Granada, de que ſe ſacaron muchos traslados del, i del Miſna, para dar los a los eſtudiantes pobres, ſiendo toto por un miſmo tiempo cerca de los annos del Sennor de mil.* Recitat locum hunc ex memorato libro *Guſtavus Peringerus* in Ecloga ſeu catalogo librorum, quos J. G. Sparſvenfeldius legavit quondam Biblioth. Reg. Holmienſi p. 94., ubi ſimul p. 93. hortatur eruditos, ut inquirant in verſiones illas Arabicas Talmudis & Miſchnæ, tanquam libri, præter quem non exſtet ullus, qui magis conferat ad res ſacras illuſtrandas, æque ac antiqvum corpus illud, quo voces leges gentisque inſtituta plenius pertractantur.

*Arabicam* verſionem a Maimonide quoque factam ſcribit *Jo. Henr. Hottingerus* Parte I. Hiſt. Eccleſ. Sæc. II. p. 73. nullo nominato auctore, cujus fide niteretur. Fortaſſe cogitavit de commentario ejus in Miſchnam, quem Arabice ab eo ſcriptum eſſe conſtat.

*Germanicam* verſionem Miſchnæ a ſe elaboratam teſtatur B. *Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius* p. 40. tractatus vernaculi, quem de *Spe Iſraëlis* inſcripſit, ita quidem, ut opera tumultuaria uſus ſit, nec tam ad verba, quam ad ſenſum reſpexerit, & potiora ad ejus illuſtrationem pertinentia ex *Rambam, Raſchi & Bartenora*, ut & Hiſpanica verſione *Abendanæ* inedita petierit. Eſt illa verſio adhuc in hæredum manibus, ceu traditur a Cl. *Rothſcholtzio* in Catal. libb. Wagenſeil. edd. & inedit. p. 20. Optandum erat, ut *Chriſt. Gerſon* in Talmude Germ. vertendo perrexiſſet, quod ſe facturum in admonitione ad Bibliopolas & Typographos capiti *Cheleck*, ab eo converſo, præmiſſa pollicetur. De verſione Germanica Gemaræ a Cnolleniis, Fratribus, tentata, paulo ante diximus.

*Græce* Juſtiniani Magni tempore exſtitiſſe affirmat *Eduard. Bernardus* in epiſt. dedicatoria, quam præfixit Codicibus Miſchnicis, Guil. Guiſii cura illuſtratis, Oxon. 1690. 4. In hac ſententia vir doctus Iſaacum Voſſium ſecurius videtur eſſe ſecutus, de quo ſupra diximus.

*Hiſpanica* verſio facta eſt a *Jacobo Abendana*, Archiſynagogo Londinenſi, *Iſaaci* fratre, quæ præter contextum Miſchnicum Maimonidæ quoque

que & Bartenoræ commentarios Hiſpanica lingva verſos exhibet. Ea uſus eſt Cl. *Surenhuſius*, quod p. 5. præfat. ſuæ ad Tomum I. profitetur, tum vero *Wagenſeilius*, quod paulo ante monuimus. Confer, quæ ſupra Parte I. n. 1010. allata ſunt, in quibus, velim, corrigas, quod teſtatus ſum, verſionem iſtam in Helmontii manibus fuiſſe, ceu ex præfat. ad Alphabetum vere naturale conjectura aſſequi me recte poſſe exiſtimavi. Etenim præfatio illa non eſt Helmontii, ſed *Chriſtiani Knorrii a Roſenroht*, ſicut ex literis ſubſcriptis, ſiquidem retrorſum legantur, apparet. Sic itaque res habet: Knorrius verſionem illam Hiſpanicam habuit, eamque cum Wagenſeilio ad tempus communicavit. Hæc ex Vener. *Chriſtiani Theophili Ungeri* literis edoctus eram, quæ nunc legi poſſunt in Novis Literariis Lipſienſibus Latinis an. 1718. p. 94.

*Italice* partem Talmudis converſam eſſe a Judæis ſcribit *Rich. Simon* in epp. Selectis, ep. XXIII. pag. 175. ed. Amſtelod. Sed MS. tantum eam circumferri ait, ob metum ab Inquiſitione, quæ quovis modo lectionem Talmudis impediat.

Quod ſi jam hos labores, in verſione Talmudis collocatos, recogitemus, vanum fuiſſe vatem deprehendemus R. *Iſaacum filium R. Joſephi Corbelenſis*, quando in libro עמודי גולה f. 39. 1. ita ſcribit ex verſione Cl. G. E. *Edzardi* in præf. ad cap. I. *Avoda Sara* pag. 13. *Atque hæc ipſa verba Legis oralis ſunt reconditus theſaurus Dei Sancti Benedicti. Conſtabat enim ipſi, quod Iſraëlitæ futuri olim eſſent exſules inter gentes, quodque gentiles libros ipſorum eſſent in vernaculam ſuam translaturi; ideoque noluit, ut Lex oralis ſcripto comprehenderetur. Nam gentes etiam accipient olim mercedem ob ſtudium Legis, atque Deus S. B. dicet ad illas: Omnis, cui myſteria mea ſunt cognita, feret præmium. Quamvis autem poſtremis ſæculis propter raritatem virorum cordatorum in literas fuerint relatæ ſex partes Talmudis, tamen gentes in lingvam ſuam vernaculam transferre eas non poterunt, quia prolixa commentatione opus eſt, ut intelligantur.* Tam belle ſibi placent Judæi cum obſcuritate ſua Talmudis, ut tenebras illas omni Chriſtianorum induſtriæ inacceſſas eſſe quaſi glorientur: ſed fruſtra. Præterquam enim quod exempla allata aliud teſtantur, vere gloriari poſſunt Chriſtiani, eſſe inter ſuos, qui rectius ipſis Judæis in abditos illos ſenſuum Talmudis receſſus introſpiciant & introſpicere poſſint, poſtquam noſtra & ſuperiori ætate lingvarum Orientalium ſtudia alacrius tractata & ad partes vocata ſunt. His enim cum deſtituantur Judæi, fieri non poteſt, quin in vocibus exoticis (quarum non infrequens eſt in utraque Talmudis

parte

parte copia) explicandis hæreant Judæi & turpiter labantur, quæ viciſſim Chriſtianis interpretibus apertæ ſunt & obviæ. Exemplo ſint notæ eruditæ *Guil. Guiſii*, qui non præter rem paſſim ridet Judaicorum Interpretum hallucinationes. Ceterum inficiari nolim, ingentes vel ſic in tanta etiam lingvarum aliarumque doctrinarum luce difficultates illis objici, qui interpretandam Gemaram aggrediuntur. Illæ vero oriuntur primo quidem ex conciſa, confuſa, impedita dictione, quæ etiam efficit, ut verſiones magis debeant eſſe paraphraſticæ quam literales, imo ut frequentibus parentheſibus diſtinguantur. Oriuntur etiam ex ipſo commentandi, argumentandi diſputandique modo Judæis recepto, qui ex Inſtitutionibus Gemaricis, v. c. *Halichot Olam* &c. probe debet eſſe perſpectus, vel potius frequenti Talmudis lectione animo inculcatus. Oriuntur ex ignoratione rituum variorum, genti Judaicæ olim receptorum, ad quos hinc inde in diſputando digitus intenditur. Oriuntur vero inprimis ex eo, quod Judæi nullis utantur interpunctionum notis, quæ indicium faciunt v. c. interrogationum, exclamationum &c. ut perpetuis opus ſit conjecturis. Unde vehementer probandum eſt Clerici, Baashyſeenii aliorumque conſilium, qui ſcripta Rabbinica vel Talmudica notis ejusmodi diſtinctionum, apud nos receptis, inſtruenda cenſuerunt, id quod in commentarii Abarbanelis ſuper Pentat. editione Hanovienſi factum eſſe conſtat. Oriri denique dixerim inde, quod Judæi hinc inde tam inepte frivoleque & abſurde ratiocinentur, ut Interpres non ineptus ſenſum ſe eo minus aſſecutum putet, quo magis abſurdus eſt, atque adeo alium quærendum ſibi eſſe arbitretur. Has aliasque difficultates puto effeciſſe, ut multi verſionem Gemaræ pro re deſperata habentes, negotium prorſus non ſint aggreſſi; alii, iique peritiſſimi, v. c. *Coccejus* & *Wagenſeilius* in Excerptis initium fecerint; pauci admodum, ut Cl. *Edzardus*, integra capita tranſtulerint: nemo vero hactenus integrum Codicem in lucem (nam *Daſſovium* Codicem *Menachoth*, Cl. Edzardum vero *Berachoth* & *Avoda Sara*, *Cnollenios* denique alios tractatus per totum converſos in ſcriniis habere ſupra memoratum eſt) protulerit. Hinc, puto, factum eſt, ut nonnulli ad exemplum B. Grapii in Hiſtor. Liter. Talmudis Babylon. p. 39. ſtatuerent, integram Talmudis verſionem nec *deſiderandam* adeo, nec *ſperandam* videri. Non deſiderandam, quia periculum ſit, ne eadem inpoſterum conditio ſit Talmudici ſtudii, ſi totum Talmud in Latinam aut vernaculam lingvam convertatur, quæ nunc apud pleroſque eruditos

eſt, Græcarum literarum exiſtimatio. Hæc enim tanto magis eviluit, quo plures operam ſuam in ſuſcipiendis Græcorum Scriptorum interpretationibus collocarunt. Huc ſpectat *Esdræ Edzardi*, τȣ̃ μακαρίτȣ, magni illius Rabbinici Talmudicique ſtudii quondam ſtatoris & vindicis, judicium de Rabbinis non vertendis ab *Abrahamo Hinckelmanno*, prædeceſſore meo, (cujus memoria omnibus horum ſtudiorum gnaris non poteſt non grata & jucunda eſſe,) in eruditiſſima præfat. ad Alcoranum fol. t. a. & B. *Grapio* l. c. approbatum. Interim tamen præſtantiſſimi Edzardi judicium de non approbandis frequentibus Rabbinorum verſionibus non trahendum eſſe puto ad verſionem Gemaræ etiam integræ non deſiderandam aut optandam. Filius, tanto Patre dignus, Parentis ſententiam tum exemplo ſuo tum verbis ſequentibus exponit, quæ in præfatione ad Caput I. *Avoda Sara* ita leguntur: *Quamvis expedire non judicemus, ut in facilioribus Rabbinicorum ſcriptis transferendis ulterior collocetur opera, quia metuendum, ne eadem tunc fata Hebraiſmus patiatur, quæ Græca literatura vidit, poſtquam præcipui Codices Græci Latine prodierunt; de Gemara tamen Talmudica aliter ſtatuendum, quia ſtylus illius intricatior, & exigua tantum ſpecimina, imo fere nulla hactenus prodierunt, præter ea, quæ Gerſon, Coccejus atque Celeb. Wagenſeilius literato Orbi dederunt, quibus juvari Hebraizantes in ejus lectione poſſint. Et diſpar omnino ſcriptorum Rabbinicorum atque Talmudis ratio eſt. Qui enim cum Judæis in aciem volet deſcendere, difficili prorſus conatu illos aggredietur, niſi in Rabbinis ita ſit verſatus, ut libros illorum promiſcue citra adminiculum verſionis interpretari valeat. pauciſſimis autem tam felicibus eſſe licet, ut in Talmude etiam eo uſque exerceantur, ut verſionum aut commentariorum ope non indigeant.* Ita Cl. *Georg. Eliezer Edzardus* prudenter præcipit l. c. Unde ſane non ſine multo emolumento optari & deſiderari poterat Gemaræ integræ verſio, præcipue cum vel ſic eruditis ſatis laboris relictum ſit, ut ex ſterquilinio illo auri ramenta hinc inde ſparſa colligant, & in uſus ſuos convertant. Meam itaque facio *Hermanni Conringii* ſententiam in præfat. ad Paradoxa de Numis Hebræorum legendam. Ibi enim cum is monuiſſet, *Judæis pariter & Chriſtianis profuturum, ſi Talmud integrum, ejusque improba abſurditas in omnium conſcientiam producatur; his quidem, quod ſic occaſio pro conceſſo Spiritus S. lumine gratias Deo agendi amplior fiat, iidemque in timore Dei perſiſtere moneantur; illis vero, quia ſic divina indignatio iis fiat apertior*: ita pergit: *Hoc animo equidem gratias ago iis, qui hactenus hanc curam ſubierunt: rogo præterea omnes, quos Deus linguarum peritia exornavit vel inpoſterum exornabit, ne graventur hanc moleſtiam*

*leſtiam interpretandi ſuſcipere, certo confiſi, velut Eccleſiæ magnum hoc ipſo fructum ſunt allaturi, ita Deum largum fore remuneratorem.*

Quæ hoc fine deſideranda erat verſio, ea noſtra potiſſimum ætate vel etiam a poſteris, modo viæ ſtratæ alacriter inſiſtant, ſperari quoque poterit. Amplior nobis nunc eſt apparatus, ſive eum in Lexicis Clavibusque Talmudicis, Chriſtianorum vel Judæorum opera elaboratis, ſive in commentariis, ſive in literatura Orientali in univerſum illuſtrata &c. quæras: ſpecimina quoque illuſtriora ad manus ſunt, quæ excitare & provehere aliorum induſtriam poſſint. Et ſperari omnino ſucceſſus feliciſſimus poterat, modo non ſenſim magis magisque deficeret numerus eorum, qui vel eruditos ad commentationes has improbo labore ſuſcipiendas, vel Bibliopolas ad erogandos ſumtus permovere debebant. Et fruſtra forte exſpectabitur Maecenas aliquis ex Regibus aut Principibus, qui Alphonſinam aliquam liberalitatem in hoc negotio æmuletur. Neque tamen exiſtimandum eſt, tantos hic ſumtus requiri, qui ſuperari vix poſſent, quæ videtur fuiſſe B. *Jo. Schmidtius* ſententia in libro, quem de *Igneo Judæorum Veneno ad draconum exemplum* (Feur eiges Drachen-Gifft) inſcripſit. Hujus enim judicio duodecim illa Volumina Talmudis, clare perſpicueque in germanicum ſermonem transferenda minimum quadraginta in folio volumina abſolverent. Vide eum p. 120. Sane negari non poteſt, hinc inde ſermones Judæorum Talmudicos paraphraſi quadam & ſupplementis, ad ſenſum illuſtrandum pertinentibus, maximopere egere, quod recte idem *Schmidtius* pag. 119. & *Wagenſeilius* in præf. ad Tela Ignea Satanæ p. 58. monent; ſed tanta tamen moles timeri non debebat, cum amplitudo Gemaræ & Miſchnæ non debeat æſtimari ex duodecim illis Voluminibus, quibus nunc Talmud abſolvitur. Cum enim ibi ſimul legantur commentarii Maimonidæ, Raſchii, Aſcheris aliorumque, præterea vero bini Ordines nempe *Seraim* & *Taboroth*, ſi unum utrinque Codicem excipias, Gemara deſtituantur, apparet Gemaram totius Talmudis vix in fol. duo Volumina juſtæ magnitudinis abſoluturam, ſi ſibi relinquatur, cum Miſchna ipſa modicum Volumen in octavi ordinis forma conſtituat. Quod ſi vero exiſtimetur, Raſchii ſaltem commentarium totum omnino verti debebere, ſi Gemaricæ obſcuritati conſulendum ſit; vel ſic tamen, ſi etiam diffuſior vertendi ratio placeret, totum Gemaræ corpus duodecim modicis in folio Voluminibus comprehendi poterat. Recte enim mihi rationes ſubduxiſſe videntur fratres Cnollenii, qui centum & viginti alpha-

phabetis totam Gemaræ cum Raſchio verſæ compagem contineri putarunt, qua de re ſupra expoſuimus.

Quomodo *Carolus Ioſephus Imbonatus* p. 189. Bibliothecæ LatinoHebr. tradere potuerit, Paulum Vindingium, Profeſſ. Ll. Or. Hafnienſem latine reddidiſſe tractatum Talmudicum de annis Oxonii in 4. editum, non intelligo. Certe nec exſtat tractatus hujus tituli Talmudicus, nec fuit *Paulus Vindingius*, ſed *Io. Paulu Vindingius*, cujus eſt illa, quam ibidem laudat, *de Judæis* Diſſertatio.

## II. Catalogus alphabeticus Capitum Talmudicorum, quoad verba initialia.

ACcipe nunc *Catalogum alphabeticumCapitum omnium & ſingulorum*, quæ in Talmude exſtant, ex quo intelliges, quod ſit ſingulorum initium, (hoc enim Talmudici citare ſolent, omiſſo Codice & numero capitis) cujus Codicis & cujus numeri. *Schabbataus* in limine שפתי ישנים itidem exhibet Indicem ejusmodi capitum omnium alphab. ſatis accuratum. Antea vero ſeorſim deſignatio talis alphabetica lucem vidit Pragæ in 4. pp. 4. ſub tit. צפנת פענח· Talis quoque additus eſt Demonſtrationibus XXXVIII. contra Judæos, auctore R. *Iohanne Salomone*, Ex-Judæo, editis Francof. 1660. in 4. ut *Buxtorfium*, *Bartoloccium* & alios omittam.

### א

| *Cap.* | *Cod.* | *Ord.* |
|---|---|---|
| אבות הטומאות· | I. Celim. | 6. |
| ארם וכלים· | VI. Oholoth. | 6. |
| אוכלין עראי· | III. Chala. | 1. |
| אור לארבעה עשר· | I. Peſachim. | 2. |
| אותו ואת בנו· | V. Cholin. | 5. |
| אחד דינ ממונות· | IV. Sanhedrin. | 4. |
| אוכל מעשר· | IV. Tevul Jom. | 6. |
| איזהו מקומן: | V. Sevachim. | 5. |
| איזהו נשך· | V. Bava Metzia. | 4. |
| איזהו ערים· | VI. Celaim. | 1. |
| אין אסור· | IX. - | . |
| אין בין המודר· | IV. Nedarim. | 3. |
| אין דורשין· | II. Chagiga. | 1. |
| אין מעמידין· | II. Avoda Sara. | 4. |

אין

| *Cap.* | *Cod.* | *Ord.* |
|---|---|---|
| אין מקדישין· | VII. Arachin. | 5. |
| אין נותנין· | XI. Terumoth. | 1. |
| אין נערכין· | II. Arachin. | 5. |
| אין עומדין· | V. Berachoth. | 1. |
| אין צדין· | III. Betza. | 2. |
| אין תורמין· | II. Teruma. | 1. |
| אלו בהרות· | VII. Negaim. | 6. |
| אלו דברים שבין בית שמאי· | VIII. Berachoth. | 1. |
| אלו דברים בפסח· | VI. Peſachim. | 2. |
| אלו דברים מקולי ב״ש· | IV. Edaioth. | 4. |
| אלו דברים שאין להם שעור· | I. Pea. | 1. |
| אלו הן הגולין· | II. Maccoth. | 4. |
| אלו הן הממונים: | V. Schekalim. | 2. |
| אלוהן הנחנקין· | XI. Sanhedrin. | 4. |
| אלו חוצצין· | IX. Mikvaoth. | 6. |
| אלו טרפות· | III. Cholin. | 5. |
| אלו כלים· | X. Chelim. | 6. |
| אלו מטמאין· | II. Ohaloth. | 6. |
| אלו מנחות· | VI. Menachoth. | 5. |
| אלו מפסיקין· | II. Pea. | 1. |
| אלו מציאות· | II. Bava Metzia. | 4. |
| אלו נאמרין· | VII. Sota. | 3. |
| אלו נדרים: | XI. Nedarim. | 3. |
| אלו נערות· | III. Kethuvoth. | 3. |
| אלו עוברין· | III. Peſachim. | 2. |
| אלו קדשים· | III. Temura. | 5. |
| אלו קשרים· | XV. Schabbath. | 2. |
| אלמנה לכהן גדול· | VII. Jevamoth. | 3. |
| אלמנה ניזונות· | XI. Kethuvoth. | 3. |
| אם אינן מכירין· | II. Roſch haſſchana. | 2. |
| אמר להם הממונה בואו· | III. Tamid. | 5. |

| Cap. | Cod. | | Ord. |
|---|---|---|---|
| אמר להם הממונה ברכו׃ | V. | Tamid. | 5. |
| אמר להם הממונה צאו· | III. | Joma. | 2. |
| אמר ר׳ עקיבה׃ | IX. | Schabbath. | 2. |
| אמרו לו· | III. | Cerethoth. | 5. |
| אנדרוגינוס· | IV. | Biccurim. | 1. |
| אף על פי שאמרו· | V. | Cetuvoth. | 3. |
| ארבע אבות· | I. | Bava Kamma. | 4. |
| ארבע אחין· | III. | Jevamoth. | 3. |
| ארבע מיתות· | VII. | Sanhedrin. | 4. |
| ארבעה מחוסרי כפורים׃ | II. | Cerethoth. | 5. |
| ארבע נדרים· | III. | Nedarim. | 3. |
| ארבעה ראשי שנים· | I. | Roſch haſſchana. | 2. |
| ארבעה שומרין· | VIII. | Schevuoth. | 4. |
| ארובה· | X. | Ohaloth. | 6. |
| ארוסה· | IV. | Sota. | 3. |
| ארץ ישראל׃ | VIII. | Mikvaoth. | 6. |
| **ב** | | | |
| באחד באדר· | I. | Schekalim. | 2. |
| בא לא כהן גדול· | VII. | Joma. | 2. |
| בא סימן· | VI. | Nidda. | 6. |
| בגד שצבעו· | III. | Orla. | 1. |
| בהמה המקשה· | IV. | Cholin. | 5. |
| בהרות עזה· | II. | Negaim. | 6. |
| בו ביום· | IV. | Jadaim. | 6. |
| בזמן שכהן גדול· | VII. | Tamid. | 5. |
| ביצה שנולדה· | I. | Betza. | 2. |
| בית שמאי אומרים אין ממאנים· | XIII. | Jevamoth. | 3. |
| בית שמאי אומרים כל הניתנין· | IV. | Sevachim. | 5. |
| בית שמאי אומרים הפקר· | VI. | Pea. | 1. |
| בית שמאי אמרים הקדש· | V. | Nazir. | 3. |
| בכל מערבין· | III. | Eruvin. | 2. |
| במה אשה· | VI. | Schabbath. | 2. |
| במה בהמה· | V. | - - | - |

| *Cap.* | | *Cod.* | *Ord.* |
|---|---|---|---|
| במה דברים אומרים בכהן· | III. | Kinim. | 5. |
| במה טומנין· | IV. | Schabbath. | 2. |
| במה מדליקין· | II. | - - | - |
| בן זומא· | IV. | Avoth. | 4. |
| בן סורר ומורה· | VIII. | Sanhedrin. | 4. |
| בני העיר· | III. | Megilla. | 2. |
| בנות כותים· | IV. | Nidda. | 6. |
| בנות שוח· | V. | Scheviith. | 1. |
| בעשרה מאמרות· | V. | Avoth. | 4. |
| בצל שנתנו· | X. | Terumoth. | 1. |
| בראשונה· | II. | Joma. | 2. |
| בראשונה היו אומרים· | IV. | Scheviith. | 1. |
| בשלושה מקומות הכהנים· | I. | Tamid. | 5. |
| שומרים וכו׳· | I. | Middoth. | 5. |
| בשלושה פרקים בשנה כהנים· | IV. | Taanijoth. | 2. |
| בשלושה פרקים בשנה תורמים· | III. | Schekalim. | 2. |
| בתולה נישאת· | I. | Cetuvoth. | 3. |
| ג | | | |
| גדיש שלא לוקט· | V. | Pea. | 1. |
| גופה של בחרת· | VI. | Negaim. | 6. |
| גט פשוט· | X. | Bava Bathra. | 4. |
| גיד הנשה· | VII. | Cholin. | 5. |
| ד | | | |
| דיני ממונות בשלשה גזילות· | I. | Sanhedrin. | 4. |
| דיני ממונות בשלשה זה· | III. | - - | - |
| דם הנדה· | VII. | Nidda. | 6. |
| דם חטאת· | XI. | Sevachim. | 5. |
| דם שחיטה· | V. | Cerethoth. | 5. |
| ה | | | |
| האוכל תרומה מזיד· | VII. | Terumoth. | 1. |
| האוכל תרומת שוגג· | VI. | - - | - |
| האומר התקבל· | VI. | Gittim. | 3. |


האומר

| *Cap.* | *Cod.* | *Ord.* |
|---|---|---|
| האומר לחבירו בית | VII. Bava Bathra. | 4. |
| האומר לחבירו צא | III. Kidduſchim. | 3. |
| האומר משקלי | V. Arachim. | 5. |
| האזוב הקצר | XII. Para. | 6. |
| האיש מקדש | II. Kidduſchin. | 3. |
| האשה בזמן | VIII. Peſachim. | 2. |
| האשה נקנית | I. Kidduſchin. | 3. |
| האשה שהיא עושה | IX. Nidda. | 6. |
| האשה שהיתה אוכלת | VIII. Terumoth. | 1. |
| האשה שהיתה כובשת | II. Taaroth. | 6. |
| האשה שהלך בעלה למדינה | X. Jevammoth. | 3. |
| האשה שהלך בעלה וצרתה | XVI. | - |
| האשה שהלכה היא | XV. | - |
| האשה שנפלו לה | VIII. Cetuvoth. | 3. |
| האשה שנת ארמלה | H. | - |
| הבא אל יבמתו | VI. Jevamoth. | 3. |
| הבגד מטמא | XXVII. Chelim. | 6. |
| הבונה | XII. Schabbath. | 2. |
| הבית והעליה | X. Bava metzia. | 4. |
| הבית שנסדק | XI. Ohaloth. | 6. |
| הגוזל ומאכיל | X. Bava Kamma. | 4. |
| הגוזל עצים | IX. | - |
| הגוים אין להם | IX. Nazir. | 3. |
| הדר עם הנכרי | VI. Eruvin. | 2. |
| הדר עם עם הארץ | VIII. Taaroth. | 6. |
| הוציאו לו | V. Jomá. | 2. |
| הורו בית דין | I. Orajoth. | 4. |
| הורה כהן משיח | II. | - |
| הזב והטהור | III. Savim. | 6. |
| הזהב | IV. Bava metzia. | 4. |
| הזורע תרומה | IX. Terumoth. | 1. |
| הזורק גט | VIII. Gittin. | 3. |
| הזורק טומאה | IV. Taaroth. | 6. |

| *Cap.* | | *Cod.* | *Ord.* |
|---|---|---|---|
| הזורק מרשות. | XI. | Schabbath. | 2. |
| הזיז מביא. | XIV. | Ohaloth. | 6. |
| הזרוע והלחיים. | X. | Cholin. | 5. |
| החובל. | VIII. | Bava Kamma. | 4. |
| החולץ ליבמתו. | IV. | Jevamoth. | 3. |
| החורש את הקבר. | XVII. | Ohaloth. | 6. |
| החטים והזונין. | I. | Chilaim. | 1. |
| החלו עולים. | VI. | Tamid. | 5. |
| החליל חמשה. | V. | Succa. | 2. |
| החרס שאינו יכול. | IV. | Celim. | 6. |
| הטומאה בכותל. | VII. | Ohaloth. | 6. |
| הטמא שירד. | II. | Mikvaoth. | 6. |
| היה מביא. | II. | Sota. | 3. |
| היה נוטל. | III. | - - | - |
| היה עובר. | II. | Maaſeroth. | 1. |
| היה קורא. | II. | Berachoth. | 1. |
| היו בודקין. | V. | Sanhedrin. | 4. |
| הישן תחת המטה. | II. | Succa. | 2. |
| הכדור. | XXIII. | Celim. | 6. |
| הכובש השולק. | IV. | Maaſſeroth. | 1. |
| הכותב לאשתו. | IX. | Cetuvoth. | 3. |
| הכונס. | VI. | Bava Kamma. | 4. |
| הכל חייבין בראיה. | I. | Chagiga. | 2. |
| הכל מטמאין בזיבה. | II. | Savim. | 6. |
| הכל מיטמאין בנגעים. | III. | Negaim. | 6. |
| הכל ממירים. | I. | Temura. | 5. |
| הכל מעריכין. | I. | Arachin. | 5. |
| הכל שוחטין. | I. | Cholin. | 5. |
| הכרים והכסתות. | XX. | Celim. | 6. |
| הלקח בהמה. | III. | Bechoroth. | 5. |
| הלוקח מן הנחתום. | V. | Demai. | 1. |
| הלוקח עבר חמורו. | I. | Bechoroth. | 5. |
| הלוקח עבר פרתו. | II. | - - | - |

| *Cap.* | | *Cod.* | *Ord.* |
|---|---|---|---|
| הלוקח פירות· | IV. | Demai. | 1. |
| המביא אשם· | VI. | Cerethoth. | 5. |
| המביא גט ממדינת הים צריך· | I. | Gittin. | 3. |
| המביא גט ממדינת הים ואמר· | II. | - - | - |
| המביא כדי יין· | IV. | Betza. | 2. |
| המביא כלי חרס· | V. | Para. | 6. |
| המבריך· | VI. | Celaim. | 1. |
| המגרש· | IX. | Gittin. | 3. |
| המדיר· | VII. | Cethuvoth. | 3. |
| המוכר את הבירת· | IV. | Bava Bathra. | 4. |
| המוכר את הספינה: | V. | - - | - |
| המוכר את שדהו· | IX. | Arachin. | 5. |
| המוכר פירות לחבירו· | VI. | Bava Bathra. | 4. |
| המוליך פירות· | IV. | MaaſſerScheni. | 1. |
| המוציא יין· | VIII. | Schabbath. | 2. |
| המוציא תפלין· | X. | Eruvin. | 2. |
| המזבח היה· | III. | Middoth. | 5. |
| המזבח מקדש· | IX. | Sevachim. | 5. |
| המזמין את חבירו· | VII. | Demai. | 1. |
| המכנס חלות· | I. | Tevul Jom. | 6. |
| המכניס ידו· | III. | Jadaim. | 6. |
| המניח את הכד· | III. | Bava Kamma. | 4. |
| המניח כלים· | IV. | Mikvaoth. | 6. |
| המנחות· | XII. | Menachoth. | 5. |
| המעביר תאנים· | III. | Maaſſeroth. | 1. |
| המעלה פירותיו· | VI. | Machſchirim. | 6. |
| המפלת· | III. | Nidda. | 6. |
| המפקיד· | III. | Bava metzia. | 4. |
| המפרק את המטה: | XIX. | Celim. | 6. |
| המפריש מקצת· | IV. | Teruma. | 1. |
| המצניע· | X. | Schabbath. | 2. |
| המקבל שדה מחבירו· | III. | Bava metzia. | 4. |
| המקבל שדה מישראל· | XIX. | Celim. | 6. |

| *Cap.* | *Cod.* | | *Ord.* |
|---|---|---|---|
| המקדיש ארת שדהו· | IV. | Teruma. | 1. |
| המקדש ונפל· | X. | Schabbath. | 2. |
| המקנא לאשתו· | I. | Sota. | 3. |
| הנהנה שוה פרוטה· | V. | Meila. | 5. |
| הנוגע בזב· | V. | Savin. | 6. |
| הנוגע בכוכר· | XXI. | Celim. | 6. |
| הנדר מן הורק· | VII. | Nedarim. | 3. |
| הנודר מן המבושל· | VI. | - - | - |
| הנוטע לסייג· | I. | Orla. | 1. |
| הנעל בית הבר· | X. | Taaroth. | 6. |
| הנושא ארת האשה· | XII. | Cetuvoth. | 3. |
| הנזקים· | V. | Gittin. | 3. |
| הנתקים מיטמאין· | X. | Negaim. | 6. |
| הסייף והסכין· | XIII. | Celim. | 6. |
| העוקר שתלים· | V. | Maaſſeroth. | 1. |
| העור והרוטב· | IX. | Cholin. | 5. |
| העושה מאור· | XIII. | Ohaloth. | 6. |
| העושה שלשה· | VI. | Celim. | 6. |
| העיד ר׳ יהושע בן בתירא· | VIII. | Eduioth. | 4. |
| העיד ר׳ יהושע ור׳ צדוק· | VII. | - - | - |
| הערל· | VIII. | Jevamoth. | 3. |
| הפאה ניתנת· | IV. | Pea. | 1. |
| הפורח מן הטמא· | VIII. | Negaim. | 6. |
| הפיגם והירבחין· | IX. | Scheviith. | 1. |
| הקדר שהגית· | VII. | Taaroth. | 6. |
| הקומץ את לאכל דבר· | III. | Menachoth. | 5. |
| הקומץ את לאכול שיריה· | II. | - - | - |
| הקורא את המגלה למפרע· | II. | Megilla. | 2. |
| הקורא את המגלה עומד· | IV. | - - | - |
| הקלין שבדמאי· | I. | Demai. | 1. |
| הקלתות של בעלי בתים· | VII. | Celim. | 6. |
| הר הבירה· | II. | Middoth. | 5. |
| הרואה כתם· | VIII. | Nidda. | 6. |

Zzzz 2 הרואה

| Cap. | Cod. | Ord. |
|---|---|---|
| הרואה מקום· | IX. Berachoth. | 1. |
| הרואה ראיה· | I. Savim. | 6. |
| הרוטב והגריסין· | III. Taaroth. | 6. |
| הרי עלי עשרון· | XIII. Menachoth. | 5. |
| הרני נזיר· | II. Nazir. | 3. |
| השג יד· | IV. Arachin. | 5. |
| השואל· | VIII. Bava metzia. | 4. |
| השוחה לשתות· | IV. Machſchirin. | 6. |
| השוחט אחד· | II. Cholin. | 5. |
| השוחט והמעלה· | XIII. Sevachim. | 5. |
| השוכר את האומנים· | VI. Bava metzia. | 4. |
| השוכר את הפועל· | V. Avoda Sara. | 4. |
| השוכר את הפועלים· | IX. Negaim. | 6. |
| השחין והמכוה· | VI. Bava metzia. | 4. |
| השולח גט· | IV. Gittin. | 3. |
| השותפין שנדרו· | V. Nedarim. | 3. |
| השותפין שרצו· | I. Bava Bathra. | 4. |
| השחין והמכוה· | IX. Negaim. | 6. |
| השידה ב״ש אומרים· | XVIII. Celim. | 6. |
| השלחן· | XXII. - - | - |
| השליח· | VI. Meila. | 5. |
| השרץ והצפרדע· | V. Taaroth. | 6. |
| התודה· | VII. Menachoth. | 5. |
| התורם קישות· | III. Teruma. | 1. |
| התכלת· | IV. Menachoth. | 5. |
| התנור שחצצו· | VIII. Celim. | 6. |
| התרומה והבכורים· | II. Biccurim. | 1. |
| התרומה ותרומת מעשר· | II. Orla. | 1. |
| התרומה מה היו עושין· | IV. Schekalim. | 2. |
| ו | | |
| ואלו דברים· | II. Demai. | 1. |
| ואלו הן חלוקין· | III. Maccoth. | 4. |
| ואלו הן הנשרפין· | IX. Sanhedrin. | 4. |


ואלו

| Cap. | Cod. | | Ord. |
|---|---|---|---|
| ואלו מגלחין. | III. | Moed katan. | 2. |
| ואלו מותרין. | II. | Nedarim. | 3. |
| ואלו מפסיקין. | II. | Pea. | 1. |
| ואלו נדרים. | XI. | Nedarim. | 3. |
| ולד חטאת ותמורת חטאת. | IV. | Temura. | 5. |
| ולד חטאת ותמורת ושנאבדה. | III. | Meila. | 5. |
| ז | | | |
| זה בורר. | III. | Sanhedrin. | 4. |
| זיעת בתים. | II. | Machſchirin. | 6. |
| זתים מאימתי. | IX. | Taaroth. | 6. |
| זתים שכבשן. | II. | Okatzin. | 6. |
| ח | | | |
| חבית שנשברה. | XXII. | Schabbath. | 2. |
| חזקת הבתים. | III. | Bava Bathra. | 4. |
| חטאת העוף שעשאה. | VII. | Sevachim. | 5. |
| חטאת העוף מועלין. | II. | Meila. | 5. |
| חטאת העוף נעשית. | I. | Kinim. | 5. |
| חלון. | VII. | Eruvin. | 2. |
| חלק. | X. | Sanhedrin. | 4. |
| חומר בקודש. | III. | Chagiga. | 2. |
| חמשה דברים. | I. | Challa. | 1. |
| חמשה לא יתרומו. | I. | Terumoth. | 1. |
| חמשה שמלאו. | VII. | Para. | 6. |
| חמש עשרה נשים. | I. | Jevamoth. | 3. |
| חנניה סגן הכהנים. | XIV. | Jevamoth. | 3. |
| חרש שנשא פקחת. | II. | Eduijoth. | 4. |
| ט | | | |
| טבול יום. | XII. | Sekachim. | 5. |
| טבעה ארם. | XII. | Celim. | 6. |
| טרף בקלפי. | IV. | Joma. | 2. |
| י | | | |
| ידיעות הטומאה. | II. | Schevuoth. | 4. |

| Cap. | | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| יום הכפורים׃ | VIII. | Joma. | 2. |
| יום טוב שחל׃ | II. | Betza. | 2. |
| יום טוב של ר׳ ה׳ | IV. | Roſch haſſchana. | 2. |
| יוצא דופן׃ | V. | Nidda. | 6. |
| יציאות השבת׃ | I. | Schabbath. | 2. |
| יש בכור׃ | VIII. | Bechoroth. | 5. |
| יש בערכין׃ | III. | Arachin. | 5. |
| יש בקדשי המזבח׃ | VII. | Temura. | 5. |
| יש בקרבנות׃ | II. | - | - |
| יש בשער לבן׃ | IV. | Negaim. | 6. |
| יש מביאין בכורים׃ | I. | Biccurim. | 1. |
| יש מביאין הטומאה׃ | VIII. | Ohaloth. | 6. |
| יש מותרות׃ | IX. | Jevamoth. | 3. |
| יש מעלין׃ | VII. | Mikvaoth. | 6. |
| יש נוחלין׃ | VIII. | Bava Bathra. | 4. |
| יש צריכין׃ | III. | Okatzim. | 6. |
| **כ** | | | |
| כהן גדול דן׃ | II. | Sanhedrin. | 4. |
| כהן גדול ונזיר׃ | VII. | Naſir. | 3. |
| כהן משיח שחטא׃ | III. | Horajoth. | 4. |
| כוורת שהיא׃ | IX. | Ohaloth. | 6. |
| כיצד אשת אחיו׃ | II. | Jevamoth. | 3. |
| כיצד בוצרים׃ | XVIII. | Oholoth. | 6. |
| כיצד הערים׃ | I. | Maccoth. | 4. |
| כיצד הרגל׃ | II. | Bava Kama. | 4. |
| כיצד מברכין׃ | VI. | Berachoth. | 1. |
| כיצד מטהרין׃ | XIV. | Negaim. | 6. |
| כיצד מעברין׃ | V. | Eruvin. | 2. |
| כיצד מערימים׃ | V. | Temura. | 5. |
| כיצד מפרישין׃ | III. | Biccurim. | 1. |
| כיצד משתתפין׃ | VIII. | Eruvin. | 2. |
| כיצד צולין׃ | VII. | Peſachim. | 2. |
| כירה׃ | III. | Schabbath. | 2. |

כל

Digitized by Google

| Cap. | | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| כל גגות· | IX. | Eruvin. | 2. |
| כל גט· | III. | Gittin. | 3. |
| כל האסורין· | VI. | Temura. | 5. |
| כל הבגדים· | XI. | Negaim. | 6. |
| כל הבשר· | VIII. | Cholin. | 5. |
| כל הבתים· | XII. | Negaim. | 6. |
| כל הזבחים שנזבחו· | I. | Sevachim. | 5. |
| כל הזבחים שנתערבו· | VIII. | - - | - |
| כל הזבחים שקבלו· | II. | - - | - |
| כל היד· | II. | Nidda. | 6. |
| כל הכלים יש להם: | XXV. | Celim. | 6. |
| כל הכלים ניטלין· | XVII. | Schabbath. | 2. |
| כל המטלטלין· | XVI. | Ohaloth. | 6. |
| כל המיטמאין באהל שנחלקו· | III. | Edvijoth. | 4. |
| | & III. | Ohaloth. | 6. |
| כל המנחות· | I. | Menachoth. | 5. |
| כל המנחות באות· | V. | - - | - |
| כל המעורב· | VI. | Mikvaoth. | 6. |
| כל הניתנין· | IV. | Sevachim. | 5. |
| כל הנשבעים: | VII. | Schevaoth. | 4. |
| כל העזרה· | V. | Middoth. | 5. |
| כל הפסולין· | III. | Sevachim | 5. |
| כל הצלמים· | III. | Avoda Sara. | 4. |
| כל הראוי ליטמא· | X. | Para. | 6. |
| כל הרוקין· | VIII. | Schekalim. | 2. |
| כל התדיר: | X. | Sevachim. | 5. |
| כל זית· | VII. | Pea. | 1. |
| כל ידות האוכלים· | III. | Tevul Jom. | 6. |
| כל ידות הכלים· | X. | Mikvaoth. | 6. |
| כל ישראל· | X. | Sanhedrin. | 4. |


כל

Digitized by Google

| | Cap. | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| כל זית· | VII. | Pea. | 1. |
| כל כלי בעלי בתים· | XVII. | Celim. | 6. |
| כל כלי עץ· | XVI. | - - | - |
| כל כנויי נדרים· | I. | Nedarim. | 3. |
| כל כנויי נזירות· | I. | Nazir. | 3. |
| כל כתבי הקודש· | XVI. | Schabbath. | 2. |
| כל משקה· | I. | Machſchirin. | 6. |
| כל סאה· | II. | Celaim. | 1. |
| כל ספק· | V. | Negaim. | 6. |
| כל פסולי המוקדשים· | V. | Bechoroth. | 5. |
| כל קרבנות הצבור· | VIII. | Menachoth. | 5. |
| כל שהוא יד· | I. | Okatzin. | 6. |
| כל שעה· | II. | Peſachim. | 2. |
| כלאי הכרם· | VIII. | Celaim. | 1. |
| כלי זכוכית· | XXX. | Celim. | 6. |
| כלי חרס· | V. | Para. | 6. |
| כלי מתכות· | XI. | Celim. | 6. |
| | & XIV. | - - | - |
| כלי עץ וכלי עור· | II. | - - | - |
| | & XV. | - - | - |
| כלל אמרו· | I. | Maaſſeroth. | 1. |
| כלל גדול אמרו בשבת· | VII. | Schabbath. | 2. |
| כלל גדול אמרו בשביעית· | VII. | Scheviith. | 1. |
| | & VIII. | - - | - |
| כסוי הדם· | VI. | Cholin. | 5. |
| כרם רבעי· | V. | Maaſer Scheni. | 1. |
| כרם שחרב· | V. | Chilaim. | 1. |
| כשם שהמים· | V. | Sota. | 3. |

## ל

| | Cap. | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| לא היו סופתים· | IV. | Tamid. | 5. |
| לא יאמר אדם· | III. | Maaſſer Scheni. | 1. |

| *Cap.* | | *Cod.* | *Ord.* |
|---|---|---|---|
| לא יתפור׃ | II. | Bava Batra. | 4. |
| לולב הגזול׃ | III. | Succa. | 2. |
| לולב וערבה׃ | IV. | - - | - |
| לפני אידיהן׃ | I. | Avoda Sara. | 4. |
| **מ.** | | | |
| מאימתי כל אדם׃ | VII. | Pea. | 1. |
| מאימתי מוציאין׃ | III. | Scheviit. | 1. |
| מאימתי מזכירין׃ | I. | Taanijoth. | 2. |
| מאימתי קורין׃ | I. | Berachoth. | 1. |
| מאכילין את העניים׃ | III. | Demai. | 1. |
| מבוי שהוא גבוה׃ | I. | Eruvin. | 2. |
| מגדל שהוא עומד׃ | IV. | Ohaloth. | 6. |
| מגלה נקראת׃ | I. | Megilla. | 2. |
| מה היו עושין׃ | IV. | Schekalim. | 2. |
| מומין׃ | VII. | Bechoroth. | 5. |
| מחט או טבעת׃ | IX. | Celim. | 6. |
| מי רביעית׃ | I. | Jadaim. | 6. |
| מי שאחזו׃ | VII. | Gittin. | 3. |
| מי שאמר הריני נזיר ושמע׃ | IV. | Nazir. | 3. |
| מי שאמר הריני נזיר מגלח׃ | III. | - - | - |
| מי שהחשיך׃ | XXIV. | Schabbath. | 2. |
| מי שהיה טמא׃ | IX. | Peſachim. | 2. |
| מי שהיה נשוי׃ | X. | Cetuvoth. | 3. |
| מי שהוציאוהו׃ | IV. | Eruvin. | 2. |
| מי שהפך את זיתיו׃ | II. | Moed katon. | 2. |
| מי שטבל׃ | V. | Machſchirin. | 6. |
| מי שמת׃ | IX. | Bava batra. | 4. |
| מי שמתו׃ | III. | Berachoth | 6. |
| מי שקינא׃ | VI. | Sota. | 3. |
| מלבנות התבואה׃ | III. | Pea. | 1. |
| מעות שנמצאו׃ | VII. | Schekalim. | 2. |
| מעין שהעבירו׃ | V. | Mikvaoth. | 6. |
| מעשר בהמה׃ | IX. | Bechoroth. | 5. |

| Cap. | | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| מעשר שני אין· | I. | Maaſer Scheni | 1. |
| מעשר שני ניתן· | II. | Maaſer Scheni. | 1. |
| מפנין· | XVIII. | Schabbath. | 2. |
| מצות חליצה· | XII. | Jevammoth. | 3. |
| מציאת האשה· | VI. | Ketuvoth. | 3. |
| מצרפין שקלים· | II. | Schekalim. | 2. |
| מקום שהוה רשות היחיד· | VI. | Taaroth. | 6. |
| מקום שנהגו· | IV. | Peſachim. | 2. |
| מראות נגעים· | I. | Negaim. | 6. |
| מרובה· | VII. | Bava kama. | 4. |
| משה קבל· | I. | Avoth. | 4. |
| משוח מלחמה· | VIII. | Sota. | 3. |
| משילין פירות· | V. | Beza. | 2. |
| משקה טבול יום· | II. | Tevul Jom. | 6. |
| משקין בית השלחין· | I. | Moëd katon. | 2. |
| **נ.** | | | |
| נגמר הדין· | VI. | Sanhedrin. | 4. |
| נוטל הדם· | XXI. | Schabbath. | 2. |
| נושאין על האנוסה· | XI. | Sevammoth. | 3. |
| נטל ידו· | II. | Jadajim. | 6. |
| נימי הסרין· | XXIX. | Kelim. | 6. |
| נסר שהוא נתון· | XII. | Ohaloth. | 6. |
| נערה המאורסה: | X. | Nedarim | 3. |
| נערה שנתפתתה· | IV. | Ketuvoth. | 3. |
| **ס.** | | | |
| סאה תרומה· | V. | Terumoth. | 3. |
| סנוס עבה· | XV. | Ohaloth. | 6. |
| סדר תעניות אלו· | III. | Taanijoth. | 2. |
| סדר תעניות כיצד: | II. | - - | -. |
| סוכה שהוא גבוה· | I. | Succa. | 2. |
| סנדל עמקי· | XXVI. | Kelim. | 6. |
| ספק אכל חלב: | IV. | Kerethot. | 5. |

עגלה

ע

| Cap. | | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| עגלה ערופה· | IX. | Sota. | 3. |
| עד אימתי חורשין בשדה האילן· | I. | Scheviit. | 2. |
| עד אימתי חורשין בשדה הלבן· | II. | Eodem. | - |
| עד כמה ישראל· | IV. | Bechoroth. | 5. |
| עושין פסין· | II. | Eruvin. | 2. |
| על אלו, מומין· | VI. | Bechoroth. | 5. |
| עקביא בן מהללאל· | III. | Avoth. | 4. |
| ערבי פסחים· | X. | Peſachim. | 2. |
| ערוגה· | III. | Chilaim. | 1. |
| עשרה בתים· | XIII. | Negaim. | 6. |
| עשרה יוחסין· | IV. | Kidduſchin. | 3. |

פ

| | | | |
|---|---|---|---|
| פירות חוצה לארץ. | II. | Calla. | 1. |
| פרת חטאת ששחטה· | IV. | Para. | 6. |
| פרת חטאת ששרפה· | XIV. | Sevachim | 5. |
| פתחו של היכל· | IV. | Middoth. | 5. |

צ

| | | | |
|---|---|---|---|
| צלוצית שהניחה· | XI. | Para. | 6. |
| צלוחית שנפל· | IX. | - - | - |

ק

| | | | |
|---|---|---|---|
| קדשי המזבח· | IV. | Meila. | 5. |
| קדשי קדשים ששחטן בדרום· | I. | - - | 5. |
| קדשי קדשים ששחטן בראש· | VI. | Sevachim. | 5. |
| קונס יין· | VIII. | Nedarim. | 3. |
| קן סתומה· | II. | Kinim. | 5. |
| קרחת הכרם· | IV. | Kilaim | 1. |

ר

| | | | |
|---|---|---|---|
| ראוהו אחיו· | II. | Tamid. | 5. |
| ראוהו בית דין· | III. | Roſch haſſchana | 2. |
| ראשית הגז: | XI. | Cholin. | 5. |

| | Cap. | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| רבי אומר· | II. | Avoth. | 4. |
| רבן גמליאל אומר אין גט· | V. | Jevammoth. | 3. |
| ר׳ אליעזר אומר אם לא· | XIX. | Schabbath. | 2. |
| ר׳ אליעזר אומר סרת חטאת· | II. | Para. | 6. |
| ר׳ אליעזר אומר עגלה· | I. | Eodem. | - |
| ר׳ אליעזר א׳ תאורג· | XIII. | Schabbat. | 2. |
| ר׳ אליעזר א׳ פותחין· | IX. | Nedarim. | 3. |
| ר׳ אליעזק אומר חולין· | XX. | Schabbath. | 2. |
| ר׳ חנניא· | II. | Eduijoth. | 4. |
| ר׳ יהודה בן בבא העיד· | VI. | Eodem | - |
| ר׳ יהודה אומר ששה דברים· | V. | Eodem. | - |
| ר׳ יהושע אומר· | IV. | Savim. | 6. |
| ר׳ יוסי אומר שני· | III. | Mikvaoth. | 6. |
| ר׳ ישמעאל אומר העומר; | X. | Menachoth. | 5. |
| ר׳ ישמעאל א׳ שלשה אבנים· | IV. | Avoda Sara. | 4. |
| ר׳ מאיר אומר: | VI. | Avoth. | 4. |

## ש

| | Cap. | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| שבועת הדיינים· | VI. | Schevuoth. | 4. |
| שבועת העדות· | IV. | Eodem. | - |
| שבועות שתים שהן ארבע ידיעות· | I. | Eodem. | - |
| שבועות שתים שהן ארבע שבועת· | III. | Eodem. | - |
| שבועת הפקרון· | V. | - - | - |
| שביעית משמטת· | X. | Scheviith. | 1. |
| שבעת ימים קודם יום הכפורים: | I. | Joma. | 2. |
| שבעת ימים קודם לשריפה· | III. | Para. | 6. |
| שואל אדם· | XIII. | Schabbath. | 2. |
| שום היתומים· | VI. | Arachin. | 5. |
| שור שנגח ארבע· | IV. | Bava Kama. | 4. |
| שור שנגח את הפרה· | V. | - - | - |
| שיעור כלי חרס· | III. | Kelim. | 6. |
| שלוש ארצות· | VI. | Scheviith. | 1. |
| שלוח הקן· | XII. | Cholin. | 5. |

שלשה

Digitized by Google

| Cap. | | Cod. | Ord. |
|---|---|---|---|
| שלשה מינין. | VI. | Nazir. | 3. |
| שלשה עשר שופרות. | VI. | Schekalim. | 2. |
| שלשה שאכלו. | VII. | Berachoth. | 1. |
| שלשה עשר דברים: | I. | Taaroth. | 6. |
| שלשה תריסין. | XXIV. | Kelim. | 6. |
| שלשים ושש. | I. | Kerethoth. | 5. |
| שלש על שלש. | XXVIII. | Kelim. | 6. |
| שמאי אומר כל הנשים. | I. | Eduijoth. | 4. |
| | & I. | Nidda. | 6. |
| שמונה שרצים. | XIV. | Schabbath. | 2. |
| שני דייני גזירות. | XIII. | Ketuvoth. | 3. |
| שני נזירים. | VIII. | Naſir. | 3. |
| שני שעירי יום. | VI. | Joma. | 2. |
| שנים אוחזין. | I. | Bava Mezia. | 4. |
| שנים שהיו. | VIII. | Para. | 6. |
| שנים טמאים במת. | I. | Ohaloth. | 6. |
| שק שהוא מלא. | III. | Machſchirin. | 6. |
| שש מעלות: | I. | Mikvaoth. | 6. |
| שתי הלחם: | XI. | Menachoth. | 5. |
| שתי מדות. | IX. | Eodem. | - |
| **ת.** | | | |
| תינקת. | X. | Nidda. | 6. |
| תמיד נשחט. | V. | Peſachim. | 2. |
| תנור שהוא. | V. | Ohaloth. | 6. |
| תנור שחצצו: | VIII. | Chelim. | 6. |
| תנור תהנתו. | V. | Eodem. | - |
| תפלת השחר: | IV. | Berachoth. | 1. |

## III. Deſignatio Codicum ſingulorum Miſchnicorum, eo ordine, quo in Ordinibus ſuis exſtant, additis, de quibus præcipiunt, argumentis.

PRoximum eſt, ut ſecundum Ordines Miſchnicos ſex exponamus, qui & quot Codices ſingulis Ordinibus comprehendantur, quotve capitibus

tibus Codices ſinguli conſtent. Hoc enim tenendum eſt, totum Corpus Miſchnicum abſolvi ſex partibus, quas Judæi סְדָרִים, i.e. *Ordines* ſeu *Tomos* vocant; quemque *Seder* habere *libros*, ſive *Codices*, ſive *Tractatus*, qualem iidem vocant מַסֶּכֶת vel מַסֶּכְתָּא, denique librum ſeu codicem quemque habere varia capita, quale illis audit פרק. Jam non deſunt, qui horum Codicum recenſionem inſtituerunt. Sic ex Judæis hoc labore perfunctus eſt R. *Moſes Maimonides* in præfat. ſuper Ordinem *Seraim*, quam totam Operi ſuo Miſchnico Latine factam præmiſit Cl. *Surenbuſius*, ex ea vero parte, quæ huc proprie pertinet, Hebr. & Lat. legere potes in Bartoloccio Tom. III. p. 87. ſqq. Indicem breviorem invenis in limine commentarii R. *Levi ben Gerſon* in Pentateuchum.

*Latine* idem præſtiterunt *Galatinus* de Arcanis Cathol. Verit. lib. 1. c. 5. *Sixtus Senenſis* in Biblioth. S. lib. 2. p. 126. ſq. *Mich. Neander* in Erotematibus L. Hebr. p. 459. ſqq. uterque ex Galatino; *Jo. Buxtorfius* in calce libri de Abbreviaturis Hebr. pag. 233. -- 251. ſq. edit. ſecundæ, in Recenſione Operis Talmudici; *Joſ. Voiſinius* in præf. ad Raym. Martini Pugionem Fidei p. 32. ſqq. *Julius Bartoloccius* in Biblioth. Rabbin. Tom. III. p. 85. -- 236. fuſius, & non ita pridem Cl. *Herm. von der Hardt*, qui libro Talmudico *de Jejunio, Helmſtad.* 1712. 8. ed. præmiſit Nativam Corporis Judaici effigiem p. 39. ſqq. Pleniſſime omnium idem præſtat Cl. *Guil. Surenbuſius* in præfationibus, quibus Miſchnæ Ordines exornavit. Omiſeram fere B. *Zach. Grapii* Hiſtoriam Literar. Talmudis Babylon. *Roſtoch.* 1696. 4. diſſ. binis editam. Breviſſime ſingulos Codices ordine in Miſchna ipſa obſervato, commemoratis ſemper Interpretum nominibus, recenſuit Cl. *Jo. Fabricius* in hiſtoria Biblioth. Fabricianæ p. 245. ſqq. ubi deinde p. 250. de Interpretum illorum Latinorum meritis fuſius commentatur.

*Gallice* delineavit hoc Corpus Cl. *Jac. Basnage* lib. III. Hiſtor. Judæorum p. 143. ſqq.

*Germanicam* utriusque Talmudis, Babylonici & Hieroſolymit. delineationem exhibet *Mich. Havemannus* in libro vernaculo Jüdiſche Wege-Leuchte Part. I. c. 1. p. 35. *Frid. Alb. Chriſtiani* de fide & ſuperſtit. Judæorum c. 1. p. 35. ſq. & inprimis Rev. *Jac. Frid. Reimmannus* in Introd. ad hiſtoriam Theologiæ Judaicæ pag. 272. ſqq. Babylonici ideam eadem lingva ante eum ſuppeditavit B. *Jo. Müllerus* in Judaiſmo p. 34. Prolegom.

*Hiſpanice* nexum Talmudis repræſentat *Immanuel Aboab* pag. 245. Nomologiæ.

*Anglice*

Digitized by Google

*Anglice* brevis diſſertatio de Talmude ſubjuncta eſt *L. Addiſonii* narrationi de præſenti Judæorum ſtatu p. 238. -- 248. Recenſio Talmudis Babylonici Anglicana legitur quoque in calce Kalendarii Judaici, *Oxon.* 1695. 16. per *Iſaacum Abendanam* editi. Nuper vero accuratius hoc argumentum excuſſit Rev. *Wilh. Wottonus* in Diſſertatt. ſuis Miſcellaneis de traditionibus Phariſaicis, Anglice *Lond.* 1718. 8. editis, ubi in Diſſ. I. de antiquitate, natura & utilitate Miſchnæ diſſeritur, tum vero Diſſert. II. recenſiones ſingulorum Codd. & titulorum exhibetur. Lege, ſi placet, Biblioth. Anglican. Cl. *la Roche* Tom. IV. Parte II. p. 382. ſqq.

Nos in recenſione facienda ſequemur potiſſimum *Jo. Buxtorfium* in Recenſione Corporis Talmudici, ita tamen, ut, ubi neceſſe videbitur, nonnulla majoris perſpicuitatis cauſa adjiciamus.

Partes ſeu Ordines Talmudis ſex omnino ſunt, de quorum Ordine rationem reddere conatur Maimonidas in præfat. ad Ordinem *Seraim*.

I. זְרָעִים, i. e. *Seminum.* Agit enim de ſeminibus, frugibus, fructibus, herbis, arboribus, de fructuum uſu privato & publico: de ſeminibus homogeneis & heterogeneis & ſimilibus.

II. מוֹעֵד, *Feſtorum*, ſolennitatum. Agit de tempore, quo Sabbatum aliaque feſta inchoari, finiri & celebrari debeant.

III. נָשִׁים, *Mulierum;* de uxoribus ducendis vel repudiandis, de mulierum officiis, affectibus, morbis & ſimilibus.

IV. נְזִיקִין, *Damnorum;* de damnis ab hominibus vel beſtiis illatis, de eorum pœna & compenſatione.

V. קָדָשִׁים, *Sanctitatum.* Agit de ſacrificiis & variis rebus ſacris.

VI. טְהָרוֹת, *Pacificationum.* Agit de munditie & purificatione vaſorum, ſupellectilis & aliarum rerum ac earum immunditie & pollutione.

Horum nominum memoriam conſervare poſſunt voces binæ ſymbolicæ זְמַן נְקַט, i. e. *tempus acceptum*, quarum literæ initiales ſingulorum Ordinum appellationem indicant.

Hæ ſex partes Hebræis vocantur שִׁשָּׁה סְדָרִים, quo nomine totum quoque Talmud venit, ut in illo Rabbinico: נמשלה המקרא כמים והמשנה כיין והש"ס בקונדיטון ועוד נמשלה התורה כמלח והמשנה כפילפלין והש"ס כבשמים : i. e. *Similis eſt textus Biblicus aquis, Miſchna vino, Talmud condito;* item: *Similis eſt Lex ſali, Miſchna piperi, Talmud aromatibus.*

*tibus.* Jonathanis Targum in Legem hos ordines diſerte memorat ad *Exod.* XXVI. 9. וית שית יריען לחוד כל קבל שית סדרי מתנייתא i.e. & *decem aulaa ſeorſim juxta ſex ordines Miſchnajoth.* Conf. Cant. I. 2. & V. 10.

Singuli Ordines ſequentes habent Codices:

## *Ordo I.* זרעים, *de ſeminibus & fructibus terræ,*

*continet libros XI.*

I. ברכות, *Berachoth*, de benedictionibus, h. e. de precibus & gratiarum actione pro terræ fructibus, ac omnibus omnino beneficiis, quo tempore, quo loco, & quibus aliis circumſtantiis preces dicendæ ſunt. Capita ejus ſunt IX. Hic unus Codex Gemaram additam habet, reliqui non item.

II. פאה, *Peah*, angulus; de angulo aliquo agri pauperibus relinquendo, ut ejus fructus colligant. Capita ejus ſunt VIII. ubi male apud Galatinum X.

III. דמאי, *Demai*, res dubia. Agit de rebus, de quibus dubium, an decimæ Deo datæ ſint, nec ne. Dabatur autem de ea centeſima, id eſt, decima decimarum. Agitur eadem opera de decimis aliiſque reditibus Sacerdotibus cum cura tradendis. Capita ejus VII. ubi iterum corrigendus Galatinus.

IV. כלאים, *Cilaim*, Heterogenea; de duobus aut pluribus ac diverſis (ſpeciatim ſeminum) generibus non miſcendis. Capita ejus IX.

V. שביעית, *Scheviith*, de ſeptimo anno; de juribus anni ſeptimi, quo Sabbatum debebat eſſe terræ, nihil ſeri, nihil, quod ſatum eſſet, meti: quod autem ſponte creſcebat ex granis deciduis, id omnibus erat commune. Capita ejus X.

VI. תרומות, *Terumoth*, oblationes; de rebus, quas quisque de bonis ſuis eximebat & ſeparabat, & quaſi ſacras Sacerdoti offerebat: item, quibus id facere permiſſum, quibus non: de quibus rebus, de quibus non. De centenis autem ſeparabant & offerebant duo, adeoque quinquageſima pars ſemper cedebat Sacerdotibus. Capita ejus XI.

VII. מעשרות, *Maaſeroth*, Decimæ, Decimationes, ſive מעשר ראשון, decimatio prima, i. e. de decimis primis, quæ Levitis dabantur, & de quibus rebus. Capita ejus V. ubi corrigendus Galatinus.

VIII. מעשר שני, *Maaſer Scheni*, decimæ ſecundæ. Has Levitæ de decimis

mis ſibi oblatis dabant Sacerdotibus, & conſumebantur Hieroſolymæ. Capita ejus V.

IX. חלה, *Challa*, Placenta. Mulieres depſentes maſſam ſemper tenebantur Sacerdoti placentam offerre. Capita habet IV.

X. ערלה, *Orla*, Præputium. De præputio arborum, quæ per tres annos primos a plantatione præputiatæ dicebantur, ideoque ipſorum fructus illiciti erant. Capita ejus III. De *corticoſis* præcipere ait *Hardtius*, totamque hanc præceptionem ſalubritati & integritati oblationum, Sacerdotibus debitarum, inſerviiſſe teſtatur.

XI. בכורים, *Biccurim*, Primitiæ. Qui, de quibus rebus & quomodo primitiæ in templo offerri debebant. Capita ejus IV. ut Talmudicum corpus habet. Libri Miſchnajoth ſeparatim editi habent tantum capita III. & quartum adjicitur extrinſecus, tanquam extraordinaria quædam doctrina & conſtitutio a veteribus obſervata de jure androgynorum. Doctrina iſta vocatur ברייתא, *elucidatio, declaratio.*

Capita omnium horum librorum LXXV.

## *Ordo II.* מועד *MOED, de ſacris feſtis,*
### *habet libros XII.*

I. שבת, *Schabbat*, Sabbatum. De Sabbati juribus & ſolennitatibus, de lucernis Sabbatinis, quo oleo aut qua pinguedine accendi debeant; de foco aut fornace, in qua cibi calidi conſervantur; cum quibus ornamentis mulieri egredi licitum, ne onus aliquod videatur ferre; de innumeris præterea rebus, quas agere licitum vel illicitum eſt. Capita ejus ſunt XXIV.

II. עירובין, *Eruvin*, commixtiones, quomodo veſpera Sabbati, die Veneris ſcilicet a variis vicinis cibus collectus eosdem ſic conjungeret, ac ſi unius domus familia aut domeſtici eſſent. Quod fiebat, ne longius a ſe invicem habitantes longiore itinere ſabbatum violarent, ac plures die ſabbati convenire poſſent. Sic ſi ultra *Techum Schabbas*, i. e. terminum Sabbati (qui continebat bis mille greſſus minores) a ſe invicem habitarent, ponebant in medio cibum aliquem, eum quis comedens poterat ab ipſo termino ulterius progredi ad aliud Techum; perinde enim hoc fuit, ac ſi ibi domi ſuæ comediſſet. Capita ejus ſunt X.

III. פסחים, *Peſachim*, De Paſchatis feſto, de fermento inquirendo & ex-

expurgando, de pane azymo, quid veſpera Paſchatis agendum; de mactatione agni Paſchalis, quomodo aſſatus fuerit, de calamitatibus in Ægypto exantlatis. Capita ejus X.

IV. שקלים, *Schekalim*; de Siclis. Quisque quotannis ſiclum penſitare tenebatur, tum pro emendo ſacrificio jugi, & quotidiano, quod fiebat ex duobus agnis altero mane, altero veſpere mactato, tum etiam pro aliis. Primo die Februarii publica declamatione monere ſolebant populum, ut ſinguli in tempore ſiclum hunc adducerent. Exſolvebatur ante principium Maji. Quando magno numero ex remotioribus locis hoc tributum mittebant, commutare licebat in דרכונות, qui erant numi aurei, oneris levandi cauſa. Capita habet VIII.

V. יומא, *Joma*; de die expiationis peccatorum. Fuit autem feſtum expiationis peccatorum admodum ſolenne; quo jejunabant, variisque modis ſe affligebant, ad ſeriam pœnitentiam teſtandam, unde κατ' ἐξοχὴν vocatur יומא, *dies*, alias יום הכפור, *dies expiationis*. Septem diebus ante hunc diem Sacerdos ex ſua domo in Templum ſecedebat, ut tanto magis ſe ad ſanctitatem præpararet. Capita ejus VIII.

VI. סוכה, *Succa*. De Tabernaculorum ſeu Scenarum feſto, de forma ſcenarum, qui, quamdiu, quomodo in iis vivere debeant, & quæ aliæ hujus feſti ſint ſolennitates. Capita habet V.

VII. ביצה, *Beza*; ſive, ut aliis vocatur יום טוב, *Jom Tof*. De iis, quæ quolibet feſto, præter ſabbatum licita aut illicita erant; veluti, an & quid coquere liceat? num piſces ex vivario eximendi, ut coquantur? Communis feriatus dies vocatur יום טוב, *dies bonus*. A voce ביצה, Beza, i.e. *Ovum*, liber incipit, & quæſtio eſt: An ovum, die feſto a gallina poſitum, eodem die comedere licitum ſit; ביצה שנולדה בי"ט, *Ovum, quod natum die feſto*. Capita ejus ſunt V.

VIII. ראש השנה, *Roſch haſſchana*. De novi anni initio, ejus juribus & ſolennitatibus. Eſt autem initium illud in novilunio menſis *Tiſri*, i.e. Septembris. Capita ejus IV, ubi corrigendus Galatinus.

IX. תענית, *Taanith*; de variis jejuniis, quorum Scriptura meminit, & antiquo jejunandi modo. Capita ejus IV.

X. מגלה, *Megilla*. De feſto פורים, *Purim*, i.e. ſortium, de quo in hiſtoria Eſther. Celebratur etiamnum hodie menſe Februario, & die

die 11, 12, 13, 14, & 15. cum ſingularibus cerimoniis legunt librum Eſther, qui ipſis dicitur מגלה, *Megilla*, a cujus lectione feſtum hoc nomen habet. Poſtea edunt, bibunt, choreas ducunt, & inſaniunt ſupra modum, plus quam gentiles in Bacchanalibus. Capita ejus IV.

XI. מועד קטן, *Moëd Katon*, de feſto parvo. Sic vocant Interfeſtum, i. e. dies intermedios inter primum & octavum, qui toti ſunt ſolennes, & ſacri in feſto Paſchatis & Tabernaculorum. Intermedii minus feſtivi ſunt, ſacra quidem peragunt, ſed præterea non omnia opera interdicta, nude vocant eos *Moëd Katon*, Feſtum minus. Capita ejus III.

XII. חגיגה, *Chagiga*, i. e. Feſtivitas. Præceptum divinum eſt Exod. XXIII. 17. ut omnis maſculus ter quotannis Hieroſolymæ coram Domino ſe ſiſtat, nempe in feſto Paſchatis, Pentecoſtes (quod illi vocant שבועות ſeptem Septimanarum feſtum) & Tabernaculorum. Hæc feſtiva comparitio vocatur חגיגה Chagiga, cujus ſacra & ſolennitates hoc libro explicantur. Excipiuntur ab hac comparitione ſurdus, cœcus, claudus, ſtultus, obturatus in genitalibus, androgynus, ſervus nondum manumiſſus, ægrotus, ſenex. Capita ejus III.

Capita omnium horum librorum *octoginta octo*.

## *III. Ordo* נשים, *NASCHIM.*

*Tertia hæc pars de mulieribus continet libros VII.*

I. יבמות, *Jevammoth*. De fratriis, ſeu fratris absque liberis defuncti uxore ducenda, ad propagandam ejus familiam: de juribus ejus, exeundoque, ſi nolit frater, calceo & quibus cerimoniis id olim factum. Capita ejus XVI.

II. כתובות, *Cetuvoth*; de contractibus matrimonialibus, de jure dotium, de privilegiis uxorum, de officio mariti, de jure virginum & viduarum. Inſtrumentum contractus matrimonialis vocatur כתובה· Capita ejus XIII.

III. קדושין, *Kidduſchin*. De ſponſalibus & ſponſalitiis; quot modis Sponſa de jure acquiratur, quomodo conſecretur, quomodo varii caſus matrimoniales decidi debeant. Capita ejus IV.

IV. גטין, *Gittin*; de divortiis & libello repudii, quomodo ſcribi, dari & offerri debeat. Capita ejus IX.

V. נדרים, *Nedarim;* de votis, quæ obligatoria, aut quæ non: qui vovere poſſint, qui non. Capita ejus XI.

VI. נזיר, *Naſir;* de Naſiræis & ipſorum voto, quo ſe a mundo ſeparabant, & Deo conſecrabant, ac quamdiu Naſiræatus votum durabat, a tribus maxime abſtinebant, a tonſura capillorum, a vino, & omni, quod ex vitibus provenit, a contactu rei immundæ. Capita ejus ſunt IX.

VII. סוטה, *Sota;* de muliere declinante, quæ in ſuſpicionem adulterii venit, quomodo maritus zelotypus eam probare debeat, quomodo aqua amara potata fuerit, juxta legem Numer. V. Capita ejus ſunt IX.

Capita omnium horum librorum ſunt LXXI.

## *IV. Ordo* נזיקין, *NESIKIN.*

*Quarta Pars de Damnis, i. e. de rebus forenſibus, juribus pecuniariis, &c. continet libros X.*

I. בבא קמא, *Bava kama*, Porta prima; de damnis, quæ a beſtiis, vel ab hominibus igne aliove modo alicui inferuntur. L'Empereur vertit *de Legibus forenſibus*, Hardtius *Portam Judicialem priorem* vocat.

II. בבא מציעא, *Bava metzia*, Porta media; de rebus inventis, de depoſito, mercede, commodato, mutuo, uſura, fœnore: de conductionibus & locutionibus. Capita ejus X.

III. בבא בתרא, *Bava Bathra*, Porta poſtrema; de ſocietate in commerciis, de ædium vicinitate, de emtione & venditione, de hæreditate & ſucceſſione, de poſſeſſione, de fidejuſſionibus, &c. Capita ejus X.

IV. סנהדרין, *Sanhedrin;* de Senatu majore, de judiciis inferioribus, pecuniariis & criminalibus, de judicibus, de teſtibus, de quatuor ſupplicii criminalis generibus, lapidatione, combuſtione, decollatione & ſtrangulatione: de Iſraëlitis, qui partem habituri in ſeculo futuro vitæ æternæ, & qui non, ubi plurima de Meſſia, & tempore, quando venire debeat, diſputantur. Capita ejus ſunt XI. ubi corrigendus Galatinus.

V. מכות, *Maccoth;* de quadraginta plagis, quibus cædebantur, qui criminaliter non peccaverant, ut eſt *Deuter.* XXV. 3. quare doctores ab illis ſubtraxerint unam, quod jam Apoſtoli Pauli tempore exercitum fuit: 2 Cor. XI. 24. Capita ejus III.

VI.

VI. שבועות, *Schevuoth*, de juramentis, qui ad illud idonei, qui non; quomodo jurent quadruplices rerum cuſtodes, nempe, qui gratis cuſtodit, qui petiit cuſtodiam, qui mercedem cuſtodiæ, accepit, qui mercede conduxit. Capita ejus VIII.

VII. עדיות, *Edijoth*; de teſtificationibus, i. e. de plurimarum controverſiarum deciſionibus, quæ ex teſtificatione præſtantiſſimorum aliorum Rabbinorum collectæ ſunt. Hic liber Gemara caret. Capita ejus VIII.

VIII. הוריות, *Horajoth*. De documentis ac ſtatutis quibusdam judicum; quomodo ea ſervanda, quomodo transgreſſores puniendi. Capita ejus III.

IX. עבודה זרה, *Avoda Sara*; vel עבודת אלילים, *Avodath Elilim*; vel עבודת כוכבים, *Avodat cochabim*: de idololatria ac vitanda omni converſatione ac ſocietate cum Chriſtianis idololatris. Hic liber in edit. Veneta eſt, at ex Baſileenſi editione totus omiſſus, quia plurima contra Chriſtum & Chriſtianos continet. Capita ejus V.

X. אבות, *Avoth*. De patribus Legis, qui legem oralem inde usque a Moſe acceperint, docuerint & propagarint, ubi & inſignes ipſorum ſententiæ, ſcite dicta, apophthegmata & alia pia axiomata recenſentur. Vulgo vocatur פרקי אבות, *Capitula Patrum*. Et hic liber ſine Gemara eſt. Capita ejus ſunt VI. ubi corrigendus Galatinus.

## *V. Ordo* קדשים, *KODASCHIM*.

*Quinta pars de Sanctitatibus libros continet XI.*

I. זבחים, *Sevachim*. De ſacrificiis, quæ, qualia, quo tempore, quo loco, & a quibus mactari parari & offerri debebant. Capita ejus ſunt XIV.

II. חולין, *Chulin* vel *Cholin*. De animalibus mundis & immundis, quatenus hominum uſibus licita vel illicita ſint. Ab immundis & illicitis, quæ *Cholin*, i. e. *profana* vocantur, liber denominatus eſt. Capita ejus ſunt XII.

III. מנחות, *Menachoth*; De oblationibus veſpertinis, ex farina & pane, cum vel absque oleo & thure. Capita ejus XIII.

IV. בכורות, *Bechoroth*; de jure primogenitorum in animalibus, quomodo vel offerri, vel pecunia redimi debeant. Capita ejus IX.



Digitized by Google

V. ערכין, *Erachin:* de æſtimatione ſive pretio earum rerum, quæ Deo devotæ & promiſſæ erant, ne ſcilicet nimis vili pretio redimerentur. Capita ejus IX.

VI. תמורה, *Temura;* de permutatione ſacrificiorum, an aliud pro alio ſubſtituere & offerre licitum. Capita ejus VII.

VII. מעילה, *Meila;* de transgreſſionibus in uſu ſacrificiorum, ubi lucellum quæſitum & ſacrificium non recte mactatum. Capita ejus VI.

VIII. כריתות, *Kerithuth:* de exciſione animarum ex ſæculo futuro, & de peccatis, quæ exciſionem merentur. Illorum triginta ſex ex Lege numerantur. Capita ejus ſunt VI.

IX. תמיד, *Tamid.* De ſacrificio jugi, quod fiebat quotidie ex duobus agnis, quorum alter mane, alter veſperi offerebatur. Hic & ſequentes duo Gemaram additam non habent. Capita ejus VI.

X. מדות, *Middoth;* de menſuris & dimenſionibus Templi. Capita ejus V.

XI. קנים, *Kinnim;* de nidis, i. e. pullis ex nido avium offerendis a pauperibus. Capita ejus III. ubi corrigendus Galatinus.

Capita omnium horum librorum ſunt XC.

## *VI. Ordo* טהרות, *TAHOROTH.*

*Sexta pars de munditie ſeu purificatione ac pollutione qualibet, continet libros XII. Ex his tantum unicus Gemaram continet: reliqui undecim ſunt ſine Gemara. Ideo ſcilicet, quia illi materiam continent, cujus obſervatio tantum locum habet in Terra Sancta & Templo Sancto.*

I. כלים *Kelim:* de vaſis, inſtrumentis, ſupellectile, veſtibus, ex quocunque genere & quacunque materia, quomodo pura aut impura cenſeantur, & quomodo purificentur. Capita ejus XXX.

II. אהלות *Oholoth:* de tabernaculis ſive domibus earumque partibus, quomodo polluantur & purificentur, ubi ſpeciatim ad mortuos reſpicitur. Capita ejus XVIII.

III. נגעים *Negaim:* De plaga lepræ, quomodo ab ea pollutio contrahatur. Capita ejus XIV.

IV. פרה *Para:* de vacca, i. e. de purgatione ab immunditia, a cadavere humano contracta, quæ fiebat per cineres combuſtæ vaccæ rufæ, de qua Num. 19. Capita ejus XII.

V.

Digitized by Google

V. טהרות *Tahoroth*: de purificationibus ab immunditia, quæ aliunde, quam a cadavere humano contracta eſſet. Capita ejus X.

VI. מקואות *Mikvaoth*: de foſſis & conceptaculis aqvarum, in quibus utriusque ſexus homines lavant, & immergunt ſe, purificationis cauſa. Capita ejus X.

VII. נדה *Nidda*: de menſtruata muliere, id eſt, de purificatione mulieris a fluxu menſtruo, & ab immunditia partus. Capita ejus X.

VIII. מכשירין *Machſchirin*: vel ut quidam vocant, משקין, de liquidis, i. e. quomodo fructus, aut olera, aut alia terræ naſcentia, quibus homo veſcitur, per affuſionem liquidorum polluantur, aut ad pollutionem diſponantur. Doctrina hæc fundata in illo Moſis *ſi aqua detur ſuper ſemen* Levit. XI. 38. משקין *Maskin* dicuntur liquida, quaſi humectantia. a שקה. Horum ſeptem genera conſtituunt. Eadem etiam dicuntur מכשירין dirigentia, quia rem dirigunt & diſponunt ad recipiendam citius pollutionem. Capita ejus ſunt VI.

IX. זבים *Savim*: de fluxum nocturnum ſeminis patientibus aut gonorrhœa affectis, & quomodo purificentur. Capita ejus V. ubi corrigendus *Galatinus*.

X. טבול יום *Tevul Jom*: de loto ejusdem diei, ſive de loto, dum adhuc dies, ut Hardtius vertit, pro immunditia mature ante occaſum Solis eluenda. Capita IV.

XI. ידים *Jadajim*: de manibus lavandis, item de vaſis, & aquarum qualitate & quantitate, unde lavari debeat. Capita ejus ſunt IV.

XII. עוקצין *Oketzin*: de petiolis fructuum, quomodo contactu aliorum fructuum polluantur. עוקץ pedunculus ligneus eſt, a quo fructus dependet, & quo prehenditur, alias etiam Hebræis dicitur יד manus. Capita ejus ſunt III.

Capita omnium horum librorum ſunt CXXVI.

Ergo סְדָרִים *ordines* ſive Partes generales totius Talmud ſunt VI. מַסֶּכְתּוֹת libri ſeu tractatus ſpeciales iſtarum ſex partium ſunt LXIII. Galatinus lib. I. c. 5. cum priſcis Hebræis numerat LX. quia tres *Bavas* in parte IV. acceperunt illi pro uno libro & librum מכות annumerarunt libro *Sanhedrin*. Pro Symbolo hujus numeri adhibent vocem גאון quæ efficit numerum 60. Poſtea Hebræi diſtinxerunt hos libros & numerarunt LXIII. *Auguſtinus Juſtinianus* in præf. ad Victoriam *Pouheti* ita: *Nam præter Talmud, quod ſex comprehenſum Ordini-*

*dinibus (ſic enim ipſi vocant) continet ſupra 70. magnos libros habent* ושטים פשטים &c. Hinc colligere poteras 70. illos libros Eſdræ, quos ſe habuiſſe gloriatur Mirandulanus de Codd. Talmud. eſſe interpretandos. Sed vide Partem I. Biblioth. p. 942. פרקים capita omnium librorum Talmudicorum ſunt *quingenta viginti quatuor*, ubi corrigendus Galatinus, qui non tantum in ſupputatione ſpeciali erravit, ſed & capita libri *Maccoth* non numeravit. Maimonides affert capp. 523. (quod & facit *Gerſon* in præf. ad *Cheleck*) ideo quod ſecundum antiquam diſtributionem Codex *Biccurim* habet tantum *tria* capita, quarto tanquam extraordinaria quadam doctrina accedente. Unde *Mich. Havemannus* in Lampade ſua Judaica p. 40. capita 704. Talmudica computaverit, non video. Jo. Salomon, Ex-Judæus, in Indice capitum Talmudicorum, quem ſubjunxit Demonſtrationibus ſuis 37. Francof. 1660. editis numerat capita 532., Galatinum ſcilicet ſecutus, lib. 1. c. 5. Præterea tenendum eſt, quod recte monet Buxtorfius p. 250. Biblioth. Rabbin. præter ſexaginta tres jam enumeratos libros eſſe adhuc quatuor alios tractatus breves, qui apud priſcos in Corpore Talmudico non exſtiterunt, ſed a poſterioribus adjecti una cum פרקי אבות. Sunt autem ſequentes.

מַסֶּכֶת סוֹפְרִים *Tractatus Scribarum.* Agitur in eo de modo ſcribendi librum Legis in pergameno, & quali pergameno utendum: an maculam atramenti vel literam aliquam eradere licitum ſit: de vocibus diverſæ lectionis & ſcriptionis: quomodo & a quot perſonis liber Legis in Synagoga legendus: de precibus ante & poſt lectionem dicendis: de utilitate & præſtantia ſtudii Legis & ſimilia quædam. Capita ejus XXI. Invenitur in edit. Talmudis Amſtelod. in calce Partis IV. poſt Maſſecheth *Avoth.* Hæc cauſa eſt, cur *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblic. p. 447. librum hunc eſſe ait velut alteram Maſoram, ex profeſſo librorum ſacrorum Scribas inſtruentem de omnibus, quæ ad iſtam ſcriptionem requiruntur, de literis vario modo ſcriptis, magnis, parvis, ſuſpenſis, punctatis &c. conf. de eodem libro Morin. Exerc. XXII. c. 7. pag. 593. & Vitring. lib. III. Obſ. Sacr. p. 280. Ceterum de hoc argumento totoque Legis deſcribendæ negotio ex hoc aliisque Judæorum monimentis fuſius exponunt inter Judæos, *Alphes* in *Halacha Sepher Tora* Sectione prima Opp. R. Jac. ben Aſcher in *Arba Turim* Part. II. Jore Dea a cap. 270. ſqq. & in compendio R. *Joſ. Karo* in Schulchan Aruch loco jam memorato

morato tam etiam R. *Moſes Maimonides* in Halacha *Tephillin* c. 7. ſq. *Leo Mutinenſ.* de hodiernis Judæorum ritibus Part. I. c. 10. ex Chriſtianis autem *Wilh. Schickardus* in Bechinat Happeruſchim p. 11. ſqq. & de Jure Regio Hebr. p. 87. *Buxtorfius* in Synag. Judaica c. 9. pag. 178. *Joſ. Voiſin* in not. ad Raym. Martini Pugionem Fidei p. 104. *Jo. Leusdenius* in Philologo Hebr. diſſ. XXXIV. *Jo. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 141. & 543-546. *Guil. Henr. Vorſtius* ad Fundamentum Legis Maimonidæ pag. 81. ſqq. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in epiſt. de Infundibulo ſuo p. 9. & ad *Sota* cap. I. p. 21. ſq. & pag. 367. ſqq. *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblic. p. 435. & *Rich. Simon.* lib. I. c. XXI. Hiſtoriæ Criticæ V. T.

Præter מסכת סופרים recentioris ætatis libelli ad Talmudicos acceſſerunt 2) אֵבֶל רַבָּתִי *Luctus magnus*, vel מסכת שמחות Tractatus lætitiarum, ſcilicet prohibitarum. Ubi agitur de luctu, quibus cerimoniis mortui lugendi, quomodo lugentes conſolandi, quomodo polluantur ob cadaver. Capita ejus XIV. Argumentum ipſum diligentiſſime perſecutus eſt B. *Mart. Geierus* libro ſingulari de Luctu veterum Hebræorum Lipſ. 1666. 12. primum edito & inter Opera ejus in Belgio recuſo. Adde *Melchiorem Leydeckerum* de Republica Hebræorum lib. XII. c. 10. & quos citat præſtantiſſimus Jo. Alb. Fabricius in Bibliographia Antiquaria c. XXIII. §. 2.

3) כַּלָּה *Sponſa*; de acquiſitione Sponſæ, ornamentis ejus & concubitu, aliisque ad ſponſam pertinentibus. Capite uno conſtat. Supplentur hic fere ea, vel potius novis recentiorum inſtitutis locupletantur, quæ in genuinis tractatibus Talmudicis *Kidduſchin*, & *Ketuvoth* occurrunt. Ex Chriſtianis lege hanc in rem Jo. Seldenum de Uxore Hebræa, & ex parte B. Jo. Bened. Carpzovii diſſ. de Chuppa Hebræorum.

4. מַסֶּכֶת דֶּרֶךְ אֶרֶץ *Tractatus viæ terræ*, i. e. Tract. de moribus, quos vocant *Viam terræ*. Diſtinguitur in tractatum majorem & minorem: ille continet capita *decem*, hic *ſex*. Subjicitur ad finem caput peculiare, quod vocatur פרק שלום *caput de pace*. Confer, quæ inter Anonymos exſtant ſub titulo דרך ארץ. Hi libri, ut dictum, in corpus authenticum librorum Talmudicorum nunquam venerunt, ſed a poſterioribus fuerunt adjecti, quod breviter & ſuccincte præcepta quædam lecta utiliſſima in ſe continerent. Deprehen-



Digitized by Google

prehenduntur autem omnes in calce Partis IV, editionis Amſtelodamenſis poſt tractatum פרקי אבות.

## IV. Catalogus Doctorum Miſchnicorum Alphabeticus, ex libro *Juchaſin* concinnatus.

### א

אבטליון qui alias vocatur אבטולוס· p. 50. a. l. 27.
אבטולמיס aut אבטוליס. ibid. l. 30.
ארמון דיין· 50. b. l. 18.
אילה חכם ביבנה· ibid. l. 21.
אליועני בן הקף· ibid. l. 29.
אליעזר בן דולעאי· 51. b. l. 26.
אליעזר בן דמא· 52. b. 14.
אליעזר בן הורכנוס· 50. b. l. 33.
אליעזר חסמא· 52. a. l. 8.
אליעזר בן חרסום· ibid. l. 31.
אליעזר בן יהודה· ibid. l. 29.
אליעזר בן יוסי הגלילי. 52. a. l. 29.
אליעזר בן יעקב· 51. a. l. 7.
אליעזר בן יעקב· 52. a. l. 23.
אליעזר המודעי· 51. b. l. 4.
אליעזר בן מתיא· 51. b. l. 21.
אליעזר בן עזריה· ibid. l. 16.
אליעזר בן פילא· 51. b. l. 8.
אליעזר בן פרטא· ibid. l. 33.
אליעזר בן צדוק· 51. a. l. 7.
אליעזר הקפר· 52. b. l. 2.
אליעזר בן שמעון· 52. a. l. 32.
אליעזר בן שמוע· ibid. l. 14.
אלישע בן אבויה· 51. b. l. 10.
אנטיגנוס· 52. b. l. 19.
אונקלוס הגר· ibid. l. 22.

### ב

בבא בן בוטא· 52. b. l. 28.
בן בג בג הוא ר׳ יוחנן· 53. a. l. 5.
בן בתירה הוא ר׳ יהושע בן בתירה· ib. l. 9.

### ג

שני גדריים· 54. b. l. 23.
גמליאל הגדול· 54. b. l. 19.
גמליאל הזקן· 53. a. l. 23.
גמליאל דיבנה· 53. b. l. 1.

### ד

דוסא בן הרכינס· 55. a. l. 1.
דוסתאי איש כפר דמאי ibid. l. 12.
דוסתאי בן ר׳ ינאי· ibid. l. 14.

### ה

בן הא הא· ibid. l. 26.
הלל הזקן· 55. b. l. 1.
הורקנוס בנו של ר׳ אליעזר: 56. a. l. 2.

### ו

וורדימוס בן ר׳ יוסי· ibid. l. 7.

### ז

בן זומא· i. e. R. Simon ben Soma. 56. b. l. 7.

בן

בן זכאי· i. e. R. Jochanan b. Saccai ib. l. 1.
זכריה בן הקצב· 56. a. l. 22.
זכריה בן קפוטל· ibid. l. 12.

ח

חוני המעגל· 56. b. l. 13.
חלפתא איש כפר חנניא· 57. b. l. 28.
חלפתא אביו של ר׳ יוסי· 58. a. l. 6.
חנמאל המצרי· 56. b. l. 19.
חנן בן אבשלום· ib. l. 21.
חנינא בן אנטיגנוס· 58. b. l. 13.
חנינא בן גמליאל· 57. b. l. 8.
חנינא בן דוסא· 56. b. l. 23.
חנניה בן חזקיה בן גרון· 57. a. l. 29.
חנניה סגן הכוהנים· ibid. l. 4.
חנניה בן עקביה· 58. b. l. 23.
חנניה בן עקשיא· ibid. l. 26.
חנניה בן תרדיון· 58. a. l. 21.
חנני איש אונו· 58. b. l. 8.
חנני בן חכינאי· 58. a. l. 33.
ר׳ חוצפית המתורגמן· ib. l. 29.

ט

טרפון הכהן· 59. a. l. 9.

י

ידוע הבבלי· ib. l. 24.
יהודה בן אבא· 60. a. l. 14
יהודה בר אלעאי· 60. a. l. 29
יהודה בן בבא· ibid. l. 17.
יהודה בן בתירה· 59. b. l. 27.
יהודה בן טבאי· ib. l. 9.
יהודה הכהן· ib. l. 11.
יהודה הנשיא· ib. l. 33.
יהודה בן תימא· ibid. l. 26.
יהושע בן בתירה· 59. b. l. 16.
יהושע בן הורקנוס· ibid. l. 1.
יהושע בן חנניה· 59. a. l. 27.
יהושע בן לוי· 59. b. l. 19.
יהושע בן מתיא· ibid. l. 13.
יהושע בן קרחא· ibid. l. 6.
יוחנן בן בג בג· 61. a. l. 5.
יוחנן בן ברוקא· ibid. l. 9.
יוחנן בן גרגרה הלוי· ibid. l. 12.
יוחנן בן החורונית· 61. a. l. 24.
יוחנן בן זכאי· 60. b. l. 28.
יוחנן בן ישוע· 61. a. l. 21.
יוחנן בן מתיא· 61. a. l. 6.
יוחנן בן מתתיהו· 60. b. l. 8.
יוחנן בן נורי· ibid. l. 33.
יוחנן הסנדלר· 61. a. l. 19.
יונתן בן יוסף· ibid. l. 26.
ינאי· ibid. l. 30.
יוסי סתם· i. e. filius Chelpetha 62. a. l. 31.
יוסי הגלילי· 61. b. l. 24.
יוסי דורמוסקית· 62. a. l. 24.
יוסי בן החוטף· 62. b. l. 18.
יוסי בן חוני· 62. a. l. 15.
יוסי חליק ופרי· 61. b. l. 2.
יוסי בן חנן· ibid. l. 7.
יוסי בן חלוקה· 62. b. l. 28.
יוסי בן יהודה· 62. b. l. 21.
יוסי בר יהודה איש כפר הבבלי· ib. l. 24.
יוסי בן יוחנן· 61. b. l. 31.
יוסי בן יועזר· ibid. l. 12.
יוסי כהן חסיד· ibid. l. 17.
יוסי בן משולם· 62. b. l. 2.
יוסי בן קסמא· 62. 4. l. 17.
יוסף קטנותא· ibid. l. 17.




Digitized by Google

יועזר איש הבירה 63. a. l. 4.
יעקב דכפר חטיא. 62. b. l. 29.
יעקב בן קרושאי 63. a. l. 1.
יקים איש חדיד 63. a. 6.
ישבב הסופר. ib. l. 7.
ישמעאל בן אלישע. ib. l. 15.
ישמעאל חבר של ר׳ עקיבא. ib. l. 19.
ישמעאל בן יוחנן. ib. l. 27.
ישמעאל בן יוסי. ib. l. 29.
ישמעאל בן נחמיה. ib. l. 24.
ישמעאל בן פאבי. 63. b. l. 2.

## ל

לויטס איש יבנה. 63. b. l. 8.

## מ

מיאשא. ibid. l. 12.
מאיר. alias dictus *Rabbi* ib. l. 15.
מנחם חבירו של הלל. 64. a. l. 10.
ורדימוס qui vocatur מנחם בן ר׳ יוסי. ibid. l. 16.
מנחם בן סיגנאי. 64. a. l. 13.
מתיא בן חרש. 63. b. l. 25.
מתיא בן שמואל. ib. l. 32.

## נ

ר׳ נהוראי. alias h. *Nehemia* 64. a. l. 24.
ר׳ נחום הלבלר. ibid. l. 30.
נחום המדי. 64. b. l. 1.
נחוניא בן אלנתן. 64. b. l. 14.
נחוניה בן גדגדה. 64. b. l. 17.
נחוניה בן הקנה. ibid. l. 5.
ר׳ נחמיה. ibid. l. 25.
נחמיה איש בית דלי. ibid. l. 21.

בן ננס. 65. a. l. 20.
נקנור. 65. a. l. 24.
נתאי ארבלי. ibid. l. 13.
נתזה בבלי. ib. l. 9.

## ס

סומכוס. 65. b. l. 20.

## ע

בן עזאי. i. e. R. Schimon ben Vſſai. 66. a. l. 15.
עקיבא בן יוסף. 66. a. l. 4.
עקיבא בן מהללאל. 65. b. l. 26.

## פ

פפוס בן יהודה. ib. l. 21.
ר׳ פפייאס. ib. l. 20.

## צ

צדוק אביו של ר׳ אליעזר. ib. l. 27.

## ק

קטיעא בר שלום. 66. b. l. 6.

## ר

ראובן האצטובלי. ib. l. 14.
רבי. i. e. Rabbenu Hakkadoſch ib. l. 10.

## ש

שאול. 69. a. l. 54.
שאול בן בטנית. ibid. l. 5.
שמאי חבירו של הלל. 67. a. l. 28.
שמאי הזקן. 67. b. 3.
שמעון בן אלעזר. 67. b. l. 14.
שמעון בן בתירה. 67. b. l. 27.

שמעון בן גמליאל filius R. Gamalielis Senioris 67. a. 5.
שמעון בן גמליאל הנשיא pater R. Jehudæ Hannaſi ib. l. 12.
שמעון בן זומא 68. a. 6.
שמעון בן חלפתא 67. b. l. 1.
שמעון בן יהודה 68. b. l. 33.
שמעון בן יוחי 68. a. 24.
שמעון איש המצפה ibid. l. 7.
שמעון בן מנסיא ibid. l. 25.
שמעון בן ננס 68. a. 2.
שמעון בן נתנאל 67. b. l. 13.
שמעון בן הסגן ibid. l. 17.
שמעון אחי עזריה ibid. l. 8.
שמעון בן עקשיא 68. b. l. 21.
שמעון שזורי ibid. l. 14.
שמעון בן שמעון בן שטח 67. a. l. 19.
שמעון התימני 67. b. l. *20.
שמעיה חבירו של אבטליון 67. a. 26.

## V. Catalogus Alphabeticus Doctorum Gemaricorum omnium, qui in Talmude Babylonico, vel Hieroſolymit. exſtant, & in Juchaſin recenſentur.

### א

אבא ſimpliciter: Juchaſ. p. 70. a. l. 8. a. f.
אבא ſimpliciter: pag. 72. b. l. 9.
אבא בר אבא p. 71. b. l. 9. forte eſt pater Samuelis.
אבא אבוהי דרב אמי p. 72. a. l. 10.
אבא בנוהי דרב חיוא p. 72. a. l. 12.
אבא אומנה p. 70. a. l. 22.
אבא בן אבימי p. 72. a. l. 11.
אבא בר אבינא p. 72. a. l. 17.
אבא בר ארא p. 72. a. l. 20.
אבא בר אחא pag. 71. a. l. 7.
אבא בר אלישיב pag. 72. b. l. 3. à f.
אבא אריכא p. 69. b. l. 10.
אבא בר ביסנא pag. 72. b. l. 12.
אבא בריה דרב בנימין p. 72 b. l. 13.
אבא מהגרוניא p. 72. b. l. 5. à fine.
אבא רמן חיפה pag. 71. b. l. 15.
אבא רמן יפר pag. 71. b. l. 17.
אבא רמן עכו pag. 71. a. l. 12.
אבא רמן קסרי pag. 71. a. l. ult.
אבא בר הונא pag. 72. a. l. 27.
אבא בר זבדא pag. 72. a. l. 18. & alius ejusdem nominis p. 73. a. l. 2. ubi tamen *Juchaſin* legit זבדי
אבא זוטי pag. 71. a. l. 11.
אבא בר זימונא pag. 71. b. l. 27.
אבא בר זוטרא pag. 72. a. l. 26.
אבא בר זיבדה affert ש״י ex p. 73. a. l. 6. ubi tamen legitur *Abba Achubi de Rabbi Jehuda bar Sibda.*
אבא בנו של ר׳ חייא p. 72. a. l. 13.
אבא בר חם p. 72. b. l. 22.
אבא בר חנינא p. 72. b. l. 22.
אבא בר חסדא p. 72. a. l. 28.
אבא בר טבלא p. 72. b. l. 9.
אבא בר יהודה p. 72. b. l. 2. à fine.
אבא בר יהודה p. 72. b. l. 22.

אבא בר יודן p. 72. b. l. 22.
אבא יוסי בן דוסאי pag. 72. b. l. 3.
אבא בר יעקב pag. 72. a. l. 22.
אבא דמן יפו vide ſupra poſt אבא בריה
אבא בר יצחק pag. 72. b. l. 20.
אבא בר ירמיה pag. 72. b. l. 9. & alius p. 71. b. l. 17.
אבא חכהן • pag. 70. a. l. 17.
אבא חכהן בר פפא pag. 72. a. l. 22.
אבא כהן בר דלא pag. 72. a. l. 8.
אבא כהנא pag. 72. b. l. 14. omiſit ש״ץ
אבא בר ממל l. 71. b. 2.
אבא בר מניומי pag. 72. b. l. 15.
אבא בריה דרב בנימין p. 72. b. l. 4. à fin.
אבא מר בריה דרב פפא pag. 72. a. l. ult.
אבא מר pag. 72. b. l. 20.
אבא מרי p. 72. b. l. 7. ubi tamen aliud exemplar habet ארא מארי
אבא מרי ריש גלותא p. 72. b. l. 4.
אבא בר מריא pag. 72. b. l. 4. à fine.
אבא מרי אחוהי דר׳ יוסף pag. 72. b. l. 21.
אבא בר מרתא pag. 72. b. l. 8.
אבא בר מרת pag. 72. b. l. 18.
אבא בר מש pag. 72. b. l. 21.
אבא בריה דרב נחמן p. 72. a. l. 28.
אבא נרשאה pag. 72. b. l. 6. à fine.
אבא סוראה pag. 73. a. l. 5.
אבא בר כורמקי pag. 72. a. l. 22.
אבא בריה דרב כפרא p. 72. a. l. 2. à fine.
אבא בר פפא pag. 72. b. l. 23.
אבא בריה דרב פפי p. 72. b. l. 25.
אבא קרטאגינה pag. 72. b. l. 12.
אבא קשישא pag. 71. b. l. 16.
אבא בר שמואל p. 73. a. l. 7.
אברימי אבוה דר׳ יצחק pag. 74. a. l. 28.
אברימי דמן חפיא pag. 74. a. l. 27.
אברימי בר חמא pag. 74. a. l. 29.
אברימי המרורי pag. 74. a. l. 28.
אבהן pag. 74. a. l. 31.
אבהו [illegible] 73. b. l. 4. à f.
אבהו pag. 73. b. l. ult.
אבהו אביו של ר׳ שמואל p. 74. a. l. 22.
אבוה דר׳ אבין p. 74. b. l. 12.
אבוה בר איהי p. 74. b. l. 10.
אבוה דר׳ אפוטריקי p. 74. b. l. 21.
אבוה דר׳ זירא ibid. l. 3.
אבוה דר׳ הושעיא ibid. l. 8.
אבוה דר׳ ירמיה ibid. l. 7.
אבוה דרב פפא ibid. l. 2.
אבויה סבא ibid. l. 1.
אבוי דרב צפרא ibid. l. 12.
אבוי של רבינא ibid. l. 13.
אבוכרם p. 75. a. l. 12.
אביטול ספרא p. 75. a. l. 16.
אביי בר אבין ibid. l. 15.
אביי קשישא p. 74. b. l. 13.
אביי הכהן p. 73. a. l. 8.
אבימי p. 74. b. l. 25.
אבימי בריה דר׳ אבהו p. 74. a. l. 1.
אבימי אחוהי דרב איפא p. 74. b. l. 24.
אבימי גיותאה ib. l. 25.
אבימי מהגרוניא p. 74. b. l. 23.

אבימי

Digitized by Google

אבימי מבי חוזאי p. 75. a. l. 5.
אבימי בר חמא p. 74. l. 25.
אבימי בנו של ר׳ חסדא ib. l. 27.
אבימי בר נאזי ib. l. 2. à fine.
אבימי בר פפי p. 75. a. l. 6.
אבימי ועיפא בני רחבא p. 75. a. l. 3.
אבין pag. 75. b. l. 2.
אבין בר אבין p. 75. b. l. 6.
אבין בר ארא ib. l. 25.
אבין אחיו של ר׳ אבין הלוי ib. l. 28.
אבין בר הונא p. 75. a. l. 16.
אבין זוטרתי ib. l. 26.
אבין בר חייב p. 75. b. l. 3.
אבין בר חנינת p. 75. b. l. 5.
אבין בר חסדא p. 75. a. l. 22.
אבין בר כהנא p. 75. b. l. 4.
אבין הלוי. p. 75. a. l. 5. à fine.
אבין נגרא p. 75. a. l. 18.
אבין בר נחמן ib. l. 28.
אבין דמן נשיקיא p. 75. a. l. 17.
אבין בר פרטא p. 75. a. l. 18.
אבין צפוראה ib. l. 23.
אבין רמאה ib. l. 23.
אבין בר שמואל ib. l. 23.
אבין אבוה דרב כיבי p. 75. b. l. 9.
אבינא מחמרא דנהר פניא p. 75. b. l. 6.
אבינא הראשון ib. l. 11.
אביתר p. 74. b. l. 24.
אברם p. 75. a. l. 9.
אברומי בר׳ ברתיה דר׳ טבליי p. 74. b. l. ult.
אברומה דצפורי p. 75. a. l. 1.
אגרא חמוהי דר׳ אחא p. 75. b. l. 20.
ארא בר אבין או אורי p. 76. b. l. 26.
ארא בר אבימי p. 76. b. l. 25.
ארא בר אהבה p. 75. b. l. 23.
ארא בר ארא p. 76. b. l. 17.
ארא בר אחא p. 76. b. l. 20.
ארא דיילא p. 76. b. l. 20.
ארא בר חבו p. 76. b. l. 7.
ארא בר חייא p. 76. b. l. 28.
ארא דמן יפו p. 76. b. l. 16.
ארא בריה דרב יצחק p. 76. b. l. 4.
ארא בר מניומי p. 76. b. l. 24.
ארא בר מרי p. 76. b. l. 13.
ארא משוחאה p. 76. b. l. 8.
ארא בר מתנא p. 76. b. l. 26.
ארא נרשאה p. 76. b. l. 18.
ארא מסורא p. 76. b. l. 16.
ארא סבא דמי קסרי p. 76. b. l. 12.
ארא קרחינאה p. 76. b. l. 19.
ארא קרטיגנאה p. 76. b. l. 23.
ארא בריה דרבא p. 76. b. l. 8.
ארא הרפנאה p. 76. b. l. 10.
ארא בר שימי p. 76. b. l. 25.
אהבה אבוהי דרב ארא p. 76. b. l. 30.
אהבת בריה דרב מנימן ibid. l. 31.
אהבה בריה דרב זירא ibid. l. 32.
אהילאי ibid. l. 28.
בר אהינא pag. 77. a. l. 1.
רב אהרון ibid. a. l. 2.
רב אויא סבא ibid. l. 3.
אולפנא pag. 81. b. l. 18.
אחא pag. 78. a. l. 9.
אחא בשם ר׳ אליקים p. 78. a. l. 18.
ר׳ אחא בר אבא p. 77. a. l. 26.
ר׳ אחא אחוה דאבא pag. 78. a. l. 3.
רב אחא בר אבא p. 77. b. l. 10.
אחא בר אביי p. 78. b. l. 16.
אחא בר אבל p. 78. a. l. 13.
אחא בר אויא p. 78. a. l. 28.

אחא

Digitized by Google

אחא אחוהי דמר אחאי p. 78. b. l. 8.
רב אחא אריסא p. 77. b. l. 24.
רב אחא בר ביבי p. 77. a. l. 24.
רב אחא בריה דרב איקא p. 77. b. l. 4.
רב אחא גלילאה pag. 77. b. l. 22.
אחא בר דלא pag. 78. a. l. 2.
אחא שר הבירה pag. 77. a. l. 27.
אחא בר הרח pag. 78. a. l. 28.
אחא בר הונא pag. 77. b. l. 7.
אחא בר הושעיא pag. 78. a. l. 30.
אחא מבי חוזאי pag. 78. a. l. 1.
אחא בר חמא pag. 77. b. l. 5.
אחא בר חנילאי pag. 78. b. l. 6.
אחא בר זעירא pag. 78. b. l. 2.
אחא בר חנינא pag. 77. b. l. 7.
אחא בר טלקא
אחא טאבא pag. 78. a. l. 7.
אחא אחוי דר׳ יוסי p. 77. b. l. 23.
אחא בר יוסף p. 77. b. l. 28.
אחא בריה דרב יוסף p. 78. b. l. 9.
אחא בר יאשיה p. 77. b. l. 14.
ubi tamen in Juchaſ. legitur אחאי
אחא בר ייבא p. 77. b. l. 27.
אחא בר יעקב p. 77. a. l. 13.
אחא בר יצחק p. 77. b. l. 12.
אחא מרפתי p. 77. a. l. 19.
אחא בר מניומי p. 78. a. l. 12.
אחא אריה דר׳ נחמן p. 78. b. l. 8.
אחא בר נתן p. 77. b. l. 30.
אחא סלע pag. 78 b. l. 24.
ubi ſcribit אחייה
אחא בר עוירא p. 77. b. l. 25.
אחא בר רב עולא p. 78. a. l. 2.
אחא מפרזיקא p. 77. b. l. 22.
אחא בריה דרב עזא pag. 78. a. l. 3.
אחא בר קטינא p. 78. a. l. 29.
אחא קרטיגנאה p. 78. b. l. 15.
אחא בר פנחס p. 78. b. l. 2.
אחא בר פפא p. 77. b. l. 24.
& alius p. 78. b. l. 5.
אחא בר רבא p. 77. a. l. 30.
& alius p. 78. a. l. 13.
אחא בר רב p. 77. a. l. 18.
אחא ורבינא p. 78. a. l. 15.
אחא בר תחליפא p. 77. a. l. 25.
אחא תנא דברייתא p. 77. b. l. 10.
אחדבו בר אבין p. 78. b. l. 17.
אחדבו בו אבדימי ibid. l. 21.
אחדבוי בר אמי p. 78. b. l. 18.
אחדבוי בר מתנא ib. l. 21.
רב אחאי p. 77. a. 32.
ר׳ אחאי p. 77. b. l. 12.
רב אחוי p. 78. a. l. 8.
אחויה p. 78. a. 19.
אחלי p. 78. b. l. 22.
א״א p. 78. b. l. 26.
l. או״א
איבא p. 78. b. l. 33.
איבו אבוה דרב איבי p. 78. b. l. 29.
איבו בנו של רב p. 79. a. l. 3.
איבו וחזקיה p. 78. b. l. 31.
איבון p. 78. b. l. 27.
אידי p. 79. a. l. 4.
אידי בר אבא ibid. l. 25.
אידי אבוה דשמואל p. 79. a. l. 4.
אידי אבוה דר׳ יעקב ib. l. 10.
אידי בר אבין נגרא ib. l. 18.
אידי בר גרשום p. 79. a. l. 14.
אידי סרסיא pag. 79. a l. 5.
אידית pag. 79. a. l. 16.
רב איהו ibid. l. 27.
איו ibid. l. 28.

אילא

Digitized by Google

אילא ibid. l. 31.
אילעא בן שמעון pag. 79. b. l. 4.
אילעאי בן אליעזר אלישע p. 79. b. l. 8.
אילפא ibid. l. 9.
אילפי או אילפא ibid. l. 17.
איסי אבוה דר׳ זורא ib. l. 23.
איסי הבבלי pag. 82. b. l. 7. à fine.
איסי בר הינו ibid. l. 22.
איסי בריה דרב יצחק ib. l. 30.
איסי בר נתן ibid. l. 21.
איסי בן עקיבא ibid. l. 24.
איסור גיורא ib. l. 31. & p. 83. a. l. 23.
איפא pag. 80. a. l. 8.
איקא בריה דרב אבין p. 80. a. l. 14.
איקא אביה דרב אחא ibid. l. 18.
איקא בריה דרב אידי ibid. l. 18.
איקא בריה דרב אמי ibid. l. 16.
איקא בריה דרב חנינא ibid. l. 15.
איתי ורב אסי pag. 80. a. l. 19.
איתי עם ר׳ אשי ibid. l. 20.
אליקים תלמיד של רבא p. 81. b. l. 21.
אליקים אבוז של ר׳ יוחנן p. 81. b. l. 21.
אלישיב p. 81. b. 13.
אלישע בעל כנפים p. 81. b. l. 27
אליעזר בן ר׳ פרחיה p. 81. a. l. 8.
אליעזר בן פרת הכהן p. 80. a. l. 20.
אלעזר בר אבינא pag. 81. a. l. 13.
אלעזר בן אנטיגנוס ibid. l. 31.
אלעזר בן גומל pag. 81. b. l. 7.
אלעזר גיותאה p. 81. a. l. 29.
אלעזר בן דורדייא p. 81. a. l. 26.
אלעזר מהגרוניא pag. 81. b. l. 3.
אלעזר זעירא pag. 81. b. l. 8.
אלעזר בר חנא ibid. l. 20.
אלעזר בר ינאי pag. 81. a. l. 19.
אלעזר בר יצחק pag. 81. a. l. 15.
אלעזר מניומי pag. 81. a. l. 15.
אלעזר מסורא pag. 81. a. l. 11.
אלעזר בן מרום ibid. l. 25.
אלעזר בן מנחם ibid. l. 29.
אלעזר בן מלאי pag. 81. b. l. 8.
אלעזר בר פפוס pag. 81. a. l. 15.
אלעזר בן פרטא ibid. l. 20.
אלעזר בר צדוק pag. 81. a. l. 9.
אלעזר בן קפרא ibid. l. 19.
אלעזר דמן רומא pag. 81. a. l. 17.
אלעזר בן שמעון ibid. l. 21.
אלעזר בן תורתא ibid. l. 32.
אלעזר בן תראי ibid. l. 25.
אלכסנדרי pag. 81. b. 23.
אלעא pag. 81. b. 14.
בן אלעשה ibid. l. 25.
אמבכים p. 74. b. lin. ult.
אמי pag. 82. a. l. 2.
אמי ibid. l. 16.
אמי בר אבא ibid. l. 27.
אמי בר אבין p. 82. a. l. 1.
אמי בר אדא p. 82. b. l. 1.
אמי דיקולי ibid. l. 33.
אמי בר חני ibid. l. 2.
אמי בבלאה ibid. l. 15.
אמי בר טוביה ibid.

אמי וורדינאה ibid. b. l. 28.
אמי בר טובי ibid. l. 4.
אמי בר טביומי pag. 82. b. l. 4.
אמי בר יורן vel ut alia exemplaria.
רמי בר רב יורן ibid. l. 6.
אמי הכהן ibid. l. 4.
אמי מיני ibid. l. 30.
אמי תנוראה pag. 82. b. l. 2.
אמימר pag. 82. b. l. 8.
אמימר בן בתו מרמי בר חמא ib. l. 9.
אמימר בריה דרב ינוקא p. 82. b. l. 7.
אמימר ומר זוטרא ibid. l. 10.
ר׳ בנטונינוס ibid. l. 16.
אסי הארוך ibid. l. 27.
אסי מנהר ביל pag. 83. a. l. 17.
אסי בר נתן ſeu יוסי בר נתן ſeu איסי בר נתן ſeu אשי בר נתן v. p. 83. a. l. 19.
אסי בר היני ibid. l. 21.
איסי בן יהודה pag. 83. a. l. 21. Idem alias vocatur איסי בן גמליאל איסי בן גור אריה ואיסי בן עקביא ויוסף איש הוצלי ויוסף הבבלי ויוסף קטנותאי ואיסי בן מהללאל
אפי תלמיד חבר p. 82. b. l. 29.
אפטוריקי בן ר׳ דרוסאי p. 83. a. l. 31.
ר׳ אפס מבית דינו של ר׳ אריוך ibid. l. 32. hic eſt *Schemuel Haccohen*; & vocatur alias שבור מלכא.
אפרים ספרא תלמיד ריש לקיש p. 83. a. l. 26.
אפרים מקשאה ר׳ מאיר ibid. l. 31.
ר׳ אשי בר אבין p. 84. a. l. 13.
רב אשי בר אבא ibid.
רב אשי מהוצל ib. l. 14.
אשי מאוריא vel מאוחרניא pag. 84. a. l. 11.
אשי ר״י בסורא p. 83. b.
אשי הקדמון בנו רב חייא p. 84. a. l. 13.
אשיאן בר נרבך ib. l. 17.
אשיאון תנא ib. l. 16.
ר׳ אושעיא רבא ib. l. 18.

## ב

ר׳ בא בר יונת p. 85. a. l. 4. ר׳ בא ille eſt R. Aba, ibid. l. 4.
באלי ibid. l. 7.
בפרו ibid. l. 8.
בורן ibid. l. 19.
בון בר חייא ibid. l. 18.
בודיא ibid. l. 20.
בוריי ibid. l. 20.
בורקי p. 85. b. l. 25.
בטנית בריה דאבא שאול ibid. l. 21.
בטי בן טאבי p. 86. b. l. 1.
ביבי ibid. l. 22.
ביבי בריה דר׳ אמי p. 85. a. l. 19.
ביבי בר אביי p. 85. b. l. 5.
ביבי בר אבין ibid. a. l. 23.
ביבי בר אשי ibid. b. l. 8.
ביבי בר דלא vel בר גחלא p. 85. b. l. 27.
ביבי אושפיזא דר׳ ארא ibid. l. 9.
ביבי בריה דרב משרשיא p. 85. b. l. 27.
ביגא בר זכרא p. 85. b. l. 16.
ביזנא אבוה דרב מארי vel ביסא ib. l. 13.
ביסנא אבוה דר׳ חמא p. 85. b. l. 17.
ביבר חבו ibid.

ביתא

Digitized by Google

ביתא בר בזנא pag.85. b.l,14.
בלווטי ibid. l, 29.
בנאה p. 86. a. l, 2.
ר׳ בנאי vel ut al.
ינאי p. 85. b. l. 33.
בן בניס pag. 85. a. l, 9.
בנימין בר גדל ibid. l, 31.
בנימין בר חייא ibid. l. 31.
בנימין בר יפת p. 85. b. l. 22.
בנימין בר לוי p. 85. b. l, 30.
בנימין הצדיק p. 85. b. l. 20.
בנימין רעיא ibid. l. 32.
בצלאל pag. 86. a. l, 7.
ברבי ibid. l. 26.
בר בריה דר׳ ינאי ibid. l. 31.
בר דלא ibid. l. 8.
ברד לא בר טיבומי ibid. l. 10.
ברוקא חוזאי ibid. l. 11.
ברונא ibid. l. 15.
ברוריה ibid. l, 32.
ברכיה כהן בר חמא ibid. l. 18.
ברכיה בר סימון ibid. l, 24.
בירנא ibid. l. 26.
ברקוא ibid. l. 27.
בתא בן ר׳ כהנא pag. 86. b. l. 10.

ג

גביהה מבי כתיל pag. 86. b. l. 16.
גביהה בן פסיסא ibid. l. 13.
גדא שמעיה דרב ששת ibid. l. 28.
גוריא אבוה דרב חמא ibid. l. 21.
גוריא בר חמא ibid. l. 21.
גוריון בן אסטיון ibid. l. 18.
גוריון מאסופורק ibid. l. 19.
רב גזא ibid. l. 23.
רב גידל ibid l. 24.
גידול בר מניומי ibid. l. 30.
גידול בר מנשי ibid. l. 32.
גידול בר מנשיא ibid. l. 32.
גידול דמן נרש p. 87. a. l. 1.
גיורי אביו שלר׳ יעקב ibid. l. 3.
גמרא ובנו ר׳ חייא ibid. l. 4.
גמרא ib. l. 5.
גמליאל בר אלעיא ibid. l. 19.
גמליאל זוגא ibid. l. 22.
גניבא ibid. l. 7.
גרדסק בן דארי ibid. l. 23.

ד

דארו בר פפא p. 88. a. l. 20.
דווא דמן חריב vel זוגא pag. 87. a. l. 32.
דייני גולה הוא קרנא p. 87. a. l. 27.
דייני דסורה רב הונא ורב חסדא ib. l. 28.
דייני דנהרדעי רב אדא בר מניומי ib. l. 29.
דומנוס vel רומאנוס ibid. l. 31.
דוסתאי דמן בירא ibid. l. 29.
דימי בר אבין ib. l. 10.
דימי בריה דרב הונא ibid. l. 22.
דימי בר חיננא ibid. l. 4.
דימי בר חמא ibid. l. l. 9.
דימי בר חיפא ibid. l. 11.
דימי בר יוסף ibid. l. 12.
דימי בר יצחק ibid. l. 2.
דימי בר ליואי p. 88. a. l. 8.
דימי מנהרדעי p. 87. b. l. 23.
דימי בריה דר׳ נחמיה ibid. l. 3.
דימי אבוהי דרב ספרא ibid. l. 6.
דימי בר שושנא ibid. l. 1.

דניאל חייטא p. 88. a. l. 15.
דניאל בר רב קטינא p. 88. a. l. 9.
דרוסאי אבוהי דר׳ אפוטריקי ib. l. 15.

## ה

בר הדיא p. 88. a. l. 26.
בר הדיא ibid. l. 28.
רב הונא ibid. l. 28.
הונא בבלאה p. 89. a. l. 3. à fine.
הונא בגדתא ibid. b. l. 16.
הונא בחיננא ibid.
הונא בר אבין הכהן ibid. l. 17.
הונא בר אמי ibid. b. l. 13.
הונא אחיו של רב אחאי ibid. l. 24.
הונא בר אשי ibid. l. 23.
הונא בר בריה דרב אידי ibid. l. 30.
הונא בר איקא pag. 90. a. l. 1.
הונא בר ביבי pag. 90. a. l. 12.
הונא בר בזנא ibid. l. 13.
הונא מברנים pag. 89. b. l. 13.
הונא בר ברכיה ib. l. 31. ſecundum בר בריה in Juchaſ. ש״ד
הונא בריה דרב הילל pag. 90. a. l. 12.
הונא זוטי ibid. l. 32.
הונא בריה דמר זוטרא ibid. l. 31.
הונא וורדאן p. 90. a. l. 3.
הונא בר חייא p. 89. b. l. 17.
הונא בר חיון vel חליון p. 89. b. l. 15.
הונא בר חיננא p. 90. a. l. 8.
הונא בר חלוב p. 89. b. l. 31.
הונא בר חנילאי p. 90. a. l. 2.
הונא בר יהודה ibid. l. 11.
הונא בר יוסף ibid. b. l. 23.
הונא בריה דרב יהושע ibid. b. l. 13.

הונא בריה דרב ירמיה ibid. l. 13.
הונא הכהן pag. 89. b. 3.
הונא מדהמרא pag. 90. a. l. 2.
הונא מדקרתא ibid. l. 22.
הונא בר מנוימי ibid. l. 24.
הונא בר מנוח ibid. l. 4.
הונא בר בר מרימר ibid. l. 12.
הונא בר מתנא ibid. l. 22.
הונא בר נחמן pag. 90. a. l. 9.
הונא מר בר נחמן ibid. l. 10.
הונא בר נתן pag. 90. a. l. 4.
הונא בר סחורה ibid. l. 26.
הונא בר פפי p. 90. a. l. 21.
הונא מפרזיקא ibid. l. 11.
הונא ציפוראה ibid. l. 27.
הונא בר קטינא p. 89. b. l. 14.
הונא בר תורתא ibid. l. 24.
הונא בר תחליפא p. 90. a. l. 12.
הונה בזמן רב p. 90. a. l. 22.
הונה בזמן ר׳ ירמיה ibid. l. 23.
הזניק pag. 90. a. l. 23.
חזוי ibid.
הלל חבירו של רב אשי ibid. l. 28.
הלל בריה דרב וולס. ibid. l. 29.
הלל אבוה דר׳ זעירא 90. a. l. 27.
הלל בזמן ר׳ יוסף ibid. l. 30.
ויהודה בני ר׳ גמליאל 90. a. l. 29.
הלל הנשיא 90. a. l. 24.
הלל בן פזי ibid. l. 27.
הלל בזמן רב ibid. l. 28.
המנונא חבירו של ר׳ הונא ib. l. 31.
המנונא זוטי pag. 90. b. l. 2.
הושעיא הכהן ibid. l. 3.
הושעיא בר זעורא
הושעיא ורב חיננא ibid. l. 4.

ר

ד

ר' וואלס 90. b. l. 10.
ר' וסטיני ibid. l. 10.

ז

זביר ibid. l. 15.
זבידא ibid. l. 14.
זברי אבוהי דר' אבא ibid. l. 16.
זברי בזמן רב ibid. l. 16.
זברי בן לוי ibid. l. 18.
זביד בר אושעיא ibid. l. 18.
זביד אבוהי דר' שמעון ibid. l. 17.
זבידא עם רב אשי ibid. l. 17.
זבולון בן דן ibid. l. 14.
זומי ibid.
מר זוטרא ibid.
ר' זוטרא ibid.
זוטרא בר אברימי 90. b. l. 22.
זוטרא חבר ר' אשי 90. b. l. 20.
זוטרא בריה דרב הונא ibid. l. 26.
זוטרא בריה דרב זירא 90. b. l. 19.
זוטרא זוטא ibid. l. 23.
זוטרא חסידא ibid. l. 24.
זוטרא בר טוביה ibid. l. 22.
זוטרא בר נחמן ibid. l. 21.
זוטרא בר רשבא ibid. l. 26.
זוטרא בר שמואל ibid. l. 23.
זוותאי חתניה דר' מאיר ibid. l. 27.
רב זירא ibid. l. 27.
זכאי קמיה דרבי יוחנן ibid. l. 32.
זכאי תלמיד ר' שמעון ibid. l. 33.
זכריה חתניה יהושע ibid. l. 31.
זכריה בן אנקולס ibid. l. 32.
זעירא בריה דר' אבוהו ibid. l. 33.
זעירא בר הלל pag. 91. a. l. 1.
זעירא בר חמא ibid. l. 2.
זעירי תלמיד רב ibid. l. 2.
זעירי מר הבת ibid. l. 4.
זריקא ibid. l. 5.

ח

חבו בזמן אביי 91. a. l. 8.
חביבא ibid. l. 8.
חביבא בר יוסף ibid. l. 11.
חביבא בר סורסקי ibid. l. 10.
חביבא מסורא ibid. l. 10.
חביבא מחוזנאה ibid. l. 12.
חביבא בריה דרבוינא ibid. l. 10.
חביבי ibid. l. 6.
חביבי בזמן רב ibid. l. 6.
חנא תלמיד רב הונא ibid. l. 12.
חנא בר חנא ibid. l. 13.
חנא בזמן רב נחמן ibid. l. 13.
חגאי כחמאי ibid. l. 14.
חגאי בן אלעזר ibid. l. 14.
חגאי מדרומא ibid. l. 14.
חרקא ibid. l. 15.
חוניא ibid. l. 15.
חזקיה בזמן אביי ibid. l. 20.
חזקיה בר בליוטי ibid. l. 22.
חזקיה ואיבו בני ברתיה דרב ib. l. 21.
חזקיה בן ר' חייא ibid. l. 16.
חזקיה תלמיד ר' ירמיה ibid. l. 21.
חזקיה בן פרנך ibid. l. 22.
חייא בר אבא כהן p. 91. b. l. 6. & 25.
חייא בר אבין ibid. l. 11.
חייא בר אויא ibid. l. 27.
חייא בר אמי ibid. l. 24.
חייא בר אשי ibid. l. 17.
חייא אריכה מדיפתי p. 92. a. l. 3


 חייא

חייא ברונה p. 92. a. l. 4.
חייא בר גמרה p. 92. a. l. 3.
חייא בר הונא p. 91. b. l. 19. & 23.
חייא מהורמין ibid. l. 32.
חייא בר זזא מקסרין pag. 92. a. l. 6.
חייא בר זרנוקי p. 91. b. l. 29.
חייא בר חייא ibid. l. 31.
חייא מחגרא ibid. l. 28.
חייא בר חנינא p. 91. b. l. 25.
חייא טירנאה ibid. l. 26.
חייא בר יהודה מיפו pag. 92. a. l. 6.
חייא אבוהי דרב יוסף p. 91. b. l. 29.
חייא בר יוסף p. 91. b. l. 24. & p. 92. a. l. 5.
חייא בר יוסתמא pag. 92. a. l. 2.
חייא בריה דרב יצחק pag. 91. b. l. 31.
חייא בר לוליאני ibid. l. 33.
חייא בר מריא p. 91. b. l. 27.
חייא בר מתנה p. 91. b. l. 28.
חייא בריה דרב נחמן ibid. l. 31.
חייא בר נחמיה 92. a. l. 1.
חייא בר נתן 92. a. l. 11.
חייא אבוה דר׳ סיני 91. b. l. 29.
חייא איש כפר עכו p. 91. b. l. 26.
חייא בר פפא pag. 91. b. l. 12.
חייא פרודאה ibid. l. 30.
חייא בר קונא ibid. l. 19.
חייא רבה pag. 91. a. l. 23.
חייא בריה דרבא pag. 92. a. l. 6.
חייא בר רב ibid. l. 12.
חלבו ibid. l. 10.
חילפא והוא אילפא ibid. l. 7.
חילפא בר בריה דר׳ אבהו ibid. l. 8.
חלפתא קרויא ibid. l. 8.
חלפתא דמן דדפא ibid. l. 10.
חלפתא בן שאול ibid. 11.
חלקיה אבוהו דר׳ מנימין ibid. l. 9.
חלקיה אביו של ר׳ מני ibid. l. 9.
חלקיה בזמן רב ibid. l. 8.
חמא ibid. l. 16.
חמא בר אבא ibid. l. 22.
חמא בר ארא ibid. l. 18.
חמא בר אושעיא ibid. l. 16.
חמא בר בוזי ibid. l. 25.
חמא בר ביזנא ibid. l. 12.
חמא בר גוריא ibid. l. 20.
חמא בר ברתיה דחסא ibid. l. 24.
חמא אביו של ר׳ חנינא ibid. l. 15.
חמא בר טוביה ibid. l. 23.
חמא בר יוסף ibid. l. 21.
חמא אבוה דר׳ יוסף ibid. l. 22.
חמא הכהן אביו של ברכיה ibid. l. 19.
חמא בר מארי ibid. l. 25.
חמא מן נהרדעא ibid. l. 11.
חמא בר עוקבא ibid. l. 20.
חמא בריה דרבא בר אבוה ib. l. 24.
חנילאי בר אידי pag. 93. a. l. 5.
חנינא p. 92. b. l. 11.
חנינא בר אבוה pag. 92. b. l. 3.
חנינא בר אברימי ibid. l. 14.
חנינא בר אידי ibid. l. 20.
חנינא בר אבין 92. b. l. 5.
חנינא בר איקא ibid. l. 8.
חנינא בר ביבי ibid. l. 20.
חנינא הגדול pag. 92. a. l. 32.
חנינא בר הלל ibid. l. 8.
חנינא בן חמא pag. 92. a. l. 25.
חנינא בר יצחק ibid. l. 30.
חנינא בר חוזנאה pag. 92. b. l. 4.
חנינא טירטאה ibid. l. 11.

חנינא

חנינא בר יוסף ibid. b. l. 22.
חנינא בר ליואי ibid. l. 17.
חנינא סבא ibid. l. 18.
חנינא מנוומי ibid. l. 21.
חנינא מסורא דפרת ibid. l. 9.
חנינא בר ענול ibid. l. 14.
חנינא בן עקביא ibid. l. 16.
חנינא בן עקיבא ibid. l. 16.
חנינא בר פפי pag. 92. a. l. 33.
חנינא דצפורי ibid. l. 11.
חנינא קרא pag 92. a. l. 33.
חנינא קרטאגינה ibid. b. l. 5.
חנינא בזמן רבא ibid. l. 5.
חנינא בריה דרבא ibid. l. 12.
חנינא קמיה דרבא ibid. l. 18.
חנינא משמיה דרבא ibid. l. 20.
חנינא בר שילת ibid. l. 13.
חנינא בר שלמית p. 92. b. l. 10.
חנינא שלקא p. 92. b. l. 31.
חנינא בר ששת ibid. l. 17.
חנינא בן תורתא ibid. l. 21.
חנינא ור' אושעיא ibid. l. 18.
חנמאל pag. 92. b. l. 8.
חנא בר אדא pag. 92. b. l. 25.
חנא בגדתאה p. 92. b. l. 24.
חנא בר חנילאי pag. 93. a. l. 2.
חנא בר ביזנא ibid. l. 27.
חנא בר ייבא pag. 93. a. l. 1.
חנא בר קטינא p. 92. b. l. 26.
חנא קרטיגנאה pag. 93. a. l. 1.
חנא שאונה ibid. l. 27.
חנון ibid. l. 26.
חנן בר אבא p. 92. b. l. 22.
חנן בר אמי p. 93. a. l. 4.
חני מציפתא ibid. l. 30.
חנן בן זכרי ibid. l. 31.
חנן חייטא ibid. l. 32.
חנן בר חסדא ibid. l. 29.
חנן בר טוביה p. 93. a. l. 4.
חנן בר יצחק p. 93. a l. 1.
חנן בן מולדא 92. b. l. 32.
חנן מנהרדעא ibid. l. 28.
חנן בזמן רב נחמן ibid. l. 29.
חנן חתניה רבי נשיאה p. 93. a. l. 4.
חנן בן פנחס ibid. l. 33.
חנן פתוראה ibid. l. 28.
חנן מבי צלוחית ibid. l. 30.
חנן אבוה דרבא ibid. l. 33.
חננאל בר פפא p. 92. b. l. 24.
חננאל ורב ברונא p. 92. b. l. 22.
חסא p. 93. a. l. 22.
חסדא בר אשי ibid. l. 22.
חסדא בר יוסי ibid. l. 21.
חסדא הכהן p. 93. a. l. 6.

## ט

טאבי בר בריה דרב טבי ib. l. 24.
טאבי זקינו של טבי ibid. l. 25.
טאבות ibid. l. 26.
טאלא ibid. l. 33.
טבות ibid. l. 26.
טב טביומי ibid. l. 27.
טובייאני ibid. l. 50.
טוביה בר קישנא ibid. l. 30.
טובי בר יצחק ibid. l. 31.
טובי בר מתנא ibid. l. 31.
טובי בר נחמיה ibid. l. 31.
טוטאי ibid. l. 33.
טולי ibid. l. 33.

## י

יאשיה דאושא p. 93. b. l. 5.

יאשיה



Digitized by Google

יאשיה דהוצל ibid. l. 5.

יאשיה דדריה ibid. l. 4.

יאשיה ור׳ עובדיה ibid. l. 8.

יבא סבא ibid. l. 9.

מר יהודה ibid. l. 29.

יהודה בר אבא ibid. l. 27.

יהודה בר אושעיא p. 94. a. l. 7.

יהודה בר איסתירא ibid. l. 21.

יהודה הגזר ibid. l. 11.

יהודה גרגרות יומא ibid. l. 16.

יהודה מהגרוניא ibid. l. 10.

יהודה בן גרים ibid. l. 21.

יהודה בר הונא p. 93. b. l. 26.

יהודה בר זבדא p. 94. a. l. 18.

יהודה בן זבינה ibid. p. 31.

יהודה בריה דר׳ חייא ibid. l. 9.

יהודה בר חביבא ibid. l. 32.

יהודה בר חנינא p. 94. a. l. 1.

יהודה בן אחותו של ר׳ חנינא p. 93. b. l. 31.

יהודה בר חננא ibid. l. 32.

יהודה בריה דרב יהושע pag. 94. a. l. 16.

יהודה בר יחזקאל ibid. l. 15.

יהודה בן ישמעאל p. 94. a. l. 8.

יהודה אחוה דרב כהנא p. 94. a. l. 7.

יהודה בן לקיש ibid. l. 8.

יהודה מלואי ibid. l. 20.

יהודה בן מנסיא p. 93. b. l. 30.

יהודה בר מרימר p. 94. a. l. 10.

יהודה בר מתתיה p. 94. a. l. 21.

יהודה הנדואה p. 93. b. l. 28.

יהודה בר נחמיה ibid.

יהודה בר נחמני p. 94. a. l. 19.

יהודה בן נקוסא ibid. l. 19.

יהודה בן נריה p. 94. a. l. 8.

יהודה נשיאה ibid. l. 12.

יהודה בר נתן p. 93. b. l. 33.

יהודה בר סימון p. 93. b. l. 27.

יהודה חמוהי דרב סלא ibid. l. 29.

יהודה מספרתא p. 94. a. l. 10.

יהודה בן ספרא ibid. l. 17.

יהודה בר עולא ibid. l. 21.

יהודה בן פדיה ibid. l. 18.

יהודה בן פזי p. 94. a. l. 4.

יהודה בר פנחס ibid. l. 20.

יהודה בן צרויה p. 94. a. l. 6.

יהודה קלוסטרא p. 93. b. l. 32.

יהודה בר שילא p. 94. a. l. 17.

יהודה בן שלום p. 94. a. l. 6.

יהודה בר שמואל p. 93. b. l. 27.

יהודה בר שמעון p. 94. a. l. 1.

יהושע בר אבא p. 94. b. l. 16.

יהושע בר אבא אושעיא ibid. l. 12.

יהושע בר אבין ibid. l. 13.

יהושע בר אידי בר אבין ibid. l. 17.

יהושע הגרדי ibid. l. 18.

יהושע אבוו ר׳ הונא p. 94. b. l. 14.

יהושע בן לוי p. 94. a. l. 28.

יהושע הלוי בר שלום ibid. l. 13.

יהושע בן מרתא ibid. l. 15.

יהושע בר נחמן ibid. b. l. 14.

יהושע דסכנין ibid. l. 18.

יהושע עזאה ibid. l. 18.

יהודה בן קפוסאי ibid. l. 16.

יהושע דרומאה ibid. l. 13.

יוד קרת p. 93. b. l. 1.

יורן ברבי p. 94. a. l. 26.

יורן בן גיורין ibid. l. 25.

יורן בן טרפון ibid. l. 28.

יורן משם דר׳ יוחנן ibid. l. 27.

יורן

Digitized by Google

יורן בר ישמעאל ibid. l. 27.
יורן ענתוריא ib. l. 26.
יורן איש ציירן ibid. l. 28.
יורן בן קפוטקיא ibid. l. 27.
יוחני p. 95. a. l. 21.
יוחני בזמן שמואל ibid. l. 29.
יוחנן כר אבין p. 95. a. l. 23.
יוחנן בן אלעזר ibid l. 24.
יוחנן בר אליקים ibid. l. 27.
יוחנן בר ארזא ibid. l. 22.
יוחנן בר ברכית ibid. l. 23.
יוחנן איש בקעת חוריתין ibid. l. 22.
יוחנן דיפו ibid. l. 23.
יוחנן חקוקאה ibid. l. 26.
יוחנן בן אחותו של ר׳ יוסי ibid. l. 24.
יוחנן קסקסקאה ibid. l. 25.
יוחנן בר רבינא ibid. l. 28.
בר יומי ibid. l. 29.
quem nonnulli accipiunt de R. אידי
patre R. *Jacobi.*
ר׳ יונה אביו של ר׳ מני p. 95. b. l. 8.
יונה בר תחליפא ibid. l. 9.
יונתן ור׳ אביתר ibid. l. 3.
יונתן בן אלעזר ibid. l. 3.
יונתן בר חילא ibid. l. 2.
יונתן בן יוטי בן לקוניא ibid. l. 4.
יונתן בן עכסאי ibid. l. 3.
יונתן בן עמרם ibid. l. 6.
יונתן בן שאול ibid. l. 1.
יונתן רבו של ר׳ שמואל ibid. l. 7.
יוסטא בן יהודה p. 96. a. l. 1.
יוסטאי בר מתון p. 95. b. l. 29.
יוסטני תלמיד רש״בל p. 96. a. l. 1.
יוסי בר אבין p. 96. a. l. 5.
יוסי בן אלעזר ibid. l. 15.
יוסי בן אליקים p. 96. a. l. 6.
יוסי הארוך ibid. l. 16.
יוסי בר אשיין ibid. l. 20.
יוסי בר גופתא p. 96. a. l. 18.
יוסי גלילאה ibid. l. 16.
יוסי בן זבורה p. 96. a. l. 8.
יוסי בן זמרא ibid. l. 9.
יוסי בר חנינא p. 96. a. l. 6.
יוסי בר חנן ibid. l. 19.
יוסי דמן יודקרת p. 96. a. l. 3.
יוסי הכהן ibid. l. 12.
יוסי מראה p. 95. b. l. 29.
יוסי המבוסי p. 96. a. l. 10.
יוסי ממלחייא ibid. l. 12.
יוסי בר מניומי pag. 96. a. l. 7.
יוסי מנהר בול p. 95. b. l. 33.
יוסי בן נהוראי p. 95. b. l. 31.
יוסי בר נתן p. 95. b. l. 27.
יוסי בן סימאי p. 96. a. l. 13.
יוסי מעונאה p. 95. b. l. 34.
יוסי בן פטרוס p. 95. b. l. 30.
יוסי איש צייתור p. 96. a. l. 18.
יוסי קוצירא p. 95. b. l. 33.
יוסי דמן קסרי pag. 96. a. l. 3.
יוסי בן שאול pag. 96. a. l. 2.
יוסנא בזמן ר׳ אמי pag. 96. a. l. 5.
יוסף בר אבא p. 95. b. l. 27.
יוסף הבבלי p. 96. a. l. 11.
יוסף איש הוצל p. 96. a. l. 11.
יוסף בר חבוש מיא pag. 96. a. l. 2.
יוסף בר חייא p. 95. b. l. 10.
ווסף בר חמא p. 95. b. l. 28.
יוסף בר יהושע ibid. l. 17.
יוסף מוקיר שבת ibid. l. 19.
יוסף בריה דר׳ מנשיא p. 96. a. l. 14.
יוסף בר נחוניה p. 95. b. l. 27.

יוסף ציר נאה p. 96. a. l. 9.
יוסף בריה דרב סלא p. 95. b. l. 33.
יוסף בריה דרבא p. 96. a. l. 13.
יוסף בן רי״בל p. 95. b. l. 30.
יוסף בן רכה בר בר חנה p. 95. b. l. 26.
יוסף בר שמעיה p. 95. b. l. 26.
יחזקאל אביו של ר׳ יהודה p. 96. a. l. 20.
יחיאל ibid. l. 21.
ייבא סבא ibid. l. 22.
ייבא אבוה דרב ספרא ibid. l. 22.
יימר קמיה דאמימר ibid. l. 23.
יימר חשוי ibid. l. 24.
יימר סרפתי ibid. l. 23.
יימר בר שזבי ibid. l. 24.
יימר בר שלמית ibid. l. 23.
ייסאהוא ר׳ אסי ibid. l. 24.
ינאי ibid. l. 25.
ינאי בר אמי הכהן ibid. l. 31.
ינאי בן יוסף ibid. l. 30.
ינאי בן ישמעאל ibid. l. 32.
ינאי בר בריה דר׳ ינאי ibid. l. 32.
ינאו קפוטקאה ibid. l. 33.
ינאי בר שמואל ibid. l. 33.
ינאי בן שמעון ibid. l. 31.
יעקב בר אבא ibid. l. 33.
יעקב בר אבא תלמיד באיי p. 96. b. l. 3.
יעקב בר אבא תלמיד ר ב ibid. l. 4.
יעקב בר אבינא ibid. l. 14.
יעקב בר אדא ibid. l. 6.
יעקב בר אחא p. 96. b. l. 1. & 11.
יעקב אבוה דרב אחא ibid. l. 5.
יעקב בר אידי ibid. l. 6.
יעקב בר גיורא ibid. l. 9.
יעקב בר הרייבא ibid. l. 14.
יעקב בר זבדי p. 96. b. l. 3.
יעקב בר חסדא ibid. l. 8.
יעקב דכפר חנן ibid. l. 12.
יעקב בר בריה דר׳ יעקב ibid. l. 15.
יעקב בר יעקב ibid. l. 13.
יעקב איש כפר נבוריא ibid. l. 8.
יעקב אביו של ר׳ נחמן ibid. l. 9.
יעקב בר נחמני p. 96. b. l. 4.
יעקב בר נפתלי ibid. l. 7.
יעקב בר סיי ibid. l. 13.
יעקב עומסיי ibid. l. 13.
יעקב מנהר פקוד ibid. l. 7.
יעקב קרחא ibid. l. 12.
יעקב דרומאה ibid. l. 12.
יעקב בריה דבת שמואל p. 96. b. l. 4.
יעקב בר תחליפא ibid. l. 5.
יפת אבוה דר׳ בנימין ibid. l. 15.
יצחק בר אבוה p. 97. a. l. 10.
יצחק בר אבא ibid. l. 15.
יצחק בר אבין ibid. l. 14.
יצחק בר אבדימי p. 96. b. l. 29.
יצחק בר אחא p. 96. b. l. 20.
יצחק בר ארא ib. l. 25. juxta ש״י in Iuchaſ. legitur ben אדם.
יצחק בן אלישיב p. 97. a. l. 5.
יצחק בר אמי 96. b. l. 28. & 97. a. l. 16.
יצחק בן אלעזר p. 96. b. l. 20.
יצחק בר אשיאן p. 97. a. l. 8.
יצחק בר ביזנא ibid. l. 9.
יצחק בר זירא p. 97. a. l. 8.
יצחק בר זעירי ibid. l. 15.
יצחק בר חייא ibid. l. 11.
יצחק בן חלוב p. 97. a. l. 1.
יצחק בר חיפא ibid. l. 5.

יצחק

יצחק בר חנינא ibid. l. 13.
יצחק חקולא p. 96. b. l. 20.
יצחק בר טבלא p. 96. b. l. 19.
יצחק בן רב יהודה p. 96. b. l. 26.
יצחק בר יוסף ibid. l. 27.
יצחק בר יעקב ברגיורי p. 97. a. l. 2.
יצחק הכהן ibid. l. 15.
יצחק בן לוי ibid. l. 12.
יצחק מגדלאא p. 96. b. l. 33.
יצחק בר מרון p. 97. a. l. 8.
יצחק בר משרשית p. 97. a. l. 1.
יצחק אבוה דרב נחמן ibid. l. 9.
יצחק שבירך לר' נחמן p. 96. b. l. 18.
יצחק בר נחמני ibid. l. 26.
יצחק בר נפחא ibid. l. 20.
יצחק סומקא p. 97. a. l. 3.
יצחק סתם p. 96. b. l. 18.
יצחק איש כפר עיטוס ibid. l. 10.
יצחק איש כפר עכו p. 97. a. l. 13.
יצחק בן פזי p. 97. a. l. 2.
יצחק בן פנחס p. 96. b. l. 20.
יצחק פסקאה ibid. l. 4.
יצחק תלמיד רב פפא ibid. l. 28.
יצחק בן קיסמא p. 97. a. l. 13.
יצחק קסקאה ibid. l. 27.
יצחק קריצפא p. 97. a. l. 11.
יצחק קרטאגינה p. 97. a. l. 13.
יצחק בריה דרבה ברבר חנה p. 97. a. l. 7.
יצחק בר רדיפא ibid. l. 14.
יצחק רובה עם רבי p. 96. b. l. 25.
יצחק ריש גלותא p. 96. b. l. 16.
יצחק בר שילא p. 97. a. l. 12.
יצחק בר שמואל ibid. l. 6.
ירמיה בר אבא ibid. l. 17.
ירמיה בר אחא ibid. l. 25.
ירמיה בן אלעזר ibid. l. 16.
ירמיה ביראה ibid. l. 25.
ירמיה מנופתא ibid. l. 24.
ירמיה בר נתן ibid. l. 25.
ירמיה מרפתי ibid. l. 16.
ירמיה סתם תלמיד ר' הונא ib. l. 19.
ירמיה בר תחליפא ibid. l. 23.
ישכב בשם ר' לוי ibid. l. 26.
ישמעאל בר אבא ibid. l. 27.
ישמעאל רבו שלר' חייא ibid. l. 28.
ישמעאל איש כפר ימא ibid. l. 27.
ישמעאל אביו של ר' ינאי ibid. l. 28.
ישמעאל בר יצחק ibid. l. 29.
ישמעאל בר נחמן ibid. l. 28.
ישמעאל בר תנחום ibid. l. 26.
יששכר דכפר מנדי ibid. l. 30.
יתא ירושלמי ibid. l. 30.


## כ


רב כהנא p. 97. a. l. 31.
כהנא בר חיננא ibid. b. l. 19.
כהנא חבירו של רב יוסף ib. b. l. 16.
כהנא בר מלכיו ibid. l. 21.
כהנא בר מניומי ibid. l. 20.
כהנא בר מתתיה p. 97. b. l. 20.
כהנא בר נחמיה ibid. l. 18.
כהנא ורב ספרא ibid. l. 16.
כהנא חמוהי דרב משרשיה ibid. l. 19.
כהנא דבי רב ibid. l. 21.
כהנא בר תחליפא ibid. l. 20.
כהן אחיו של ר' חייא בר אבא ibid. l. 21.
כהן בר דלא ibid. l. 22.

כירים ibid. l. 24.
כפרא ibid. l. 25.
כרוספראי בריה דר׳ שבתי ibid. l. 25.

## ל

לא הוא ר׳ הילאי p. 98. a. l. 11.
לוי סתם הוא ר׳ לוי בן סיסי p. 97. b. l. 28.
לוי בר בוטא p. 98. a. l. 9.
לוי בר בורי ibid. l. 11.
לוי בר ברכית ibid. l. 2.
לוי בר דרגא ibid l. 10.
לוי בר היני ibid. l. 3.
לוי בר הונא ibid. l. 5.
לוי בר זכרית ibid. l. 10.
לוי חתניה דר׳ זכרית ibid. l. 4.
לוי בר חיתא ibid. l. 9.
לוי בר טברי ibid. l. 8.
לוי בר לחמא ibid. l. 3.
לוי בר סימון ibid. l. 7.
לוי בר סיסי ibid. l. 12.
לוי סתם ibid. l. 4.
לוי בן פיטס ibid. l. 9.
לוי בן פרטא ibid. l. 7.
לוי בן שמואל ibid. l. 2. & alius l. 7.
לוי בר שלום ibid. l. 3.
לווטי ibid. l. 12.
לודא ibid. l. 14.
לוליאני בר טברי ibid. l. 15.
לי לי בר מאניא ibid. l. 15.

## מ

מארי בר אבות p. 98. a. l. 17.
מארי בר איסק p. 98. b. l. 2.
מארי בר ביסנא p. 98. a. l. 17.
מארי בריה דרב הונא p. 98. b. l. 1.
מארי אביו של רב זוטרא ibid. l. 1.
מארי בר מר ibid. l. 17.
מארי בר רב חסדא ibid. l. 32.
מארי בר פנחס ibid. l. 32.
מארי הקרמון ibid. l. 33.
מארי בר רחל בת שמואל ibid. l. 18.
מבוג p. 98. b. l. 2.
מונא ibid. l. 3.
רב מונא ורב חסדא ibid. l. 3.
מיאשא בר בריה דר׳ יהושע בן לוי ibid. l. 3.
מכתיר ibid. l. 4.
מלאי אביו של ר׳ אלעזר ibid. l. 6.
מלוך ערבאה ibid. l. 8.
מלכיא ibid. l. 7.
מלכיו ibid. l. 6.
ממל אבוה דר׳ אבא ibid. l. 8.
מנא דשאב ibid. l. 9.
מנא בר תנחום ibid. l. 13.
מני רצור ibid. l. 9.
מני בריה דרב יונה ibid. l. 10.
מניומי ibid. l. 13.
מניומי בריה דרב ניחומי ibid.
מנימין בר איהי ibid. l. 16.
מנימין בר חייא ibid.
מנימין בנרוקא ibid. l. 15.
מנימין סקסקאה ibid. l. 15.
מנחם דמן גליא ibid. l. 19.
מנחם בן גופתא ibid. l. 19.

מנחם

מנחם אחוהי דר׳ גוריון ibid. l. 18.
מנחמא בר זעירא ibid. l. 20.
מנחם יורפאה ibid. l. 21.
מנחם בן כפרי ibid. l. 19.
מנחם בר סימאי ibid. l. 17.
מנחם איש כפר שערים ibid. l. 20.
מנסיא בר בריה דר׳ מנסיא ibid.
רב מנשי ibid. l. 22.
מנשה בז מן עולא ibid. l. 25.
מנשיא בר גדא ibid. l. 24.
מנשיא בר יהודה ibid. l. 24.
מנשיא בר יעקב ibid. l. 23.
מנשיא בר מנחם ibid. l. 23.
מנשיא מדויל ibid, l. 25.
מנשיא בן עזות ibid. l. 21.
מנשיא בר החליפא ibid. l. 25.
מר בר אידאי p. 99. a. l. 5.
מר בר אחא בריה דרבא ibid. l. 18.
מר בר בר אדא בר אהבה ibid. l. 13.
מר בר אמימר ibid. l. 14.
מר בר רב אשי הקדמון ibid. l. 15.
מר בר רב אשי שחתם התלמוד ibid. l. 17.
מר בריה דמר זוטרא ibid. l. 14.
מר בר חייא ibid. l. 16.
מר בריה דרב יוסף p. 99. a. l. 5.
מר בר ישמעאל ibid. l. 6.
מר ינוקא ומר קשישא ibid. l. 9.
מר ממשוכי ibid. l. 6.
מר המדותי לפני שמואל ibid. l. 13.
מר בריה דרב סמא ibid. l. 16.
מר קשישא בריה דרבא ibid. l. 12.
מר בריה דרבבינא p. 98. b. l. 29.
מרדכי p. 99. a. l. 18.
מרי טבי p. 98. b. l. 28.
מריון בר אבין לפני רבינא p. 99. a. l. 19.
מריון לפני ר׳ יהושע בן לוי ibid. l. 20.
מרימר ומר זוטרא p. 98. b. l. 26.
מרימר ור׳ אבא בר זכרא ibid. l. 27.
מרימר בר חנינא ibid. l. 26.
מרינוס בר אושעיא p. 99. a. l. 19.
מרינוס אביו של ר׳ שבתי p. 99. a. l. 18.
מרתא דודו של רב ibid. l. 10.
משה בר עצרי אביד של ר׳ הונא ib. l. 7.
משרשיא בר חקלאי ibid. l. 22.
משרשיא בר חנן ibid. l. 24.
משרשיא בר רב ibid. l. 24.
משרשיא בר רבא ibid. l. 22.
משרשיא מתונסיה ibid. l. 21.
מתון תלמיד ריב״ל ibid. l. 29.
מתנה חבר ר׳ יהודה ibid. l. 29.
מתנה אביו של רבה ibid. l. 31.
מתנן מפפוניה ibid. l. 25.
מתניה בנו של ר׳ יונתן ibid. l. 31.
מתתיה בר יהודה ibid. l. 28.

נ.

נאגבריי בריהד רב יוסף p. 100. a. l. 5.
נרבך אשיאן בר נרבך p. 99. b. l. 1.
נהוראי תלמיד שמואל ibid. l. 2.
נהלאי בזמן ר׳ הונא ibid. l. 1.
נודלא p. 100. a. l. 3.
נחמא ibid. l. 22.
נחמן הוא בר יעקב ibid. l. 2.
נחמן בר אברימי ibid. l. 20.
נחמן בר אושעיא ibid. l. 23.
נחמן בר איש פוזהי ibid. l. 17.
נהמן בר ברוך ibid. l. 20.

נחמן בר גוריא ibid. l. 23.
נחמן בר רב זבדא ibid. l. 22.
נחמן בר זכריה ibid. l. 21.
נחמן בר חנין ibid. l. 20.
נחמן בר רב חסדא ibid. l. 18.
נחמן בריה דרב יוסף ibid.
נחמן בר יצחק ibid. l. 14.
נחמן בר כהן ibid. l. 19.
נחמן בר מניומי ibid. l. 22.
נחמן בר נתן ibid. l. 23.
נחמן ספרטא ibid. l. 20.
נחמן בר פפא ibid. l. 21.
נחמן בר רבא ibid. l. 22.
נחמן בר שמואל ibid. l. 21.
נחמיה בר ברוך ibid. l. 24.
נחמיה דיפר ibid. l. 24.
נחמיה בר חייא ibid. l. 26.
נחמיה איש בקעת חוריתין ibid. l. 25.
נחמיה חתניה דבי נשיאה ibid. l. 26.
נחמיה בריה דרב הונא ibid. l. 27.
נחמיה בר יוסף ibid. l. 24.
נחמיה ורבנא עוקבא ibid. l. 25.
נחום אחוה דר׳ אילא p.99.b.l.30.
נחום בן זכריה ibid. l. 31.
נחום בן ירמיה p.99.b.l.29.
נחום בר נפח ibid. l. 30.
נחום איש קודש קרשים p.99.b.l.28.
סימאי is est Menachem bar
נחומי בר אייא ibid.
נחמני כהן p.99.b. l. 32.
נחמני אביו של רבה ibid. l. 32.
נחמני אביו של ר׳ שמואל p. 100. a. l. 1.
נחוניה בריה דרב יוסף p. 99. b. l. 27.
פיולי p. 100. a. l. 2.

ניחומי בר אדא ibid. l. 31.
ניחומי זקנו של רבא בר מניומי p. 99. b. l. 30.
נימוסי p.100. a. l.4.
ניותי ibid. l. 3.
ניקמכי ibid. l. 5.
ניתאי חתניה דר׳ מארי ibid. l. 6.
ניתאי ibid. l. 6.
נפחא הוא ר׳ יוחנן ibid. l. 6.
נפחא אביו של ר׳ יצחק ibid. l. 7.
נתן בר אבין ibid. l. 10.
נתן בר אמי ibid. l. 7.
נתן אסיא ibid. l. 20.
נתן בר אושעיא ibid. l. 9.
נתן בר ברכיה ibid. l. 10.
נתן אבוה דר׳ הונא ibid. l. 20.
נתן בר מר זוטרא ibid. l. 11.
נתן בר טוביה ibid. l. 11.
נתן בר מניומי ibid. l. 15.
נתן רצציצתא ibid. l. 12.
נתן בר שילא ibid. l. 12.

## ס

סבא הוא אליהו p. 100. a. l. 22.
סבא קרויא ibid. l. 23.
סבי דבומפדיתא רב יהודה ורב עינא ibid. l. 24.
סוגא ואמרי לה פוגא שמעיה ibid. l. 25.
סוחחב בר פפא ibid. l. 25.
סחורא ibid. l. 25.
סימאי ibid. l. 27.
סימאי אביו של לוי ibid. l. 27.
סימון אחיו של ר׳ יהודה ibid. l. 28.
סימון בן תדאי ibid. l. 28.
סימונא ibid. l. 28.

סיני הוא רב יוסף ibid. l. 29.
סלא חסידא ibid. l. 30.
סמא בר אשי ibid. l. 33.
סמא בר אתי ibid.
סמא בר חלקאי p. 100. a. l. 32.
סמא בר יאודא ibid. l. 33.
סמא בריה דרב יבא ibid. l. 1.
סמא בר ירמיה p. 100. b. l. 1.
סמא בריה דרב משרשיא ibid. l. 1.
סמא בריה דרבא p. 100. a. l. 33.
סמא בר רקתא p. 100. b. l. 1.
סמלין ibid. l. 2.
ספרא ibid. l. 2.
ספרא בר טוביית ibid. l. 10.
ספרא בריה דרב ייבא ibid. l. 9.
ספרא בר שעורים ibid. l. 10.

ע

עארא אמר ר׳ שמלאי p. 100. b. l. 11.
עבריה p. 101. a. l. 6.
עבר גלילאה p 100. b. l. 11.
עזיאל בר ר׳ עזיאל ibid.
עולא תקרא רב עולא רבא ib. l. 12.
עולא בר אבא ibid. l. 15.
עולא בר אידי ibid. l. 17.
עולא בר אשי ibid. l. 17.
עולא בר זכאי ibid. l. 16.
עולא בר חננא ibid. l. 16.
עולא בר ישמעאל לאביי ibid. l. 16.
עולא משגש ibid. l. 17.
עולא סבא ibid. l. 14.
עולא vel עלעא vel עילא vel עיולא ibid. l. 21.
עולא בר עילאי ibid. l. 15.
עירא ibid. l. 23.
עא ibid. l. 24.
מר עקבא ibid. l. 25.
רבנא עוקבא ורבנא נחמיה p. 101. a. l. 2.
עוקבא בר חמא ibid. l. 4.
עוקבא ממישן ibid. l. 4.
עקבא ממשרתי ibid.
עזא בזמן רבין ibid. l. 7.
עזרא בר אבטולס ibid. l. 8.
עוריה דכפר חנן ibid. l. 7.
עיא הוא ר׳ חייא בן ערל ibid. l. 8.
עילאה אבוה דרבא בר עילאה ib. l. 14.
עיפא ואבימי בני רחבא ibid. l. 12.
עינא סבא ibid. l. 13.
עליש ibid. l. 11.
עמרם חסידא ibid. l. 15.
עמרם בריה דר׳ שמעון בר אבא ib. l. 15.
רב ענן ibid. l. 18.
ענן בר חייא ibid. l. 20.
ענן בר תחליפא ibid. l. 20.
ענגאי בר ששן ibid. l. 18.
עקביא ibid. l. 5.
עקיבא ibid. l. 21.
עקיבא בר זכרי ibid. l. 21.
עקיבא דקסרי ibid. l. 21.
בן ערל p. 101. a. l. 9.

פ

פראי ר׳ חנינה בר פראי p. 101. a. l. 26.
בר פרה ibid. l. 25.
פריה רבו של רי״בל ibid. l. 23.
פרת אביו של ר׳ אלעזר ibid. l. 23.
פרת בן ר׳ אלעזר ibid. l. 24.
פוגה

Digitized by Google

פוגה ואמה לח סוגה ibid. l. 26.
פזי ר׳ יהודה בן פזי ibid. l. 27.
בר פולי ibid. l. 28.
פלימו ibid. l. 28.
פנחס ורב מארי בני של רב חסדא ibid. l. 31.
פנחס בריה דרב מארי ibid. l. 3.
פנחס החבר ibid. l. 4.
פנחס בר חמא ibid. l. 2.
פנחס הכהן p. 101. b. l. 1.
פנחס בן ערובא ibid. l. 3.
פנחס צפוראה ibid. l. 4.
פנחס אחיו של רב שמואל p. 101. a. l. 32.
פפא סתם ibid. l. 5.
פפא בר אבא ibid. l. 5.
פפא בר אבא לרבינא ibid. l. 11.
פפא בר אחא בר אדא ibid. l. 11.
פפא השני רבו של רב אשי ibid. l. 9.
פפא בר חנן ibid. l. 9.
פפא בר נחמן ibid. l. 11.
פפא בר שמואל ibid. l. 10.
פפי ואשתו בת ר׳ יצחק נפחא ibid. l. 4.
פרטא בן אלעזר ibid. l. 16.
פרידא ibid. l. 14.
פרנך ibid. l. 13.
פלופיא בר פרוטא ibid. l. 17.

## צ

צדוק תלמיד רבי ibid. l. 19.
צורבא מדרבנן ibid. l. 21.
ציותאי ibid. l. 20.

## ק

קהל קדישא שבירושלים p. 102. a. l. 5. eſt R. Joſe ben Meſchullam
קטינא אבוה דר׳ דניאל p. 101. a. l. 4.
קטינא חריף שקי ibid. l. 1.
קלא p. 101. b. l. 33.
קסרא ibid. l. 28.
קפרא רבו של ר׳ אושעיא ibid. l. 28.
קרנא p. 101. b. l. 34.
קריספא p. 101. b. l. 34.
קיפור תלמיד רב אשי p. 102. a. l. 5.
קשישא בן רב חסדא ibid. l. 33.

## ר

ראובן הוא רבין בר נחמן p. 102. a. l. 7.
רבי הוא אבא אריסא וכן איבר ib. l. 10.
רבה בר אבוה p. 102. b. l. 26.
רבה בר אביגא p. 103. a. l. 18.
רבה חבר של אביי p. 102. b. l. 5.
רבה בר רב אדא p. 103. a. l. 4.
רבה בר אהילא p. 103. a. l. 23.
רבה בריה דר׳ אויא p. 102. b. l. 31.
רבה אושאה ibid. l. 15.
רבה בר איבו p. 102. b. l. 33.
רבה בר אחותא p. 102. b. l. 32.
רבה בריה דר׳ אידי p. 103. a. l. 5.
רבה בר איהי p. 103. a. l. 9.
רבה בר איתי ibid.
רבה בר אמי p. 103. a. l. 22.
רבה בר ברונה p. 103. a. l. 22.
רבה בר המנונה p. 103. a. l. 21.
רבה בר רב הונא p. 102. b. l. 16. ille eſt R. Hammenuna.

רבה

Digitized by Google

רבה בר רב הונא זוטא ibid. l. 19.
רבה פוטי p. 103. a. l. 14.
רבה בר זוטרא p. 102. b. l. 32.
רבה בר חייא קטפסאה p. 103. a. l. 4.
רבה בר חנה p. 102. a. l. 25.
רבה בר חנן בר אבא ibid. l. 22.
רבה בן רב חננא סבא p. 103. a. l. 10.
רבה ורב חסדא p. 102. a. l. 33.
רבה בר חקולא p. 103. a. l. 23.
רבה בר יונתן p. 103. a. l. 14.
רבה בר יוסף p. 102. b. l. 9.
רבה בר יחיאל ibid. l. 22.
רבה בר יצחק p. 103. a. l. 17.
רבה בר ירמיה p. 103. a. l. 8.
רבה בר ישמעאל ibid. l. 26.
רבה בר רב כהנא p. 102. b. l. 25.
רבה בר ליואי p. 102. b. l. 20.
רבה בר לימא p. 103. a. l. 25.
רבה בר מארי p. 103. a. l. 11.
רבה בן רב מארי p. 103. a. l. 10.
רבה בר הסדודי 103. a. l. 3.
רבה מברניס ibid. l. 9.
רבה בר מחסיא ibid. l. 19.
רבה בר ממל p. 103. a. l. 18.
רבה בר מריון p. 103. a. l. 26.
רבה בר מתנה p. 103. a. l. 20.
רבה בר נחום p. 103. a. l. 26.
רבה בר נחמיה p. 103. b. l. 21.
רבה בר רב נחמן p. 102. b. l. 24.
רבה בר נחמני הכהן p. 102. a. l. 31.
רבה בר נתן p. 103. a. l. 26.
רבה בר רב עולא p. 103. a. l. 7.
רבה בר עילאי ibid. l. 21.
רבה בר עכסאי ibid. b. l. 25.
רבה בר ענן ibid. l. 22.
רבה בר עפרן p. 103. a. l. 17.
רבה בר רב פפא ibid. l. 21.
רבה מפריקא p. 102. b. l. 33.
רבה מפשרוניא p. 103. a. l. 15.
רבה מקוביי p. 103. a. l. 6.
רבה בריה דרבה בר הונא ib. l. 8.
רבה בר שאונה p. 103. a. l. 17.
רבה בר שאלתא p. 103. a. l. 7.
רבה בר שומט ibid. l. 22.
רבה בר שילא p. 102. b. l. 33.
רבה בר שילת p. 103. a. l. 9.
רבה בר שימי ibid. l. 10.
רבה בר שמואל p. 102. b. l. 30.
רבה בר שירה p. 103. a. l. 16.
רבה בר שמען p. 103. a. l. 5.
רבה בר שרשום ibid. l. 18.
רבה תוספאה p. 103. a. l. 1.
רבה בר תחליפא ibid. l. 14.
רב אבין ibid. l. 29.
רב אבוה דר׳ משרשיא p. 103. a. l. 24.
רב אחוי דמר אחא p. 103. a. l. 24.
רב מדפתי p. 103. a. l. 28.
רב זוטי דבי רב פפא vel ut al. R. Aba Suthi p. 103. a. l. 23.
רב בר מנומי ibid. l. 27.
רב ריחומי p. 103. b. l. 9.
רבי רומאנוס p. 103. b. l. 7.
רבי רחבא ibid. l. 7.
רב בר שבא p. 103. b. l. 28.
רביא בר קיסי p. 103. a. l. 12.
רבין בר אדא ibid. l. 30.
רבין דנרש p. 103. b. l. 2.
רבין בר חנא p. 103. a. l. 31.

רבין בר רב יהודה ibid. l. 5.
רבין בר רב נחמן p. 103. a. l. 29.
רבין סבא p. 103. b. l. 1.
רבינא האחרון ibid. l. 33.
רבינא זוטי בן אחותו של רבינא p. 103. b. l. 3.
רבינא זוטי ibid. l. 4.
רבינא בר נחוניה p. 103. a. l. 28.
רבינא הקדמון ibid. l. 32.
רבינא בר שילא p. 103. a. l. 29.
רבנא חוזאי p. 103. a. l. 31.
רבנאי אחוהי דרבי חייא p. 103. a. l. 30.
רובין ירושלמי p. 103. b. l. 4.
רומאנוס ibid. l. 7.
רחבה ibid. l. 7.
ריחומי ibid. l. 9.
רמיש בר פפא ibid. l. 10.
רמי בר אבא ibid. l. 19.
רמי בר ברבי ibid. l. 17.
רמי בר ברכיה ibid. l. 21.
רמי בר חמה ibid. l. 10.
רמי בר יודן ibid. l. 22.
רמי בר יחזקאל ibid. l. 17.
רמי בר מרי ibid. l. 21.
רמי בר פפא ibid. l. 18.
רמי בר תמרי ibid. l. 19. qui eſt Remi bar Diunli.
רימטא בר ינאי ibid. l. 22.
רפרם מסיכרא ibid. l. 22.
רפרם בר פפא ibid. l. 23.

## ש

שאול בזמן ר' זירא p. 103. b. l. 24.
רב שבא ibid. l. 26.

שבור מלכא הוא שמואל ibid. l. 25.
שבתאי בר מרינוס ibid. l. 27.
שבחת בריה דר' חנינא p. 104. a. l. 15.
שרכי ibid.
שהיה p. 103. b. l. 24.
שובי ibid. l. 28.
שותי בר ויומר ibid. l. 29.
שילא ibid. l. 29.
שילא בר בראבונא p. 104. a. l. 1.
שילא בזמן רב p. 103. l. 31.
שילא משלניא ibid. l. 33.
שילא שופט ibid. l. 30.
שילא אביו של ר' שמואל p. 104. l. 2.
שימי בר אבא ibid. l. 9.
שימי בר אביי ibid. l. 13.
שימי בר אשי ibid. l. 5.
שימי זעירא ibid. l. 8.
שימי בר חייא ibid. l. 10.
שימי בר יוסף ibid. l. 12.
שימי מחוזנאה ibid. l. 13.
שימי מנהרדעא ibid. l. 12.
שימי מקסרי אבוה דר' הושעיא ibid. l. 8.
שימי בר עוקבא ibid. l. 9.
שירה ibid. l. 14.
שישה בר אידי ibid. l. 14.
שישה בר הונא ibid. l. 15.
שלום ibid. l. 19.
שלמיה ibid. l. 16.
שלמון ibid. l. 17.
שלמון מבי צלוחית ibid. l. 17.

שמואל בר אבא מהגרוניא p. 104. b. l. 29.
שמואל בריה דר׳ אבהו p. 104. b. l. 26.
שמואל בר אבדימי ibid. l. 32.
שמואל בר ארא p. 105. a. l. 9.
שמואל בר אהינאי p. 104. b. l. 23.
שמאל בר אחא p. 104. b. l. 16.
שמואל בר אחותאי ibid. l. 22.
שמואל בר אמי p. 104. b. l. 17.
שמואל בר אניא ibid. l. 23.
שמואל בר בידרי p. 105. a. l. 2.
שמואל בר ביסנא p. 104. b. l. 16.
שמואל אחוה דרב ברכיה ibid. l. 29.
שמואל תן גוריא ibid. l. 31.
שמואל בר זוטרא p. 104. b. l. 24.
שמואל בר זעירא affert ש״י ſed non exſtat in Iuchaſin.
שמואל בר חייא p. 104. b. l. 27.
שמואל בר חלפתא p. 104. b. l. 26.
שמואל בר רב חסדא p. 105. a. l. 7.
שמואל בר יהודה p. 104. b. l. 15.
שמואל בר יוסי ibid. l. 31.
שמואל ואחיו ר׳ יוסף p. 104. b. l. 24.
שמואל בר ייבא p. 105. a. l. 2.
שמואל בר ינאי ibid. l. 9.
שמואל בר יעקב p. 104. b. l. 18.
שמואל בר יצחק אברומא ibid. l. 33.
שמואל בר יצחק p. 104. b. l. 10.
שמואל בר כהנא p. 104. b. l. 28.
שמיאל כהן בריה דאבא p. 104. a. l. 19.
שמואל מדפתי p. 105. a. l. 8.
שמואל מזרוקניא p. 105. a. l. 3.
שמואל מרי p. 105. a. l. 1.
שמואל בר מרתא ibid. l. 3.
שמואל מתואך p. 104. b. l. 33.
שמואל בר נחום p. 105. a. l. 6.
שמואל אחוהו דרב נחמיה p. 104. b. l. 33.
שמואל בר נרב p. 104. b. l. 25.
שמואל סבא p. 104. b. l. 17.
שמואל בר סםטראי ibid. l. 18.
שמואל אחיו של ר׳ פנחס ibid. l. 27.
שמואל בר צדוק p. 105. a. l. 2.
שמואל בר קטינא p. 104. b. l. 17.
שמואל קפוטקאה p. 105. a. l. 9.
שמואל בר רב שבא p. 104. b. l. 25.
שמואל בר שילת p. 104. b. l. 6.
שמואל בר תחליפא p. 105. a. l. 8.
שמלאי בר מלאה ibid. l. 14.
שמלאי מלוד ibid. l. 13.
שמלאי שמעיה דרב נהורא ibid. l. 12.
שמן בר אבא הכהן p. 105. a. l. 10.
שמן מסיכרא ibid. l. 13.
שמעיה בזמן רבינא ibid. l. 15.
שמעיה בר זירתאני ibid. l. 15.
שמעיה מקל נבו ibid. l. 14.
שמעון בר אבא ibid. l. 24.
שמעון בן אבישלום ibid. l. 25.

שמעון בר ביסנא p. 105. a. l. 24.
שמעון בן גורע ibid. l. 33.
שמעון בר זביד ibid. l. 26.
שמעון בן זירא ibid. l. 32.
שמעון בן זירוז p. 105. a. l. 29.
שמעון בר חייא .תחאה ibid. l. 33.
שמעון חסידא p. 105. b. l. 1.
שמעון בר יהוצדק p. 105. a. l. 27.
שמעון בר יונה ibid. l. 32.
שמעון בן יוסי בן לקוני ibid. l. 28.
שמעון בן יסינא ibid. l. 30.
שמעון בריה דר׳ יעקב דמנצור p. 105. a. l. 23.
שמעון בן יקים ibid. l. 30.
שמעון בר לוי ibid. l. 24.
שמעון בן לוריא ibid. l. 31.
שמעון בן לקיש ibid. l. 18.
שמעון בן פזי p. 105. a. l. 21.
שמעון נזירא ibid. l. 27.
שמעון הצידוני ibid. l. 31.
שמעון ברבי ibid. l. 15.
שמעון בן שטח p. 105. a. l. 31.
שפטא p. 105. b. l. 1.
שעוריה ibid. l. 1.
שקוד ibid. l. 2.
שרביה ibid. l. 2.
שרשום ובנו רבא ibid. l. 3.
שרשיה בר אידי ibid. l. 3.
ששנא בריה דרב שמואל ibid. l. 4.
רב ששת ibid. l. 9.

## ת

תאוני p. 105. b. l. 13.
תראי ibid. l. 13.
בן תרל והוא בן ערל ibid. l. 14.
תודוס איש רומי ibid. l. 15.
תומא בן פפיאס ibid. l. 16.
תחליפא בר אבינא ibid. l. 19.
תחלופא בר אברימי ibid. l. 16.
תחליפא בר גזת ibid. l. 19.
תחליפא אבוה דרב הונא ibid. l. 17.
תחליפא בריה דרב הונא ibid. l. 17.
תחליפא חמוהי דרב חמא ibid. l. 18.
תחליפא בר רב חסדא ibid. l. 17.
תחליפא בר מערבא ibid. l. 18.
תחליפא דקסרין ibid. l. 19.
תחליפא אבוה דרבנא ibid. l. 20.
תחליפא בר שאול ibid. l. 20.
תנחומה בר אבא ibid. l. 24.
תנחום דכפר אגנן בר חייא ib. l. 20.
תנחום בר אמי ibid. l. 23.
תנחום בריה דרב חייא ibid. l. 21.
תנחום בר חנילאי ibid. l. 22.
תנחום בר יהודה ibid. l. 21.
תנחום בר יודן ibid. l. 21.
תנחום דמן נוי ibid. l. 23.
תנחום דמן פרוד ibid. l. 24.
תנחום שנתצול מגובא דאריוותא ib. l. 25.

Addemus

Digitized by Google

Addemus huic Indici Catalogum Auctorum, quos allegavit R. Gedalja in *Schalſcheleth Hakkabbala*, ſeu *Catena Traditionis*, ſecundum edit. Amſtelodamenſem an. 457. 8. quia *Veneta* æque ac *Cracovienſis*, quamvis accuratior, rara admodum eſt nec facile parabilis. Nomina Latine expreſſimus, ut nonnullis conſuleretur, qui vel hac ratione Nomina Propria Doctorum Judaicorum recte pronunciare diſcent. Commemoratos autem hic Lector tantum inveniet Seburæos & Geonæos, ac, qui illos exceperunt, recentiores Judæorum Doctores, quia de Miſchnicis & Gemaricis nihil in noſtro hôc occurrit, quod non in libro *Juchaſin*, adeoque & in Indice ſuper eum confecto, legatur.

## A.


Aaron 43. b.
Aaron 41. b.
Aaron 48. b.
Aaron f. Iſaaci 40. a.
Aaron f. Levi 44. a. 45. b.
Aaron Lunel 45. b.
Aaron f. Moſe 28. b.
Aaron fil. Segarmera. 27. b.
Aba 27. a.
Abarbanel 37. a.
Abigador 41. b.
Abraham 27. a.
Rabb. Abraham 41. a.
Abraham de Balmes 50. a.
Abraham f. Chajim 42. b.
Abraham Chivan 49. a.
Abraham f. Chija 31. b.
Abraham Cohen 52. b.
Abraham f. David 35. a.
Abraham f. Dior 32. a.
Abraham ben Eſra 31. a.
Abraham Hieroſ. 51. a.
Abraham f. Iſaac 44. a. 38. b. 40. a.
Abraham f. Iſmaël 46. a. 48. a.
Abraham Levi 35. a. b. 36. b.
Abraham f. Maimon 33. b. 35. a.
Abrahem Meſſahar 46. a.
Abraham Minzi 51. a.
Abraham frater Nathan 31. b.
Abraham Naſi 36. a.
Abraham Piſanus 52. b.
Abraham Ratisbon. 44. b.
Abraham Rovigo 52. b.
Abraham f. Samuel 42. a. 40. a.
Abraham f. Samuel Zacut 50. a.
Abraham Schalom 49. a.
Abraham Seba 50. a.
Abraham Vivaſch 49. a.
Abraham Zacut 36. b.
Abunezer 34. a.
Acha 27. a. 35. b.
Achai 27. b.
Achai ben Huna 26. b.
Achonai 27. a.
Aina 26. b.
Albarzelloni 30. b.
Alkiroan 28. a.
Almoſchnino 42. a.
Alpharabi 34. a.

Amnon Mogunt. 44. a.
Amram 27. b.
Amram f. Schinana 27. b.
Ariſtoteles 34. a.
Aſariel 52. a.
Aſariel Tarbito 40. a.
Aſche 35. b.
Aſcher 42. b. 47. a.
Aſcher Lemle 34. b.
Aſcher f. Saul 48. a.
Avigador 50. b.

## B.

Baruch 30. b.
Baruch 39. a.
Baruch 42. a.
Baruch 42. b.
Baruch f. Iſaaci 41. b.
Baruch Mogunt 39. a.
Baruch Regensb. 40. b.
Baruch Wormat. 41. b.
Bechai 31. a.
Bechai f. Aſcher 45. b.
Benjamin 31. b.
Benjamin 39. b.
Benjamin 44. a.
Benjamin Seev 50. a.
Bibi 27. a.
Bonhaſtrock 41. a.
Bonſtrock 50. b.
Boſai 27. a.
Boſthenai 27. a.

## C.

Cathariel 49. a.
Chajath 41. a.
Chajim 47. b.
Chajim 28. a.
Chrjim 40. b.
Chajim Botzal 51. a.
Chajim f. Chananel 43. a.
Chajim f. Joſeph 42. b.
Chajim Sacerdos 41. b. 42. a.
Chajim f. Sam. 46. a.
Chalai 27. a.
Chanan 27. a.
Chananja 27. a.
Chanina 27. a.
Chanina 27. b.
Chananel 29. a.
Chananel 30. a
Chananel 31. b.
Chaoch 29. b.
Chasda 28. b.
Chasda 29. b.
Chasda f. Iſaaci f. Sproth 29. b.
Chasdai Levita 38. b.
Chasdai f. Niſſim 43. b.
Chasdai Kreskas 47. b. 48. a.
Chatech 29. a.
Chija 27. a.
Chija Eldior 32. b.
Chiskija 28. b.
Chiskija 42. a.
R. Chiskia Wurzb. 45. b.
Choſchiel 29. a.
Choſchiel 30. a.
Cohen Zedeck 27. b.
lib. Colbo 45. a.

## D.

David Abudraham 46. a.
David Almuſar 34 b.
David Cohen 45. b. 46. a.

David

Digitized by Google

David Corfu. 50. a.
David f. Jachija 45. a. 49. a. b. 51. a. 52. b. 53. a.
David de Italia 46. a.
David Kimchi 41. b.
David f. Kolonymi 41. b.
David Nepos Maimon 32. b. 35. a.
David Mimmez 42. a.
David Mimminsburg 40. b.
David Rubeni 34. b.
Devid ben Saccai 27. b.
David Samuel 52. b.
David f. Samuel 42. b.
David f. Salomo 49. a.
Doſa 15. b.

E

Elaſar f. Meſchulam 38. b.
Elaſar f. Meir 38. b.
Elaſar f. Nathan 38. b.
Elaſar f. R. Aſcher 47. b.
Eldad Danita 28. a.
Elchanan 41. b.
Elchanan 52. b.
Elijakim 41. a.
Elijakim f. R. Aſcher 47. b.
Elijakim f. Joſeph 38. b.
Elias 48. a.
Elias Baruch 52. b.
Elias Chajim 32. b. 33. b. 50. a.
Elias German 50. a.
Elias f. Iſaac 42. b.
Elias Miſrachi 49. a.
Elias Pariſ. 40. a. b.
Elics Senex 43. a.
Elieſer 39. a. b.
Elieſer 48. b.
Elieſer f. Immanuel 42. b.
Elieſer f. Joël 41. b.
Elieſer f. Juda 39. b.
Elieſer Mimmez 38. b. 44. a. 41. b.
Elieſer Mittoch 41. b.
Elieſer Mutinenſis 42. a.
Elieſer f. Secharja 42. b.
Elieſer f. Simon 39. a.
Elieſer Wormatienſ. 50. a. 39. b. 43. a.
Ella 42. a.
Ephraim 41. a.
Ephraim 31. b.
Ephraim f. Jacob 39. a.
Ephraim f. Jacob Viennenſis 44. a.
Ephraim f. Iſaac 38. b. 40. b.
Ephraim Mibbona 39. a.
Ephraim Nathan 38. a.
Ephraim Ratisb. 39. a.
Eſra 30. b. 43. a.
Ezechiel 41. b.

G

Gedalja f. Iechija 42. b. 45. a. 49. b. 51. a. 53. a.
Gerſon 31. b. 41. b. 42. a. 47. b. 49. a.
Gerſon f. Salomo 42. b.

H.

Hai 28. a.
Hai 30. a.
Hai f. David 27. b.
hb. הגויר 45. a.
Haritz f. Abraham 41. a.
Haritz f. Samuelis 41. a.
Helai 27. b.
Hermes 34. a.

Hieron.

Digitized by Google

Hieron. de S. Fide 45. a.
Huna 28. b. 38. b.
Huna 27. a.

I.

ר״י 42. a.
Jabez 39. b.
Jacob 27. a.
Jacob 27. b.
Jacob 31. b.
Jacob 39. b.
Jacob 40. a.
Jacob Aurel. 39. a.
Jacob fil. Aſcher autor Turim 47. a. b.
Jacob Berav 49. b. 50. a.
Jacob Caſtil. 48. b.
Jacob f. Chaviv 49. b.
Jacob Corbel 39. a.
Jacob f. Dav. 51. a.
Jacob Domrog. 30. b. 40. a.
Jacob f. Gekatilia 46. a. 39. b.
Iacob f. Jacar 31. b. 37. b. 24. b. 38. b.
Jacob f. Iſaaci 39. b.
Jacob Iſraël 40. b.
Jacob Kenon 40. b.
Jacob Levi 48. b.
Jacob Lando 48. b.
Jacob Mantino 52. a.
Jacob Melin 48. b.
Jacob Mikkorſan 41. b.
Jacob f. Moſis 46. a.
Jacob Pinzi 52. b.
Jacob Polak 51. a.
Jacob Rekanati 48. b.
Jacob Tam. 40. a.
Jakar 39. a.
Jakar f. Samuel 39. b.
Jechiel 31. b.
Jechiel 47. a. b.
Jechiel Piſanus 52. b.
Jechiel Pariſ. 44. b. 45. a. b.
Jechija 29. b.
Jechija f. Jaiſch 29. a.
Jechija f. Juda 30. b.
Jedaja Happenini 45. a.
Jedidia 42. a.
Jekuthiel 46. a.
Jekuthiel f. Moſe 39. b.
Jerucham f. Meſchullam 48. a.
Jeſaias Acharon 39. b.
Jeſaias Riſchon 39. b.
Jeſaias nepos 39. b.
Jeſaias de Trani 42. a.
Jeſchua 49. a.
Immanuel Ziphron 42. a.
Jochanan Alman 50. a.
Jochanan Treves 44. a. 52. b.
Joël 39. a.
Joël Bonenſis 40. a.
Joël Levi 38. b.
Joël Pariſ. 48. b.
Joël f. Raban i. e. R. Elaſar f. Nathan 38. b.
Jom Tov 45. a.
Jom Tov f. Abrah. 45. b.
Jom Tov. Aſchbili 48. a.
Jona 29. l. 43. b. 45. a.
Jona Gerund. 43. b.
Jona alius 43. b.
Jonathan 35. b.
Jonathan f. David 39. a.
Jonathan Sacerdos 42. b.
Joneka 27. a.

Joſe

Joſe f. Zaddik 30. b.
Joſeph 27. a.
Joſeph 27. b.
Joſeph diſcipulus Maimonid. 38. b.
Joſeph 43. a.
Joſeph f. Abraham 49. b.
Joſeph Albo 48. a.
Joſeph Aurel 40. b.
Joſeph Bachor Schor 40. b.
Joſeph de Benedeto 40. b.
Joſeph Chivan 49. a.
Joſeph f. Caſpi 46. a.
Joſeph f. Chavib 48. a.
Joſeph f. Gecatilia 29. b. 48. a. 49. b.
Joſeph f. Gerſon 35. a.
Joſeph Hamon 50. b.
Joſeph f. Jacob 30. b.
Joſeph Jaſija 49. b.
Joſeph Jachiad 42. b. 46. a. 51. a. 49. b. 52. b.
Joſeph f. Jechija 29. b.
Joſeph f. Iſaac 30. a. 40. b.
Joſeph Karo 51. a.
Joſeph Kimchi 41. b. 50. b.
Joſeph Kolon 48. b.
Joſeph Kolzoph 42. a.
Joſeph Korkos 51. a.
Joſeph f. Labi 50. a.
Joſeph Levi f. Iſaſchar 47. b.
Joſeph f. Mardochai 38. b.
Joſeph f. Megas 32. a. 35. a.
Joſeph f. Meir 42. a.
Joſeph f. Meir Megas 30. b.
Joſeph Mikkartraſch 40. b.
Joſeph f. Moſis 41. a.
Joſeph Otilingo 52. a.
Joſeph f. Pelath 39. b. 42. a.
Ioſeph Satanes 29. a.
Ioſeph f. Sarga 49. b.
Ioſeph Sarka 50. a.
Ioſeph f. Schem Tov 49. a.
Ioſeph ben Schilo 27. a.
Ioſeph f. Schoſchan 48. a.
Ioſeph Teitzak 49. b.
Ioſeph f. Tobiæ 45. a.
Ioſeph Tov Illem 45. a. 31. b. 38. b.
Ioſeph Zaddik 34. a.
Ioſias Babylon. 43. a.
Ioſippon 34. b.
Ioſua Tarſeko 42. b.
Ioſua Hallorki 45. a.
Iſaac 27. a.
Iſaac 27. b.
Iſaac 39. b.
Iſaac 40. a.
Iſaac 46. a.
Iſaac Abarb. 50. b.
Iſaac f. Abba 39. a.
Iſaac f. Abraham 42. b.
Iſaac Adarvi 51. a.
Iſaac Alpheſi 31. a.
Iſaac Arama 49. b.
Iſaac f. Aſcher 31. b.
Iſaac Avuhab 48. b.
Iſaac f. Baruch 30. a.
Iſaac Gohen 42. b.
Iſaac Durenſis 48. a.
Iſaac Geath f. Hariz 41. a.
Iſaac f. Geath 30. b. 39. a.
Iſaac Habbachur 41. b.
Iſaac f. Haravad 41. a.
Iſaac f. Iacob f. Baruch 30. a.
Iſaac f. Iacob de Lates 48. a.
Iſaac Iaſchiri 27. b.

Iſaac f. Iſai 27. b.
Iſaac nepos Iſaaci Iſraël. 30. a.
Iſaac f. Iſraël 32. a. 37. a. 47. b.
Iſaac f. Iſaac 40. b.
Iſaac Iſraëlita 30. a. 34. a.
Iſaac f. Iuda 42. b. 31. b. 32. a. 39. b.
Iſaac Karo 51. a.
Iſaac Korbelenſis 45. b.
Iſaac Kanpanto 48. b.
Iſaac Laban 39. b. 42. b.
Iſaac f. Lateph 46. a.
Iſaac de Lates 52. b.
Iſaac f. Levi 42. b. 31. b. 38. b.
Iſaac de Leon 48. b.
Iſaac f. Malchiel 41. b.
Iſaac f. Mardochai 38. b. 39. b. 40. b.
Iſaac f. Manoach 46. a.
Iſaac f. Meir 39. a. b. 40. b.
Iſaac f. Melchiſedec 38. b.
Iſaac f. Menachem 40. b.
Iſaac Mipporinas 41. b.
Iſaac Mivveni 42. a.
Iſaac f. Moſe 30. b.
Iſaac Nathan 46. a.
Iſaac f. Oſchaja 45. b.
Iſaac Pariſ. 42. a.
Iſaac de Phes 39. a.
Iſaac f. Perez 41. b.
Iſaac pater Raſchi 37. b.
Iſaac f. Riſchba 45. a.
Iſaac f. Riſchbam 40. a.
Iſaac f. Ruben 30. b. 39. a.
Iſaac f. Sal. 46. a.
Iſaac f. Samuel 43. a. 41. a.
Iſaac Senex 41. a. b.
Iſaac f. Scheſchat 48. a.
Iſaac f. Sid 46. a.
Iſaac Sprot 48. a.
Iſaac Stein 50. b.
Iſaac f. Todros 44. b.
Iſaac Viennenſis 44. a.
Iſochaï 27. b.
Iſraël 52. b.
Iſraël Germ. 48. b.
Iſraël f. Iechijun 48. a.
Iſraël de Lombrico 46. a.
Iſraël Nathan 49. a.
Iſraël Narbon. 49. a.
Iſraëlin Auſtriac. 48. b.
Iuda 47. a.
Iuda 53. a.
Iuda 27. a.
Iuda 27. b.
Iuda 42. a.
Iuda 43. a.
Iuda Adrotel 52. b.
Iuda Avigador 50. b.
Iuda f. Aſcher 47. a.
Iuda de Balnes 34. b.
Iuda f. Barſiel 30 b.
Iuda f. Barſillai 42. b. 31. b.
Iuda f. Benjamin 44. a.
Iuda Chajoth 49. b.
Iuda Chaſid 42. a. 31. b.
Iuda Cohen 32. a.
Iuda Iachiad. 49. a.
Iuda f. Iechija 29. a. b.
Iuda f. Iſaac 43. a. 41. b. 42. a.
Iuda f. Kalonymi 39. a.
Iuda de Lates 46. a.
Iuda Levi 30. b.
Iuda magnus 32. a.
Iuda Medicus 42. a.
Iuda f. Meir 52. a.

Iuda Mogunt 39. a.
Iuda f. Moſis 46. a.
Iuda f. Nathan 38. a. 40. b.
Iuda Pariſ. 41. b. 42. b.
Iuda ben Paſſi 29. b.
Iuda f. Riſchba 45. a.
Iuda Spirenſis 42. a.
Iuda f. Tibbon 31. a. b.

K.

Kalonymus 30. a.
Kalonymus f. Iuda 32. a.
Kana pater Nechonja 36. a.
Karæi 49. b.
Kimui 27. b.
Kalonymus 41. b.
Kalonymus f. Meſchullam 44. b.
Kalonymus f. Meir 46. a.

L.

ben Laana 13. a.
Leon de Moriel 40. b. 45. a.
Meſſer Leon 44. b. 49. a.
Leo Iud. 51. a.
Levi f. Abrah. 46. a.
Levi f. Chaviv 47. b. 50. a.
Levi f. Gerſon 47. a. b.
Levi Tarbus 48. b.

M.

Machir 48. a.
Magotz 42. a.
Naimon pater. Maimonidis 35. a.
Maimonides 32. a. ſqq.
Makoſchbia 40. a.
Malchie 27. a.
Manoach 46. a.
Mardochai Auſtr. 45. b.
Mardochai Comtino 49. b.
Mardochai Dato 36. a.
Mardochai f. Hallai 45. b.
Mardochai f. Iehoſapha 42. b.
Mardochai Matelon 51. a.
Mardochai Pinzi 50. a.
Mardochai Provincial. 46. a.
Mardochai Tormeſa 40. b.
Mari 27. a.
Mari Cohen 27. a.
Mari ben Meſcharſchi 27. a.
Marinus ben Gannach 29. b.
Matatja 48. b.
Matatja 48. a.
Matatja 27. b.
Matatja 43. a.
Matathia Iizhari 46. a.
Matatja Kenon 41. b.
Matathia Mikkartraſch 40. b.
Medraſch 28. a.
Meir 42. a.
Meir 49. b.
Meir Anglus 41. b.
Meir tres 30. b.
Meir Algodez 48. a.
Meir f. Baruch 39. a. b. 42. a. 45. b.
Meir Cohen 44. a. 48. a.
Meir Katzenelbogen 52. a.
Meir Levita 45. b.
Meir f. Moſis 39. b.
Meir Patav 45. a.
Meir Rotenburg 42. a. 45. b. 47. a.
Meir f. Samuel 39. b.
Meir f. Todros 39. b.
Meir Trincketal 42. a.
Meir f. Virgæ 49. b.



Digitized by Google

Menachem 39. a.
Menachem 40. a.
Menachem de Ioni 45. b.
Menachem Mijoni 40. b.
Menachem Rekanati 48. b.
Menachem f. Salomo 46. a.
Menachem f. Serach 48. a. b.
Menaſſe 27. a.
Meſchullam 39. b. 44. b.
Meſchullam f. Jacob 42. b.
Meſchullam f. Moſe 42. b.
Mori haſſaken 31. b.
Moſes 27. b.
Moſes 29. a.
Moſes 40. b.
Moſes 48. a.
Moſes Aleſchkar 50. a.
Moſes Almoſnino 51. a.
Moſes Anav 31. b.
Moſes f. R. Aſcher 47. b.
Moſes Beſulo 52. a.
Moſes Capſali 49. a.
Moſes Cohen 39. b.
Moſes Cohen Tordeſilla 48. a.
Moſes Darſchan 31. b.
Moſes f. David 28. b.
Moſes Ferraro 39. a.
Moſes f. Gekatilia 30. a.
Moſes nepos Gerſon 42. b.
Moſes Hamon 50. b.
Moſes f. Joël 39. b.
Moſes f. Joſeph 42. b.
Moſes f. Iſaac f. Eſra 30. a.
Moſes f. Iuda 42. b. 48. b.
Moſes Kimchi 41. b. 42. b.
Moſes Korduero 51. a.
Moſes Kotſenſ. 42. b.
Moſes de Leon 46. a.
Moſes Levi Alkabetz 51. a.
Moſes Luneleníis 40. b.
Moſes f. Maimon 32. a.
Moſes Mizzorach 45. b.
Moſes f. Mardochai 34. b.
Moſes f. Nachman 42. b.
Moſes Narbonenſis 44. a.
Moſes pater 44. a.
Moſes Pavienſis 30. a.
Moſes Ponderika 43. a.
Moſes Ratisbon. 39. b.
Moſes de Reiti 49. a.
Moſes Spirenſis 49. a.
Moſes Tibbon 42. b.
Moſes Todros & ejus f. Levi 42. b.
Moſes Tranenſis 51. a.

## N

comm. Nachmanid. MS. 43. a.
Nachman 40. b.
Nachman 43. a.
Nachman propheta 35. b.
Nachmanides 36. a.
Nachmanides 46. a.
Nachſchon 27. b.
Nachſchon f. Zaddick 27. b.
Nathan 31. a.
Nathan 31. b.
Nathan 49. a.
Nathan Machiri 39. b.
Nathanaël Kenon 44. b.
Niſſim 30. a.
Niſſim 44. a.
R. Niſſim f. Rab. 43. b.
Nitronai 27. a.
Nitronai 27. b.

Oba-

O

Obadias 32. b.
Obadias f. Abrah. 35. a.
Obadias Bartenora. 50. a.
Obadias f. David 48. a.
Obadias Sphorno 52. a.

P

ר״ף Sacerd. 48. a.
Paltui 27. b.
Pedigores 32. a.
Peretz 39. a.
Peretz 45. a.
R. Peretz 45. a.
Peripoth Duranti 48. a.
Picus Mirand. 50. a.
Pinchas f. Meſchullam 39. a.
Porat 39. b.
fil. Porat 40. a.
Porphyrius 34. a.
Pythagoras 34. a.

R

Raabia 39. b.
Mar Rabba 27. a.
Rabba ben Avu 28. a.
Rabba f. Nachmani 28. b.
Rabia 38. b.
Rabſchalom 27. b.
Raphaël 48. b.
Raphaël Iedidja 49. a.
Al Raſi 34. a.
Ribas 38. a.
Riba Levi 38. b.
Riſchbam 37. a. 38. a.
Robertus Minjo 42. a.
Ruben f. Iaſchiſch 42. b.
Ruben f. Nathan 31. b.
Ruben f. Niſſim 43. b.
Ruſchiel Kreskas 50. b.

S

Salomo 34. b.
Salomo 41. b.
Salomo 48. b.
Salomo f. Abraham 42. b.
Salomo Addereth 45. a.
Salomo f. Aſcher 43. a.
Salomo Chaſid 47. a.
Salomo Cohen 39. a.
Salomo f. David 35. a.
Salomo Dreves 43. a.
Salomo f. Gavirol 30. a.
Salomo Hiſpanus 32. a.
Salomo Iachiad. 49. a. b.
Salomo Iaſchiſch 42. b.
Salomo f. Iechivan 39. b.
Salomo f. Iechija 32. a.
Salomo Iechija 46. b.
Salomo f. Ioſeph 45. b.
Salomo Iſaac i. e. רש״י 32. a.
Salomo f. Iuda 42. b.
Salomo Levita 42. a.
Salomo Malcho 36. b.
Salomo patruelis Moſis Darſchan 31. b.
Salomo nepos Simſon 46. a.
Salomo f. Tasrath 48. a.
Samuel 28. b.
Samuel 31. b.
Samuel 41. b.
Samuel 39. b.
Samuel 43. b.




Digitized by Google

Samuel 40. a.
Samuel 27. a.
Samuel 41. b.
Samuel 29. b.
Samuel 39. a.
Samuel f. Aba 26. b.
Samuel Abarbanel 52. b.
Samuel pater Baruch Sam. f. 39. a.
Samuel f. Eliæ 40. a.
Samuel Haſſardi 42. b.
Samuël pater Ioſiæ 31. b.
Samuël f. Ioſiæ 29. a.
Samuël f. Chophni 44. b.
Samuel Levita 38. b. 48. a.
Samuel Medinenſis 51. a.
Samuel f. Meir 39. b. 40. a.
Samuel f. Menachem 42. a.
Samuel Mibbonbarack 42. a.
Samuel Mivvardos 40. b.
Samuel Propheta 40. a. b.
Samuel propheta Pater Iudæ chaſid 42. a.
Samuel Sarſa 49. a.
Samuel f. Schelacha 42. b.
Samuel Tibbon 42. b.
Samuel f. Tibbon 31. a. 38. b.
Samuel f. Zadock 48. a.
Samuel Ziralijo 50. b.
Samuel cujus filius Salomo Iachija 42. b.
Saul Cohen 50. b.
Saul f. David 51. a.
Saul f. Salomo 39. b.
lib. Schaare Zion 42. a.
Schanina 27. a.
Schealthiel 39. b.
Schem Tov 28. b.
Schem Tov 49. a.
Schem Tov 38. b.
Schem Tov 50. a.
Schem Tov f. Schem Tov 49. a.
Schemaja 38. b.
Schemaja Tornenſis 42: a.
Schemarja 29. a.
Schemarja 38. a.
Schemarja 42. a.
Scherira 28. a.
Schimon 38. a.
Schimon משנץ 38. a.
Schimſchon 41. a. b.
Schimſchon Kenonenſis 41. b.
Schem Tov 28. b.
Seadja. 28. b.
Liber Seder Olam Suta 29. b.
Serachja Levi 41. a.
Simcha 38. b.
Simcha 39. a.
Simcha de Vitro 37. a. 38. a. 39. a.
Simeon 48. a.
Simeon f. Aſcher 47. b.
Simeon Iuſtus 15. b.
Simon f. Iſaaci 32. a.
Simon Kara 27. a.
Simon Kara 39. a.
Simon f. Tobiæ 38. b.
Simeon b. Zadock 48. a.
Simeon b. Zemach 48. a.
Simſon 42. b.
Simſon f. Abraham 42. b.
Simſon f. Abſalon. 42. b.
Simſon f. Iſaac 41. b.
Simſon Mippelai 40. b.
Simſon Miſſchanz 41. b.
Simſon f. Simſon 43. a.
Simſon f. Zadock 45. b.

Simſon

Digitized by Google

Simſon f. Zemach 45. b.
Soncinates 49. a.
Mar Sutra 27. a.

T

R. Tam 38. a.
R. Tam 39. b.
R. Tam 40. a.
Tam nepos Raſchii 38. b.
Todros 46. a.
Todros Abulaphia 45. b.
Todros f. Iachija 45. a.
Todros Levita 42. b.

V

Meſſer Vidal 44. b. 45. b.

Z

Zemach 27. b.
Zemach 28. a.
Zemach de Mile 52. b.
Zemach f. Paltui 27. b.
Zidkia R. Abrah. 44. a.

Succedat Catalogus Magiſtrorum Judaicorum inde a Seburæis usque ad recentiora tempora, concinnatus ex *Zemach David*, ſecundum paginas editionis Latinæ Vorſtii, (ut eo communior ejus uſus eſſe poſſit) ita tamen, ut, ubi Interpres in exprimendis Nominibus Propriis erravit (quod frequenter fit) ibi emendatio fieret ex contextu Hebræo. Addidi vero ex eodem, prout in noviſſima & auctiore editione Prag. 1692. 4. curata exſtat, recentiorum quorundam Rabbinorum nomina, ad differentiam ſecundum annos notata, quæ in prioribus Hebraicis, atque adeo & Latina verſione non exſtant.

A

Abina p. 121.
Abrah. f. Chija 134.
Abrah. Clauſner 148.
Abrah. f. Dav. prior 137. 139.
Abrah. f. Dav. poſterior 139.
Abrah. b. Eſra 138.
Abrah. Naſi 134.
Abrah. Pragenſ. 153.
Abrah. autor Neve Schalom 149.
Abrah. autor Derech Emuna 149.
Abrah. Zacuth 140.
Achai b. Hunna 121.
Acha b. Rabba 121.
Acha ex Schebacha 124.
Akiba Francofurtenſis ad an. 5357.
Alphes ſecundus 139.
Amnon 141.
Aſcher 144.

B

Bechai b. Aſcher 143.
Bechai 137.
Baruch Wormat. 140.
Bene Aſcher & Naphthali 131.
Benjamin Löw 152.
Benjamin Tudelenſ. 138.
Boſthenai 123.
Boſthenai alius 123.

Chaija

Digitized by Google

C

Chaija Miſæus 123.
Chajim Cohen ad an. 5376.
Chanan meiſchka 122.
Chanina Gaon, ex Nehar pekod. 123.
Chanina b. Nehira 122.
Channa 123.
Chasdai 146.

D

David Avudraham 145.
David El David 135.
David Kimchi 139.
David Lembergenſis 5401.
David Vital 149.

E

Elias Bachur 151.
Elias Miſrachi 149.
Elias Wormaticenſis ad an. 5370.
Eliezer Germanus 151.
Elieſer Wormatienſis (pro Germa-ſinus) 141.
Elieſer Treves 155.

G

Gerſon 132.

H

Hai 130. 131.
Hai b. David 123.
Haſchel ad an. 5423.
Hilai Levita 123.
Hillelis Codex 139.
Hunna 121.
Hunna Mori b. Joſeph 123.

I

Iac. f. Aſcher 145.
Iacob Badreſchi 143.
Iac. f. Chaviv 149.
Iac. Falck 151.
Iac. Genzburg ad an. 5370.
Iac. f. Iakar 132.
Iac. Linda 149.
Iac. Vilnenſis, (pro Movilin) 147.
Iac. ex Nehar Pekud. 124.
Iac. Veil 148.
Iac. Wormatienſ. 155.
Iechiel pater Aſcher 142.
Iechiel Pariſ. 142.
Iedidja b. Moſche Galante, ad an. 5368.
Iehuda f. Barzellon. 132.
Iehuda Chaijat 141.
Iehuda Chaſid 140.
Iehuda Gaon 124.
Iehuda f. Levi 132. 136.
Iehuda f. Nachman 125.
Iehuda b. Tibbon (pro Tachan) 134.
Iehuda auctor Tanja 144.
Ierucham 144.
Ieſchua 149.
Ieſchaja Horwitz ad an. 5370.
Ina 122.
Ioel Sicrks ad an. 5401.
Iona Teomim 5401.
Iom Tov f. Abrah. 146.
Iom Tov, auctor Maggid miſchne ibid.
Ioſchia Cracovienſis ad an. 5401.
Ioſe 121.

Ioſ. Aben Eſra 132.
Ioſ. Albo 147.
Ioſ. Ketz 158.
Ioſ. Cohen 133.
Ioſ. Dajan 134.
Ioſ. Iuſpa Hahn ad an. 5393.
Ioſ. Levi Megas 136.
Ioſ. Maggid Levi 132.
Ioſ. Karo 156.
Ioſ. Kolon 149.
Ioſeph Præſes Pumbedithanus 124.
Ioſeph Schelomo ad an. 5393.
Ioſeph f. Schitanes 130.
Ioſeph Seburæus 122.
Ioſ. Tov. 132. 135.
Ioſ. autor *Schaare Ora* 149.
Ioſua Lorki 145.
Iſaac autor Ittur. 139.
Iſaac Abarb. 150.
Iſaac Chajuth 157.
Iſaac f. Abrah. 138.
Iſaac Abuhav 149.
Iſaac Arama 149.
Iſaac Alphes 133.
Iſaac Bachur 138.
Iſaac f. Baruch 132.
Iſaac Corbelenſ. 141.
Iſaac Durenſis 145.
Iſaac Gaon 123.
Iſaac f. Geath 132.
Iſaac Iſraelita 143.
Iſaac Aben Sid. 141.
Iſaac Meling 156.
Iſaac Nathan 148.
Iſaac Senior 138.
Iſaac Viennenſ. 141.
Iſaac f. Salom. 142.
Iſaac b. Scheſchath 146.
Iſaac Sproth 146.
Iſaac Tirna 148.
Iſrael Baruch 148.
Iſrael Germanus 148.

L

Lahimlan (lege Lemlen) 150.
Leva 159.
Levi b. Gerſon. 143. 145.
Levi b. Chaviv 152.
Lipman 148.
Lipman, cujus ſunt Toſephot Iom Tov, ad an. 5370. & 5401.
Lōw Archiſynagogus Moguntinus ad an. 5393.

M

Maharil 147.
Mardochæus f. Hillel. 143.
Mardochæus Japhe 158.
Mardochæus Meiſel 160.
Mardoch. Nathan 148.
Mechir 146.
Meir Aldabi 145.
Meir f. Baruch 144.
Meir Lublinenſis, ad an. 5376.
Meir Medicus 147.
Meir b. Todros 141.
Meir Patavinus 154.
Meir Rotenburg 142.
Meir Schiph ad an. 5393.
Meir Stern, ad an. 5440.
Menachem Rekanati 143.
Menachem f. Serach 146.
Menaſſe f. Levi 123.
Mendlin Phes ad a. 5423.



Digitized by Google

Mendela Krochmehl ibid.
Mori b. Dimi 122.
Mori b. Huna 122.
Moſes Birgel ad an. 5370.
Moſes Briscenſis 5401.
Moſes Cohen 140.
Moſes Cotſeaſis 141.
Moſes Galante ad an. 5368.
Moſes Haddarſchan 132.
Moſes Iſerles 155.
Moſes Kimchi 139.
Moſes Nachman 139. 140.
Moſes Luria 158.
Moſes b. Tibbon 142.
Moſes de Trani 156.

N

Nathan 134.
Nathan Grodnenſis 156.
Nathan Spira ad an. 5393.
Niſſim 142. 145.
Nitronai b. Nehemia 123.

O

Obadia 144.
Obadja Bartenora. 151.
Obadja Siphroni 153.
Omer b. Ketaph 123.

P

Perez Cohen 141.

R

Rabba Gaon 123.
Rabbai 122.
Rabbena ex Vmza 121.
Rabia 123.
Rambam 137. bis 140.
Ramban 139. 140. 142.
Raſchi 134.

S

Saadias 128.
Salomo f. Adrath 142.
Salomo f. Gavirol 132.
Salomo Luria 155.
Salomo Molcho 152.
Salomo Oſtravienſis (pro Mouſtera) 132. 134.
Salomo Salman, ad an. 5440.
Sal. Urbinenſ. 149.
Samuel pater Judæ 139.
Sam. Abarbanel 152.
Sam. Tarſa 150.
Samuel Eidels, ad an. 5376.
Samuel Koidenover, ad an. 5439.
Schechana 153.
Schemuel f. Chophni 131.
Samuel f. Judæ 121.
Samuel ex poſteris Matemar 124.
Schaphtel f. Jeſchaja Horwitz 5370.
Schem Tov Lugd. 143.
- - - 148.
- - - 149.
Scherira 129.
Schinana 123.
Auctor Seder Olam R. & S. 135.
Serachja 132.
Serachja 137.
Sima f. Iehuda 121.
Simcha 134.
Simeon Kaira 124.
Simeon Duran 146.
Simeon Schetels ad an. 5393.
Simo-

Digitized by Google

Simona 122.
Simſon f. Abrah. 138.
Simſon Darſchan 144.
Simſon Gensburg 157.
Simſon ex Kenon 144.
Simſon f. Moſis 138.
Simſon Wormatienſ. ad an. 5401.
Simſon f. Zadock 144.
Susman, ad an. 5370.
Sutra f. Chanina 121.

T

Techanna f. Chanina 121.
Tham 137.

Z

Zerachja 132.
- - 137.

Addemus his Catalogum Magiſtrorum, qui poſt Seburæos & Geonæos vixerunt, quique laudantur ab Immanuele Aboab in Nomologia Hiſpanice edita.

A

Abrah. b. Eſra 279.
Aben Eſra, nepos prioris 280.
Abrah. Levita b. David 280.
Aſarja Levita 273.
Aſcher 284.

B

Bechai vel Bahye 285.

H

Hai 278.
Hananel 273. 278.
Hanoch 272.

I

Iechiel b. Aſcher 284.
Iehuda b. Aſcher 284.
Iehuda Levita 279.
Iehuda b. Tibbon. 281.
Ioſeph Caro 285.
Ioſeph Cohen 281.
Ioſeph Levita 272.
Ioſ. Levita Aben Megas 274. 278.
Iſaac Aben Geat. 273. 280.
Iſaac Aboab 285. 286. ſq.
Iſaac Alpheſi 273.
Iſaac b. Baruch 273.
Iſaac Canpanthon 286.
Iſaac Iſraelita 284.
Iſaac de Leon 286.
Iſaac b. Moſche 273.
Iſaac b. Ruben 273.

L

Levi b. Gerſon 285.

M

Meir Levita 274. 285.
Moſes 271.
Moſes Cotſenſis 282.
Moſes Maimonid. 274. ſq.
Moſes Nachmanides 282. 283.

N

Niſſim b. Iac. 273.

P

Perez Cohen 284.

S

Salomo b. Addereth 283.
Salomo b. Gavirol 280.
Salòmo Iſaacides (i. e. Raſchi) 279.
Samuel Levita 271. 278.
Semarja p. 271.

U

Uſiel 271. 273.

Agmen claudat Index Doctorum Iudaicorum alphabeticus, ex variis Barrioſii Opuſculis Hiſpanicis uno volumine, quod titulum præfert: *Triumpho de Govierno Popular* &c. junctis editisque in Belgio an. 1683. 8. ubi ſingulis Virorum nominibus, qui vel literis & auctoritate vel ſcriptis inter ſuos claruerunt, additur titulus opuſculi, in quo eorum fit mentio. Hic catalogus notitiam ſuppeditabit præcipuorum Iudæorum, qui Superiori Sæculo per quinquaginta circiter annos floruerunt, & quorum ex parte mentio in Bibliotheca Hebræa fieri non potuit, quoniam multi illorum nihil ſcripſerunt.

A

*Aaron Curiel.* Tora Or. 28.
*Aaron Pereyra* Tora Or. 27.
*Aaron Perez* Arbol de las Vidas 89.
*Abrab. Baruch* Arbol de las Vidas 63.
*Abrab. Cardoſo*: Relacion de los Poëtas 56.
*Abrab. Coen de Lara*: Maskil el Dal. 110.
*Abrab. Coen Pimentel.* Cor. Ley 3.
*Abr. Cuitinno* Meirat Enajim. 92.
*Abrab. Dav. Avendana* Arbor de las Vidas 92.
*Abr. Farar* Gemilut Chaſadim 50. & Relacion de los Poetas p. 53.
*Abr. Frois.* Maskil el Dal. 108.
*Abr. Gabbai* Gemilut Chaſad. 50.
*Abrab. Gutierrez :* in fine totius collectionis.
*Abr. Gomez :* Temime darech. 8. Relac. de los Poetas 60.
*Abr. Gomez Arauxo:* Relac. de los Poetas 60.
*Abrab. Henriquez*: Relac. de los Poetas 60. & Maskil el Dal, 108.
*Abrab. Herrera* : Hiſtor. Univerſ. Iudaica : 20.
*Abr. Gomez Arias* : Tora Or 51. 56.
*Abrab. Michael Cardoſo*: Tora Or. 39.
*Abrab. de Paiva* : Tora Or 40.
*Abrab. Penſo* Cor. Ley. 10.
*Abrab. Peregrino* : Relacion de los Poetas 54. 59. conf. Laur. Eſcudero.
*Abrab. Pereyra.* Tora Or. 30. Relac. de los Poet. p. 59.
*Abrab. de Pinto* : Ieſiba de los Pintos 56.

Abr.

*Abr. Reynoſo*, Maskil el Dal. 108.
*Abr. de los Rios:* Maskil el Dal. 97.
*Abrab. Sacuto*: Relacion de los Poetas 55.
*Abrab. Sema*: Etz chajim 84. & in Aumento de Iſrael p. 2. ubi carmen ejus Hebr.
*Abrab. Senior Coronel*: Meirat Enajim. 60.
*Abr. del Soto*: Etz chajim 85.
*Abrah. David Avendana*: Arbor de las Vidas 92.
*Anton Enriquetz Gomez*: Relac. de los Poetas p. 57.

B

*Benjam. Dias Pato*: Arbol de las Vidas 78.
*Benjamin Eſpinoſa*: Etz chajim 61.

C.

*Cuſtodio Lobo*: Relacion de los Poetas: 56. & Aumento de Iſrael; 20.

D

*Daniel Belillos.* Corona de Ley. p. 9. & Maskil el Dal. 99. ubi carmen ejus Hebr.
*Daniel Jehuda*: Relacion de los Poetas 58.
*Daniel Jeſchurun*: Arbol de las Vidas. 93. & Jeſiba de los Pintos 56.
*Daniel Lopez*: Temime Darech 8.
*Daniel Perez*; Jeſiba de los Pintos. 56.
*Daniel Salom*: Arbol de las Vidas: 93.
*Daniel Sema Aboab*; Tora Or 28. Maskil el Dal. 109.
*David Abenatar Melo*: Relac. de los Poetas: 53. & Jeſiba de los Pintos: 56.
*Dav. de Acoſta Andrada*: Relacion de los Poetas 56.
*Dav. Antunes*: Relac. de los Poetas: 57.
*Dav. Braſillai*: Meir. Enajim: 62.
*Dav. Chillon*: Arbol de las Vidas: 91.
*Dav Drago*: Cor. Ley. 9. & Maskil el Dal. 96.
*Dav. Enriquetz Pharo*: Alabança de la Ley divina: 11.
*Dav Franco de Acoſta*: Tora Or. 27.
*Dav. de Leon*: Corona del Ley p. 9.
*Dav. Levi de Mortera.* Coron. Ley. 9.
*Dav. Lopez de Paz.* Coron. Ley. 9.
*Dav. Naſi*: Relac. de los Poetas: 58.
*Dav. Nunnez Mercado*: Meir. Enajim 62.
*Dav. Pardo*: Triumpho del Governo popular; 27.
*Dav. de Pina*: Arbol de las Vidas; 91. & Aumento de Iſrael: 19.
*Dav. Peſſoa*: Meirath Enajim. p. 63.
*Dav. Salom. de Azevedo*: Cor. Ley. p. 9.
*Dav. Sarpati*: Govierno Popular: 33.
*Dav. Valverda*: Corona Ley. 9.



Digitized by Google

## E

*Elias Lopez* Jeſiba de los Pintos 55.
*Elias Montalto*: Relacion de los Poëtas. 55.
*Elias Macborro*: ib. p. 58.
*Emanuel Abenatar* Arbol de las Vidas 82.
*Ezechiel Roſa*: Relacion de los Poetas 54.

## G

Gabriel Lopez Redondo Tora Or 28.

## I

*Iac. Alvaretz* Jonem Dalim 58. & Arbol de las Vid. 91.
*Iac. de Aguilar*: Maskil el Dal. 110.
*Iac. Belmonte* Relacion de los Poetas p. 53.
*Iac. Bueno de Meſquita*: Tora Or 27.
*Iac. Canſino* Hiſtoria Univerſal Judaica 15.
*Iac. Caſtro de Paz* Meirat Enajim 62.
*Iac. Caſtelo*: Relac. de los Poëtas p. 60.
*Iac. Gabbai Enriquez*, Or Tora. 28.
*Iac. Gomez Neto* Maskil el Dal. 98.
*Iac. Henriquez Prato*, Meirath Enajim 62.
*Iac. Ieſchurun*. Cor. Ley. 10.
*Iac. Iſrael Moreno*. Tora Or. 42.
*Iac. Lagarto*: Etz chajim 87.
*Iac. Levi de Barrios*: poſt Maskil el Dal pag. 146. legitur funebre in eum carmen.
*Iac. de Pina*: 54.
*Iac. Querido* elog. Funebre ejus in Luzes de Ley divina p. 2. fuit is Rabbinus Mittelburg. v. Etz chajim. 88.
*Iac. Sasportas*: Hiſtor. Univerſ. Judaica. 15.
*Iac. Senior Henriquetz*: Meirat Enajim. 60. 61.
*Iac. Soarez Preſto* Meirath Enajim 62.
*Iac. Telles de Acoſta*: Tora Or 27.
*Iac. Tirado* Relacion de los Poetas 53.
*Iac. Uſiel*: Relac. de los Poetas p. 57.
*Immanuel Nehemias*; Relacion de los Poetas 54.
*Ionas Abarbanel*: Jonem Dalim. 85. Relac. de los Poet. 58.
*Ioſijahu Mocata*: Meir. Enajim. 63.
*Ioſijahu Roſales*; Relacion de los Poetas: 56.
*Ioſua de Silva*, Lond. Jeſiba de los Pintos 55. & Arbol de las Vidas. 88.
*Joſeph Abarbanel*: Etz chajim. 85.
*Ioſ. Athias* Tora Or. 28.
*Ioſeph Bueno*: Relacion de los Poetas: 54. 57.
*Ioſ. Coen Pharo*: Arbol de l. Vidas 65.
*Ioſ. f. Elieſer*: Jeſiba de los Pintos 56.
*Ioſ. Frances*: Relac. de los Poetas 57.
*Ioſ. Mocata*: Tora Or 27.
*Ioſ. Pardo*: Triumpho del Govierno Popular: 26.
*Ioſ. Penſo*: Alabança de la Ley. 17.
*Ioſ. Pharo*: Arbol de las Vidas 63.
*Iſ. Aboab*; Govierno Popula: 28.

*Iſ. Beloſinos.* Arbol de las Vidas 91.
*Iſaac Cardoſo*: Relacion de los Poetas: 55.
*Iſ. Carceſoni.* Tora Or. 30.
*Iſ. Caregat* Tora Or 30.
*Iſ. Cohen de Lara* Temime Darech 8. & Arbol de las Vidas 94.
*Iſ. de Cordova*: Temime Darech 15.
*Iſ. Furtado*: Meirat Enajim 62.
*Iſ. Gomez Neto*:
*Iſ. Gomez de Soſa*: Relac. de los Poetas 60.
*Iſaac Henriquez de Fonſeca*, eruditus & martyr: Govierno popular: 46.
*Iſaac de Herrera*: Relacion de los Poetas 54.
*Iſaac Ieſchurun*: ibid. p. 57.
*Iſ. Iſrael*: Tora Or. 30.
*Iſ. de Leon Crato*: Jeſiba de los Pintos 55.
*Iſaac Meattov*: Jeſiba de los Pintos p. 56.
*Iſ. Naar*: Cor. Ley. 9. Arbol de las Vidas 78.
*Iſ. Neto.* Jeſiba de los Pintos 55. & Avi Jetomim 40.
*Iſ. Nunnez*: Relac. de los Poëtas 60.
*Iſaac Obeb*: Meirat Enajim 62.
*Iſ. Orqbio*: Relac. de los Poëtas pag. 57.
*Iſ. Penſo*: Cor. Ley. 38. Aumento de Iſrael 35.
*Iſ. Pinedo*: Relac. de los Poëtas p. 59.
*Iſaac de Pinto*: Aumento de Iſrael pag. 5.
*Iſ. Reinoſo*: Relacion de los Poëtas p. 57.
*Iſ. de Rocamora*: Maskil el Dal. 108. Relac. de los Poetas 60. Aumento de Iſrael 37. b.
*Iſaac Sacuto*: Govierno Popular p. 33.
*Iſ. Senior Coronel*: Meirat Enajim. 60.
*Iſ. Serug.* Meirat Enajim 60. 61. 63.
*Iſ. de Silva*: Relac. de los Poetas 57.
*Iſaac Uſiel*: Triumpho del Govierno Popular 27.
*Iſabel Henriquez*: Relacion de los Poetas p. 56.
*Iſrael Sarug.* Meirath Enajim. 61.
*Iuda Arabavi*: Tora Or. 30.
*Iuda Lombroſo*: Relacion de los Poetas 56.
*Iuda Vega*: Or Tora 27. Triumpho del Govierno Popular 26.

## L

*Lorenz Escudero*: Relac. de los Poetas 59.

## M

*Manuel Abendana*: Arbol de las Vidas p. 81.
*Manuel de Belmonte*: Relac. de los Poetas 60.
*Manuel Levi*: Aumento de Iſrael 37.
*Manuel de Pina*: Govierno Popular Judaico p. 45.
*Meir Rophe*: Tora Or. 30.
*Menaſſe Abarban.* Arbol de las Vidas 89.
*Michael Reynoſo*: Relac. de los Poetas p. 57.
*Michael de Silveira*: ib. p. 57.

*Mordecbai*

Digitized by Google

*Mordechai Barrocas:* Relac, de los Poetas 58.
*Mordechai de Caſtro:* Tora Or, 30. & Arbol de las Vidas 63.
*Moſe Aguillar:* Cor. Ley. 3.
*Moſe b. Arroyo:* Triumpho del Govierno popular 64.
*Moſes Salom.* Arbol de las Vid. 91.
*Moſe Belmonte:* Relacion de los Poetas 56.
*Moſes Cohen Pericoto:* ibid. p. 57.
*Moſe Curiel.* Tora Or. 27.
*Moſes Delgado;* Relacion de los Poetas 54.
*Moſes Dias:* Arbol de las Vidas 91. Relac. de los Poetas 60.
*Moſe Faz Varo:* Meir. Enajim. 62.
*Moſe Jeſchurun Ribero:* Relacion de los Poetas 56.
*Moſe de Joſeph Mocata:* Aumento de Iſrael 37.
*Moſes Machoro:* Temime Darech. 8.
*Moſe Roſa:* Relac. de los Poetas 60.
*Moſes Sacuto:* Arbol de las Vidas 78.

N

*Nicolas de Olivery Fullana* Relac. de los Poetas 58.

P

*Paulo de Pina:* Relacion de los Poetas p. 54.
*Pedro Teirerira:* Relac. de los Poëtas 58.
*Pinchas Abarban,* Meir. Enajim 62.

R

*Raphael Moſe de Aguilar:* Arbol de las Vidas 79.
*Rodrigo de Caſtro:* Relacion de los Poetas 55.
*Robel Ieſurun:* ſub finem totius collectionis.

S

*Saul Levi Mortera* Triumpho del Govierno popular 64.
*Sebaſtian Franciſco de Pina:* Aumento de Iſrael p. 32.
*Salomo Curiel:* Maskil el Dal. 98.
*Salomo Eſcapa.* Meir. Enajim 62.
*Salomo Iehuda Leon:* Aumento de Iſrael 34.
*Salomo de Lima.* Cor. Ley. 9.
*Salomon de Leon* Jeſiba de los Pintos 56. & Jetomim 41.
*Salomo Marques.* Abi Jetomim 41.
*Salomo Naar* Corona Ley. 9.
*Salomo Rophe:* Hiſtoria univerſ. Hebraica. 19.
*Salomon Salom:* Arbol de las Vidas 63.
*Sam. Abarbanel.* Arb. de l. Vidas 65.
*Samuel de Caceres.* C. Ley. 3. & Etz Chajim 83.
*Sam. Iuda Leon:* Maskil el Dal. 144.
*Sam. de Leon Crato:* Arbol de las Vidas. 92.
*Samuel Levi Rodriguez.* Tora Or. 47. & Aumento de Iſrael 20.
*Samuel Ramirez:* Jonem Dalim 85.
*Samuel Roſa:* Relacion de los Poetas 54.

*Semuel*

Digitized by Google

*Samuel Salom*. Cor. Ley. 9.
*Sam. Sarfati* : Temime Darech, 8. & Arbol de los Vid. 93.
*Samuel Sasportas* : Hiſtoria univerſ. Judaica 16.
*Samuel Serra* : Relac. de los Poetas 60.
*Sam. Tardiola* : Triumpho del Govierno Popular 27.

T

*Thomas de Pinedo* : Relac. de los Poetas 59.

U

*Vicente de Rocamora* : Relac. de los Poetas 60.

Ne quid ad Hiſtoriam Judæorum literariam deſit, reliquis addemus nunc Indicem, ex *Abrahami ben Dior* ספר הקבלה confectum, qui ſecundum temporis rationem ceteris omnibus præponendus erat. Secutus ſum editionem *Amſtelodamenſem* an. 471. C. 1711. 8. una cum *Seder Olam* utroque & *Megillath Taanith* apud Salomonem fil. Joſ. Probs nitide curatam. Incepi autem a Viris Synagogæ Magnæ, & totam Doctorum recenſionem usque ad finem libri perſecutus ſum. Prior numerus paginam, litera alphabeti latus paginæ alterutrum, poſterior numerus verſum ſeu lineam cujusque lateris indicat.

A

*Aaron f. Segarmera, p. 40. l. 26.*
*Abrab. b. Eſra 47. b. 20.*
*Abrab. b. Scherira 39. b. 28. 40. a. 9.*
*Aben Altaras 46. b. 18.*
*Abtalion 34. a. 26.*
*Acha f. Rabba 37. a. 3.*
*Acha ex Schabbacha 39. a. 18.*
*Acherim i. e. R. Meir. 35. b. 18.*
*Achi b. Huna 38. b. 5.*
*Achi Cohen 40. a. 2.*
*Achonai 39. b. 9. 24.*
*Ada 39. a. 30.*
*Abub b. Meir Hannaſi 47. b. 17.*
*Aina 38. b. 9.*
*Akiba 35. a. 20. b. 9.*
*Ame 36. a. 27. b. 3.*
*Amemar b. Mar Ienuka 38. a. 14.*
*Amram f. Schiſchana 40. a. 17.*
*Anan 34. b. 14.*
*Anan 36. a. 22.*
*Anan & Schaul 39. b. 2. 46. a. 28.*
*Antigonus Socho 33. b. 22.*
*Aſarja b. Ioſeph Hannagid, 44. b. 28. 31.*
*Aſche 36. a. 22. b. 28. 30. 37. a. 5. 13.*
*Avije 36. b. 16.*
*Avu Alpharag 47. b. 3.*
*Avu diſchmuel 36. a. 9.*

B

*Baithos 33. b. 20.*
*Bar Avu 36. a. 21.*
*Bar Rav Huna 36. b. 6.*
*Bar Kaphra 36. a. 9. 10.*
*Bar Nachmani 36. b. 5.*
*Baruch b. Iſaac 45. b. 18.*
*Ben Soma 35. a. 22.*
*Bibi Levita f. Abba 39. b. 11. 20.*
*Boſthenai 38. b. 24.*

C

*Chaija f. El Diori 41. a. 26.*

*Chaija* 36. *a*. 9. 10.
*Chaija b. Aſche* 36. *a*. 23.
*Chaija ex Miſchon* 39. *a*. 9.
*Chamma f. Gorion* 36. *a*. 23.
*Chamma f. Iecheskeel* 36. *a*. 21.
*Chanan meiſchka* 38. *b*. 14. 16.
*Chanan f. Nuri* 35. *a*. 43.
*Chanan f. Nuri* 35. *a*. 34.
*Chanan f. Pinchas* 35. *b*. 31.
*Chananel f. Hoſchiel* 41. *b*. 18. 44. *a*. 9. 18.
*Chananja pater R. Scherira* : 40. *b*. 24.
*Chanina b. Chamma* 36. *a*. 6.
*Chanina* 38. *b*. 16.
*Chanina f. Tardijon* 35. *a*. 23.
*Chanina ex Nehar pekodh*, 39. *a*. 2.
*Chaninai b. Abrah*, 39. *b*. 17.
*Chanoch f. Moſis* 41. *b*. 19. 43. 10.
*Chaſda* 36. *b*. 5.
*Chasdai Hannaſi b. Iſaac* 40. *b*. 16. 42. *a*. 14. 46. *b*. 5.
*Chananja b. Meſcharſchija* 39. *b*. 15.
*Chelpetha* 35. *a*. 5.
*Chinana* 38. *b*. 16.
*Chiskija* 41. *a*. 20.
*Chuzpith* 35. *a*. 23. *b*. 4.
*Cohen Zedeck* 40. *a*. 15.
*Cohana Prior* 36. *a*. 23.
*Cohana Poſterior* 37. *a*. 3.
*Coſai* 38. *b*. 29.
*Coſiba* 35. *a*. 26.

D

*David f. Saccai* 40. *a*. 23. 27. *b*. 5.
*Dimi* 37. *a*. 1.
*Doſa f. Seadja* 40. *b*. 15.

E

*Ede bar Avin* 37. *a*. 16.
*Eiſe f. Iuda* 35. *b*. 31.
*Elaſar b. Arach*. 35. *a*. 3.
*Elaſar b. Aſarja* 35. *a*. 5. 14.
*Elaſar b. Aſarja* 35. *a*. 5. 14.
*Elaſar b. Broca* 35. *b*. 29.
*Elaſar b. Chiuma* 35. *a*. 4.
*Elaſar b. Iuda* 35. *b*. 30.
*Elaſar Hakkaphar* 36. *a*. 8.
*Elaſar f. Partha* 36. *a*. 1.
*Elaſar f. Podath* 36. *a*. 27.
*Elaſar b. Schemua* 35. *b*. 8. 15.
*Elaſar b. Simeon* 35. *b*. 29.
*Elieſer f. Hyrcani* 35. *a*. 1.
*Eliſcha Acher* 35. *a*. 21.
*Ephes* 36. 8. 9.
*Esra Scriba p*. 33. *b*. *l*. 8.

G

*Galenus* 36. *a*. 4.
*Gamaliel f. Simeon f. Gamaliel* 34. *b*. 31. 35. *a*. 6.
*Gemaricorum generationes ſeptem* : 46. *a*. 21.
*Geonaorum generationes quinque* 46. *a*. 22.

H

*Hai f. David* 40. *a*. 19. *b*. 18.
*Hai Gaon* 40. *b*. 31.
*Hai* 42. *a*. 25.
*Hammenuna* 36. *b*. 6.
*Hilai Levita* 39. *a*. 4. 40. *a*. 10. 12.
*Hilai b. Miſchael* 40. *a*. 21.
*Hillel* 34. *a*. 27.
*Hippocrates* 36. *a*. 4.
*Hoſchiel pater R. Chananel* 41. *b*. 7. 16. 18. 44. *a*. 9.
*Huna* 36. *a*. 28. *b*. 4.
*Huna* 38. *b*. 15. 28.
*Huna f. Joſua* 36. *b*. 19. 27.
*Huna Mar* 38. *a*. 15.
*Huna b. Ioſeph* 39. *a*. 9.
*Huna Levita ben Iſaac* 39. *b*. 18.

I

*Iacob* 40. *a*. 22.
*Iac. Domrog* 46. *a*. 18.
*Iac. iſch kephar Chananja* 36. *a*. 1.
*Iac. f. Mordechai* 40. *a*. 10.
*Iac. ex Nehar Pekodh* 39. *a*. 6.
*Ienuka* 39. *a*. 10.
*Ieſch Omerim i. e. R. Nathan* 35. *b*. 18.
*Iiſchbab* 35. *a*. 23. *b*. 4.


*Iochanan*

*Iochanan f. Broka* 35. a. 4.
*Iochanan auctor Talmud Hieroſol.* 36. a. 25. b. 2.
*Iochanan f. Saccai* 34. a. 30. b. 18.
*Iom Tov.* 40. a. 23.
*Ionathan b. Uſiel* 34. a. 29.
*Ioſchijahu f. Saccai* 40. b. 1.
*Ioſe* 35. b. 7. 15.
*Ioſe primus Seburaeorum* 38. a. 27.
*Ioſe Galilaeus* 35. a. 2.
*Ioſe b. Iochanan* 34. a. 20.
*Ioſe b. Ioeſer* 34. a. 20.
*Ioſe b. Kisma* 35. a. 5.
*Ioſe f. Zaddick* 45. a. 8.
*Ioſeph* 36. b. 5. 7. *qui alias vocatus eſt* סיני *ib.* 13.
*Ioſeph* 47. a. 17.
*Ioſeph* 39. a. 11. 40. a. 1.
*Ioſeph f. Alphruga* 46. b. 23.
*Ioſeph b. Chaija* 39. b. 29.
*Ioſeph Iudex b. Iacob b. Sahal* 45. a. 5.
*Ioſeph Iudex f. Zaddick* 47. b. 20.
*Joſ. b. Iſaac ben Schatnes* 42. a. 10.
*Ioſ. b. Juda* 39. b. 25.
*Ioſ. b. Mages vel Megas* 43. b. 9.
*Ioſ. b. Meir Levita* 45. a. 30.
*Ioſ. b. Mordechai* 40. b. 5.
*Ioſeph Nagid* 41. a. 25.
*Ioſ. Levita f. Schemuel* 43. b. 30. 44. b. 12. 45. b. 6.
*Ioſeph b. Schila* 39. b. 22.
*Ioſua f. Chananja* 35. a. 2. 9.
*Joſua f. Korcha* 35. b. 30.
*Ioſua b. Perachja* 34. a. 16. 24.
*Iſaac* 38. b. 19. 26.
*Iſaac Gadol* 47. a. 16.
*Iſaac b. Aſchian* 36. a. 23.
*Iſaac f. Balija* 44. b. 4.
*Iſaac b. Baruch* 44. a. 27. 45. a. 8. b. 3.
*Iſaac b. Chaija* 39. b. 31.
*Iſaac b. Iacob* 44. a. 27.
*Iſaac b. Iac. b. Alphesi* 45. a. 22. b. 5. 21.
*Iſaac f. Iiſchai* 40. a. 12.
*Iſaac f. Iuda b. Geath* 44. a. 27. b. 25. 47. b. 17.
*Iſaac f. Juda* 45. a. 11.
*Iſaac f. Leon* 43. b. 9.
*Iſaac f. Moſis, alias f. Sichni* 45. a. 12.
*Iſaac f. Ruben* 45. a. 16.
*Iſmael* 35. a. 22.
*Iſmael b. Eliſcha* 34. b. 25.
*Iſmael b. Ioſe* 35. b. 28.
*Iſomai* 40. a. 11. 15.
*Iuda* 35. b. 7. 15.
*Raf Iuda* 36. a. 20.
*Iuda* 47. a. 17.
*Iudai* 39. a. 30. b. 13. 46. a. 28.
*Iuda f. Baba* 35. a. 22. b. 4.
*Iuda f. Betbera* 35. a. 24.
*Iuda f. Dav. Paſſi i. e. Chiug* 47. b. 10.
*Iuda Gaon* 39. a. 11.
*Iuda b. Iecheskeel* 36. a. 29.
*Iuda Naſi f. Sanctus* 35. b. 20. 27.
*Iuda Naſi f. Ioſ. Naſi* 47. a. 11.
*Iuda f. Schemuel* 40. b. 20.
*Iuda f. Schemuel Levita* 47. b. 21.
*Iuda avus Scherira* 39. b. 26.
*Iuda b. Tabbai* 34. a. 22.
*Iuda f. Tema* 35. a. 22.

## K

*Karai f. Sadducai* 46. a. 27. 47. a. 30.
*Karkesnai* 33. b. 10. 34. b. 14.
*Kimai b. Achoani* 40. b. 19.
*Kimui f. Aſche* 40. a. 13.

## L

*Levi* 36. a. 9.

## M

*Malkija* 39. b. 16. 40. a. 20.
*Mane i. e. Manes haereſiarcha* 38. a. 4.
*Mar bar Rav Aſche* 37. a. 8. 18.
*Mar* 38. b. 15.
*Mari Cohen* 39. a. 29.
*Mari Levita f. Meſcharſchija* 39. b. 10.
*Marinus f. Gannach.* 47. b. 11.



Digitized by Google

*Mattena* 36. a. 22.
*Matathias* 40. a. 4. 5.
*Mebhaſſer Coben f. Kimui* 40. b. 21.
*Liber Megillath Taanith* 44. a. 5.
*Meir* 35. b. 7. 15. 18.
*Meir f. fratris Ioſ. Levita*, 46. a. 7.
*Meir b. Bivas* 44. b. 1.
*Meir b. Ioſ. Levita* 46. a. 7.
*Meir b. Megas* 45. a. 31. b. 5.
*Menachem* 34. a. 30.
*Menachem b. Ioſeph* 40. a. 3. 5.
*Menaſſe b. Ioſeph* 39. b. 12. 19.
*Meremar* 37. a. 8. 15.
*Meſcharſchija* 38. a. 15. b. 30.
*Miſchnicorum generationes quinque* 46. a. 20.
*Mordechai Coben* 39. b. 23.
*Moſes* 47. a. 16.
*Moſes Coben* 40. a. 14.
*Moſes Coben Catalaun* 47. b. 13.
*Moſes pater R. Chanoch* 41. b. 7. 19. 42. a. 7.
*Moſes b. Iac.* 47. b. 18.

N

*Nathan* 35. b. 16. 18.
*Nathan Iudex* 41. b. 21. 23. 42. a. 9.
*Nachman Hannaſi* 36. a. 21.
*Nachman b. Huna* 37. a. 17.
*Nachman b. Iſaac* 36. b. 5. 19. 21. 25.
*Nachſchon b. Zadock* 40. a. 19.
*Nechemja* 40. b. 29.
*Nechemja, qui vocatur Iſchcapha*: 43. b. 10.
*Niſſim f. Iacob* 44. a. 10. 20. 45. a. 23.
*bar Nitronai* 39. a. 10.
*Nitronai* 39. a. 22.
*Nitronai f. Hilai* 40. a. 16.
*Nittai Arbelita*: 34. a. 22.

O

*Oker harim, i. e. Rabba bar Nachmani* 36. b. 14.
*Oſchaja* 36. a. 8. 10.

P

*Palthui* 40. a. 1. 8.
*Papa* 36. b. 19. 30. 37. a. 4.
*Pelimo* 35. b. 31.
*Pinchas b. Jair* 36. a. 1.
*Podath* 35. b. 31.
*R. Prinoras* 44. b. 7.
*Ptolemaeus* 35. b. 12.

R

*Rabba* 38. b. 28.
*Rabba b. Ame* 40. a. 6.
*Rabba b. Joſeph* 37. a. 12.
*Rabba bar Nachmani* 36. b. 5. 7. *alias dictus Oker harim ibid. l.* 14.
*Rabba f. Nitronai* 39. a. 10.
*Rabba Tuſpaa* 37. a. 20.
*Raf f. fratris R. Chaja* 36. a. 9. 14.
*Rabbena* 38. a. 17. 24.
*Rabbena ex Omza* 38. b. 7.
*Rabbanitarum generatio prima* 44. a. 24. *Eorum generationes quinque* 46. a. 22.
*Rame bar Jecheskeel* 36. a. 21.
*Raphram f. Papa* 37. a. 2. 38. a. 20.
*Richomi* 38. a. 21.
*Ruben f. Itztroblin*, 35. b. 31.

S

*Sadducai* 46. a. 27.
*Salomo Iudex* 44. a. 22.
*Salomo f. Iuda Gavirol.* 47. b. 16.
*Samuel* 36. a. 14.
*Samuel b. Chophni Coben* 41. a. 17.
*Samuel b. Ioſchia Coben* 42. a. 21. 23.
*Samuel Levita, Nagid f. Ioſeph* 42. a. 16. 22. b. 6. 11. 19. 44. a. 12. b. 9.
*Samuel Katon* 35. a. 4.
*Samuel ex nepotibus Maremar* 39. a. 7.
*Samuel f. Mari* 39. a. 17.
*Samuel f. Nachmani* 36. a. 27.
*Samuel f. Rabba* 38. b. 7.
*Sar Schalom, f. Raf Boas* 40. a. 16.
*Schaul & Anan* 39. b. 2. 46. a. 28.

*Schammai*

*Schammai* 34. a. 27.
*Schemarja f. Elchanan* 41. b. 9. 14.
*Schemaja* 34. a. 26.
*Scherira* 40. b. 29.
*Scheſchath* 36. a. 22.
*Schila* 36. a. 16.
*Schiſchana* 38. b. 29.
*Seadja* 40. a. 24. b. 1. 4. 44. b. 1.
*Seburaeorum generationes quinque* 46. a. 21.
*Sevid* 36. b. 31.
*Sima f. Rabba* 38. a. 22. 24.
*Simai* 35. a. 23.
*Simi b. Aſche* 36. a. 22.
*Simeon* 35. b. 7. 15.
*Simeon f. Elaſar f. Broka.* 35. b. 29.
*Simeon b. Gamliel Senioris* 34. a. 31. b. 25.
*Simeon b. Gamliel haſſcheni* 35. b. 14.
*Simeon f. Iochai* 35. b. 16.
*Simeon b. Iuda* 35. b. 30. 36. a. 8. 11.
*Simeon Iuſtus* 33. a. l. 28.
*Simeon b. Nathanael* 35. a. 3.
*Simeon Schetach* 34. a. 15. 24.
*Simeon f. Soma* 35. a. 21.
*Simeon f. Uſſai* 35. a. 20.
*Simona* 38. b. 8.
*Sinai i. e. R. Ioſeph* 36. b. 13.
*Sina* 36. b. 5.
*Somechos vel Symmachus* 35. b. 30.

T

*Talmudis Babylon. conſummatio* 37. a. 9. & 38. a. 30.
*Talmud Hieroſol.* 36. a. 25.
*Tarpon* 35. a. 21.
*Tobjomi* 37. a. 19.
*Tuſpaa (Rabba)* 37. a. 20.

Z

*Zadock* 33. b. 20.
*Zemach* 40. a. 7.
*Zemach alius* 40. a. 20.

## VI. *Catalogus Doctorum*, quorum in *Miſchnajoth*, altera Corporis Talmudici parte, mentio fit, quique תנאים appellari ſolent.

Catalogum hunc exemplo Bartoloccii ordine literarum diſpoſui, addito uno alterove loco, ubi in Miſchna quadam citantur. Addidi tamen & alios ab eo prætermiſſos, &, ſi qua mihi occurrerunt de illis, quos recenſuerat Bartolocc. ab aliis, vel a me, obſervata, ea breviter indicanda eſſe ſtatui. Quod antequam re ipſa palam faciam, commemorabo eos, qui in hoc argumento duces ſe præbent. Huc pertinet liber Corpori Miſchnico poſtliminio adjunctus, qui inſcribitur פרקי אבות i. e. *Capitula Patrum*, quæ illuſtriores Doctorum Judaicorum ſententias, appellatis auctorum nominibus, repræſentant. Ea ſi cum commentatoribus ac ſpeciatim Abarbanele conferantur, ampliori notitiæ admodum inſerviunt. Hic autem nullus obſervatur ordo vel nominum vel ætatis, ſed prout ſententiæ ipſæ allegatæ fuerunt, ita nomina nude memorantur. Huic proxime accedit R. *Abraham ben Dior* in commentario hiſtorico ספר הקבלה ſeu *libro traditionis*, quo, temporis habita ratione, integram

Doctorum ſeriem inde a primis initiis repetit, ſucceſſorem in hoc negotio nactus *Abrahamum Zacuthum* in libro יוחסין (vide ipſum p. 130. b. l. 12. libri) cujus deinde veſtigiis inſtiterunt R. *Gedalja* in שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה i. e. *catena traditionis*, (vide librum ejus p. 63. b.) & R. *David Ganz* in צֶמַח דָּוִד (vide ipſum ad an. 4921.) Hi omnes ſecundum temporis filum Miſchnicorum nomina collocarunt, ſolus autem Abraham Zacut in *Juchaſin* eadem p. 50. ſq. ordine literarum exhibet addita brevi enarratione, poſtquam antea in recenſione chronologica fuſius de iis diſſeruerat. His adjungendus omnino eſt R. *Moſes Maimonides* tum in commentario ad *Pirke Avoth*, tum potiſſimum in præfatione ad Ordinem I. Talmudicum, qui סדר זרעים appellatur, quam Cl. Surenhuſius latine converſam Corpori Miſchnico inſtar προσώπȣ τηλαυγȣ̃ς recte præmiſit. Hi omnes ordinem temporis in recenſione ſua ſecuti ſunt, ubi hinc inde varietatem non parvam, ſæpe etiam multum incerti, quæ Judæorum eſt in hac doctrinæ parte ſocordia, deprehendes. Itaque non defuerunt ex Chriſtianis, qui tenebras has, quoad fieri potuit, luce quadam diſpellere conarentur. Non dicam nunc de iis, qui Chronologiam Judaicam hinc inde ad exemplum Scaligeri illuſtrarunt, nec de iis, qui cum *Guil. Vorſtio* in notis ad *Zemach David*, aut cum Interpretibus librorum Miſchnicorum & Talmudicorum, nominatim *Guiſio*, *Lempereurio*, noviſſimeque Cl. *Edzardo* hiſtoriam Doctorum Judaic. literariam amplificare inſtituerunt; quibus addere poteram, qui *Claves Talmudicas* expolitas cum eodem Lempereurio, Rethmeiero & Bashuyſenio eruditis in manus tradiderunt. Nec ſua laude defraudandus eſt *Jul. Conr. Otho*, qui in *Gale Razia* ſub finem recenſuit Rabbinos, qui eodem tempore vixerunt, tum vero eos, quibus Talmud debetur, & qui poſt excidium Hieroſol. vixerunt, quorum omnium nomina denique in Indicem alphabet. refert. Sic & *Alſtedius* in Theſauro Chronolog. recenſet Doctores Judaicos ſecundum temporis ætatisque ordinem, quod & facit *Moltherus* in Malleo obſtinationis Judaicæ, ex *Zemach David*. Sed binorum Virorum facienda potiſſimum eſt mentio, quibus, qui hac cura ducuntur, multum omnino debent.

Illi ſunt *Jo. Henr. Otho*, (tum temporis in itinere ſtudiorum cauſa occupatus, ac deinde Profeſſor Phil. in Academ. Lauſannenſi) & præſtantiſſimus *Adrianus Relandus*, anno 1718. VI. Februarii die, ætatis XLI. cum magno harum literarum damno defunctus. Prior edidit שלשלת חכמי המשנה

המשנה i. e. *hiſtoriam Doctorum Miſnicorum (Miſchnicorum* forte dicturus, ſi prævidere potuiſſet, fore, ut aliquis exiſtimaret, tradi in eo libello hiſtoriam eruditorum Miſenenſium ſeu qui Miſniam patriam agnoſcant, quod factum eſſe teſtatur Cl. *Reimannus* in Introd. ad hiſtoriam Liter. in genere p. 141.) *qua opera etiam Synedrii Magni Hieroſolymitani Præſides & Vice-Præſides recenſentur Oxonii* 1672. 12. Hunc libellum recudi curavit *ἀνωνύμως Relandus*, cum his ſtudiis in Academia Belgarum Lugdunenſi operaretur (vide *Europam* eruditam gall. ſermone editam Tomo II. Parte II. p. 294.) & quidem cum acceſſionibus & notis, *currente prelo*, ceu ipſe in prolegomenis ad *Analecta* ſua *Rabbinica* 2. b. teſtatur, in chartam conjectis, *Amſtelod.* apud *Thomam Myls* pp. 164. anno non addito, quem ſuſpicor fuiſſe 1698. *Neocorus* enim ſive *Kuſterus* editionem hanc repetitam recenſet in Bibliotheca Novorum librorum an. 1698. p. 860. ſqq. Contextum auctoris ipſum fideliter ſervavit, quas vero in notis rationes inierit, ex his ipſius verbis in præfatione intelliges: *Plurimos Auctores, quorum Auctor non meminit, per modum συγχρονισμῶν, ad calcem hiſtoriæ illorum Rabbinorum, quibus coævi fuiſſe videbantur, diſpoſui, ut, conſulto indice, lector ipſorum ætatem, ſi deſideret, invenire poſſit. Quæ dum pararem, auctoritatem maxime celebrium in gente Judaica Virorum, maxime Maimonidis, & auctoris libri Juchaſin ſecutus, obſervavi, me a plurimis aliis, nec infimi ſubſellii Chronologis Judæorum, ſeceſſiſſe, qui longe diverſis ſeculis horum ætatem aſſignabant, quam ego annotaram. Id ergo Tuum erit, Benigne Lector, in accurata definitione ætatis cujuscunque Rabbini haſitanter procedere, & παραχρονισμοὺς, qui ex collatis ſimul horum Synchroniſmis reſultant, mihi non imputare, qui, ut huic malo medelam aliquam afferrem, plurimos Doctores Miſnicos, qui eodem ſaltem ſeculo, (quoniam de anno aut decade annorum non conſtabat) vixerant, eadem ſerie exhibui, & ad quasdam* דורות*, generationes, ut Judæi ſolent, retuli.*

Poſt *Othonem* Bartoloccius (qui tamen *Hiſtoriam* ejus vidiſſe non videtur) recenſionem horum Doctorum ingreſſus eſt ſecundum literarum ſeriem, quam Biblioth. Rabbin. conditio poſtulabat, inſtitutam. Atque hanc ipſe quoque obſervabo, in calce nomina ſingulorum nuda eo ordine exhibiturus, quem ætas, quoad illa conſtat ex Judæis, requirit. Hic autem adhuc obſervaſſe fas fuerit, quod *Maimonides* in præf. ad Seder Seraim antea laudata p. 25. verſionis lat. Surenhuſianæ monuit, compilatorem *τῶν Miſchnajoth* non commemorare doctrinarum ſeu traditionum auctorem illum, qui ſit *Simeone Juſto* antiquior. Vixit autem is A. M. 3448. adeoque trecentis circiter ante reparatam per CHRISTUM ſalutem

ſalutem annis. Idem eodem in loco diſtinguit inter Viros, quorum afferantur deciſiones, ſententiæ & ſtatuta, atque eos numerat nonaginta & unum; & inter eos, quorum tantum factum aliquod, aut ſententia moralis aut expoſitio loci alicujus recitetur. Hos ait eſſe numero 37. Hinc conjectura ſimul fieri poteſt, quot inprimis auctoritate floruerint inter Judæos intra ſpatium quingentorum annorum. Hoc enim eſt temporis intervallum, quod occuparunt illi, qui Tannaim ſive Miſchnici appellantur, quorum ordinem exceperunt אמוראים, ſive *Gemarici*, ſub initium Seculi poſt C. N. tertii, de quibus ſuo loco dicemus. Miſchnici itaque Doctores ſunt, qui ſequuntur:

אבא אלעזר בן דולעאי *Abba Elaſar ben Dolai:* v. cap. 2. מקואות num. 10. Juchaſin p. 51. b. eum facit æqualem R. *Meir*, R. *Juda* &c. quorum ætas incidit in A. M. 3880. C. 120.

אבא גוריא *Abba Guria*, & *Abba Gurian Iſch Zaiidan*; quorum mentio fit, teſte *Bartoloccio*, in tabula alphabetica nominum Taanaitarum, quæ exſtat in Miſchnajoth editionis Venetæ anni 417. C. 1657. 12.

אבא יוסי חליק ופרי איש טיבאין *Abba Joſe Chalik Uperi patria Tibbinenſis*, ex domo Hillel, cujus mentio in מכשירין n. 3. Vide *Ame* ſuo loco, & Juchaſin pag. 61. b. Bartoloccius nomen admodum immutavit, quando eum vocat *Abba Joſe Chali Kophri*.

אבא חלקיה *Abba Chelkija*, nepos Oniæ Hammagali, ex filio, qui vixit ætate R. Nechonja ben Hakkana ante Templum vaſtatum. Vide notas Cl. Relandi ad Othonis hiſtor. Doctorum Miſchnic. p. 91.

אבא יוסי בן חנן *Abba Joſe ben Chanen* æqualis R. *Elieſer* b. *Jacob* v. מדות c. II. 6. Idem videtur Bartoloccio cum *Abba Joſe ben Jochanan*, Hieroſolymitano, de quo Gemara cap. V. *Jevammoth*, ubi loquitur nomine R. *Meir*, quo proinde videtur fuiſſe poſterior, qui alioquin A. C. 122. vixit. Confer *Juchaſin* p. 61. b.

אבא שאול בן בטנית *Abba Schaul ben Bothnith*, de quo Cod. *Schabbat* cap. ultimo n. 15. Videtur hic poſt R. *Abba Joſe ben Chanen*, de quo modo diximus, vixiſſe, quia is in Gemara Cod. פסחין c. 4. p. 57. nomine illius aliquid recitat.

אבא שאול מבית מרמשא *Abba Schaul de domo* i. e. *ex familia Marmeſcha*, qui ſæpe in Miſchna abſolute vocatur *Abba Schaul*, ut cap. הר הבית Cod. *Middoth* n. 5. Confer Gemaram *Nidda* c. 3. p. 24. b.

אבטולס

אבטולס *Abbtholas*: v. אבטליון

אבטולמוס *Abbtholmos*, v. עירובין cap. III. n. 4.

אבטליון *Abthalijon*; æqualis Schemajæ, qui vixit A. M. 3722. ante C. N. annis 38. Fuit is proſelytus juſtitiæ & evaſit tandem in Patrem Senatus. Meminit ejus *Juchaſin* p. 50. & p. 17. ubi eum cum Schemaja facit præceptorem Hillelis & Schammæi; nec non Schalſcheleth Hakkabbala & Abarbanel in Nachalat Avoth, qui inter Chriſtianos Legem quandam Abtalionis vigere narrat. Conf. notas ad Othonis hiſtoriam p. 71.

אדמון *Admon*, qui fuit Judex una cum *Chanen ben Aviſchalom*, æqualis Abhtalionis; v. כתובות c. 13. n. 1.

אילא *Ela*, Sapiens in urbe Javne: v. בכורות c. 4. n. 5.

אליטס איש יבנה *Elithas ex urbe Iavne*, memoratur in Miſchna, ſed omittitur in libro Iuchaſin, forte idem cum *Ela* modo citato, ex conjectura Relandi ad Othonem p. 164.

אליועיני בן הקוף *Elijoeni ben Hakkoph*, Sacerdos magnus; v. Codic. *Para* c. 3. n. 5. Fuit is æqualis *Juda ben Tabbai* & *Simeonis Setachidæ*.

אליעזר הגדול *Elieſer Haggadol*, v. Partem I. Biblioth. Rabb. ſuo loco.

אליעזר בן חרסום *Elieſer ben Charſum*, æqualis Antigoni, divitiis affluens & tandem Pontifex Maximus, teſte *Juchaſin* p. 15. b. & *Abarbanel* in Nachalath Avoth.

אליעזר חסמא *Elieſer Chiſma*: v. Eleaſar Chiſma.

אליעזר בן יהודה *Elieſer b. Jehuda*: v. Eleaſar b. Jehuda.

אלילזר בן יוסף הגלילי, *Elieſer b. Joſeph Galilai*, æqualis R. Simeonis ben Gamaliel, patris Rabbenu Hakkadoſch, cujus fuit præceptor ſecundum *Juchaſin* pag. 44. & 52. Vixit itaque in limine Seculi II. poſt C. N. Auctor is ſtatuitur 32. מדות ſive modorum, ſecundum quos אגדה ſive narratio myſtica explicatur. Vide illos recenſitos in *Halichoth Olam* p. 114. & inde in *Joh. Julii Struvii* Rudimentis Logicæ Hebr. p. 21. ſqq.

ר' אליעזר בן יעקב *R. Elieſer b. Jacob*, dictus alias קַב וְנָקִי ſub templo II. adhuc vixit, vitamque per annos 80. adeoque usque ad A. C. 130. protraxiſſe videtur. In Codice enim כלים c. IV. n. 8. ſententiam profert nomine *Chananja b. Chachinai*, qui fuit diſcipulus R.

 Akibæ.

Akibæ. Vide *Juchaſin* p. 30. b. Adde Partem I. Biblioth. Rabbin. ſuo loco.

ר' אליעזר המודעי, v. R. *Eleaſar Hammodai.*

ר' אליעזר בן מתיה R. *Elieſer b. Mattija*, v. R. *Eleaſar b. Mattija.*

ר' אליעזר R. *Elieſer*, ſimpliciter ità dictus, eſt R. *Elieſer Haggadol* ſive *Magnus*, de quo Parte I.

ר' אליעזר בן עזריה R. *Elieſer b. Aſarja*, v. R. *Eleaſar b. Aſarja.*

ר' אליעזר בן פילה R. *Elieſer b. Pila*, v. R. *Eleaſar b. Pila.*

ר' אליעזר בן צדוק R. *Elieſer b. Zadock*, v. R. *Eleaſar b. Zadock.*

ר' אליעזר קראי R. *Elieſer Karai*, cujus meminit R. *Elias Levita* in Tisbi, ut talis, quem mortuum ſuæ ætatis, (quæ in Miſchnicorum tempora cadere videtur,) homines planxerint elogio קראי quod ſignificet exercitatum in Bibliis. *Jac. Triglandius* in diſſert. de Karæis p. 23. ſuſpicatur, illud קראי non eſſe appellativum, ſed potius ſectæ nomen, quod Karæis imponi ſolebat. Ex quo ſimul antiquitatem nominis hujus adſtruit, quamvis dubie & per meram conjecturam, quæ mihi exigua veri ſpecie ſe commendat. Addit idem Triglandius pag. 24. forte hunc Elieſerem eſſe eum, de quo in *Jalkuth* ad Exod. 34. v. 27. diſputatio circa legem ſcriptam & oralem cum R. *Jochanan* legatur. Utrumque ego Lectoris judicio permitto.

ר' אליעזר בן שמועה R. *Elieſer b. Schemua*, Sacerdos & præceptor R. Judæ Sancti, ut teſtatur *Juchaſin*. Confer *Relandi* notas ad Othonem pag. 149.

ר' אליעזר בן שמעון R. *Elieſer b. Schimon*, v. R. *Eleazar b.* R. *Simeon b. Jochai.*

אלישע בן אבויה *Eliſcha b. Avuja*, cognomento אַחֵר *alius*, ob diſceſſionem a Judaiſmo ad hæreſin, de duobus rerum creatarum principiis, factam, in qua tamen conſtitutus non omiſit docere alios ad Rabbinorum mentem, interque eos ſpeciatim R. *Meir*, qui eum precibus ſuis ex purgatorio liberaſſe traditur in Gemara Codicis *Chagiga* cap. II. p. 15. b. l. 22. ſqq. Confer de eo, ac inprimis de cauſa cognominis אחר *Juchaſin* p. 23. b. item *Schalſcheleth* p. 72. b. Sententia quædam ejus refertur in *Pirke Avoth* c. IV. 20. Lege etiam *Ludov. Compiegne de Veil* ad Abrah. Jagelii לקט טוב p. 40. qui locum ex Chagiga citatum ita interpretatur, quod *Judaicæ religioni nuntium remi-*

*remiſerit*, *atque adeo omnibus ſe flagitiis dederit: inde factum ut Alius appellaretur.* *Nimirum*, ita is pergit, *qui primi reſcierunt defectionem ejus, negabant rei fidem, nec eximium illum Virum, ſed alium quendam unum de multis eſſe pugnabant.* Confer *Chriſt. Gerſonis* Talmud Judaicum Parte II. c. 15. qui eum Chriſtianum factum eſſe ſcribit, & adde quæ de eo fuſe commentatur *Jo. Henr. Hottingerus* in Diſcurſu Gemarico de Inceſtu, Creationis & Currus opere, p. 104. b.

אלעזר איש כרתותא v. R. *Eleaſar b. Jehuda Iſch Kephar.*

אלעזר בן דמא R. *Eleaſar b. Dama*, cujus mentio eſt *Avoda Sara* c. II. n. 5. Adde *Juchaſin* p. 40. b. (non 39. b. ut habet Bartoloccius) ubi diſputatur, ſitne is filius ſororis R. Iſmaëlis, an alius quidam, præcipue cum ille Iſraëlis nepos alibi in Avoda Sara vocetur *Joſua b. Dama.*

ר׳ אלעזר בן חנניה בן חזקיה R. ELEASAR b. *Chananja, ben Chiskija ben Garon*, cujus meminit *Juchaſin* p. 20. a. l. 6. tanquam ejus qui memoretur in ספרי ſuper Paraſcham כי תצא Bartoloccius præ incuria filium cum Patre confudit, quando huic, nempe filio, tribuit librum מגלת תענית & quidem fide τῦ *Juchaſin*, cujus auctor tamen non filio ſed Patri R. Chananiæ ejusque collegis adſcribit. Confer quæ de hoc libro dicta ſunt inter Anonymos ſuo loco, & intelliges eum non eſſe eundem cum Talmudico תעניות quippe in quo citatur, ac diverſum præterea ab altero ejusdem tituli. Adde quæ diximus Parte I. Bibl. Rabb. ſub חנניה בן חזקיה

ר׳ אלעזר חסמא *Eleaſar Chiſma*, diſcipulus R. Akibæ, adeoque initio Seculi II. poſt C. N. clarus. Ejus mentio fit in *Pirke Avoth* c. 3. in fine, item in Codice *Terumoth* c. 3. n. 5. & *Bava Metzia* c. 7. n. 5. Confer Part. I.

ר׳ אלעזר בן חרסום R. *Eleaſar b. Charſum*, diſcipulus R. *Jochanan b. Saccai* memoratur inter Miſchnicos in libro Iuchaſin p. 50. b. linea 3. a fine.

ר׳ אלעזר בן יהודה R. *Eleaſar b. Jehuda Iſch Kephar Barthota*, i. e. oriundus ex vico Barthota, (a) R. Akibæ æqualis adeoque initio Seculi II. clarus, cujus frequens eſt in Miſchna mentio, v. c. in זבים c. I. n. 1. & עורלה c. 1. n. 4. Sententia ejus de eleemoſynis liberaliter erogandis recitatur in *Pirke Avoth* c. 3. n. 7. ſicut & ipſius in hoc negotio

Kkkkk 2

(a) Frequens hoc fuit veteribus Judæis, ut qui in urbe aliqua vel vico eſſent inſigniores, a patria appellarentur, quod obſervat *Juchaſin* p. 51. b. in fine.

Digitized by Google

gotio facilitas commendatur in *Taanitu* c. 3. p. 24. confer *Juchaſin* p. 51. b.

ר׳ אלעזר המודעי R. *Eleaſar Hammodai*, (b) diſcipulus R. Jochanan ben Saccai, & ſocius R. Tarphon, in Bitter a Bar Cochba interfectus ſub Adriano. Sententia quædam ejus refertur in *Pirke Avoth* c. 3. n. 11. Confer *Juchaſin* p. 32. a med. & p. 51. b. lin. 4.

ר׳ אלעזר בן מתיא R. *Eleaſar b. Mattija*, unus ex quatuor Sapientibus urbis Javne, qui fuerunt præter ipſum *ben Uſſai, ben Soma*, & *Chachinai*; vide *Jevammoth* c. 10. n. 3. & *Juchaſin* p. 51. b. l. 21.

ר׳ אלעזר סתם *Eleaſar*, abſolute & ſimpliciter nominatus, eſt R. *Eleaſar* b. שמוע quod nomen vide.

ר׳ אלעזר בן עזריה הכהן R. *Eleaſar b. Aſarja Cohen*, i. e. Sacerdos, divitiis clarus, diſcipulus R. Jochanan b. Saccai, caputque conſeſſus. In Talmude Hieroſolymit. Cod. *Taanith* f. 67. 4. dicitur is Rabban Gamalieli præfectura ſua, qua in Academia Jafnenſi gaudebat, abutenti præpoſitus A. C. 79. ipſe vero deceſſit an. 82. Confer Lightfooti Hiſtoriam Acad. Jafnenſis in Opp. Poſthum. p. 89. Sententia ejus quædam exſtat in *Pirke Avoth* c. III. 17. Memoratur quoque in *Berachoth* IV. 7. & *Joma* VIII. 9. item in *Sota* IX. 15. Vide *Juchaſin* p. 51. a med.

ר׳ אלעזר בן ערך R. *Eleaſar b. Arach* ſive בילא, æqualis *Akiba*, cujus verbis reſpondet in *Taboroth* VII 9. *Juchaſin* p. 51. b. lin. 87. monet in nonnullis exemplaribus vocari בן פאבי ben Phabi, quo eum nomine appellat Maimonides.

ר׳ אלעזר בן פרטא R. *Eleaſar b. Partha*, ut Bartoloc. & Lightfootus, ſive, ut alii, ben *Peratha*, diſcipulus R. *Eleaſaris Modai*, grandævus obiit anno ab excidio templi 52. Memoratur in *Gittin* c. 3. n. 4. Confer *Juchaſin* p. 31.

ר׳ אלעזר בן ר׳ צדוק R. *Eleaſar b. R. Zadock*, cujus ſententia quædam refertur in Cod. *Schevììth* c. 2. n. 4. Idem cap. II. כילים profert aliquid nomine R. *Meir*, qui A. M. 3881. C. 121. anno 53. poſt exuſtum templum vixit. Nihilominus tamen in Gemara Cod. *Sanhedrin* c. 7. traditur vidiſſe filiam Sacerdotis adulteram publica auctoritate combuſtam.

(b) Id eſt juxta verſionem Joſ. Scaligeri ex MSS. ejus obſervationibus ad Pirke Avoth hauſtam ex vico *Modim* oriundus; v. Relandi not. ad Othonem p. 105.

buſtam. Cum autem ſententiæ capitales 40. annis ante Templum everſum ſublatæ dicantur Cod. *Schabbath* c. 1. conſequitur, ætatem ejus in multos annos eſſe protractam. Confer *Juchaſin* p. 26. a.

ר׳ אלעזר הקפר *Eleaſar Hakkaphar*, vixit poſt deſtructum Templum, æqualis R. *Joſua ben Levi*, quod patet ex Cod. *Avoda Sara* c. 3. Conf. *Schalſcheleth Hakkabbala* pag. 27. & *Juchaſin* pag. 53. b. l. 2. Nec obſtat, quod in *Pirke R. Elieſer*, qui ætate ſuperior fuit, ejus mentio fiat: nam hæc capitula, ceu Juchaſin l. c. monet, non ab ipſo, ſed ab alio ad ejus mentem ſunt conſcripta. Sententiæ quædam ejus recenſentur in *Pirke Avoth* c. IV. n. 21. 22.

ר׳ אלעזר בן שמוע R. *Eleaſar b. Schamua*, Magiſter Rabbenu Hakkadoſch i. e. Jehudæ Sancti c. v. *Juchaſin* p. 52. a. (non 53. ut Bartoloc. habet) & p. 41. b. Sententia quædam ejus refertur in *Pirke Avoth* c. IV. n. 12. Juchaſin p. 41. b. monet, ubi in Miſchna R. *Eleaſar* appelletur ſimpliciter, ibi noſtrum hunc eſſe intelligendum.

ר׳ אלעזר בן שמעון בן יוחי R. *Eleaſar b. Schimon b. Jochai*, ſocius Rabbenu Hakkadoſch, cum patre ſuo per tredecim annos in ſpelunca ob Hadriani Imperat. perſecutionem latuiſſe dicitur, in *Schabbath* c. 2. Mentio ejus præterea fit in Cod. *Negaim* c. XII. n. 3. Obiit ante Jehudam Sanctum. Vide *Juchaſin* p. 48. a.

אנטיגנוס איש סוכו *Antigonus Sochæus*, a *Soco*, urbe in Judææ limitibus ſita, (vide Cl. *Adriani Relandi* Palæſtinam p. 1018.) dictus, Simeonis Juſti diſcipulus, æqualis R. *Elieſer* floruit A. M. 3460. ante C. N. 300. Dictum quoddam ejus unicum refertur in *Pirke Avoth* c. I. n. 3. אל תהיו כעבדים המשמשין את הרב על מנת לקבל פרס אלא הוו כעבדים המשמשין את הרב שלא על מנת לקבל פרס ויהי מורא שמים עליכם: h. e. *Ne ſitis tanquam ſervi, qui ſerviunt magiſtro ea conditione, ut recipiant mercedem, ſed eſtote tanquam ſervi, qui ſerviunt magiſtro, non ea conditione, ut recipiant mercedem, ſitque timor Dei ſuper vos.* Quæ ſententia ex ipſius mente, quæ timorem amoremque Dei non mercenarium aut ſervilem, ſed filialem intendebat, ut auctori nomen famamque, ita diſcipulis, in pravum ſenſum negationemque mercedis, poſt hanc vitam exſpectandæ, eam abripientibus, dedecus & ignominiam conciliavit, originemque fecit impiæ *Sadducæorum* & *Baithoſæorum*, reſurrectionem inficiantium, factioni. Utraq; vero nomen ſuum debet binis Antigoni diſcipulis, præceptore

parum dignis, Sadoco ſcilicet & Baithos צדוק וביתוס Magiſtri verba per calumniam interpretantibus. Teſtem rei habemus Maimonidem ad Pirke Avoth I, 3. ita diſſerentem: *Huic Antigono duo olim erant diſcipuli, unus nomine Zadoc, alter Baitos, qui cum hoc dictum ab ipſo audiviſſent, exierunt, & unus alteri dixit: Magiſter clare dixit, quod homini nec præmium, nec pœna, nec ulla ſpes reliqua ſit poſt hanc vitam; nam ſententiam illius male intellexerunt: unus autem in perverſo hoc conceptu confirmaverat alterum, & e gremio Iſraëlis exierant relinquendo Legem, & quisque ſuam nactus eſt ſectam, quæ Sadducæos & Baitoſæos peperit.* In eandem ſententiam lege *Iſaacidem* ad Pirke Avoth I. c. *Iuchaſin* p. 52. *Schalſcheleth Hakkabbala* fol. 48. col. 2. *Ganz* in Zemach David ad an. 3460. R. *Elias Levita* in Tisbi & R. *Dav. de Pomis* in Lexico ſuo. Ex Chriſtianis idem veterum teſtimoniis adſeruerunt præcipue *Iohannes Druſius* lib. III. c. 3. & 4. de Sectis, *Theodoricus Hackſpanius* in præfat. ad Tractat. de Uſu librorum Rabbinicorum p. 232. ſq. & *Io. Bened. Carpzovius* in Introduct. ad Theologiam Judaicam, Raymundi Pugioni Fidei præmiſſa cap. III. §. 4. Fuit tamen, ſi nonnullis credimus, inter utramque iſtam Sadducæorum & Baithoſæorum familiam differentia. R. *Gedalja* in Schalſcheleth p. 48. b. diſerte ita וראיתי כי הצדוקים והביתוסים הם ב׳ כתות והצדוקים יותר רעים h. e. *vidi, Sadducæos & Baithoſæos duas diverſas ſectas eſſe, Sadducæos autem pejores.* At iſte quidem nullam affert pravitatis Sadducæorum præ Baithoſæorum illa rationem, quam forte repetieris ex R. *Aſaria* in Meor Enajim (ſi quidem is vera tradit) p. 32. teſtante, nullibi ſe reperiſſe, Baithoſæos negare mortuorum reſurrectionem. Sed is quidem longius hic procedit p. 33. quam hiſtoriæ fides & tot aliorum teſtimonia admittere videntur. Baithoſum enim unquam exſtitiſſe negat, & nomen τῶν ביתוסים conflatum credit ex duabus vocibus בית אוסיי, quas perperam putat ſenſim in ביתוסים conjunctas. Illis autem binis vocibus putat indicatam fuiſſe Eſſæorum familiam, ſicut בית הלל de *Hillelis*, בית שמאי de *Schammai* diſcipulis dicatur. Non alienus ab hac conjectura eſt *Menaſſe ben Iſraël* in lib. de Reſurrectione p. 24. ed. Hiſpan. & 42. Latinæ & *Nicol. Fullerus* Miſcellan. lib. II. c. 3. Rem in medio relinquit Cl. *Relandus* in notis ad Jo. Henr. Otthonis Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 37. Non dubitaverim ego, revera Baithoſum quendam

dam

Digitized by Google

dam exſtitiſſe, quam in rem vide quæ diſputat B. *Carpzovius* in Introduct. ad Theolog. Judaicam cap. III. §. 4. & *Lehmannus* in notis ad Pirke Avoth germ. converſ. p. 36. ſq. Neque tamen negaverim, aliquam etiam ratione doctrinarum differentiam inter Sadoci & Baithoſi familias exſtitiſſe, ſed levem illam, quod evicit *Theodoricus Hackſpanius* in Sylloge p. 13. ſq. De utroque legantur plura apud eos, qui de Hæreſibus Judaicis, nominatimque Sadducæis, expoſuerunt, cujus generis Scriptores hic recenſere ab inſtituto noſtro non puto alienum. De *hæreſibus* Judæorum præter Antiquitbtum Judaicarum Scriptores *in genere* commentati ſunt p. 370. ſq.

*Iulius Bartoloccius* in Biblioth. Rabbinica Tom. I. ubi is, quod mireris, unicam tantum inter Judæos hæreſin, Sadducæorum ſcilicet proprie dictam agnoſcit.

*Iac. Basnage* in Hiſtoria Judaica libro II.

*Io. Franc. Buddeus* in Introduct. ad Hiſtor. Philoſ. Hebr. §. 18. ſqq. & in Hiſtor. Eccleſ.

*Io. Buxtorf.* in Synagoga Judaica cap. I.

*Io. Bened. Carpzovius* in Introduct. ad Theologiam Judaicam, Raymundi Martini Pugioni Fidei præmiſſa cap. III.

*Pet. Cunæus* lib. II. c. 17. de Republica Hebræorum.

*Io. Druſius* in libello de Haſidæis, *Franeckeræ*. 1603. 8. In illius defenſionem contra Serarium ejusdem libri IV. de tribus Sectis Judæorum cum Joſ. Scaligeri Elencho Trihæreſii *Franequer*. 1605. & *Arnhem*. 1619. 4.

*Ejusdem* Spicilegium Trihæreſii Nic. Serarii ac denique.

Reſponſio ad Minerval Serarii *Franequ*. in 8. auctior recuſa in ſecunda editione librorum 4. de tribus ſectis modo memorata.

*Nic Fullerus* in Miſcellaneis ſacris II. 3.

*Io. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. lib. I. c. 1. Sect. V. & in Compendio Theolog. Judaicæ, ſubjuncto Erneadi Diſſ. Heidelb. p. 213. ſq.

*Io. Leusdenius* in Philologo-Hebræo mixto diſſ. XVIII. - XX.

*Io. Lightfootus* in Horis Hebr. & Talmudicis, tum & alibi paſſim.

*Dan. Lundius*, Prof. Upſalienſis, Reſpondente Sever. Riisberg in Diſput. de Phariſæis, Sadducæis & Eſſæis. Aboæ, 1689. 8.

*Ejusd.* Diſputat. de Sectis Judæorum. Upſal. 1700. 8.

*Natalis Alexander* in Hiſtor. Eccleſiaſt. V. T.

*Pauli-*

*Paulinus*, Reſp. Severino Riisberg, in Bihæreſio h. e. de Rabbanitis & Karæis, Aboæ, 1691. 8.

*Auguſt. Pfeifferi* Diſp. de Trihæreſio Judæorum, Wittebergæ, 1663. & 1682. nec non in Faſciculo Diſſertt. Philologic. num. III. p. 38 - 52. itemque in Operib. Philolog. Tom. II. p. 904. ſq. recuſa.

*Iac. Frider. Reimmannus* in Introduct. ad Hiſtor. Theol. Judaic. lib. I. c. 5.

*Guil. Saldenus* in Otiis Theologicis lib. III. Exercit. IX.

*Ioſ. Scaliger* in Elencho Trihæreſii Nicolai Serarii cum Druſii libb. 4. de tribus Judæorum hæreſibus.

*Ejusd.* Serarii in Scaligerum Animadverſiones confutatæ.

*Ejusd.* Delirium Serarii Fanaticum & impudentiſſimum mendacium, quo Eſſenos Monachos Chriſtianos fuiſſe contendit, validiſſimis argumentis eluſum.

*Ioh. Iacobus Schudt* in Memorabilibus Judaicis Part. II. lib. 6. c. 27. p. 28.*

*Abrah. Scultetus* in Exercitatt. Evangelicis, lib. I. n. III.

*Nic. Serarius* in Trihæreſio, ſeu de celeberrimis tribus apud Judæos Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſenorum Sectis ad varios utriusque Teſtamenti veterumque Scriptorum locos intelligendum, & ad nupero Jo. Druſii libello de Haſidæis reſpondendum, libris III.

*Ejusd.* Minerval Joſepho Scaligero & Joh. Druſio depenſum, pro Trihæreſio libb. V.

*Ejusd.* Rabbini & Herodes, ſeu de tota Rabbinorum gente, partitione, creatione, auctoritate &c. & de Herodis Tyranni natalibus &c.

*Georg. Urſinus* in Antiquitatibus Hebræorum Academicis cap. IX.

Tres hujus argumenti Scriptores principes, *Druſius*, *Scaliger* & *Serarius*, optimo conſilio, uno volumine juncti opera Cl. *Iac. Triglandii*, cum ejusdem diſſertat. de Karæis prodierunt *Delphis* 1703. 4. ſub titulo: *Trium Scriptorum illuſtrium de tribus Iudæorum Sectis Syntagma.* Tomis II.

Ex Judæis de Trihæreſio illo exponit R. *Aſarias* in Imre Bina c. 8. p. 32. ſq.

De fictis Judæorum hæreſibus duplex proſtat *Jac. Rhenferdii* Diſſertat. Franequeræ 1694. 4.

Speciatim commentati ſunt de

## PHARISÆIS.

*Jo. Camero* in Operibus p. 159.

*Jo. Bened. Carpzovius* ad Schickard. de Jure Regio Hebr. p. 267.

*Olavus Celſius* in Diſput. ſingulari de Phariſæis *Upſal*, 1703. 8.

*Io. Leux-*

*Io. Leusdenius* de ſeptem Phariſæorum generibus differit ad Jonam Illuſtratum p. 170. ſq.

*Io. Frid. Mayerus* in Commentatione de Pietiſtis veteris Eccleſiæ c. I. §. 1-5.

*Richard. Montacutius* in Apparatu VIII. ad Origines Eccleſiaſt.

*Aug. Pfeifferus* in etymologiam inquirit in Opp. Philolog. pag. 471. de qua etiam confer Vitringam in Obſervatt. Sacr. Tom. I. pag. 220. *Io. Saubertum* p. 46. Prolegom. ad varias Lectiones in Matthæum & *Seb. Schmidium* in Faſcic. Diſpp. p. 924.

*Henr. Opitius* in diſſ. de Phariſæis Kilon. 1680. 4.

*Eduard. Pocockius* cap. IX. notarum ad Portam Moſis.

*Adamus Rechenbergius* in ſingulari diſſert. Lipſiæ.

*Iac. Rhenferdius* diſſertationi ſuæ I. de Fictis Judæorum hæreſibus p. 60. Mantiſſam exhibet de Phariſæis ex Maimonide.

*Frideric. Spanhemius* in Dubiis Evangelic. Part. III. p. 104. ſq.

*Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in notis ad Sota p. 543. ſq.

## de SADDUCÆIS

legi merentur *Pet. Balius* Tom. III. Dictionarii Hiſtorico-Critici pag. 2636. - 2640.

*Theodor. Hackſpan* in præfat. ad Tract. de Uſu librorum Rabbinic. p. 232. ſqq.

*Humfredus Hody* in Tract. Anglic. de reſurrect. ejuſdem corporis p. 89-95. ubi inprimis de eo differit, quod Sadducæi ante Chriſti tempora pro hæreticis non ſint habiti, nec ex communione ejecti.

*Richard. Montacutius* in Analectis, Exercit. III. Sect. 2 & 3.

*Io. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 308. ſq.

*Dionyſius Petavius* ad Epiphan. p. 27.

*Auguſt. Pfeiferus* in nominis eorum originem diligenter inquirit in Quinquagena Locorum Hebr. & exotic. N. T. p. 471. Opp. Critic.

*Eduard. Pocockius* ad Portam Moſis p. 94. ſqq. & 239. ſq.

*Io. Reiskius* in Exercit. Philolog. de Sadducæis, *Ienæ*, 1666. 4.

*Frider. Spanhemius* in Dubiis Evangelicis Part. III. p. 109. ſq.

*Io. Willemer* diſp. de Sadducæis, *Witteberg.* 1680. 4.

## de ESSENIS

exponunt præ cæteris

*Thomas Bruno* in Diſſertat. de Therapeutis Philonis, a Colomeſio cum epiſtola Clementis Romani edita contra *Henr. Valeſium* ad Euſeb. Hiſt. Eccleſ. II. 17. Conf. & cæteros de Therapeutis Scriptores,

 lauda-

laudatos a Cl. Fabricio in Biblioth. Græca lib. IV. c. 4. p. 112. & *Thom. Ittigio*, in Selectis Capitibus Hiſt. Eccleſ. Sec. I. p. 240. quibus addes nuperam Cl. *Montfauconii* & eruditi ejus Diſſentientis de iisdem commentationem, nec non *Iac. Baſnagium* in altera Hiſtor. Judaicæ editione Tom. II. p. 597. ſqq. & p. 661 - 680. ut *Chriſtoph. Sonntagii* Enneadem Periocharum Philonianarum *Altorf.* 1713. 4. & *Chriſtiani Baggeri* diſſ. de Therapeutis *Hafn.* 1712. 4. non multis commemorem. Pro Chriſtianis plerique habent, pro Judæis, nominatim Eſſenis, pauci, ſed illi quidem, ut videtur, rectius ſentientes, inter quos ſunt *Ioſephus Scaliger* c. XXIX. Trihæreſii & lib. VI. de Emendat. Temporum p. 539. & *Steph. le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 1097.

*Io. Crojus* in Specimine Conjecturarum.

*Ioh. Druſius* de Haſidæis.

*Theophil. Gale* in the Court of the Gentils Part. II. lib. 6. c. 6. p. 147.

*Sam. Petitus* in Variis Lection. c. 21. & 27.

*Eberh. Rudolphus Roth* in diſſ. Hiſtorico-Philolog. de Eſſenis 1669. 4.

*Claud. Salmaſius* ad Solinum p. 430. ſq.

*Ioſ. Scaliger:* vide paulo ante ſub Brunone.

*Campeg. Vitringa* Part. III. Obſervatt. Sacrarum p. 611. ubi Eſſenos poſtea Kabbaliſtas dictos eſſe putat.

*Ioh. Helvicus Willemer* in diſſ. Philolog. de Eſſenis, Witteb. 1680. 4.

Eſſenos cum חסידים ſeu *Haſidæis* eosdem poſt Druſium ſtatuunt alii, nominatim *Hugo Grotius* ad Jeſaiæ LXV. 15.

A *Baithoſæis* differre Eſſenos oſtendit B. Carpzovius in Introd. ad Theol. Judaicam loco ſupra citato.

Eorum in hiſtoria Evangelica mentionem ideo non factam putat Caveus in Apparatu ad Vitas Apoſtol. p. 55. quod in agris fere, non autem in urbibus, verſarentur.

## de KARÆIS

Scriptores laudavi in prolegomenis ad Notitiam Karæorum & Acceſſionibus ad eandem nuper editis.

## de HERODIANIS

qui tamen non inter ſectas, religionis cauſa ortas, ſed inter aſſeclas Herodis Politicos numerandi videntur, præter Interpretes ad varia N. T. loca, videri poſſunt

*Iac. Baſnage* in Hiſtoria Judaica lib. II. p. 682. ſqq. edit. ſecundæ.

*Sam.*

*Sam. Bochartus* Part. I. Hierozoici p. 861. ed. Francofurt.
*Io. Buxtorfius* in Catalectis p. 158. ſq.
*Iſaac. Caſaubonus* in Exercit. I. n. 5. p. 48.
*Guilielmus Cave* in Apparatu ad Vitas Apoſtolorum p. 55.
*Thomas Crenius* Parte V. Animadverſ. Hiſtorico-Philolog. c. II. §. 8. & Parte X. cap. 1. p. 95. ſq.
*Ioh. Druſius* in Commentario ad Voces N. T. c. XXIII. item lib. I. Præterit. ad Matth. XXII. 16. Errorem, quem ibi in vertendo loco Hebræo, יונים per *Græcos* interpretens, ubi de columbis cogitandum erat, commiſit Druſius, emendatum vide a *Ioh. Gregorio* in Obſervatt. ad quædam S. Scripturæ loca c. 33. & aliis, quos *Crenius* l. c. affert.
*Io. Gregorius* in Obſervationibus ad varia Scripturæ loca c. 33.
*Ioh. Harduinus* in Proluſione de Numis Herodiadum, Pariſ. 1693. 4. p. 97. ſqq.
*Pet. Daniel Huetius* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. VII. §. 32. ſqq.
*Ioach. Kühnius* in Pentade IV. quæſt. 4.
*Io. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 276. qui pro proſelytis juſtitiæ habet.
*Steph. le Moyne* in Prolegom. ad Varia Sacra p. 90. ſq.
*Sam Petitus* in variis Lectionibus c. 18. & 28.
*Claudius Petavius* ad Epiphan. hæreſ. XX.
*Io. Saubertus* in Commentario de Sacerdotibus & Sacris Hebræorum perſonis, qui in Operibus ejus poſthumis exſtat, & in præfat. ad Jac. Judæ Leonis Tract. de templo Hieroſolymit. p. 6.
*Ioſ. Scaliger* ad Euſebium an. 1983.
*Richard. Simon*, tum in Hiſtoria Critica, tum in notis ad verſionem Gallicam N. T. ſuper Matthæum c. XXII. 16.
*Balthaſ. Stolberg.* diſſert. ſingularis, Witteberg. 1666. 4. quæ in ejus Exercitationibus Græcæ Linguæ n. XII. p. 419. ſqq. recuſa eſt.
*Iſaac. Voſſius* in Reſponſ. III. ad R. Simonem p. 94. & de Oraculis Sibyllinis cap. III. p. 226.

Herodianos partem Sadducæorum fuiſſe ſtatuit Hugo Grotius ad Matth. XVI. 6. & Marc. VIII. 15. Conſentit *Io. Saubertus* in Operibus poſthumis l. c. dogmata eorum cum Sadducæis conveniſſe, ſed in eo tamen a Sadducæis diſceſſiſſe exiſtimans, quod pro Meſſia Herodem habendum eſſe putarint. Eoſdem cum Sadducæis ſtatuit quoque *Anton. Hulſius* in præfat. ad Theologiam Judaicam, & *Io. Reiskius* in Exercitat. de Sadducæis ac denique *Ioh. Harduinus* de Numis Hero-



Digitized by Google

diadum p. 97. ſqq. cui vide, quæ opponit Cl. *Iac. Baſnage* in Hiſtoria Judaica l. c.

De *Samaritanis* diximus ſupra, ubi de Codice Samaritico; de *Hilleliſtis* & *Schammæis* paulo poſt ſub utriusque familiæ principe auctore dicendi occaſio dabitur. *Helleniſtæ* huc non admodum pertinent, de quibus copioſe exponit Cl. *Fabricius* in Biblioth. Græca lib. IV. p. 224. ſqq. Hæc hactenus. Pergimus ad Doctores Miſchnicos reliquos.

אנקלוס ONKELOS, de quo ſuo loco inter Paraphraſtas Chald. Hic tantum obſervo, auctorem *Iuchaſin* eum inter Miſchnicos recenſere, ideo, quod in *Bava Bathra* cap. 6. ei accepta fertur Baraitha quædam.

אנשי מידבא *Viri Medavitæ*, Sapientes Academiæ cujusdam in terra Iſraëlitica, cujus mentio aliquoties fit in Miſchna, v. c. in *Mikvaoth* c. 7. n. 1. In nonnullis exemplaribus mendoſe legitur מיבא

אריסטון *Ariſton*, cujus mentio fit Cod. *Chala* c. IV. n. 11.

## ב

בבא בן בוטא *Bava ben Botha* ſive *Butha*, diſcipulus Schammæi Senioris, doctus & ſenex, Herodi ita acceptus, ut is ex omnibus Sapientibus, quos ſub initium imperii ſui interficiebat, ipſi cum paucis quibusdam aliis parceret. Vide hoc relatum in *Bava Bathra* c. I. p. 3. Confer *Gittin* c. V. p. 57. *Nedarim*, cap. אליעזר, *Beza* c. 2. in Gemara. Adde *Iuchaſ.* pag. 19. b. 52. b. & *Othonis* hiſtor. Doctorum Miſnic. p. 83. ſq.

בית הלל ובית שמאי *familia Hillelis & Schammai*, vide הלל & שמאי.

ביתוס *Baithos*, diſcipulus Antigoni Sochæi, de quo paulo ante, ubi, quæ dicta ſunt, hic repete.

בן אנטינוס *Ben Antinos*, cujus mentio fit in Miſchna Cod. *Challa* cap. IV. n. 11.

בן בג בג *Ben Bag Bag*, judicio *Iuchaſin* p. 53. a. eſt R. *Iochanan ben Bag Bag*, qui alias etiam vocatus eſt בן הא הא quia ה valet quinque, quem numerum etiam efficiunt literæ בג v. *Iuchaſin* p. 55. a. Æqualis ille fuit R. *Hillelis* & *Schammai*. Sententia ejus exſtat in *Pirke Avoth* c. 3. n. 22. & 23.

בן ברוקא *Ben Broka*, v. R. *Iochanan ben Broka.*

ברוריה

ברוריה בת ר׳ חנניה BERVRIA *filia R. Chananja*, uxor R. *Meir*, femina erudita, de qua diximus Parte I. ſuo loco.

בן בותירא *Ben Bethera*, cujus mentio eſt in *Peſachin* IV. 3. Conf. infra R. *Iehoſchua ben Bethera*.

בן הא הא *Ben He He*: v. paulo ante *Ben Bag Bag*.

בני בותירא *filii Bethera*: v. infra R. *Iehoſchua ben Bethera*.

## ג

גביהה בן פסיסא *Geviha ben Peſiſa*, æqualis Simeonis Juſti, teſte Juchaſin, vixitque adeo A. M. 3448. In Bereſchith Rabba Sect. 72. vocatur גביע בן קוסם quod nomen etiam fert in Aruch. Laudatur a ſapientia; nomen גביה a proceritate corporis tuliſſe fertur. Vide hæc & alia in Relandi notis ad Othonem p. 32.

רבן גמליאל הזקן *Rabban Gamliel*, Senior, ad differentiam R. Gamlielis, qui dicitur *de Iavne*, filius Rabban *Simeonis*, qui Jeſum puerulum ulnis excepiſſe nonnullis, ac præceptor Pauli *Act.* XXII, 3, creditur. Decretum quoddam ejus legitur in *Sanhedrin* c. I. p. 11. b. Sententia autem moralis in *Pirke Avoth* c. I. 16. Eo approbante compoſita dicitur a *Samuele Hakkaton* ſive Parvo (i. e. Paulo, ſi nonnullorum conjecturis credimus) certa precandi formula, qua Judæi contra Chriſtianos uti ſolent. (Vide Partem I. ſub *Samuel Katon.*) Alii vero inventionem precationis iſtius referunt ad ætatem Gamalielis Junioris. Vide interim *Taanith* Hieroſol. f. 65. 3. *Berachoth* f. 28. 2. Maimonid. Halach. *Tephilla* c. 7. Quanta ejus fuerit auctoritas, ex R. Abrah. ben Dior *libro Cabbala* æſtimare licet, cujus fide inſtituta ejus recepta fuerunt per totam terram Iſraëlit. & in omnibus exilii locis. Singulare quoque ejus elogium legitur in Miſchna Cod. *Sota* c. 9. n. 15. משמת רבן גמליאל הזקן בטל כבוד התורה ומתה טהורה ופרישות: i. e. *mortuo Rabban Gamliele Seniore, ceſſavit gloria legis, & abiit mundities ac ſanctimonia.* Ita hæc verba vertere malim, quam cum Othone p. 109. Hiſtoriæ, ablata fuit *puritas & Phariſaiſmi rectitudo.* Vox enim פרישות ſanctitatis ſtudium ſæpe Rabbinis denotat, quod Phariſæos profeſſos fuiſſe conſtat. Hic in interpretando error meminiſſe me facit alterius gravioris in loco Talmudico Avoda Sara p. 11. a. commiſſi. Ibi refertur, quod Onkelos proſelytus ſuper cadavere Gamlielis 70. minas Tyrias (שבעים מנה צורי) combuſſerit:

ſerit: id quod nonnulli per 70. libras thuris interpretati ſunt, nominatim *Buxtorf.* de abbreviaturis p. 174. *Schickard.* Bechinath Happeruſch. p. 25. *Leusden.* Philol. Hebr. mixto diſſ. VI. p. 44. & *Pfeiferus* de Targumim c. IV. th. 4. alii, ex quibus Schickardus mutata recte ſententia in de Jure Regio Hebr. p. 425. ſq. monuit, intelligenda verba eſſe de pretio utenſilium, cum eo combuſtorum, quod 70. minas i. e. 700. denarios æquarit. Quomodo Geſnerus in Bibliotheca eum ab illuſtratione corruptæ Hebræorum linguæ laudare, imo Grammaticam Hebr. ei adſcribere potuerit, nec per umbram video. Ceterum lege de noſtro ex Hebræis *Iuchaſin* p. 21. 53. 159. *Abrah. ben Dior* in lib. *Cabbala* p. 50. *Gedaliam* in Schalſcheleth p. 26. b & Ganzium ad an. 3768. Ex Chriſtianis præter Interpretes ad Actus Apoſtol. vide *Iac. Altingium* in Schilo IV. 25. ubi ſpeciatim de ejus auctoritate & affectu in Apoſtolos, ſed ſenſim deferveſcente, *Io. Seldenum* de Synedriis Hebr. lib. I. c. 14. pap. 469. *Hottingerum* in Hiſtor. Eccleſ. Sec. I. p. 15. *Petitum* lib. III. Obſervatt. p. 254. *Buxtorfium* de Abbreviaturis p. 173. *B. Io. Georg. Dorſcheum* in Programmate ſingulari, quod in ejus Sylloge ſemeſtri Miſcellaneorum Hiſtorico-Theologg. legitur pag. 237. ſq. *Wagenſeilium* ad Sota p. 991. Vener. *I. F. Buddeum* in Introduct. ad hiſtoriam Philoſ. Hebr. p. 87. & M. *Caſp. Henr. Graunii* Hiſtoriam Gamalielis cognomine Senis, Wittenb. 1687. 4. plagg. 5. Omnem veri ſpeciem ſuperat, quod in Epitaphio Piſis refertur, Gamalielem Pauli doctorem, *Abybæ* (forte legendum Akibæ) patrem & Nicodemi avum *fidei cultorem* fuiſſe, & ut Chriſtianum obiiſſe. Refert verba *Wagenſeilius* ad Sota p. 992.

רבן גמליאל דיבנה *Rabban Gamliel de Iavne*, nepos Rabban Gamlielis Senioris, filius autem R. *Simeonis b. Gamliel.* Eum poſt urbis excidium primum fuiſſe Academiæ Javnenſis, a qua etiam nomen accepit, Principem, ſcribit Bartoloccius, minus recte. Præceſſit enim illum in hoc munere R. *Iochanan ben Saccai*, qui anno 71. poſt C. N. illi dignitati fuit admotus, poſtquam anno 70. urbs eſſet deleta. Vide *Lightfooti* Opp. poſthuma p. 87. qui p. 89. evincit, noſtrum Gamalielem A. C. 76. præfectum fuiſſe Academiæ, deinde anno 78. ſuperbiam ejus effeciſſe, ut R. *Eleaſar ben Aſariæ*, de quo paulo ante diximus, ipſi præponeretur: utrumque autem deceſſiſſe anno 82. Confirmatur hæc ſententia teſtimonio *Abrah. b. Dior* in lib. Cabbalæ,

balæ, ubi dicitur poſt obitum R. Jochanan b. Saccai Princeps fuiſſe in *Iavne*. Plura de eo lege in *Taanith* Babyl. f. 29. 1. *Roſch Haſſchana* c. I. 7. Sententia Rabban Gamlielis, ſine addito cognomine, legitur in Miſchna Peſachim III. 4. quem de noſtro interpretatur Bartoloccius, forte ideo, quia ibi R. Akiba ad ſententiam ejus aliqua reponit, cui (Akibæ) eum æqualem fuiſſe patet etiam ex מעשר שני cap. II. n. 7. R. *Samuel ben Meir* quidem ſemper, quotiescunque Rabban Gamliel allegetur ſimpliciter, noſtrum hunc intelligendum affirmat, quod ſecus ſe habere Bartoloc. ex Cod. *Pea* c. 2. n. 6. efficit. Lege de noſtro *Iuchaſin* p. 53. b. *Othonem* p. 113. ſq.

רבן גמליאל הגדול *Rabban Gamliel Haggadol* i. e. magnus, filius major natu Rabbenu Hakkadoſch, & ultimus ex Doctoribus Miſchnicis, cui pater ipſe in Miſchna Rabban titulum impoſuit. Vide Juchaſin p. 54. b.

## ד

ר׳ דוסא בן הרכינס R. *Doſa* vel *Duſa ben Harchinas*: de eo diximus Parte I. Biblioth. Rabb. ſuo loco. Confer Relandi notas ad Othonem p. 31. Mentio ejus fit in Miſchna *Ketuvoth* c. 13. n. 1. *Ohaloth* c. 3. n. 1. & *Negaim* c. 3. n. 4. Ex Judæorum calculo quinque fere Sæcula emenſus credi debet: vide loca eorum cum fabulæ refutatione apud *Morinum* in Exercitatt. Biblic. p. 283. ſqq.

דוסתאי איש כפר יתמה *Doſthai oriundus ex vico Iithma*, vel ſecundum alios *Dime*, diſcipulus *Schammai*, quod patet ex *Orla* c. II. §. 5. Memoratur quidam R. *Doſthai* in Bereſchith Rabba paraſcha 62. p. 67. col. 4. tanquam qui nomine R. Samuelis bar Nachman uxorem etiam in ſenectute ducendam ſvaſerit. Num hic idem ſit cum noſtro, obſcurum eſt.

דסתאי בן ר׳ ינאי *Doſthai b. R. Iannai*, diſcipulus R. *Meir*, qui vixit A. M. 3881. C. 121. ut in libro *Cabbala* ex *Gittin* cap. 1. traditur. Sententia ejus nomine R. *Meir* prolata legitur in *Pirke Avoth* c. 3. n. 8. Memoratur etiam alibi v. c. in *Nidda* c. 3. p. 31. b. *Kidduſchin* c. 2. *Sanhedrin* c. 7. & *Chagiga* c. 2. Diverſus hic eſt ſtatuendus ab illo R. Doſtai b. Jannai, qui in *Ielammedenu* ſuper Paraſcham וישב יעקב p. 17. col. 1. tempore Sanheribi in Samariam ad Cuthæos, in lege Moſis erudiendos, miſſus traditur.

חושעיא

# ה

הושעיא רבא *Hoſchaja Rabba:* v. Part. I. Bibl. Rabb. ſuo loco.

הלל הזקן *Hillel Haſſaken*, i. e. Senex, diſcipulus Schemaja & Abtalionis, Babylone parentibus natus pauperrimis, & ipſe pauper: v. *Ioma* c. 3. p. 35. b. & quidem ex ſtirpe Davidis Regia, Cod. *Taanith* Hieroſol. p. 68. a. id quod teſtatur מגלת תענית qui cum Seder Olam prodiit p. 27. col. 3. *Iuchaſin* p. 158. & *Abarbanel* in נחלת אבות p. 9. col. a. aliis ex tribu *Benjaminis* eundem repetentibus. Vide *Io. Morini* Exercitatt. Biblicas p. 265. Natales ejus in A. M. 3648. ante C. N. 112. refert *Bartoloccius* Part. II. p. 784. Ganzio procul dubio innixus, qui ad A. M. 3768. obitum ejus referens, monet, principatum ejus, cujus initium in an. 3728. i. e. 100. annis ante excidium templi inciderit, & per 40. annos durarit, eodem anno 3768. exſpiraſſe. Si his 40. annis addantur 40. quibus exactis Babyloniam reliquit, & 40. alii, intra quos Legem docuit, ceu idem Ganzius monuerat ad an. 3728., apparebit, nativitatem ejus incidere in A. M. 3648. In Diſputatione Cl. Geigeri de Hillele & Schammai pag. 8. dicitur Bartoloccius hanc in rem uſus teſtimonio libelli הלכות ריעות. At ille liber moralis eſt, neque huc a Bartoloccio allatus. Memoratur autem ab eo libellus iſte proxime ante Hillelem hunc p. 783. unde forte ſubnata eſt hujus erroris occaſio. *Ganzius*, & cum eo ceteri, tradunt Hillelem cum Schammæo doctrinam accepiſſe a Schemaja A. M. 3728. i. e. an. 32. ante C. N. & excidium templi centum annis anteceſſiſſe: de quo argumento paulo poſt plura commemorabuntur. *Babylon* ipſi patria vindicatur, quam annos natus 40. reliquiſſe dicitur. Ita enim Abraham ben Dior in libro Cabbalæ: הלל עלה מבבל והוא בן ארבעים שנה ולמד ארבעים שנה כי מאה ועשרים שנה היו ימי חייו: i. e. *Hillel adſcendit ex Babylone anno ætatis ſuæ 40. & docuit annos 40. Vixit autem annos* 120. Hieroſolymæ invenit Academiæ, ibi tum florentis, rectores *Schemajam* & *Abtalionem*, eosdemque diligenter audiit docentes, paupertatemque manuum opera ſolatus eſt, teſte *Ioma* l. c. Horum ope ita profecit, ut præceptoribus ſuis daretur Succeſſor in Academiæ rectura, *Filiis Betiræ* (בני בתירא) qui proximi alioquin fuiſſent, principatu hoc ſe abdicantibus, ideo, quod intelligerent, cum in quæſtione quadam de

*Paſchate*

*Paſchate utrum illud Sabbatum expellat, an minus*, definienda ingenium & doctrinam comprobaſſe: lege *Peſachim* Hieroſol. fol. 33. 1. & fol. 66. item Bartolocc. l. c. p. 785. & *Lightfootum* in Horis Hebraicis ad Matthæum p. 373. Collegam in Præfectura illa primum habuit *Menachemum* teſte *Iuchaſin* p. 19. & *Ganz* in Zemach David ad an. 3728. (ubi *Vorſtius* in verſione ſua nomen hoc perperam per *Minchas*, permutato ם finali cum ס, expreſſit) per breve temporis ſpatium, ſive quod vitæ genus Scholaſticum cum aulico permutavit, ceu *Iuchaſin* & *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 26. tradit, ſive quod brevis fuit vitæ, quæ ſententia eſt Abarbanelis in נחלת אבות. Hinc fit, ut ubique cum שמאי, cum quo deinde Academiam adminiſtravit, conjungatur. Docendi regendique provincias, ſi Judæis fides, pari cum auctoritate ſuſtinuit. Abarbanel in præfat. ad *Nachalath Avoth* millia diſcipulorum illi tribuit, inquiens, היו לו כמו אלפים תלמידים, cumque in *Bava Batra* c. 8. p. 130. octoginta tantum habuiſſe dicatur, eum quidem numerum de præſtantiſſimis eorum interpretandum cenſet. Et de illis octoginta præclare ſentiunt Judæi, ex quibus legatur *Succa* c. 2. p. 25. *Bava Batra* c. 8. pag. 130. *Iuchaſin* p. 159. in animadverſione ultima & liber *Coſari* p. 242. edit. Buxtorf. teſtatus ex veterum fide, triginta dignos fuiſſe, ſuper quibus habitaret Majeſtas divina; triginta idoneos ad intercalandos annos, & viginti intermedios. Maximum autem omnium fuiſſe Jonathanem Uſielidem, minimum Rabban Iochanan. Linguas omnes imo & ſermonem cum montibus, callibus, vallibus arboribus, herbis & dæmonibus conferendum calluiſſe conſveta Judæis hyperbole dicitur in *Iuchaſin* p. 55. Sapientiæ ejus moralis varia nec inficianda exſtant documenta in Pirke Avoth cap. I. & cap. II. Atque illam quoque in vita exercuit, ſi credimus libro Coſari p. 242. ubi manſvetudo ejus & complures virtutes aliæ laudantur. Adde Codic. *Schabbath* cap. במה item Helvici Jüdiſche Hiſtorien p. 49. ex Maaſe Buch cap. 12. Codici quoque Sacro integritati ſuæ vindicando operam navavit, ceu traditur in *Succa* f. 20. a. l. 26. & *Peſachim* f. 66. a. l. 9. Conf. Cl. *Danzium* de Script. S. V. T. eluctante p. 28. Fuit & variorum auctor inſtitutorum, nominatimque illius, quod פרחבול appellatur. Vide *Gittin* cap. IV. p. 36. b. *Buxtorfii* Lexicon Talmudicum fol. 1806. & inprimis Bartoloccium Part. II. p. 787. ſq. Imo idem primus inſignem traditi-

Mmmmm onum

onum Judaicarum copiam, quæ ſexcentos ordines compleviſſe dicitur, ad minorem numerum, claſſes ſcilicet ſex, reduxit. Ita enim *Iuchaſin* p. 56. a. l. 1. ומימות משה ועד הלל ת״ר סדרי משנה ומהלל ואילך תקנו ששה סדרים i.e. *A diebus Moſis usque ad Hillelem* 600. *ordines Miſchne. Ab Hillele autem & poſtea conſtituerunt ſex ordines.* Confer *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 26. Hic itaque primus fuit illius conſilii auctor, quod deinde R. Iehuda Sanctus in Corpore Miſchnico adornando, vel provexit ulterius, vel emendavit.

Cum Schammæo, Collega ſuo, ipſi non ſemper bene convenit, quamvis olim ejus Magiſtro (c) & deinde ſocio, adeo ut duæ factiones ex his diſſenſionibus orirentur, quarum altera בֵּית הִלֵּל altera בית שמאי vocabatur. Tribus omnino capitibus diſſenſum omnem conſtitiſſe tradit *Iuchaſin* (c) quem tamen p. 19. b. refert cum tanta animorum acerbitate fuiſſe conjunctum, ut alterius diſcipuli aſſeclas alterius interficerent. Conf. *Schabbath* c. 3. Nec de rebus levibus, judicio ſaltem Judæorum, controverſiam fuiſſe effici poſſe videtur ex eo, quod jejunium eo die dixerint, quo primum lis iſta orta eſt, nempe die IX. menſis Adar, ceu patet ex Megillat Taanith. Conf. *Scaligeri* Canonem Iſagogicum p. 43. Sic & Magiſtri in *Sanhedrin* queruntur: משרבו תלמידי שמאי והלל שלא שמשו כל צורכן רבו מחלוקות בישראל ונעשית תורה כשתי תורות: i. e. *Ex quo tempore multiplicati ſunt diſcipuli Schammai & Hillelis, qui non inſtructi erant, ad miniſterium ſuum obeundum eo, quo par erat, modo, multiplicata ſunt Schiſmata in Iſraële, & Lex, hactenus una, evaſit inſtar duarum Legum.* Sunt vero viciſſim alii, qui diſputationes illas admodum elevant, prout ſcilicet Doctorum ſuorum, imo & ipſius doctrinæ oralis, quæ ab altero eorum potiſſimum repetitur, auctoritati præjudicium inde naſci poſſe exiſtimarunt. Præ cæteris in hoc negotio multus eſt *Maimonides* in præfat. ſua ad commentarium in Miſchnam fol. 3. col. 3. med. ubi ſpeciatim locum ex Sanhedrin allatum mitius ait eſſe explicandum, ſtatuendumque, diſputationem omnem non tam in re ipſa, quam in modo hoc vel illud probandi poſitam fuiſſe. Verba potiora hæc ſunt: *Quoties duo*

*Viri*

(c) Ita nonnulli ex Judæis & Joſephus quoque Græcus Antiquitt. XV. 5. p. 510. ubi *Sameum* diſcipulum *Pollionis* i. e. Hillelis vocat. Adde Pſeudo Gorionidem. lib. VI. c. 49.

(d) Hoc quomodo intelligendum ſit, patet ex *Schabbath* col. 15. 1. med. conf. Cl. *Edzardum* ad cap. II. Avoda Sara p. 557. & obſerva Talmud Hieroſol. in Schabbath p. 3. col. 3. *octodecim* diſſenſionis momenta recitare.

Digitized by Google

*Viri pares fuerint intelligentia, perſpicacia & fundamentorum, unde eruuntur conſequentiæ, cognitione, non accidit inter eos, in iis, quæ ratiocinando dicunt, diſcrepantia; vel ſi interdum contigerit, minima erit, ſicut non reperimus unquam differentiam inter Schammai & Hillel, niſi circa conſtitutiones nonnullas particulares, quod inde provenit, quia modus ratiocinandi, quo uterque eorum uſus eſt, in iis, quæ ratiocinando concluſerunt, valde inter ſe congruit.* In ſequentibus idem diſſenſiones unice refert ad eorum diſcipulos, inter ſe ideo diſputantes, quod Præceptorum ſuorum ratiocinationes non recte ſint aſſecuti. Sequitur Maimonidem Cl. *Mart. Iac. Owmannus* in notis ad Codicem de Lotione Manuum p. 109. Enimvero ſi reſpiciantur loca Gemaræ, in quibus quædam diſſenſionum capita memorantur, vix veri videbitur ſimile, ipſos Doctores in modo probandi tantum a ſe invicem diſſenſiſſe. Vide quæ inde afferunt ex Chriſtianis *Io. Seldenus* in Uxore Hebræa lib. III. c. 20. p. 330. ſq. *Io. Lightfootus* Tomo II. Opp. fol. 6. & 256. *Iac. Altingius* in Schilo lib. IV. cap. 21. Cl. *Georg. Elieſer Edzardus* in notis ad cap. I. *Avoda Sara* p. 333. & ad cap. II. p. 556. item ad cap. I. *Berachoth* pag. 173. nec non Cl. *Geiger* in commentatione de Hillele & Schammai p. 27. ſqq. Magiſtri quidem more ſuo, quo & contradictoria, a Doctoribus ſuis profecta, conciliari & pro veris accipi poſſe cenſent, in Gemara Hieroſolymit. ad Berachoth fol. 3. col. 2. med. tradunt, *exſtare traditionem, exiviſſe filiam vocis* (ſub illum ſcilicet diſcipulorum utriusque ſcholæ diſſenſum) *atque dixiſſe, tam Schammæana quam Hilleliana præcepta eſſe verba Dei vivi;* ſed eodem tamen loco additur, *conſtitutionem ſequi Scholam Hillelianam.* Et paulo ante hæc legis: *Quisquis transgreditur præcepta Scholæ Hillelianæ, is mortis reus eſt.* Locum hunc integrum latine converſum habes apud Cl. *Edzardum* in notis ad cap. I. Avoda Sara p. 334. & *Lightfooti* Opp. poſthuma p. 28. b.

Mihi quidem illi rem recte reputaſſe videntur, qui controverſiæ omnis cardinem in eo collocant, quod *Hilleliani* traditioni & Legi orali, *Schammæani* vero *Legi ſcriptæ* inſiſterent. Illuſtris in hanc rem locus exſtat *Hieronymi* in commentario ad *Ieſaiæ* VIII. his verbis conceptus: *Sammai & Hillel non multo prius, quam Dominus naſceretur, orti ſunt in Iudæa, quorum prior diſſipator* (quaſi a שמם diceretur) *interpretatur, ſequens profanus:* (ergo a חלל, ſed minus recte, deducit Hillelis nomen) *eo quod per traditiones & δευτερώσεις ſuas Legis præcepta diſſipaverint.* Idem paulo ante monuerat ibidem, *ex Schammai & Hillel ortos eſſe Scribas & Phariſæos.* Ejusdem veritatis veſtigia apud Joſephum lib. XV. Antiquitatum c. 1. & 13. invenias.



Digitized by Google

nias. Ibi enim Hillel ſub nomine *Pollionis*, *Phariſæus*, atque adeo traditionum patronus; *Sameas* autem i.e. שמאי *juſtus* vocatur. Adſtruit hoc ipſa Magiſtrorum narratio, ſupra producta, de ſtudio Hillelis, in congerendis & diſponendis traditionibus collocato. Omitto alia hujus rei indicia, quæ diligenter expoſita vide a Cl. *Iac. Triglandio* in Diatriba de Karæis p. 97. ſqq. Hinc & factum eſt, ut *Karæi*, traditionibus infeſti, *Schammæum* inter majores ſuos doctoreſque numerarint. Vide *Notitiam Karæorum* meam p. 97. & adde plura hujus generis teſtimonia ex MSS. Karæorum libris ſuppeditata a *Triglandio* l. c. p. 94. ſq. Inter hæc notari merentur verba *Moſis Beſchitzi* in libro מטה אלהים MS. ita conſignata, *Ceterum ajunt & fatentur* (Talmudici) *de ſe ipſis*, *Schammæanos diſcipulos magis doctos atque expeditos fuiſſe*, *quam Hillelianos. Sed quia Hillelis diſcipuli multum vincebant numero diſcipulos R. Schammai*, *ex illorum ſententia facta eſt deciſio omnibus in locis*, *exceptis paucis*, *ubi judicium R. Schammai ſunt ſecuti.* (e) *Dicuntque*, *quia Hilleliani ſuperabant numero Schammæanos*, *ex illorum judicio rem deciſam hoc fundamento*: *quia pluribus ſtandum eſt ſuffragiis.*

In ſuperioribus aliquoties *Pollionem* & *Sameam*, Joſepho laudatos, cum *Hillele* & *Schammai* eoſdem pronunciavimus. Neque dubitaverit, qui legerit, quæ in hanc cauſam diſputata ſunt a *Ioh. Druſio* lib. II. c. 10. de tribus Sectis, & lib. XI. Obſervatt. c. 21. *Io. Seldeno* de Synedriis lib. III. cap. 9. §. 1. *Iac. Altingio* de Schilo lib. IV. cap. 21. noviſſimeque a Cl. *Campegio Vitringa* lib. VI. Obſervatt. Sacrar. pag. 347. ſqq. *Schammai* nomen in *Sameæ* facile transformari potuiſſe nemo negaverit. De *Pollione* vero ex *Hillele* formato forte poterat dubitari. Ad difficultatem literam ה pronunciandi & æquivalente quadam in alia lingua efferendi, quæ τὸ ה cum P permutare juſſerit, recipere me nolim cum Cl. Vitringa l. c. p. 348. Sed acquieſcere malim in altera ejusdem conjectura, quod ſcilicet *Pollionis* nomen τῷ Hillelis ſubſtituerit ideo, quia prius iſtud Romanis, quibus inprimis placere volebat, admodum frequens eſſe intelligeret.

Noſtro huic nonnulli adjudicandum cenſuerunt Codicem illum Hebræum, qui *Hilleliani* nomine a Iudæis tanquam optimæ notæ & remotiſſimæ ætatis celebratur: quem alii malunt R. *Hilleli Hannaſi*, de quo mox, tribuere. Vide quæ de hac cauſa dicta ſunt ſupra lib. II. p. 290.

Tenen-

(e) Interdum neutram familiam amplexi ſunt, cujus generis exemplum habes apud Maimonidem in *Beza* I. §. 2.

Tenendum enim hoc eſt, duos hujus nominis in Judæorum monimentis recitari, noſtrum ſcilicet qui ſolet appellari *Hillel* הזקן ſive *Senex*, ſeu *Babylonicus*; alterum *Hillelem*, qui vocari ſolet *Princeps* ſeu הַנָּשִׂיא de quo nunc dicemus.

הלל הנשיא *Hillel Hannaſi*, ſeu *Princeps*, filius R. Jehudæ *Naſi*, qui erat nepos R. Jehudæ Naſi, qui alias dicitur Sanctus, quique Miſchnam compilavit. Ita omnino genealogia ejus recenſetur poſt alios a *Ganzio* in Zemach David, ætatem ejus referente ad A. M. 4118. id eſt Sæculum poſt C. N. quartum, ac præterea teſtante, eundem decimam generationem ab Hillele Seniore conſtituere. Inde conſequitur quatuor Sæcula inter hunc & primi illius Hillelis Senioris ætatem intercedere: ex quo ſimul patet, *Vorſtium* in latina ſua interpretatione p. 116. vocem דור male per *ſæculum* vertere, ubi de generatione, quæ triginta vel quadraginta utplurimum annis æſtimari ſolet, cogitandum erat. Easdem generationes ita computat *Ganzius* l. c. Hillel Senex Babylonius, Rabban Simeon, filius ejus, Rabban Gamliel Senex, Rabban Simeon filius ejus, Rabban Gamliel Jafnenſis, R. Simeon Tertius, R. Iehuda Naſi, compilator Miſchnæ, Rabban Gamliel filius ejus, R. Jehuda Naſi, ſive Princeps, & Hillel Hannaſi, filius ejus. Huic acceptum ferunt Judæi cyclum quendam, ſecundum quem annos ab orbe condito ſupputare inſtituebant, quod antea fieri ſolebat ab exitu ex Ægypto aut ab Æra Alexandri. Hunc cyclum *Iuchaſin* fol. 90. *Ganzius* l. c. & *Gedalja* in Schalſcheleth fol. 34. compilatum eſſe ajunt anno Æræ Contractuam 670. qui reſpondet A. C. 360. Longius & quidem in A. C. 500. præter rem removet auctor *Ieſod Olam*, confutatus a Ganzio l. c. Adde *Morinum* in Exercitatt. Biblicis p. 255. & *Bartolocc.* Part. II. p. 798. De Cyclo ipſo lege eundem *Bartoloccium* Tom. II. p. 415. 459. & 545. Cum hoc Judæi, v. c. auctor *Iuchaſin* l. c. & *Schalſcheleth* p. 24. b. ajunt exſpiraſſe בית דין ſeu conſiſtorium & סמיכת ידים id eſt impoſitionem manuum, per quam creabantur Doctores. Evolve in hanc rem *Iac. Altingii* Schilo lib. IV. c. 3. Hunc eundem volunt eſſe Patriarcham illum Ἐλλήλ, de quo *Epiphanius* lib. I. p. 128. contra Hæreſes ex fide *Ioſephi* cujusdam Hiſtorici, Tiberiadenſis, Conſtantino Imp. æqualis, teſtatur, quod, ex ſtirpe Gamalielis ortus, ſub vitæ finem ab Epiſcopo Tiberienſi morti proximus

ſacra unda ſe lavari curarit. Tempora omnino ſatis conveniunt, nec mirum admodum foret, ſi ea ætate, qua Judæorum res inclinatæ maximopere erant, temporum ſignis recte dijudicatis adductus ad agnitionem veritatis fuiſſet Hillel.

Duobus his addendus eſt *tertius*, Hillel, qui ordine ætatis *ſecundus* foret, ſi credimus Cl. *Martino Iac. Owmanno*, in notis ad Cod. de Lotione manuum p. 103. Ad hunc ſcilicet accommodat locum Gemaricum ad cap. I. Codicis שבת ita ab eo propoſitum: *Hillel & filius ejus Simeon, atque ejusdem nepos Gamaliel cum Succeſſore Simeone, pronepote ſuo, per centum annos ante vaſtatum templum principatum geſſerunt.* Atque hunc Hillelem a Babylonico illo Seniore omnino putat eſſe diſtinguendum, & ad hunc, non ad illum Seniorem, refert originem diſſenſionum, quæ inter Hillelianos & Schammæanos interceſſerunt. Ego vero, quod pace Viri docti dixerim, verba iſta omnino ad primum illum, qui Babylonicus dicitur, puto pertinere, quia Genealogia ejus eodem modo recenſetur, quo enarratur a *Ganzio* ad A. M. 4118. Ibi enim Ganzius initium facit Genealogiæ Hillelianæ a Babylonio iſto, qui vocatur *Senex* & *Princeps*, & de quo egerat antea ad A. M. 3728. diſertisque verbis monuerat, propaginem ejus ad nepotes fuiſſe propagatam per decem generationes, usque ad Hillelem Naſi, Gemaricum, cujus nomen infra ad an. 4118. ſit memorandum. Neque excipere licet, quod facit Vir doctus pag. 104. Hillelem iſtum medium ideo a Ganzio æque ac primum illum, Seniorem appellari & Babylonium (vide p. 105.) reſpectu *Hillelis tertii*, & quod medius iſte æque ac primus ex Babylonia aliorſum commigravit. Probandum enim inprimis erat, ullum Judæorum tres Hilleles illius ætatis recenſere, aut cauſam eſſe idoneam & manifeſtam, cur medium illum ſuccenturiare ceteris per conjecturas debeamus. Jam vero nec exſtat tale teſtimonium, nec ulla in promtu cauſa eſt. Sive enim *Maimonidem* in catena Doctorum Traditionariorum, quam in præfat. ad commentarium in Miſchnam nectit, ſive alios quoscunque Judæorum Hiſtoricos conſulamus, inter Miſchnicos non niſi unum inveniemus Hillelem, ut proinde ſtatuendum ſit, primi illius Babylonii, ſeu Principis, prorſus non eſſe factam mentionem, quod non dixerit Cl. Owmannus, aut admittendum, quod omnia quæ de Hillele inter Miſchnicos referuntur, ad unum iſtum pertineant. Taceo, ſi Genealogiam Cl. Owmanni pag. 103. ſq. ſuppeditatam, recipiamus, non jam decem, ſed ſaltim undecim, ſi novus quidam Hillel interſeratur, generationes ab Hillele primo, quem medium

dium putat ipſe, ad tertium ſe invicem excipere. Id quod diſerto Ganzii teſtimonio repugnat. Deinde vero nec cauſa eſt, cur ſecundum quendam Hillelem conjecturis quæramus. Temporum certe rationes hoc non requirunt, ceu Vir doctus ſibi perſuaſit. Etenim Hillelis primo ætas a Chronologis Judæorum omnibus, ſpeciatim Ganzio &c. excidium templi, quod cum A. C. 68. vel 72. conjungunt, centum annis anteceſſiſſe dicitur. Hoc præſtructo Domini & Servatoris noſtri ætatem 32. vel 28. annis antevertit. Et ſic apparet, ea locum habere poſſe, quæ p. 105. eo conſilio afferuntur, ut pateret, ſecundo quodam Hillele opus eſſe, ſi narrationes Judæorum conſtare ſibi debeant. Cum hoc tempore congruit Hieronymi relatio, ad quam ſupra provocavimus. Is enim in commentario ſuper Jeſaiam VIII. 14. ita: *Duas domos Nazaræi, qui ita Chriſtum recipiunt, ut obſervationes legis veteris non omittant, duas familias interpretantur, Sammai & Hillel, ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi, quorum Scholam ſuſcepit Akibas, quem Magiſtrum Aquilæ Proſelyti autumant, & poſt eum Meir, cui ſucceſſit Jochanan filius Zachai; & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon, & rurſum Joſeph Galilæus, & usque ad captivitatem Jeruſalem Joſua. Samai igitur & Hillel non multo prius, quam Dominus naſceretur, orti ſunt in Judæa.* Habet multa, quæ in hoc loco deſideret, *Joſ. Scaliger ὁ πάνυ* in Elencho Trihæreſii Nic. Serarii p. 92. & 93. nonnulla recte, alia forte minus convenienter, inter quæ numero, quod Hillelem & Sammai æra Judaica hodierna 3628. h. e. 160. annis ante C. N. floruiſſe exiſtimet. Natus enim ex Judæorum narratione Hillel eſt A. M. 3648. ante C. N. 112. Sed principatum, de quo Hieronymus inprimis accipiendus videtur, gerere cœpit annis demum 80. poſt, h. e. A. M. 3728. h. e. annis 32. ante C. N. Confer de eodem Hieronymi loco Druſium de tribus ſectis lib. II. c. 11. Obiter obſervo, Cl. Owmannum aliquoties, puta p. 102. 104. Hillelem, quem vocat, tertium, pro filio R. Jehudæ Sancti habuiſſe, cujus tamen ſecundum Ganzium & ceteros Chronologos trinepos eſt, neque poteſt non eſſe, ſi Hillel quadringentis annis, (ceu ipſe profitetur p. 102.) ante tertium illum vixiſſe debuit. Jehuda enim Sanctus vixit initio Sæculi II. poſt C. N. Hillel vero iſte *Hannaſi* ſive junior Sæculo demum IV.

Quemadmodum igitur hic *Hillel Hannaſi* inter Gemaricos eſt numerandus, ita inter eos adhuc plures exſtant a Juchaſin p. 90. a. memorati, nempe Hillel pater Serira, Hillel filius Paſſi, Hillel æqualis Raf, Hillel collega Raf Aſche, Hillel & Jehuda filii R. Gamliel, Hillel fil. R. Vals, (pro quo Voiſinius ad Raymundi Martini Pugionem Fidei pag. 340. ed. Lipſ.

Digitized by Google

Lipſ. & Relandus ad Othonis hiſtor. Doctorum Miſchnicorum minus recte legunt *Ulam*) Hillel æqualis Raf Joſeph Hammedari.

Alius *Hillel* iſtis omnibus junior, isque Hiſpanus, ſtatuendus fuerit, ſi audiamus *Jo. Morinum*, qua de re vide, ſupra lib. II. p. 290.

הרוגי מלכות *Haruge Malcuth*, i. e. occiſi regni, qui paſſim in Hiſtoria Judaica memorantur. Intelliguntur autem hoc nomine decem Doctores, qui ob religionem, juſſu Imperatorum Romanorum, occiſi ſunt. Eos R. *David Ganz* in Zemach David p. 28. recenſet hoc ordine. Primus eſt R. *Simeon ben Gamliel*, Princeps Iſraëlis, qui cum ipſo urbis excidio eodem anno vitæ finem vidit. Eum ſecutus ſtatim eſt ſecundus R. *Chananja*, Sagan inter Sacerdotes. Tertius fuit *Iſmaël b. Eliſa* Sacerdos maximus. Quartus R. *Akiba*, anno ab urbis excidio 52. interfectus. Quintus R. *Juda ben Baba*, qui ob promotos per χειροθεσίαν quinque Seniores contra Imperatoris voluntatem, trecentis ſagittis ferreis confoſſus periit. Sextus R. *Chananja ben Tardejon* flammis uſtulatus. Septimus R. *Chozpet*. Octavus R. *Jeſchubab*, Scriba, canibus projectus. Nonus R. *Ellezer b. Schemua* longo tempore poſt Akibam interiit teſte Juchaſin. De decimo nondum ſatis conſtat inter Judæos, quorum alii eum appellant R. *Juda ben Tima*, alii R. *Flieſer ben Dama*. Horum decem martyrum, quos putant Judæi, ſepulchra in monte aliquo על שפת נהר טיברו i. e. ad ripam fluvii Tiberis eſſe ſcribit R. *Benjamin* Tudelenſis in Itinerario ſuo p. 10. Confer *Relandi* notas ad Othonem p. 111. ſq. & Cl. *Basnage* lib. III. Hiſtor. Judæorum p. 62. Solent alias הרוגי מלכות vocari illi omnes, qui ob bonum publicum vel in gloriam Dei ſe morti objiciunt, ut מלכות i. e. Reſpublica vel Eccleſia conſervetur. Conf. Buxtorf. Lexic. Rabbin. p. 629.

הורקנוס בן ר' אליעזר בן הורקנוס *Hyrcanus f. R. Flieſer f. Hyrcani*, cujus mentio fit in *Bava Metzia* c. 10. Confer *Juchaſin* p. 56. a.

## ז

בן זומא *Ben Soma*: v. R. *Schimon b. Zoma*.

בן זכאי *Ben Saccai*: v. R. *Jochanan ben Saccai*.

זכריה בן קבוטל *Sechar ja ben Kavuthal*, vel, ut Maimonid. vocat בן קבוטר *ben Kavuthar*, Sacerdos proxime ante excidium Templi II. vixit: v. de eo Miſchnam *Joma* c. 1. n. 6. Adde *Juchaſin* p. 56. a.

ר' זכריה

Digitized by Google

ר' זכריה בן הקצב R. *Secharja b. Hakkazabb*, Sacerdos, lanionis filius, de quo v. Miſcham ערוית c. 8. n. 2. *Sota* V. 1. Eum vidiſſe excidium templi, adeoque eo durante adhuc vixiſſe, ex eo evincere volunt Judæorum nonnulli, quod per templum juraverit: ſed cum & alii eandem jurandi formulam adhibuerint, qui diu poſt everſum templum vixerunt, argumento huic nihil tribuendum eſt, ceu obſervat *Juchaſin* p. 56. a.

חוני המעגל *Choni Hammaagal* (f) i. e. *Onias auriga*, ut Breithauptius interpretatur, quem Judæi a ſanctimonia & miraculis laudant, ſpeciatimque in *Taanith* c. 3. p. 19. & 23. narrant, eum precibus ſuis pluviam excitaſſe, quæ per tres annos erat deſiderata. Hoc & alia ejusmodi facta Magiæ tribuit Bartoloccius Parte II. p. 704. & III. p. 268. Confer de eo *Joſephum Gorionidem* lib. IV. cap. 19. ed. Breithaupt. in fine, unde patebit, eum vixiſſe tempore Ariſtobuli & Hyrcani, adeoque A. M. 3697. ante C. N. 63. malaque morte mulctatum. Confer *Juchaſin* p. 17. a. & 56. b. Joſephum Græcum lib. XIV. c. 3. Antt. *Breithauptum* ad Gorionidem pag. 320. & Cl. Relandum ad *Othonis* Hiſtor. Doct. Miſnic. p. 66.

ר' חוצפית התורגמן R. *Chozpith Hatturgeman*, i. e. *Interpres*, interpretis officio functus eſt apud Principem Rabban *Gamliel* ad populum. Vide שביעית c. 10. n. 6. Numeratur etiam inter decem occiſos regni (הרוגי מלכות) de quibus ſupra. Confer *Juchaſin* p. 44. b. & 58. a.

ר' חלפתא R. *Chelpetha* vel *Chalaphta*, pater R. *Joſe*, qui vidit excidium templi, de quo lege *Roſch haſſchana* in fine, ſocius R. *Chananja ben Tardion*, v. *Taanijoth* c. 2. n. 5. Ab hoc diſtinguendus eſt R. *Chelpetha Iſch Kephar Chananja*, diſcipulus R. *Meir*, qui vixit quarta ætate ab exuſto templo, ſeu A. C. 120. v. *Pirke Avoth*, III. 6. Alius eſt *Chelpetha bar Agra*, de quo *Schabbath* c. 13. p. 105. Denique & *Abba Chelpetha* commemoratur in *Sota* c. 7. pag. 34. Confer *Juchaſin* p. 58. a.

חמשה הדינין לפני חכמים *Quinque judices coram Sapientibus judicantes*: v. *Chanina ben Chachinai*.

Nnnnn חנינא

(f) Hammaagal vocatur ille, qvi circulos aut orbes format: Lempereur in Halichoth Olam vertit, *Circularis*; Seldenus *Plauſtrarius*. Hoc nomen Oniæ adhæſiſſe videtur ex more, quem obſervabat precaturus, circulum in pavimento ſignandi, & in eo conſiſtendi, dum preces ad Deum funderet.

Digitized by Google

חנינא בן רבן גמליאל דיבנה *Chanina b. Rabban Gamliel* de *Jaſne*, vixiſſe videtur tempore R. *Meir*, A. C. 121. quia cum eo diſputat in *Kidduſchin* c. 3. p. 61. b. Conf. *Iuchaſin* p. 57. b.

ר׳ חנינא בן דוסה R. *Chanina ben Doſa*, æqualis *Rabban Gamliel*, vidit everſionem templi A. C. 68. Memoratur is in *Pirke Avot* c. III. 9. & *Sota* c. IX. 15. *Berachoth* V. 8. ubi ſpeciatim laudatur a ſingulari in precibus, ægrototum cauſa faciendis, felicitate, quarum exauditio ſperanda vel non ſperanda ipſi ſemper ſingulari modo conſtiterit. Gemarici in Cod. *Cholin* c. VI. p. 86. referunt, oraculum ſeu *Bath Kol* promulgaſſe, noſtri hujus cauſa univerſum hoc ſuſtentari. Nonnulla Magiæ ſpeciem habentia de eo alibi inveneris. Lege *Lightfootum* in Horis Hebraic. ad Matth. XXIV. 24. & *Iuchaſ.* p. 56. b. Hunc puto eſſe illum *Chanina*, qui in *Bagdad*, Babyloniæ metropoli, ſepultus dicitur in Itinerario *Petachiæ* p. 200. ed. Wagenſeil. in Exercitatt. varii argumenti. Videris eum ab auctore *Schalſcheleth hakkabbala*, nunc *Chaninam*, nunc *Chananjam* vocari, quod alias quoque huic nomini uſu venire obſervabis in Talmudicis aliisque Judæorum ſcriptis quemadmodum *Eleaſaris* & *Elieſeris* nomina permutantur. Quod vel ideo hic monendum putavi, ut ſi quem ſub *Chaninæ* nomine fruſtra quæſiveris, eum *Chananjam* hic appellatum putes.

חנינא בן חכינאי *Chanina ben Chachinai*, (aliis *Chananja*) vixit A. C. 121. diſcipulus Akibæ unus ex judicibus quinque, qui coram Sapientibus judicarunt. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* III. 4. Confer de eo Gemaram *Ketuvoth* cap. 5. *Juchaſin* p. 58. a. l. ult. Ceterum quinque illi Judices, quibus noſter accenſetur, ita nominatim recenſentur: 1) *Ben Aſai*: 2) *bar Zoma*: 3) *Eleaſar b. Mathia*: 4) *Chananja Iſch Ono*, & 5) noſter *Chanina*. Alio modo & ordine ratio initur in Cod. *Maaſer Scheni* c. 2. nempe ſic: 1) *Ben Aſai*: 2) *ben Zoma*: 3) *ben Nanas*: 4) *Chanen*, & 5) *Chananja Iſch Ono*. Iterum aliter in *Sanhedr.* c. 1. nempe 1) *Simeon Temanita*: 2) *Chanen Hammitzi*: 3) *Chanina ben Chachinai*: 4) *ben Aſai* & 5) *ben Zoma* Vide *Iuchaſin* p. 58. b.

חנינא בר חמא *Chanina bar Chamma* poſt mortem Rabbenu Hakkadoſch caput conſeſſus, in cujus ſchola compoſitæ ſunt *Toſaptha*, *Baraithot* & *Mechilthot*. Claudit is ſeriem Miſchnicorum cum collegis ſuis, quod monet R. *Abrah. ben Dior* in lib. Kabbalæ p. 28. b. אלו חכמי סוף

סוף התנאים h. e. *iſti ſunt ultimi Miſchnicorum*, nempe præter noſtrum R. *Oſaia*, R. *Simeon*, R. *Gamaliel* & R. *Elieſer*.

חיונא בן עקשיה v. infra *Chananja b. Akaſchija*.

חנינא בן תרדיון *Chanina b. Tardijon*: v. R. Chananja b. Tardijon.

חנמאל המצרי *Chanamel Hammizri*, i. e. Ægyptius, Sacerdos magnus templo II. ante Iſmaelem בן פיאבי. Vid. *Para* IV. 5.

חנן בן אבשלום *Chanan fil. Abſchalom*, una cum *Admon* fuit Judex ſub templo ſecundo ante C. N. Vide *Ketuvoth* c. 13.

חנן הנחבא *Chanan Hannachba*, nepos חוני i. e. *Onia Hammagali*, de quo paulo ante. Vide *Iuchaſin* p. 56. b.

חנניה איש אונו *Chananja Iſch Ono*, numeratur a quibusdam inter quinque Iudices, qui coram Sapientibus judicabant. Vide Cod. *Maaſer Scheni* c. 2. & *Gittin* c. 6. Conf. paulo ante *Chanina b. Chachinai*. Adde *Iuchaſin* p. 58.

חנניה בן אנטיגנוס *Chananja fil. Antigoni*, Sacerdos, æqualis R. Akibæ, A. C. 120. Vide de eo Miſchnam Cod. *Scheviith* VI. 3. & Gemaram Cod. *Nidda* p. 23.

חנניה בן גמליאל v. *Chanina b. Rabban Gamliel*.

חנניה בן דוסא v. *Chanina b. Doſa*.

חנניה בן חזקיה בן גרון *Chananja b. Chiskija b. Garon*: v. Partem I. Biblioth. Rabb. ſuo loco.

חנניה סגן הכהנים *Chananja*, Vicarius Sacerdotum, ſeu ut *Iuchaſin* explicat, משנה הכהן הגדול, ſecundus a Sacerdote maximo: ſententia ejus de precibus pro Romano imperio faciendis exſtat in *Pirke Avoth* c. III. 2. *Ora*, inquit is, *pro imperio Romano*, *quia niſi fuiſſet terror ipſius*, *unusquisque proximum ſuum vivum deglutiiſſet*. Ex quo patet, eum poſt excidium templi adhuc vixiſſe, per quod terror Romanorum ſe inprimis exſeruit. Idem quoque colligitur ex *Joma* c. 1. ubi diſputat cum R. *Meir* & R. *Joſe*, qui ſub Hadriano Imp. vivebant. Confer de eodem alia in עריות c. II. 1.

ר׳ חנניה בן עקביה R. *Chananja b. Akvija*, ſive ut nonnulla exemplaria legunt בן עקיבה *ben Akiba*; v. Cod. כתובות c. VIII. n. 1. Vixit circa A. C. 120.

ר׳ חנניה בן עקיבה v. nomen proxime antecedens.



Digitized by Google

ר' חנניה בן עקשיא R. *Chananja b. Akaſchija*, qui aliis vocatur R. *Chanina*, ſub cujus nomine in additionibus ad *Pirke Avoth* c. 6. refertur ſententia quædam ex *Maccoth* III. 16. depromta.

ר' חנניה בן תרדיון R. *Chananja b. Tardijon*, unus ex decem, qui Romanorum juſſu, ob explicatam Legem, poſt expugnatam Bitther occiſi ſunt A. C. 120. Sententia quædam ejus legitur in *Pirke Avoth* III. 2.

## ט

טבי *Tabi*, ſervus Rabban Gamlielis, cujus teſtimonio pro תלמיד חכם i. e. *diſcipulo docto* habendus eſt ex *Succa* c. II. n. 1. Conf. *Berachoth* II. 7. ubi ob obitum ejus, tanquam ſervi frugi, conſolationes recepiſſe dicitur. Vide & *Nidda* Hieroſol. f. 49. 4. Adde *Othonem* p. 117.

טרפון *Tarphon*, ut Judæi pronunciant, ſive ut *Carpzovius* in Introd. ad Theol. Jud. p. 84. mavult, *Trupbon*, vel potius *Tryphon*, quod nominis in Oriente, Syria inprimis & Ægypto uſitatiſſimum fuiſſe ex Scaligeri Animadverſſ. ad Euſeb. p. 146. & *Ezech. Spanhemio* de Uſu & præſtantia Numiſm. p. 454. obſervat *Relandus* ad Othonem p. 131. Ita autem nomen hoc pronunciandum non dubium eſt ex eo, quod quidam barbitonſor Regis Herodis a Joſepho lib. XVI. Antiquitat. c. 17. p. 579. ed. Lipſ. Τρύφων appellatur, quem Joſephus Hebræus תרפון appellat lib. V. c. 31. p. 485. ed. Breithaupt. qui & in verſione ſua recte per *Tryphon* exprimit. Ceterum de *Tryphone*, Origenis diſcipulo, & alio juniore Manichæorum oppugnatore, lege Cl. *Fabricii* Biblioth. Græc. lib. V. c. 1. p. 272. Sic & *Tryphæna*, vel *Tryſena*, *Tryphenes*, & *Triphæna* nomen in Inſcriptionibus invenias v. *Guthberleti* Animadverſ. ad Inſcript. Smyrnenſ. p. 115. *Tryphæna* etiam memoratur in Martyrio Theclæ apud Grabium Tom. I. Spicileg. PP. p. 108. *Tryphonem* noſtrum alii præceptorem, alii Collegam Akibæ faciunt, quod poſterius magis placet auctori Juchaſin, provocanti ad *Ievammoth*, & conſentiens Maimonidæ teſtimonium. V. *Iuchaſin* p. 59. a. Laudatur a divitiis in pauperes largiter erogatis in Cod. *Calla*; ut Sacerdos autem in *Siphra* fol. 128. Alioquin Sectæ Schammæanæ fuit addictus, teſte *Raſchi* ad *Ievammoth* c. 1. Adde *Berachoth* I. 3. Sententiæ quædam ejus leguntur in *Pirke Avoth* c. II. 1. 15. & 16. Ex Judæis lege de eo R. *Abrah.* in libro Cabbalæ, ubi

ubi de R. Akiba, *Iuchaſin* p. 24. b. 25. & 59. a. Ganz ad an. 3840. *Schalſheleth* p. 29. *Abarban.* ad c. 2. Pirke Avoth. Diſputatur alioquin inter eruditos, noſter ne Tryphon cum Judæo illo, contra quem *Iuſtinus Martyr* diſputat in dialogo, idem ſit, an minus. Affirmant id *Bartoloccius* Parte II. p. 862. *Druſius* de Sectis Judæorum lib. II. c. 11. (g) *Jo. Lightfootus* Tom. II. Opp. p. 144. *Relandus* ad Othonem p. 129. *Caviu* in Hiſtor. Liter. p. 28. & alii, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis expoſuerunt: ex noſtratibus autem *Carpzovius* l. c. Sententiæ huic applauſerunt plerique, quia inprimis temporis ratio eam commendare videbatur. Tryphon enim hic a Judæis Akibæ ſtatuitur æqualis, Akibæ ſcilicet illius, qui princeps rebellionis Judaicæ, Coziba Pſeudo Meſſia præeunte, in urbe Bitter excitatæ, pars fuit, & in iſto bello vitam finiit ſecundum Judæos A. M. 3880. vel 3901. i. e. A. C. 120. vel 141. (vide *Juchaſin* p. 32. ex lib. דורות עולם Jam vero Juſtinum anno æt. 74. C. 136. pro religione vitam finiiſſe ex Actis martyrii ejus evincunt eruditi. V. Cl. *Fabricii* Biblioth. Gr. lib. V. p. 52. Fieri igitur facile potuit, ut Trypho, Akibæ æqualis, infelicis belli cauſa ex Bither profugus, in Græciam ſpeciatimque Epheſum, ubi colloquium habitum eſt, tranſiret, ibique in Juſtini notitiam perveniret. Certe Tryphon in limine dialogi teſtatur, ſe, ex bello proxime geſto profugum, in Græcia & potiſſimum Corinthi commoratum eſſe. Sed vel ſic alia videntur obſtare huic conjecturæ, quam confutandam ſuſcepit Rev. *Chriſtianus Gottlieb Kochius* in libro, quo dialogum Juſtini cum Tryphone νοθείας poſtulavit, p. 52. poſt eum autem majori apparatu Cl. *Adrianus Relandus,* ipſe olim aliter ſentiens, in Diſſertat. ſingulari *Ultrajecti* 1717. habita & in Bibliothecæ Bremenſis Claſſ. I. Faſcic. II. p. 86. recuſa. Utinam exſtaret doctiſſimi *Jo. Andreæ Danzii* diſſert. de Tryphone Iuſtini Martyris collocutore, quæ in B. *Zeumeri* Vitis Profeſſo-



(g) Sed dubie. De *Delphone* enim, quem Hieronymus ſuper Jeſ. VIII. inter Traditionarios numerat, loquens ait: *Sed quis Delphon? In MSto Thelphon: puto legendum Terphon, qui & Tarphon & Τρύφων. Si modo is eſt Tarphon; qui cum Juſtino diſputationem habuit. Certe tempora non repugnant.* Itaque non *Lightfootus*, ceu viſum eſt Viro doctiſſimo in Bibliotheca Bremenſi Claſſ. I. Faſcic. II. p. 87. ſed Druſio conjecturæ hujus primum promulgatæ gloria accepta fuerit ferenda. Imo ipſum hanc Druſium *Relandus*, ſi verba ejus in notis ad Othon. pag. 129. penitius inſpexeris, ſecutus videbitur.

feſſorum Jenenſium, ſpeciatim Theologorum p. 300. commemoratur. Eam autem ut non vidi, ita nec in lucem huc dum prodiiſſe puto, cum Zeumerus eo in loco, ut alias, ſcripta tam edita tam affecta aut adhuc latentia recenſeat.

י

ר׳ ידוע הבבלי R. *Iaddua Babylonius*, v. *Bava Metzia* VII. 9. ubi vocatur diſcipulus R. *Meir*, unde colligitur vixiſſe A. C. 121.

ר׳ יהודה R. *Jehuda*: v. R. *Juda b. Elai.*

ר׳ יהודה בן אבא R. *Iehuda b. Abba*, æqualis R. *Iuda Haccohen*, ætate prima poſt exuſtum Templum, forſan idem cum R. *Iuda ben Baba*, quia & tempus, & nomen (levi literarum tranſpoſitione facta) idem eſt, obſervante *Iuchaſin* p. 60. a.

ר׳ יהודה בר אלעאי R. *Iehuda ben Elai*, (qui intelligendus eſt, quotiescunque Jehuda ſimpliciter allegatur,) magiſter R. *Eleaſaris b. Aſaria*, ordinatus a R. Juda ben Baba, vixit A. C. 121. Plura invenies in Parte I. Biblioth. Rabb. ſuo loco.

ר׳ יהודה בן בבא R. *Iehuda b. Baba*, proxime antecedenti fere æqualis, de quo mentio fit in Miſchna *Erubbim*. II. 4. *Eduijoth* cap. VI. 1. & VIII. 2. Hic ob ordinatos contra edictum Imperatoris Romani quinque judices, qui Magiſtratus poteſtate in Synedrio uterentur, interfectus eſt, adeoque inter decem הרוגי מלכות (de quibus ſupra) numeratur. Vide *Sanhedrin* cap. I. p. 13. b. Adde *Iuchaſin* p. 60. a. & *En Iſraël* Parte II. Quotiescunque in Talmud dicitur: מעשה בחסיר אחר: i. e. *accidit Viro pio*, toties vel noſter hic *Iehuda b. Baba*, vel *Iehuda b. Elai* innuitur, teſte auctore *Iuchaſin* pag. 60. b. Forte idem hic eſt cum R. *Iehuda ben Abba*, de quo paulo ante.

ר׳ יהודה בן ביתירה R. *Jehuda b. Betbera*, poſt excidium Templi vixit, in Babyloniam profectus, fuitque adhuc collega R. *Jochanan b. Saccai*, ſi fides habenda eſt *Dav. Ganz*, qui eum ad an. 3722. tradit ultra integrum & dimidium ſeculum vixiſſe. Quod quidem conſentaneum eſſe negat *Altingius* lib. V. c. 19. de Schilo p. 140. Tomi V. Opp. ubi ejus dictum aliquod: *attendite ad filios idiotarum; nam ab illis prodibit Lex:* ex *Sanhedrin* c. 11. fol. 96. 1. affert, idque aliquot ante C. N. annis ab eo pronunciatum affirmat. Sane ſucceſſit is R. *Schemaja & Abtalioni* in cathedra Hieroſolymitana, ceu patet ex *Peſachim*

Digitized by Google

*Peſachim* c. 6. fol. 66. 1. Synagogam ejus in confinibus montium Ararat memorat *Petachja* in Itinerario ſuo.

ר׳ יהודה חסיד R. *Jehuda Pius:* vide paulo ante R. *Jehuda bar Elai.*

ר׳ יהודה בן טבאי R. *Jehuda b. Tabbai*, ſocius *Simeonis ben Schetach*, vixit A. M. 3621. ante C. N. 139. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* cap. I. n. 8. Meminit ejus Miſchna Codicis *Chagiga* II. 2. Ceterum diſputatur adhuc, uter duorum illorum Collegarum hinc Princeps ſeu Præſes, hinc Pater Senatus fuerit. Vide *Juchaſin* p. 17. a. qui noſtrum hunc Patrem Senatus, alterum vero Præſidem fuiſſe affirmat. Adde *Relandi* notas ad Othonem p. 59. Eum Caræi inter majores ſuos numerant, tanquam qui traditionum patron o ſe oppoſuerit. Lege *Notitiam Karaorum* p. 13. 87. 98. & 100.

ר׳ יהודה הכהן R. *Jehuda Cohen*, ſeu Sacerdos, ſocius R. *Juda ben Aba*, vixit A. C. 125. Vide Codicem *Eduijoth* VIII. 2.

ר׳ יהודה בן רבן שמעון R. *Jehuda ben Rabban Schimon, ben Rabban Gamliel* Jaſnenſis, qui *κατ᾽ ἐξοχὴν* a doctrina רַבִּי ſeu *Magiſter*, a dignitate נָשִׂיא i. e. *Princeps*, a ſanctitate denique, quam ipſi tribuunt, רַבֵּינוּ הַקָּדוֹשׁ *Magiſter noſter Sanctus*, vocatur. R. *Salomon ben Elijakim* p. 36. Clavis Gemaræ teſtatur, eum dici *Jehudam* ſimpliciter, *Sanctum* vero ob perfectionem in virtute, & ob odium peccati. Talmudici aliam ſed ridiculam hujus elogii cauſam a verecundia, qua ductus manum ſuam nunquam infra cingulum aut inferius ad pudenda demiſerit, reddunt. Lege *Juchaſin* pag. 45. a. l. 20. & alios apud Bartolocc. Tom. III. p. 7. *Galatinus* lib. I. c. 3. cognomen hoc eum ſcriptione libri גלי רזיא de quo ſuo loco, promeruiſſe autumat.

Ortus is fertur ex tribu Benjamin & poſteris Hillelis, in primaria & munitiſſima Galilææ urbe, quem Hebræi צפורי vel ציפורין vel צפורה Græci, ut Joſephus, & Suidas *Σαπφωρίδα*, Ptolemæus *Αποφυρεί*, Latini *Sepphorin* & recentiori ætate Diocœſaream (vide Cl. Relandi Palæſtinam lib. III. p. 999.) appellant. Natus autem eſt eo die, quo Akiba interfectus eſt, ſecundum *Kidduſchin* c. IV. p. 72. b. Hoc autem factum tradunt an. 52. ab excidio Templi, i. e. A. M. 3880. C. 120. Vide *Juchaſin* p. 32. & 35. b. & R. *Aſariam* in Meor Enajim c. 12. p. 66. Cum Meſſia comparatur in *Sanhedrin* cap. חלק p. 98. b. ubi ita: אמר רב אי מן חייא הוא כגון רבינו הקדוש אי מן מתיא הוא כגון דניאל איש חמודות h. e. *Dicit*

*Dicit Rav: ſi ex vivis*; (eſt Meſſias) *eſt inſtar Rabbenu Hakkadoſch: ſi ex mortuis; eſt inſtar Danielis, Viri deſideriorum.* Quantum illi tribuerint Judæi, vel ex uno hoc Maimonidæ judicio patebit, quod ex præfat. ejus ad commentar. in Miſchnam, prout Pocockius latine convertit, huc transferemus: *Poſt quos cum proceſſu temporis ventum eſt ad Rabbenu Hakkadoſch, cui pax, qui fuit Seculi ſui Phœnix, atque unicum temporis decus, vir certe, in quo collegerat Deus dotes eximias & virtutes eas, ob quas apud συγχρόνους ſuos meritus eſt appellari Rabbenu Hakkadoſch, cum nomen eſſet ipſi Juda, quique in ſummo ſcientiæ & altitudinis gradu conſtitutus fuit, ſicut dixerunt:* משמת רבי בטלה ענוות ויראת חטא h. e. *poſtquam mortuus eſt Rabbi, ceſſavit humilitas & timor peccati; hominum inſuper eloquentiſſimus & Linguæ Hebr. callentiſſimus, adeo, ut explicationem verborum Legis difficiliorum e ſermone ſervorum & miniſtrorum ipſius diſcerent ſapientes, ſicut in Talmude manifeſtum eſt; cuique tanta fuit opum copia, & rerum omnium affluentia, ut de ipſo dicerent: Præfectus ſtabulorum Ribbi ditior erat Sapore Rege*, &c. Hæc verba maximam partem ſua fecit, adeoque non tam ex ſua quam Maimonidæ, Judæi, mente & fide locutus eſt Cl. *Guil. Surenhuſius* in præfat. Miſchnæ, tale illi encomium conferens, quale a Chriſtiano in Judæum proficiſci poſſe miratur doctiſſimus *Jo. Franc. Buddeus* in Introduct. ad Hiſtoriam Philoſoph. Hebræorum p. 94. Gratia apud *Antoninum Pium, Marcum Antoninum*, & *Commodum*, Imperatores, eum valuiſſe vehementer gloriantur Judæi, ex quibus præ ceteris legatur *Ganzius* ad An. 3910. Cui fabulæ ut fidem faciant, Antoninum Proſelytum fingunt iidem: vide Gemaram Hieroſolymit. ad Megilla cap. III. f. 74. col. 1. & ad *Sanhedrin* cap. penultimo fol. 29. col. 3. Imo eo procedunt audaciæ & mendacitatis, ut eidem acceptam ferunt inſtitutorum Miſchnicorum collectionem. Ita enim R. *David Ganz* Parte II. Zemach David p. 18. b. ed. Pragenſis 1692. הקיסר אנטונינוס חבר ספר דינים אשר עוד היום הזה דנו על פיו כאילו נתנו מסיני: i. e. *Antoninus Cæſar compoſuit librum Judiciorum ſeu rituum, juxta cujus præſcriptum usque ad diem hodiernum judicant, perinde ac ſi tradita fuiſſent e Sinai.* Ad Miſchnam, quæ hodie exſtat, hæc verba pertinere recte monet *Joh. Seldenus* in Prolegom. ad librum de Succeſſione pag. 19. eadem opera obſervans, eo ſenſu hæc accipi debere, quo *Juſtiniano* Cæſari tribuantur, quæ ſunt *Triboniani* JCti. Huic ut placeret Imperatori, prudenter nonnulla tacuiſſe Jehudam, quæ ſcilicet inter Judæos in exſilio tunc fuerint ſalva, inter Romanos vero propudioſa v. c. de circumciſione, de ſervis &c. ſuſpicatur Cl. *Hardtius* in Effigie Corporis Judaici p. 37.

De

De anno obitus ejus nihil certi in Hiſtoricorum Judaicorum ſcriptis invenio. *Abrah. ben Dior* in Sepher Hakkabbala, & Ganzius ad an. 3910. tradunt, eum ſub Commodo Imperatore adhuc vixiſſe. Jam vero iidem annum Jehudæ natalem conjungunt cum A. C. 120. ajuntque præeſſe cœtui Judaico cœpiſſe anno ætatis 30. circa annum imperii Antonini Pii decimum. Ex his præſtructis *Bartoloccius* Tom. III. pag. 79. ita porro ſubducit rationes: *Hoc anno ſua ætatis 30. videtur ſtudioſe cœpiſſe colligere Schedulas antiquarum traditionum, Imperatoris auctoritate ſuffultus, eas paulatim in ordinem redegiſſe, in ejusmodi labore annos 39. inſumſiſſe, & tandem abſolviſſe A. M. 3949. C. 189. ætatis ſuæ 69. Imperii Commodi 7, ſub quo Imperatore vivere deſiit intra quinque ultimos annos Imperii ipſius, i. e. inter A. C. 189. & 194. cum eſſet ætatis ad ſummum annorum 74.* Quæ quidem, cum Judæi hic taceant, ſuo loco relinquo. *Sephora* eum atque adeo in patria obiiſſe, & in בית שערים ſepultum eſſe, teſtatur *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 33. b. Auctor vero epiſtolæ de itinere, in Terram Sanctam ſuſcipiendo, eum cum filiis duobus, Gamaliele & Rabban Simeone *Sephoræ* ſepultum ſcribit, cum quo facit R. *Petachja* in Itinerario, quod Wagenſeilius in Exercitatt. varii argumenti num IV. edidit, hæc tradens: *In Zippora Magiſter noſter Sanctus* (i. e. Jehuda Hakkadoſch) *ſepultus eſt, e cujus ſepulchro odor ſuavis prodit, quem milliari uno ab hoc tumulo ſemoti percipiunt.* Addit idem, ſupereſſe ibidem ex Jehudæ hujus proſapia virum eruditum, arte Medicum, nomine R. *Neborai.* Res a noſtro geſtas aut præceptas paſſim in Talmude invenies commemorari, ſpeciatim in Gemara Hieroſolymit. *Sanhedrin* f. 18. 3. *Horajoth* f. 47. 1. *Eruvin* f. 23. 4. *Kilaim* f. 32. 2. &c. n ſummam hæc confert *Jo. Henr. Otho* in Hiſtoria Doctorum Miſchnicorum p. 159. ſqq.

De compilatione Corporis Miſchnici, ab eo facta, ſupra ſatis diximus. Præter illud eidem tribuitur מַעֲשֵׂה תורה *Opus Legis*, quod ſcriptum, apophthegmatibus refertum, exſtat in libro Alphabeti Ben Sira ed. Venetæ 304. C. 1544. p. 30. & alias, ut & in lib. כל בו p. 134. ſq. edit. Venet.

ר׳ יהודה בן שמוא R. *Jebuda ben Schamua*, diſcipulus R. *Meir*, qui abrogari fecit edictum Regium, quo cavebatur, ne Judæi legi operam darent, filios circumciderent, aut Sabbatum celebrarent. Vide *Roſch haſſchana* cap. 1.

Ooooo ר׳

ר׳ יהודה בן תימא R. *Jehuda ben Tema*, quem inter decem הרוגי מלכות ſeu occiſos a Romanis (de quibus ſupra ſuo loco) numerant, quamvis alii ejus loco ſubſtituant *Eleazarem ben Dama*, R. Abarbanele utroque nomine eundem hominem denotari affirmante in commentario ſuo ad *Pirke Avoth*, ad quem Ganzius provocat. Mentio ejus fit in *Pirke Avoth* V. 20.

ר׳ יהושע R. *Joſua*, ſimpliciter dictus, notat R. *Joſuam b. Charanja*.

ר׳ יהושע בן ברוקא R. *Joſua ben Broka*: v. *Succa* IV. 6.

ר׳ יהושע בן ביתירא R. *Joſua b. Bethera*, qui in Miſchna abſolute vocatur בן ביתירא. Præter hunc enim duo alii ſunt ejusdem nominis, nempe R. *Simeon b. Bethera*, & R. *Judas*. Horum meminit Miſchna Cod. *Eduijoth* c. 8. n. 1. & 3. Fuerunt illi primarii Viri ante Hillelem & Schammai, qui principatu ſe abdicarunt, cum Hillel ex Babylonia veniret. Vide *Juchaſin* f. 18. b. Confer ſupra R. *Jehuda b. Bethera*. Hos tres primos omnium Rabbi titulo inſignitos eſſe patet ex *Juchaſin* & *Schalſcheleth*, quem honorem alii tribuunt R. *Joſua ben Perachja*, alii aliis, ceu obſervat *Relandus* ad Othonem p. 74. Inter poſteros eorum, quos Ezechiel Propheta ex mortuis excitaverit, numerantur in *Sanhedr.* cap. *Chelech* p. 92. b. Conf. *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 21.

ר׳ יהושע בן הורקנוס R. *Joſua b. Hyrcanos*, præceptor R. *Akiba*, forte frater R. *Elieſeris b. Hyrcanos*. Vide de eo *Sota* c. V. n. 5.

ר׳ יהושע בן חנניה R. *Joſua b. Chananja*, qui *Joſua* abſolute dici ſolet, diſcipulus R. Jochanan b. Saccai, pater domus judicii tempore Rabban Gamlielis Principis. Vide infra R. *Jochanan b. Zaccai*. Lege de eo *Juchaſin* p. 59. a. & *Bereſchith Rabba* ſect. 65. ac *Ganzium* ad an. 3833. quem in verſione ſua non aſſecutus eſt *Vorſtius*, a quo decipi ſe paſſus eſt *Otho* in hiſtoria Doctorum Miſnicorum p. 126. ceu oſtendit in notis *Relandus*.

ר׳ יהושע בן לוי R. *Joſua b. Levi*, æqualis R. *Chanina bar Chama*, vixit paulo poſt Rabbenu Hakkadoſch, Miſchnæ compilatorem, unde etiam R. *Salomo Jarchi* ad Cod. *Nidda* eum inter *Amorraim* ſeu Gemariſtas numerat, quod & facit R. *David Ganz* ad an. 4980. Maimonides viciſſim recenſet inter *Tannaim* in præf. ad Seder *Seraim*. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* VI. 2. Fuit præceptor R. *Jochanan*, cui debetur Talmud Hieroſolymit. Vivus in paradiſum delatus narratur

ratur cap. 7. Cod. כתובות unde repetitur in calce libelli מעשה תורה cum Sententiis *Ben Sira* Venet. 1544. 8. editi, p. 37. b. Adde librum כל בו p. 136. b. ed. Venetæ 327. ut & שבילי הלקט f. 55. ed. Venet. 1546. Confer *Carpzov.* ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 457. & *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Parte I. p. 869. ſq.

ר׳ יהושע בן מתיא R. *Joſua b. Mattija*, A. C. 80. vixit, æqualis R. Iſraëlis. Vid. Codicem *Eduijoth* II. 5.

ר׳ יהושע בן פרחיא R. *Joſua ben Perachja*, tempore Hasmonæorum vixiſſe, præceptorem R. *Simeonis b. Schetach* egiſſe, & usque ad Alexandrum Janneum fil. Hyrcani i. e. A. M. 3670. ante C. N. 90. ſecundum *Schalſcheleth* p. 24. b. ætatem protuliſſe traditur in lib. *Juchaſin* p. 59. Sed ipſi Judæi de ætate ejus diſſentiunt teſte *Schalſcheleth* p. 17. qui p. 68. monet, eum oralem traditionem accepiſſe A. M. 3606. ante C. N. 154. Alexander hic Jannæus Senatoribus Synedrii, inter quos noſter erat, infenſus, omnes interfici curavit præter *Simeonem b. Schetach*, & *Ioſuam noſtrum*, quorum ille a ſorore Regina occultatus eſt, hic vero, fuga in Ægyptum ſuſcepta, vitæ ſuæ conſuluit. Vide hanc in rem *Sanhedrin* cap. *Cheleck* pag. 107. b. *Iuchaſin* f. 18. b. & *Abrah. ben Dior* in lib. Cabbalæ p. 4. Adde R. *Mardochai* tract. quem edidi ſub titulo *Notitia Karæorum* p. 86. ſq. Sententia quædam ejus legitur in *Pirke Avoth* c. 1. n. 6. Eundem Sanctiſſimi Servatoris noſtri præceptorem fuiſſe, a quo Magicas ſcientias acceperit, Rabbini nugantur paſſim, v. c. in *Sanhedrin* f. 107. b. & *Sota* f. 47. 1. inde vero *Abrah. ben Dior* l. c. *Iuchaſ.* p. 17. & *Zemach David* ad an. 3560. item *Chiſſuck Emuna* p. 435. & *Magen Abraham* p. 59. Jam quidem ipſi illi hiſtorici, ſpeciatim *Abrah. b. Dior*, intelligunt, non reſpondere huic figmento temporis rationem, cum ſecundum computum Chriſtianorum (qui ſane rei ipſi convenit) Chriſtus ſub Herodis imperio natus, & ſub Archelao filio ejus ſuſpenſus ſit (ita ſcribit *ben Dior*) quo ipſo centum & decem annis ætas Chriſti ab ætate Alexandri Jannæi removetur. Sed vel ſic in fabulis ſuis perſiſtunt, præcipue vero R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 24. b. quadam veri ſpecie figmentum hoc ornare conatus eſt, quando duos invehit *Ioſuas*, duosque *Ieſchuas*; alterum illum noſtrum, qui fuerit Jeſchuæ præceptor, ſed non Nazareni; alterum *Ioſuam* ab eo diverſum, qui vixerit circa tempora diſcipulorum Hillelis & *Schammai* 70. annis

ante Templi excidium, præceptorque Jeſu Nazareni exſtiterit. Sed facile apparet, recentiorem hunc Judæorum hiſtoricum non ſatis habere auctoritatis, ut poſſit aliquid adſtruere, de quo antiquiores tacent omnes. Interim vide fabulam integram variis argumentis deſtructam ab *Othone* in hiſtoria Doctorum Miſnicorum p. 54. *Gvil. Vorſtio* ad Zemach David, p. 281. & 264. *Buxtorfio* in Lexico Rabbin. ſub voce סטד. *Wagenſeilio* ad Sota p. 1054. *Ioh. Morino* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exerc. V. c. 5. p. 288.-290. *Hoſmanno* de Judæis difficulter convertendis pag. 79. ſq. *Io. Andr. Eiſenmengero* in Judaiſmo Detecto Part. I. p. 115. 151. & p. 239. ſqq. nec non *Ioh. Iac. Huldrico* in notis ad *Toldos Ieſchu* pag. 6. & 15. Sepulchrum noſtri in Terra Sancta, in quadam Chriſtianorum Eccleſia, deprehendi ex epiſtola itineraria Terræ Sanctæ, neſcio qua, refert *Bartoloccius* Parte III. p. 780.

ר׳ יהושע בן קרחא R. *Ioſua b. Korcha*, filius R. *Akiba*, qui (Akiba) a calvitie *Korcha* dictus eſt: Mentio ejus occurrit in Miſchna *Barachoth* II. 2. Fuit præceptor *Rabbenu Hakkadoſch*, qui Miſchnam compilavit. Vide *Iuchaſin* p. 59. b.

ר׳ יוחנן בן בג בג R. *Iochanan ben Bag Bag*; vide ſupra *ben Bag Bag*.

יוחנן בן ברוקא *Iochanan ben Broka*, pater R. Iſmaëlis, & æqualis R. Eleaſaris b. Aſarjæ in Javne A. C. 80. Hujus ſententia exſtat in *Pirke Avoth* IV. 4.

ר׳ יוחנן בן גודגדה הלוי R. *Iochanan ben Gudgada Hallevi*, floruit ante Templi II. excidium, & oſtiarium templi egit, ut paret ex *Eruvin* c. 6. & *Schekalim* c. 2. Arithmeticus idem & Aſtronomus: v. Gemaram *Horajoth* c. 3. & *En Iſraël* Part. II. p. 160. item *Chagiga* II. 7.

ר׳ יוחנן בן זכאי הכהן R. *Iochanan b. Saccai Haccohen*, diſcipulus Hillelis Senioris & Schammai, ſecundum Pirke Avoth c. 2. Prrnceps Iſraëlis per quadraginta annos, quorum quinque ab excidio Templi fluxerunt, ſecundum *Raſchi* in comment. ad Cod. *Roſch haſſchana* extremum. In Toſaphoth c. V. Codicis *Schabbat* biennium tantum ab exuſto templo Jochananis principatui tribuitur. Charus hic fuit Tito Imperatori, quod teſtatur R. *Abraham* in lib. Cabbalæ. Obiit A. M. 3830. C. 70. vel 73. poſtquam annos 120. vivendo attigerat, teſte *Iuchaſin*, ad exemplum R. Hillelis & Akibæ, quorum 40. mercaturæ, 40. Legi docendæ, 40. autem judicandis impendit, ceu tradit

tradit *Schalſcheleth Hakkabbala*. Magna ejus fuit auctoritas & laus ſapientiæ, quod patet ex *Bava Batra* & *Bereſchith Rabba* c. 15. quæ loca afferunt Judæorum Hiſtorici, inprimis auctor *Iuchaſin* qui confirmat, *eo mortuo ceſſaſſe ſplendorem ſapientiæ*. Sententiæ quædam ejus leguntur in *Pirke Avoth* II. 8. Vide etiam *Succa* III. 12. & *Ketuvoth* XIII. 1. Huic Jochanani impoſtor, qui nefandum librum *Toldos Ieſchu*, a Cl. *Io. Iac. Huldrico* editum, concinnavit, tribuere auſus eſt ipſum Toldos Jeſchu: vide Huldrici notas ad titulum p. 1. ſqq. Confer de noſtro *Hilarium Prache* ad R. Jedajæ Happenini בקשה p. 46. *Io. Henr. Othonis* Hiſtor. Miſnicorum p. 96. ſq. & *Ioh. Lightfootum* p. 88. Opp. poſthumorum, ubi ſuſpicatur, Jochananem noſtrum eſſe *ἰωάννην* illum, qui *Actor.* IV. 6. memoratur. Addit, eum primum Academiæ Jafnenſis præfectum fuiſſe, qui etiam A. C. 71. a Tito impetraverit libertatem, ut Synedrium M. collocaretur in *Iafne*.

ר׳ יוחנן בן החורני R. *Iochanan ben Hachorani*, ut Maimonid. in præf. ad Seder *Seraim*, vel החורנית ut *Iuchaſin* p. 61. a. appellat, vixit ante excidium Templi II. & aliquando controverſiam inter Scholam Hillelis & Schammai coortam finivit. Vid. *Succoth* II. 7. Diſcipulum habuit R. *Eleaſarem ben Zadock*, ut patet ex fine capitis I. libri *Jevammoth*.

ר׳ יוחנן בן ישוע R. *Iochanan b. Ieſchua*, filius ſoceri R. *Akiba*, adeoque poſt excidium Templi II. floruit: v. Cod. *Iadajim* c. 3. Adde *Juchaſin* p. 61. a.

ר׳ יוחנן בן מתיא R. *Iochanan b. Mattija*, tempore R. *Akiba*, adeoque poſt everſum templum vixit. Fuerunt tres hujus nominis fratres: de noſtro v. *Bava Metzia*, VII. 1. de R. *Eleaſare b. Mattia* v. Jevammoth X. 3. de R. *Ioſua b. Matthia* v. *Eduijoth* II. 5.

יוחנן בן מתתיה כהן גדול *Iochanan b. Matatja*, Sacerdos magnus, frater *Iuda Maccabai*, floruit A M. 3628. ante C. N. 132. quem Virum ut juſtum & pium deſcribunt Judæi in Pandectis ſuis Talmudic. quique multa præclare inſtituerit ad abuſus varios tollendos. Vide *Maaſer Scheni* cap. ult. & *Para* III. 5. An Johannes Baptiſta ſub hoc lateat, quod non ſine veri ſpecie diſputat *Iac. Altingius* in Schilo lib. IV. c. 22. nunc non excutiam.

ר׳ יוחנן בן נורי R. *Iochanan b. Nuri*, æmulus & æqualis R. *Ioſua* & R. *Elieſer*, qui ſemper inter ſe invicem concertarunt. Vide *Eruvin* c. 3. Mentio ejus quoque invenitur in *Terumoth* X. 11. & *Edujoth* II. 10.

ר׳ יוחנן הסנדלר R. *Iochanan Haſſandlar*, ſutor ſandaliorum, teſte Juchaſin p. 61. a. diſcipulus R. *Akiba*, a quo parvulus adhuc ordinatus eſt. V. *Raſchi* ad Cod. *Berachoth* c. 3. Sententia ejus exſtat in *Pirke Avoth* IV. 11.

ר׳ יונתן R. *Ionathan*; hujus ſine ullo cognomine fit mentio in *Pirke Avoth* IV. 9. quem Akibæ tempore vixiſſe credit *Iuchaſin* p. 49. In Gemara *Chulin* c. 6. p. 83. b. vocatur R. *Ionathan b. Ioſeph*.

ר׳ יוסי R. *Ioſe*, ſimpliciter ita dictus, eſt R. *Ioſe ben Chelpetha*, vel *Chalaphta*, ſocius R. Simeonis, R. Judæ, R. Meir, & R. Elieſeris ben Schammai, qui Academiam rexerunt usque ad Rabbenu Hakkadoſch, relegatus ab Adriano Cæſare: v. Gemaram Cod. *Schabbath* c. II. p. 33. b. Sæpe ejus mentio fit in Miſchna. Creditur ſcripſiſſe librum hiſtoricum *Seder Olam*, qua de re ſupra diximus Parte I. Biblioth. Rabb.

ר׳ יוסי בן ברוקא R. *Ioſe b. Broka*, ut æqualis R. *Elieſeris* b. *Hyrcanus* memoratur in titulo libri *Pirke Elieſer*, forte non ſine mendo, loco R. *Iochanan b. Broka*, de quo ſupra ſuo loco. Nam R. Joſe illius nusquam apud Judæorum hiſtoricos fit mentio.

ר׳ יוסי הגלילי R. *Ioſe Galilæus*, æqualis R. *Akiba*, ut patet ex *Bava Kamma*, c. 8. & *Moëd Katon* in fine, vixitque adeo circa initium Seculi II. poſt C. N. Mentio ejus fit in *Berachoth* VII. 3. & *Para* III. 4. &c. In notis Cl. *Relandi* ad Othonem p. 150. facta eſt confuſio hujus R. Joſe Galilæi, cum R. Elieſer filio ejus: priori enim illi tribuuntur 32. modi interpretandi Legem, qui ad poſteriorem pertinent. Adde *Iuchaſin* p. 62. b.

ר׳ יוסי בן דורמסקית R. *Ioſe ben Dormaskith*, i. e. ut Bartolocc. vertit, filius Damaſceni, ſeu Damaſcenus, vel, ut rectius *Pocockius*, filius *Damaſcena*, ſcil. mulieris, diſcipulus R. *Elieſeris Haggadol*, cujus mentio fit in *Iadajim* IV. 3. & *Chagiga* p. 3. b.

ר׳ יוסי בן החוטף אפרתי R. *Ioſe b. Hachotheph*, *Ephratæus*, diſcipulus R. Iſmaëlis, & æqualis R. *Meir*: v. *Kelaim* c. 3. in fine. *Iuchaſ.* p. 62. b.

ר׳ יוסי בן חוני R. *Joſe b. Choni*, ſeu Oniæ, diſputaſſe dicitur cum *Simeone*, fratre Aſariæ, in Cod. זבחים c. I. n. 2. Hic Simeon autem vixit paulo ante, quam templum II. everteretur.

ר׳ יוסי בן חולקה R. *Ioſe b. Chaluka*, æqualis R. *Elieſer* & R. *Ioſua*, quem Juchaſin p. 62. b. appellat virum magnæ exiſtimationis & ſapientiæ, cujus in Miſchna non exſtat mentio.

ר׳ יוסי חליק v. ſupra *Abba Ioſe Chalick*.

ר׳

Digitized by Google

ר' יוסי בן חלפתא R. *Ioſe b. Chelpetha*: v. paulo ſuperius poſt יונתן & inprimis Partem I. Biblioth. Rabb.

ר' יוסי בן חנן R. *Ioſe ben Chanan*: vide ſupra R. *Abba Ioſe b. Chanan.*

ר' יוסי בר יהודה בר אלעאי R. *Ioſe bar Iehuda bar Elai*, qui in Miſchna ſimpliciter vocatur בר יהודה. Vide *Erubbin* c. 1. in fine: *Peſachim* IV. 6. *Bava Metza* VII. 3. Fuit is ſocius Rabbenu Hakkadoſch in Academia, teſte *Iuchaſin* p. 62. b.

ר' יוסי בר יהודה איש כפר הבבלי R. *Ioſe bar Iehuda ex vico Babylonia*, cujus exſtat ſententia in *Pirke Avoth* IV. 20.

יוסי בן יוחנן איש ירושלים R. *Ioſe b. Iochanan*, Hieroſolymitanus, ſocius R. Joſe b. Joëzer Sacerdotis, cum quo diſputavit: v. *Chagiga* II. 2. Fuit is Pater domus judicii, ex ſententia Bartenoræ l. c. Sententiæ quædam ejus exſtant iu *Pirke Avoth* c. I. n. 5. Hi duo primi ſunt inter eos, qui usque ad Hillelem & Schammæum ſemper bini rebus præfuerunt, alter ſub נשיא ſive Principis, alter ſub אב בית דין ſeu *Patris domus judicii* titulo, ceu obſervat *Iuchaſin* p. 18. a. quique nomine *Rabban* aut *Rabbi* nunquam ſed tantum proprio, quod dignitati eorum nihil accedere poſſet, appellati ſunt, ut monet *Zemach David* f. 21. quod non obſervavit Bartoloccius, qui noſtrum titulo *Rabbi* inſignivit. Confer *Iuchaſin* p. 61. b.

יוסי בן יועזר איש צרידה *Ioſe b. Ioëſer*, ſocius proxime antecedentis, Princeps & Sacerdos a *Tzereda*, vico ignobili, de quo 1 Reg. 11. 26. (h) appellatus. Accepit is traditionem ab Antigono Sochæo, quod Judæorum Chronologi teſtantur. Hic autem florebat tempore Alexandri M. circa A. M. 3448. Jam vero *Iuchaſin* pag. 61. b. ex *Bava Bathra* cap. 8. *Ieſch Nochelin* obſervat, eum vivendo perveniſſe usque ad *Iannæum*, qui imperio præfuit an. 3642. id eſt circiter 194. poſt Alexandrum M. annis: quo ipſo noſtrum per 200. annos vixiſſe ſtatuendum erat. Et vel ſic *Iuchaſin* miraculum hic fingere, quam ſubleſtam hiſtoriæ fidem deſerere maluit. Sententia ejus exſtat in *Pirke Avoth* I. 4. Mentio vero paſſim fit, v. c. *Chagiga* II. 2. *Eduijoth* VIII. 4. Tanta hujus & ſocii Joſe b. Jochanan fuit auctoritas, ut in *Sota* c. 9. cum his demortuis *botri* i. e. ut gloſſa explicat, Viri,

(h) Hanc enim malim noſtri patriam conſtituere cum Othone, quam cum Cl. Relando ſuſpicari oriundum fuiſſe ex צרדתה de quo 2 Chron. IV. 17. v. Palæſtinam ejus p. 1058.

Digitized by Google

Viri, in quibus eruditionis & virtutis copiæ fuerint, ceſſaſſe dicantur. Ubi inter Doctores Miſchnicos diſſenſio eſt, ibi ſecundum inſtituta recentiorum Magiſtrorum prævalet deciſio R. Joſe noſtri, juxta *Halicboth Olam* pag. 201. Confer de noſtro Talmud Hieroſol. *Pea* f. 21. a. & *Othonis* Hiſtor. Doctorum Miſchnic. p. 41. ſqq.

ר' יוסי הכהן R. *Ioſe Haccohen*, Sacerdos cognomine חסיד i. e. *Pius*, diſcipulus R. *Iochananis*, diverſus a R. Joſe Galilæo, (teſte *Iuchaſin* p. 61. b.) contra auctorem libri דורות עולם qui eundem cum eo putavit. Laudatur is a notitia Theologiæ Myſticæ in *Chagiga* c. 2. & memoratur in *Eduijoth* VIII. 2.

ר' יוסי בן משולם R. *Ioſe b. Meſchullam*, vixit tempore *Rabbenu Hakkadoſch*, A. C. 160. ceu patet ex eo, quod Cod. *Terumoth* IV. diſputat cum R. *Elieſer* & R. *Ioſua*: in Cod. *Cholin* vero c. 3. cum R. *Simeone b. Eleazar*. R. *Simeoni b. Gamliel* proximus collocatur in *Bechoroth* III. 3.

ר' יוסי קטנותא R. *Ioſe Katnuta*, ſecundum *Iuchaſin*, vel *Katunta* aut *Katanta* juxta alios, dictus *Pius*, qui in Talmude Hieroſolymit. *Bava Kama* p. 3. col. 4. dicitur eſſe idem cum *Ioſe b. Iuda* ſ. *Ioſe Habbabli*, quod ſi verum fuerit; noſter R. Meir ſtatuendus erit poſterior. Cognominis ratio hæc redditur in Hieroſol. l. c. quod fuerit minimus inter *pios* Viros (שהוה קטון חסידים) ſcilicet inter quatuor illos, qui κατ᾽ ἐξοχὴν a pietate titulum acceperunt. Sunt autem illi R. *Iudas bar Elai*, R. *Iudas b. Baba*, & R. *Iudas Haccohen*. Confer *Sota* IX. 15.

ר' יוסי בן קיסמא R. *Ioſe ben Kiſma*, vidit excidium Templi, Legis ſtudio admodum deditus, & ſigno adventus Meſſiæ dato apud credulos Iudæos clarus, de quo *Iuchaſin* pag. 61. a. Colloquium ejus cum alio recitatur in *Pirke Avoth* VI. 9. Interfuit is altercationi R. *Ioſe*: vide Cod. *Ievammoth* c. 10. p. 96. b.

יוסף מארימטיאה *Ioſephus Arimatenſis*, in hiſtoria Evangelica memoratus, nonnullis creditur idem cum *Ioſepho Gorionide*, qui in Judæorum legitur monimentis. Vide, quæ paulo inferius dicentur ſub נקדימון. Proprie quidem huc non pertinet.

יוסף בן גוריון *Ioſeph b. Gorion*: v. Partem I. Bibl. Rabb.

ר' יוסף הכהן R. *Ioſeph Haccohen*, cujus meminit Miſchna Cod. *Calla* IV. 11. Forte idem eſt cum R. *Ioſe Haccohen*, de quo ſupra. Frequenter enim nomen *Ioſe* cum *Ioſeph* permutatur: vide Cl. *Relandi* notas ad Othonis hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 43.

ר

ר' יועזר איש הבירה R. *Ioeſer Iſch Habbira*, ex diſcipulis Scholæ *Schammai*: v. *Orla* II. 11.

ר' ינאי R. *Iannai*, antiqvus Tannaita, diſtinctus a R. *Iannai*, Magiſtro R. *Iochanan*, qui vocabatur R. *Iannai Rabba*. Noſter hic æqualis fuit R. *Akiba* & R. *Meir*. Sententia quædam ejus refertur in *Pirke Avoth* c. IV. 15.

ר' יעקב R. *Iacob*, ſimpliciter ita dictus, videtur fuiſſe Magiſter *Rabbenu Hakkadoſch*, quod ex cap. 1. Cod. *Gittin* quidam colligunt. Forte tamen eſt, ut nonnulli ſuſpicantur, filius filiæ R. *Eliſcha Acher*, qui de vita futura ſemper loquitur, quod hic Iacob imitatur in ſententiis, quæ exſtant in *Pirke Avoth* IV. 16. V. *Iuchaſin* p. 62. b.

ר' יעקב בן קדושאי R. *Iacob* b. *Kedoſchai*, vel ut alia exemplaria, teſte *Iuchaſin*, habent ben קורשאי *Korſchai*, cujus mentio eſt in *Horajoth* V. Juchaſin p. 63.

ר' יקים איש חדיד R. *Iakim Iſch Chadid*, æqualis R. *Ioſua b. Chananja*, vixit circa A. C. 50. Vid. *Eduijoth* VII. 5. ceu obſervat *Iuchaſin* p. 63. a. *Bartolocc.* vocat איש חדד vel הדיד.

ר' ישבאב הסופר R. *Iiſchbab Haſſopher*, Scriba, ſocius R. *Akiba*, ſub Adriano Imp. cum legeretur Schema, occiſus eſt. Meminit ejus *Cholin* II. 4.

ר' ישמעאל R. *Iiſchmael*, ſocius R. *Akiba*, ex ſententia Auctoris libri דורות עולם, non diſcipulus ejus, quod opinatur *Maimonides*. In Miſchnæ enim, ubi uterque junctim memoratur, primo loco occurrit R. *Iſmaël*, ut in *Terumoth* IV. 5. Scripſit is de tredecim modis interpretandi Legem, qui recenſentur in Halichot Olam tr. 4. c. 2. & expoſiti plenius ſunt latine a *Philippo Aquinate*, ſub cujus nomine vide quæ ſcripta ſunt Parte I. De iisdem exponit *Io. Iul. Struvius* in Rudimentis Logic. Hebr. 2, 1. p. 15. ſq. & inprimis c. 2. Confer B. *Scherzeri* Trifolium Orientale p. 92. *Hottingeri* Theſaur. Philolog. p. 560. Buxtorf. Lexicon rad. כלל pag. 1042. & in בנה p. 318. ſq. *Anton. Margaritham* de religione Judæorum & Schickardum in Bechinath Happeruſchim p. 159. ſq. Hiſpanice hos modos exhibet & illuſtrat *Imman. Aboab* in Nomologia p. 106. ſq. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* III. 12.

ר' ישמעאל בן אלישע R. *Ismael b. Eliſcha*, Sacerdos magnus, accepit Cabbalam a R. *Nechonja ben Hakkana*, ſecundum *Schalſcheleth* p. 29. unus ex de-



Digitized by Google

ex decem illis, qui poſt templum everſum, jubente Imp. Romano, interfecti ſunt. Vide *Iuchaſin* p. 25. b. Ob formæ decus occiſus dicitur in comm. ad Cod. *Avoda Sara* c. 1. de cujus cranio ibidem, & hinc in *En Iſraël* fabulantur Judæi Parte II. c. 2. p. 153. col. 4. n. 28. Confer *Chulin* c. 9. p. 123. Quidam binos Iſmaëles filios Eliſæ fingunt, ut magiſtros ſuos concilient, quorum alii ante, alii poſt excidium Iſmaëlem hunc vixiſſe tradunt.

ר׳ ישמעאל בן ר׳ יוחנן בן ברוקא R. *Iſmaël* filius R. *Iochanan b. Broka*, ſocius Rabbenu Hakkadoſch, cujus ſententia quædam exſtat in *Pirke Avoth*. IV. 5.

ר׳ ישמעאל בן ר׳ יוסי בן חלפתא R. *Iſmaël b. R. Ioſe b. Chelpetha*, Legis adeo ſtudioſus & peritus, ut Rabbenu Hakkadoſch in Academia regenda adjungeretur. Meminit ejus *Nidda* VI. 12. & *Pirke Avoth* IV. 7. ubi quædam ejus ſententiæ exſtant.

ר׳ ישמעאל בן פיאבי R. *Iſmael b. Phiabi*, Sacerdos magnus, tempore Templi II. ſecundum Cod. *Para* III. 5. per viginti annos floruit, quo mortuo evanuit ſplendor Sacerdotii, ceu dicitur in *Sota* cap. ult. n. 15.

## ל

ר׳ לויטס איש יבנה R. *Levitas Iaſnenſis*, vixit A. M. 3800. C. 40. ceu ex eo colligit Bartoloccius, quod R. *Eliezer* ejus meminit in Capitulis ſuis c. 52. quem circa A. C. 73. vixiſſe conſtat. Hinc vero infirmum omnino argumentum peti ſtatuet is, qui non ignoraverit, librum *Pirke Elieſer* a recentiore manu profectum eſſe. Juchaſin ætatem ejus ignorare ſe fatetur p. 61. b. Sententia illius exſtat in *Pirke Avoth* IV. 4. & alia in *Pirke Elieſer* I. c.

## מ

ר׳ מאיר R. *Meir*, quem quidam volunt eſſe ex poſteris Principis cujusdam exercitus Romani, (cui *Neronis* nomen fuerit) ad evertendam Hieroſolymam miſſi, qui Nero deinde ad Judæorum ſacra diſceſſerit. Vide *Iuchaſin* p. 63. b. Adde *Gittin* c. V. p. 56. & *En Iſrael* Parte II. p. 27. col. 2. n. 17. ex quibus locis colligas, intelligendum hoc eſſe de Nerone Cæſare, quod tamen R. *Schallum* in animadverſſ. ad *Iuchaſin* p. 40. præfracte negat. Ceterum hunc R. *Meir* tertia ætate ab excidio templi floruiſſe volunt Judæi in cap. 1. Cod. *Roſch*

*Roſch Haſſchana.* Fuit is Vice-Præſes, cum Præſidem ageret *Simeon* fil. R. Gamalielis II. & obiit circiter A. M. 3890. C. 130. Quidam eum confundunt cum R. *Nehemia*, a quo diſtinguendum jubet regula: *Rabbi abſolute poſitus in Miſchna intelligitur R. Meir; abſolute poſitus in Toſaphta eſt R. Nehemia.* Idem intelligi debet, quando dicitur אחרים אומרים i. e. *alii dicunt*: qua loquendi ratione eum indicant ideo, quod in errores quosdam prolapſus effecit, ut alieniores ab eo eſſent ceteri, neque unquam, ubi alii Rabbini aliter ſentiebant, ſecundum ejus judicium pronunciarent, quamvis alioquin tanta ejus eſſet exiſtimatio, ut vocaretur ſæpius אור העולם *lux mundi*; ſicut dicitur, *quod fuerit diſcipulus lucis mundi, nempe R. Akiba, & diſcipulum habuerit lumen mundi, nempe Rabbenu Hakkadoſch.* Interdum etiam vocatur מיאשה ut in Codice *Erubbin* cap. 1. Alii propterea inviſum aliis fuiſſe ajunt, quod R. *Simeoni* ſe oppoſuerit, quam in rem vide *Horajoth* c. 3. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* IV. 10. Alia de eodem lege Cod. *Schabbath* c. 12. in Toſaphtha; item Cod. *Succa* cap. 1. *Cholin* c. 1. *Kidduſchin* c. 2. *Vajikra Rabba* f. 175. b. Sepulchram noſtri trans Euphratem in urbe *Mili* vidiſſe ſe teſtatur R. *Petachias* in Itinerario p. 183. ubi ſimul refert miraculum ab eo, ſi credere fas eſt, patratum, cum lapis ſepulchri auferretur.

ר׳ מיאשה R. MEISSCHA, vixit ſub templo II. a quo traditionem accepit *Nachum Hallavlar*, ut tradit Miſchna cap. II. n. 6. Cod. *Pea.* Interdum nomine R. *Meiſcha* intelligitur in Talmude R. *Meir* quod modo monuimus.

ר׳ מנחם R. *Menachem*, cujus mentio fit Cod. *Ioma* IV. 4. Forte eſt filius R. *Ioſe*, quia in Toſaphta legitur: *dixit R. Ioſe; Menachem fili mi*, &c. Fuit & alius *Menachem* ſocius *Hillelis*, quod patet ex *Chagiga* II. 2. Hic Eſſæorum familiam ſectatus eſt, & vaticiniis inclaruit, ſpeciatimque eo, qvo Herodi Regiam dignitatem præſignificavit, qvi deinde ad illud faſtigium evectus, percunctatus ſit ex Menahemo de diuturnitate imperii, qvam tamen is non definiverit. Vide hæc apud *Ioſephum* lib. XV. c. 13. Antiquitt. & hinc R. *Aſariam* in Meor Enajim p. 33. a. Adde *Iac. Altingium* de Schilo IV. 21. & in *Addendis*, itemqve *Campeg. Vitringam* lib. VI. Obſervatt. Sacrarum c. 8. p. 348. ſqq. qvi ex iis, qvæ R. Abrah. b. Dior in lib. Kabbalæ p. 58. 1. tradit, cum Joſephi narratione compa-

feſſorum Jenenſium, ſpeciatim Theologorum p. 300. commemoratur. Eam autem ut non vidi, ita nec in lucem huc dum prodiiſſe puto, cum Zeumerus eo in loco, ut alias, ſcripta tam edita tam affecta aut adhuc latentia recenſeat.

י

ר' ידוע הבבלי R. *Iaddua Babylonius*, v. *Bava Metzia* VII. 9. ubi vocatur diſcipulus R. *Meir*, unde colligitur vixiſſe A. C. 121.

ר' יהודה R. *Jehuda*: v. R. *Juda b. Elai.*

ר' יהודה בן אבא R. *Iehuda b. Abba*, æqualis R. *Iuda Haccohen*, ætate prima poſt exuſtum Templum, forſan idem cum R. *Iuda ben Baba*, quia & tempus, & nomen (levi literarum tranſpoſitione facta) idem eſt, obſervante *Iuchaſin* p. 60. a.

ר' יהודה בר אלעאי R. *Iehuda ben Elai*, (qui intelligendus eſt, quotiescunque Jehuda ſimpliciter allegatur,) magiſter R. *Eleaſaris b. Aſaria*, ordinatus a R. Juda ben Baba, vixit A. C. 121. Plura invenies in Parte I. Biblioth. Rabb. ſuo loco.

ר' יהודה בן בבא R. *Iehuda b. Baba*, proxime antecedenti fere æqualis, de quo mentio fit in Miſchna *Erubbim*. II. 4. *Eduijoth* cap. VI. 1. & VIII. 2.. Hic ob ordinatos contra edictum Imperatoris Romani quinque judices, qui Magiſtratus poteſtate in Synedrio uterentur, interfectus eſt, adeoque inter decem הרוגי מלכות (de quibus ſupra) numeratur. Vide *Sanhedrin* cap. I. p. 13. b. Adde *Iuchaſin* p. 60. a. & *En Iſraël* Parte II. Quotieſcunque in Talmud dicitur: מעשה בחסיד אחד: i. e. *accidit Viro pio*, toties vel noſter hic *Iehuda b. Baba*, vel *Iehuda b. Elai* innuitur, teſte auctore *Iuchaſin* pag. 60. b. Forte idem hic eſt cum R. *Iehuda ben Abba*, de quo paulo ante.

ר' יהודה בן ביתירה R. *Jehuda b. Bethera*, poſt excidium Templi vixit, in Babyloniam profectus, fuitque adhuc collega R. *Jochanan b. Saccai*, ſi fides habenda eſt *Dav. Ganz*, qui eum ad an. 3722. tradit ultra integrum & dimidium ſeculum vixiſſe. Quod quidem conſentaneum eſſe negat *Altingius* lib. V. c. 19. de Schilo p. 140. Tomi V. Opp. ubi ejus dictum aliquod: *attendite ad filios idiotarum; nam ab illis prodibit Lex:* ex *Sanhedrin* c. 11. fol. 96. 1. affert, idque aliquot ante C. N. annis ab eo pronunciatum affirmat. Sane ſucceſſit is R. *Schemaja & Abtalioni* in cathedra Hieroſolymitana, ceu patet ex

*Peſachim*

Digitized by Google

*Peſachim* c. 6. fol. 66. 1. Synagogam ejus in confinibus montium Ararat memorat *Petachja* in Itinerario ſuo.

ר׳ יהודה חסיד R. *Jebuda Pius:* vide paulo ante R. *Jebuda bar Elai.*

ר׳ יהודה בן טבאי R. *Jebuda b. Tabbai*, ſocius *Simeonis ben Schetach*, vixit A. M. 3621. ante C. N. 139. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* cap. I. n. 8. Meminit ejus Miſchna Codicis *Chagiga* II. 2. Ceterum diſputatur adhuc, uter duorum illorum Collegarum hinc Princeps ſeu Præſes, hinc Pater Senatus fuerit. Vide *Juchaſin* p. 17. a. qui noſtrum hunc Patrem Senatus, alterum vero Præſidem fuiſſe affirmat. Adde *Relandi* notas ad Othonem p. 59. Eum Caræi inter majores ſuos numerant, tanquam qui traditionum patron o ſe oppoſuerit. Lege *Notitiam Karaorum* p. 13. 87. 98. & 100.

ר׳ יהודה הכהן R. *Jebuda Coben*, ſeu Sacerdos, ſocius R. *Juda ben Aba*, vixit A. C. 125. Vide Codicem *Eduijoth* VIII. 2.

ר׳ יהודה בן רבן שמעון R. *Jebuda ben Rabban Schimon, ben Rabban Gamliel* Jafnenſis, qui *κατ' ἐξοχὴν* a doctrina רַבִּי ſeu *Magiſter*, a dignitate נָשִׂיא i. e. *Princeps*, a ſanctitate denique, quam ipſi tribuunt, רַבֵּינוּ הַקָּדוֹשׁ *Magiſter noſter Sanctus*, vocatur. R. *Salomon ben Elijakim* p. 36. Clavis Gemaræ teſtatur, eum dici *Jebudam* ſimpliciter, *Sanctum* vero ob perfectionem in virtute, & ob odium peccati. Talmudici aliam ſed ridiculam hujus elogii cauſam a verecundia, qua ductus manum ſuam nunquam infra cingulum aut inferius ad pudenda demiſerit, reddunt. Lege *Juchaſin* pag. 45. a. l. 20. & alios apud Bartolocc. Tom. III. p. 7. *Galatinus* lib. I. c. 3. cognomen hoc eum ſcriptione libri גלי רזיא de quo ſuo loco, promeruiſſe autumat.

Ortus is fertur ex tribu Benjamin & poſteris Hillelis, in primaria & munitiſſima Galilææ urbe, quem Hebræi צפורי vel ציפורין vel צפירה Græci, ut Joſephus, & Suidas *Σεπφωρίδα*, Ptolemæus *Άπφυρεὶ*, Latini *Sepphorin* & recentiori ætate Diocœſaream (vide Cl. Relandi Palæſtinam lib. III. p. 999.) appellant. Natus autem eſt eo die, quo Akiba interfectus eſt, ſecundum *Kidduſchin* c. IV. p. 72. b. Hoc autem factum tradunt an. 52. ab excidio Templi, i. e. A. M. 3880. C. 120. Vide *Juchaſin* p. 32. & 35. b. & R. *Aſariam* in Meor Enajim c. 12. p. 66. Cum Meſſia comparatur in *Sanhedrin* cap. חלק p. 98. b. ubi ita: אמר רב אי מן חייא הוא כגון רבינו הקדוש אי מן מתיא הוא כגון דניאל איש חמודות h. e.

*Dicit*

*Dicit Rav: ſi ex vivis*; (eſt Meſſias) *eſt inſtar Rabbenu Hakkadoſch: ſi ex mortuis; eſt inſtar Danielis, Viri deſideriorum.* Quantum illi tribuerint Judæi, vel ex uno hoc Maimonidæ judicio patebit, quod ex præfat. ejus ad commentar. in Miſchnam, prout Pocockius latine convertit, huc transferemus; *Poſt quos cum proceſſu temporis ventum eſt ad Rabbenu Hakkadoſch, cui pax, qui fuit Seculi ſui Phœnix, atque unicum temporis decus, vir certe, in quo collegerat Deus dotes eximias & virtutes eas, ob quas apud συγχρόνους ſuos meritus eſt appellari Rabbenu Hakkadoſch, cum nomen eſſet ipſi Juda, quique in ſummo ſcientiæ & altitudinis gradu conſtitutus fuit, ſicut dixerunt:* משמת רבי בטלה ענוות ויראת חטא h. e. *poſtquam mortuus eſt Rabbi, ceſſavit humilitas & timor peccati; hominum inſuper eloquentiſſimus & Linguæ Hebr. callentiſſimus, adeo, ut explicationem verborum Legis difficiliorum e ſermone ſervorum & miniſtrorum ipſius diſcerent ſapientes, ſicut in Talmude manifeſtum eſt; cuique tanta fuit opum copia, & rerum omnium affluentia, ut de ipſo dicerent: Præfectus ſtabulorum Ribbi ditior erat Sapore Rege*, &c. Hæc verba maximam partem ſua fecit, adeoque non tam ex ſua quam Maimonidæ, Judæi, mente & fide locutus eſt Cl. *Guil. Surenhuſius* in præfat. Miſchnæ, tale illi encomium conferens, quale a Chriſtiano in Judæum proficiſci poſſe miratur doctiſſimus *Jo. Franc. Buddeus* in Introduct. ad Hiſtoriam Philoſoph. Hebræorum p. 94. Gratia apud *Antoninum Pium, Marcum Antoninum*, & *Commodum*, Imperatores, eum valuiſſe vehementer gloriantur Judæi, ex quibus præ ceteris legatur *Ganzius* ad An. 3910. Cui fabulæ ut fidem faciant, Antoninum Proſelytum fingunt iidem: vide Gemaram Hieroſolymit. ad Megilla cap. III. f. 74. col. 1. & ad *Sanhedrin* cap. penultimo fol. 29. col. 3. Imo eo procedunt audaciæ & mendacitatis, ut eidem acceptam ferunt inſtitutorum Miſchnicorum collectionem. Ita enim R. *David Ganz* Parte II. Zemach David p. 18. b. ed. Pragenſis 1692. הקיסר אנטונינוס חבר ספר דינים אשר עוד היום הזה דנו על פיו כאילו נתנו מסיני; i. e. *Antoninus Cæſar compoſuit librum Judiciorum ſeu rituum, juxta cujus præſcriptum usque ad diem hodiernum judicant, perinde ac ſi tradita fuiſſent e Sinai.* Ad Miſchnam, quæ hodie exſtat, hæc verba pertinere recte monet *Joh. Seldenus* in Prolegom. ad librum de Succeſſione pag. 19. eadem opera obſervans, eo ſenſu hæc accipi debere, quo *Juſtiniano* Cæſari tribuantur, quæ ſunt *Triboniani* JCti. Huic ut placeret Imperatori, prudenter nonnulla tacuiſſe Jehudam, quæ ſcilicet inter Judæos in exſilio tunc fuerint ſalva, inter Romanos vero propudioſa v. c. de circumciſione, de ſervis &c. ſuſpicatur Cl. *Hardtius* in Effigie Corporis Judaici p. 37.

De

De anno obitus ejus nihil certi in Hiſtoricorum Judaicorum ſcriptis invenio. *Abrah. ben Dior* in Sepher Hakkabbala, & Ganzius ad an. 3910. tradunt, eum ſub Commodo Imperatore adhuc vixiſſe. Jam vero iidem annum Jehudæ natalem conjungunt cum A. C. 120. ajuntque præeſſe cœtui Judaico cœpiſſe anno ætatis 30. circa annum imperii Antonini Pii decimum. Ex his præſtructis *Bartoloccius* Tom. III. pag. 79. ita porro ſubducit rationes: *Hoc anno ſuæ ætatis* 30. *videtur ſtudioſe cœpiſſe colligere Schedulas antiquarum traditionum, Imperatoris auctoritate ſuffultus, eas paulatim in ordinem redegiſſe, in ejusmodi labore annos* 39. *inſumſiſſe, & tandem abſolviſſe A. M.* 3949. *C.* 189. *ætatis ſuæ* 69. *Imperii Commodi* 7, *ſub quo Imperatore vivere deſiit intra quinque ultimos annos Imperii ipſius, i. e. inter A. C.* 189. *&* 194. *cum eſſet ætatis ad ſummum annorum* 74. Quæ quidem, cum Judæi hic taceant, ſuo loco relinquo. *Sephora* eum atque adeo in patria obiiſſe, & in בית שערים ſepultum eſſe, teſtatur *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 33. b. Auctor vero epiſtolæ de itinere, in Terram Sanctam ſuſcipiendo, eum cum filiis duobus, Gamaliele & Rabban Simeone *Sephora* ſepultum ſcribit, cum quo facit R. *Petachja* in Itinerario, quod Wagenſeilius in Exercitatt. varii argumenti num IV. edidit, hæc tradens: *In Zippora Magiſter noſter Sanctus* (i. e. Jehuda Hakkadoſch) *ſepultus eſt, e cujus ſepulchro odor ſuavis prodit, quem milliari uno ab hoc tumulo ſemoti percipiunt.* Addit idem, ſupereſſe ibidem ex Jehudæ hujus proſapia virum eruditum, arte Medicum, nomine R. *Neborai.* Res a noſtro geſtas aut præceptas paſſim in Talmude invenies commemorari, ſpeciatim in Gemara Hieroſolymit. *Sanhedrin* f. 18. 3. *Horajoth* f. 47. 1. *Eruvin* f. 23. 4. *Kilaim* f. 32. 2. &c. n ſummam hæc confert *Jo. Henr. Otho* in Hiſtoria Doctorum Miſchnicorum p. 159. ſqq.

De compilatione Corporis Miſchnici, ab eo facta, ſupra ſatis diximus. Præter illud eidem tribuitur מַעֲשֵׂה תּוֹרָה *Opus Legis*, quod ſcriptum, apophthegmatibus refertum, exſtat in libro Alphabeti Ben Sira ed. Venetæ 304. C. 1544. p. 30. & alias, ut & in lib. כל בו p. 134. ſq. edit. Venet.

ר׳ יְהוּדָה בן שמוא R. *Jehuda ben Schamua*, diſcipulus R. *Meir*, qui abrogari fecit edictum Regium, quo cavebatur, ne Judæi legi operam darent, filios circumciderent, aut Sabbatum celebrarent. Vide *Roſch haſſchana* cap. 1.

Ooooo ר׳

הרוגי מלכות ר' יהודה בן תימא R. *Jehuda ben Tema*, quem inter decem הרוגי מלכות ſeu occiſos a Romanis (de quibus ſupra ſuo loco) numerant, quamvis alii ejus loco ſubſtituant *Eleazarem ben Dama*, R. Abarbanele utroque nomine eundem hominem denotari affirmante in commentario ſuo ad *Pirke Avoth*, ad quem Ganzius provocat. Mentio ejus fit in *Pirke Avoth* V. 20.

ר' יהושע R. *Joſua*, ſimpliciter dictus, notat R. *Joſuam b. Charanja.*

ר' יהושע בן ברוקא R. *Joſua ben Broka*: v. *Succa* IV. 6.

ר' יהושע בן בתירא R. *Joſua b. Bethera*, qui in Miſchna abſolute vocatur בן בתירא. Præter hunc enim duo alii ſunt ejusdem nominis, nempe R. *Simeon b. Bethera*, & R. *Judas*. Horum meminit Miſchna Cod. *Eduijoth* c. 8. n. 1. & 3. Fuerunt illi primarii Viri ante Hillelem & Schammai, qui principatu ſe abdicarunt, cum Hillel ex Babylonia veniret. Vide *Juchaſin* f. 18. b. Confer ſupra R. *Jehuda b. Bethera*. Hos tres primos omnium Rabbi titulo inſignitos eſſe patet ex *Juchaſin* & *Schalſcheleth*, quem honorem alii tribuunt R. *Joſua ben Perachja*, alii aliis, ceu obſervat *Relandus* ad Othonem p. 74. Inter poſteros eorum, quos Ezechiel Propheta ex mortuis excitaverit, numerantur in *Sanhedr.* cap. *Cheleck* p. 92. b. Conf. *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 21.

ר' יהושע בן הורקנוס R. *Joſua b. Hyrcanos*, præceptor R. *Akiba*, forte frater R. *Elieſeris b. Hyrcanos*. Vide de eo *Sota* c. V. n. 5.

ר' יהושע בן חנניה R. *Joſua b. Chananja*, qui *Joſua* abſolute dici ſolet, diſcipulus R. Jochanan b. Saccai, pater domus judicii tempore Rabban Gamlielis Principis. Vide infra R. *Jochanan b. Zaccai*. Lege de eo *Juchaſin* p. 59. a. & *Bereſchith Rabba* ſect. 65. ac *Ganzium* ad an. 3833. quem in verſione ſua non aſſecutus eſt *Vorſtius*, a quo decipi ſe paſſus eſt *Otho* in hiſtoria Doctorum Miſnicorum p. 126. ceu oſtendit in notis *Relandus*.

ר' יהושע בן לוי R. *Joſua b. Levi*, æqualis R. *Chanina bar Chama*, vixit paulo poſt Rabbenu Hakkadoſch, Miſchnæ compilatorem, unde etiam R. *Salomo Jarchi* ad Cod. *Nidda* eum inter *Amorraim* ſeu Gemariſtas numerat, quod & facit R. *David Ganz* ad an. 4980. Maimonides viciſſim recenſet inter *Tannaim* in præf. ad Seder *Seraim*. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* VI. 2. Fuit præceptor R. *Jochanan*, cui debetur Talmud Hieroſolymit. Vivus in paradiſum delatus narratur

Digitized by Google

ratur cap. 7. Cod. כתובות unde repetitur in calce libelli מעשה תורה cum Sententiis *Ben Sira* Venet. 1544. 8. editi, p. 37. b. Adde librum כל בו p. 136. b. ed. Venetæ 327. ut & שבילי הלקט f. 55. ed. Venet. 1546. Confer *Carpzov.* ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 457. & *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Parte I. p. 869. ſq.

ר' יהושע בן מתיא R. *Joſua b. Mattija*, A. C. 80. vixit, æqualis R. Iſraëlis. Vid. Codicem *Eduijoth* II. 5.

ר' יהושע בן פרחיא R. *Joſua ben Perachja*, tempore Hasmonæorum vixiſſe, præceptorem R. *Simeonis b. Schetach* egiſſe, & usque ad Alexandrum Janneum fil. Hyrcani i. e. A. M. 3670. ante C. N. 90. ſecundum *Schalſcheleth* p. 24. b. ætatem protuliſſe traditur in lib. *Juchaſin* p. 59. Sed ipſi Judæi de ætate ejus diſſentiunt teſte *Schalſcheleth* p. 17. qui p. 68. monet, eum oralem traditionem accepiſſe A. M. 3606. ante C. N. 154. Alexander hic Jannæus Senatoribus Synedrii, inter quos noſter erat, infenſus, omnes interfici curavit præter *Simeonem b. Schetach*, & *Joſuam noſtrum*, quorum ille a ſorore Regina occultatus eſt, hic vero, fuga in Ægyptum ſuſcepta, vitæ ſuæ conſuluit. Vide hanc in rem *Sanhedrin* cap. *Cheleck* pag. 107. b. *Juchaſin* f. 18. b. & *Abrah. ben Dior* in lib. Cabbalæ p. 4. Adde R. *Mardochai* tract. quem edidi ſub titulo *Notitia Karæorum* p. 86. ſq. Sententia quædam ejus legitur in *Pirke Avoth* c. 1. n. 6. Eundem Sanctiſſimi Servatoris noſtri præceptorem fuiſſe, a quo Magicas ſcientias acceperit, Rabbini nugantur paſſim, v. c. in *Sanhedrin* f. 107. b. & *Sota* f. 47. 1. inde vero *Abrah. ben Dior* l. c. *Juchaſ.* p. 17. & *Zemach David* ad an. 3560. item *Chiſſuck Emuna* p. 435. & *Magen Abraham* p. 59. Jam quidem ipſi illi hiſtorici, ſpeciatim *Abrah. b. Dior*, intelligunt, non reſpondere huic figmento temporis rationem, cum ſecundum computum Chriſtianorum (qui ſane rei ipſi convenit) Chriſtus ſub Herodis imperio natus, & ſub Archelao filio ejus ſuſpenſus ſit (ita ſcribit *ben Dior*) quo ipſo centum & decem annis ætas Chriſti ab ætate Alexandri Jannæi removetur. Sed vel ſic in fabulis ſuis perſiſtunt, præcipue vero R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 24. b. quadam veri ſpecie figmentum hoc ornare conatus eſt, quando duos invehit *Joſuas*, duosque *Jeſchuas*; alterum illum noſtrum, qui fuerit Jeſchuæ præceptor, ſed non Nazareni; alterum *Joſuam* ab eo diverſum, qui vixerit circa tempora diſcipulorum Hillelis & *Schammai* 70. annis

ante Templi excidium, præceptorque Jeſu Nazareni exſtiterit. Sed facile apparet, recentiorem hunc Judæorum hiſtoricum non ſatis habere auctoritatis, ut poſſit aliquid adſtruere, de quo antiquiores tacent omnes. Interim vide fabulam integram variis argumentis deſtructam ab *Othone* in hiſtoria Doctorum Miſnicorum p. 54. *Gvil. Vorſtio* ad Zemach David, p. 281. & 264. *Buxtorfio* in Lexico Rabbin. ſub voce סטר. *Wagenſeilio* ad Sota p. 1054. *Ioh. Morino* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exerc. V. c. 5. p. 288.-290. *Hofmanno* de Judæis difficulter convertendis pag. 79. ſq. *Io. Andr. Eiſenmengero* in Judaiſmo Detecto Part. I. p. 115. 151. & p. 239. ſqq. nec non *Ioh. Iac. Huldrico* in notis ad *Toldos Ieſchu* pag. 6. & 15. Sepulchrum noſtri in Terra Sancta, in quadam Chriſtianorum Eccleſia, deprehendi ex epiſtola itineraria Terræ Sanctæ, neſcio qua, refert *Bartoloccius* Parte III. p. 780.

ר׳ יהושע בן קרחא R. *Iosua b. Korcha*, filius R. *Akiba*, qui (Akiba) a calvitie *Korcha* dictus eſt: Mentio ejus occurrit in Miſchna *Barachoth* II. 2. Fuit præceptor *Rabbenu Hakkadoſch*, qui Miſchnam compilavit. Vide *Iuchaſin* p. 59. b.

ר׳ יוחנן בן בג בג R. *Iochanan ben Bag Bag*; vide ſupra *ben Bag Bag*.

יוחנן בן ברוקא *Iochanan ben Broka*, pater R. Iſmaëlis, & æqualis R. Eleaſaris b. Aſarjæ in Javne A. C. 80. Hujus ſententia exſtat in *Pirke Avoth* IV. 4.

ר׳ יוחנן בן גודגדה הלוי R. *Iochanan ben Gudgada Hallevi*, floruit ante Templi II. excidium, & oſtiarium templi egit, ut paret ex *Eruvin* c. 6. & *Schekalim* c. 2. Arithmeticus idem & Aſtronomus: v. Gemaram *Horajoth* c. 3. & *En Iſraël* Part. II. p. 160. item *Chagiga* II. 7.

ר׳ יוחנן בן זכאי הכהן R. *Iochanan b. Saccai Haccohen*, diſcipulus Hillelis Senioris & Schammai, ſecundum Pirke Avoth c. 2. Princeps Iſraëlis per quadraginta annos, quorum quinque ab excidio Templi fluxerunt, ſecundum *Raſchi* in comment. ad Cod. *Roſch haſſchana* extremum. In Toſaphoth c. V. Codicis *Schabbat* biennium tantum ab exuſto templo Jochananis principatui tribuitur. Charus hic fuit Tito Imperatori, quod teſtatur R. *Abraham* in lib. Cabbalæ. Obiit A. M. 3830. C. 70. vel 73. poſtquam annos 120. vivendo attigerat, teſte *Iuchaſin*, ad exemplum R. Hillelis & Akibæ, quorum 40. mercaturæ, 40. Legi docendæ, 40. autem judicandis impendit, ceu tradit

Digitized by Google

tradit *Schalſcheleth Hakkabbala*. Magna ejus fuit auctoritas & laus ſapientiæ, quod patet ex *Bava Batra* & *Bereſchith Rabba* c. 15. quæ loca afferunt Judæorum Hiſtorici, inprimis auctor *Iuchaſin* qui confirmat, *eo mortuo ceſſaſſe ſplendorem ſapientiæ*. Sententiæ quædam ejus leguntur in *Pirke Avoth* II. 8. Vide etiam *Succa* III. 12. & *Ketuvoth* XIII. 1. Huic Jochanani impoſtor, qui nefandum librum *Toldos Ieſchu*, a Cl. *Io. Iac. Huldrico* editum, concinnavit, tribuere auſus eſt ipſum Toldos Jeſchu: vide Huldrici notas ad titulum p. 1. ſqq. Confer de noſtro *Hilarium Prache* ad R. Jedajæ Happenini בקשה p. 46. *Io. Henr. Othonis* Hiſtor. Miſnicorum p. 96. ſq. & *Ioh. Lightfootum* p. 88. Opp. poſthumorum, ubi ſuſpicatur, Jochananem noſtrum eſſe *Ἰωάννην* illum, qui *Actor*. IV. 6. memoratur. Addit, eum primum Academiæ Jaſnenſis præfectum fuiſſe, qui etiam A. C. 71. a Tito impetraverit libertatem, ut Synedrium M. collocaretur in *Iafne*.

ר׳ יוחנן בן החורני R. *Iochanan ben Hachorani*, ut Maimonid. in præf. ad Seder *Seraim*, vel החורנית ut *Iuchaſin* p. 61. a. appellat, vixit ante excidium Templi II. & aliquando controverſiam inter Scholam Hillelis & Schammai coortam finivit. Vid. *Succoth* II. 7. Diſcipulum habuit R. *Eleaſarem ben Zadock*, ut patet ex fine capitis I. libri *Jevammoth*.

ר׳ יוחנן בן ישוע R. *Iochanan b. Ieſchua*, filius ſoceri R. *Akibæ*, adeoque poſt excidium Templi II. floruit: v. Cod. *Iadajim* c. 3. Adde *Juchaſin* p. 61. a.

ר׳ יוחנן בן מתיא R. *Iochanan b. Mattija*, tempore R. *Akiba*, adeoque poſt everſum templum vixit. Fuerunt tres hujus nominis fratres: de noſtro v. *Bava Metzia*, VII. 1. de R. *Eleaſare b. Mattia* v. Jevammoth X. 3. de R. *Ioſua b. Matthia* v. *Eduijoth* II. 5.

יוחנן בן מתתיה כהן גדול *Iochanan b. Matatja*, Sacerdos magnus, frater *Iudæ Maccabæi*, floruit A. M. 3628. ante C. N. 132. quem Virum ut juſtum & pium deſcribunt Judæi in Pandectis ſuis Talmudic. quique multa præclare inſtituerit ad abuſus varios tollendos. Vide *Maaſer Scheni* cap. ult. & *Para* III. 5. An Johannes Baptiſta ſub hoc lateat, quod non ſine veri ſpecie diſputat *Iac. Altingius* in Schilo lib. IV. c. 22. nunc non excutiam.

ר׳ יוחנן בן נורי R. *Iochanan b. Nuri*, æmulus & æqualis R. *Ioſuæ* & R. *Elieſer*, qui ſemper inter ſe invicem concertarunt. Vide *Eruvin* c. 3. Mentio ejus quoque invenitur in *Terumoth* X. 11. & *Edujoth* II. 10.



Digitized by Google

ר׳ יוחנן הסנדלר R. *Iochanan Haſſandlar*, ſutor ſandaliorum, teſte Juchaſin p. 61. a. diſcipulus R. *Akiba*, a quo parvulus adhuc ordinatus eſt. V. *Raſchi* ad Cod. *Berachoth* c. 3. Sententia ejus exſtat in *Pirke Avoth* IV. 11.

ר׳ יונתן R. *Ionathan*; hujus ſine ullo cognomine fit mentio in *Pirke Avoth* IV. 9. quem Akibæ tempore vixiſſe credit *Iuchaſin* p. 49. In Gemara *Chulin* c. 6. p. 83. b. vocatur R. *Ionathan b. Ioſeph*.

ר׳ יוסי R. *Ioſe*, ſimpliciter ita dictus, eſt R. *Ioſe ben Chelpetha*, vel *Chalaphta*, ſocius R. Simeonis, R. Judæ, R. Meir, & R. Elieſeris ben Schammai, qui Academiam rexerunt usque ad Rabbenu Hakkadoſch, relegatus ab Adriano Cæſare: v. Gemaram Cod. *Schabbath* c. II. p. 33. b. Sæpe ejus mentio fit in Miſchna. Creditur ſcripſiſſe librum hiſtoricum *Seder Olam*, qua de re ſupra diximus Parte I. Biblioth. Rabb.

ר׳ יוסי בן ברוקא R. *Ioſe b. Broka*, ut æqualis R. *Elieſeris* b. *Hyrcanus* memoratur in titulo libri *Pirke Elieſer*, forte non ſine mendo, loco R. *Iochanan b. Broka*, de quo ſupra ſuo loco. Nam R. Joſe illius nusquam apud Judæorum hiſtoricos fit mentio.

ר׳ יוסי הגלילי R. *Ioſe Galilæus*, æqualis R. *Akiba*, ut patet ex *Bava Kamma*, c. 8. & *Moëd Katon* in fine, vixitque adeo circa initium Seculi II. poſt C. N. Mentio ejus fit in *Berachoth* VII. 3. & *Para* III. 4. &c. In notis Cl. *Relandi* ad Othonem p. 150. facta eſt confuſio hujus R. Joſe Galilæi, cum R. Elieſer filio ejus: priori enim illi tribuuntur 32. modi interpretandi Legem, qui ad poſteriorem pertinent. Adde *Iuchaſin* p. 62. b.

ר׳ יוסי בן דורמסקית R. *Ioſe ben Dormaskith*, i. e. ut Bartolocc. vertit, filius Damaſceni, ſeu Damaſcenus, vel, ut rectius *Pocockius*, filius *Damaſcenæ*, ſcil. mulieris, diſcipulus R. *Elieſeris Haggadol*, cujus mentio fit in *Iadajim* IV. 3. & *Chagiga* p. 3. b.

ר׳ יוסי בן החוטף אפרתי R. *Ioſe b. Hachotheph, Ephratæus*, diſcipulus R. Iſmaëlis, & æqualis R. *Meir*: v. *Kelaim* c. 3. in fine. *Iuchaſ.* p. 62. b.

ר׳ יוסי בן חוני R. *Joſe b. Choni*, ſeu Oniæ, diſputaſſe dicitur cum *Simeone*, fratre Aſariæ, in Cod. זבחים c. I. n. 2. Hic Simeon autem vixit paulo ante, quam templum II. everteretur.

ר׳ יוסי בן חולקה R. *Ioſe b. Chaluka*, æqualis R. *Elieſer* & R. *Ioſua*, quem Juchaſin p. 62. b. appellat virum magnæ exiſtimationis & ſapientiæ, cujus in Miſchna non exſtat mentio.

ר׳ יוסי חוליק v. ſupra *Abba Ioſe Chalick*.

ר׳

ר׳ יוסי בן חלפתא R. *Ioſe b. Chelpetha*: v. paulo ſuperius poſt יונתן & inprimis Partem I. Biblioth. Rabb.

ר׳ יוסי בן חנן R. *Ioſe ben Chanan*: vide ſupra R. *Abba Ioſe b. Chanan*.

ר׳ יוסי בר יהודה בר אלעאי R. *Ioſe bar Iehuda bar Elai*, qui in Miſchna ſimpliciter vocatur בר יהודה. Vide *Erubbin* c. I. in fine: *Peſachim* IV. 6. *Bava Metza* VII. 3. Fuit is ſocius Rabbenu Hakkadoſch in Academia, teſte *Iuchaſin* p. 62. b.

ר׳ יוסי בר יהודה איש כפר הבבלי R. *Ioſe bar Iehuda ex vico Babylonia*, cujus exſtat ſententia in *Pirke Avoth* IV. 20.

יוסי בן יוחנן איש ירושלים R. *Ioſe b. Iochanan*, Hieroſolymitanus, ſocius R. Joſe b. Joëzer Sacerdotis, cum quo diſputavit: v. *Chagiga* II. 2. Fuit is Pater domus judicii, ex ſententia Bartenoræ l. c. Sententiæ quædam ejus exſtant iu *Pirke Avoth* c. I. n. 5. Hi duo primi ſunt inter eos, qui usque ad Hillelem & Schammæum ſemper bini rebus præfuerunt, alter ſub נשיא ſive Principis, alter ſub אב דית דין ſeu *Patris domus judicii* titulo, ceu obſervat *Iuchaſin* p. 18. a. quique nomine *Rabban* aut *Rabbi* nunquam ſed tantum proprio, quod dignitati eorum nihil accedere poſſet, appellati ſunt, ut monet *Zemach David* f. 21. quod non obſervavit Bartoloccius, qui noſtrum titulo *Rabbi* inſignivit. Confer *Iuchaſin* p. 61. b.

יוסי בן יועזר איש צרידה *Ioſe b. Ioëſer*, ſocius proxime antecedentis, Princeps & Sacerdos a *Tzereda*, vico ignobili, de quo 1 Reg. 11. 26. (h) appellatus. Accepit is traditionem ab Antigono Sochæo, quod Judæorum Chronologi teſtantur. Hic autem florebat tempore Alexandri M. circa A. M. 3448. Jam vero *Iuchaſin* pag. 61. b. ex *Bava Bathra* cap. 8. *Ieſch Nochelin* obſervat, eum vivendo perveniſſe usque ad *Iannæum*, qui imperio præfuit an. 3642. id eſt circiter 194. poſt Alexandrum M. annis: quo ipſo noſtrum per 200. annos vixiſſe ſtatuendum erat. Et vel ſic *Iuchaſin* miraculum hic fingere, quam ſubleſtam hiſtoriæ fidem deſerere maluit. Sententia ejus exſtat in *Pirke Avoth* I. 4. Mentio vero paſſim fit, v. c. *Chagiga* II. 2. *Eduijoth* VIII. 4. Tanta hujus & ſocii Joſe b. Jochanan fuit auctoritas, ut in *Sota* c. 9. cum his demortuis *botri* i. e. ut gloſſa explicat, Viri,

(h) Hanc enim malim noſtri patriam conſtituere cum Othone, quam cum Cl. Relando ſuſpicari oriundum fuiſſe ex צרדתה de quo 2 Chron. IV. 17. v. Palæſtinam ejus p. 1058.

Viri, in quibus eruditionis & virtutis copiæ fuerint, ceſſaſſe dicantur. Ubi inter Doctores Miſchnicos diſſenſio eſt, ibi ſecundum inſtituta recentiorum Magiſtrorum prævalet deciſio R. Joſe noſtri, juxta *Halicboth Olam* pag. 201. Confer de noſtro Talmud Hieroſol. *Pea* f. 21. a. & *Othonis* Hiſtor. Doctorum Miſchnic. p. 41. ſqq.

ר׳ יוסי הכהן R. *Ioſe Haccohen*, Sacerdos cognomine חסיד i. e. *Pius*, diſcipulus R. *Iochanania*, diverſus a R. Joſe Galilæo, (teſte *Iuchaſin* p. 61. b.) contra auctorem libri דורות עולם qui eundem cum eo putavit. Laudatur is a notitia Theologiæ Myſticæ in *Chagiga* c. 2. & memoratur in *Eduijoth* VIII. 2.

ר׳ יוסי בן משולם R. *Ioſe b. Meſchullam*, vixit tempore *Rabbenu Hakkadoſch*, A. C. 160. ceu patet ex eo, quod Cod. *Terumoth* IV. diſputat cum R. *Elieſer* & R. *Ioſua*: in Cod. *Cholin* vero c. 3. cum R. *Simeone b. Eleazar*. R. *Simeoni b. Gamliel* proximus collocatur in *Bechoroth* III. 3.

ר׳ יוסי קטנותא R. *Ioſe Katnuta*, ſecundum *Iuchaſin*, vel *Katunta* aut *Katanta* juxta alios, dictus *Pius*, qui in Talmude Hieroſolymit. *Bava Kama* p. 3. col. 4. dicitur eſſe idem cum *Ioſe b. Iuda* ſ. *Ioſe Habbabli*, quod ſi verum fuerit, noſter R. Meir ſtatuendus erit poſterior. Cognominis ratio hæc redditur in Hieroſol. l. c. quod fuerit minimus inter *pios* Viros (שהוה קטון חסידים) ſcilicet inter quatuor illos, qui *κατ᾽ ἐξοχὴν* a pietate titulum acceperunt. Sunt autem illi R. *Iudas bar Elai*, R. *Iudas b. Baba*, & R. *Iudas Haccohen*. Confer *Sota* IX. 15.

ר׳ יוסי בן קיסמא R. *Ioſe ben Kiſma*, vidit excidium Templi, Legis ſtudio admodum deditus, & ſigno adventus Meſſiæ dato apud credulos Iudæos clarus, de quo *Iuchaſin* pag. 61. a. Colloquium ejus cum alio recitatur in *Pirke Avoth* VI. 9. Interfuit is altercationi R. *Ioſe*: vide Cod. *Ievammoth* c. 10. p. 96. b.

יוסף מאריםטיאה *Ioſephus Arimatenſis*, in hiſtoria Evangelica memoratus, nonnullis creditur idem cum *Ioſepho Gorionide*, qui in Judæorum legitur monimentis. Vide, quæ paulo inferius dicentur ſub נקדימון. Proprie quidem huc non pertinet.

יוסף בן גוריון *Ioſeph b. Gorion*: v. Partem I. Bibl. Rabb.

ר׳ יוסף הכהן R. *Ioſeph Haccohen*, cujus meminit Miſchna Cod. *Calla* IV. 11. Forte idem eſt cum R. *Ioſe Haccohen*, de quo ſupra. Frequenter enim nomen *Ioſe* cum *Ioſeph* permutatur: vide Cl. *Relandi* notas ad Othonis hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 43.

ר

ר׳ יועזר איש הבירה R. *Ioeſer Iſch Habbira*, ex diſcipulis Scholæ *Schammai*: v. *Orla* II. 11.

ר׳ ינאי R. *Iannai*, antiqvus Tannaita, diſtinctus a R. *Iannai*, Magiſtro R. *Iochanan*, qui vocabatur R. *Iannai Rabba*. Noſter hic æqualis fuit R. *Akiba* & R. *Meir*. Sententia quædam ejus refertur in *Pirke Avoth* c. IV. 15.

ר׳ יעקב R. *Iacob*, ſimpliciter ita dictus, videtur fuiſſe Magiſter *Rabbenu Hakkadoſch*, quod ex cap. 1. Cod. *Gittin* quidam colligunt. Forte tamen eſt, ut nonnulli ſuſpicantur, filius filiæ R. *Eliſcha Acher*, qui de vita futura ſemper loquitur, quod hic Iacob imitatur in ſententiis, quæ exſtant in *Pirke Avoth* IV. 16. V. *Iuchaſin* p. 62. b.

ר׳ יעקב בן קרושאי R. *Iacob* b. *Kedoſchai*, vel ut alia exemplaria, teſte *Iuchaſin*, habent ben קורשאי *Korſchai*, cujus mentio eſt in *Horajoth* V. Juchaſin p. 63.

ר׳ יקים איש חדיד R. *Iakim Iſch Chadid*, æqualis R. *Ioſua b. Chananja*, vixit circa A. C. 50. Vid. *Eduijoth* VII. 5. ceu obſervat *Iuchaſin* p. 63. a. *Bartolocc.* vocat איש הדר vel הדיד.

ר׳ ישבאב הסופר R. *Iiſchbab Haſſopher*, Scriba, ſocius R. *Akiba*, ſub Adriano Imp. cum legeretur Schema, occiſus eſt. Meminit ejus *Cholin* II. 4.

ר׳ ישמעאל R. *Iiſchmael*, ſocius R. *Akiba*, ex ſententia Auctoris libri דורות עולם, non diſcipulus ejus, quod opinatur *Maimonides*. In Miſchnæ enim, ubi uterque junctim memoratur, primo loco occurrit R. *Iſmaël*, ut in *Terumoth* IV. 5. Scripſit is de tredecim modis interpretandi Legem, qui recenſentur in Halichot Olam tr. 4. c. 2. & expoſiti plenius ſunt latine a *Philippo Aquinate*, ſub cujus nomine vide quæ ſcripta ſunt Parte I. De iisdem exponit *Io. Iul. Struvius* in Rudimentis Logic. Hebr. a. 1. p. 15. ſq. & inprimis c. 2. Confer B. *Scherzeri* Trifolium Orientale p. 92. *Hottingeri* Theſaur. Philolog. p. 560. Buxtorf. Lexicon rad. כלל pag. 1042. & in בנה p. 318. ſq. *Anton. Margaritham* de religione Judæorum & Schickardum in Bechinath Happeruſchim p. 159. ſq. Hiſpanice hos modos exhibet & illuſtrat *Imman. Aboab* in Nomologia p. 106. ſq. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* III. 12.

ר׳ ישמעאל בן אלישע R. *Iſmael b. Eliſcha*, Sacerdos magnus, accepit Cabbalam a R. *Nechonja ben Hakkana*, ſecundum *Schalſcheleth* p. 29. unus

 ex de-

ex decem illis, qui poſt templum everſum, jubente Imp. Romano, interfecti ſunt. Vide *Iuchaſin* p. 25. b. Ob formæ decus occiſus dicitur in comm. ad Cod. *Avoda Sara* c. 1. de cujus cranio ibidem, & hinc in *En Iſraël* fabulantur Judæi Parte II. c. 2. p. 153. col. 4. n. 28. Confer *Chulin* c. 9. p. 123. Quidam binos Iſmaëles filios Eliſæ fingunt, ut magiſtros ſuos concilient, quorum alii ante, alii poſt excidium Iſmaëlem hunc vixiſſe tradunt.

ר' ישמעאל בן ר' יוחנן בן ברוקא R. *Iſmaël* filius R. *Iochanan b. Broka*, ſocius Rabbenu Hakkadoſch, cujus ſententia quædam exſtat in *Pirke Avoth*. IV. 5.

ר' ישמעאל בן ר' יוסי בן חלפתא R. *Iſmaël b. R. Ioſe b. Chelpetha*, Legis adeo ſtudioſus & peritus, ut Rabbenu Hakkadoſch in Academia regenda adjungeretur. Meminit ejus *Nidda* VI. 12. & *Pirke Avoth* IV. 7. ubi quædam ejus ſententiæ exſtant.

ר' ישמעאל בן פיאבי R. *Iſmael b. Phiabi*, Sacerdos magnus, tempore Templi II. ſecundum Cod. *Para* III. 5. per viginti annos floruit, quo mortuo evanuit ſplendor Sacerdotii, ceu dicitur in *Sota* cap. ult. n. 15.

## ל

ר' לויטס איש יבנה R. *Levitas Iaſnenſis*, vixit A. M. 3800. C. 40. ceu ex eo colligit Bartoloccius, quod R. *Eliezer* ejus meminit in Capitulis ſuis c. 52. quem circa A. C. 73. vixiſſe conſtat. Hinc vero infirmum omnino argumentum peti ſtatuet is, qui non ignoraverit, librum *Pirke Elieſer* a recentiore manu profectum eſſe. Juchaſin ætatem ejus ignorare ſe fatetur p. 62. b. Sententia illius exſtat in *Pirke Avoth* IV. 4. & alia in *Pirke Elieſer* I. c.

## מ

ר' מאיר R. *Meir*, quem quidam volunt eſſe ex poſteris Principis cujusdam exercitus Romani, (cui *Neronis* nomen fuerit) ad evertendam Hieroſolymam miſſi, qui Nero deinde ad Judæorum ſacra diſceſſerit. Vide *Iuchaſin* p. 63. b. Adde *Gittin* c. V. p. 56. & *En Iſrael* Parte II. p. 27. col. 2. n. 17. ex quibus locis colligas, intelligendum hoc eſſe de Nerone Cæſare, quod tamen R. *Schallum* in animadverſſ. ad *Iuchaſin* p. 40. præfracte negat. Ceterum hunc R. *Meir* tertia ætate ab excidio templi floruiſſe volunt Judæi in cap. 1. Cod. *Roſch*

Digitized by Google

*Roſch Haſſchana.* Fuit is Vice-Præſes, cum Præſidem ageret *Simeon* fil. R. Gamalielis II. & obiit circiter A. M. 3890. C. 130. Quidam eum confundunt cum R. *Nehemia*, a quo diſtinguendum jubet regula: *Rabbi abſolute poſitus in Miſchna intelligitur R. Meir; abſolute poſitus in Toſaphta eſt R. Nehemia.* Idem intelligi debet, quando dicitur אחרים אומרים i. e. *alii dicunt*: qua loquendi ratione eum indicant ideo, quod in errores quosdam prolapſus effecit, ut alieniores ab eo eſſent ceteri, neque unquam, ubi alii Rabbini aliter ſentiebant, ſecundum ejus judicium pronunciarent, quamvis alioquin tanta ejus eſſet exiſtimatio, ut vocaretur ſæpius אור העולם *lux mundi*; ſicut dicitur, *quod fuerit diſcipulus lucis mundi, nempe R. Akiba, & diſcipulum habuerit lumen mundi, nempe Rabbenu Hakkadoſch.* Interdum etiam vocatur מיאשה ut in Codice *Erubbin* cap. 1. Alii propterea inviſum aliis fuiſſe ajunt, quod R. *Simeoni* ſe oppoſuerit, quam in rem vide *Horajoth* c. 3. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* IV. 10. Alia de eodem lege Cod. *Schabbath* c. 12. in Toſaphtha; item Cod. *Succa* cap. 1. *Cholin* c. 1. *Kidduſchin* c. 2. *Vajikra Rabba* f. 175. b. Sepulchram noſtri trans Euphratem in urbe *Mili* vidiſſe ſe teſtatur R. *Petachias* in Itinerario p. 183. ubi ſimul refert miraculum ab eo, ſi credere fas eſt, patratum, cum lapis ſepulchri auferretur.

ר׳ מיאשה R. MEISSCHA, vixit ſub templo II. a quo traditionem accepit *Nachum Hallavlar*, ut tradit Miſchna cap. II. n. 6. Cod. *Pea*. Interdum nomine R. *Meiſcha* intelligitur in Talmude R. *Meir* quod modo monuimus.

ר׳ מנחם R. *Menachem*, cujus mentio fit Cod. *Ioma* IV. 4. Forte eſt filius R. *Ioſe*, quia in Toſaphta legitur: *dixit R. Ioſe; Menachem fili mi*, &c. Fuit & alius *Menachem* ſocius *Hillelis*, quod patet ex *Chagiga* II. 2. Hic Eſſæorum familiam ſectatus eſt, & vaticiniis inclaruit, ſpeciatimque eo, qvo Herodi Regiam dignitatem præſignificavit, qvi deinde ad illud faſtigium evectus, percunctatus ſit ex Menahemo de diuturnitate imperii, qvam tamen is non definiverit. Vide hæc apud *Ioſephum* lib. XV. c. 13. Antiquitt. & hinc R. *Aſariam* in Meor Enajim p. 33. a. Adde *Iac. Altingium* de Schilo IV. 21. & in *Addendis*, itemqve *Campeg. Vitringam* lib. VI. Obſervatt. Sacrarum c. 8. p. 348. ſqq. qvi ex iis, qvæ R. Abrah. b. Dior in lib. Kabbalæ p. 58. 1. tradit, cum Joſephi narratione comparatis.



Digitized by Google

ratis, evincit, Menachemum noſtrum ab illo Joſephi non eſſe diſtinctum.

ר' מנחם בן סיגנאי R. *Menachem ben Signai*, æqualis R. *Iochananis* (Bartolocc. p.302. Tomi III. mendoſe *Nechanjam* vocat) *ben Gudgada*, quia in *Eduijoth* VII. 8. & 9. alter alterum conſequitur, quod in Miſchna, temporis ordine obſervato, fieri ſolet.

ר' מתיא בן חרש R. *Mattija b. Charaſch*, diſcipulus R. *Elieſeris magni*, æqualis R. Simeonis b. Jochai. Sententia qvædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* IV. 15. Caſtitatem ejus laudat *Iuchaſin* p. 62. b. Miraculum ei tribuitur in *Jalkuth* ad c. XLIX. 22. Geneſeos Part. I. p. 99. edit. Liburnenſ.

מתיא בן שמואל *Matthias b. Schemuel*, qvi in qvibusdam Codd. dicitur *Matathias*, vixit ſub templo II. extremo, præfectus ſortibus mittendis inter Sacerdotes, per vices ſervientes. V. Cod. *Schekalim* V. 1. & *Ioma* III. 1.

## נ

ר' נהוראי R. *Neborai*, cognomen diverſis Rabbinis commune fuiſſe videtur, nempe R. *Elieſer ben Arach*, R. *Meir*, ex ſententia Maimonidæ, & inprimis R. *Nachmiæ*, cui fixum fuiſſe ſtatuit R. *Sal. Jarchi* ad caput Talmudicum כהן גדול & poſt eum Juchaſin p. 64. qvod idem patet etiam ex capite *Nazir*, ubi diſputat cum R. *Meir* & R. *Iuda*. Idem fit in *Kidduſchin* ſub finem. Fuit itaqve antiqvior Rabbenu Hakkadoſch. Hujus ſententia qvædam exſtat in *Pirke Avoth* IV. 14. qvam auctor commentarii כף נחת perperam tribuit *Eleaſari b. Arach*, eo qvod & is *Neborai* dictus ſit. Sed hæc ratio nihil efficit, cum & noſter hoc nomen præ ceteris geſſerit, ac præterea hujus Eleaſaris apophthegma ibidem II. 8. fuerit prolatum.

ר' נחום הלבלר R. *Nachum Hallivlar* i. e. libellarius, Scriba, ex interpretatione *Iuchaſin*, diſcipulus R. *Meiſcha*, qvi differt a R. *Meir*, ultimis Templi II. temporibus vixit, ut patet ex *Pea* II. 6. In *Baraitha* memoratur *Nachum* Senior, qvi, utrum noſter ſit, an alter, qvi vocatur *Nachum Hammadi*, non conſtat.

נחום המדי *Nachum Hammadi*, i. e. Medus, Templi II. deſtructionem vidit v. Cod. *Nazir*, c. V. 4.

נחוניא

נחוניא בן אלנתן *Nechonja ben Elnathan Iſch Kephar Babeli* (i. e. ex vico Babyloniæ, vel ut Pocockius in Maimonidæ præfat. ad Seder *Seraim* transfert *Iſch Kephar Babylonicus*) qui una cum R. Elieſere diſputat cum R. *Joſua*, adeoque vixit A. M. 3833. C. 73. quo deceſſit R. Elieſer. Vid. Cod. *Eduijoth* VI. 2.

ר׳ נחוניא בן גודגדה R. *Nechonja ben Gudgada*, teſtimonium quoddam ejus de muliere ſurda &c. exſtat in *Eduijoth* VII. 9. quod ſub nomine *Iochananis* repetitur in *Gittin* V. 5. ut propterea unus idemque utroque nomine indicari videatur; quod forte ex transpoſitione literarum accidit, cum idem fere ſit quod ad literas נחוניה & יוחנן.

ר׳ נחוניא בן הקנה R. *Nechonja ben Hakkana*, dictus *Nechonja magnus*, diſcipulus R. *Iochanan ben Saccai*, & Magiſter R. Iſmaëlis ben Eliſa, Cabbaliſta inſignis, cujus creditur liber הבהיר. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* III. 5. Vixit ante everſum Templum II. Plura lege ſupra Parte I. Bibl. Rabb.

ר׳ נחמיה *R. Nechemja*, ſocius R. *Meir*, non ipſe *Meir*, quod putavit *Maimonides*, de quo vide ſub R. *Meir*. Noſtri mentio fit in Miſchna Cod. *Maaſeroth* III. 5. Hic Rabbinus nomen etiam geſſit *Nehorai*.

ר׳ נחמיה איש בית דלי R. *Nechemja*, *Vir de domo ſitula*, ut vertit Bartoloccius, forte rectius pro loci nomine habeas oriundumque ex *Beth Dale* dicas. Quid ſi בית דלי ſit *Bethelia* Gazæorum vicus, cujus meminit *Sozomenus* Hiſt. Eccleſ. V. 15. & Hieronymus in vita Hilarionis p. 84. Adde Cl. Relandi Palæſtinam pag. 638. Fuit is *Akiba* æqualis. Vide *Ievammoth* cap. ult. n. 7. & *Eduijoth* VIII. 5.

נקדימון בן גוריון *Nacdemon*, i. e. *Nicodemus ben Gorion*, frater *Ioſephi Gorionida*, non tam ut Doctor Miſchnicus, quam ut frequenter in Talmude memoratus, & ex tabulis quoque ſacris Novi Fœderis, ſi nonnullos audimus, illuſtris, huc a nobis refertur. Mentio ejus, ut Viri opulentiſſimi, fit in *Taanith* fol. 20. a. 1. ubi ſimul miraculum quoddam ejus de pluvia precibus impetrata refertur, *Gittin* fol. 56. 1. & *Echa Rabbati* f. 64. 1. quæ loca latine converſa exhibent *Jo. Lightfootus* in Horis Hebraicis ad Johannis III. 1. *Jac. Altingius* in Schilo lib. IV. 23. & Cl. *Georg. Elieſer Edzardus* ad cap. II. Avoda Sara p. 220. Has tamen divitias ita paulo poſt defeciſſe Gemarici in *Ketuvoth* fol. 66. 2. tradunt, ut filia ejus ex ſtercore jumentorum hordea colligere coacta fuerit. In *Taanith* dicitur etiam appellatus *Bonai* (בוני) is autem inter diſcipulos Jeſu recenſetur *Sanhedr.* f. 43. 1.

 Ex

Digitized by Google

Ex recentioribus ejuſdem meminerunt R. *Nathan* in Avoth fol. 3. col. 3. & fol. 6. col. 1. item R. *Dav. Ganz* in Zemach David ad An. 3757. ubi Joſephus Gorionides dicitur frater noſtri hujus, qui memoratur in *Taanith* & in *Gittin.* Fuerunt, qui Nicodemum hunc cum Nicodemo, Joh. III. 1. VII. 50. & XIX. 39. laudato, eundem putent, Joſephum autem de Joſepho Arimathæenſi, in ſacris tabulis recenſito, interpretentur. Hanc in rem diſputat *Jac. Altingius* in Schilo l. c. Tomo V. Opp. p. 102. & Cl. *Adr. Relandus* in notis ad Othonem de Doctoribus Miſchnicis p. 104. Nec deſunt ſane, quæ ſententiam hanc ornant, divitiæ ſcilicet, quibus dicitur valuiſſe, dignitas in Synedrio obtenta, & inprimis relatio in numerum diſcipulorum Chriſti ſub nomine *Bonai* facta. Sed vel ſic tamen, & forte rectius, rem hanc in medio relinquit *Lightfootus* l. c. & B. *Ittigius* in Selectis Capitibus Hiſtor. Eccleſ. Seculi I. p. 388. Apud *Lightfootum* Tom. II. Opp. p. 609. mendum deprehendere mihi videor ex operarum lapſu enatum. Verba ita habent: *Lectori relinquimus diſcutiendum, an Nicodemus Talmudicorum ſit noſter, nec ne. Non laudabile eſt, quod illi eum ſemper commemorent a laude &c.* Ibi pro: *non laudabile eſt*, legendum puto: *non probabile eſt.* Hoc enim oſtendere ibi conatur Lightfootus. Tò *laudabile* autem inde profectum puto, quod ſtatim ſequeretur τὸ *commemorent cum laude.* Gamalielem patrem habuit noſter, & tandem martyr obiit, ſi fides eſt Epitaphio, quod Piſis a ſe viſum refert *Wagenſeilius* ad Sota p. 992. De Evangelio, quod *Nicodemo* tribui ſolet, non eſt, quod dicam. Lege illud, cum variorum Cenſuris in Cl. *Fabricii* Codice Apocrypho N. T. Tomo I.

ניקנור *Nicanor*, magnos ſumtus exſtruendo & ornando Templo II. impendit, ac ſpeciatim valvas portæ Orientalis æreas fecit, quam in rem vide *Joma* cap. V. pag. 28. & *En Iſraël* Parte I. pag. 104. col. 2. Propterea porta illa Orientalis dicta eſt porta Nicanoris, quamvis hujus appellationis aliam reddant rationem Gemarici in *Taanith* c. 3. p. 18. b. & *En Iſraël* Part. I. p. 134. a quibus nonnihil diſcedit *Pſeudo-Gorionides* III. 22. p. 243. in eo tamen cum iisdem conſpirans, quod eum ut ducem Græcorum ſiſtit, qui contra Judæos miſſus, tandemque a Juda victus, & quoad caput & brachia e regione portæ Orientalis ſuſpenſus ſit, qua de cauſa illa ab illius nomine deinde ſit appellata. Hæc non ideo, qvod ad hunc locum pertinerent, qvam, qvod *Bartoloccius* fuſe de toto hoc negotio commentatur, breviter hic innuenda putavi.

ניתאי

ניתאי הארבלי *Nittai Haarbeli*, ſocius *Joſua ben Perachja*, & pater domus judicii, *Arbelita* dictus a patria, urbe vel vico Galilææ, qvem non longe a Sippori remotum teſtatur *Joſephus* Antt. XII. 18. & XIV. 27. Conf. Cl. *Relandi* notas ad *Othonem* p. 50. & Palæſtinam pag. 575. Vixit A. C. 3560. ante C. N. 200. Conjungitur is cum Joſua f. Perachiæ in *Pirke Avoth*, I. 7. *Iuchaſin* p. 65. & aliis Judæorum Hiſtoricis, præter *Abrab. b. Dior* in Sepher Hakkabbala & R. *Gedaljam* in Schalſcheleth, qui eum jungunt tanquam ſocium R. *Jehuda b. Tabbai.* R. *Mardochæus* in Notitia Karæorum p. 81. *Nittai* & *Joſuam b. Perachja* ut condiſcipulos conjungit. In Miſna *Challa* IV. 10. vocatur איש תקוע (Tekoënſis) qui forte a noſtro eſt diſtinctus. Noſtri mentio fit in *Chagiga* II. 2. Vocatur is ab Othone p. 49. 50. *Nathan* Arbelita, mendoſe. Sepulchrum ejus in civitate Arbela Galilææ ſuperioris exſtare ſcribit *Iuchaſin* p. 65. & R. *Petachias* in Itinerario ſuo apud Wagenſeilium in Exercitatt. varii argumenti num. IV. p. 195.

כנס ſive בן ננס *Nanas*; v. R. *Simeon b. Nanas.*

נתן הבבלי *Nathan Babylonius*, pater domus judicii, primum in Babylonia deinceps Hieroſolymis, teſte *Iuchaſin* pag. 32. b. cui inter cetera *Pirke Avoth* i. e. compilatio variarum ſententiarum tribuitur. Vixit is A. M. 3881. C. 121. æqualis R. Simeonis ben Gamalielis.

Quod ad librum *PirkeAvoth* attinet, qui huic tribui ſolet, notandum inprimis eſt, duos exſtare libros, quos non video diſtingui, ut par erat, a Bibliothecarum Rabbinic. Scriptoribus. Alter eorum proprie vocatur פִּרְקֵי אָבוֹת *capitula Patrum*, alter vero מַסֶּכֶת אָבוֹת דְּרַבִּי נָתָן i. e. *Tractatus de patribus R. Nathanis.* Prior capitibus ſex abſolvitur, & nihil niſi acute ſapienterque dicta majorum complectitur: poſterior habet capita 30. & non ſolum ſententias ejuſmodi, (quarum quædam cum illis τῶν *Pirke* prorſus conveniunt) ſed etiam narrationes quaſdam & obſervationes ſuper res geſtas Patrum V. T. (quales in *Pirke Elieſer* exſtant) exhibet. Uterque Nathani acceptus fertur: poſterior quidem in titulo ipſo, prior vero paſſim. Utrumque innuere etiam videtur *Iuchaſin* p. 43. b. quando de Nathane Babylonico ait: ועשה ספרים הרבה כמו משניות ואבות דרבי נתן והאריך בהם h. e. *& compoſuit libros multos, ſpeciatim Miſchnas* (per has forte innuit τὰ *Pirke*) *& Avoth R. Nathan, & prolixus fuit in illis.* Uterque liber exſtat in edit. Talmudis Francofurtenſi ad Viadrum Tom. IX. poſt tractatum *Edijoth*, ubi primo occurrunt Avoth R.

Digitized by Google

R. Nathan, hinc Maſſecheth Sopherim, Semachoth, Calla, Derech Eretz & Pirke Avoth. In edit. *Amſtelod.* habes Avoth R. Nathanis poſt tractatum Schevuoth. Præter Bartoloccium Tom. III. p. 770. nemo hos duos libellos accurate diſtinxit, & tanquam diſtinctos deſcripſit; ſeorſim tamen latine a ſe converſos edidit *Franc. Taylerus*, nempe Pirke Avoth hebr. & lat. Lond. 1651. 4. & R. Nathanis Tractatum de Patribus latine cum notis ibid. 1654. 4. De poſterioris tractatus verſione loquitur *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 376. ita: *Nuper Londini excuſa eſt alterius plane libri ſub eodem titulo Latina interpretatio, cui cum hoc noſtro* (nempe Pirke Avoth) *nihil commune eſt, eſtque decuplo major. Noſter continet tantum ſententias & apophthegmata Patrum: iſte varios ſermunculos & ridiculas Scripturæ interpretatiunculas, quibus exornat pleraſque e noſtro mutuatas ſententias.* Hinc patet, Morinum non vidiſſe hebraice libellum *Avoth R. Nathan*, quod & paulo poſt ipſe profitetur. Dixi utrumque inſcribi ſolere R. *Nathani*; jam addo, neutrum forte recte ei tribui. Sane ſi is revera a Nathane noſtro, (qui ſaltem æqualis fuit Rabbenu Hakkadoſch, niſi prior,) profectus fuiſſet, non video rationem, cur antiquiores illi eum extra corpus Miſchnicum eſſe juſſiſſent, a recentioribus tandem inſerendum. Præterea vero exſtant in *Pirke Avoth* luculenta veſtigia recentiorum ſæculorum, qualia nominatim obſervavit *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblic. lib. II. exercit. 10. cap. 1. Sic in calce cap. V. legitur filium quinque annorum ad Scripturæ, filium decem annorum ad Miſchnæ lectionem; filium tredecim annorum ad præcepta; filium quindecim annorum ad Talmud eſſe deducendum. Quæ præceptio efficit, ut credamus, libelli hujus ætatem ad tempora illa eſſe referendam, quibus non ſolum Miſchna ſed etiam textus Gemaricus (hic enim diſerte per Talmud diſtinguitur a Miſchna) in communi apud Judæos uſu fuit, quod alii in V. alii in VII. poſt C. N. ſæculo factum fuiſſe aſſeverant, unde & Morinus longe poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum hunc libellum elaboratum ſuſpicatur. Idem recentiorem ejus ætatem colligit ex miraculis variis, quæ tanquam ſub Templo II. facta referuntur, quamvis eorum nec Scriptura, nec Joſephus, nec Philo, illis temporibus proximi, meminerint: nominatim de carne ſacrificiorum nunquam putrida, de muſca in domo lanionum non viſa, &c. quæ recentiorum Judæorum fabellas ſapiunt. Hæc ſane conjecturam non vanam faciunt, fœtum hunc ætate R. Nathanis Babylonii forte aliquot ſæculis poſteriorem eſſe. Obverti quidem poterat, diverſos exſtitiſſe hujus collectionis auctores, adeoque non totum libellum de antiquitatis prærogativa de-

Digitized by Google

deturbandum eſſe. Id quod eo magis veri fit ſimile, quod tractatus ille, qui proprie vocatur *MaſſechethAvoth R. Nathan*, quaſi inſtar commentarii eſt ſuper ſententias τῶν Pirke Avoth. Dubia tamen ſemper erit fides ejus, cum non conſtet, an omnia, quæ ibi exſtant, ab illis profecta ſint auctoribus, quibus adſcribuntur. Unde ſimul intelligitur, quam incerta ſit ſeries Doctorum Miſchnicorum, quam ex hoc potiſſimum libro repetere ſolent Judæorum Hiſtorici, quæque in ipſo illo libro non diſtincte, ſed παχυλῶς admodum tradita eſt. Interim *Pirke Avoth* in magna ſemper fuerunt exiſtimatione apud Judæos & Chriſtianos, apud hos qvidem, partim ob dictionis nitorem & ſimplicitatem, præceptionesqve probas; apud illos vero vel ob ipſam oralis traditionis catenam ibi deductam. Unde certatim ad eum librum illuſtrandum operam ſuam contulerunt Hebræi, ſuo loco in Parte I. Bibliothecæ hujus commemorati. Potiores ſunt poſt Maimonidem Iſaac Abarbanel, & qui ex potioribus commentatoribus præſtantiſſima ſelegerunt R. *Jechiel ben Jedidja* in מנחה חדשה & *Schemuel de Oſeida* in מדרש שמואל, de quibus vide ſuo loco. Exſtant etiam commentarii quidam MSS. ſpeciatim *Arabicus* in Bibl. Bodlej. n. 5360. & alius R. *Salomonis* ibid. n. 5389. & *Iſaaci* ibid. n. 5390. *Hebraicus* autem Anonymi n. 3723. Wagenſeilius quoque in not. ad lib. Sota & ad Tela Ignea Satanæ p. 119. commentarium Anonymi MS. ut puto, allegat.

Omiſeram fere monere, quod *Julius Conradus Otho* in ſuo *Gale Razia* librum hunc acceptum ferat R. *Simeoni* filio *Gamalielis*, adſtipulatorem nactus *Colomeſium* pag. 255. Galliæ Orient. *Plantavitius* pag. 547. n. 4. Biblioth. Rabbin. *Nathanem*, cui adſcribitur plerumque, eundem putat cum Nathane Scriptore τȣ̃ *Aruch*, ideo quod omnes fere ejus ſententiæ a Lexicographo iſto adducuntur & explicantur. Sed huic argumento ipſe parum tribuiſſe videtur, cum n. 583. acceptum ferat R. *Nathani Babylonio*.

ר' נתן הלבלר R. *Nathan Halliblar*, libellarius ſeu Scriba, ſocius R. *Meir*, pater domus judicii, qui alias vocatur יש אומרים, *ſunt qui dicunt*, Idem eſt cum R. *Nathane Babylonio*, de quo modo diximus.

## ס

סומכוס בן יוסי *Somachus* vel *Symmachus b. Joſe*, diſcipulus R. *Meir*, cujus ſapientia commendatur in Gemara *Eruvin* c. I. p. 13. b.

ע

בן עזאי *Ben Azai*: v. R. *Simeon b. Aſai*.

עקביה בן מהללאל *Akbija ben Mahalalel*, æqualis Hillelis Senioris, cujus meminit Cod. *Eduijoth* V. 6. & *Negaim* I. 4. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* III. 1. Otho in hiſtoria Doctorum Miſchnicorum mendoſe eum appellat R. *Akibam b. Mehalel* pro *Akabja* vel *Akbija b. Mahalalel*.

ר' עקיבה בן יוסף R. *Akiba b. Joſeph*: vide ſupra Parte I. Biblioth. Rabb. ſuo loco. Hic addiderim inſigne figmentum auctoris nefandi libri *Toldos Jeſchu*, qui immani errore Chronologico tradit, Sanctiſſimum Servatorem noſtrum ab hoc Akiba, qui Hadriani Imperatoris tempore vixit, reprehenſum eſſe. Confer de noſtro *Lightfootum* in hiſtoria Academ. Jafnenſis in Opp. Poſthumis pag. 89. ubi ita: *Conſtans eſt Judæorum ſententia, periiſſe civitatem Bitter, (ut vulgo ſcribitur) anno poſt excidium templi 52. Atque æque conſtans eſt ſententia, ſediſſe R. Akibam præfectum annos 40. atque obiiſſe cum civitate Bitter. Hinc eſt, quod 12. tantum annos præfectis prænominatis attribuimus, ut 40. ſuos habeat R. Akiba.* Adde eundem Lightfootum Tom. II. Opp. p. 143. & 181.

פ

ר' פפוס בן יהודה R. *Paphos b. Jehuda*, æqualis R. Akibæ, Sapiens magnus in *Baraitha*, propter quem Iſraël felix fuit, teſte *Iuchaſin* pag. 66. a. Quidam hujus nominis a Judæis fingitur Jeſu Nazareni pater: v. *Schabbat* f. 104. b. Sanhedr. f. 67. a. & *Gittin* f. 90. a. Confer Wagenſeil. in Telis Igneis Satanæ ad Confutat. Toldos Jeſchu pag. 15. & *Lightfootum* in Horis Hebr. ad Matth. XXVII. 56. Ceterum *Iuchaſin* noſtrum hunc a venditato illo Mariæ, matris Domini noſtri, marito diſtingui vult l. c.

ר' פפיס R. *Papias*, concionator, vidit templum deſtructum, & diſputavit cum R. *Akiba*, & R. *Elieſer*. Vide *Schekalim* IV. 7. *Eduijoth* VII. 5. *Temura* III. 1.

צ

ר' צדוק R. *Zadock*, memoratur in *Schabbath* c. 24. n. 5. Ipſe & filius ejus vixerunt ante & poſt templum deſtructum. Conf. *Kidduſchin* c. 1. *Eduijoth* VII. 1. Sententia quædam R. Zadocki exſtat in *Pirke Avoth* IV.

Digitized by Google

IV. 5. Longam ejus, & quatuor Sæcula complentem, vitam prædicant Judæorum Hiſtorici; quorum loca vide apud *Jo. Morinum* Exercitt. Biblic. lib. II. Exerc. V. c. 3. p. 285.

ר׳ צדוק R. *Zadoc*, Antigoni Sochæi diſcipulus, de quo ſupra ſub *Antigonus*.

ק

קטיעה בר שלום *Kattia bar Schalom*, quem inter Tannaitas numerat *Iuchaſin* p. 66. b. dicitur fuiſſe princeps ſeu dux exercitus (שר) apud Cæſarem, factoque ad Judæorum ſacra acceſſu, omnes ſuas divitias in Akibam tranſtuliſſe.

ר

רבי *Rabbi*, ſimpliciter interdum eſt R. *Meir*, plerumque tamen *Rabbenu Hakkadoſch*, ad quem etiam referenda eſt ſententia, quæ exſtat in *Pirke Avoth* c. II. init.

ש

שמאי *Schammai*, Latinis *Schammaus*, Joſepho Σαμέας, Hillelis Senioris primum diſcipulus, deinde in principatu doctrinæ, inter Judæos tradendæ, Collega, ac denique adverſarius. De eo vide, quæ ſupra ſub *Hillele* dicta ſunt: pleraque enim eorum huc pertinent. De noſtro hoc pauciſſima præterea tradunt Judæorum Hiſtorici, ideo forte, quod longe minor ejus, quam Hillelis, traditionum patroni præcipui, fuit auctoritas. Ætate juniorem Hillele fuiſſe neceſſe eſt, qui eum doctorem habuerit. Vitam tamen æque ac ille longius produxit, id quod inde etiam evinci poſſe putat Abraham Zacutus in *Iuchaſin* p. 67. a. quod ſemper הזקן i. e. Senex vocatur. Intemperantem iræ fuiſſe docet Talmudicum illud: לעולם יהא אדם ענוותן כהלל ואל יהא קפדן כשמאי: h. e. *Semper homo ſit manſuetus ut Hillel, non iracundus, ut Schammai.* Hanc tamen iracundiam ejus in impios tantum cecidiſſe, adeoque & eam & reliqua ejus omnia, imo & ipſam inter eum & Hillelem diſſenſionem, in gloriam Dei ceſſiſſe ſcribit auctor *Iuchaſin* l. c. Diſcipulos habuit multos, imo plures, quam Hillel: ceu traditur in Schabbath fol. 3. cap. 3. confer *Lightfootum* Tom. II. Opp. pag. 6. Hillelem quoque fortunæ bonis dives ſcilicet & opulentus ſuperavit, & ſplendide

 vixit.

vixit, ceu patet ex *Beza* cap. I. f. 16. In Galilæa inferiore ſpeluncam eſſe intus altam latamque, atque ibi ab altero latere cavernam, in qua Schammæus cum diſcipulis ſuis; ab altero vero aliam ſe offerre, in qua Hillel cum aſſeclis ſuis conditus ſit, tradit *Petachias* in Itinerario p. 195. edit. Wagenſeilianæ inter Exercitationes varias.

שמואל הקטון *Schemuel Hakkaton* i. e. *Parvus*, reſpectu ad Samuelem Prophetam habito, ita dictus, & a nonnullis pro *Paulo* Appſtolo habitus, de quo ſatis diximus Parte I. Biblioth. Rabbin. Hic obſervo memorari quendam שמלאי in Gemara *Berachoth* Hieroſolymit. cap. IX. init. fol. 12. c. 4. & in Bereſchith Rabba Sect. VIII. f. 10. c. 2. cujus præclarum exſtat in Sohar Part. III. f. 31. col. 3. l. ult. elogium, his verbis conceptum מן יומא דאתפטר ר׳ שמלאי מהכא לא הוה בר נש די נהיר לן באורייתא כוותיה: h. e. *Ab eo die, quo dimiſſus fuit Samlai, non exſtitit quiſpiam, qui legem eo modo elucidaret nobis, quo ille.* Hunc eundem eſſe cum Samuele Parvo ſuſpicatur doctiſſimus *Joh. Andr. Danzius* in Diſſert. de divina inter coæquales deliberatione pag. 48.

ר׳ שמעון איש המצפה R. *Schimon ex Mizpa*, ſub templo II. vixit, ut patet ex *Pea* II. 16.

ר׳ שמעון בן אלעזר R. *Schimon ben Eleaſar*, ſocius Rabbenu Hakkadoſch, & diſcipulus R. *Meir*, per compendium רש״בא dictus, vixit A. C. 130. Liber *Juchaſin* p. 48. b. & 68. b. ad hunc refert hiſtoriam, quæ legitur Cod. *Taanith* III. p. 20. quamvis in edit. *Cracov.* ſub nomine R. *Eleaſar b. Simeon* legatur. Sententia quædam ejus exſtat *Pirke Avoth* IV. 18.

שמעון בן ביתירא *Schimon b. Bethaera*, cujus mentio fit cum duobus fratribus R. Ioſua & R. Iuda, æqualibus Hillelis, in capite VIII. Cod. *Eduijoth* העיר ר׳ יהושע בן בתירא num. 1. & 3.

רבן שמעון בן גמליאל *Rabban Schimon ben Gamliel*, Jaunenſis, pater Rabbenu Hakkadoſch, per compendium dictus רש״בג cujus meminit Miſchna ſæpiſſime, & plerumque cauſam ex ejus ſententia decidit. Sententia quædam ejus exſtat in *Pirke Avoth* I. 18. quam noſtro tribuendam cenſet *Abarbanel* in commentario ſuo. Meminit ejus *Berachoth* II. 8. *Bava Metzia* VIII. 6. & 8. Antagoniſta ejus fuit R. *Ioſua b. Chananja* de quo vide *Bava Metzia* VII. 1. Conf. Juchaſin f. 67. a.

ר׳

ר׳ שמעון בן גמליאל הזקן R. *Schimon b. Gamliel Senioris*, Princeps (נשיא) in populo Iſraëlitico, occiſus in clade Hieroſolymitana, atque ideo inter הרוגי מלכות, *occiſos regni*, numerari ſolitus, de quibus ſupra ſuo loco. Frequens ejus mentio fit in Miſchna, ubi tamen nunquam declaratur, cujus Gamalielis ſit filius, ſeniorisne an junioris. Noſtri hujus ſententia quædam exſtat in *Pirke Avoth* c. I. 17.

רבן שמעון בנו של הלל הזקן *Rabban Schimon filius Hillelis Senioris*, Princeps Iſraëlis una cum Patre, ſecundum *Schabbath* c. I. p. 15. ad quem locum provocat *Bartoloccius*, vel poſt Patrem, ſi audimus R. David Ganz in Zemach David p. 36. ubi diſerte teſtatur, noſtrum accepiſſe a Patre traditionem A. M. 3768. Principemque, eo defuncto, conſtitutum eſſe, quamvis initium principatus ejus non conſtet. Neque ſane verba Codicis *Schabbat* id ſecum ferunt, quod Bartolocc. vult. Ea ita habent: הלל ושמעון גמליאל ושמעון נהגו נשיאותן לפני הבית מאה שנה i. e. *Hillel & Schimon, Gamliel & Schimeon principatum geſſerunt* 100. *annis ante excidium Templi:* quod vere dicetur, etiamſi credamus, eos ſibi invicem ſucceſſiſſe. Initium hoc Otho ex conjectura refert in annum 13. C. N. quo Hillelem obiiſſe Chronologi teſtentur. Ceterum hic primus fuit, qui titulum Rabban geſſit teſte *Ganzio* l. c. ex ſeptem poſteris Hillelis, eodem titulo ornatis, qui ſunt Rabbenu Gamliel Senex, Rabban Simeon filius Gamalielis ſenis, Rabban Jochanan filius Saccai (qui tamen non fuit ex Hillelis familia,) Rabban Gamaliel Jafnenſis, Rabban Simeon ejus filius, Rabban Gamaliel filius R. Jehuda Hannaſi. Hujus in Miſchna fieri mentionem negat *Juchaſin* p. 66. b. Unde neſcio, quid tribuendum ſit conjecturæ Cl. *Relandi*, & ante eum *Altingii* de Schilo IV. 21. Tom. V. Opp. p. 101., mentionem ejus in *Pirke Avoth* I. 17. fieri ſuſpicantis, in notis ad Othonis Hiſtor. Doctorum Miſchnicorum p. 95. Verba ejus ita habent: *Attamen in Pirke Avoth videtur hujus injici mentio cap. I. Poſtquam enim* §. 12. 13. 14. *Hillelis apophthegmata traduntur, &* §. 5. *Schammai*, §. 16. *Rabban Gamalielis dictum exponitur, &* §. 17. שמעון בנו *Simeonis filii ejus, quod quidem de Simeone Gamalielis filio intelligi non poteſt (uti primo intuitu ſvadere videtur relativum* בנו *filii ejus, quod proxime R. Gamalielis nomen ſequitur) cum ſequenti paragrapho* 18. *exhibeatur ſententia R. Schimeonis filii Gamalielis. Ita ut probabiliter prior Simeon, cujus apophthegmata*

*ta §. 17. traduntur, cenſeri debeat* בנו של הלל *filius Hillelis, licet R. Samuel de Uſida in commentario ſuo ad Pirke Avoth l. 17. aliique reſpiciant Gamalielis filium.* Dicam, quod ſentio. Argumentum, cui Cl. Viri conjectura innititur, facile elidi poteſt. Duo enim ſunt Simeones, filii Gamalielis, alter Senioris, alter junioris, quod ex antecedentibus patet. Hinc manifeſtum eſt, cur §. 18. ſtatim exhibeatur ſententia R. Simeonis filii Gamalielis, licet §. 17. proxime antecedente gnome *ὁμωνύμȣ* Simeonis b. Gamalielis exſtet. Poſterior enim hic eſt junioris Gamalielis filius, prior autem Senioris. Hæc certe me judice magis obvia ſunt & expedita, quam ſi בנו *filium ejus* velimus referre ad Hillelem, a quo ſermonis ſeries ſe jam converterat ad Gamalielis dicta exponenda. Sed hæc quidem tanti non ſunt. Plus refert, ſcire, noſterne hic *Simeon* is ſit, de quo Luc. II, 25. mentio occurrit. Affirmant id plurimi, & quidem ex noſtratibus B. *Chemnitius* in Harmonia Evangelica cap. 11. p. 223. *Waltherus* in Officina Biblica p. 256. *Gerhardus* in Locis Theologg. *Schickardus* in Bechinath Happeruſchim pag. 26. & de Jure Regio p. 426. ex Reformatis *Buxtorf.* de Abbreviaturis Hebr. p. 172. *Ant. Hulſius* in Theologia Judaica, *Jac. Altingius* data opera in Tract. egregio de Schilo IV, 21. & in hiſt. Academ. Hebr. *Jo. Henr. Otho* in hiſtoria Doctorum Miſnic. l. c. & in Lexico Philolog. p. 606. *Abrah. Scultetus* in Exerc. Evang. I, 61. & *Lightfootus* Harmon. Evangel. ad Luc. II. ex Pontificiis vero *Bartoloccius* in Bibl. Rabb. Tom. III. p. 327. Negant vero viciſſim B. *Wandalinus* de feria paſſionis & triduo mortis Chriſti p. 29. ſq. & *Guil. Vorſtius* ad Ganzium p. 283. Alii denique rem tanquam incertam in medio relinqvunt, ut *Herm. Witſius* in Miſcellaneis Sacris lib. I. c. 21. §. 14. ſq. & *Carpzovius* ad Schickardum de Jure Regio Hebr. p. 426. qui neutram ſententiam amplectitur. Confer Cl. *Geigerum* in commentat. de Hillele & Schammai p. 36. ubi dubia duo ſententiæ affirmantium opponit. Negari ſane non poteſt, temporis rationes conjecturam hanc facile admittere, quod inprimis oſtendit *Altingius* l. c. Nec omnino nihil eſt, quod *Buxtorfius* primus, ac poſt eum *Schickardus* urſit, quod Simeonis hujus in *Pirke Avoth* ſeu recenſione doctorum Traditionariorum nulla fit mentio. Hoc enim illi, qui pro hac ſententia pugnant, interpretantur argumentum odii, quo Simeonis propenſum in Servatorem Sanctiſſimum animum

ulciſci

ulciſci voluerint. Quando vero recogito, Simeonis nomen inter Judæos pluribus fuiſſe commune, prætereaque perpendo, tantam noſtri hujus inter Judæos ex munere Politico auctoritatem fuiſſe, ut vix cum ſimplici nominis commemoratione ab Evangeliſta facta conciliari poſſit, cum aliis mihi videor tutius facere, ſi nihil definiam.

שמעון בן זומא *Schimon ben Soma*, vixit ante & poſt everſum Templum II. Akibæ æqualis, eſtque unus ex quatuor illis, qui paradiſum vivi ingreſſi feruntur in *Chagiga* c. II. p. 14. b. Concionatorem egit inter ſuos cum tanto plauſu, ut, illo demortuo, concionatores deſiiſſe dicerentur. Vide Miſchnam *Sota* c. IX. 15. Quædam ejus ſententiæ exſtant in *Pirke Avoth* IV. 1.

ר' שמעון בן חלפתא R. *Schimon ben Chelpetha*, frater natu minor *Ioſe ben Chelpetha*, æqualis Rabbenu Hakkadoſch. Vide *Vajikra Rabba* Sect. צו apud auctorem libri *Iuchaſin* p. 68. b. Miracula quædam ejus venditantur in cap. 7. *Sanhedrin*, & in fine *Schemoth Rabba*.

ר' שמעון בן יהודה R. *Schimon ben Iehuda*, cognomine *Iſch Kephar Acco*, i. e. ex villa Acco, Socius *Rabbi*, cujus mentio eſt in Cod. *Maaſer Scheni* III. 6.

ר' שמעון בן יוחאי R. *Schimon b. Iochai*, vide Partem I. Bibl. Rabb. ſuo loco.

ר' שמעון בן מנסיא R. *Schimon b. Menaſja*, æqualis R. *Simeoni b. Iochai*, cum quo is diſputat in *Chagiga* l. 7. & nomine ejus loquitur in *Pirke Avoth* VI. 8. Dictum quoddam ejus refert *Raſchi* ad *Hoſ.* III. 4. Vide & *Iuchaſin* p. 68. b.

ר' שמעון בן ננס R. *Schimon b. Nanas*, qui in Miſchna abſolute vocatur *ben Nanas*, charus R. *Iſmaeli*, quem laudat in *Bava Bathra* cap. ult. n. 8. Diſputat idem cum R. *Akiba* in *Biccurim* III. 9. Vixit Seculo I. extremo poſt C. N. & unus fuit ex quinque Judicibus, qui coram Sapientibus judicarunt, de quibus v. ſupra ſub *Chanina ben Chachinai*.

ר' שמעון בן נתנאל R. *Schimon b. Nathanael*, unus ex quinquæ diſcipulis R. Jochanan ben Saccai, qui templum II. ſtans & lapſum viderunt. Nupſit is filiæ Rabban Gamlielis Senioris V. *Avoda Sara* c. III. in Toſaphta. *Iuchaſin* p. 67. b.

ר' שמעון בן הסגן R. *Schimon b. Haſſagan*, i. e. filius R. *Chanina*, Vicarii Sacerdotis ſummi, de quo ſuo loco. Vixit is Templo II. adhuc ſtante

Digitized by Google

ſtante, circa tempora Servatoris noſtri, antiquior Rabban *Gamliele* Jafnenſi, qui ejus nomine aliquando loquitur, v. c. *Ketuvoth* II. 8. *Schekalim* cap. ultimo n. 5. & *Menachoth* XI. 9.

ר' שמעון בן עזאי R. *Schimon ben Aſai*, initio ſimpliciter dictus *ben Aſai* ſocius R. *Akiba*, & Legis adeo peritus, ut ejus ſententiam Talmudiſtæ fere ſemper ſequantur. Propterea ipſe alios omnes præ ſe contemſit, quod ex dicto ejus cap. *Becharoth* & inde in *Iuchaſin* p. 44. b. relato conſtat. Hic numeratur a Judæis inter quatuor illos, qui vivi paradiſum ingreſſi ſunt, & inter quinque, qui coram Sapientibus judicabant. (Vid. ſupra *Chanina ben Chachinai*) In duria ejus in tractanda Lege laudatur in *Sota* cap. ult. n. 15. Sententia quædam ejus legitur in *Pirke Avoth* IV. 2. & 3.

ר' שמעון בן עקשיא *Schimon ben Akſchija*, quem *Juchaſin* ſuſpicatur fratrem eſſe R. Chananiæ b. עקשיא de quo ſupra, æqualemque facit R. *Ioſua* & *ben Uſſai* v. *Iuchaſ.* p. 68. b.

ר' שמעון הפקולי R. *Schimon Happakuli*, i. e. goſſypiarius, inſtituit octodecim benedictiones coram Rabban Gamliele Seniore.

ר' שמעון הצדיק R. *Schimon Iuſtus*, ſucceſſor Esdræ, & Sacerdos Summus, teſte *Iuchaſin* p. 13. b. & 66. b. item *Maimonide* in præf. ad Jad chaſaka. Vitam longius produxit, ita ut omnes Synedrii magni ſocios ætate ſuperarit omnium ultimus, (ceu patet ex *Juchaſin* l. c. & aliis Judæorum hiſtoricis,) ipſique Alexandro 40. poſt reſtauratum templum annis occurrerit. Vid. *Ioma* f. 69. a. qua occaſione Ariſtotelem cum noſtro hoc diſputaſſe, eumque proſelytum juſtitiæ effeciſſe ſcribit *Schalſcheleth* p. 83. Confer de noſtro præter Hiſtoricos Judæorum R. *Aſariam* in *Meor Enajim* lib. 3. c. 22. p. 90. ſqq. fuſe, item *I. H. Othonem* in Hiſtoria Doctorum Miſchnic. p. 13. ſq. *Io. Seldenum* de Succeſſione in Pontificatum Hebr. lib. I. c. 7. & 8. inprimis autem *Io. Morinum* in Exercitatt. Biblic. lib. II. Exerc. V. c. 2. p. 281. Ad hunc Simeonem nemo retulerit ea, quæ Luc. II. 28. leguntur, cum temporis rationes adverſentur.

ר' שמעון בן רבי R. *Schimon fil. Rabbi* i. e. *Rabbenu Hakkadoſch*, nepos Rabban Simeonis b. Gamlielis dicti *de Iaune*. Meminit ejus *Abrah. b. Dior* in fine Tannaitarum, *Iuchaſin* pag. 67. & Schalſcheleth pag. 33. b.

ר' שמעון שזורי R. *Schimon Scheſuri*, vocatus ita vel ab opificio & arte contorquendi fila, judice *Maimonide* c. 8. in fine præfat. ad Seder

*Seraim*

Digitized by Google

*Seraim*; vel a patria שוזר enim oppidulum eſt ſuperioris Galilææ prope *Zephath*, ubi noſtri ſepulchrum exſtat, teſte *Iuchaſin* pag. 68. Mentio ejus, eſt in *Celim* XVIII. 1.

ר׳ שמעון בן שטח R. *Schimon b. Schetach*, qui una cum Jehuda b. Tabbai præſidatu functus eſt A. M. 3621. teſte *Iuchaſin* p. 15. qua de re diximus ſupra ſub *Iehuda b. Tabbai*. Hic Sadducæis ſe oppoſuit; ita ut omnes ex Synedrio amoveret, quod fuſe narratur in *Megillath Taanith* c. 10. Conſtitutiones quædam ejus memorantur in *Schabbath* cap. 1. Miracula quædam, ejus cauſa facta, referuntur in *Sanhedrin* II. 2. & IV. Huic Simeoni *Moſes Beſchitzi*, Karæus, in lib. MS. מטה אלהים cauſam ſeceſſionis Karæorum a Rabbanitis imputat, quando ait: *ſecundo in cauſa fuit Simeon b. Schetach, qui alteram Legem* (oralem putat) *noviter introduxit, prout tunc erat plenitudo cordis ejus*. Vide Triglandium pag. 13. de Karæis. Adde quæ de eodem habet R. *Mardochæus*, Karæus, in commentatione, quam edidi ſub titulo *Notitia Karaorum*, p. 13. 87. 98. & 106. ibique confer notas.

שמעון התימני *Schimon Hattemani*, i. e. *Temanita*, ex quatuor Doctoribus ſcholæ Javnenſis, qui ſunt præter noſtrum R. *Elieſer* R. *Akiba*, & R. *Joſua*. Mentio ejus fit in *Taanijoth* III. 7. *Jevammoth* IV. 13. & *Jadajim* I. 3.

שמעיה *Schemaja*, diſcipulus Simeonis Schetachidæ, ſocius *Abtalionis*, diſcipulis ſuis de ritualibus inſtitutis multa dictavit. Sententia quædam ejus moralis exſtat in *Pirke Avoth* cap. I. Confer *Iuchaſin* pag. 67. a.

## *VII. Catalogus alphabeticus Doctorum Gemaricorum potiorum.*

Gemarici Doctores recenſiti ſunt ab iisdem Judæorum Hiſtoricis, quorum ſupra in limine recenſionis Miſchnicorum mentionem fecimus: a Chriſtianis vero magis hucdum ſunt neglecti, eo quod nec tantæ auctoritatis ſunt, nec majore cura digni viſi, quam ipſa Gemara, quæ paucorum induſtriam experta eſt. V. C. *Henr. Jac. van Basbuyſen* in notis ad Clavim Talmudic. Max. p. 372. pollicitus eſt Seriem Doctorum Gemaricorum, quæ inſerviret Supplemento Hiſtoriæ Doctorum Miſchnicorum Othonianæ; ſed dum illa adhuc exſpectatur, operæ pretium

 fuerit

Digitized by Google

fuerit breviter præcipuorum nomina ad ductum *Bartolocii* ex Tomo III. Biblioth. Rabbin. pag. 696. percenſere, donec vel laudatus *Basbuyſenius* promiſſa ſua expleat, vel nos ipſi alias hoc labore defungamur, qui tædii multum, & parum, ni fallor, utilitatis ſecum fert. Lector autem notabit, vix vigeſimam partem Gemaricorum hic recenſeri, quia Bartoloccius eos tantum commemoravit, quos antea in ſua Cenſura Talmudis, allatis ipſorum locis, perſtrinxerat. Ego vero data opera hac vice nullum alium Gemaricum Doctorem addere volui. Tanta alioquin eorum copia eſt, ut auctor *Juchaſin* de iis agere potuerit inde a p. 69. ad 106. quamvis de plerisque eorum paucis verbis diſſerat. Sunt itaque ſequentes:

אבא *Abba*, proprie quidem eſt dignitatis nomen, uti *Rabbi*, quod patet ex *Juchaſin* p. 61. b. (ubi dicitur l. 5. כי אבא הוא דרך כבוד כמו רבי *Abba nomen honoris eſt, ut Rabbi & alia ejusmodi*) Illud Babylonici ſæpe pro nomine appellativo adhibent, interdum vero loco prænominis aſſumunt, & ſæpe uſu venit, ut in Gemara *Abba* abſolute & ſimpliciter memoretur, ſine addito alio nomine, ubi difficile admodum eſt adſequi conjectura, quis ſpeciatim innuatur. Interim certum eſt, eſſe nomen antiquiſſimorum Gemaricorum tum vero etiam Seburæorum, ceu patet ex *Eruvin* cap. 1. ubi quidam *Abba* conſentit cum *Samuele*. Hic autem floruit prima ætate Amorraitarum circa A. M. 3980. C. 220. Propterea Juchaſin p. 69. b. monet, per אבא ſimpliciter poſitum intelligi *Rav* i. e. *Abba Aribba*, de quo infra ſub רב.

אבא בר כהנא *Abba bar Cohana*; duo exſtant hujus nominis, alter vixit tempore R. *Jochanan*, qui Talmud Hieroſol. compilavit an. 4010. C. 250. alter ſuperſtite adhuc Rav *Ioſeph* an. 4082. C. 322. ſecundum R. *Abrah. b. Dior* & *Ganzium*. Confer *Schabbath* c. 22. & *Sanhedrin* cap. Cheleck. Conf. loca Gemarica quædam apud Bartolocc. T. III. p. 390. b. & 601. b.

אברימי vide רימי.

אבהו *Abhu*, ſocius R. *Chija bar Abba*, ſecundum *Juchaſin* p. 73. b. R. *Abrah. b. Dior* in lib. Cabbalæ eum ait fuiſſe diſcipulum *Rabbenu Hakkadoſch*, & vocat אבהו דשמואל. Fuit is non pater ſed avus R. *Samuelis Jarchinai*. Loca Gemarica v. apud *Bartolocc.* Tom. III. pag. 410. 417. 474. 582. 594. & 595.

אבהו

אבהו בר כהנא *Abbhu bar Cobana*, videtur idem eſſe, qui *Abba bar Cobana*, de quo paulo ante. Fortaſſe idem eſt, quem *Juchaſin* pag. 74. facit ſocium R. *Ame* & R. *Aſſe*, adeoque diſcipulum *Jochananis* conſtituit. Confer de eo *Bava Bathra* p. 58.

אבהו בר איחי *Abbhu bar Ibi*: v. *Juchaſin* pag. 74. ex Bava Metzia c. 1. æqualis R. *Samuelis* A. C. 240. V. *Bartoloc.* T. III. p. 462.

אבטילס בר יוסי *Abbtilas bar Ioſe*; ex quinque filiis *Ioſe*, de quibus Cod. *Schabbath* c. 16. V. Bartolocc. III. p. 389. b.

אביטול ספרא *Avitbol* Scriba, miniſter *Rav*, qui de Pharaone incredibilia & obſcœna loquitur Cod. *Moed Katon* cap. I.

אביי *Avije*, ſeu Abæus, quem, ut fœtum matris poſthumum, ſuſcepit patruus *Rabba bar Nachmani*, & ex initialibus literis verborum *Hoſ.* XIV. 4. אשר בך ירחם יתום appellavit אביי. Hic an. 4085. C. 325. factus eſt Rector Academiæ Pumbedithanæ ſecundum R. *Abrab. b. Dior*; ætate III. & IV. Amorraitarum. Conf. *Schalſchel.* p. 34. b. & *Ganz* ad an. 4085. Errat itaque *Juchaſin* pag. 116. b. quando ejus Rectoratum refert in an. 4234. C. 474. obitum autem in an. 4249. C. 489. Confer de eo notas *Sam. Schullam* ad Juchaſin p. 73. b. *Halichoth Olam* p. 23. & Hottingerum Hiſt. Eccl. N. T. Sec. IV. p. 198. Loca de eo Gemarica quædam apud Bartoloc. Tom. III. pag. 384. 418. 443. 474. & 484.

אבימי *Avimi*, patrem habuit ר' רחבא de Pumbeditha, ſecundum *Juchaſin* p. 74. b. *Rabba* & *Avija* ſocii ejus fuerunt, qui A. C. 325. Rectorem Pumbeditanum egit. Vid. Bartoloc. T. III. pag. 511.

רב אבין בר רב אדא *Rav. Abbin bar Rav Ada*; v. *Iuchaſ.* p. 75. R. *Dav. Ganz* patrem ejus Aſtronomum refert ad A. M. 4003. Bartoloc. T. III. p. 363.

ר' אבינא R. *Avina*, vel *Avena*: quo nomine multi in Gemara inſigniuntur, vel abſolute vel cum prænomine *Rabbi*. Unde difficile eſt definire, quis ille ſit, qui docuit modum legendi tetragrammaton. Bartoloc. T. III. p. 404.

אדא בר אהבא *Ada bar Abava*; qui in *Bereſchit Rabba* Paraſcha חיי שרה dicitur natus eo die, quo obiit *Rabbenu Hakkadoſch*, h. e. an. 3954. C. 194. Nihilominus tamen *Ganzius* ejus meminit ad an. 4003. cum *Sam. Larchinao*. Vixit in Academia Sorana, ibique fuit diſci-

 pulus

pulus *Rav*. Lege *Iuchaſin* pag. 79. ex Cod. Berachoth. Bartoloc. T. III. pag. 489.

רב אחא *Rav Acha*, cujus nominis multi memorantur in Gemara, ita ut *Juchaſin* p. 77. & 78. numeret 50. & amplius. Bartoloc. T. III. pag. 580.

אחא בר חנינא *Acha bar Chanina*, videtur antiquior R. *Iacobo bar* אידי Rav *Nachman* & R. *Tavla*, quia hi ejus nomine loqvuntur in *Sanhedrin* c. 4. p. 37. Jam vero Rav *Nachman* fuit Præſes Scholæ Nahardeenſis A. C. 230. Mundi 4010. teſte Ganzio. Quod ſi itaque hic Nachman intelligendus ſit in memorato loco *Sanhedrin*, de ætate noſtri judicium facile fieri poteſt.

ר׳ אחא בן ר׳ יאשיה R. *Acha b. R. Ioſchija*, incola Nahardeenſis, cujus mentio fit in *Gittin* c. I. tanquam qui habuerit vas argenteum, quod dono dederit R. *Doſthai b. Iannai*, & R. Joſe b. Kephar: Sic autem vixerit ætate Miſchnicorum. Vide *Iuchaſin* p. 77. b.

ר׳ אחא בריה דרבא R. *Acha fil. Rabba*, miniſter Rav *Aſche*, v. *Iuchaſin* p. 77. & *Chulin* c. I. Videtur tamen idem fuiſſe ſocius Rav Aſche, quia ſecundum R. Dav. Ganz Rector fuit Academiæ Soranæ an. 4170. C. 410. & obiit an. 4173. C. 413. Bartoloc. T. III. p. 390. & 589.

ר׳ אילעאי R. *Elai*: plures hujus nominis memorantur in *Iuchaſin* p. 79. b.

ר׳ אילעא בר יברכיה R. *Elaa bar Ievarechja*, (ita enim legere malim, quam cum Bartoloc. *Ievarche*) cujus mentio eſt in *Sota* c. 9. p. 49. Locum habes in *Bartoloc*. Tom. III. p. 525. a. Eum in *Iuchaſin* omiſſum putavit Bartoloc. l. c. Lege tu p. 81. a. l. 7. & invenies nomen אלעאי citato inſuper Codice *Sota*.

ר׳ איסי בן יהודה R. *Eſe* b. *Iehuda*, cujus fit mentio in *Cholin* pag. 63. b. Conf. Bartoloc. Tom. III. p. 639.

ר׳ אליעזר & ר׳ אלעזר plurimi memorantur in Gemara, ceu patet ex *Iuchaſin* & ita quidem memorantur, ut nomen alterum cum altero ſæpe permutetur, quod ſupra jam in Miſchnicis monuimus. Sæpe etiam ſimpliciter & abſolute nomen אלעזר occurrit, ubi, ſi quidem id in Miſchna fiat, intelligendus eſt R. *Eleaſar b. Schamua*, ſi in Gemara R. *Eleaſar b. Podath*, v. *Iuchaſin* p. 80.

ר׳ אלישיב *Eliſchiv*, ut Bartoloc. legit, vel potius *Elijaſchib*, quem *Iuchaſin* p. 81. teſtatur vixiſſe tempore R. *Iochananis*, illius ſcilicet, qui Talmud Hieroſolymit. ſtruxit. Vixit itaque A.C. 230.

ר׳

Digitized by Google

ר' אלעזר בן חרסים R. *Elaſar b. Charſim*: memoratur in *Joma* c. 3. p. 35. v. locum apud Bartoloc. T. III. p. 429.

ר' אלעזר בן יוסי R. *Elaſar b. Joſe*: hunc *Juchaſin* p. 82. putat eſſe R. *Elea-ſar b. Joſe b. Chelpetha*, qui Romam petiit cum R. *Sim. b. Jochai*, ſecundum Cod. *Meila*. *Ganz* eum refert ad A. M. 3884. C. 121. Locum ejus quendam v. apud *Bartoloc.* p. 384.

ר' אלעזר בר צדוק R. *Elaſar ben Zadock*, ſeu ſecundum alios בר יצחק fil. *Iſaac*; vixit poſt Rav an. 4010. C. 250. Meminit ejus *Taanith* c. I. p. 12. V. Bartol. p. 447.

ר' אלעזר בן שימון R. *Elaſar b. Schimon*: mentio ejus aſt in *Sota* c. 7. p. 33. Locum habes apud Bartoloc. T. III. p. 514.

ר' אמי R. *Ame*, Sacerdos, diſcipulus R. *Jochananis*, cui defuncto in Rectoratu Academiæ Tiberienſis ſucceſſit, teſte *Juchaſin* p. 82. & 106. atque adeo an. 4039. C. 279. vixit. Obiit autem an. 4060. C. 300. Vide varia ejus loca apud *Bartoloc.* Tom. III. p. 468. 481. & 515.

ר' אמי בר אבא R. *Ame bar Abba*, v. *Iuchaſin* pag. 82. ubi cum Rav *Hunna* conjungitur, qui fuit diſcipulus *Rav*, ſecundum *Schabbath* cap. 18. & in calce tract. *Jom Tov*. Vixit 4010. C. 250. V. locum ap. *Bartol.* T. III. p. 529.

ר' אסי R. *Aſe*, Sacerdos, ſocius R. Ame, & juxta cum eo Rector Academiæ Tiberienſis. Vide de eo c. 2. *Avoda Sara* & c. 1. *Kidduſchin*. Hic in Talmude Hieroſol. vocatur ר' יסא R. *Jeſa*, teſte *Juchaſin* p. 82. & 96. In cap. VII. *Cholin* vocatur מופת הדור *prodigium ſeculi*. Varia loca in Gemara de eo memorata v. apud Bartoloc. Tom. III. p. 389. b. 400. 418. 466. b. & 481.

ר' אשי R. *Aſche*: v. Partem I. Biblioth. hujus ſuo loco. Loca Gemarica, ejus doctrinas referentia, lege apud Bartoloc. T. III. p. 375. b. 391. 393. & 551.

## ב

רב ביבי בר גדל *Rav Bibi bar Giddel*, Babylonius; pater ejus *Giddel* loquitur nomine *Rav* & *Samuelis* in Juchaſin p. 86. b. adeoque vixit A. C. 220. Hic ejus filius videtur perveniſſe ad an. 4039. C. 279. Locum Gemaricum de eo vide apud *Bartoloc.* p. 545.

ר' בנאה R. *Banea*, Magiſter R. *Jochananis*, auctoris Talmudis Hieroſolymit. ſecundum *Juchaſin* p. 86. Hic Jochanan vero floruit A. M. 3990.



Digitized by Google

3990. C. 230. adeoque noſter vixiſſe cenſendus eſt an. 3960. C. 200. Locum Gemaricum de eo vide apud Bartoloc. p. 564. b.

ר׳ ברכיה R. *Berachja*, æqualis R. *Banea*, teſte *Juchaſin* p. 86. Locum Gemaricum apud Bartoloc. p. 513.

# ג

ר׳ גידל R. *Giddel*, diſcipulus R. *Samuelis Jarchinai*, & Magiſter R. *Sira*, juxta *Juchaſin* pag. 86. b. Vixit itaque an. 4910. C. 250. circiter. Locum quendam ejus v. in *Bartoloc*. T. III. p. 417.

רבן גמליאל *Rabban Gamliel*, fil. *Rabbenu Hakkadoſch*, ſuperſtite adhuc Patre in Acad. Tiberienſi explicavit *Miſchnajoth* teſte *Dav. Ganz*, an. 3979. C. 219. Hic quidem Tannaitarum ultimus habetur, nec tamen minus recte primus Amoraitarum ſtatuitur, eo quod primus ſuper Miſchnajoth diſputavit, unde & inter eos numeratur in *Juchaſin* p. 87. Varia de eo loca ex Gemara affert *Bartoloc*. pag. 377. 388. 389. 422. 581.

# ד

רב דימי *Rav Dimi*, ex terra Iſraëlis, diſcipulus R. *Jochananis*, poſtea in Babyloniam profectus, & nomine Magiſtri ſui paſſim locutus, v. c. in *Gittin* c. IV. p. 40. In *Jevammoth* ſub finem vocatur *de Nebardea*, ideo, quod diu ibi commoratus eſt. Plures hujus nominis memorantur in *Juchaſin* p. 87. b. Ab hoc diverſus eſt is, quem *Abrah. b. Dior* ætate VI. Amoraitarum facit Rectorem Acad. Pumbedith. an. 4140. ad 4143. C. 383. Plures hujus nominis memorantur in *Juchaſin*, p. 87. b. quos omittimus, hic generatim monituri, דימי & אבדימי unum idemque eſſe nomen: vide Cl. *Georg. Eliez. Edzardi* notas ad *Avoda Sara* cap. I. pag. 185. Loca de eo Gemarica ſubinde affert Bartoloc. inprimis autem p. 491.

# ה

רב הונא *Rav Huna*: hujus nominis plures recenſet *Juchaſin* p. 89. atque inter eos primum *Rav* Hunna, principem captivitatis Babylon. æqualem *Rabbenu Hakkadoſch*.

רב הונא *Rav Huna*, a priore diſtinctus, Princeps Acad. Babylonicæ *Soranæ*, (antea vero etiam *Nebardeenſis*) circa annum 4050. C. 290. ſucceſſorem nactus *Rav Chasda*. *Schalſcheleth* p. 34. b. teſtatur, eum ſeptua-

ſeptuaginta libros Legis (h. e. ut interpretor 70. Pentateuchi exemplaria) ſcripſiſſe, & unum ex illis inventum eſſe פסול h. e. illegitimum & ab uſu removendum. Loca quædam de eo Gemarica lege apud *Bartoloc.* Tom. III. p. 545. & 619. b.

רב הושעיא *Rav Hoſchaja*, ſutor calceorum pro meretricibus, ſecundum *Kidduſchin* c. 1. Non videtur eſſe ר׳ אושעיא diſcipulus *Rabbenu Hakkadoſch*, quem *R. Abrab. b. Dior* in fine Tannaitarum facit auctorem *Baraithot.* Ille enim ſcribitur per א, ut noſter per ה, quod leve tamen putat *Juchaſin* p. 84. nec forte præter rem. Idem enim אושעיא qui in Sanhedrin p. 65. b. laudatur a ſcientia Cabbaliſtica, in *Juchaſin* p. 90. b. vocatur הושעיא per ה. Unde forte noſter hic *Hoſchaja* non diſtinguendus fuerit ab אושעיא, qui in *Sanhedrin* p. 38. introducitur loquens nomine *Rav*, ex quo vixiſſe credendus eſt A. C. 219. Conf. Partem I. Bibl. Rabb. ſub הושעיא.

ר׳ הלל הנשיא *Hillel Princeps*, de quo ſupra inter Miſchnicos, ubi de *Hillele Seniore*, ad cavendam homonymiam præcepimus, ratione ætatis ad Gemaricorum claſſem pertinet.

רב המנונא *Rav Hammenuna*, ſocius R. *Sira*, ut ſcribit *Juchaſin* p. 90. b. Conf. infra A. זירא. Loca Gemarica lege in Bartoloc. Tom. III. p. 399. b. 418. 511. 619. & 654.

ז

מר זוטרא *Mar Sutbra*, qui Scholæ Pumbedithanæ præfuit ab anno 4162. ad 4170. C. 410. teſte *Ganzio* ad hunc annum. Locum Gemaricum v. apud *Bartoloc.* Tom. III. p. 609. Non confundendus cum זוטא *Sutba*, qui floruit tempore Rav *Aſchè* ab an. 4127. usque ad an. 4187. C. 427. & Scholæ Soranæ præfuit.

רב זוטרא בר טוביה *Rav Sutra bar Tovija*, cujus meminit *Iuchaſin* p. 90. b. eamque æqualem facit R. *Iuda*, Præſidis *Nebardeenſis* An. 4010. C. 250. Vide Bartol. T. III. p. 431. & 621.

רב זירא *Rav Sira*, Babylonius, in terra Iſraëlis educatus, diſcipulus Rav Hunnæ, ſi credimus R. Abrah. b. Dior ætate II. Amoraitarum. Obiit vero *Hunna* 4060. C. 300. quo defuncto in terram Iſraëlis reverſus videtur, quia, teſte lib. *Juchaſin* pag. 90. Tiberiade obiit. Ibidem dicitur vocatus קְטִינָא, quaſi diceres זעירא & eliſa litera ע, זירא i. e. *parvus*. Loca Gemarica lege in *Bartoloc.* Tom. III. p. 364. 371.

371. 429. 481. 496. 567. & 589. Conf. Cl. Georg. Eliez. Edzardi notas ad cap. II. *Avoda Sara* p. 566.

ר' זכריה בן אבקולס R. *Secharja b. Avkulas*, Juchaſin p. 90. b. ſuſpicatur, eum eſſe Tannaitam: ipſe tamen inter Gemaricos reponit. Locum Gemaricum v. apud *Bartoloc.* T. III. p. 492.

ר' זריקא R. *Serika*: v. *Iuchaſ.* p. 91. Bartol. p. 507. 2.

## ח

ר' חייא R. *Chija*, qui dicitur רבה *Rabba*, bar Rabbi, ob præſtantiam, auctor *Toſaphta* una cum *Hoſchaja Rabba*, teſte *Rambam* in præfat. ad Seder Seraim. Vide *Iuchaſin* p. 90. Abarbanel præf. ad *Nachalath Aboth*, & auctorem libri כריתות lib. 4. In cap. III. *Nidda* teſte *Iuchaſin* p. 91. partim ad Tannaitas, partim ad Amorraitas refertur, eo quod fuit diſcipulus *Rabbenu Hakkadoſch*, ſed extra illius ſcholam in Miſchnam ſcripſit. Habuit is patrem R. *Abba Sela*, unde breviter vocatur R. *Chija bar Abba*. Ganzius eum refert ad an. 3979. Confer Part. I. Bibl. Rabb. n. 594. Loca Gemarica de noſtro lege apud Bartoloc. T. III. p. 389. 406. 411. 418. 430. & 521.

רב חייא בר אשי *Rav Chija bar Aſche*, cujus fit mentio in calce Cod. *Kidduſchin*: filius is eſt non R. *Aſche*, qui Talmud Babyl. compilavit an. 4127. C. 367. ſed antiquioris, diſcipuli *Rav* & *Samuelis*, ut auctor eſt *Iuchaſin* p. 84. & 91. b. Loca Gemarica de eo v. apud *Bartoloc.* T. III. p. 481. 507. 509.

ר' חייא בר גמדא R. *Chija bar Gamda*, cujus mentio fit in Ketuvoth c. 1. p. 112. V. *Bartoloc.* T. III. p. 481.

ר' חייא בר יוסף R. *Chija bar Ioſeph*, vixit tempore R. *Iochanan* & *Samuelis*, A. C. 230. V. *Iuchaſin* pag. 91. & *Ganz* ad an. 3990. *Bartol.* T. III. p. 478.

ר' חלבו R. *Chalbo*, diſcipulus Rav. *Hunna*, vixit A. C. 250. v. *Iuchaſ.* p. 92. *Bartol.* T. III. p. 433. 2.

ר חמנונה *Rav Chammenuna*, cujus mentio fit in *Maccoth* c. 3. p. 23. (v. Bartol. T. III. p. 606. 2.) & *Sota* c. 1. p. 9. Crediderim legendum *Hammenuna*.

רב חמא *Rav Chamma*, Rector Acad. *Nehardeenſis*, ab an. 417. C. 357. ad an. 4132. C. 372.

רב חמא בר גוריא *Rav Chamma bar Gurija*: v. *Schabbat* c. 1. p. 11. Bartoloc. T. III. p. 375. & 545.

רב

רב חמא בר חנינא *Rav Chama bar Chanina:* memoratur in *Megilla* cap. 1. p. 6. & alibi ſæpe: v. Bartol. T. III. p. 452. 481. 513. 531. 553. 586. 587. & 589.

רב חנא בר בינא *Rav Chana bar Buna:* v. *Juchaſin* p. 92. b. ubi conſtituitur æqualis R. *Schimon Chaſida.* Locum Gemaricum de eo v. apud *Bartoloc.* T. III. p. 437.

רב חנילאי *Rav Chanilai*, v. *Juchaſin* pag. 93. ubi refertur ad ætatem R. *Jochananis:* v. *Jevammoth* c. 6. p. 62. b. Bartol. T. III. p. 464. 2.

רב חנינא *Rav Chanina;* plures hujus nominis in Gemara occurrunt, partim abſolute, partim, addito Patris nomine, citati, quos repetit *Juchaſin.*

ר׳ חנינא בן גמלא R. *Chanina b. Gamla*, v. *Sanhedr.* cap. 7. p. 56. b. Vid. *Bartoloc.* T. III. p. 584.

ר׳ חנינא בן ר׳ יהושע R. *Chanina b. R. Joſua:* v. *Schevuoth* cap. 4. p. 35. & *Bartol.* T. III. p. 611. a.

רב חנינא בר פאפא *Rav Chanina bar Papa*, cujus mentio in *Sota* c. 1. p. 9. &c. v. *Bartoloc.* T. III. p. 511. 516. & 612.

רב חנן בר רבא *Rav Chanan bar Rabba:* v. *Bava Metzia* c. 7. p. 86. & Bartol. T. III. p. 490. 552.

רב חננא *Rav Chanana*, v. *Megilla* c. 1. p. 12. *Bartoloc.* T. III. p. 454.

רב חסדא *Rav Chasda*, Rector Acad. Soranæ poſt *Rav Hunna*, ab an. 4050. C. 290. usque ad annum 4060. idemque quatuor ante ejus obitum annis peculiarem ſibi Academiam inſtruxerat, quam de *Pumbedithana* interpretatur Bartoloccius T. III. p. 666. a. ideo, quia *Schalſcheleth* p. 34. b. refert, illi ſucceſſiſſe *Rabba bar Nachmani*, quippe qui fuit Rector Scholæ Pumbedithanæ, teſte *Juchaſin* p. 116. Loca Gemarica varia de eo v. apud Bartol. T. III. p. 371. 372. 374. 441. 511. 555. 613. & 618.

ר

רב יהודה *Rav Jehuda*, Rector & Princeps Acad. Nehardeenſis, cujus meminit R. *Abrab. b. Dior* ætate II. Amoritarum, ubi eum vocat *Rav Jehuda bar Ezechiel*, & ad an. 4010. C. 250. refert. Confer *Juchaſin* p. 106. Erraſſe igitur cenſendus eſt *Ganzius*, qui Sæculo II. Gemariſtarum eum facit Rectorem Acad. Pumbeditanæ, quæ eo tempore nondum conſtituta erat. Complura loca de eo Gemarica v. in

Sssss Bar-

*Bartol.* Tom. III. p. 367. 382. 392. 394. 401. 405. 407. 408. 414. 418. 498. 500. 575. 580. 587. 602. 630.

ר׳ יהודה בר בונא R. *Jehuda bar Buna*; v. *Nedarim* c. 3. p. 32. Bartol. T. III. p. 529.

ר׳ יהודה בן גרידים R. *Jehuda b. Gedidim*; v. *Kidduſchin* c. 3. p. 66. *Bartol.* T. III. p. 487.

ר׳ יהודה בן גרים R. *Jehuda ben Gerim*, diſcipulus R. *Simeonis ben Jochai*, dictus *ben Gerim*, quia Parente utroque proſelytis natus erat. In Talmude Hieroſol. Cod. *Berachoth* vocatur R. *Jodan*.

ר׳ יהודה בריה דר׳ חייא R. *Iehuda fil. Chija*; de quo *Iuchaſ.* p. 93. b. ubi & de fratre ejus *Ezechia*. Sed pugnantia is tradit, ſi conferatur p. 91. Confer de eo *Ievammoth* c. 6. *Kidduſchin* c. 1. & in Toſaphoth in fine Cod. *Gittin*, ubi dicitur R. *Simeon filius Rabbi* fuiſſe Magiſter R. *Chija*.

ר׳ יהודה בן לקיש R. *Iehuda fil. Lakiſch.* Eum Juchaſin refert inter Doctores Tannaitas, qui vixerunt tempore Rabbenu Hakkadoſch, ſed doctrinam ejus extra ejus ſcholam in terra Iſraëlis interpretati ſunt: quo nomine ab eodem numeratur quoque inter Gemaricos. Vid. Bartol. T. III. p. 433.

ר׳ יהודה אח רב סלה R. *Iehuda frater R. Sela*, cujus mentio eſt in *Ioma* c. 1. p. 19. b. v. *Bartol.* T. III. p. 426.

ר׳ יהודה בן שמוע R. *Iehuda b. Schamua*; v. Taanijoth c. II. p. 18. Bartol. T. III. p. 447.

ר׳ יהושע בן לוי R. *Ioſua b. Levi*, de quo ſupra inter *Miſchnicos*, quibus eum nonnulli accenſent, quamvis R. *Salomon* & R. *Dav. Ganz* ad Amoraitas referant.

ר׳ יוחנן בן אליעזר R. *Iochanan b. Elieſer*, natus an. 3944. C. 184. Rector Academiæ in terra Iſraëlis an. 3959. C. 199. usque ad an. 4039. C. 279. Magiſtros habuit *Rabbenu Hakkadoſch*, R. *Iannai*, R. *Oſchaja Rabba*, & *Ezechiam fil. R Chija*, alios, ſed minoris auctoritatis. Vocatur is interdum בַּר נַפָּחָא i. e. *filius fabri ferrarii*, quamvis *Juchaſin* pag. 96. a pulchritudine vel cœcitate eum ita dici teſtetur. Decem habuit filios, omnesque, eo ſuperſtite, defunctos. Vide hæc & alia in notis *Sam. Schallum* ad *Iuchaſin* p. 94. b. Scripſit ille Gemaram Hieroſolymitanam, quæ aliquot tantum Miſchnæ Codices illuſtrat. Colligere illum cœpit, ex ſententia *Eliæ Levitæ* in Methurgeman An. 300. ab excidio templi, h. e. An. 4128. C. 368. cum

Digitized by Google

cum quo conſentit *Galatinus* lib. I. de Arcanis Cathol. Verit. c. 5. & *Sixtus Senenſ.* Bibl. S. lib. 2. pag. 125. At R. *Abrah. b. Dior* in libro Cabbalæ id factum eſſe ait an. 4028. C. 268. *Schalſcheleth* autem p. 34. annum 4000. ſtatuit. Poſtellus de Concordia Orbis p. 24. rem refert ad an. 300. poſt CHRISTI, Domini noſtri, perpeſſionem; *Calviſius* ad annum 369. *Buxtorfius* c. VI. Tiberiadis ad an. 406. Quæ res ut conficiatur, ſciendum eſt, R. Jochananem obiiſſe an. 4039. C. 279. ut teſtatur R. *Abrah. b. Dior* in lib. Cabbalæ, ætate II. Amoraitarum, *Schalſcheleth* p. 34. & *Ganzius* ad an. 4039. Idem rexit Academiam an. 80. ſecundum eosdem & librum *Iuchaſin* pag. 94. b. cui præeſſe cœpit poſt R. *Chanina*, h. e. an. 3959. C. 199. ſi credimus R. *Dav. Ganz* ad hunc annum, cujus tamen computus erroris facile convincitur, quia ait Jochananem ſucceſſiſſe R. *Chanina*, qui Rectorem egerit poſt *Rabbenu Hakkadoſch* per decem annos. Jam vero hunc R*abbenu Hakkadoſch* an. 3954. C. 194. obiiſſe exploratum eſt, atque adeo vel Ganzius in computo erraſſe dicendus eſt, vel R. *Chanina*, ſi per decem annos Academiæ præfuit, quinque annis ante obitum Rabbenu illi præfectus dici debet, quod contrariatur Judæis Scriptoribus, ac ſpeciatim *Abrah. ben Dior* in libro Cabbalæ in fine *Tannáim*. Præſtat itaque dicere, quod R. *Chanina* poſt Rabbenu Hakkadoſch tantum quinque annos vixerit, & obierit an. 3959. quo tempore R. Jochanan 15. annos habuiſſe dicendus eſt vi ſupputationis ante commemoratæ. Inde conſequitur, eum natum eſſe an. 3944. C. 184. Jam porro veri fit ſimile, R. Jochananem ſtatim ſub initium ſuſcepti muneris, h. e. anno 3959. cogitaſſe quidem de commentario in Miſchnajoth, ſed diſtuliſſe forte ad annum ætatis 30, qui reſpondet anno 3974. C. 214.

ר' יוחנן בן דהבא R. *Iochanan b. Dehava;* v. *Nedarim* c. 2. p. 20. Conf. Bartol. T. III. p. 526.

ר' יוחנן בן נרבאי R. *Iochanan b. Narbai;* v. *Peſachim* c. IV. p. 57. *Bartol.* T. III. p. 405.

ר' יוחנן בן קרח R. *Iochanan b. Korach;* v. *Succa* c. V. p. 51. b. *Bartoloc.* T. III. p. 441.

ר' יונתן R. *Ionathan:* v. Schabbath c. V. p. 56. Bartoloc. T. III. p. 381.

ר' יונתן בן עזיאל R. *Ionathan ben Uſiel:* v. Hiſtoriam *Targumim.*

ר' יוסי R. *Ioſe:* v. *Mad Katon* c. 1. p. 25. Bartoloc. T. III. p. 418.



Digitized by Google

ר׳ יוסי בר חנינא R. *Ioſe bar Chanina:* v. *Berachoth* c. 1. p. 10. Bartol. T. III. p. 364. 532. 550. & 608.

ר׳ יוסף R. *Ioſeph:* v. *Peſachim* cap. X. p. 109. Bartol. T. III. 406. 416. & 613.

ר׳ יוסף בן יוחנן R. *Ioſeph b. Iochanan:* v. *Schabbath* cap. I. p. 15. Bartol. T. III. p. 376.

ר׳ יעקב R. *Iacob:* v. *Moëd Katon* c. I. p. 25. *Bartol.* l. c. p. 418. & 467.

ר׳ יצחק R. *Iſaac:* Berachoth c. III. p. 18. Bartol. T. III. p. 366. 445. 452. 464. & 574.

ר׳ יצחק בר אבודימי R. *Iſaac bar Avudimi;* v. Sanhedrin c. V. p. 41. Bartoloc. l. c. p. 583.

ר׳ יצחק נפחא R. *Iſaac Naphcha*, h. e. faber: *Sanhedrin* cap. V. pag. 41. *Avoda Sara* c. 2. aliquoties, æqualis R. Ame & R. Aſe, quod apparet ex Bava Kamma fol. 60. b. med. Adde Bartoloc. Tom. III. p. 515. & 621. ubi notandum, quod ipſe eum appellet *Iſaacum bar Naphcha*, minus recte: Diſerte enim Iſaac Naphcha & Jochanan bar Naphcha, de quo ſupra ſibi invicem opponuntur, in *Sanhedr.* l. c. f. 96. 1. ubi quando ſententiæ utriusque referuntur, additur ἐπίκρισις: *melior eſt ſententia fabri* (R. Iſaaci) *quam filii fabri* (R. Jochananis.) Sicut & in *Iuchaſin* p. 96. b. monetur diſerte: ר׳ יצחק נפחא נקרא בתלמוד נפחא ור׳ יוחנן בר נפחא h. e. R. *Iſaac in Talmud vocatur Naphcha, R. Iochanan autem bar Naphcha.* Confer Cl. Georg. Elieſ. Edzardi not. ad cap. II. *Avoda Sara* pag. 214. unde etiam intelliges, vel ſex, vel ſaltem quatuor noſtri hujus nomina diverſa in Talmud memorari.

ר׳ יצחק בר שמואל R. *Iſaac b. Shbemuel:* v. *Iuchaſ.* p. 97. b.

ר׳ יצחק בר תבלאי R. *Iſaac b. Taulai;* v. *Ioma* cap. 4. p. 39. b. Bartol. T. III. p. 431.

ר׳ ירמיה R. *Ieremia*, abſolute dictus, ille eſt, qui in Talmude vocatur בַּעַל חֲבָעָיוֹת *auctor quaeſtionum* c. 2. *Kidduſchin.* Diſcipulus is fuit *Rav Hunna* an. 4050. v. Kidduſchin l. c. Diſputare frequenter ſolitus eſt cum Doctoribus Babylon. eosque inferiores reliquit. Confer de eo *Bava Bathra* c. 1. & Juchaſin p. 97. Adde Bartol. T. III. p. 440. 451. 459. & 547.

ר׳ ירמיה בר אבא R. *Ieremias bar Abba*, diſcipulus & collega Rav, quod conſtat ex c. 4. *Berachoth*, in quo eum ut parem alloquitur. Vide *Iuchaſin*

*Iuchaſin* pag. 97. Conf. Bartoloc. Tom. III. pag. 474. 481. 522. & 594.

ר׳ ירמיה בר אלעזר *R. Ieremias bar Elaſar*: v. Berachoth c. 9. p. 61. Bartol. p. 374.

ר׳ ישמעאל R. *Iiſmael*, cui ſchola quædam tribuitur ſub titulo בית ישמעאל cujus frequens eſt in Talmude mentio, v. c. Schabbat c. 9. p. 88. b. Incertum tamen adhuc eſt, utrum a Gemarico an Miſchnico doctore ſchola hæc erecta fuerit. Loca de eo Gemarica v. in Bartoloc. T. III. p. 385. 414. 433. 472. 507. 635. & 653.

## כ

רב כהנא הראשון *Rav Cohana prior*, qui dicitur חבר תלמיד i. e. collega & diſcipulus Rav; prior autem vocatur reſpectu alterius *ὁμωνύμου*, qui vixit tempore *Rav Aſche*, tertia ætate Amorraitarum. Uterque Sacerdos fuit, quod de poſteriore Hiſtorici Judæorum omnes affirmant: de Priore autem adhuc dubitant, cum tamen id evinci videatur ex eo; quod *Iuchaſin* refert p. 97. b. Mentio Rav Cohana fit in *Schabbat* c. 1. p. 15. Vide loca de eo Gemarica in Bartoloc. T. III. pag. 376. 379. 425. 549. & 564. Huic tribuitur פסיקתא רבתא vide Partem I. Biblioth. hujus n. 1334.

## ל

לוי *Levi*, abſolute in Gemara poſitum notat R. *Levi bar Siſi*, diſcipulum Rabbenu Hakkadoſch: v. *Juchaſin* p. 97. b. Loca Gemarica lege in Bartol. T. III. p. 427. & 489.

בר לוי *filius Levi*: recenſetur in Bartol. T. III. p. 690. facta ſimul remiſſione ad pag. 419. ejusdem Tomi, quam evolvens non בר לוי ſed R. Levi bar חיתה citari video.

ר׳ לוי בר חיתא R. *Levi bar Chitta*: v. *Moëd Katon* c. I. p. 28. quem *Juchaſin* conjungit cum R. *Joſe bar Chanina*, p. 96. adeoque æqualem facit R. *Jochanan*.

ר׳ לוי בר חמא R. *Levi bar Chama*, quem *Juchaſin* p. 97. jungit R. *Chanina bar Chama*, & R. *Aphes*, quos omnes Ganzius refert ad an. 3980. C. 220. Conf. Bartol. T. III. p. 626.



Digitized by Google

## מ

מנימין בר איהי *Minjamin bar Ibi*, Gemaricis annumerat *Juchaſin* pag. 98. b. Ejus cum fratre mentio fit in *Megilla* c. 4. pag. 28.

רב מנשיא *Rav Menaſſija*; cujus nominis quinque recenſet *Juchaſin* pag. 98. b. nempe *bar Jacob*, *bar Menachem*, *bar Geda*, *bar Jebuda* & *Rav Menaſchia de David.*

מר *Mar* ſeu מ"ר *Mor*, dominus, abſolute de *Rabba bar Nachmani*, patruo *Avije*, de quo ſupra. Noſtri mentio eſt in *Joma* c. VIII. pag. 75. Conf. Bartol. T. III. p. 436. 470. & 490.

רב משרשיא *Rav Meſcharſchija*; in *Moëd katon* c. 1. p. 25. refertur *ἀμέσως* poſt *Avije* & *Rava* unde putatur filius *Rava*, & diſcipulus *Avije*, ut dicitur c. 1. *Kidduſchin*. Conf. Juchaſ. pag. 99. & Bartol. T. III. pag. 418.

## נ

ר' נחמיה R. *Nachmija*: vel *Nechemja* v. Megilla c. 1. pag. 13. Bartol. T. 3. pag. 455. & 463.

רב נחמן *Rav Nachman*, v. *Taanith* c. 1. pag. 5. Bartol. l. c. pag. 445. 458. 468.

רב נחמן בר יצחק *Rav Nachman bar Iſaac*, v. *Juchaſin* p. 99. b. *Eruvin* c. 2. pag. 18. Bartol. T. III. pag. 396. 433. 472. 487. 488. 517. & 523.

ר' נתן R. *Nathan*: v. *Schabbat* c. V. pag. 381. Bartol. T. III. p. 381. 538. & 547.

## ס

ר' סימאי R. *Simai*; v. *Sota* c. I. p. 11. Bartol. T. III. p. 513.

ר' סנב בן בנימין R. *Sanav b. Benjamin*: v. *Taanith* c. 1. p. 12. Bartol. T. III. p. 447.

רב ספרא *Rav Saphra*, loquitur nomine R. *Ioſua b. Chanina*, in *Kidduſchin* c. 1. p. 30. Hunc *Iuchaſin* pag. 100. ait profectum eſſe in terram Iſrael.

## ע

עולא ſimpliciter eſt עולא רבה & עולא סבא. V. *Iuchaſin* p. 100. *Beracboth* c. V. p. 33. & *Bartol.* Tom. III. p. 368. & 418.

ר' עיניני בר ששון R. *Enene bar Saſon*, Juchaſin legit ר' עֲנָנֵאי p. 101. v. *Erachin* c. 2. p. 16. Lege Bartol. Tom. III. p. 647.

ר'

Digitized by Google

פ

ר׳ פנחס בן ערובה R. *Pinchas b. Arubba*; v. Juchaſin p. 101. b. & *Gittin* c. 5. p. 55. Bartol. T. III. p. 691.

רב פפא *Rav Papa* abſolute forte intelligendum de eo, qui fuit Rector Scholæ Nareſch, ætate V. Gemaricorum. Vixit is an. 4113. C. 353. v. *Ievammoth* c. II. pag. 71. Bartoloc. Tom. III. pag. 469. & 549.

רב פפא בן רב אחא *Rav Papa b. Rav Acha*, *bar Ada*: v. *Iuchaſin* p. 101. b. *Eruvin* c. 2. p. 21. Bartoloc. T. III. p. 398.

פפוס בן יהודה *Paphus b. Iehuda*: v. Gittin c. 9. p. 90. Bartoloc. T. III. p. 504.

ק

קטינא *Kattina*: v. ſupra ר׳ זירא.

בר קפרא *Bar Kapbra*, fuit Magiſter *Oſchaja be Rabba*, filii Rabbenu Hakkadoſch. Congeſſit Miſchnicas quaſdam traditiones extra Scholam dicti Rabbenu, quas *Miſchna bar Kapbra* vocant vel etiam *Toſaphta*. V. *Iuchaſ.* p. 101. b. & R. *Abrah. b. Dior* in lib. Cabbalæ. Dicta ſua pecunia vendidit; v. *Berachoth* in fine. Conf. Bartoloc. T. III. p. 472.

קרנא *Karna*: videtur afferri ut nomen proprium in *Ketuvoth* c. I. pag. 111. quem locum habes apud Bartoloc. T. III. p. 475. Neque tamen *Iuchaſin* ejus meminit.

ר

רב *Rav*, eſt quidem prænomen omnibus Doctoribus Gemaricis commune: ſimpliciter vero & abſolute uſurpatum indicat אבא אריכא. Erat is Babylonius, & ſocius *Samuelis*, patre איבו natus. Verſatus eſt in terra Iſraëlis apud Rabbenu Hakkadoſch, ejusque & R. *Chija* ac aliorum diſciplina uſus eſt. Paulo ante mortem Rabbenu Hakkadoſch profectus eſt in Babyloniam, ibique favore Principis cujusdam Babyloniæ nomine ארדבן uſus Academiam in urbe *Sora* inſtruxit, cui præfuit usque ad A. M. 4003. C. 243. Vocatur גדול מכל האמוראים *maximus omnium Gemaricorum* in Juchaſin pag. 69. b. Huic *Ganzius* & alii acceptum ferunt ספרא & ספרי qua de re vide ſupra Part. I. ſub R. *Iehuda b. Elai*. Loca de noſtro Gemarico-

Digitized by Google

marica lege in *Bartoloc.* T. III. p. 371. 373. 375. 376. 377. 392. 394. 501. 414. 455. 459. 481. 502. 527. 574. & 630. Confer de eodem Cl. *Georg. Eliez. Edzardum* ad cap. I. *Avoda Sara* p. 180.

רבא *Raba*, ſocius ꝰ אביי vixit ſecundum *Abrah. b. Dior* ætate III. Gemaricorum, ob. an. 4113. C. 353. eo die quo natus eſt *Rav Aſche.* Præceptorem habuit ſocerum ſuum *Rav. Chasda.* Confer de eo *Juchaſin* p. 102. b. Loca Gemarica lege in *Bartoloc.* Tom. III. p. 418. 441. 449. 453. 454. 435. 488. 490. 516. & 589. In *Halichoth Olam* p. 23. obſervatur, *Raba* ſocium *Abai*, cum א ſcribi ſine dagheſch in litera ב, & *Rabba*, ſocium *Ioſephi*, ſcribi cum ה in fine & ב dageſſato. Conf. Wagenſeil. ad *Sota*, p. 67.

רבא בר בר חנא *Rabba bar bar Channa*, Juchaſin p. 101. obſervat hunc, per א ſcriptum eſſe diſcipulum R. *Iochanan*, de quo Doctores in *Bava Bathra* p. 74. dixerint: *omnis Abba vinoſus & omnis Bar Bar Channa ſtultus eſt*; quod reſpicit ad hyperbolicas ejus & ridiculas narrationes. Quod ad ſcriptionem per א attinet, ea non eſt perpetua. Nam in Gemara etiam per ה occurrit רבה בר בר חנה v. *Kidduſchin* c. 4. Uxor ejus tempore *Rav* defuncta eſt, unde hujus fuit æqualis. Loca Gemarica de eo vide in *Bartoloc.* T. III. p. 426. 452. 484. & 488. De ratione nominis, quam *Vorſtius* in verſ. Zemach pag. 180. non cepit, vide omnino B. *Wagenſeilium* pag. 67. ad *Sota*.

רבא בר לימא *Rabba bar Lema*, æqualis אביי, quippe quem ipſi quædam objeciſſe tradit *Iuchaſin* pag. 103. Conf. *Bartoloc.* Tom. III. pag. 455.

רבא בר מ־יתה *Rabba bar Matatja*, memoratur a Bartoloc. T. III. pag. 094. facta ſimul remiſſione ad Tom. III. p. 375. ubi tamen non invenio *Rabba b. Matatja* ſed Rabba bar Machaſia.

רבא בר עולא *Rabba bar Ula*, v. Juchaſ. pag. 103. Bartol. Tom. III. pag. 464. a.

רבא בר בר שילא *Rabba Bar Bar Schila*; v. Juchaſ. p. 102. b. Bartoloc. T. III. p. 393. 426. 432. 495. & 518.

רב משרשיא דרבא *Rav miniſter* ꝰ *Rabba*; v. *Bava Bathra* c. 9. apud Bartoloc. T. III. p. 694.

רבינא *Ravina*, ſeu *Ravena*, alter הַקַּדְמוֹן ſenior, alter האחרון *junior*, ſeu, *poſterior*. Secundum *Iuchaſin* p. 103. Senior ille fuit diſcipulus *Rav Ioſeph*, qui A. M. 4082. C. 322. Soranæ Academiæ præfuit

fuit. Junior ille fuit ultimus omnium Gemaricorum, & obiit an. 4234. C. 474.

ריש לקיש v. R. *Schimon b. Lakiſch.*

ר' רמי בר אבא R. *Rame bar Abba*, v. Eruvin c. 10. & Bartol. Tom. III. pag. 400.

## ש

ר' שילא איש כפר תמרתא R. *Schila*, *oriundus ex vico Tamratha*, cujus nomine differit R. Chanina bar Papa ap. *Iuchaſ.* p. 103. b. Conf. Sota c. 7. p. 35. & Bartoloc. T. III. p. 516. b.

ר' שמואל R. *Schemuel*, abſolute ita dictus, is eſt, qui in Gemara ſæpe jungitur cum *Rav*. Patriam habuit *Nehardeam*, cujus Scholam rexit poſt R. Schila obiitque an. 4010. C. 250. Patrem habuit *Abba bar Abba* אבוה v. *Iuchaſin* p. 69. Variis gaudet cognominibus. Vocatur enim שקוד i. e. *vigil* ob induſtriam; אריוך a nomine Regis cujusdam, teſte R. Salomone, quia veluti Rex populum judicabat; שיבור מלכא de nomine *Saporis* Regis Perſarum; ירחינאה *Jarchinaa*, i. e. Lunaticus, a peritia Aſtronomiæ & ſpeciatim computi Lunaris. Loca de eo Gemarica vide in Bartoloc. T. III. p. 368. 369. 382. 383. & 443. Lege de noſtro Cl. G. E. *Edzardum* ad cap. I. *Avoda Sara* p. 181. & *Andr. Acoluthum* de Aquis amaris in proœmio pag. 5. ſq.

רב שמואל בר נחמני *Rav Schemuel bar Nachmani*, frequenter memoratur in Gemara, quod teſtantur loca a Bartoloc. allata T. III. pag. 380. 381. 383. 402. 450. 510. & 621. *Iuchaſin* ejus non meminit.

שמלאי *Samlai*: Juchaſ. p. 105. memorat Samlai מלוד *ex Lud*, qui Academiam habuit Nehardeæ, quemque R. Iochanan librum magicum, dictum *Iuchaſin*, docere noluit.

רב שמן בר אבא *Rav Scheman bar Abba*, Sacerdos & diſcipulus R. *Iochanan*, affinis *Samueli*, &, ſi Juchaſin audimus, frater R. *Chija bar Abba*. Conf. Bartol. T. III. p. 576.

ר' שמעון חסידא R. *Schimon Chaſida*, v. Joma cap. VIII. p. 77. quem locum interpretatur Bartoloc. T. III. p. 437. conf. p. 545.

ר' שמעון בן יהוצדק R. *Schimon b. Iehozadack*, paſtor armentorum: v. Juchaſ. p. 105. Bartol. T. III. p. 428.

ר' שמעון בן לקיש R. *Schimon b. Lakiſch*, per compendium literarum רש"בל. Pater ejus vocatus eſt ריש לקיש i. e. *caput latronum*, quia

latronibus ducem ſe præbuit, donec ad frugem rediit opera R. *Jochananis*: v. *Bava Mezia* c. 7. p. 84. l. 33. Noſter hic natus eſt ex ſorore R. *Jochananis*, ex quo de ætate ejus judicari poteſt. Loca de noſtro & Patre ejus Gemarica lege apud Bartoloc. Tom. III. p. 370. 371. 397. 413. 414. 476. 516. 519. 526. 638. & 654.

רב שמעון בן מנסיא *Rav Schimon b. Menaſia*: v. Berachoth c. 7. p. 61. & locum lege apud Bartoloc. T. III. p. 374.

רב ששת *Rav Scheſchath*, fuit cœcus, & habuit præceptorem Rav Hunna. Vixit itaque an. 4045. C. 285. v. *Juchaſin* pag. 105. & Bartoloc. T. III. p. 563. 2.

ת

ר׳ תנחום בר חייא R. *Tanchum bar Chija*: intelligendum eſt de R. Chija bar Abba, ſecundum *Iuchaſin* p. 105. b. Confer *Bartolocc.* p. 418. & 464.

## VIII. *Editiones Miſchnæ*

Variæ exſtant nunc cum, nunc ſine commentario majorum illorum interpretum curatæ. Sine commentario prodiit *Miſchna Amſtelod.* 393. C. 1633. 8. ubi hic titulus latine legitur: Miſchnajoth ſive textus Talmudicus a variis mendis, quibus priores editiones ſcatebant, repurgatus. Accedunt breves in margine notæ. Opera Menaſſeh Ben Iſraël. Hinc

*Amſtelod.* 397. C. 1637. 8. ubi in fine brevis quædam vocum difficiliorum expoſitio legitur. Textus punctis eſt deſtitutus. Alia ſine punctis *Veneta* prod. an. 416. C. 1656. 12. 2. voll. apud Hier. Bragadin. Pars I. habet pp. 163. II. pp. 201. & *Pragenſis* 448. C. 1688. apud filios Judæ 2. voll. quam utramque vidi in Bibl. Oppenheim. In eadem conſpexi aliam *Pragenſ.* anni 440. C. 1680. 12.

*Amſtelod.* 406. C. 1646. in 8. ex officina *Joſephi b. Iſraëlis*, Patris R. Menaſſe b. Iſraël, luculente admodum & quidem *cum vocalibus*. (i) In fine ſuccincta vocum difficiliorum expoſitio accedit ordine literarum. Huic proxima eſt altera editio itidem punctata

*Veneta* an. 436. C. 1676. 8. 2. voll. apud Bragadinos, quæ tamen accurationem edit. Amſtelodam. non adſequitur, quamvis R. Joſeph ben R.

(i) Aſarias in Meor Enajim p. 180. b. ſcribit, ſe vidiſſe 2. exemplaria Miſchnæ punctata antiquiora 40. annis.

R. Abrah. אלואלאנכי in præfat. ſua curam impenſam vehementer extollat. Vidi hanc edit. referri in annum 426. minus recte, cum in titulo exprimatur annus per ישענו i. e. 436. Ad hanc expreſſa eſt alia *Veneta* apud Aloyſ. Bragadin. an. וכתב לו i. e. 464. 2. voll. in 8. cum punctis per Iſraëlem איסרל fil. Elijakim Getz Rabbinum בסטרסבורג edita, una cum libro Jezira. In calce Tomi II. exſtat expoſitio vocum exoticarum v. c. Græcarum juxta alphabetum. Eſt & alia *Amſtelodamenſis* an. 429. C. 1669. ap. Dav. Tartas in forma 12. nitida & correcta, una cum ſerie capitum & brevi vocum explicatione in fine collocata. Aliam dedit *Caſp. Step* an. 469. C. 1709. 12. 2. voll. Exſtat adhuc alia *Amſtelod.* apud *Eliam Avuhav* an. 404. C. 1644. Vidi quoque ed. Venet. an. 1655. per Ant. Caijun in 12. ap. Hier. Bragad. Miſchmam punctatam *Theodor. Hackſpanius* omni induſtria & cura quæſitam nullo modo mancíſci potuit, quod teſtatur B. *Wagenſeilius* in lib. vernaculo de *Spe Iſraëlis* c. IV. p. 33. ſqq.

Cum commentariis lucem vidit corpus Miſchnicum *Neapoli* an. 252. C. 1492. fol. ſub imperio *Ferdinandi Arragonii*, apud *Joſuam Salom. Soncinatem*, literis quadratis quoad textum, quod ad commentarium vero, qui eſt *Maimonidæ*, charactere Rabbinico craſſiori.

Eodem charactere cum commentariis *Maimonidæ* & *Rabbenu Schimſchon* lucem vidit *Venet.* an. 306. C. 1546. fol. apud Marc. Anton. Juſtinianum. Eam editionem B. *Grapius* in Hiſtoria Liter. Talmudis Babyl. p. 39. in notis, putat effeciſſe, ut Bartoloccius crederet, integrum Talmud cum Miſchna & Gemara apud hunc Juſtinianum prodiiſſe. Qua de re dicemus infra in recenſione Talmudis integri.

Cum *Maimonidæ* & *Bartenoræ* commentariis *Rivæ Trid.* an. 319. C. 1559. fol. pp. 398.

Cum eorundem commentariis, charactere quadrato *Venet.* 366. C. 1606. pp. 302. apud Zanetum Zaneti, cura *Abrah. b. Ruben ben Nachman.*

Cum iisdem *Sabioneta* 319. C. 1559. 4. (quam memorat ש"ץ ubi eam, quæ teſte Bartoloc. *Rivæ Tridenti* eodem anno prodiit, fruſtra quæres) *Venet.* 316. C. 1556. fol. *Mantuæ* 321. & 322. C. 1561. & 1562. 4. per Jac. Cohen b. Naphtali Cohen מגאזולו

Cum commentario *Bartenoræ* ſolo *Lublini* an. 356. C. 1596. fol.



Digitized by Google

(k) Cum comment. *Bartenora* & *Toſephoth Jom Tov* (cujus laborem admirandum vocat ש"י) *Prag.* 375. (ſecundum Bartoloc.) ſed ſecundum ש"י 377. C. 1617. 4. iterumque *Cracoviæ* an. 403. C. 1643. 4. ap. Menach Nahum & *Amſtelod.* 445. & 446. C. 1685. & 1686. 4. apud Dav. Tartas, tertia vice, ut titulus fert. Exſtat vero etiam *Wilmersdorfenſis* an. 442. & 443. apud Iſaacum b. Jehuda in 4. 2. voll. quæ in titulo itidem dicitur tertia. Itaque *Amſtelodamenſis* illa anni 445. erit quarta.

Cum comment. כף נחת R. *Iſaaci ben Gabbai*, quo, ad marginem poſito, difficiliores potiſſimum voces exponuntur, *Venet.* 369. C. 1609. 8. iterumque ſecunda vice ibidem per Jehudam Arje de Modena juſſu Pet. Bragadini ap. Jo. Cajun an. 374. C. 1614. 8. ubi accedit interpretatio vocum peregrinarum, ac denique 385. C. 1625. 8. apud Pet. Aloyſium & Laurent. Bragadinos, in ædibus *Joan. Coleonis*.

Cum eodem commentariolo *CPoli* an. 404. C. 1644. 4. apud *Salom.* פראנקו, impreſſoribus Abrahamo Franco ejus filio & Jacobo Gabbai ejus genero. Curam editionis habuerunt *Menachem*, & *Joſ.* & *Iſaac b. David* b. ווילייסיר Textus, quem cingit commentarius, vocalibus inſtructus, ſed minus nitide expreſſus eſt atramenti & chartæ vitio. In limine occurrit Index Haphthararum Paraſchis reſpondentium.

Cum eodem commentariolo *Amſtelod.* 403. C. 1643. & 421. C. 1661. 8. ubi inſuper accedit inſtructio de lectione Scripturæ S. & Miſchnæ quotidie inſtituenda una cum Indice capitum totius Miſchnæ. Præterea *Venet.* 476. C. 1716.

Cum commentario R. *Salamonis Iſaacidæ* (רש"י) & expoſitione R. *Jac. Schemuelis* ben חאגיז (*Chages*) ſub titulo עֵץ חַיִּים *arbor vitæ*, quæ collecta eſt ex R. *Moſe* Maimonide, R. *Schimſchon*, R. *Bartenora* & *Toſephoth Jom Tov*, &c. *Liburni* an. 412. ad 416. (ubi ש"י ſimpliciter ponit annum 414. minus recte) i. e. ab A. C. 1652. ad 1656. ſex tomis in 8. apud *Jedidjam ben* R. *Iſaac Gabbai*, cum licentia Superiorum. Singulæ paginæ in tres diſtinguuntur columnas, quarum exterior exhibet commentarium עץ חיים, media textum Miſchnicum formis quadratis, tertia interior *Raſchii* ſeu Salom. Iſaacidæ expoſitionem. Ubi vero iſta Raſchii defi-

(k) Edit. Miſchnaioth cum Bartenora & Toſ. Jom. Tov Pragæ curata ita habet. Seraim prod. 372. pp. 86. Moed an. 375. pp. 111. *Kodaſchim* 372. pp. 117. Naſchim 375. pp. 100. *Tahoroth* 372. pp. 160. Prodiit apud Moſen ben Joſ. Bezalel, curam ſuſtinente auctore τῶν Toſephoth. Exſtat in ed. *Wilmersdorf.* an. 442. & 443.

deficit, (quod Ordinibus *Seraim* & *Taboroth* uſu venit,) ibi totum ſpatium occupat עץ חיים, ſicut viciſſim, ubi Raſchii commentarius plenior eſt, quam ut deſtinato ſpatio capiatur, textui Miſchnico ſolet ſubſterni. Præmittitur a *Jac. b. Chages* præfatio longior, quæ corporis Miſchnici hiſtoriam, v. c. originem, ordinem, connexionem Codicum inter ſe, regulas ad ejus intelligentiam facientes & alia ejusmodi complectitur. Hæc editio in magno apud Judæos pretio eſt, quia non ſolum ad Miſchnam, ſed Gemaram quoque, intelligendam additus commentarius facit. Hæc cauſa eſt, cur illum *Berolini* recudi curarint, & quidem an. 477. 8. 6. voll. curam ſuſtinente R. *Wolf b. Salman*, Rabbino quondam Hamburg. Tom. I. conſtat pp. 98. II. pp. 136. III. pp. 120. IV. pp. 160. V. pp. 150. VI. pp. 206.

Præter dicta notandum eſt, quod ad Raſchii commentarium attinet, illi nonnunquam aliorum doctorum cogitata perſpicuitatis majoris cauſa immiſta eſſe & parentheſi incluſa. Ex præfatione ad Tomum II. patet, Tomum I. זרעים *Veronæ* excuſum eſſe, (unde & Tomum hunc per Fr. Roſſi *Veron.* 410. excuſum vel potius excudi cœptum, ſeorſim exſtare vidi in Bibl. Oppenh.) unde digreſſus auctor, & *Liburnum* delatus, opus in hac urbe abſolverit. In hoc Tomo Cod. כלים cap. 3. in limine commemoratur ערוגה quæ res cum breviter illuſtrari non poſſet, editor in calce ſubjiciendam putavit ampliorem illuſtrationem ex Maimonide & Bartenora cum figuris neceſſariis. Tomo II. R. Iſaac Chages præmiſit הקדמה לט״ל מלאכות i. e. præfat. de 39. *claſſibus*, labores, Sabbato vetitos, comprehendentibus. Prodiit is an. 413. Tom. III. 414. Tomus IV. eodem anno, cui in fine additur הפ״ח מפרקי הרמב״ם על אבות i. e. *caput VIII. ex capitibus Maimonidæ ſuper Cod. Avoth* Tom. V. præfert annum edit. 416. cui præfigitur præfatio Maimonidæ ad Seder *Kodaſchim* Tom. VI. præfert annum edit. 414. cum præf. Maimonidæ ad ſuper Ord. *Taharoth.*

Cum brevi commentario קַב וְנָקִי R. *Eliſchæ fil. R. Abrahami Amſtelod.* 457. C. 1697. 12. 2. voll. apud *Caſp.* & *Andr. Sten* שטען Præfatus eſt R. Eliſcha b. Abraham Rabbinus in לונטשיץ. Hic ex variis commentatoribus ſelegit, & paucis comprehendit, quæ ad textum Miſchnicum rectius capiendum faciunt; præterea vero totum in certas ſectiones ita digeſſit, ut ſingulis menſibus, ſi eas ſequaris, lectio poſſit abſolvi. Vide plura de hac editione in Actis Eruditorum Tom. III. Supplement. Sect. V.

pag. 238. ſqq. Cum eod. comment. prodiit iterum *Amſt.* ap. Sal. b. Joſ. Probs an. 473. C. 1713. 12. 2. voll. Luculentiſſime omnium Corpus Miſchnicum binis præſtantiſſimorum Interpretum commentariis munitum lucem vidit Cl *Guil. Surenhuſii*, Profeſſoris Ll. Oo. in Gymnaſio Amſtelodamenſi celeberrimi induſtria. Operis hæc eſt inſcriptio: *Miſchna ſive totius Hebræorum Juris, Rituum, Antiquitatum ac Legum Oralium Syſtema, cum clariſſimorum Rabbinorum Maimonidis & Bartenoræ Commentariis integris, quibus accedunt variorum Auctorum notæ ac verſiones in eos quos ediderunt Codices. Latinitate donavit ac notis illuſtravit Guil. Surenhuſius.* Pars I. prodiit *Amſtelodami* apud *Gerbard.* & *Jac. Borſtium* 1698. fol. Pars II. 1699. III. 1700. IV. 1702. V. 1702. & VI. 1703. Totum itaque opus ſex partibus & tribus Voluminibus abſolvitur, ita quidem diſpoſitum, ut ſingulis foliis in duas columnas diſtinctis, altera exhibeat textum Miſchnicum Hebr. quadratis literis luculente expreſſum, altera ex adverſo verſionem Latinam, vel ab aliis Chriſtianis olim, vel ab ipſo Surenhuſio, quod in plerisque Codicibus facere neceſſe habuit, elaboratum. Huic textui ſubjicitur duplex commentarius, alter *Maimonidæ*, alter *Bartenoræ*, latine a Surenhuſio tantum non ſemper (cum pauci antea ex Chriſtianis de illis vertendis cogitarint) converſi. Accedunt ſubinde notæ Interpretum Chriſtianorum. Surenhuſius præterea ſingulis Tomis præfationes ſingulas præmiſit, quæ Codices, Ordinibus ſeu Tomis illis comprehenſos, ſuccincte & ſufficienter delineat, ſi primum exceperis. Hunc enim inſtruxit præfatione ad totum opus pertinente, addita etiam *Maimonidæ* præf. ad Ordinem *Seraim* ex verſione *Pocockii*, quæ totius Miſchnæ faciem repræſentat; ſicut nec omiſit ejusdem præfationes, quibus Ordinem *Kodaſchim* & *Taboroth* exornavit. Singulis inſuper Tomis ſubjiciuntur Indices verborum & rerum. Dici non poteſt, quo plauſu hic labor ab eruditis harum rerum gnaris & ſtudioſis fuerit exceptus, præcipue cum totum Opus latina civitate donatum nunc viderent, quod ex parte adhuc exſtabat quidem, ſed ægre haberi poterat. Non defuerunt quidem, qui ſubinde multa in interpretatione Latina, vel ceterorum, vel inprimis Surenhuſii, deſiderarent. Quod mihi quidem adeo mirum non accidit, ut magis fuiſſem miraturus, ſi huic cenſuræ nulla data fuiſſet occaſio. Neque enim vitio verti Chriſtiano homini poteſt, Judæorum mentem hinc inde in longo inprimis opere, & cujus argumentum a noſtris moribus remotum eſt, non adſequi, in quo explicando ipſi Judæi, quod Gemara teſtatur, dubii hærent, & non parum inter ſe invicem

Digitized by Google

cem digladiantur. Ipſe quoque *Surenhuſius* id haud ægre feret, & beneficium interpretabitur, quale & ipſe aliis, ante ſe hac opera defunctis, præſtitit. Vide hanc in rem, quæ Vir doctus in notis ſuis ad primos Codices Ordinis Seraim monuit contra *Guil. Guiſium*, Interpretem alioquin diligentem & non contemnendum. Taceo, eundem hallucinationes a ſe adeo non alienas putaſſe, ut potius in præf. extrema ad Partem VI. Miſchnæ promiſerit, ſe verſionem ſuam recogniturum eſſe. Quæ quidem non propterea ſcribo, ut laudibus eorum quicquam detraham, qui in examinanda interpretatione illa operam collocarunt; ſed ut dignum labori Surenhuſii, tædii pleniſſimo & improbo, pretium ſtatuam. Conſtat interim eruditis, quæ inter ceteros Cl. *Mart. Iac. Owmannus* in notis ad ſuam Codicis ידים editionem contra Surenhuſium monuit, qui idem ſe de ceteris inpoſterum facturum pp. 193. recepit. Nec omittendæ ſunt tres epiſtolæ, quibus Cl. *Soucietus* S. J. in Surenhuſianam operam animadvertit. Leguntur illæ in Commentariis literariis Trivultinis, an. 1710. menſe *Febr.* p. 332. *Martio* pag. 517. ſqq. & *Iulio* p. 1221. ſqq. (Vide etiam Cl. la Roche Memorias Literarias Anglican. Tom. I. p. 35.) Hinc vero recuſæ ſunt in calce Collectionis Diſſertationum Criticarum ſuper loca Script. S. difficiliora, quæ, eodem auctore, gall. prodiit Pariſ. 1715. in 4. Præter eum alius, neſcio quis, in eandem Surenhuſii operam calamum ſtrinxit. Ipſe enim in fine præfat. ad Tom. VI. queritur, Virum quendam Cl. & in palæſtra Theol. fortiſſimum Athletam ante biennium (i. e. 1701.) ſpeciminibus quibusdam in lucem protruſis Miſchnam ſuam diffamaſſe, & omnia in pejorem partem interpretatum eſſe, & tam ridiculas nugaciſſimasque explicationes attuliſſe, ut vel ipſe Cato redivivus, quantumvis ſeverus, ad riſum commoveatur, ſi eas legiſſet. Hic vindicando Surenhuſio non parum facit, quod non tralatitia alioquin opera in verſione ſua adornanda ſit verſatus. In præfatione enim ad Tom. I. Miſchnæ p. 7. teſtatur, ſe verſionem ſuam doctiſſimorum Rabbinorum examini ſubjeciſſe, ne negligentiæ vel arrogantiæ argueretur. In imaginibus adornandis juvit *Surenhuſium* R. *Coenraads*, mortuus, antequam pars V. operis Miſchnici abſolveretur. Vide ipſum Surenhuſ. in fine præfat. ad Tom. V. Miſchnæ. Idem in præf. ad Tom. I. p. 8. laudat Salomonem Judam Leonem, qui ducentas figuras, a patre Iac. Juda Leone relictas, ſecum communicaverit; præterea vero *Iſaacum de Matatja Abuab* & R. *Iſaacum*, cujus pingendi ſculpendique ſcientiam extollit.

Com-

Spem prӕterea fecerat variorum Tractatuum ad Miſchnicum ſtudium facientium & a Viris doctis elaboratorum, quos in appendice Miſchnica in lucem prolaturus erat. Sed temporum difficultate aliisque cauſis permotus hoc conſilium ſe abjeciſſe in prӕfat. ad Tom. VI. ſub finem nunciat.

Compendium Miſchnӕ Surenhuſianӕ promiſit olim *in Catalogo Nundinali* V. C. *Chriſtianus Reineccius*, ſub hoc titulo: *Iudaeorum Talmud Latine verſum, ex recenſione Surenhuſii cum brevioribus annotationibus ex prolixis Judaeorum commentariis congeſtis, Lipſ.* 1704. 8. Sed id lucem hucdum non adſpexit.

Quas huc usque recenſuimus editiones, eӕ totam Miſchnam comprehendunt. Prӕter has ſunt & aliӕ imperfectӕ. Sic cum comm. *Maimonidӕ* & *Bartenorӕ* prodierunt Tres Ordines priores tantum, nempe *Seraim*, *Moëd* & *Naſchim. Amſtelod.* 435. C. 1675. 4. De commentario *Simſonis Schanzenſis*, ad paucos quosdam Miſchnӕ Codices ſpectante, & in ed. Talmudis Veneta legendo ſupra dixi Parte I. n. 2213.

Ordo *Seraim* Venet. an. 308. C. 1548. apud Bomberg. item *Nedarim*, *Naſir*, & *Sota* eodem anno: tum *Sevachim* & *Menachoth*.

Ordo *Seraim* cum comm. novo ex diverſis aliis collecto R. Abrah. b. Chajim לישקר ſub tit. באר אברהם prodiit *Francof. ad Viadr.* an. 425. 4. pp. 285.

*Neſikin Kodaſchin* & *Taharoth* lucem viderunt *Amſtelod.* 446. C. 1686. 4.

Non deſunt hinc inde MSS. Codices Miſchnӕ, quales etiam habet Oppenheimerus.

B. *Wagenſeilius* habuit exemplar MS. membranaceum Ordinis *Moëd* Gemara deſtitutum, ſed cum commentario duplici, utroque inedito, formӕ ingentis, quod ab interitu h. e. manibus Bibliopegi Noribergenſis, qui eo ad libros compingendos uti volebat, prece & pretio ӕgre ſe vindicaſſe refert in epiſtola de infundibulo ſuo pag. 128. Inter Cl. Bourgveti libros Orientales, quos *Ungerus* paulo ante obitum nactus eſt, varii exſtant tractatus Miſchnici MSS. cum comment. Rabbinorum in fol. nonnulli cum Maimonidӕ comment. in membrana itidem in fol. R. Aſarias in *Meor Enajim* p. 180. b. med. teſtatur, ſe vidiſſe duos libros Miſchnajoth 500. annorum ӕtatem (eo ſcilicet tempore, quo hӕc ſcribebat ſcilicet an. 1570.) & amplius habentes, qui accentibus & punctis inſtructi fuerint.

Editiones

Digitized by Google

## IX. *Editiones & Ratio Talmudis Hieroſolymitani.*

I. De originibus ac præcipuo auctore Talmudis Hieroſolymitani ſupra, quantum ſatis erat, præcepimus p. 681. Nunc ut eo rectius intelligatur, qua in parte vel conſpiret cum Babylonico, vel ab eodem abeat, in conditionem ejus interiorem accuratius inquiremus. Abſolvitur id quatuor omnino Ordinibus, illis ſcilicet, qui ex ſex iſtis, quos in Babylonico, a cujus Miſchna non nihil differt, (1) legimus, ſunt priores. Illis accedit Tractatus unus nempe נדה ſive de menſtruata ex Ordine VI. qui vocatur *Taharoth*, non ex Quinto, quod traditur (errore, ut puto vel librarii, vel Typographi, ſicut p. 58. Ordo *Jeſchuoth* ſeu *Neſikin* vocatur Claſſis *Tertia*, quæ *Quarta* eſt) a *Joh. Lightfooto* in Operibus Poſthumis p. 30. Editores in calce editionis Venetæ profitentur, ſe, miſſis hinc inde literis & nunciis, per varia loca plura deprehendere non potuiſſe. Hinc merito mireris, Maimonidem in præfat. ad Seder *Seraim* *d.* a. edit. Surenhuſianæ tradere, quinque exſtare Ordines Talmudis Hieroſolymitani integros.

II. In Ordine I. *Seraim* inveniuntur Codices ſive Tractatus VII. quorum I. inſcribitur בְּרָכוֹת ſive de *Precibus & Gratiarum actionibus*. Hunc Lightfootus l. c. p. 30. in *Babylonico* ait eſſe ultimum, qui in Hieroſolymitano ſit primus, ideo quod reliqui omnes præter hunc in Babylon. deſiderent Gemaram, qua instructi ſint omnes in Hieroſolymitano. Certe ratio hæc a re ipſa non confirmatur, cum Berachoth in Babylonico itidem primum locum obtineat: id quod non noſtra demum ætate ita habere, aut editorum arbitrio tribuendum eſſe inde conſtat, quod Maimonides in præfat. ad Ordinem Seraim eam reddit collocandi rationem, quia nemini, niſi præmiſſa benedictione, edere liceat. Conſtat Codex hic capitibus IX. Abſolvitur foliis 14.

II. Tractatus פֵּאָה de angulo agri demeſſi pauperibus relinquendo, capp. VIII. Habet folia ſex & dimid.



(1) Pertinet huc *Joh. Lightfooti* obſervatio Tom. II. Opp. p. 229. a. his verbis expreſſa: *Examine ergo dignum eſt, unde ortæ fuerint differentiæ iſtæ inter Miſchnam Hieroſolymitanam & Babylonicam, in verbis infinitæ, in rebus quamplurimæ, quæ conferenti paſſim ſunt obviæ. Exemplum ſingulare habes in ipſo Hieroſolymitanæ limine, Berachoth cap. I. hal. 4. ubi deeſt hiſtoria de R. Tarphone, periclitante inter fures, quæ in Babylonica adeſt.*

III. דְמַאי de rebus, de quarum decimatione dubitatur, capp. VII. fol. 5. & dimid.

IV. כִלְאַיִם de Homogeneis & Heterogeneis cap. VIII. fol. ſex.

V. שְׁבִיעִית de anno ſeptimo, capp. X. foliorum ſeptem.

VI. תְּרוּמוֹת de ſeparatione fructuum pro Sacerdote, capp. XI. foliorum octo & dimidii.

VII. מַעֲשְׂרוֹת de Decimis: liber uterque foliorum octo.

VIII. חַלָּה de placenta capp. IV. fol. trium & dimidii.

IX. עָרְלָה de præputio capp. III. fol. 3.

X. בִּכּוּרִים de primitiis capp. III. foliorum 1. & dimidii.

Ex Ordine II. qui dicitur מוֹעֵד ſeu *de Feſtis*

Tract. I. שַׁבָּת de Sabbato cap. XXIII. fol. 16.

II. עֵירוּבִין de commixtionibus capp. X. fol. 9.

III. פְּסָחִים de Feſto Paſchatos, capp. X. fol. 11.

IV. יוֹמָא de Feſto Expiationis capp. VIII. fol. 8.

V. שְׁקָלִים de Siclis capp. VIII. fol. 6.

VI. סוּכָּה de Feſto Tabernaculorum capp. V. fol. 4. & dimid.

VII. רֹאשׁ הַשָּׁנָה de novo anno: cap. IV. fol. 4.

VIII. בֵּיצָה de ovo, ſeu Jom Tov capp. V. fol. 3. & dimid.

IX. תַּעֲנִיּוֹת de Jejunio capp. IV. fol. 6.

X. מְגִלָּה de Feſto lectionis voluminis Eſther capp. IV. fol. 6.

XI. חֲגִיגָה de Feſtivitate, capp. III. fol. 4.

XII. מוֹעֵד קָטָן de Feſto parvo: capp. III. fol. 4.

Ex Ordine III. נָשִׁים legis

Tract. I. יְבָמוֹת de Fratriis, capp. XV. fol. 14.

II. סוֹטָה de muliere adultera: capp. IX. fol. 9.

III. כְּתוּבוֹת de Contractibus: capp. XIII. fol. 12.

IV. נְדָרִים de Votis capp. XII. fol. 6. & dimid.

V. גִּיטִּין de libellis repudii: capp. IX. fol. 8.

VI. נָזִיר de Naſiræis: capp. IX. fol. 7.

VII. קִידּוּשִׁין de deſponſationibus capp. IV. fol. 8. & dimid.

Ex

Digitized by Google

Ex Ordine IV, qui in Hieroſolymit. dicitur ישועות, in Babylonico vero נזיקין de *pœnis* aut *mulctis*, adſunt

Tract. I. בָּבָא קַמָּא de damnis, capp. X. fol. 5. & dimid.

II. בָּבָא מְצִיעָא de litibus: capp. IX. fol. 5.

III. בָּבָא בַּתְרָא de venditionibus & emtionibus capp. IX. fol. 5.

IV. סַנְהֶדְרִין de Synedriis capp. XVIII. fol. 13.

V. מַכּוֹת de plagis. Hic deeſt Gemara ad caput III. ſeu ultimum. Conſtat fol. 2.

VI. שְׁבוּעוֹת de Juramentis capp. VIII. fol. 6. & dimid.

VII. עֲבוֹדָה זָרָה de idololatria: capp. V. fol. 6. & dimid.

VIII. הוֹרָיוֹת de ſententiis per Judices: capp. III. fol. 3.

Deſunt itaque hic Codices *Edijoth* & *Avoth* qui etiam in Babylonico Gemara carent.

Ex Ordine VI. qui audit טהרות de Purificatione, unus exſtat Tractatus נִדָּה, qui in Babylonico eſt VII, nempe נִדָּה ſive de muliere menſtruata, quod paulo ante monuimus. Ille vero hic non exſtat totus, ſed tantum quoad quatuor capita, & abſolvitur paginis quinque.

III. Fuſius hac enarratione defungitur *Joh. Lightfootus* in Operibus poſthumis p. 30. ſqq. usque ad p. 62. quia eadem opera præſtantiora momenta ex plerisque Codicibus & capitibus inſtar excerptorum in medium profert. Idem *Jo. Henricum Ottium*, Profeſſorem quondam Tigurinum, ad concinnandam ejusmodi ἀνάλυσιν excitaverat, quod patet ex ejusdem Ottii Epiſtola ad Lightfootum ſcripta, quæ una cum Specimine hujus Analyſeos legitur in Lightfooti Operibus Poſthumis p. 175. Idem conſilium ceperat *Pet. Lambecius*, qui in Prodromo Hiſtor. Literar. p. 241. diſſertationem generalem de duplici Judæorum Talmude pollicetur. Poſt eum vero præſtare, quod is promiſerat, conatus eſt B. *Zacharias Grapius* in diſſertatione ſingulari, quam *Ideam Talmudis Hieroſolymitani* inſcripſit, & edidit Lipſiæ 1695. cujus ſummam habes apud Rev. *Reimmannum* in Introduct. ad Hiſtoriam Theologiæ, ſpeciatim Judaicæ p. 272. ſqq. qui in ſequentibus Recenſionem Lightfootianam brevibus repetit. Sed is ab errore parum ſibi cavit, quando ex ipſa illa recenſione, quæ non omnes Tractatus perſequitur, ipſum corpus Hieroſolymitanum æſtimans; putavit, deſiderari ibi Tractatus omnes, quorum excerpta Lightfootus non ſuppeditavit. Qui inſpexerit Talmud ipſum aliter ſentiet.



Digitized by Google

Omiſit enim *Lightfootus* ex Ordine I. Tractatus ſ. Codices tres poſtremos: ex II. Ordine unum tantum exhibet, nempe *Schabbath:* ex III. & IV. perſecutus eſt omnes. Itaque verba illa: *Deſunt cetera usque ad Claſſem ſecundam: Reliqua hujus claſſis deſunt:* quibus mutila Lightfooti enarratio clauditur, non ad Talmud ipſum, ſed ad Lightfootianum laborem, qui non ulterius provectus erat, referenda fuiſſent. Hæc pace Viri, cetera diligentis & docti, monuiſſe liceat. Quæ quoad Ordinem I. delineationi Lightfootianæ deſunt, ea ſupplevit B. *Cnollenius* in *Relationibus Innoxiis* (Unſchuldige Nachrichten) anni 1713. p. 619. ſqq.

IV. Duæ exſtant Talmudis Hieroſolym. editiones, *Veneta* altera, altera *Cracovina.* Prior cura Bombergii ſine anno notato lucem vidit in folio teſte Schabbatæo in Siphte Jeſchenim p. 88. b. poſterior anno 369. qui Hebraice exprimitur per בשונאי (pro quo in ש״י mendoſe legitur בשנאי ſine ו) i. e. A. M. 369. & A. C. 1609. eadem forma apud *Iſaacum ben Aaron.* In hac Miſchna & Gemara literis quadratis, Annotationes autem marginales rotundioribus ſeu Rabbinicis impreſſæ ſunt. Ordo I. conſtat pp. 65. II. paginis 83. III. pp. 66. & IV. pp. 48. Ex præfatione hæc inprimis verba annotari merentur: הן המה ס׳ הראבוה אשר העתיק ברברים כבורים הצלל במים אדירים הויות אביי ורבא בהפכנו צרורים ולשם בגבורים הוא הכה קרית ספר ויגרש משם בני ענק כל׳ סבר קשי אשר לא נזכר בתלמוד שלנו וסמך לה מן אתרין סגיאין וגם ס׳ יפה מראה רס׳ המסורת בידינו אשר חבר החסיד כמהרר יהודה מסלנק חולת אלו ספרים הרבה: Reddiderat ſcilicet auctor in antecedentibus rationem, cur rarus ſit apud Judæos Talmudis Hieroſolymit. uſus, eamque repetierat ab obſcuritate nimia, quæ Lectores deterreret, inprimis cum nulla exſtat ejus illuſtratio, niſi quæ R. *Elieſer ben Jehuda* (is eſt רא״ביה) & R. *Schemuel Japhe* in יפה מראה nec non Jehuda Theſſalonicenſis i. e. *Jehuda b. Moſche* in *Maſora Talmudis Hieroſolymitani*, aliique nonnulli, quibus ad editionem ſuam uſus ſit, monuerint. Editor nomen ſuum annotare neglexit.

V. Idem Talmud quod ad Ordinem I. una cum Tractatu שקלים ex Ordine II. recuſum eſt Amſtelodami an. 470. C. 1710. in fol. cura *Eliæ*, fil. R. *Jehudæ Löw*, Wiſchnicenſis, qui hinc inde textum male habitum reſtituit, & commentationibus ſuis, ex antiquiſſimis Judæorum ſcriptis, Toſaphta, Mechilta, &c. depromtis, illuſtrare aggreſſus eſt. Specimen luculentum conatus ejus habes in *Relationibus Innoxiis* modo lauda-

laudatis p. 611. ſqq. Totum volumen quinque alphabetis & totidem plagulis abſolvitur. Miſchna & Gemara, literis quadratis expreſſa, cingitur ab utroque latere commentario, Rabbinicis literis excuſo. Primus ſane is Elias eſt, qui ex recentioribus Judæis, ſecus ac Babylonico Talmudi, plurium ſcilicet curas experto, accidit, lucem affundere tenebris ejus inſtituit. Cum enim dictio Talmudis Hieroſolymitani maxime obſcura ſit, tum propter brevitatem, tum ob diverſam nonnihil a Babylonico diſputandi diſſerendique rationem, ipſe vero contextus ab injuria temporum & Typographorum incuria male habitus ſit, uſus inſuper ejus inter hodiernos Judæos minus frequens; mirum non eſt, paucorum, vel nullius potius, induſtriam in opera tædii & laboris plena ſe exercuiſſe. Conqueruntur de his momentis Magiſtri Judæorum, qui Amſtelodamenſi illi editioni ſuffragia & commendandi formulas præmiſerunt. Ex Chriſtianis Scriptoribus *Joh. Lightfootus*, qui tamen præ ceteris huic Talmudi operam addixit, obſcuritatem ejus aliquoties, ut non ſuperandam, profeſſus eſt. Lege v. c. Tom. II. Operum p. 170. ubi poſtquam locum ex Scheviith f. 36. col. 3. attuliſſet, ſubjungit: *Quid ſibi hac omnia velint, non datur vel conjectari, imo vix datur, quid aliqua horum ſibi velint; nec adeſt Oedipus, nec Sphinx ipſa. Silent ipſi Talmudici a commentando, nec adeſt nobis alius, qui commentetur.*

VI. Interim illud Chriſtianis ſe præ Babylonico commendavit. Iſto enim brevius eſt ſuccinctiusque, adeoque inter legendum cum tædio minus conjunctum, & vel ſic tamen non parca manu affert, quæ ad illuſtrandam antiquitatem Sacrumque Codicem faciunt, id quod ſcripta Lightfooti manifeſtum faciunt. Præterea & ab ineptiis & a fabulis alienum eſt, & recte *Humphr. Prideaux* in præfat. ad verſionem Tractatus R. Maimonidæ de Jure Pauperis & peregrini lit. a. 4. col. 1. obſervavit, in Gemara Hieroſolymit. vel vix vel rariſſime haberi nugas & deliria, quæ in Babylonica exſtent. Obſcuritas non prohibuit, quo minus quidam noſtratium lectioni ejusdem & illuſtrationi operam impenderent. Ita Venerandus *Theodorus Daſſovius* in Novis Literariis Maris Balthici an. 1705. p. 91. ſperare jubet Titulos duos Talmudis Hieroſolymit. cum tota Gemara Hieroſolymit. nempe titulum *de ſolenni comparitione in feſtis*, & titulum *de Primitiis*, ubi partim ex adjectis editioni Cracovienſi ſcholiis, partim ex *Jephe mare* phraſes & res difficiliores explicentur, ut & hiſtoria & ſtylus facile intelligatur.

VII. Stylus Gemaræ Hieroſolymitanæ ab illo Babylonicæ differt, ita quidem ut ille ex Syriaca & Chaldaica lingua ſit miſtus, hic vero ad Chaldaicam propius accedat. Plerique Aramæa lingua eam conſcriptam eſſe præcipiunt, quæ quidem appellatio generalis eſt, & pluribus linguis ſeu dialectis potius communis. Aramæa enim comprehendit ſub ſe *Babylonicam*, *Hieroſolymitanam* & *Syriacam*. Babylonica Chaldaiſmum ſiſtit tum *Biblicum*, tum *Targumicum* impuriorem, tum *Talmudicum*, qualis obtinet in Gemara Talmudis Babylonici. *Syriaca* proprie vocatur, qua conſtat verſio Novi Inſtrumenti. *Hieroſolymitana* denique, quæ ex *Syriaca* & *Chaldaica* dialectis conflata eſt. Confer B. *Pfeiferi* Criticam Sacr. p. 53. ſq. *Georg. Amira* Prælud. ad Grammat. Syriac. *Waltoni* Prolegom. XIII. ad Biblia Polyglotta & *Humphred. Prideaux* Connexionem hiſtoriæ Vet. & N. T. Tom. II. Part. II. p. 539. ſq. Magiſtri ſane diſtingvunt Aramæam a Syra in *Bava Kama* fol. 83. 1. & *Sota* f. 49. 2. Vide *Lightfooti* Horas Hebraicas in Acta Apoſtol. c. VI. p. 705. Tom. II. Opp. qui & gloſſam ad *Sota* f. 49. hanc affert; *Lingua Syriaca eſt cognata lingua Aramæa. Et dico ego, quod hæc eſt lingua Talmudis Hieroſolymitani.* Iisdem in locis *Syriaca* (סורסי) lingua terræ Iſraëliticæ, *Aramæa* vero Babyloniæ vernacula eſſe dicitur: quod tamen eo ſenſu capiendum, quem latitudo appellationum illarum per ſe infert, ut nempe Aramæa magis ad dialectum Chaldaicam accedere putetur, Syriaca vero illa ſit, quam rectius Syro-Chaldaicam appelles. Hæc poſterior Judæis noſtræ ætatis obſcurior eſt & minus cognita, efficitque adeo, ut ſenſus Gemaræ Hieroſolymitanæ minus pateat.

VIII. De *nomine* Talmudis Hieroſolymitani non eſt, ut multis ſoliciti ſimus, quamvis eruditi diſſentiant. Alii enim ab Hieroſolymis dictum putant, ideo, quod Hieroſolymis ſeu in Terra Sancta a Jochanane, Scholarum in terra Iſraëlis Rectore, compilata ſit. Ita *Jo. Morinus* p. 298. Exercitatt. Biblic. Alii a dialecto Hieroſolymitana, qua exaratum eſt, dictum cenſent. Ita noviſſime ſtatuit *Humphredus Prideaux* in Harmonia ſeu Connexione hiſtoriæ Vet. & N. T. Tom. II. Parte II. pag. 539. Alii utramque originem conjungunt cum *Bartoloccio* Tom. III. Biblioth. Hebr. p. 684. *Et quia*, inquit is, *compilatum fuit in terra Iſraëlis, & præſertim pro iis, qui eam terram incolebant, dialecto Hieroſolymitana; ideo a vulgo Talmud Hieroſolymitanum appellatum eſt.* Mihi quidem veri videtur ſimillimum, quod, quemadmodum Babylonicum Talmud a Babylonia, compilationis ſede, dictum eſt; ita non minus Hieroſolymitanum a Terra Sancta, ejusque urbe præcipua, nomen acceperit. Apud

Digitized by Google

Apud Judæos hodie illud in minori eſſe pretio, quam Babylonicum, pervulgatum eſt. Rationem rei duplicem reddit Buxtorfius pag. 229. Biblioth. Rabbin. nempe, quod & pauciores Judæi in terra Iſraelis habitarint, nec perfecte omnes conſtitutiones ac deciſiones contineret. Fortaſſe & dictio ejus ignotior, & obſcuritas ex brevitate orta, occaſionem ſuppeditavit Magiſtris de ampliori luculentiorique opere cogitandi. Imo nonnihil quoque, quod Cl. Reimannus p. 279. in Hiſtoria Theologiæ Judaicæ ſuſpicatur, æmulationi ac invidiæ hic tribuendum fuerit, qua ſcilicet permoti Babylonici nova illa ſua ſcriptione antiquiorem illam de dignitate ſua deturbarint.

De Talmude Hieroſolymitano manu exarato & duobus Voluminibus comprehenſo, & compendio ejuſdem in membrana ſcripto quod utrumque *Ioſ. Scaliger* Bibliothecæ Leidenſi legavit, lege B. *Zachar. Grapii* Ideam Talmudis Hieroſolymitani. Corpus ipſum, ſed ſine compendio, MS. memoratur in Catalogo Biblioth. Leidenſis in fol. inter MSS. p. 404.

## X. *Editiones Talmudis Babylonici.*

I. Talmud Babylonicum integrum h. e. ut Miſchnam, quæ textus vicem ſuſtinet, Gemara comitetur, aliquoties prodiit (m).

Prima

(m) Bombergium integrum Talmud ter impreſſiſſe, neſcio, qui tradere potuerit *Joſ. Scaliger*, in Scaligeranis p. 207. Verba ita habent: *Bombergue, qui etoit d' Anvers, & duquel le fils eſt venu a Veniſe, & la a tout conſume ſon bien, a ſi bien imprime les livres Hebreux: les Juifs corrigeoint & præſidebant à l' Imprimerie. Il a imprime des livres pour plus de 4 millions d' or, il a imprime tant de belles Bibles avec les Rabbins: 3 fois le Talmud tout entier, non pas le Hieroſolymitanum.* Idem p. 62. *Bombergus edidit ter Talmud: nunquam ſemel edidit, quin conſtiterit 100. millibus coronatorum. Edidit libros pro 3 millionibus, & ſunt correctiſſimi. Debent corrigi a Judæis, alioquin ſemper erunt menda.* Repetiit priorem locum *Iſaacus Voſſius* in Reſponſ. ad iteratas Simonis objectiones p. 363. Confer *Petri Balii* Dictionarium Tom. I. p. 594. edit. noviſſ. Certe non norim exſtare ullam integri Talmudis Babylonici editionem Bombergianam, præter unam, quam nunc recenſebo. Præter eam vero ex ejuſdem officina Codices quidam ſpeciales lucem viderunt ſeorſim, & inſuper Talmud integrum, Hieroſolymitanum. Quæ res forte occaſionem ſuppeditavit Scaligero vel aliis, quos auctores narrationis habuit, de triplici Talmudis editione Bombergiana quidquam cogitandi. Bombergium *aliquot Judæorum centurias conduxiſſe inque iis edendis totum ſuum patrimonium dilapidaſſe teſtatur Iſaacus Voſſius* in Dedicat. præmiſſa Tractatui de Oraculis Sybillinis. Quod cum in dubium vocaretur a *Rich. Simonio*, Voſſius ad *Junii* teſtimonium ſe recepit in Reſponſ. ad iteratas ejus objectiones p. 363.

Digitized by Google

Prima editio eſt *Veneta*, apud *Dan. Bombergium* inde ab anno 280. C. 1520. Tomis XII. ita quidem, ut Partes illæ non eo ordine, quem nexus Talmudis alioquin requirit, fuerint excuſæ, ſed pro lubitu nunc hic, nunc ille Tomus excuderetur, donec totum corpus prelum abſolveret. Id quod ex pleniori ejus recenſione mox patebit. In univerſum ſingulorum Tomorum folia in tres columnas abeunt, quarum media ſiſtit textum Miſchnicum in ſectiones ſuas diſtinctum, & Gemaram iisdem omnino literis, quadratis ſcilicet & luculentis, ubi Gemara a Miſchna ſeparatur tantum per præfixas literas ג"מ i. e. גמרה. Binas alias columnas occupant commentationes *Raſchii* hinc, inde *Toſephoth*, & quidem literis rotundioribus ſeu Rabbinicis. In fine ſingulorum tractatuum occurrunt *Piske Toſephot*, i. e. concluſiones ex Toſephoth excerptæ, tum *Peruſch Hammiſchnajoth* i. e. expoſitio Miſchnæ ex R. Moſe Maimonide, ac denique commentatio R. *Aſcheri*. Hac facie prodiit in Tomo I. Codex I. nempe *Berachoth* an. 1520. Tum ſeqvuntur reliqui decem Codices Ordinis I. *Seraim*, qui cum non habeant Gemaram præter ſolum Berachoth (unde neſcio, cur B. *Grapius* in hiſtoria Literar. Talmudis Babyl. p. 34. dicat, eandem hic eſſe Miſchnæ & Gemaræ faciem, quæ in Cod. *Berachoth*) pro commentario *Raſchii* & *Toſephoth*, (qui ſcilicet ad Gemaram tantum ſpectant) hinc comm. *Maimonidæ* hinc R. *Schimſchonis* occurrit, ſubjecta in calce Maimonidæ præfat. ad hunc Ordinem. Annus editionis ſignatur 282. C. 1522. (non 1528. ut habet Grapius l. c.) Monet quoque *Bartoloccius*, exſtare aliud hujus Ordinis exemplar ab eodem Bombergio 290. C. 1530. impreſſum, ubi in fine occurrant R. *Aſcher* in Halachoth Ketannoth, & tractatus parvos nempe in ס' תורה *librum legis*, ספר העתים librum temporum, & ſuper *Tephillin* ac *Meſuſa*, tum in conſtitutiones de *Zizith*, *Challa*, *Tummat Cohanim*, *Cilaim* & *Orla*. His abſolvitur Tomus I.

Tomus II. continet ex Ordine II. MOED *Schabbat* & *Eruvin*. *Schabbat* eadem ratione comparatus eſt, qua *Berachoth*, prodiitque an. 280. C. 1520. & iterum 290. C. 1530. 2) *Eruvin* eodem modo ſe habet, de anno 1520. & iterum 1528. ubi notandum præter *Raſchium* ad *Toſephot* accedere in ora paginæ interiori commentarium *Raſchbam* i. e. R. Sam. b. Meier ad caput X. quod incipit ערבי פסחים.

Tom. III. 1) *Peſachim* eodem modo quo *Berachoth*: ubi notandum B. Grapium l. c. referre, quod ad partem hujus tract. tertiam, quæ dicitur Arbe Peſachim, præter Raſchi & Toſephot in ora paginæ inferiori



Digitized by Google

ri accedat *Raſchbam* i. e. R. *Sam.* fil. *Meir* commentarius. Enimvero hoc *Arbe Peſachim* non ad Codicem Peſachim, ſed Eruvin pertinet, ejusque caput X. conſtituit, quod monuimus. Ceterum annus editionis deſideratur. Legitur in eodem tomo 2) *Beza* eodem modo quo *Berachoth*, an. 1521. iterumque 1530. 3) *Roſch haſſchana*, eodem modo, an. 1521. & iterum 1531. 4) *Ioma* eodem modo & anno.

Tom. IV. 1) *Succa* eodem habitu quo *Berachoth* an. 1521. apud Danielem fil. Dan. Bombergii, & iterum 1526. 2) *Moed Katon* ſimiliter, anno 1521. & 1539. 3) *Chagiga*, ſine tamen comm. *Aſcher* an. 1521. 4) *Megilla*, eadem facie 1521. iterumque 1538. 5) *Taanith*, non aliter, an. 1521. & repetita vice 1538. ac denique 6) *Schekalim*, ubi adeſt tantum comm. Miſchnicus Maimonidæ, & Talmud Hieroſolymit. In fine vero exſtat præfatio Maimonidæ in Seder *Moed* an. 282. C. 1522. anno primo Ant. Grimani, Venetiarum Ducis, ſecundum Bartoloc. vel 1527. ſecundum Grapium.

Tom. V. ex Ordine III. NASCHIM habet 1) *Kidduſchin*, eadem modo, quo Berachoth, an. 1520. 2) *Gittin* ſimiliter an. 1521. & 1526. 3) *Jevammoth*, eadem facie, an. 1522. & 1543.

Tomus VI. 1) *Sota*, non aliter, an. 280. C. 1520. 2) *Naſir*, eodem modo, ſed ſine R. *Aſcher*, an. 1522. iterumque 1548. 3) *Ketuvoth* ſimiliter, an. 1521. & 1527. itemque apud Cornel. Adelkind typis Bomberg. 290. C. 1530. 4) *Nedarim* hoc modo, ut in altero latere occurrat *Raſchi*, in altero R. *Niſſim*, in ora vero paginarum ſingularum inferiori R. Aſcher. In calce Codicis leguntur commentarius in Miſchnam Maimonideus, Toſephoth, Piske Toſephoth, & comm. R. Aſcher: an. 1523. ſecundum Bartol. iterumque 1548. ſed ſecundum Grapium an. 1528.

Tom. VII. ex Ordine IV. NESIKIN complectitur 1) *Bava Kama*, ejusdem conditionis, cujus eſt Berachoth an. 1521. & 1538. 2) *Bava Mezia*, ſimiliter 1521. & 1531. 1) Tomos VIII. repræſentat *Bava Bathra* ſemel, ſine anno notato, tum vero an. 1521. 2) *Avoda Sara* an. 1520.

Tom. IX. 1) *Sanhedrin* non alia facie, quam *Berachoth* an. 1520. 2) *Schevuoth*, eodem modo anno non notato, & 1521. Grapius habet an. 1526. 2) *Maccoth* eodem modo an. 1520. ſed ſine *Peruſch Hammiſchnajoth*, qui acceſſit in edit. repetita 1530. Grapius habet an. 1538. 4) *Horajoth* cum Raſchi & *Peruſch hammiſchnajoth*, ſine *Toſephoth* ſed cum Talmude Hieroſolymit. in calce an. 1527. 5) *Ediioth* cum comm. *Mai-*



Digitized by Google

*monidæ* 281. C. 1521. & 290. C. 1530. In fine legitur comm. הראב"ד i. e. R. *Abrah. ben Dior.* 6) *Avoth* cum comm. Maimonidæ, cujus octo פרקים ſive capita ibi leges, an. 1521. & 1539. Grapius habet an. 1526.

Tomus X. ex Ordine V. KODASCHIM habet 1) *Cholin* eadem ratione curatum, qua *Berachoth*, an. 1521. & 1526. 2) *Sevachim* cum *Raſchi* & *Toſephot*; in fine autem tantum *Piske Toſephoth* an. 1522. Grapius habet an. 1529. 3) *Menachoth* eadem ratione, qua *Sevachim*: accedit tamen in fine *Rabbenu Aſcher* in Hilchoth Ketannoth. 1522. iterumque an. 1529. ſeu ut *Grapius* an. 1530.

Tom. XI. comprehendit 1) *Meila* cum *Raſchi*, *Toſephoth* & *Piske Toſephoth* an. 1523. & iterum 1528. 2) *Kinnim* cum *Peruſch* & *Toſephoth*, 3) *Tamid* cum ſolo Peruſch ſeu commentario. 4) *Middoth*, cum comm. Maimonidæ in uno & R. *Schemaja* in latere. 5) *Kerithut*. Accedunt tractatus extranei, *Semachoth* & *Calla*, ut & tract. *Sopherim*. In fine autem Piske Toſephoth in ſingulos tractatus, ac præf. Maimonidæ in *Kodaſchim* an. 1528. 6) *Bechoroth* cum Raſchi, Toſephoth, Piske Toſephot, & Rabbenu Aſcher an. 1522. & 1528. 7) *Temura* cum *Raſchi* & *Toſephoth* an. 1522. & 1528. 8) *Arachin* cum Raſchi, Toſephoth, Piske Toſephoth, Peruſch Hammiſchnajoth & Rabbenu Aſcher: eodem anno. Grapius hic obſervat, in titulo promitti quidem Peruſch hammiſchnajoth & Rabbenu Aſcher, ſed in opere ipſo fruſtra quæri.

Tomus XII. ex Ord. VI. TAHOROTH comprehendit 1) *Nidda* cum Raſchi, Toſephoth, Piske Toſephoth, Peruſch Hammiſchnajoth & Rabbenu Aſcher: an. 1520. & 1530. Reliqui Codices, cum non habeant Gemaram, exhibent tantum commentar. Maimonidæ una cum ejusdem præfat. ſuper Ord. *Tahoroth*. Annum editionis præferunt 1528.

Hæc eſt œconomia editionis *Venetæ* Bombergianæ, in qua delineanda ſecutus potiſſimum ſum recenſionem Bartoloccii, quæ etiam ordini Talmudis convenientior eſt. Aliter in eadem editione repræſentanda verſatur B. Grapius in hiſtoria Talmudis Babylonici, tum in annis indicandis, quod antea ſemper recenſui, tum in ordine, qui prorſus diverſus eſt, & hinc natus, quod exemplar Biblioth. Lipſienſis ita exhiberet: quemadmodum etiam in aliis exemplis, licet ejusdem editionis, diverſitas quoad ordinem occurrit. Obſervari tamen illud inprimis, quod exemplar, quo uſus eſt B. Grapius, non fuit perfectum.

Neque

Digitized by Google

Neque enim video ab eo commemorari duos Codices Ordinis II, qui ſunt *Schabbat* & *Eruvin*. Hujus enim poſterioris tantum unum caput nempe ערבי פסחים numero X. recenſet, idque perperam refert ad Tract. *Peſachim*. Quod ad diverſitatem editionum attinet, quæ ex comparatis Bartolocciana & Grapiana recenſionibus apparet, veri ſit ſimile, non omnes illos Codices tot diverſis vicibus fuiſſe impreſſos, ſed vel humani aliquid apud alterum interceſſiſſe, vel novum forte titulum cum novo anno ejusdem editionis exemplis fuiſſe impreſſum. Fortasſe tamen etiam reveaa quidam Codices fuerunt pluries recuſi, eo quod procul dubio ſeorſim fuerunt venditi, atque adeo unus præ altero plures invenit emtores.

II. Præter hanc exſtat editio alia itidem *Veneta* apud Marcum Ant. Juſtinianum, quam *Bartoloccius* p. 762. Tomi III. anno 306. C. 1546. prodiiſſe probat, partim ex inſcriptione Talmudis *Cracovini* & *Amſtelod.* partim ex libro Precum Synagogæ Romanæ eo anno edito, in cujus calce mentio Talmudis Babylon. fit, tanquam itidem editi. Sed has conjecturas rem non efficere exiſtimat B. *Grapius* in Hiſtor. Literar. Talmudis p. 36. ideo, quod ipſe, nulli parcens induſtriæ, fruſtra hanc editionem quæſiverit, ut proinde per Talmud illud *Miſchnajoth*, an. 1546. Venet. apud Juſtinianum impreſſas, intelligi debere exiſtimet, cujus tractatus quosdam *Sanhedr.* *Maccoth* & *Bechoroth* an. 309. curatos ipſe vidi. Quicquid ſit de anno, ſane exſtat editio *Veneta* anno 309. & 310. C. 1546. & 1550. edita. Eandem delineat Schabtæus in ש״י pag. 89. a. In hac editione præter ante dicta occurrunt in ſingulis paginis in altero margine מסוֹרֶת הַתַּלְמוּד h. e. index locorum Talmudis parallelorum, qui in Maimonide, in libro סמ״ג & Arba Turim occurrunt, ubi illi exſtent, in altero vero עֵין מִשְׁפָּט i. e. index inſtitutorum & rituum, ubi in veterum ſcriptis ritualibus v. c. Maimonide, Sepher Mizvot katon & Arba Turim exponantur. Accedit præterea חִקּוּר דִינִים i. e. *ſcrutinium rituum*, ſive alio titulo נֵר מִצְוָה *lumen præcepti*, i. e. catalogus omnium deciſionum ritualium, in Gemara exſtantium, ut cognoſci poſſit, quo Codice contineantur. Tum vero תוֹרָה אוֹר i. e. *lex lux*, ſeu index locorum Sacræ Scripturæ in Talmude citatorum. Tota hæc diſpoſitio debetur R. *Joſuæ Boas ex familia Baruch*. Singulis Codicibus, (in quos quidem exſtant) ſubjiciuntur compendi-

pendium ex פסקי תוספות, commentarius R. *Aſcher* (dictus אשרי) compendium ש״ אשרי auctore R. Jacobo, Baal Hatturim, & comm. Maimonidæ Miſchnicus. Super Ordines *Seraim* & *Taboroth*, in quibus, ſi duos Codices exceperis, Gemara deſideratur, loco Interpretum Gemaricorum occurrit commentarius *Maimonidæ*, & R. *Schimſchon Schanzenſis*.

III. Sequitur editio *Baſileenſis* ad *Venetam* expreſſa, ſed a Marco Marino Brixiano ex conſilio Concil. Trident. liberata illis rebus, quæ in Chriſtum & res ſacras injuriæ erant. Quo cum præ ceteris Codex *Avoda Sara* pertinere illi videretur, totus ille omiſſus eſt. Quæ res effecit, ut in exiguo apud Judæos æque ac Chriſtianos pretio ſit. Præpoſtero Zelo caſtrationem hanc ſuſceptam eſſe non vereor affirmare cum *Wilh. Schickardo* in præfat. ad *Bechinath Happeruſchim* & Vener. *Henrico Muhlio* in Apologia Talmudica p. 12. qui poſterior præterea teſtatur, quod tractatum illum, ſæpe a ſe lectum, nihil, quod Chriſtianis fraudi ſit, continere viderit. Idem judicavit ante eum *Wagenſeilius* in Prolegomenis ad Tela Ignea Satanæ p. 59. his verbis: *At iterum iterumq; dico, in tota Miſchna ne γρὺ eſt, quod Chriſtianorum ſacris officiat, aut ea habeat deſpicatui: nec excipiendus venit liber Avoda Sara, ſed is, ut molliſſime dicam, mera Patrum Tridentinorum incuria, ſiniſtraque ſuſpicione fuit damnatus, nec niſi apud eos nunc quoque male audit, qui ne quidem ut transfugæ Talmudiſtas acceſſerunt, nedum ut exploratores.* Equidem crediderim, de Miſchna Codicis hujus ſibi relicta judicium hoc tam mite & benignum admitti poſſe, non vero item de eadem ex Gemaræ aliarumque commentationum mente accepta & intellecta. Hoc enim ſenſu varia in CHRISTUM Chriſtianosque partim convicia partim mali animi indicia ibi legi, apparet ex iis, quæ Cl. *Edzardus* in præfat. ad cap. I. Avoda Sara monuit pag. 30. ſq. Ceterum confer de hac editione *Jo. Henr. Hottingerum* in Primitiis Heidelbergenſ. Diſp. III. p. 73. Prodiit apud Ambroſ. Frobenium *Baſil.* an. 338. 339. & 340. C. 1578. 1579. & 1580. Vide Gerſonis præfat. ad Cheleck, ubi monet, Judæos, caſtrationem hanc ægre ferentes, jacturam reparaſſe curata editione *Cracovienſi*. Imo B. *Job. Mullerus* pag. 34. Judaiſmi obſervat, Tractatum Avoda Sara ſtatim per Judæos ſeorſim editum Cracoviæ, & Ordini Neſikin edit. Baſil. ſubjunctum eſſe. Confer Indicem librorum ad Judaiſmum, ubi videbis, tractatum illum per *Iſaac b. Aaron* Cracov. editum eſſe.

IV.

Digitized by Google

IV. Editio *Cracovienſis* in XIII. Tomos in fol. an. 363. C. 1603. & ſequentibus ad fidem editionis Venetæ Juſtinianeæ ex officina Juſtiniani, ita quidem, ut pagina paginæ prioris reſpondeat. Proinde neceſſe non eſt, ut hic ſimus prolixiores, cum hujus facies ex habitu Juſtinianeæ antea depicto cognoſci poſſit. Supereſt tantum, ut commemoremus, quibus annis Codices ſinguli prodierint. Primi duo Ordines *Seraim* & *Moëd* prodierunt anno 363. C. 1603. Tertius *Naſchim* anno 1604. Ordinis IV. *Neſikin* Codd. *Bavoth* an. 1603. *Sanhedrin* & ſequentes usque ad *Maccoth* 1604. *Avoda Sara* 1604. & *Cholin* 1605. Ordinis V. *Kodaſchim* Codex *Sevachim* cum reliquis ſubſequentibus an. 1605. *Avoth* autem cum ceteris usque ad finem an. 1604. excuſi ſunt. Ex VI. Ordine *Taboroth* Codex *Nidda* an. 1605. reliqui autem ſuper quos Gemara non exſtat, quod ad textum Miſchnicum an. 364. C. 1604. lucem viderunt. *Cracovienſem* illam editionem ut correctiorem præ reliquis laudat Rev. *Wulferus* in notis ad *Schekalim* p. 36.

*Cracovinam* aliam cum comm. *Raſchii* & expoſitione ſuccincta vocum difficiliorum ex *Aruch* an. 376. C. 1616. 4. ed. memorat *Siphte Jeſchenim*.

V. *Lublinenſis* editio ad exemplar Venetæ Juſtinianeæ exacta eſt, ita tamen ut denuo ad codices a præſtantiſſimis Rabbinis correctas & librum חכמת שלמה magis ſit emendata, opera *Zevi bar Abraham Kalonymis* imperante Sigismundo III. apud R. *Joſuam bar Iſraël* איש אייסטרייך i. e. Auſtriacum. Diverſi tractatus diverſis annis prodierunt inde ab anno 377. & ſeqq. Sic *Berachoth* prodiit 377. C. 1617. conſtat pp. 91. cum additionibus poſt tractatum ipſum, nempe *Piske Toſephoth*, *Peruſch Miſchnajoth*, &c. In fine monetur, indicem qui in margine ך אשרי in hac editione legitur, deſcriptum eſſe ex exemplari *Schemuel* Elieſer b. Jehuda, Archiſynagogi Lublinenſis.

Poſt hunc totus Ordo *Seraim* prodiit an. 378. C. 1618. pp. 86.

Ex Ord. II. *Schabbath* pp. 184. *Eruvin* pp. 124. *Peſachin* pp. 134. *Succa* pp. 67. *Chagiga* pp. 27. ſinguli anno 386. C. 1626.

*Schekalim* an. 381. C. 1621. pp. 12. *Joma* 387. C. 1627. pp. 93. item *Moed Katon* pp. 46.

*Roſch haſſchana* pp. 35. *Beza* pp. 51. *Taanith* pp. 35. *Megilla* pp. 38. omnes anno 382. C. 1622.

Ex Ord. III. *Jevammoth* an. 379. C. 1619. pp. 143. cum additt. *Ketuvoth* pp. 151. *Kidduſchin* pp. 98. *Gittin* pp. 21. omnes anno 378. C. 1618.

Xxxxx 3

1618. *Nedarim* pp. 113. *Naſir* pp. 66. *Sota* pp. 50. omnes anno 379. C. 1619.

Ex Ord. IV. Bava Kamma: *Bava Mezia* pp. 154. *Bava Bathra* pp. 215. omnes an. 380. C. 1620. *Sanhedrin* pp. 122. *Schevuoth* pp. 59. & *Macath* pp. 25. omnes an. 380. C. 1620.

*Edijoth* pp. 14. an. 388. C. 1628. *Horajoth*: *Avoda Sara* ann. 388. C. 1620. pp. 96.

*Avoth* in exemplari, quo uſus ſum, non exſtat Lublini editum, ſed loco ejus editio *Baſileenſis* apud Froben. an. 340. C. 1580. curata una cum Maſſecheth *Sopherim*, *Calla*, *Derech Eretz*. Notandum præterea in titulo illius voluminis tantum promitti librum *Avoth*, in opere vero ipſo non reperiri, quod defectum exemplaris puto intetpretandum.

Ex Ord. V. *Sevachim* an. 387. C. 1627. pp. 120. *Cholin* non ex ed. *Lublinenſi*, ſed Hanovienſi an. 382. C. 1622. pp. 181. *Menachoth* 387. C. 1627. *Bechoroth* anno eodem pp. 69. *Erachin* an. eodem pp. 142. & *Cerithut* an. 387. pp. 28. Reliqui Codd. *Temura*, *Meila*, *Tamid*, *Middoth*, *Kinnim*, itidem hic leguntur ex edit. Baſil. apud Froben. an. 340. C. 1580. & *Temura* abſolvitur pp. 34. reliqui vero junctim omnes pp. 38.

Totus Ordo VI. ex edit. *Hanovienſi* anno 383. qui in fine per שבט מיהודה notatur, pp. 163. & quidem, prout in titulo diſerte monetur, recognitus a Marco Marino Brixienſi.

Ex hac recenſione patet, exemplar edit. Lublinenſis, quod in Hamburgenſi noſtra publica exſtat, non integrum eſſe, ſed Codices nonnullos ex Baſileenſi, alios ex Hanovienſi ſuppleri, cum alioquin editio Lublinenſis plene curata exſtet. Patet vero etiam recte iniviſſe rationes Dn. *Picques*, & qui ejus teſtimonio utitur, *Chevillerium*, de Origine Typographiarum pag. 268. quando affirmat, *Lublinenſem* editionem an. 1617. cœptam & 1622. abſolutam fuiſſe. *Lublinenſis* hæc editio Bartoloccio fuit ignota, ceu ex Tomo III. p. 761. patet, ubi is diſerte affirmat, præter duas *Venetas*, Baſilienſem, Cracovinam & Amſtelod. non exſtare Talmudis integri aliam: atque adeo verba *Conſtantini Lempereur*, in notis ad *Middoth* p. 91. editionem Talmudis Lublinenſem proferentis, de Miſchna Lublini curata accipienda eſſe. Ignoravit quoque hanc edit. *Thom. Hyde*, harum rerum alioquin intelligentiſſimus, quod patet ex his ejus verbis in notis ad *Perizolii* Itinerarium p. 19. *Miror autem*, inquit, *Judæorum deſidiam & incuriam, quod chariſſimum ſuum Talmudem in omnibus editi-*

*editionibus ubique paſſim corrupte & incorrecte mendis ſcatentem prodire ſinant. Si aliquis recudere vellet, ad dictum noſtrum exemplar Seldenianum (excepto quod proh dolor unus deſideretur tomus) correctiſſima adornari poſſet editio.* Reſpicit Hydius exemplar edit. Venetæ Seldenianum, quod eſt in Biblioth. Bodlejana, ab erudito quodam Judæo ex Salomonis Luriæ Correctionibus Talmudicis (i. e. חכמת שלמה) per totum correctum. Idem exemplum ab eo laudatur in hiſtoria Nerdiludii pag. 75. Jam vero conſtat, Judæos illas Luriæ correctiones adhibuiſſe in edit. Lublinenſi. *Lublinenſem* Talmudis edit. aliam, iſta, quam recenſui, priorem, anno ſcilicet 319. C. 1559. fol. cum comm. Raſchii & *Toſephoth* curatam memorat Schabtai in ש"ש p. 89. a.

VI. *Amſtelodamenſis* in minori folii forma, vel quarto majori, apud *Emanuelem Benbeniſte*, quem Bartoloc. *Ban Baniſti* vocat, formis nitidis curata exprimit penitus *Cracovienſem*, ut proinde nihil neceſſe ſit huc afferre, præter annos, quibus ſinguli Codices ſunt impreſſi. Ord. I. *Berachoth* prod. an. 404. C. 1644. *Péa* & reliqui omnes Ord. *Seraim* an. 406. C. 1646.

Ord. II. *Eruvin* usque ad Cod. *Moëd Katon* an. 1646. *Roſch Haſſchana* an. 1644. *Joma* & ceteri omnes an. 1646.

Ord. III. *Jevammoth* an. 407. C. 1647. Reliqui vero an. 1646. Ubi obſervandum, quod *Pirke Avoth* in hac editione occurrat poſt Codicem *Schevuoth*, una cum aliis opuſculis nonnullis, quæ a Judæis ברייתות vocantur, nempe *Maſſecheth Sopherim*, *Semachoth*, *Calla*, & *Derech Eretz*: una cum capite quod dicitur פרק השלום. Ceterum Ordo Codicum in hac editione hinc inde abit ab eo, quem aliæ editiones ſeqvuntur. Exemplo eſt *Pirke Avoth*, de quo diximus, & *Avoda Sara*, qui in Ordine IV. ſecundum locum occupat. Eſt illa in magno apud Judæos pretio, inprimis ideo, quia loca varia exhibet poſtliminio reſtituta, quæ religionem Chriſtianam petunt: quamvis viciſſim alia, ad religionem non pertinentia vel caſu exciderint, vel conſilio minus probando ſint omiſſa, quod monet *Bartoloccius* Tom. III. p. 761. Nonnulla tamen, Chriſtianis infeſta, v. c. in *Jevammoth* eo in loco, ubi בהמות *beſtia* in aliis editt. vocantur, in *Amſtelod.* omiſſa teſtatur *Wulferus* p. 265. ad Theriac. Judaic. Idem in præfat. ad Tract. *Schekalim* obſervat, *Talmud hoc Amſtelodamenſe a reliquis Miſchnajoth editionibus immenſum quandoque diſcrepare, vel omiſſo prorſus, vel addito alio vocabulo.* Id quod idem poſtea in notis paſſim probat exemplis

plis, v. c. p. 36. ubi integram ſententiam in ea editione temere omiſſam ſuo loco ex aliis editionibus reſtituit, ſimulque monet, fuiſſe, qui duplicem memoraret editionem Talmudis Amſtelodamenſem, alteram, quam Judæus Luſitanus *corruptam* dixerit, alteram, quam *rectam* appellent Judæi. Ipſe tamen recte, me judice, negat, exſtitiſſe unquam aliam editionem Amſtelodam. præter unam iſtam. Interim fieri potuit, ut exemplaria ejusdem editionis nonnunquam inter ſe diſcreparent, quia ſcilicet forte plagulæ nonnullæ, mendis quibusdam animadverſis, denuo recognitæ & emendatæ ſunt. Idem enim in editione Bibliorum Leusdeniana, per Athiam excuſa, uſu veniſſe ſupra ſuo loco inter editiones Bibliorum monui. Ceterum diverſitates illas editionis Amſtelod. a ceteris malim a Typographi vel correctoris incutia, quam Judæorum deſtinato conſilio maximam partem repetere, cum pauciſſimæ earum ita comparatæ ſint, ut non æque ſecure ac reliqua exſcribi formis potuerint.

VII. *Francofurtenſis ad Viadrum*, typis *Michaël Gottſchalck* XII. in fol. voll. curata pro exemplo habet *Baſileenſem* illam, de qua ſupra, ita ut & hic, ſi titulo Latino credas, (n) omnia ea ſint omiſſa, quæ Marcus Marinus expungenda olim cenſuit, quod falſum eſſe vel ſolus Codex *Avoda Sara*, qui ſuo loco exſtat, evincit. In eo tamen hæc Baſileenſi præferenda eſt, quod 1) errores varii typographici aliique beneficio libri R. *Schelomo Luria*, qui dicitur חכמת שלמה & alterius R. *Schemuel Elieſer*, qui vocatur חדושי הלכות, ſint ſublati. Præterea accedit quoque Index deciſionum ritualium, ubi illæ in Maimonide, Moſe Cotſenſi & Baal Hatturim inveniantur. Hic inquam index, qui etiam in Venetis Lublinenſi &c. editionibus occurrit, in hac locupletior eſt, & ad tractatus quinque, nempe *Berachoth*, *Nedarim*, *Sota*, *Naſir*, *Nidda*, relatus, ſuper quos in reliquis editt. non exſtat. Indicem hunc ſuper Berachoth confecit

(n) Præter enim titulum Hebræum, in frontiſpicio vel Ordinum vel Codicum ſingulorum, ad exemplum editionis Baſileenſis inſcriptio Latina legitur, quæ v. c. in tractatu *Berachoth* ita habet: *Maſſecheth Berachoth, opus, in quo de Benedictionibus, de gratiis Deo agendis, de orationibus & divinis laudibus agitur: recognitum a Marco Marino Brix. Canon. Regul. D. Servatoris, & ab omnibus iis, quæ contra religionem Chriſtianam ſunt, juxta mentem Concilii Tridentini expurgatum, adeo ut non modo citra impietatem, verum etiam cum fructu, legi poſſit: antehac Baſilea editum, nunc ſecundum editionem Baſileenſem denuo emiſſum cum Privilegio S. Caſ. Majeſt. & Sereniſſimi Electoris Brandenburg. Francof. ad Oderam typis Mich, Gottſchalckii.*

Digitized by Google

fecit R. *Schemuel Halberſtadenſis*; ſuper reliquos autem ab aliis, ſuo loco memoratis, profectus eſt. Similis Index ſuper totum Ordinem *Kodaſchim* hic invenitur, una cum correctionibus & emendationibus, ex R. *Aaronis Schemuel* ברכת הזבח depromtis. Repræſentantur præterea figuræ variæ, quæ ad intelligendas *Maimonidæ* ſuper Ordinem Seraim, & *Raſchii* aliorumque ſuper *Eruvin* & *Succa* commentationes faciunt. Invenies inſuper ibidem מסורת התלמוד (de quo ſupra) in tractatus *Horajoth* & *Nidda*, ut & totum Ordinem *Tahoroth*, in quos in prioribus edit. deſiderabatur. Curata eſt hæc editio an. 457. C. 1697. ſumtus erogante *Iſſachar Behrman*, Halberſtadenſi. Tomo I. occurrit *Berachoth* pp. 93. quem ſeqvuntur omnes Codices Ordinis *Seraim* pp. 86.

Tom. II. *Schabbat* pp. 188. *Eruvin* pp. 118. & Miſchnajoth totius Ordinis Moed cum comment. Maimonidæ pp. 53.

Tom. III. *Peſachim* pp. 138. *Beza* pp. 51. *Chagiga* pp. 27. *Moëd Katon* pp. 47.

Tom. IV. *Roſch haſſchana* pp. 42. *Taanith* pp. 36. *Joma* pp. 93. *Succa* pp. 68. *Schekalim* pp. 12. *Megilla* pp. 40. Prodierunt anno 1698.

Tomus V. ex Ordine III. NASCHIM habet *Jevammoth* pp. 156. *Ketuvoth* pp. 115. ubi ſtatim ſubjiciuntur ejusdem Codicis Miſchnajoth cum comment. Maimonidæ pp. 36. Hinc ſequitur *Kidduſchin* pp. 103. Prodierunt an. 1698.

Tom. VI. *Gittin* pp. 121. *Nedarim* pp. 120. utrique editi an. 1698. *Naſir* pp. 77. ed. an. 1699. *Sota* pp. 55. an. 1698.

Tom. VII. ex IV. Ord. NESIKIN complectitur *Bava Kama* pp. 152. an. 1699. *Bava Metzia* pp. 166. an. 1698.

Tomus VIII. *Bava Bathra* pp. 226. an. 1699. *Avoda Sara* ſine titulo, ubi in ſuperiori margine non ſuo nomine, ſed ſemper per initium capitum hujus tractatus, denotatur pp. 97.

Tomus IX. *Sanhedrin* pp. 134. an. 1699. *Maccoth* pp. 26. an. 1699. *Schevuoth* pp. 60. utrique Codici deinde ſubjicitur textus Miſchnicus cum comment. Maimonidæ pp. 8. *Horajoth* pp. 18. *Edijoth* pp. 14. Hos excipiunt *Baraithoth* ſive libri quidam proprie non Talmudici, ſed poſtliminio a recentioribus in corpus Talmudic. recepti, qui ſunt אבות דרבי נתן conſtans capp. 40. *Maſſecheth Sopherim*, *Maſſecheth Semachoth*, *Calla*, *Derech Eretz*, ac denique *Pircke Avoth* cum præmiſſis octo capitibus Maimonidæ, ſicut & hujus commentarius textum *Pirke Avoth* cingit. Conſtant omnes hi tractatus pp. 32. Prodierunt omnes hi Codd. an. 1699.



Digitized by Google

Tomus X. ex Ord. V. KODASCHIM, exhibet *Sevachim* pp. 121. *Menachoth* pp. 112. *Bechoroth* pp. 69. Seqvuntur deinde Miſchnajoth Codicum Ordinis hujus omnium, præter Cholin, cum comment. Maimonidæ, ejusque ad totum Ordinem præfatione. Prodierunt anno 1699.

Tomus XI. comprehendit *Cholin* pp. 184. *Erachin* pp. 37. *Temura* pp. 34. *Kerithut* pp. 29. ac junctim *Meila*, *Kinnim*, *Middoth* & *Kinnim* pp. 38: anno 1699.

Tomus XII. exhibet *Nidda* pp. 99. ac denique omnes Miſchnajoth reliquorum capitum hujus Ordinis pp. 163. anno 1699.

VIII. Huic proxima eſt *Francofurtenſis* altera, quæ anno 1715. quo Ordo primus Seraim prodiit, cœpta & hoc anno 1721. ad finem perducta eſt. Iſta priori prorſus reſpondet, adeo, ut tituli tum Hebraici tum Latini ſingulorum Voluminum conveniant. Singuli præterea Codices iisdem in utraque editione conſtant paginis, quamvis diverſis typis & charta uſos feiſſe editores res ipſa oſtendat. In poſteriore enim typi quibus & Miſchna & Gemara expreſſa eſt, ſunt minores, ſed luculentiores & elegantiores, quam in priore: chartam vero poſterior habet minus amplam, quam prior, ſed nitidiorem. Poſterior vero hanc quoque habet prærogativam, quod ad menda eo rectius tollenda adhibitus nunc demum ſit liber מו"הרם i. e. *Meir Lublinenſis*, qui ſcripſit מאיר עיני חכמים ſive commentarium in totum Talmud, & ſubinde lectiones hactenus depravatas integritati ſuæ vindicavit. In ceteris nihil diſcriminis obſervavi. Id vero etiam monendum eſt, editionem hanc non ſolum *Francofurti ad Oderam* ex Officina *Mich. Gottſchalckii*, ſed etiam *Berolini* ex Typographeo Cl. *Jo. Erneſti Jablonskii*, (quem utrumque *Naphthali b. Iſaac*, Rabbinus Synagogæ Francofurtenſis ad Mœnum, in præmiſſa הסכמה ſeu cenſura ſua laudat) curatam eſſe. Sicut & in titulo ipſo Lector de hac re admonetur. Sumtus, quos ad priorem ſuppeditaverat *Jiſſachar Behrman*, Judæus Halberſtadienſis, ad hanc erogavit *Michaël Gottſchalckius*, quod titulus ipſe tradit, & laudatus *Jablonskius*, ſi credimus cenſuræ Rabbini modo commemorati.

IX. Agmen claudit ea, quæ *Amſtelodami* an. 474. C. 1714. fol. apud Samuelem ben Schelomo Marckes (מרקיס) & Raphaëlem ben Jehoſchua די פאלאשיוש cœpta, ſed *Francofurti ad Mœnum* mazimam ſui partem, ad ſumtus minuendos, continuata, & hoc demum anno (1721.) ad colophonem perducta eſt. Omnia ibi obſerves, quæ alias in præcedentibus editt. pleniſſimis occurrunt, & præterea aliquid amplius: nomina-

minatim contextus recognitus & a mendis pluribus liberatus eſt partim ex comparatis inter ſe exemplaribus, partim ex libris חדושי הלכות חכמת שלמה, חכמת מנוח ac præterea ex exemplari, quod R. *Joſeph Schemuel ben Zevi*, Archiſynagogus Francofurt. ad Mœnum, magna cura correxit, potiſſimum quod ad tres Ordines *Seraim*, *Kodaſchin* & *Taboroth*, qui mendis ſcatebant plurimis. Præterea indices locorum quoque in editionibus prioribus obvii emendati & aucti ſunt, ut עין משפט &c. alii vero additi, v. c. Index in Raſchii comment. item in R. Aſcher, & Piske Toſephoth. Curavit hanc editionem R. *Jehudà Arje Löw fil. Joſeph Schemuel*, Archiſynagogi quondam ad Mœnum Francofurtenſis, qui in præfatione Codici Schabbath præmiſſa totius editionis rationem exponit. Ex monitis ejus huc inprimis ſpectat, quod tractatibus ſingulis folium unum alterumque præmiſſum eſt, in quo notatæ ſunt animadverſiones, emendationes & obſervationes nonnullæ, ad tractatum illum pertinentes, & vel ex MSS. vel aliunde petitæ, quæ ſcilicet ob prolixitatem ſuam in ipſo textu Talmudico aut Interpretum locum habere non potuerunt. Tales obſervationes multas ſe ex ore *Samuelis Schotten* Rabbini Francofurt. ſoceri ſui accepiſſe, editor profitetur. Hinc in limine Tractatus *Schabbath* videas aliquot folia, ſub titulo: חלופי גרסאות המפרשים ונוסחאות אחרות וקצת פירושים באיזו מקומות ממס' שבת וחדושים שמצאתי בכ"י ישן בגליון תוספות ישנים Similes animadverſiones, ad Tractatum Berachoth pertinentes, deprehenduntur in hac editione inſertæ tractatui Berachoth p. 160. b. quæ dimidiam tantum plagulam occupant. Monet præterea editor, ſe Ordinem *Kodaſchim* ex obſervationibus R. *Iſaaci Luria* per *Bezaleelem Germanum* communicatis recognoviſſe, & notis R. *Gerſchon* illuſtraſſe, quas *Joſephum* פלנא attuliſſe *Gabriel b. Jehuda Löw*, Cracovienſis Rabbinus, in Cenſura ſua monet. Tractatus breviores (מסכתות קטנות) diligentiſſime correxit, & ex Machſor ויטרי capitibus quibusdam auxit. Addidit Maſſechet גרים, Maſſechet ארץ ישראל ſive de terra Iſraëlis, quæ ultra Sambationem ſtatuitur. Capita octo Maimonidæ, quibus Pirke Avoth illuſtravit, ornavit commentario, ipſis vero Pirke addidit commentarium Raſchii. Ipſe quoque primus in lucem protulit commentarium R. *Aſcher* ſuper Ordinem *Seraim* & *Taboroth*, cujus R. *Aſcher* mentionem facit ad Bava Kama: accepit autem ex Bibliotheca R. Davidis Oppenheimeri, & ita hic edidit, ut nonnulla omitteret in aliis Interpretibus obvia. Accedunt quoque



Digitized by Google

recens חדושי תוספות ישנים *novellæ obſervationes in Toſephot antiquas* ſuper tr. *Joma*, novellæ obſervatt. R. *Nathmanidæ* ſuper *Ketuvoth*: Toſephoth R. *Aſcher* ſuper *Bava Mezia*. In fine Ordinis *Moëd* exſtant Hilchoth Ketannoth R. Aſcher cum קצור פסקים, & animadverſiones R. Aſcher ſuper Tract. *Kidduſchin* antea deſideratæ. Cumque editor nactus eſſet Codicem antiquiſſimum libri קצור פסקי הר"אש i. e. *compendium deciſionum R. Aſcher*, manu exaratum, occaſionem accepit multa vel emendandi vel ſupplendi in prioribus editionibus, quæ multos quoque Tractatus exhibent hoc קצור prorſus deſtitutos, quibus nunc plene conſulitur. Ut autem editor Talmudici ſtudii tractationem eo faciliorem redderet, varios tractatus huc pertinentes adjunxit Codici Berachoth, ſpeciatim præfat. Maimonidæ ad Ordinem *Seraim* p. 86. b. ſqq. cum interſperſis hinc inde obſervationibus usque ad pag. 91. Poſtea ſequitur Index capitum Miſchnicorum alphabeticus p. 91. & 92. tum liber R. *Samuelis Hannagid* ſub titulo: מְבוֹא הַתַּלְמוּד *atrium Talmudis*, literis quadratis luculentis p. 92. ſqq. quem ab utroque latere cingit קצור כללי הגמרא i. e. *compendium inſtitutionum Gemaricarum* literis Rabbinicis expreſſum, & ab editore ex variis ejusmodi libris, v. c. הליכות עולם, יבין שמועה &c. collectum: usque ad pag. 96. ubi occurrunt ſpeciatim כללים ברש"י h. e. regulæ quædam generales ad intelligendos Raſchii commentarios Talmudicos facientes. Poſtea ſe offerunt regulæ de tredecim modis interpretandi Legem: & agmen claudunt 32. modi דר"א ברי יוסי הגלילי Nullis quoque ſumtibus pepercit editor, qui requirebantur ad figuras æneas, textum vel Interpretes illuſtraturas, affabre curandas. Hac ratione Codex Berachoth conſtans foliis 100. prodiit an. 1714. Reliqui vero Codices omnes Ordinis hujus I. *Seraim* anno 1715. *Schabbat* eodem anno, & ſic proceſſu temporis ſequentes, non quidem *Amſtelodami*, ſed ad levandos ſumtus *Francofurti ad Mœnum*, ubi totum opus, quod nondum ad nos perlatum eſt integrum, finem vidit an. 1721.

*Hanovienſem* Talmudis integri editionem memorari video ab *Andrea Chevillerio* de Origine Typographiæ p. 268. & quidem fide ac teſtimonio R. *Leonis*, Judæi Metenſis. Ipſe vero addit, in Bibliotheca Mazariniana duo tantum volumina ex edit. Hanovienſi exſtare, quæ annos præferunt 1618. 1621. & 1622. Neque plura unquam prodiiſſe, perſuaſum mihi habeo. Sic enim & Schabbatæus in ש"ש teſtatur, *Hanoviæ* lucem vidiſſe tractatus *Cholin* & *Nidda* an. 378. tum vero integrum Ordinem Tahoroth ibid, 380. fol.

Ex

X. Ex hac variarum editionum Talmudis recenſione patet, Venetam editionem *Bombergianam* primam eſſe, *Juſtinianeam* vero illa pleniorem, atque adeo fontem reliquarum omnium, quæ eam ſecutæ ſunt, *Cracov.* ſpeciatim & *Lublinenſis*; *Baſileenſem* expurgatam a Chriſtianis & caſtratam, adeoque inter Judæos inprimis neglectam: *Lublinenſem* raram, *Amſtelodamenſem* anni 1644. nitidam, poſtremam vero Amſtelodamenſem & maxima omnium ex parte Mœno-Francofurtanam pleniſſimam. Quamvis igitur tam multæ exſtent editiones Talmudis, uſu tamen venit, ut omnes conſpirent in mendo manifeſto, id quod exemplo evincit Cl. *Edzardus* p. 577. ad cap. II. Avoda Sara, qui etiam alibi loca quædam ex ingenio emendat. *Joſephum Voiſinium* Talmudis, neſcio an integri, editionem molitum fuiſſe ex ejus verbis patere videtur, quæ in notis ad Raymundi Martini proœmium in Pugionem Fidei ita leguntur: *Tractationem eorum rejiciemus ad Pandectas Talmudicas, quas brevi, Deo juvante, in lucem edemus.*

Exſtant præterea Codices quidam Talmudici ſigillatim editi. Totus Ordo *Seraim* cum commentario perpetuo R. Abrah. b. Chajim Liſchkar ſub tit. באר אברהם *Francof. ad Viadr.* 423. C. 1663. in 4. Ordo *Taboroth Hanoviæ* 380. C. 1620. fol. pp. 163. Ita aliquot Tractatus Talmudici *Temura*, *Meila*, *Middoth* ad exemplum editionis *Venetæ* ex officina Marci Antonii Juſtiniani editi ſunt, additis R. *Salomonis Luria* correctionibus ex libro ejus חכמת שלמה *Lublini* 339. C. 1579. fol. Alii ad ejusdem editionis Venetæ exemplum *Cracov.* 340. C. 1580. fol. Reliquos Codices, ſeparatim in lucem prolatos, literarum ordine nunc recenſebo:

*Avoda Sara*, Theſſalonicæ in fol. anno neſcio quo, cum titulus illius exemplaris, quod apud Cl. *Georg. Eliezer Edzardum* vidi, deſideretur. Theſſalonicæ tamen prodiiſſe evincit comparatio typorum hujus libri cum formis librorum aliorum, in eadem urbe editorum, qualis eſt ספר הגדרים. Ceterum ſingula hujus editionis folia in tres columnas abeunt, quarum media exhibet contextum literis quadratis expreſſum, altera commentarium Raſchii, altera vero Toſephoth. In fine exſtant Piske Toſephoth & Maimonidæ expoſitio τῶν Miſchnajoth, cum R. *Aſcheris* commentario. Conſtat paginis 96.

Idem Codex prodiit *Lublini* 332. C. 1572. fol. *Cracoviæ*, teſte B. *Joh. Mullero* in Judaiſmo p. 34. & *Amſtelod.* an. 472. C. 1712. per Moſen Dias & Schimon Schammaſch pp. 96.

*Avoth* cum R. Maimonide & Raſchi, *Mantuæ* an. 320. C. 1560. per Typographum Jac. Naphtali מנאוולר & alibi ſæpe; vide ſupra recenſionem Codicum Miſchnicorum ſuo loco p. 701.

*Bava*

*Bava Bathra* cum Toſephoth, uno volumine *Conſtantiæ* in folio, ſi credimus Catalogo librorum Hebraic. Erpeniano, ubi tamen legendum omnino videtur *Conſtantinopoli.* Ibi enim *Gerſon*, Soncinatum aliquis, qui ſe vocat גר שם פוערו i. e. *qui commoratur Piſauri*, eum Codicem, ſine anno notato, edidit in fol. pagg. 60. Ultimum caput eſt גם פשוט.

Prodiit etiam cum Raſchii comment. *Lublini* 336. C. 1576. fol. pp. 236. & *Amſtelod.* 462. C. 1702. apud Moſen ben Abraham.

*Bava Kamma Theſſalonicæ*, an. 323. C. 1563. fol. apud Joſeph ben Iſaac Jabetz, *Lublini*, 382. C. 1522. *Sulsbaci* item, & *Wilmersdorf.* an. 476. C. 1716. fol.

*Bava Mezia*, *Sulsbaci* in fol. ſine anno, *Amſtelod.* 462. C. 1702. apud Moſen b. Abraham, & *Wilmersdorf.* an. 476. C. 1716.

*Berachoth* cum comment. *Raſchii*, *Toſephoth* & *Piske Toſephoth*, tum vero cum commentario Maimonidæ in Miſchnam, *Soncini* in membrana an. 244. C. 1484. per Gabrielem ben Aaron Strasburg (שטרשבורק) fol. quam editionem Oppenheimerus, qui poſſidet, omnium inter Hebræos libros cenſet antiquiſſimam. Bartoloccius eandem editionem memorans annum definit 249. C. 1489. quia ſcilicet vocem ſymbolicam הגמרא, qua annus ſignificatur, aſſumto in computi rationem τῷ ה, adhibuit, quod cum Schabbatæo in Siphte Jeſchenim rectius puto, more alias recepto, omitti. Addit Bartoloccius ibidem, Codicem *Beza* ſimul excuſum eſſe, & quidem apud R. *Salomonem ben Iſraël de Soncino.* Sic *Chevillerius*, forte Bartoloccium imitatus, de Origine Typographiæ p. 265. editionem Codicis *Berachoth* & *Beza* Soncinatenſem anni 1489. & ejus exemplo *Mich. Mattaire* in Annalibus Typographic. p. 210. memorat.

*Beza* ſeorſim apud Bomberg. *Venet.* 290. C. 1530. *Lublini* 328. C. 1568. fol. per Jac. b. David Gutraht, Iſaac b. Elieſer, Kalonym. b. Mordechai, & Elieſer b. Meſchullam. *Francof. ad Oder.* 454. C. 1694. Juxta edit. Venetam M. Antonii Juſtiniani *Wilmersdorfii* 472. C. 1702. f. apud Iſraëlem ben Meir Pragenſem, pp. 40. *Halæ* apud Moſen b. Abrah. *Offenbaci* 471. C. 1717. 8. pp. 72. cum comment. Raſchi & Toſephoth per David b. Schelomo גינץ & Jechiel b. David טריוש.

*Beza* & *Berachoth*: v. Berachoth.

*Beza* & *Schekalim* cum comment. Raſchii, Toſephoth, Piske Toſephoth & Aſcheris expoſitione *Venet.* fol. editos video memorari in Catalogo librorum Hebraic. Erpeniano, quam editionem neſcio utrum ſeparatim factam ſtatuere, an de parte edit. Venetæ *Bombergianæ* aut *Juſtinianea* interpretari debeam. Lucem

Lucem quoque vidit *Cracov.* 347. C. 1587. fol. per Jechiel ben Jedidja: tum *Baſileæ*, item *Amſtelod.* 1688. fol. apud Benveniſte, iterumque ibid. 474. C. 1714. fol. apud Salom. Probs, ita quidem, ut per ſigna diſtinctionum argumenta diverſa a ſe invicem, & objectiones a ſolutionibus, dicta vero Raſchii a verbis Gemaræ certa literarum figura ſeparentur.

*Chagiga* cum Raſchi, Toſephoth, Piske Toſephoth, &c. ut in edit. Amſtelodamenſi, 1714. fol. apud Moſen fil. Abraham Mendes, curam correctionis ſuſtinente Aarone אבאי, pp. 29. *Sulsbaci* fol. ſine anno: item *Wilmersdorf.* per R. *Hirſch* f. *Chajim* an. 460. C. 1700. pp. 27. De *CPolitana* edit. vide inferius ſub *Megilla Chulin*, Hanoviæ 382. C. 1622. fol.

*Eruvin* cum Raſchi & Toſephoth, *Lublin.* 326. C. 1566. fil. Vidi in Biblioth. Oppenheimeriana eundem tractatum in folio ſine notato anno locove (quem *Theſſalonicam* vel *CPolin* eſſe ex formis conjicio) editum. In calce exſtant nonnulla, quæ ſcripta ſunt ab Abrahamo f. Schemuel אשכרא, cognomine Zarpathi. Conſtat volumen pp. 137. Ibidem exſtat editio CPolitana, juſſu Davidis פורטירו curata, & ab Iſraële Germano correcta, ſine anno notato, in fol.

*Gittin*, Francof. ad Mœnum an. 468. C. 1708. fol. apud Matth. Andreæ pp. 111.

*Jevammoth*, Lublin 341. C. 1581. fol. item a Soncinatibus, nominatim *Gerſone Piſaurenſi* 269. C. 1509. pp. 158.

*Joma* cum *Peſachim*: vide *Peſachim.*

*Kidduſchim*, cum Raſchi & Toſephoth, omnibusque ceteris, quibus editio Veneta Juſtiniani inſtructa eſt, ac præterea aliis commentationibus, nominatim obſervationibus רי"ד R. *Moſche Nachmanide*, & R. Jom Tov b. Abraham, quibus & comprehenduntur notæ רש"בא i. e. R. *Schelomo b. Adrath* & הר"נ i. e. R. *Niſſim.* *Sabionetæ* an. 313. C. 1553. fol. apud Tobiam Pua per Cornel. Addelkind pp. 101. Horum commentariorum editio, ſed ſine textu Talmudico repetita eſt *Berolini* an. 1715. 4. In editionis hujus pag. 104. monetur pro רי"ד nonnullos legere malle ר"יר & interpretari per ר' ישעיה ראשון i. e. R. *Jeſaia prior.*

*Idem* Codex cum Raſchi & Toſephoth ſeorſim, *Lublini* 331. C. 1571. fol. in Bibl. Oppenh. In eadem vidi & aliam cum Raſchi, Toſephoth, Piske Toſephot & Aſcher ſine loco & anno curatam pp. 91. In fine exſtat nomen Moſis f. Daniel של"יט, quod puto Typographi nomen. Memoratur etiam זאלקווי

*Ketu-*

*Ketuvoth* ad fidem edit. Venetæ Juſtinianeæ, *Sulsbac.* fol. pp. 142.

*Maccoth*, Amſtelodami 450. C. 1690. apud Moſen b. Abraham item *Wilmersdorf.* 476. C. 1716. fol.

*Menachoth*, cum comment. Raſchii & Rambam, Amſtelod. 407. C. 1647. 4.

*Megilla*, *Sulsbaci* in fol. ſine anno; item *Hala* 450. C. 1690. apud Moſen ben Abraham) pp. 32. Idem cum *Schekalim* & *Chagiga* ex ed. CPolit. laudatur in Catal. libb. Oriental. Erpeniano.

*Naſir*, *Cracov.* 364. C. 1604. apud Iſaac b. Aaron Proſtitz, pp. 66.

*Nedarim*, *Cracov.* 364. C. 1604. pp. 119.

*Nidda*, *Lublini* 332. C. 1572. & *Cracov.* 380. C. 1620. 4. pp. 129. cum Raſchi. *Hanov.* 378. C. 1618. fol. ad exemplum edit. Venetæ Juſtinianeæ, ſed ita, quod in titulo Latino monetur, ut recognita ſit, & juxta mentem Concilii Tridentini approbata, id eſt, ut Baſileenſi expurgatæ reſpondeat. Conſtat pp. 80.

*Peſachim* & *Joma* CPoli, cum animadverſionibus R. Salom. Luria in fol. ſine anno notato per Salom. & Joſe b. Iſaac Iabetz.

*Roſch haſſchana*, Lublin. 382. C. 1622. fol. *Francof. ad Viadr.* 453. C. 1693. fol. *Amſtelod.* 474. C. 1714. pp. 35. per Moſen ben Abraham.

*Sanhedrin*, *Cracov.* 380. C. 1620. 4.

*Schabbath* cum Raſchi & Toſephoth, item Piske Toſephot Francofurt. ad Viadr. apud Mich. Gottſchalck juxta edit. Venetam Juſtinianeam.

*Schekalim*: vide *Megilla*, *Francof. ad Mæn.* cum comment. R. Eliæ fil. Löw Wiſchnitz in 4.

*Schevuoth* cum Raſchi & Toſephoth, *Lublin.* 319. C. 1559. fol. & 371. C. 1611. f. apud Abrah. b. Kalon. Japhe pp. 64. *Theſſalonic.* 325. C. 1565. apud Joſ. b. Iſaac Jabetz, *Amſtelod.* 461. C. 1701. & 463. C. 1703. f. apud Moſ. b. Abrah. Mendes, item *Solcov.* 454. C. 1694. f. apud Vri Veibs.

*Sevachim*, cum commentario *Raſchi* & *Rambam*, *Amſtelod.* 407. C. 1647. 4.

*Sota*, *Cracov.* 364. C. 1604. apud Iſaac b. Aaron Proſtitz, pp. 50.

*Succa*, Lublini 328. C. 568. fol. *Cracov.* 364. C. 1604. pp. 119. & *Amſtelod.* 464. C. 1704. apud Moſen b. Abrah. Mendes & ibid. 469. C. 1709. f. pp. 69. nec non *Francof. ad Mæn.*

*Taanith*, Lublini 337. C. 1577. fol. per Kalon. b. Mordechai Japhe.

Olim

Digitized by Google

Olim raro obvium erat Talmud, & magno quoque pretio ægre comparari poterat. *Reuchlino* quidem non mirum eſt id nunquam conſpectum fuiſſe, cum eo anno, quo is obiit, (erat is 1521) Bombergii cura in lucem primum edi inciperet. Vide ejus Speculum Oculare plag. B. p. 3. b. ubi teſtatur, ſe illud nanciſci non potuiſſe, & credere, multa in eo contra CHRISTUM adferri. Idem p. 3. quatuor Talmudis Partes facit, nempe I. de rebus ſacris, feſtis & cerimoniis. II. De herbis & ſeminibus. III. De conjugio & uxoribus ac IV. de judiciis & juribus. Addit autem, Petrum Nigri in libro *Stella Meſſiæ* ſex partes numerare. Id vero mireris, Theodor. Hackſpanium ſerii ſui voti de Talmude integro aliquando videndo compotem factum non eſſe, quod refert Wagenſeilius in Spe Iſraëlis p. 33. ubi addit, Buxtorfium ducentos imperiales pro exemplari Talmudis comparando accipere olim conſveviſſe, centum, quibus ipſe redimeret, centum autem pro impenſa a ſe opera. Sic & *Schickardus* in præf. ad Bechinat Happeruſchim ſcribit, Venetam Talmudis editionem ob integritatem & raritatem tanti fieri a Judæis ut vix centum imperialibus emi poſſe videatur.

Non deſunt MSS. exemplaria Codicum ſeparatorum: v. c.

Maſſecheth *Jevammoth* & *Kidduſchin* cum Chidduſche Toſephoth, quæ non ſunt editæ, exſtant MSS. in 4. in Biblioth. Oppenheim. in membrana. Volumen eſt amplum, ubi textus Miſchnæ & Gemaræ expreſſus eſt liberis quadratis, quem cingit dictus ille commentarius.

Nobiliſſimus doctiſſimusque *Uffenbachius* inter Codices MSS. ſuos poſſidet nonnullos codices Talmudicos, v. c. *Roſch haſſchana*, *Succa*, *Beza*, *Maccoth* & *Schevuoth*, recentiori manu ad fidem editionis Amſtelodamenſis exaratos, de quibus vide catalogum Bibliothecæ Uffenbach. Part. I. p. 246. & 376. ſqq. Is enim, ceu recte Cl. Majus p. 248. monet, Judæorum pauperculorum mos eſt, ut cum totum corpus Talmudicum comparare ſibi nequeant, unum alterumve ſibi tractatum conſcribant vel conſcribendum curent. Tractatus illi clauduntur certa precandi formula, quam totam ibidem invenies. Ea autem uti ſolent, ubi codicem vel ex parte, vel integrum, abſolverunt perlegendo.

 CA-

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## De fatis Talmudis inter Judæos.

*I. Doctores Gemarici. II. Seburai. III. Geonai. IV. Rabbanim. V. ſinguli & omnes Talmudis Interpretes in Academiis variis, quarum VI. nomina recenſentur cum VII. nominibus Doctorum variis, ſicut VIII. ipſæ Academiæ in Palæſtina & IX. ac X. in Babylonia excitatæ enumerantur XI. Scriptores de Academiis Judaicis Chriſtiani XII. XIV. Fata & ſucceſſio doctrinæ Talmudicæ.*

I.

POſtquam *Jehudæ Sancti* opera, ſupra enarrata, traditiones majorum in corpus collatæ fuiſſent, non defuerunt, qui illis lucem affundere interpretationibus ſuis conarentur. Hinc prognatæ ſunt commentationes Gemaricæ, quarum mentio ſupra facta eſt. His promulgandis, & primum quidem cum diſcipulis audientibus, tum vero & cum aliis, communicandis occaſionem amplam fecerunt Academiæ & Scholæ Judæorum, in Palæſtina æque ac Babylonia frequentatæ, & variis Doctorum generibus, quos nomina ipſa a ſe invicem diſtingvunt, inſtructæ. Poſt *Miſchnicos* ſcilicet ſive תַּנָּאִים, qui Sæculo III. poſt C. N. ineunte in R. Jehuda Sancto finem invenerunt, caput efferre cœperunt אֲמוֹרָאִים *Amoraitæ*, vel *Amorai*, quos alii cum *Scaligero* de Emendatione Temporum p. 614. *Sophiſtas*, alii cum *Altingio* in Hiſtoria Academiarum Judaicarum *γνωμολόγυς*, *ſententiarum dictatores*, alii cum *Bortoloccio* Tom. III. Biblioth. Rabbin. p. 663. *Dicentes* vel *Diſceptantes* ideo quod more Scholaſtico inter ſe invicem diſputarent, & ſententias conferrent, vocant. In *Halichoth Olam* f. 5. 1. vocantur per aphæreſin מוראים, doctrina vero eorum הוראה, quæ alias per מימרא ſignificatur. Illorum ordo ſeptem omnino generationibus & ducentorum ac quinquaginta annorum ſpatio abſolvitur, atque ideo in Sæculum poſt C. N. quintum producitur.

II. Eos ſecuti ſunt סְבוֹרָאִים *Seburai*, a סָבַר i. e. *opinando* dicti; unde a *Bartoloccio* Tomo III. p. 667. cum *Opiniſtis*, ab *Altingio* vero Tomo V. Opp. p. 246. in hiſtoria Academiarum Judaicarum cum *Scepticis* conferuntur. Non abit R. *Gedalja* in *Schalſcheleth Hakkabbala* fol. 34. 2. ed. Cracov. ita ſcribens: לפי דעתי נקראו סבוראי לפי שנתגלגלו לישראל צרות משונות ולא היו יכולין הישיבות ללמד על מי מנוחות והיו

:והיו מפלפלים על הבנת המשניות כפי הסברות h. e. interprete Buxtorfio p. 1428. Lexici Rabbinici: *ſecundum meam ſententiam vocantur* סבוראים *Opiniſtæ, quia obtigerunt tum Iſraëlitis tribulationes variæ, ut non poſſent Academiæ docere quiete, & ipſi diſputarent de compoſitione Miſchnajoth* (traditiones, quod illuſtrationis cauſa Buxtorfius addit, primæ ſunt, ſuper quas Talmud exſtructum eſt) *per modum* סברות *opinionum probabilium ac diſputabilium.* Obiter hic monere fas ſit, verba על הבנת המשניות rectius accipi *de ſenſu Miſchnajoth*, h. e. quomodo traditiones illæ recte *intelligendæ* ſint, ex radice בין, quam de *compoſitione* & ſtructura corporis hujus, ex בנה, unde præſtantiſſimus Buxtorfius derivandum putavit. Neque enim *Seburæi* de ſtructura corporis hujus tanquam ædificii ſoliciti eſſe poterant, cui ſcilicet colophon jam erat impoſitus; at laborare poterant de vero traditionum ſenſu, qui per obſcuras & impeditas Gemaricorum diſputationes plus caliginis quam lucis hactenus acceperat. Agmen illorum teſte Abrahamo in libro Cabbalæ pag. 38. a. l. 27. edit. Amſtelod. ducit *Rav Joſe*, Rector Academiæ Soranæ, A. M. 4236. C. 476. cui præfuit annis 38; continuarunt autem *Rav Simona* & *Rav Ina* viginti circiter annis poſt, cum Rav Simona Pumbedithanam Academiam adminiſtrarit usque ad A. M. 4300. C. 540. Poſt illum ceſſarunt Scholæ in Babylonia, ob bellorum Perſicorum calamitatem, per quinquaginta annos. Iſtis elapſis animum denuo ſumſerunt iidem Doctores, & per tres generationes, poſt binas ſubſequentes, in R. *Schiſchana* demum, 4449. C. 689. exſpirarunt. Tota itaque eorum ætas quinque generationibus annis autem 187. abſolvitur, calculum ita diſerte, poſtquam ſigillatim omnia recenſuerat, ſubducente *Abrahamo ben Dior* l. c. p. 38. b. l. 30. his verbis: ומת רב שישנא בשנת ד׳ אלפים תמ״ט והוא סוף רבנן סבוראי חמשה דורות ושנותיהם קפ״ז. h. e. *Et obiit Rav Schiſchana anno* 4449. *atque ille finis eſt Rabbanan Seburæorum quorum ſunt quinque generationes, & anni* 187. Hinc non video qui doctiſſimus alioquin, & in hoc doctrinæ genere verſatiſſimus *Jac. Altingius* in hiſtoria Academiarum Hebræarum Tomo V. Opp. p. 246. & ejus exemplo alii, tradere potuerint, *Seburæos cathedras Babylonicas annos fere ſexaginta obtinuiſſe, difficilibus ob bella Perſica temporibus, ita ut quinquaginta annorum interregnum ſtatuant, quibus Babylonica Schola neglecta quaſi jacuerunt.* Quam in rem provocat ad *Abrah. b. Dior* l. c. qui tamen illam temporum difficultatem tantum ſecundam Seburæorum generationem adflixiſſe tradit,

 dit,

dit, qua poſt 50. annos elapſa tres generationes aliæ meliori fortuna uſæ ſint.

III. *Sebur aos* ſecuti ſunt גְּאוֹנִים *Geonai*, i. e. *excellentes*, *illuſtres*, a præſtantia doctrinæ, quam vel ipſi ſibi tribuebant, vel cujus opinione apud alios florebant, appellati. Ita enim Maimonides in præfat. ad *Jad chaſaka*: חכמים שעמדו אחר חבור הגמרה ובנו בו ויצא להם שם כל בחכמתם הם הנקראים גאונים: h. e. *Omnes Sapientes, qui vixerunt poſt compoſitam Gemaram, & in ea exſtruenda laborarunt, nomenque ſibi ſapientia ſua compararunt, illi vocantur Geonai.* Ea nominis origo certior omnino eſt & quæſitis affectatisque a Judæis honorum titulis accommodatior, quam quæ aliis, neſcio an unquam vere & ſerio, placuit; qui ſcilicet in ea voce ſymbolum tractatuum 60. (tot enim literæ vocis גאון efficiunt) in quos Talmud diſtinctum eſſe ajunt, videre ſibi viſi ſunt. Primus illorum eſt R. *Chanina* Neharpekodenſis, quem Academiæ in Babylonia Pumbedithanæ per octo annos usque ad A. M. 4457. præfuiſſe atque adeo A. M. 4449. C. 689. rectoratus ſui initium feciſſe auctor eſt *Abraham* in libro Kabbalæ p. 39. a. l. 1. Iſtorum doctorum claſſis & ordo per ſeptem generationes, non interrupta ſerie, perſtitit usque ad *Hai Gaon*, quem ultimum eorum facit *Abraham* l. c. p. 41. a. l. 5. eumque obiiſſe tradit A. M. 4798 i e. C. 1038. Quamvis enim *Chiskija*, nepos (non filius, quem Altingius facit l. c. pag. 246.) *Davidis Sachai*, in locum Chaninæ fuerit ſuffectus, per biennium is tantum hanc dignitatem tenuit, in carcerem Regio juſſu conjectus & deinde trucidatus. Hinc conſequitur Geonæorum catenam per 349. (pro quo apud *Bartoloccium* Tomo III. p. 668. b. 448. legitur) continuatam fuiſſe. Cum iſtis vero Doctoribus Scholæ & Academiæ Babylonicæ deletæ ſunt, filiis *Chiskija* duobus cum aliis vel in Africam vel in Hiſpaniam abeuntibus, ibique rerum ſuarum & diſciplinæ ſedem figentibus.

IV. Atque ibi quidem ruinæ Judaismi conſulere denuo conati ſunt alii, qui רַבָּנִים ſeu *Magiſtrorum* nomine inſigniuntur. Lege Abrahamum in lib. Cabbalæ p. 44. a. l. 23. ſeq. ubi ita: דורם של שלשה אלה רב חננאל ורב שמואל הלוי הנגיד הוא הדור הראשון ברבנות וחזר כתר התלמוד בספרד והיו שם ה׳ רבנים: i. e. *& ætas trium illorum, nempe Rav Chananel & Rav Niſſim & Rav Schemuel Levita Hannagid efficit generationem primam Rabbanatus* (i. e. claſſis Doctorum, qui Rabbanim vocantur) *& reverſa*

*reverſa eſt vis ac copia doctrinæ Talmudicæ in Hiſpaniam* (ſcilicet ex Africa, de qua antea erat locutus) *atque ibi extiterunt Rabbanim quinque :* R. *Iſaac ; Hiſpani duo ; Rav Iſaac b. Baruch ,* & *Rav Iſaac ben Jehuda , ac duo alienigenæ.* Et ſub iſto quidem titulo *Rabbanim* inde ab eo tempore usque ad noſtram ætatem Doctores Judaici doctrinæ ſuæ merces proponere conſveverunt Obſignabimus hæc, quæ adhuc de diverſis Magiſtrorum Ordinibus dicta ſunt, illuſtri teſtimonio *Abrahami* lib. cit. p. 46. a. l. 19. ſqq. quippe ex quo tanquam fonte reliqui Judæorum Hiſtorici ſua hauſerunt. Verba ejus, brevitatis ſtudio, latine repræſentabo: *Decem ſunt*, inquit is, *generationes inde a Prophetis Haggai, Zacharja, & Malachia usque ad* רי״בז i. e. *R. Jochanan fil. Zachai, & quinque generationes Miſchnicorum, & ſeptem Gemaricorum, quæ junctæ efficiunt 22. usque ad finem Gemaricorum.* Rabbanan Seburæi *continentur generationibus quinque*, Geonæi *totidem, tribus vero* Rabbanim, *quarum una eſt trium iſtorum Rav Niſſim, Rav Chananel & Rav Schemuel Hannagid. Et in altera Generatione quinque* Rabbanitarum *invenis Iſaacos : præter quam eſt generatio Rav Joſephi Levitæ & Rav Baruch b. Rav Iſaac. Ita prodeunt quatuordecim generationes inde ab obſignatione Talmudis usque ad obitum Rav Joſeph Levitæ. Summa tota conſtat generationibus 36. inde ab Haggæo, Zacharia & Malachia usque ad Rav Joſeph Levitam.*

V. Diverſi illi Doctores in diverſis Academiis Palæſtinæ, Babyloniæque tum vero in Occidentalibus regionibus primum quidem Miſchnam tanquam textum promulgarunt, eumque a R. Jehuda Sancto collectum Gemara ſeu diſputationibus ſuis illuſtrarunt, ſuper quibus alii, Seburæi ſcilicet & Geonæi alias inſtituerunt commentationes, quas, tamen in literas, ſi pauca quædam exceperis, non retulerunt, ſive quod corpus illud Talmudicum prudentibus jam mole ſua laborare videretur, ſive quod tanta non eſſet Doctorum inferioris illius ætatis auctoritas, ſive quod calamitates, frequentibus bellis & exſiliis oblatæ, operam illam interverterent. Hinc & *Zemach David* de Seburæis ad an. 4234. ita ſcribit: רבני סבוראי הם היו אחר חתימת התלמוד ולא הוסיפו על התלמוד ולא גרעו ממנו h. e. *Rabbanan Seburai fuerunt poſt obſignatum Talmud, neque illi addiderunt quidquam Talmudi, neque diminuerunt.* Ex *Geonæis* pauci ſunt, qui Talmudica ſeu ritualia inſtituta ſcriptis, quæ adhuc ſuperſunt, illuſtrarunt. Illi ſunt R. *Simeon Kaijera* A. M. 4500. cui tribuuntur *Hilchoth Gedoloth ;* Raf *Acha ex Schebacha* an. 4510. cujus exſtant שאלתות ſive quæſtiones ; Rav *Jehuda b. Nachman*, an. 4515. cujus הלכות פסוקות æta-



Digitized by Google

ætatem non tulerunt. Accedit his R. *Scherira Gaon* an. 4727. cujus eſt *epiſtola* in libro *Juchaſin* conſervata, & R. *Hai Gaon*, Geonæorum ultimus an. 4757. C. 997. cujus varia ritualia exſtant Part. I. Bibl. Hebr. n. 541. commemorata; nec non *Raf Samuel Chophni*, de quo ibidem n. 2066. Id certum eſt, Academias Judaicas ut enitendo ita lambendo monſtroſo huic fœtui occaſionem ſuppeditaſſe. Teſtatur id *Zemach David* in loco jam ſupra pag. 675. allato. *Collectionem Miſchnajoth*, inquit is, *ratam habuerunt & receperunt Iſraelitæ omnes, & in ea intelligenda occupati fuerunt vivente adhuc Rabbi, in Scholis terræ Iſraëlis, bini filii ejus* (R. Jehudæ) *Rabban Gamliel & R. Schimon, & R. Chaija, R. Oſchaja, R. Chanana, & R. Jochanan, eorumque ſocii in Scholis vero Babylonis operam ei navarunt Rav & Schemuel, diſcipuli R. Jehudæ.* Poſt eorum ætatem eandem conſvetudinem Talmudicis ſtudiis operandi in Academiis conſervatam fuiſſe & Magiſtrorum teſtimonia docent, & magna illa, in qua Talmud apud Judæos fuit, exiſtimatio credere jubet. Confer *Jac. Altingium* in Hiſtoria Academiarum Judaic. Tom. V. Opp. p. 245.

VI. Eas Academias & Scholas variis nominibus inſigniunt Hebræi. Audiunt enim illis בָּתֵּי מֶדְרָשׁוֹת i. e. *ædes diſquiſitionum*, & in ſingulari numero בֵּית מֶדְרָשׁ ideo ſcilicet, quod accuratiori ſtudio in ſenſum Legis vel ſcriptæ vel oralis ibi inquiri ſoleat. Vocatur quoque Academia בֵּית רַבָּנָן *domus Doctorum*, ſicut Schola trivialis appellatur בֵּית רַבָּן ceu ex Raſchii Gloſſa quadam monet Cl. *Campegius Vitringa* de Synagoga vetere lib. I. p. 140. Communiſſima & Academiis, diſcipulorum copia illuſtribus, propria eſt appellatio יְשִׁיבָה & ex Chaldaica forma מְתִיבָא aut מְתִיבְתָא, a conſeſſu ſcilicet diſcipulorum. Hinc ab *Abrahamo* in libro Cabbalæ Rector Academiæ ſæpe ſolet vocari רֹאשׁ יְשִׁיבָה. Ab illa parum abit altera בֵּית הַוַּעַד i. e. *domus congregationis* in Sanhedrin fol. 97. a. item בֵּית אוּלְפָּנָא *domus doctrinæ*, בֵּית רַב *domus doctoris*, ſcilicet publici, apud auctorem *Halichoth Olam* cap. 3. p. 44. Nec deſunt nomina allegorica, quo pertinet, vox סִדְרָא a סֵדֶר i. e. *ordo*, qui inter ſedendum a diſcipulis obſervatur, & כֶּרֶם aut כַּרְמָא i. e. vinea; vide *Philip. Aquinatem* in Lexico, ſuo loco. Horum nominum origines & rationem conſveta ſibi induſtria ediſſerit Cl. *Vitringa* l. c. p. 137-144. cum quo conferes, ſi placet, *Iac. Rhenferdium* de Decem Otioſis p. 36. ſq. & *Georg.*

*Urſini*

Digitized by Google

*Urſini* Antiquitates Hebræorum Scholaſtico-Academicas cap. III. p. 50. Nos acquieſcemus nunc in uno R. *Iſaacidæ* loco ad *Ketuvoth* fol. 105. ubi diſtinguit nomina, quæ ſecum invicem confundi aut permutari poſſunt. Ita autem ille: בתי דינין של עשרים ושלושה בתי כנסיות להתפלל בתי מדרשות למשנה ולתלמוד· בתי סופרים ללמוד תינוקות: i. e. *Domi Judiciorum ſunt* 23. *Virorum: domi Synagogarum ſ. congregationum ad precandum: domi diſquiſitionum ad Miſchnam & Talmud* i. e. Gemaram; *& domi Scribarum* (i. e. ſcholæ triviales) *ad inſtitutionem puerorum.* Hinc apparet בֵּית מִדְרָשׁ adhiberi de Scholis, ad provehendum ſtudium Talmudicum accommodatis. Nec refert, publicæ ne illæ ſint, & numero diſcipulorum illuſtres, an privatæ, & paucos numerantes auditores. Utræque enim eodem veniunt nomine, niſi quod, ceu modo admonitum eſt, Scholæ publicæ, eæque majores, quales adhuc hodie Judæi *Pragæ*, *Lublini* &c. habent, proprie יְשִׁיבוֹת appellantur, quemadmodum Doctores ſeu Profeſſores מַרְבִּיצֵי תּוֹרָה i. e. *qui recubare faciunt Legem*, audiunt. Ita enim explicat *Elias Levita* in Tiſchbi: כן קראו בעלי ישיבה שיש להם תלמידים רבים בתלמוד: h. e. *ita vocant Profeſſores Academiarum, quibus multi ſunt diſcipuli in ſtudio Talmudico.*

VII. Sed quemadmodum Academiarum & Scholarum, ſic & Doctorum diverſa nomina & honorum titulos recentior ætas, quæ a Chriſto nato fluxit, ſuppeditavit. Antiquitas enim omnem illum titulorum apparatum ignoravit, teſte R. *Nathan* in Aruch, voce אביי, cujus hæc ſunt verba: הדורות הראשונים שהיו גדולים מאוד לא היו צריכין לרברבן לא ברבן ולא ברבי ולא ברב לא לחכמי בבל ולא לחכמי ארץ ישראל שהרי הלל עלה מבבל ולא נאמרה רבנות בשמו: i. e. *Ætates ſuperiores, quæ erant præſtantiſſimæ, non opus habebant ſe ampliare* (titulis) *neque per Rabban, neque per Rabbi, neque per Rav, ſive hoc de Babyloniæ ſive de Terræ Sanctæ Sapientibus intelligas. Nam Hillel profectus eſt ex Babel, neque Rabbini titulo inſignitum fuit nomen ejus.* Quod majores Judæorum prudenter averſati ſunt, id poſteri tanto ardore quæſiverunt, ut jam Sanctiſſimi Servatoris & Domini noſtri Jeſu Chriſti reprehenſionem incurrerent *Matth.* XXIII, 8. cui eoſdem noſtra ætate obnoxios cenſuit R. *Mardochæus* in Notitia Karæorum p. 59. ridens Rabbanitas, *qui Deos ſibi faciunt argenteos & Duces aureos, literisque operam dent, eo conſilio, ut vocentur Rabbi, & ut colligant numos, cibisque impleantur, & ſplendide veſtiantur.* Communiſ-

muniſſimi ejusmodi Doctorum, non ſolum publicorum, ſed umbraticorum quoque & eorum, qui nonnihil ſupra reliquos ſapere vel ſibi vel aliis videntur, tituli ſunt רַבִּי, רַבָּא, רַב, רַבּוֹתֵינוּ, מוֹרֵנוּ, מ״ר, מַר,
חֲכָמִים, חֲכָמֵינוּ, רִבִּי, רַבָּן, רַבָּנִין, רַבָּנִים, רַבָּנָן. Et illorum quidem ſolemni ritu, h. e. in promotionibus Scholaſticis ſeu Academicis, ante quas Studioſi חברים titulo (de quo vide quos citat *Urſinus* in Antiquitatibus Judæorum Scholaſticis p. 185.) ornabantur, participes fieri ſolebant. De iſtis legi poſſunt ex Judæis *Elias Levita* in Tisbi, R. Nathan in Lexico Talmudico ערוך R. *David Ganz* in Zemach David ad an. 3500. & 3768. & *Leo Mutinenſis* in hiſtoria rituum Judaicorum Parte II. c. 3. ex Chriſtianis autem *Jac. Altingius* in hiſtoria Promotionum Academicarum apud Hebræos Tomo V. Opp. p. 247. *Jul. Bartoloccius* in Biblioth. Rabbinica Tom. II. p. 794. & Tom. IV. p. 252. 663. 668. &c. *Jo. Buxtorfius* in Lexico Rabbinico-Talmudico ſuis locis, inprimis p. 2175. & in Abbreviaturis p. 172. ſqq. *Jo. Hoornbeeckius* in prolegomenis ad libb. de convincendis Judæis p. 33. *Jo. Henr. Hottingerus* in Hiſtor. Eccleſiaſt. Sæc. XV. p. 952. *Jo. Henr. Otho* in Lexico Rabbinico-Philologico ſuis locis, *Conſtantin. Lempereur* in notis ad Benjaminis Itinerarium p. 188. & ad Jachiadem in Danielem pag. 5. ſq. *Martin Jac. Owmannus* in notis ad Codicem ידים p. 62. *Joh. Seldenus* de Synedriis Hebræorum lib. I. 14. & II. c. 7. *Georg. Urſinus* in Antiquitatibus Hebræorum Scholaſtico-Academicis cap. VIII. pag. 187. ſqq. & *Campeg. Vitringa* de veteri Synagoga lib. II. cap. 10. p. 564. ſq. qui poſtremus p. 576. ſq. de titulo אַב בֵּית דִּין & רֹאשׁ יְשִׁיבָה commentatur. Præter hos alii ſunt tituli, quibus uti ſolent. Tales ſunt סוֹפְרִים, נָבִיא, חָכָם, אַבָּא, אָב, &c. de quibus *Urſinus* l. c. pag. 196. ſqq. & Rev. *Henr. Mublius* in Apologia pro Talmude Tomo VII. Operum Cocceji præmiſſa p. 2.

VIII. In his elogiis titulisque ſibi placebant Doctores Academiarum & Scholarum Judaicarum, quas nunc operæ pretium eſt ſtrictim percenſere. Sunt illæ

*Alexandrina* vid. Gemaram Hieroſol. ad *Succa* f. 51. 2. & *Gittin* fol. 57. 2. Hæc ſuppeditaſſe creditur Interpretes Græcos, qui τῶν LXX. nomine veniunt. Vide inprimis *Humfredum Hody* de textibus Originalibus, & quæ ſupra de hoc argumento diſputata ſunt.

*Bitterenſis*, in urbe Hieroſolymæ proxima, de qua ratione numeri diſcipulorum, in diverſis collegiis literis operantium, mira tradunt Judæi

Judæi in *Gittin* fol. 58. 1. Lege de urbe hac plura ex Judæorum tabulis apud *Joh. Lightfootum* in Centuria Chorographica ad Matthæum cap. 52. Tom. I. Opp. p. 208. & *Adrian. Relandum* in Palæſtina p. 639.

*Caſarienſis*, a qua paſſim in Talmude & alias appellantur רבנין דקיסרין i. e. *Rabbini Caſarienſes*, quorum nonnullos nominatim recenſet *Joh. Lightfootus* in Centuria Chronographica c. 57. l. c. p. 214. Conf. *Relandum* p. 409. & 679.

*Chammatha* quoque doctores non defuiſſe patet ex iis, quæ Lightfootus habet in Centuria Chorograph. cap. 74.

*Hieroſolymitana* ſatis claret Doctoribus Miſchnicis, quorum plerique Hieroſolymis docuerunt, ut taceam monimenta, quæ hanc in rem in ſacris tabulis exſtant.

*Jafnenſis* initium invenit in ruinis Hieroſolymorum, *Rabban Jochanane fil. Zachai*, & poſt eum aliis, ibi diſciplinæ ſedem conſtituentibus, teſte *Juchaſin* fol. 21. 2. & *Taanith* Hieroſol. f. 65. 3. De ea lege omnino *Lightfootum* in Centuria Chorographica cap. XV. & in Operibus Poſthumis p. 87. ſqq. ubi habes hiſtoriam Academiæ Jafnenſis chronologice diſtributam. In ea urbe ſua adhuc ætate בֵּית הַמִּדְרָשׁ i. e. Academiam floruiſſe teſtis eſt Benjamin Tudelenſis in Itinerario.

*Lyddenſis* non minimæ fuit auctoritatis, ſi credimus Codici *Roſch haſſchana*, ubi *Lydda* urbi *Jafne* & *Bittera*, procul dubio etiam hoc nomine, proxima collocatur. Confer *Lightfootum* in Chronicis Temporum N. T. Sect. VIII. Tom. II. Opp. p. 145. Hieronymus Prologo in Jobum Lyddæum quendam Præceptorem laudat, qui primus ſit habitus, & quem non parvis numis redemerit.

*Magdalenſis*, in urbe, a qua appellatur, Tiberiadi vicina, de qua *Lightfootus* in Centuria Chorograph. c. 76.

*Niſibenſem*, in Syria ſitam, claram fecit R. *Judas ben Bethera* de quo Peſachim cap. II. Confer *Scipionis Sgambati* Archiva V.T. lib. III. p. 423.

*Tiberienſis* caput inter reliquas extulit, de qua diligenter diſſerit *Buxtorfius* in Commentario Maſorethico p. 20.

*Zipporienſis*, vel *Sephorienſis* cum Tiberienſi confertur in Gemara Hieroſolymitana Cod. *Megilla* cap. 1. ubi ita: ר' יוחנן קרי לה כנשתא רציפורא ואמר הרא היא עיקר טיבריא קדמיתא i. e. *R. Jochanan vocavit eam Synagogam Sephorianam, dixitque eam eſſe Tiberiadem antiquam.*

Hæ ſunt Scholæ, quæ præ ceteris nomen tulerunt inter Hebræos in Terra Sancta, præter quas tamen & aliarum veſtigia hinc inde exſtant in Pandectis Talmudicis. Confer, ſi placet, inprimis *Lightfootum* in Chronicis Temporum N. T. Sect. VIII. Tom. II. Opp. p. 145. & in Centuria Chorographica ad Matthæum cap. 96. Dignus eſt locus ex cap. IV. *Sanhedrin* qui hic legatur: *Magiſtri noſtri*, inquiunt, *docuerunt: locus Deuter. XV.* Juſtitiam, juſtitiam ſectare; *ſignificat: ſectare ſapientiſſimum quemque in Academia. Ito poſt R. Elieſer in Lud, poſt R. Jochanan b. Saccai in Beror chail, poſt R. Joſuam in Pekibin, poſt R. Gamalielem in Jafne, poſt R. Akiba in Bene Bereck, poſt R. Setbia Romæ, poſt R. Ananja b. Tardijon Sicine, poſt R. Joſe in Cypro inſula, poſt R. Judam ben Bethira Niſibi, poſt R. Joſuam in captivitate, i. e. Pumbeditha, poſt R. Judam Hakkadoſch in Beth Schearim.*

X. Rebus Judæorum in Palæſtina magis magisque ad interitum ſpectantibus, & R. *Iehuda Sancto* e vivis ſublato, Magiſtris vero Judæorum ſecuritati ſuæ conſulere cupientibus, Babylonia viſa idonea eſt, ad quam doctrinæ ſedes transferretur. Ibi autem *Sora* prima huic rei dedicata fuit, teſte *Iuchaſin* p. 120. a. l. 12. ולאחר שנפטר רב עשו ישיבה בבבל על דרך א"י והיא ישיבת סורא ומלך בה רב הונא מ' שנה והוא היה ראשון לכל מי שהיה ראש ישיבה בבבל: h. e. *poſtquam obiit Rav, erexerunt Academiam in Babylonia ad exemplum Terræ Iſraëlis, atque hæc eſt Academia Sorana, cui præfuit Rav Huna annis 40. Is autem primus fuit inter omnes, qui capita fuerunt Academiarum in Babylonia. Georg. Urſinus* in hoc loco interpretando occupatus pag. 44. Antiquitatum inter Hebræos Scholaſticarum eum, qui ibi *Rav* ſimpliciter appellatur, de R. Jehuda Sancto accipit, ſecus ac fieri oportebat. *Rav* enim iſte fuit diſcipulus R. Judæ Sancti, alias *Abba Aricha* dictus, quod manifeſtum eſt ex *Iuchaſin* l. c. & *Schalſcheleth* fol. 37. Neque unquam Juda ille Rav ſimpliciter appellatur, ſed רַבִּי cujus vocis cum priore affinitas, credo, effecit, ut de Juda Sancto ſermonem hic eſſe crederet Urſinus. Poſt hanc inſtituta fuit *Neardeenſis*, ab urbe *Nehardea* נְהַרְדְּעָא i. e. ut plerique interpretantur, *flumen ſcientiæ*, vocata. Ea urbs ad Euphratem ſita eſt, teſte Joſepho Antiquitt. XVIII. 12. æque ac *Sora*, qua tamen plus quam viginti milliaribus ſuperior eſt, ſi credimus R. *Gedalja* in Schalſcheleth pag. 33. Unde miror, *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. lib. 3. p. 416. ſcribere: *Quo loco ſita eſſet, expedire non potui, nec Hebræi interrogati ſe id ſcire dicebant.* R. *Benjamin* in Itinerario ſua adhuc ætate i. e. A. C. 1700. Scholam ibi floruiſſe

floruiſſe teſtatur. Accedit his *tertia Pumbedithana*, a *Pumbeditha*, פומבדיתא, Neardeenſis tractus urbe, vocata. Eam paulo poſt Soranam inſtitutam eſſe tradit *Iuchaſin* pag. 120. a. l. 14. referens, Rav *Hunna* in Rectoratu Academiæ Soranæ ſucceſſiſſe Rav *Chasdam*, ſub cujus vitæ finem *Rabba bar Nachmani* ſeceſſerit Pumbeditham, ibique Academiam fundarit. Duo millia Judæorum, interque eos doctiſſimos ſe ibi vidiſſe teſtatur Benjamin in Itinerario. Harum trium Academiarum mentio junctim fit in *Sanhedrin* cap. 1. ſub finem.

XI. Ab illis diſtinctam credit eam, quam in urbe *Mata Machaſia* fuiſſe cenſet *Sgambatus* l. c. p. 418. Sed illa eadem eſt cum *Sorana*. Soram enim Mata machaſiam dictam eſſe teſtatur R. *Abraham* in libro Cabbalæ pag. 29. a. his verbis: והלך לסוריא היא מתא מחסיא. Quam idem p. 417. Ezechielis Academiam, Benjaminis in Itinerario fide, memorat, ea huc non pertinet. Rectius inter Academias Babylonicas numeratur נרש *Nareſch*, urbs, Soræ vicina. Illi, obortis diſſenſionibus, fundatæ præfuit *Rav Papa* An. 4113. C. 353. usque ad an. 4132. C. 372. Vide *Abrah. b. Dior* in libro Kabbalæ p. 36. b. l. 24. Tum vero מחוזא *Machuſa*, cui poſt Rav *Joſeph* præfuit *Rabba bar Joſeph* A. M. 4099. C. 339. Vide eundem *Abrahamum* pag. 36. b. l. 18. *Iuchaſin* p. 106. b. & *Zemach David* ad an. 4099. Denique & פרוץ שבור i. e. *Peruz Schibbur*, in tractu Nehardeenſi prope Babelem, in qua urbe nongenta Judæorum millia fuiſſe teſtatur *Ganzius* in Zemach David ad an. 4727. Præfuit illi Rav Scherira Gaon anno modo memorato, qui reſpondet anno Aeræ Chriſtianæ 967. Iſtis, &, ſi quæ præter eas fuerunt, aliis finem tandem & exitium attulit Seculum a C. N. undecimum, quippe quo R. *Hiskias* Rector & Aechmalotarcha in Academia Pumbedithana e vivis ſublatus eſt teſte *Abrahamo ben Dior* in libro Kabbalæ p. 41. a. Cum eo vero Scholas Babylonicas in univerſum interiiſſe monet R. *Dav. Gantz* in Zemach David ad an. 4797. בטלה ישיבת בבל לגמר. Inde Scholæ & Doctores commigrarunt in regiones alias, præcipue vero in Hiſpaniam. Sed & ibi vix natæ erant, cum jam finis immineret. Vix enim Sæculum interceſſit, cum, R. *Ioſeph Levita* fatis functo, & ipſæ exiſtere deſinerent. Ita enim Abraham in libro Kabbalæ לאחר פטירת ר׳ יוסף הלוי ז״ל שמם העולם מן הישיבות של חכמה:

XI. Hactenus quidem hiſtoriam Academiarum & Scholarum Talmudicarum inter Hebræos, ex ipſorum ſcriptis, quoad inſtituti noſtri

ratio patitur, breviter expoſui, quam Lector diligentius & fuſius enarratam leget ab aliis, quorum nomina nunc recitabo. Pertinent ſcilicet huc

*Iac. Altingius* in Orationibus binis de Hiſtoria Academiarum & Promotionum Hebræarum, *Amſtelod.* 1652. 12. & in Tomo V. Operum Heptade VIII. Orationum p. 240. ſqq. ubi p. 257. ſqq. binæ aliæ leguntur Orationes, quarum altera *Studioſum*, altera *Doctorem*, Hebræum ſiſtit.

*Car. Arndius*, Prof. Roſtochienſis, in Triade Diſſertatt. Philolog. de Cancellariorum & Procancellariorum apud Hebræos veſtigiis, de Paulo Doctoris titulo condecorato, & de præmiorum in Promotionibus hodiernis receptorum occaſionalibus apud Hebræos rudimentis; *Roſtoch.* 1714. 4.

M. *Ioh. Erneſtus ab Auerswalda* in Diſſert. de Rabbinis & gradibus Hebræorum literariis apud Hebræos: *Wittenberg.* 1719. 4.

*Bened. Bacchinius* de Originibus Hierarchiæ Eccleſiaſt. *Rom.* 1703. 4. p. 262. ſqq. commentatur de Judæorum Regimine in Terra Iſraëlit. & Babylon. ab ædificato Templo ad Talmud compoſitum.

*Julius Bartoloccius* Tom. III. Biblioth. Rabbin. p. 663. ubi de Univerſitatibus Judæorum Babylonicis.

*Henr. Jac. van Basbuyſen* in בֵּית הַמִּדְרָשׁ i. e. de Academiis Academicorumque titulorum origine Hebraica.

*Joh. Buxtorfius* in Lexico Rabbinico Talmudico paſſim, & inprimis in Commentario Maſorethico.

*Joh. Jacob. Cramerus* in Oratione Inaugurali, de Scholarum perpetuo in Eccleſia Dei uſu, ubi inprimis de Scholis Hebræorum per totum V. T. Prodiit illa cum Monumento Rectoratui Principis Naſſoviæ poſito, Herborn. 1701. fol.

*Joh. Held* de Judæorum Synagogis & Scholis, Norimberg. 1664. 8.

*Joh. Henr. Hottingerus* in Compendio Theologiæ Judaicæ cap. V. quod Enneadi Diſſertationum ejus adhæret.

*Ioh. Leonh. Heubnerus* de Academiis Hebræorum, Wittemberg. 1703. 4.

*Conſtantinus Lempereur* ad Benjaminis Tudelenſis Itinerarium paſſim.

*Ioh. Lightfootus* in Centuria Chorographica Matthæo præmiſſa & alibi paſſim.

*Dan. Lundius* in Diſp. de Scholis & Academiis Hebr. *Upſal.* 1707. 8.

*Nic*

Digitized by Google

*Nic. Muspach* de Scholis Prophetarum, præſide Sam. Werenfelſio, *Baſil.* 1701. 4.

*Ioh. Paſtritius* in tract. de Judæorum Academiis antiquis & modernis, deque eorum ſcholis, exercitiis & ſtudendi methodo; itemque in alio Tract. de Rabbinorum creatione, eorumque auctoritate & titulis. Utrumque MS. memorat *Imbonatus* in Biblioth. Latino-Hebr. p. 125.

*Ioach. Ludov. Reimeri* Schola Hebræorum, quam ut editam memorat *Imbonatus* p. 83. a. nunquam, credo, prodiit. Confer Bartholinum de Scriptoribus Danis p. 60.

*Iac. Rhenferd:* v. Vitringa.

*Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. lib. III. p. 416. ſqq. de Academiis Judæorum Orientalibus & Occidental. diſſerit.

*Campeg. Vitringa* in libris III. de Synagoga vetere, *Franequ.* 1696. 4. & de Decemviris otioſis *Franequer.* 1687. 4. quæ quidem ſcripta comparanda ſunt cum oppoſitis a *Iac. Rhenferdio*, quæ ſunt Diſſertatt. Philolog. de Decem Otioſis Synagogæ, *Franequ.* 1686. 4. & Archiſynagogus Otioſus *αὐτοκατάκριτος*, ibid. 1687. 4. nec non Specimen Animadverſionum in V. C. Decemviros Otioſos, ibid. 1688. 4. itemque Inveſtigatio Præfectorum Synagogæ, ibid. 1701. 4.

*Georg. Urſinus* in Antiquitatibus Hebraicis Scholaſtico-Academicis, *Hafn.* 1702. 4. inprimis cap. II. & VIII.

XII. Hæc hactenus de diverſis Judæorum Doctoribus & Academiis in medium adferenda putavi, ut ex earum conditione & viciſſitudinibus fata doctrinæ Talmudicæ, quæ ab illis pependerunt, certa conjectura aſſequi liceret. Ex his enim ea, quæ dicta ſunt, in ſummam nunc collaturi, intelligimus, *Miſchnam* cum Gemara Hieroſolymitana, quæ Sæculo III. poſt C. N. medio obſignata eſt, natales ſuos in Terra Sancta, Gemaram vero Babylonicam in Babylonia inveniſſe, annitentibus inprimis doctoribus, qui אמוראים ſeu Gemarici appellantur. Hoc ſtudium promoverunt Academiæ utrinque inſtitutæ, ſed in Babylonia tamen frequentiores & illuſtriores, in quibus Gemarici iſti Miſchnam prælectionibus ſuis non ſolum illuſtrarunt, ſed & commentationes ſuas in literas retulerunt, Miſchnicoque textui adjungi ſcholiorum inſtar curarunt. Quæ quidem opera colophonem invenit in fine Sæculi poſt C. N. Quinti, ceu ſupra pag. 686. evictum fuit. Poſt ea tempora *Seburæi* per duo circiter Sæcula cathedris Babylonicis præfuerunt, cum minori,

ut videtur, vel auctoritate, vel induſtria, quippe quorum pauca admodum ætatem tulerunt. Atque eos quidem bellis Perſicis, & calamitate hinc orta fractos teſtantur Hiſtorici, adeo ut per quinquaginta annos Doctores deſiderati ſint: vide §. II. Rebus deinde ægre reſtitutis, & interjecto integro fere Sæculo, ſub finem Sæculi poſt C. N. *Septimi* incepit *Geonæorum* ætas, quæ producta & usque in initium Sæculi XI. quod Academiis Judæorum in Babylonia penitus exitium attulit. Vide §. III. & XI. Hinc Doctores ſub רבנים titulo commigrarunt in *Hiſpaniam* & alias regiones, ubi felicius ſidus rebus Judæorum literariis ortum eſt. Eo enim delatus R. *Ioſeph ben Iſaac ben Schatnes* & auctoritatem ſibi conciliavit Cordubæ, & opportunitatem nactus eſt Talmud ſeu Miſchnam Arabice convertendi, id quod teſtatum reliquit *Abraham* in libro Kabbalæ p. 42. a. 11. והוא פי׳ את כל הש״ס בלשון ערבי למלך ישמעאל ששמו אלחכים׃ h. e. *& ille explicavit omnes ſex ordines* (ſcilicet Miſchnæ) *Arabice in gratiam Regis Turcarum, cui nomen erat Alchakim.* Poſt eum R. *Iſaac ben Iacob Alpheſi*, in Africa juxta Feſſam, Sæculo XI. ineunte A. C. 1013. natus, & ſub initium Sæculi XII. A. C. 1103. (vide Part. I. p. 660.) fatis functus, doctrinam Talmudicam faciliorem popularibus ſuis reddere conatus eſt *Corduba*, quo ex patria, aliorum odiis vexatus, confugerat. Hoc conſilio corpus illud vægrande in compendium retulit, quod ita ſe probavit Judæis, ut & Raſchii, ipſi æqualis, & aliorum plurium commentationibus illuſtratum noſtra quoque ætate magni æſtimetur. Auctorem rei habeo R. *Abrahamum* in libro Kabbalæ p. 45. a. l. 27. והוא העמיד תלמידים הרבה ויצא טבעו בכל העולם וחבר הלכות כמו תלמוד קטון׃ h. e. *Et ille formavit diſcipulos multos, famaque ejus percrebuit per totum orbem, & conſcripſit conſtitutiones, ad inſtar Talmudis parvi* h. e. compendii Talmudici. Confer *Ganzium* in Zemach David ad an. 4863. Longior futurus eram, quam inſtituti mei ratio patitur, ſi ſingulos, qui eodem & ſequentibus Sæculis in Talmude ornando, illuſtrando, additionibus, quas תוספות vocant, amplificando, in compendium aut meliorem quoque ordinem redigendo, operam collocarunt. Hauriri hæc a Lectore ſtudioſo poſſunt inprimis ex *Zemach David*, & ex Indice quoque rerum, qui ſuper Partem priorem Bibliothecæ meæ conficietur. Hic igitur ſuffecerit obſervaſſe, Sæculo XI. & XII. poſt Iſaacum Alpheſium in *Hiſpania*, R. *Gerſonem* in *Gallia* conſtitutionibus ſuis ritualibus, quas תקנות appellavit, R. *Salomonem ben Iſaac*, qui *Iarchi* vel rectius

*Raſchi*

*Raſchi* appellari ſolet, notis ſuis & commentationibus, quæ adhuc ſuper bonam Talmudis partem exſtant, in *Gallia* æque ac *Germania*, R. *Nathanem* vero in *Italia*, ſpeciatim *Romæ*, confecto Lexico Talmudico, quod ערוך appellatur, R. *Moſen Maimonidem* in *Hiſpania* tum commentario in Miſchnam luculento, tum novo Talmudis, rectius diſpoſiti, compendio, quod יד חֲזָקָה inſcribitur, Juris Judaici corpus alere inſtituiſſe. Omitto ſequentium Sæculorum Magiſtros, inter quos R. *Aſcher* in Toſephoth, R. *Iacob ben Aſcher* in Arba Turim, R. *Moſes Cotſenſis* in Sepher Mizvoth Gadol, R. *Ioſ. Karo* in Schulchan Aruch, & qui ſuper hos fuſe commentati ſunt, eminent. De his & aliis recentioris memoriæ Doctoribus paulo poſt plura dicendi occaſionem enarratio ſubſidiorum Talmudicorum ſuppeditabit. Quæ hactenus allata ſunt, lucem affundunt Buxtorfii judicio, quo fata Talmudica breviter expoſuit in Bibliotheca Rabbinica p. 203. *Poſt abſolutum demum*, inquit is, *Talmud Babylonicum, cum per quingentos fere annos partim calamitatibus publicis, partim gravibus & ambitioſis doctorum diſſidiis ſtudia literarum turbata fuiſſent circa tempora R. Salomonis fuerunt alii, qui etiam additiones ad Talmud conſcripſerunt, quæ Rabbinis ſimiliter dicuntur* תוספות *& alterum latus Talmudici textus occupant. Inde celebres ſunt* תוספות הר"אש *Additiones R. Aſcher*, תוספות הר"י *additiones R. Ioſeph.*

XIII. In his verbis commemorantur diſſidia Doctorum inter ſe, tanquam impedimentum doctrinæ Talmudicæ provehendæ. Atque illa duplicis generis in hiſtoria occurrunt. Alterum ab ipſis oriebatur, invidia honoriſque cupiditate immatura ductis, & in ſe invicem converſis, quale contentionis genus inter Rav *Hunam* & R. *Anan* itemque inter Rav *Joſ. fil. Schatnes*, & R. *Henochum fil. R. Moſis*; quorum illud in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 34. b. hoc in *Zemach David* ad A. M. 4757. ediſſeritur. Alterum diſſidii genus profectum eſt a Karæis in Rabbanitas, h. e. ab illa Judæorum familia, quæ traditiones & Legem oralem averſabatur, in eam, apud quam lex oralis, quam Talmude comprehenſam dicebant, utramque faciebat paginam. Quemadmodum vero nunquam in Eccleſia & Schola Iudaica defuerunt, qui traditionum patronis ſe opponerent, quod Cl. *Triglandius* in Diſſertat. de Karæis, & R. *Mardochæus* in commentatione illa, quam ſub titulo Notitiæ Karæorum edidi, oſtenderunt; ita Karæi, duce inprimis R. *Anane ben David* Sæculo VIII. poſt C. N. cum jam Talmudicum corpus in manibus omnium verſaretur, auctoritatemque ſibi magis magiſque conciliaret, Rabbanitarum conatibus ſe objecerunt,

Digitized by Google

runt, opera fere fruſtranea, cum contraria illa familia ſemper principatum obtineret. Vide quæ ſupra p. 668. de hoc momento in medium allata ſunt. Id tamen effeciſſe exceptionibus ſuis & diſputationibus videntur Karæi, ut Rabbanitæ ſeu Talmudis aſſeclæ cautius agerent, & inprimis de perpetua Doctorum Succeſſione, ſive veris ſive fictis rerum argumentis aſſerenda, laborarent. Certe *Abrahamum ben Dior* hoc inprimis conſilio *librum Cabbala* exaraſſe, & ipſa libri inſcriptio, & auctoris p. 46. a. l. 27. teſtificatio evincit.

XIV. Recentioribus ſæculis non quidem diſſidia Judæorum domeſtica, ſed hinc libertatis, in licentiam vergentis, abuſus inconſultus, hinc exilia & vexationes, a Chriſtianis in illos concitatæ, frequenter ſtudia eorum vel turbarunt & diminuerunt, vel aliorſum convertere juſſerunt. Ita famoſa inprimis inter eos ſunt exilia, *Gallicum*, quod cum fine Sæculi XIV. conjunctum erat, *Hiſpanicum*, cui in fine Sæculi XV. obnoxii erant, & *Luſitanicum*, quod in ipſis Sæculi XVI. primordiis ipſis obtingebat. Hinc factum eſt, ut cum eo usque *Hiſpania* inprimis & *Luſitania* fortunæ illorum civili & literariæ faviſſet, ipſi poſtea ſe in *Africam*, ad barbaros, in *Aſiam* ad Turcas, inprimis vero *CPolin* & *Theſſalonicam* tum vero & in *Italiam*, quo Abarbanel cum aliis confugit, ſe reciperent. Vide de hac rerum converſione diſſerentes ex Iudæis R. *Salomonem b. Virga* in *Scheveth Jebuda* p. 319. & *Abarbanelem* præfat. commentarii in librum Regum fol. 188. & in Prophetas priores; ex Chriſtianis vero *Philip. Limborchium* in Hiſtoria Inquiſitionis c. XXIV. fol. 83. & præſtantiſſimum *Ioh. Iac. Schudtium* in Memorabilibus Judaicis lib. IV. cap. 9. p. 138. Ex *Limborchio* nominatim intelligitur, trecenta, vel, ſecundum alios, octingenta Judæorum millia ex omnibus Hiſpaniæ partibus collecta, ad Abarbanelem veniſſe, & cum eo, hinc inde diſperſa, fuga rebus ſuis conſuluiſſe. Et illi quidem exules præ ceteris faciles invenerunt apud Turcas *CPolin* & *Theſſalonicam*, apud Chriſtianos autem Italiam, & nominatim *Romam*, in qua Alexander VI. Pontifex Romanus, perſoluta certa pecuniæ ſumma, habitandi commorandique libertatem quindecim eorum millibus fecit. In illis autem aliisque urbibus non ſolum ſacris ſuis, certis tamen legibus præſtructis, operari ipſis, ſed & doctrinæ amplificandæ incumbere longe, quam alias, felicius licuit. Cum enim ars Typographica a Germanis ad eas gentes perveniſſet, beneficio hoc ita Judæi uſi ſunt, ut vel ipſi, quod a *Soncinatibus* aliisque factum eſſe conſtat, ſuis ſumtibus officinas adornarent, vel adhiberent eas, quæ Chriſtianorum, v. c. Venetiis *Bombergii*, ſumtibus alebantur.

Digitized by Google

bantur. Id quod paulo poſt ex hiſtoria Typographiarum Judaicarum plenius conſtabit. Hoc ipſo non potuit non fieri, quin, animis ſumtis, ad ſtudia ſacra æque ac Talmudica alacrius tractanda ſe conferrent, & utraque, inprimis tamen poſteriora illa, commentationibus in lucem editis, provehere & ornare conarentur. Ex *Italia*, Sæculo XVI. in *Poloniam*, *Bohemiam*, *Lithuaniam*, *Germaniam*, & *Belgium* commigravit Judæorum in ſcriptionibus ſuis promulgandis induſtria, quæ ſuffultam ſe ſenſit variis Typographiis quales ſunt in Polonia *Cracovienſis* & *Lublinenſis*, in Bohemia *Pragenſis*, in Germania *Francofurtenſis*, &c. in Belgio *Amſtelodamenſis*. Hodie vero in Germania inprimis & Belgio ea fere omnia in lucem proferuntur, quæ e re ſua eſſe putant, ita tamen, ut operæ huic, ſi cum majoribus conferantur, admodum parcant, ſive quod lucro magis, cui & literati eorum indulgent, inhiant, quam literis, ſive quod ſumtuum magnitudo prohibet, quo minus majorum veſtigiis inſiſtant. Hinc raro videas, hodie commentationem aliquam, ad S. Codicem vel Talmud pertinentem, in publicum prodire, cum prela eorum ut plurimum libris precum, Pentateuchis, Codicibus quibusdam Talmudicis, libris ritualibus, libris quæſitorum & reſponſorum, iisque plerumque tantum recuſis, Concionum item collectionibus calcent. Superiori ſæculo XVII. quidem Codices quidam Talmudici ſigillatim illuſtrati ſunt a nonnullis, quorum tamen pauciſſimi magnam ſibi inter ſuas laudem pepererunt. Sed nemo fere fuit, qui totum Talmud nova opera illuſtrandum ingrederetur, ſi excipias R. *Schemuelem Elieſer b. Iehuda*, (alias R. *Schmuel Eidels*,) Archiſynagogum Oſtravienſem an. 1683. adhuc ſuperſtitem, cujus חדושי הלכות & חדושי אגדות maximi a Judæis æſtimantur. Vide Partem I. Biblioth. Rabbin. p. 1088. Ita hodie Judæi in majorum ſuorum laboribus & meritis acquieſcunt, adeo ut Chriſtiani ſuperiore & noſtro ſæculo longe plus, quam ipſi, tum ad Talmudicum, tum ad antiquitatis & hiſtoriæ Judaicæ (ut de ceteris non dicam) ſtudium illuſtrandum contuliſſe merito exiſtimentur. Pertinent huc B. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilii* verba ex præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 72. *Etſi enim ſumma illius*, inquit is, de Talmude loquens, *inter Judæos auctoritas, non tamen ei magnopere invigilant, cum uſum in vita præſtet exiguum, & præterea ſtudium illius pleniſſimum ſit difficultatis. Vulgo igitur negligitur, & ceu Cl. Buxtorfius in Synagoga c. 46. ex Abarbanelis Nachalat Avoth annotavit, ſepe Rabbini ſive Doctores creantur, qui vix unum tractatum Talmudicum legerunt. - - Haud uſpiam magis florent*



Digitized by Google

*Talmudica ſtudia, quam in Polonia, eamque adeunt ex aliis regionibus, qui ſolidioris eruditionis deſiderio flagrant, atque præ ceteris eminere cupiunt. Sed pauciſſimi etiam ex his, ad illud doctrinæ faſtigium evadunt, ut integri Talmudis jactare queant peritiam. Sufficit, tres Bavoth itemque tractatum Gittin & alios quosdam inſigniores fideliter didiciſſe, etiam his, qui Iudices, aut myſtagogi, ſive Scholarum Magiſtri evadere poſtulant.* Lege ibi plura de hodiernorum ſtudiis minutaque & tralatitia diligentia in iis collocata. Adde B. *Martini Difenbachii* Judæum Convertendum p. 91. Confer R. *Schabtai* præfat. ad שפתי ישנים, ubi de ſtudendi ratione *Hiſpanis* & *Luſitanis* Judæis recepta diſſerit, eamque iſti *Germanaorum* longe præfert.

# CAPUT V.

## De Fatis Talmudis inter Chriſtianos.

*I. Talmud a Chriſtianis veteribus improbatum II. ſpeciatim a Pontificibus Romanis, qui partim prohibuerunt, partim cremandum curarunt. III. nonnullis eorum mitius judicantibus. IV. & V. controverſia inter Reuchlinum & Pfeffercornium. VI. De iis qui Talmud abolendum eſſe negarunt ex veteribus. VII. ex recentioribus, ubi ſimul de nimia Iudæorum licentia. VIII. de Typographiis Iudaicis, præcipuo, Talmudici ſtudii provecti, præſidio: nominatim IX. de Soncinatibus in Italia & X. aliis ibidem Typographis Iudæis. XI. de Typographis Chriſtianis. XII. de Typographis* Conſtantinopol. Theſſalonicenſ. *&c. XIII. de Typographiis in* Gallia. *XIV. in aliis regnis. XV. in* Germania. *XVI. in* Belgio. *XVII. Catalogus ſingularum Typographiarum Alphabet.*

I.

TAlmud jam ante, quam eo quo nunc eſt, habitu compareret, confutatum a CHRISTO, Servatore & Domino noſtro, eſſe, nemo negaverit, qui meminerit, quam frequenter Dominus noſter in ſermonibus ad Phariſæos habitis, de παραδόσει τῶν πρεσβυτέρων & immani imprudentique, quo in illas ferebantur, ſtudio conqueſtus ſit. Lege v. c. *Matth.* XV. 23. *Marc.* VII. 3. 5. 8. Nec diſceſſerunt ab hoc exemplo divini ſalutaris doctrinæ præcones. Paulus ſane, priſtinum ſuum in Judaiſmo ſtudium memorans, deſcribit ſe ipſum

Digitized by Google

ipſum ut περισσοτέρως ζηλωτὴν ὑπάρχοντα τῶν πατρικῶν παραδόσεων *Galat.* I. 14. ſimul vero commate ſequente non obſcure innuit, ſe, quem Deus ab atero matris ſegregaverit, Phariſaiſmum iſtum ſuum cum doctrina Evangelica feliciter commutaſſe, certo argumento, a traditionibus inprimis alienum eſſe oportere, qui Chriſti nomen profiteri cupiat. Idem 1 *Tim.* I. 4. a μύθοις ſeu fabulis dehortans, Judæorum traditiones, multorum Interpretum judicio, reſpicit. Ceteri naſcentis Eccleſiæ Doctores Chriſtiani, nominatim *Juſtinus Martyr*, in dialogo cum Tryphone idem argumentum non negligunt. Nec temere quiſquam erit, qui. Judæorum doctrinas, ore acceptas, innui exiſtimet, ubi apud *Irenæum, Origenem* & alios τὰς παραδόσεις vel διδασκαλίας commemorari invenerit. Per eas enim præceptiones, Novo Inſtrumento comprehenſas, commendari pridem illi evicerunt, qui Romanæ Eccleſiæ cœtui traditiones ſuas relinquendas eſſe graviter monuerunt. Confer, ſi placet, *Hottingeri* Theſaurum Philolog. p. 435. & 460. & Ὁδηγὸν Part. I. p. 150. Sequentium Sæculorum Doctores, *Epiphanius* inprimis & *Hieronymus*, Judaicarum παραδόσεων ita meminerunt, ut abjecte, ut par erat, de illis ſenſiſſe intelligantur. Lege loca eorum ſupra c. II. in medium producta. Poſt hæc tempora cœtus Chriſtiani Doctores in ſcriptis ſuis Anti-Judaicis, quorum Indicem infra exhibebimus, per omnia fere Sæcula maſcule commentis iſtis Talmudicis ſe oppoſuerunt. Imo Sæculo VI. medio nonnulli eorum monitis ſuis effeciſſe videntur, ut Juſtinianus Imperator Judæos lectione Miſchnæ, in Synagogis ſeu Scholis inſtituenda, interdiceret his verbis, quæ Novella 146. leguntur: *Eam Scripturam, quæ ſecunda editio dicitur, interdicimus omni modo, utpote ſacris non conjunctam libris, neque deſuper traditam de Prophetis, ſed inventionem conſtitutam virorum ex ſola loquentium terra, & divinum in ipſis habentium nihil.* Eum locum de corpore Miſchnico vel Talmudico accipiendum eſſe ſupra p. 679 evictum dedimus.

II. Ex hoc tempore, per ſæcula nonnulla, in tabulis Eccleſiaſticis non invenio monumentum nullum, ex quo conſtet, ſimile edictum contra Talmud, alioſve Judæorum libros, ab Imperatoribus promulgatum eſſe, quanquam procul dubio frequentia exilia aliæque calamitates non minus ipſorum fortunas & opes, quam libros & ſcripta, tetigerint. Sæculo vero XIII. annitente Gregorio IX. quem primum hoc inſtituiſſe teſtatur *Bartoloccius* Tom. III. p. 731. initium factum eſt Talmudica & alia Judæorum ſcripta, offenſionum plena, flammis addicendi. Pertinent

nent huc verba *Sixti Senenſis* in Bibliotheca Sancta lib. II. p. 120. edit. Pariſ. an. 1610. *Viſum eſt Summis Pontificibus, & aliis Chriſtianis principibus, ut tam nefaria doctrina* (loquitur de Talmud) *lectio atque uſus omnibus Iudæis, qui ſub ditione Chriſtianorum vivunt, interdiceretur, & omnes libri Talmudici toto Chriſtianorum orbe ignibus traderentur. Quod etiam ſæpe factum eſſe, nonnulli fide digni ſcriptores teſtantur, inter quos Bernardus Luxemburgius in catalogo hæreticorum libro II. refert, Gregorium Pontificem ejus nominis IX. A. D. MCCXXX. omnia Talmudica volumina flammis adjudicaſſe, atque idem iterum feciſſe Innocentium Papam, ejus nominis IV. anno ſalutis noſtræ MCCXLIV. Rurſus cum eadem volumina a Iudæis inſtaurata fuiſſent, & auxilio artis impreſſoria in infinitum pene numerum propagata, Iulius Papa III. novo edicto promulgato, inquiri juſſit, & anno MDLIII, cum feſta tabernaculorum a Iudæis Septembri menſe celebrarentur, per omnes Italiæ urbes exuri. Paulus Papa IV. una cum ſacroſanctæ Romanæ Inquiſitionis Senatu anno MDLIX. rurſum idem fieri juſſit, & ad Thalmudicos libros inter ſcripta ab Eccleſia Catholica damnata connumerari voluit.* Poſt pauca ibidem Sixtus teſtatur, *ex Bibliotheca opulentiſſima Iudæorum Cremonenſium anno MDLIX.* (i. e. Paulo IV. Pontifice), *mandante Sacroſanctâ Romanæ Inquiſitionis Senatu, duodecim Thalmudicorum Codicum millia exuſta eſſe.* Lector prudens per ſe facile intellexerit, Thalmudicos illos Codices non ſimpliciter & tantum de Talmudis proprie ſic dicti exemplaribus, quorum certe nunquam credo eodem tempore in toto orbe tantum fuiſſe numerum, quantus hic memoratur; ſed de aliis quoque Judæorum ſcriptis, explicandos eſſe. Patet hoc ex lib. IV. p. 311. b. ubi idem, de Menachemi Rekanatenſis commentariis in Pentateuchum loquens, ait, *cum illorum mille fere exemplaria, innumeris Talmudiſtarum impietatibus referta, ad nos fuiſſent perlata, mandante ſacro Romanæ Inquiſitionis Senatu, una cum aliis decem millibus Thalmudicorum Scriptorum voluminibus, exuſta fuerunt.* Similem de combuſtis, ex Pontificum decreto, Talmudicis voluminibus locum habes apud *Iohannem Seldenum* in Prolegomenis ad lib. de Succeſſione in bona defunctorum pag. ultima & de Jure Naturæ ac Gentium lib. I. cap. II. pag. 32. ſq. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilium* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 10. ſq. item apud *Nicol. Serarium* in opuſculo, quod inſcripſit *Rabbini*. lib. I. c. 33. pag. 291. Collectionis Triglandinæ Scriptorum de Hæreſibus Judaicis. *Sæpe Talmudem*, inquit is, *valdeque graviter & ſevere multi vetuere, interdumque voracibus addixere flammis Pontifices & alii. Gregorius IX. A. D. 1230. S. Ludovicus, Rex Franciæ, 1240. Innocentius IV. an. 1244. Iulius III. 1553. & 1555. Paulus IV. 1559. Pius V. 1566. Clemens VIII. 1592.* &

Digitized by Google

*& 1599.* Addendus his ex parte eſt *Honorius IV.* P. M. qui Sæculo XIII. an. 1286. datis ad Archiepiſcopum Cantuarienſem literis, graviter monet, vehementerque vult, ut quovis modo Judæi in Anglia commorantes, a *libri damnabilis*, (ita Talmud appellat,) lectione & ſtudio, quippe ex quo reliqua mala omnia fluant, abſtineantur. Vide literas ipſas apud *Odoricum Raynaldum* in Continuatione Annalium Baronii Tom. XIV. ad an. 1286. §. 25. ſq. Adde ejusdem Compendium Annalium Eccleſiaſt. ad an. eundem §. 27. Eorum numerum auxit Sæculo XIV. Joannes XXII. Pontifex Max. qui an. 1320. ortas in Aquitania, ob Judæos, turbas ſedavit quidem, ſed ad perfidiam eorum frenandam ſimul *Talmud aboleri flammis, ac reliquas corruptelas, quas invexerant, tollendas conſtituit.* Præterea vero Benedictus XIII, Antipapa A. C. 1415. libros Talmudicos legi ſeveriſſime vetuit in Bulla, quam ex MS. profert *Bartoloccius* Tom. III. p. 731. ſq.. Vide eundem Raynaldum in Compendio Annal. Eccleſiaſtic. ad an. 1320. §. 24. Bullas ipſas Pontificum, huc pertinentes, exhibet *Laertius Cherubinus* in Bullario Tomo I. p. 716. ubi Bulla eſt Julii III. an. 1554. publicata, qua *certum Ebraicorum volumen, Gemaroth Talmud nuncupatum, nonnulla indigna & Legem divinam orthodoxamque fidem offendentia continens, igni damnatur.* Bullam *Innocentii* IV. in eandem ſententiam conceptam habes ibidem Tom. I. p. 61. *Clementis* VI. in Tomo III. p. 25. *Gregorii* XIII. Tom. II. p. 452. &c. Confer præterea *Iac. Gretſerum* de Jure & more prohibendi libros lib. 1. c. 16. *Robertum Bellarminum* de membris Eccleſiæ militantis, *Proſperum Farinacium* de hæreſibus qu. 180. §. 10. *Eimericum* in Directorio Inquiſit. lib. II. *Bartoloce.* Tom. III. p. 731. ſqq. denique ipſos Indicum Expurgatoriorum & prohibitoriorum Scriptores. Nonnulla ex iis loca attulit B. *Zach. Grapius* in Diſſert. de eo, an Talmud ſit cremandum? Sect. I. §. 1. in notis.

Judæorum quoque Hiſtorici non neglexerunt, illam Talmudicorum librorum combuſtionem, in Italia factam, commemorare. *Seldenus* certe poſt *Schickardum*, in prooemio ad Tarich Perſarum ad Julii III. decretum an. 1554. eam in rem promulgatum trahit verba *Zemach David* ex Parte I. p. 44. ad A. M. 5314. ita concepta: נשרפו כל הגמרות הנמצאים בכל ארץ איטליאה i. e. *combuſta ſunt omnes Gemaræ, quæ inveniebantur in Italia.* Idem diſertius tradit R. *Gedalja* in *Schalſcheleth bakkabbala* p. 117. 1. his verbis: בשנה ה׳ אלפים ש׳יד בהיות יואליו מונטו פפא קצת מומרים טענו נגד קצת אגדות הגמרא ודנו אותו לשרפה ונשרפו ׳ברומא יום ר׳ה ש׳יד ובבונוניה

ובבונוניה בחודש ההוא וברומניא בחדש חשון ובאנקונה בחדש שבט וכן בכל איטליא בשנה ההיא : i. e. *An. 5314. ſub Iulio de Monte Papa Apoſtata nonnulli diſputarunt contra diſcurſus nonnullos Gemara, & addixerunt eos flammis. Et combuſti ſunt Romæ die primo anni 314. & Bononiæ menſe eodem, & in Romania menſe Chesvan, & Ancona menſe Schebath, & ſimiliter in tota Italia eodem anno.*

Italorum exemplo Germani forte permoti ſunt, ut idem adverſus Judæos tentarent. In Haſſia ſimile quid an. 1539. accidiſſe, auctor eſt *Conradus Huſerus* in libro de Impoſturis Judæorum cap. VI. Sic & in Indice libb. prohibitorum & expurgandorum, pro Catholicis Hiſpan. Regnis juſſu Philippi IV. Regis edito, iſta legas: *Probibentur penitus libri Talmudici cum ſuis Gloſſis, annotationibus, interpretationibus & expoſitionibus; item Cabbaliſtici, aliique impii & nefandi Iudæorum libri, prout diverſis Summorum Pontificum decretis probibiti inveniuntur.*

III. Nihilominus tamen non omnes vel Pontifices, vel literati, tam duram in Talmud, ſcriptaque Judæorum iſti ſimilia, ſententiam pronunciandam putarunt. Sic v. c. *Clemens* V. qui A. C. 1307. Papæ dignitatem obtinuit, in Concilio Viennenſi ſanxit, in præcipuis Europæ Academiis trium linguarum Hebraicæ, Arabicæ & Chaldææ Scholas erigendas eſſe, & conſtituendos tales, qui *libros in linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alias linguas ipſas ſolicite doceant.* Vide Clementinas Vol. V. tit. *de Magiſtris* cap. I. *Inter ſolicitudines.* Quæ quidem verba *Pet. Galatinus* lib. I. c. 7. de Arcanis Cathol. Veritatis de Talmudicis voluminibus Latine convertendis accepit, cum de libris ſacris Hebraicis, quippe jam pridem latine converſis, intelligi nequeant. Sed ridet hanc interpretationem Sixtus Senenſis, lib. II. Biblioth. S. p. 120. & *argumentum* pro ea adductum *lepidum* vocet, ſtatuitque, loqui hunc canonem de primis rudimentis & inſtitutionibus linguarum Hebraicæ & Chaldaicæ. Sequitur Sixtum, quamvis non nominatum, *Bartoloccius* Tom. III. p. 745. Sed nodum hic in ſcirpo quæri exiſtimat Cl. *Iac. Basnage* lib. II. Hiſtor. Judaic. c. 6. p. 721. Verba Concilii n. 38. ita habent: *Ubicunque Romanam Curiam reſidere contigerit, nec non in Pariſ. & Oxon. Bonon. & Salamantino ſtudiis, teneantur viri Catholici, ſufficientem habentes Hebr. Arab. & Chald. Linguarum notitiam, duo videlicet uniuscujusque linguæ periti, qui ſcholas regunt ibi, libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferre, & alias linguas ipſas ſolicite docere &c.* Confer *Bzovii* Annales ad A. C. 1313. p. 201. Quicquid hujus erit, certe Pius IV. an. 1559. Romanæ curiæ præfectus, in Conſtitutione

one ſua de libris purgandis & prohibendis priorum ſe Pontificum edita ita temperavit & emollivit, ut *Thalmud Hebræorum ejusque gloſſas, annotationes, interpretationes & expoſitiones omnes, ſi tamen prodierint ſine nomine Thalmud, & ſine injuriis & calumniis in religionem Chriſtianam, tolerari* debere pronunciaret. Iisdem veſtigiis inſtiterunt *Pius* V. *Gregorius* XIII. *Sixtus* V. *Urbanus* VII. *Gregorius* XIV. & *Innocent*. IX. quorum tamen modeſtia & æquitas ſe minus approbavit *Clementi* VIII, quem lectione eorum librorum prorſus interdixiſſe paulo ante monuimus. Imo ſententia eadem confirmata fuit in Concilio Baſileenſi Seſſ. XIX. Sicut etiam Concilii Tridentini auſpiciis editio Talmudis *Baſileenſis*, de qua ſupra diximus, a *Marco Marino Brixienſi*, an. 1578. & ſequentibus, omiſſis, quæ in res ſacras injuria videbantur, curata eſt. Imo in Indice Tridentino primo juſſu Pii IV. edito, a Sixto V. aucto, & auctoritate Clementis VIII. an. 1595. promulgato, qui a Soto Majore *Madriti* 1667. fol. cum ceteris recuſus eſt, p. 187. mitior illa cenſura totidem verbis, quot retulimus, legitur.

IV. Ante vero hæc tempora cauſa iſta, anno MDX. abolendum ne Talmud penitus ſit, an minus, magna contentione actitata fuit inter *Ioh. Reuchlinum* ſeu *Capnionem*, & Monachos Colonienſes, eorumque primipilum *Iacobum Hochſtratum* vel *Hogoſtratum*, clаſſicum canente Johanne Pfeffercornio, Ex Judæo, vafro illo & verſipelli. Referemus rem, prout ſummatim & more ſuo eleganter complexus eſt *Ioh. Sleidanus* in Commentariis de Statu religionis & Reipublicæ lib. II. p. 40. *Joannes Pfeffercornius, Chriſtianæ profeſſionis Judæus, Maximilianum Cæſarem diu multumque ſclicitaverat, ut libri Judæorum abolerentur omnes, quod eſſent impii plenique ſuperſtitionis, & impedirent, quo minus ad Chriſtianiſmum illi converterentur: itaque nihil illis permittendum eſſe præter Biblia. Maximilianus tandem Urieli mandat, Archiepiſcopo Moguntino, ut Academiis aliquot & Jacobo Hogoſtrato, Inquiſitori, & Joanni Reuchlino, det negotium exquirendi ac deliberandi, quid fieri conveniat, & an ſit ex uſu noſtræ religionis, ut, Bibliis exceptis, reliqui omnes exurantur libri. Fuit hoc anno MDX. Reuchlinus, qui & Jureconſultus erat, & Hebraicæ linguæ peritiſſimus, acceptis a Moguntino literis, quod ſui eſſet conſilii, perſcribit, & Hebræorum libros ait eſſe tripartitos, Hiſtoricos, Medicos, Thalmudicos, & hos quidem, non ejusdem eſſe generis omnes: in iis autem etſi multa ſint ridicula atque ſuperſtitioſa, tamen in hoc eſſe perutiles, quod* ad

Digitized by Google

*ad illorum refutandos errores, atque deliria magnopere conducant. Hanc ſuam ſententiam Archiepiſcopo mittit obſignatam: Phefercornus autem ubi reſcivit, magnam excitat tragœdiam, & evulgato libro illum oppugnat, & tanquam Judaorum vindicem atque fautorem traducit. Capnion, ut exiſtimationi ſua conſuleret, contrario ſcripto reſpondet, eoque multas in ſe concitavit Academias, Colonienſem inprimis. Erant tum in ea pracipui nominis Jac. Hogoſtratus, Arnoldus Tongrus, & hic quidem invectivam in eum emiſit, conatus idem, quod Phefercornus, demonſtrare, ac libellum inſcribit Maximiliano Cæſari. Poſtea litem adverſus eum inſtituunt, & agitata res fuit apud Moguntinum: cujus ad jurisdictionem reus pertinebat. Actor erat Jacobus Hogoſtratus: eum Reuchlinus, ut inimicum atque ſuſpectum, recuſabat, & initio quidem per procuratorem: cum autem nonnulli intercederent, venit ipſe Moguntiam, comitatus aliquot nobilitate generis & doctrina præſtantibus viris, quos ei dux Virtembergicus Ulrichus adjunxerat: qvum ibi fruſtra nonnullæ pacis rationes proponerentur, ille ad Pontificem Romanum provocat. Is rem delegat Epiſcopo Spirenſi, Georgio Palatino, ſimulque mandat, ne quis praterea de cauſa cognoſcat. Colonienſes autem, nihil eo commoti, librum Capnionis damnant, citra contumeliam tamen, ut ajunt, authoris, & Februario deinde menſe anni MDXIV. exurunt. Tulit hoc indigne Spirenſis, & quoniam actor, more conſueto per intervalla citatus, non comparuerat, ſecundum Capnionem pronunciat, ejusque librum approbat, & Hogoſtratum damnat in ſumtum litis reſarciendum. Ille vero ut ſententiam hanc irritam faceret, Romam petit: interim Theologi ſodales Pariſinam Academiam ſolicitant, & per Leodienſem Epiſcopum, Erardum Marchianum, qui tunc erat Gallicarum partium, Ludovico Regi XII. cauſam commendant. Itaque Pariſienſes, a multa deliberatione librum & ipſi damnant, ut incendio dignum, & authorem ad revocationem cogendum, & libros Thalmudicos recte damnatos olim a Pontificibus, & a ſuis anteceſſoribus crematos eſſe judicant. Fuit hoc eodem anno, poſtridie calendas Auguſti. Princeps Vuirtembergicus interceſſerat apud eos per literas, ipſe quoque Reuchlinus amanter ſcripſerat, quod ipſorum fuiſſet aliquando diſcipulus, & una mittebat a Spirenſi latam ſententiam, ſed id*

*fruſtra*

Digitized by Google

*fruſtra fuit. Hogoſtratus, Romam profectus, diligenter cauſam agit, ſed erant Cardinales, qui propter inſignem eruditionem amabant Reuchlinum: in his erat Adrianus, cujus exſtat de Lingua Latina liber. Leo tandem delectis aliquot rem committit, &, cum hi magis in Capnionem propenderent, Hogoſtratus, qui ſupra tertium annum ibi commoratus fuerat, nulla re perfecta, domum revertit. Incredibile autem eſt, quantum invidiæ ſibi conflarint hoc facto Colonienſes Theologi; nam quicunque erant viri docti per Germaniam, variis emiſſis in illos atque facetis libellis, Reuchlinum propugnabant, ſalſe deridentes illos, ut homines barbaros, linguarum & omnis literaturæ politioris hoſtes. Commendabat etiam eum Cardinalibus, & quibus opus erat, Eraſmus Roterodamus, & exſtant ejus hac de re miſſæ Romam epiſtolæ.*

V. Hæc ſumma fide a *Sleidano* recitata argumento ſunt, præſtantiſſimorum & eruditiſſimorum quorumque Virorum, ipſius quoque Pontificis & Purpuratorum Patrum, judicio approbatam Reuchlini ſententiam, eademque opera cladem tentatam a libris Talmudicis propulſam fuiſſe. Plura de toto hoc argumento cognoſcere cupienti ſuppetias ferent præ ceteris B. *Joh. Henricus Majus* in Vita *Joh. Reuchlini* p. 34. ſqq. & 248. ſqq. *Simon Majolus* in Parte III. Dierum Canicularium in Colloquio de perfidia Judæorum, *Vitus Seckendorfius* in Hiſtoria Lutheraniſmi lib. I. Sect. 27. p. 103. *Richardus Simon* in Epiſtolis Selectis *Amſtelod.* in 8. editis ep. 29. pag. 203. *Herman. Hardtius* in Effigie Corporis Talmudici cum libro תענית edita p. 12. & in Aurora Reuchlini *Helmſtadii* 1719. in 4. Cl. *Burchardus Gotthelf Struvius* in Actis Literariis ex MSS. erutis Tom. II. p. 97. ſq. *Jo. Franc. Buddeus* in Introduct. ad Hiſtor. Philoſophiæ Hebræorum p. 203. ſqq. & *Ludov. Elias Dupin* in Nova Bibliotheca Tom. XIV. pag. 1. ſqq. Libros potiores in hac controverſia ultro citroque editos recenſet *Michaël Neander* in calce Erotematum Linguæ Hebr. p. 540. ſqq. Eorum nonnulli, inprimis a Reuchlino ſcripti, optimo conſilio Cl. *Hardtii* cura recuſi ſunt Parte II. Hiſtoriæ Literariæ Reformationis. Ad ludicros, quos *Sleidanus* memorat, libros præ ceteris referuntur *Obſcurorum Virorum Epiſtolæ*, de quibus, eorumque potiſſimum auctore magna fuit hucdum inter eruditos diſputatio. Lege, ſi placet, Obſervationes Halenſium Literarias ſelectas Tom. IV. Obſerv. IX. Cl. *Jac. Burckhardum* in Vita Hutteni Part. I. p. 165. ſq. & in Analectis ad Part. I. plag. Z. 5. b. ſqq.

Cl. *Heumannum* in Schediaſm. de Anonymis p. 121. & Unpartheyiſchen Bibliothecarium Part. IX. n. 794. Nuper admodum, quod obiter hic memoro, verum earum ex parte auctorem, qui tantum non omnibus hucdum *Ulricus Huttenus* viſus eſt, detexit Rev. *Jo. Chriſtoph. Olearius* ex epiſtola quadam Anonymi ad Joh. Crotum ſcripta, & ab eodem Oleario primum ex MS. *Arnſtadii* 1720. 8. edita, in qua non obſcure primum illarum epiſtolarum Volumen Croto iſti acceptum fertur. Hoc indicio adductus Vir doctus in nota ad excitatam modo epiſtolam pag. 39. ita ſcribit: *Ubi notandum, Voluminis epiſtolarum Obſcurorum Virorum primi 1516. 4. editi, Crotum inventorem ſolum eſſe & auctorem, ſecundi autem & tertii (Rom. 1557. 12. & Londini 12. A. C. 1689. editi, quibus p. m. 503. lamentationes ſimul antiquæ & novæ obſcurorum Virorum annexæ, Huttenum & alios fuiſſe Scriptores Croti ſocios & æmulos.* Sed iſta quidem ad nos nunc non admodum ſpectant. Id vero non omittendum eſt, ipſos Judæos non latuiſſe diſputationem hanc de libris ſuis inter Chriſtianos agitatam. Sic R. *Chajim b. Bezalel* in libro החיים Part. I. c. 2. pag. 6. a. huc procul dubio reſpexit, iſta ſcribens: כבר שמעתי מזקני הארץ כי בימים שעברו צמדו איזהו רשעי בני עמינו ושלחו ידם ולשונם בכלי חמדה זו וחשבו לתת אותו לשריפת אש מפני לעג הדברים התמוהים שנמצאו בו לפי מיעוט שכלם וכמעט שגמרה מזמתם הרעה עד שהעיר יהוה רוח חכם נוצרי אחד שעמד בפני השרים והעמים ולמד זכות על הספר הקדוש הזה: i. e. *Pridem audivi a ſenioribus terræ, quod ſuperioribus annis fuere impii e populo noſtro* (petit hic Joh. Pfeffercornium) *qui manu & lingua invadebant vas illud deſiderabile* (Talmud) *& cogitabant illud flammis tradere, ob ſubſannationem verborum mirabilium, quæ inveniuntur in eo pro inopia intellectus eorum; & parum abfuit, quin perficerent cogitata ſua mala: donec tandem Deus excitavit animum prudentem Chriſtiani cujusdam,* (i. e. Reuchlini) *qui ſtetit in conſpectu Principum & populorum, & docuit veritatem de ſancto hoc libro.* Conf. *Theodoric. Hackſpanium* de Uſu librorum Rabbinicor. p. 274.

VI. Hæc controverſia effecit, ut & alii, tum eo tempore, tum poſtea, ſententiam ſuam dicerent, quorum plerique, imo & cordatiores & doctiores Talmud abolendum non eſſe cenſuerunt. Ex Pontificiis huc pertinent *Galatinus* lib. I. de Arcanis Cathol. Veritatis cap. 7. *Eraſmus Roterodamus*, Reuchlini in hac cauſa, epiſtolis pro eo ſcriptis, amicus. *Jac. Gretſerus* in Tractatu de Jure & more prohibendi, expurgandi & abolendi libros hæreticos lib. II. c. 12. qui *Reuchlini* & *Galatini* hanc in

rem

Digitized by Google

rem teſtimonio utitur, *Robert. Bellarminus* de Laicis cap. XX. Art. 20. *Jo. Maria Vincentius* in libro Italico: *il Meſſia venuto*, Tract. 78. n. 5. reprehenſus ideo a Bartoloccio Tom. III. pag. 745. *Theophil. Raynaudus* in Erotemat. de Malis & bonis libris n. 352. p. 205. ſqq. &c. Non pertinet huc, ceu viſum eſt B. *Zach. Grapio* in Diſſert. de eo: an Talmud ſit cremandum, Sect. I. §. 7. *Jac. Laurentius* in Diſſertat. Theologica de libris Gentilium, Judæorum, Turcarum, veterum Patrum & Pontificiorum permittendis ac tolerandis, Proteſtantium vero prohibendis, abolendis ac comburendis. Laurentius enim V. D. Miniſter in Belgio fuit, & ipſam hanc diſſertationem, ceu inſcriptio libri, *Amſtelod.* 1619. 8. editi, docet, oppoſuit *Jacobo Gretſero*, aliisque, qui Turcarum, Judæorum &c. libros præ Proteſtantium ſcriptis tolerari poſſe contenderunt. Ex noſtratibus & Reformatis pauciſſimi ſunt, qui non itidem mitius de Talmude tolerando ſentiant. Lege ſpeciatim *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilium* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 10. ſqq. *Auguſt. Pfeiferum* in Theologia Judaica p. 31. *Henr. Muhlium* in Apologia Talmudica, quæ exſtat in editione Opp. Cocceji Francofurtenſi, pag. 54. *Joh. Mullerum* in Judaiſmo Part. II. p. 1487. *Herman. Conringium* in præf. ad Paradoxa de Numis Hebr. p. 59. & data opera B. *Zach. Grapium* in Problemate Philologico: An Talmud ſit cremandum? Lipſ. 1695. 4. qui Sect. III. §. 10. negantem ſententiam hoc argumento propugnat: *Quocunque libro in Theologia Polemica carere non poſſumus, quique in aliquibus uſum ſuum habet, & præterea ſimul ſpeculum iræ divinæ erga infenſiſſimos noſtros hoſtes eſt, nec cuiquam nocet, & ſine noxa etiam per tot ſecula in Eccleſia toleratus fuit; cujus inſuper crematio damna quædam ſecum trahit, & reliquis juribus, poſſeſſoribus ſuis conceſſis, repugnat, imo plane impoſſibilis eſt, nulloque probato exemplo conſtat, & praxi ſecus ſentientium eſt adverſa, ille tolerandus, non autem flammis exurendus eſt.* Idem ſtatuunt ex Calvinianis *Joh. Buxtorfius* in præfat. ad Lexicon Talmudic. *Gisbert. Voëtius* in Diſputatt. Selectis Tom. II. p. 111. *Jo. Henr. Hottingerus* in Primitiis Heidelbergenſ. p. 67. *Jo. Hoornbeeckius* de convincendis Judæis, in Prolegom. pag. 23. *Jo. Leusdenius* in Philologo Hebræo mixto pag. 101. & *Jac. Basnage* in Hiſtor. Judaica lib. III. c. 6. p. 722. Inter Ex Judæos huc referendi ſunt *Chriſtianus Gerſon* in Talmude Judaico Part. II. c. 18. p. 560. ſq. & *Paulus Riccius* paſſim.

A contraria vero parte ſtant Pontificii permulti, ex quibus inprimis lege *Sixtum Senenſem* in Biblioth. S. lib. II. p. 120. in Galatinum vehementer invectus, *Nic. Serarium* in *Rabbinis* lib. I. c. 33. p. 291. & *Julium*



Digitized by Google

*Bartoloccium* Tom. III. p. 747. ſq. Ex noſtratibus *Joh. Schmidt* im feurigen Drachen-Gift pag. 122. Talmud concremationem vel ſaltem prohibitionem, Judæis quoad lectionem faciendam, millies promeritum eſſe ſcribit.

VII. Noſtra ætate ubique, & recte quidem, alia & mitior inter Chriſtianos ſententia dominatur, quando Talmud non ſolum repetitis vicibus, Typographis etiam Chriſtianis ſuppetias ferentibus, & Principibus Regibusque privilegia, quæ vocantur, largientibus, prela exercet, ſed & eruditi Viri in ejusdem Codicibus vertendis, illuſtrandisque ita occupantur, ut non ſolum errores & convicia praveque in CHRISTUM, ejusque ſacra, dicta in lucem proferant, ſed eadem quoque, ubi opus eſt, auctoribus ſuis remittant. Id quidam, nec præter rem, mirati ſunt, Judæis in Chriſtianorum Principum regionibus permitti, ut privilegia iſta imitentur, & certa pecuniæ ſumma ſtatuta prohibeant, quo minus vel Talmud, vel alii libri Hebraici, intra certum annorum ſpatium, recudantur. Imo mirum hoc ipſum viſum eſt R. *Naphthali Cohen*, Rabbino quondam Francofurtenſi, cujus הסכמה in limine edit. noviſſimæ Talmudis Francofurtenſis Privilegiis Cæſareo & Regiis Polonico ac Boruſſico ſubſtrata eſt.

Illa vel Talmud vel alios libros imprimendi poteſtas certis cancellis circumſcripta eſt a Pontificibus Romanis, qui ſcilicet legibus caverunt, ut, qui liber Judaicus in Italia formis exſcribendus eſſet, ille primum oculos Cenſorum, huic labori dedicatorum, ſubiret, qui librum perlectum recognoſcerent, & ab illis, quæ abeſſe ſatius erat, purgatum imprimendi copiam facerent. Hinc in editionibus Venetis, Cremonenſibus, Mantuanis, Romanis, &c. *privilegii* illius mentio fieri ſolet. Imo iidem libros, ſine privilegio editos, ſub examen revocare, atque ea, quæ quocunque modo offendere Lectorem poſſe videbantur, calamo inducere ac delere conſueverunt, cujus generis varia exemplaria vidi, quæ in calce nomen Reviſoris v. c. *Camilli Jagel* &c. adſcriptum referebant. Idem inſtitutum Judæorum ſcripta expurgandi Germaniæ Principibus commendavit *Philippus Erneſtus Chriſtfels*, Ex-Judæus, in clauſula, quæ ſubjuncta eſt Pentateucho Hebr. cum Targum & quatuor Rabbinorum commentariis *Wilmersdorfii* an. 1713. fol. edito, in qua etiam teſtatur, ſe & in hoc opere eo labore eſſe defunctum, & in poſterum in iis libris omnibus, qui lucem *Wilmersdorfii* viſuri ſint, defuncturum eſſe.

Quod

Digitized by Google

Quod quo temperamento adhibito fieri poſſit, vel debeat, prudenter oſtendunt præſtantiſſimi Auctores der Unſchuldigen Nachrichten an. 1714. pag. 89. ſq.

VIII. Paulo ante ars Typographica, a Chriſtianis hominibus inventa, & eorundem cura ac ſtudio magis magisque ornata, numerata eſt inter præſidia, quibus meliora Talmudis librorumque, qui huc pertinent, fata accepta ferri debeant. Quod ut eo plenius perſpiciatur, operæ pretium eſt, Typographeorum & Typographorum Hebraicorum brevem notitiam hic ſuppeditare. Origines Typographiarum Hebraicarum in Italia ad Judæos, qui *Soncinates* vocantur, referunt Judæi, nominatim R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala pag. 62. b. בדור הזה צמחו אנשים ממשפחת שונצינו אשר התמידו כמה וכמה שנים שהדפיסו הרבה ספרים עברי' שהיו תועלת גדול לישראל וראיתי בהקדמת המכלול שהדפיסו בקוסטנטינה שאומר' אני גר שון איש שונצינו בן ר' משה בן החכם המופלג ר' ישראל נתן בן שמואל בן הר"ר משה והוא דור ה' להר"ר משה משפירה הנז' בתוספות טוך:
i. e. *Hac ætate floruerunt Viri ex familia Soncinatum, qui per multos annos ſubſtiterunt, & multos libros Hebraicos, magno Iſraëlitarum commodo, impreſſerunt. Vidi ego in præfatione τῶ Michlol* (Grammaticæ Kimchii) *quem CPoli ediderunt, præmiſſa, hæc ſcribi:* Ego Gerſon Soncinas, filius R. Moſis, filii Sapientis & excellentis R. Iſraëlis Nathan, filii Samuelis, filii R. Moſis, *Hæc eſt quinta generatio R. Moſis de Spira, cujus mentio fit in Toſephoth Tuch.* Utitur hoc teſtimonio in eandem ſententiam *Bartoloccius* Tom. I. p. 432. & poſt eum *Andr. Chevillerius* Parte III. de origine Typographiæ Pariſienſis caput III. p. 264. ut alios omittam. Neque præter rem ita ſtatuitur, ſi de integris libris, Hebraice exſcriptis, ſermo ſit. Quod ſi vero minima literarum Hebraicarum in libris editis veſtigia in cenſum venire debeant, illa aliquot annis ante occurrunt in Codicibus, qui Germanorum prela exercuerunt. Non puto me falli, ſi affirmavero, *Eſlingæ*, civitate imperiali in Suevia, Stutgardiæ vicina, primum typis Hebraicis utendi periculum factum eſſe. In Tractatu enim *Petri Nigri contra perfidos Judæos de conditionibus veri Meſſiæ* exarato, & Eslingæ 1475. in 4. edito video integras voces v. c. בראשית ברא, & יהוה Hebraicis literis, ſic ſatis luculentis, expreſſas, textibus Scripturæ Sacræ aliis, qui ibi frequenter citantur, Latinis literis cum verſione Latina interlineari repræſentatis.

IX. Id interim hactenus mihi extra omnem dubitationem videtur poſitum, prima integrorum librorum, Hebraice excuſorum, initia in Italia apud Judæos *Soncinates*, quorum tamen majores Germani erant, (quod teſtimonio R. Gedaljæ modo allato conſtat,) quærenda eſſe. Deſcribam illorum conatus *Andreæ Chevillerii* verbis ex libro excitato pag. 264. quæ, brevitatis ſtudio, latine converſa huc transferam: *Primæ*, inquit is, *editiones lingua & literis Hebraicis factæ ſunt a Judæis Italis, Soncini, quod parvum in Ducatu Mediolanenſi opidum eſt, annitentibus primis Typographis R. Joſua & R. Moſe filio R. Iſraël Nathan Soncinate, qui genus ſuum ad Judæum Germanum, Spirenſem, referebat. Illa familia creſcebat, & typographiam transferebat in varias urbes Italiæ, v. c. Brixiam, Bononiam, Ariminum, Fanum, Piſaurum, ubi libri Hebraici editi ſunt*, p. 265. *addita nota, factum id eſſe per typographos Soncinates, aut per familiam Soncinatem. Poſt hæc tempora Judæi æque ac Chriſtiani homines libros Hebræos formis exſcribebant in aliis Europæ urbibus, nominatim, Venetiis, Cremonæ, Mantuæ, Sabionetæ, Veronæ, Ferraræ, Patavii, Liburni, Neapoli, Rivæ Tridenti, Iſnæ, Baſileæ, Coloniæ, Hanoviæ, Francofurti ad Viadrum, Pragæ, Lublini, Cracoviæ & alibi, tum vero in nonnullis Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ & Belgii urbibus. R. Gedalja in libro, quem dixit* שלשלת הקבלה, *tempus, quo libri Hebraice edi cœperint, notaturus affert annum mundi 5240, qui reſpondet anno Chriſtiano 1480. P. Julius Bartoloccius, Tom. I. Bibl. Rabbin. p. 432. qui in primas illorum editiones inquiſivit, verba ejus refert, quæ ita habent latine: Hoc tempore Typographi Soncinates fama valebant. Typographicam enim artem exercebant per multos annos, preloque magnam librorum Hebraicorum copiam in Judæorum commodum ſubjiciebant.*

*Ex hac igitur Soncinatum Typographia prodierunt libri* Mibchar Happeninim, *A. M. 5244. 4. C. 1484.* (*a*) Bechinath Olam *1485.* Ikkarim *R. Joſ. Albo 1486. duo Tractatus Talmudici*, Berachoth & Beza *an. 1489. Biblia Sacra fol. 5248. C. 1488. In Bibliotheca Sorbonæ exſtat*

(a) In hunc annum cadit quoque editio *Berachoth* Soncinatenſis, quam noſter paulo poſt in an 1489 refert. Vide ſupra recenſionem editionum Codicum Talmudicorum Specialium. Hanc omnium Hebraicarum antiquiſſimam cenſet Oppenheimerus.

Digitized by Google

*exſtat Maimonidæ* Jad chaſaka, *Soncini an.* 5250. *C.* 1490. *editus. R.* Gerſon, *unius ex primis his Typographis Soncinatibus filius, artis Typographicæ uſu in variis urbibus eminebat. Is* Brixiæ *edi curavit librum R.* Immanuelis, *qui dicitur* Mechabberith *an.* 1492. *itemque alium* Colbo, *Arimini, ſine loco notato.*

*Idem R. Gerſon artem Typographicam CPolin transportavit, ibique complures libros in lucem protulit, usque ad an.* 1530. *quo ipſo liber* Michlol *eandem adſpexit. Judæi officinas Typographicas* Theſſalonicæ *quoq; & in aliis nonnullis Imperii Ottomannici urbibus inſtruebant. At in illis quidem binis urbibus maxima pars librorum Hebraicorum curata eſt. Nonnulli exſtant* Theſſalonicæ (*v.* Beughem Incunab. Typograph. p. 2. & Catalog. Biblioth. Lugd. Batav. p. 255.) *an.* 1493. *&* CPoli 1506. *ſæculo ſuperiori, tum vero an.* 1652. *Simonius uſus eſt libro* Jad chaſaka *edit. CPolitanæ fol.* 1509. *&* Joſippone Gorionide *fol.* 1510. *quod apparet ex Hiſtoria Critica V. T. ed.* 1685. *p.* 540. *&* 543. *In Bibliotheca Sorbonæ conſpicitur* Bereſchith Rabba *R. Bar Nachman edit. CPolitanæ in fol. an.* 1512. *Sebaſt. Tengnagel, Bibliothecarius Vindobonenſis, magni faciebat Pentateuchum, quem emerat triginta numis aureis (ducatis) ſeu quadraginta florenis & dimidio, editum ſcilicet lingua Hebræa, Chaldæa, Arabica & Perſica. CPoli* 1545. *in fol. Codex, ait is, rarus, pretioſus, & paucis Judæorum Occidentalium viſus* (Pet. Lambecii *Lib. I. Biblioth. Vindobon. p.* 114.) *Neſcio, an non eadem hæc ſit editio, quam Waltonus laudat in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta Anglic. p.* 33. *ubi ait, Pentateuchum hunc CPoli an.* 1551. *editum. Certe idem legitur in Catalogo Biblioth. Oxonienſis p.* 44. *Partis II. & Biblioth. Lugduno-Batavæ inter libros Orient. quos Joſ. Scaliger illi donavit, p.* 253. p. 266.

*Quod ſi vera ſunt, quæ Buxtorfius in Biblioth. Rabbin. pag.* 302. *edit. Baſil.* 1613. *in* 8. *an.* 1613. *ſcribit, Joſephum Scaligerum Grammaticam Hebraicam R. Moſis Kimchii, quæ dicitur* Mahalach Schevile Haddas, *habuiſſe in Sicilia ante* 152. *& amplius annos editam:* Habuit Joſephus Scaliger impreſſum in Sicilia ante annos 152. (*quæ verba Buxtorfius filius in ſecunda editione Baſil.* 1640. *in* 8. *curata non mutavit*) *poſt*

Digitized by Google

*poſt omnem hanc in origines editionis librorum Hebraic. inquiſitionem dici poteſt, eas remotiores eſſe, quam quidem R. Gedalias & ejus exemplo Bartoloccius affirmavit, quia ſcilicet ante Typographos Soncinates jam anno 1461.* p. 267. *in Sicilia factum ſit initium, ubi primo omnium Grammatica Moſis Kimchii, atque adeo antiquiſſimus eorum, qui Hebraice impreſſi ſunt, lucem adſpexit. Certum omnino eſt, antiquiſſimas exſtare hujus Grammaticæ editiones. Eſt earum una in Bibliotheca Sorbonæ, curata Ortonæ, (quod provinciæ Aprutianæ in regno Neapolitano opidum eſt) anno ſecundo Caroli, Regis Siciliæ & Hieroſolymorum, h. e. Caroli VIII. Regis Galliæ, qui annus reſpondet A. C. 1646. ubi ſimul notatur, eam eſſe editionem hujus Grammaticæ tertiam. Id quod argumento eſt, exſtitiſſe duas editiones tertia illa antiquiores.* Cornel. Beughem *in catalogo, quem vocat* Incunabula Typographiæ, *de antiqua editione Hebraica loquitur, quæ facta ſit Bononiæ in Italia an. 1471. (b) p. 126. R.* Obadia Sephorno Lux populorum Liber Hebraicus ſic dictus. Bononiæ 1471. (*c*) *At enim vero ut de his antiquis editionibus certo conſtet, omneque, quod ſubnaſci poteſt, dubium tollatur, neceſſe eſt, ut Bibliothecæ indicentur, in quibus exſtent, & ſic major lux huic negotio affundatur.*

Multa horum debentur *Bartoloccio*, ex quo & ipſe ego potiora de Soncinatum familia ejusque in hac arte ſtudio monui Parte I. p. 1030. Iſtis hoc unum nunc quidem addam. Poſſideo primam *Petri Galatini* de Arcanis Catholicæ veritatis editionem *Orthonæ Mariæ* an. 1518. fol. curatam, ubi p. 310. in calce libri hæc leguntur: *Impreſſum Orthonæ maris, ſumma cum diligentia, per Hieronymum Suncinum, anno Chriſtianæ nativitatis 1518. quinto decimo Kalendas Martias. Ibi ſacratiſſima reliquiæ D. Thomæ Apoſtoli in pretioſiſſimo monumento, ex lapide onychino exciſo, bonorificentiſſime recondita*

(b) Ita ſcribendum pro eo, quod in Chevillerio eſt 1741.

(c) Exſtat omnino editio hujus libri *Bononienſis* anni 310. C. 1550. & ſi *Schabtæo* in ש"י credimus, anni 297. C. 1537. His vero priorem, ſpeciatimque illam anni 1471. dari non crediderim. Fortaſſe annus, quo liber ab auctore ſcriptus eſt, confuſus eſt cum anno impreſſionis, quod alias factum eſſe ſubinde vidi & monui. *Obadias* enim auctor libri vixiſſe videtur circa an. 1471. quippe quem *Reuchlinus* an. 1498. (v. Vitam ejus a Majo ſcriptam pag. 211. & 541.) Romæ præceptorem habuit, quique obiit an. 310. C. 1550. Vide Part. I. Biblioth. p. 939.

*dita atque indiviſa conquieſcunt.* Occurrit ibi *Hieronymi Suncini*, Typographi, nomen, quem non dubito ex illa Soncinatum familia ortum fuiſſe, Chriſti autem ſacris nomen dediſſe, ex eo, forte non vanus, conjicio, quod & Chriſtianum prænomen fert, & reliquiarum D. Thomæ honorificam mentionem facit.

X. Cetera, quæ ad fortunam Typographiarum Hebraicarum in Italia perſpiciendam pertinent, breviter complexus eſt *Bartoloccius* T. I. p. 434. b. *Dum adhuc*, inquit is, *CPoli viguerat Typographia Soncinatum, exoritur Venetiis circa initium præteriti ſæculi Daniel Bombergus, Antverpienſis: is ſub Fr. Felice Pratenſi in Hebraicis bene inſtructus, Chalcographicam pro libris Hebraicis imprimendis multis ſumtibus, & indicibili labore officinam aperuit & A. M. 271. minoris ſupputationis Chriſti* 1511. *primum* (d) *Codicem Sacrorum Bibliorum cudere cæpit. Poſtea ſubſecuti ſunt infiniti propemodum libri Hebraici, ab eo impreſſi ſumma diligentia, ita ut nullus alius eum vicerit. Poſt illum in eadem urbe ſecuti ſunt alii, qui in ædibus propriis Hebræorum librorum Typographiam exercere permiſerunt. Hi ſunt Juſtiniani, de Gara, de Bragadinis, Zanetti, & alii. Non defuerunt per Italiam aliæ civitates & loca, in quibus aliquamdiu Hebraici libri excuſi fuerunt, uti Riva Tridenti, Sabioneta, Mantuæ, Cremonæ, Veronæ, Neapoli, quibus in locis vel omnino hæc impreſſoria ars hodie omiſſa, ut Sabioneta, Cremonæ, Neapoli, & alibi: vel tam fœde exercita, ut nihil eo pejus in hoc genere cerni poſſit. Superioribus annis vires videbatur reaſumſiſſe Liburni in Etruria, in quo totius orbis celeberrimo emporio, induſtria & impenſis R. Jedidja ben R. Iſaac Gabbai Typographica officina ea in urbe erecta, ubi excuſi fuerunt quamplurimi Hebræorum libri non oſcitanter, inter quos eſt magnus ille liber Jalkuth cum commentariis R. Abrahami ben Samuelis Gedaljæ, de quo ſupra egimus ad num.* 120. *At ibidem non diu perduravit hæc impreſſoria ars, & hodie vix veſtigia illius apparent.*

In regni Neapolitani primaria urbe, *Neapoli*, ſub initium Typographiæ Hebraicæ Judæi poteſtatem ſua formis exſcribendi habuerunt. Ita, ut alia exempla taceam, Abarbanelis comm. in Prophetas priores ibi lucem vidit, an. 1493. Vide Part. I, p. 631. Sic tempore procedente, per varias Italiæ urbes & provincias Judæorum Typographea diſperſa & producta ſunt, quæ nec noſtra ætate ibi prorſus defecerunt, quanquam & rariora exſtent, & pauciora monimenta ex illis in lucem proferan-



(d) Vide quæ de hac editione fictitia paulo poſt inter Typographos Hebr. Italos dicentur.

Digitized by Google

ferantur. *Venetiis* vero potiſſimum & *Romæ* id fieri adhuc Judæorum opera conſvevit. Atque illa quidem de Judæorum *Italorum* in hoc genere conatibus, ſtudiis, & ſucceſſibus ſufficiant.

XI. Vicerunt eos in *Italia* Typographi Chriſtiani, copia ſaltem & interdum etiam elegantia librorum, Hebraice a ſe exſcriptorum, opera Judæorum vel Ex Judæorum, quam hic prorſus neceſſariam *Scaliger* locis citatis (e) judicat, in tollendis mendis uſi. Initium hic quamvis tenue admodum fecit *Aldus Manutius*, provexerunt autem *Daniel Bombergius*, *Marcus Antonius Juſtinianus*, & alii. Referam rem iterum verbis *Andreae Chevillerii* de origine Typographiarum pagina 267. *Aldus Manutius*, inquit is, in Typographeo ſuo habuit characteres nonnullos Hebræos, ſed illis parce uſus eſt: non exſtat quidquam hujus generis ab eo profectum in Bibliotheca Sorbonæ, præter Alphabetum Hebraicum. Juſtinus Decadyus, Græcus, Venetus, qui Pſalterium Græcum ex Aldi officina in 4 prodire fecit, gentem ſuam, cui librum dedicat, ſperare ab erudito illo Typographo jubet editionem Bibliorum Hebraicam, Græcam & Latinam: ἑβραϊστὶ, ἑλληνιστὶ, ῥωμαϊστί. Sed non conſtat mihi, eum quod ad textum Hebræum promiſſis ſtetiſſe. Hactenus *Chevillerius*.

Poſt Manutium tam ſtrenue & ingreſſus eſt, & urſit idem negotium *Dan. Bombergius*, ut ille merito primus habeatur eorum, qui integros libros Hebraicos inter Chriſtianos protulerunt. Huc pertinent verba *Dav. Ganzii* in Zemach David ad an. 5271. C. 1511. ita propoſita: דפוס הראשון לספרי הקודש ע"י דניאל בומבירגא בוויניציאה היה בשנת רע"א: i. e. *editio prima librorum ſacrorum per Dan. Bombergium Venetiis facta eſt an.* 271. Enimvero res ipſa ita omnino habet, probatio vero non ſufficit, nec idonea eſt. Nunquam enim exſtitit iſta Bombergii editio, quod ſupra oſtendimus p. 365. Bombergius enim Biblia Sacra primum in lucem edidit an. 1518. (f) Et vel ſic tamen Bombergius

(e) Hinc & *Rich. Simon* in Hiſtoria Critica V. T. p. 512. de Bibliis Hebr. loquens ſtatuit ea, quæ a Judæis profecta ſint, præſtare illis, quorum curam habuerunt Chriſtiani. Tam minutas enim res, ſive vocales ſive accentus ſpectes, in edendis Bibliis Hebraicis obſervandas eſſe, ut Chriſtiani difficulter in hujusmodi negotio cum ſucceſſu verſentur.

(f) Longe ante *Bombergium* libros Hebraice impreſſos fuiſſe ſtatuendum erit, ſi ſtare volemus fide *Boxhornii* in tract. de inventione artis Typographicæ, & *de la Caille* in hiſtoria

gius inter Chriſtianos hanc laudem primus & ſibi propriam habet, quem præterea *Scaliger* recte in Scaligeranis p. 62. & 107. ab induſtria & liberalitate, quam in excudendis libris Hebraicis egregie probaverit, ex merito laudat. Confer *Chevillerium* l. c. p. 267. ſq. qui inter cetera hæc ſcribit: *Typographia Bombergii procul dubio inter Hebraicas praſtantiſſima fuit, ſive inſignem copiam Bibliorum & Rabbinicorum librorum, qui ex ea prodierunt, ſive exactam curam, typorum item & chartæ elegantiam, quæ in editionibus, ab hoc Typographo intra quadraginta annos curatis, reſpicias.*

Hodie *Romæ* Collegium de propaganda fide ex Typographeo, quo inſtructum eſt, ſubinde tum in aliis Orientis lingvis, tum etiam in Hebraica libros in lucem proferri, curat. Qui usque ad an. 1639. lucem adſpexerunt, recenſentur in Joh. Domin. Veruſii Beneventani Elencho librorum, ſive typis, ſive impenſis Sacræ Congregationis de Propaganda fide impreſſorum. *Rom.* 1639. 4. Talem denuo edidit *Zacharias Dominica Acſamiteck a Kronenfeld* Rom. 1667. 4. quem Dorotheus Aſcianus h. e. B. *Matthias Zimmermannus* Tractatui de Montibus pietatis inſeruit p. 527. ſqq. Eundem vero usque ad noſtram ætatem perductam exſpectamus a Cl. *Theophilo Sigefrido Bayero*, elegantiſſimi ingenii & pertacinis induſtriæ Viro, in Hiſtoria Congregationis Cardinalium de propaganda fide, quam hoc tempore exſpectamus.

XII. Cum opera *Soncinatum*, quos primos vidimus in Italia Typographos Hebræos, eodem tempore, quo hæc ars in Italia exerceri cœpit, illa in Turciam, nominatimque *CPolin* perducta ſit, ordinis ratio requirit, ut, quas ibi vices experta ſit, ſtrictim exponamus. Scilicet *Gerſon* fil. *Moſis* f. *Iſrael* Soncinas, qui *Brixiæ*, *Arimini* & alibi officinas adornaverat, *CPolin* tandem adiit, ibique præſtantiſſimos quosque libros procuravit, & usque ad A. C. 1530. commoratus eſt. Eo enim anno ipſius opera lucem vidit Kimchii *Michlol*, quæ editio exſtat in Biblioth. Oppenheimeri. In eadem urbe poſtea hanc artem fecit *Elieſer Soncinas* & alii usque ad noſtram ætatem. Vidi enim his oculis librum quendam Quæſitorum & Reſponſorum (auctoris nomen nunc non ſuccurrit) anno 1718. CPoli in fol. impreſſum. Omitto *Theſſalonicam*



ſtoria artis Typographicæ & Librariæ, qui eum ſequitur, p. 6. tradentis, *Coſterum* Harlemenſem inde ab anno 1420. periculum artis Typographicæ feciſſe, quam in rem Boxhornius memorat librum *Schulchan Aruch*, ac præterea *Arba Turim* hebr. impreſſum & poſteriorem hunc *Venetiis* an. 1428. lucem ait vidiſſe. Sed vide, quæ contra affert *Mallincrotius* p. 5. Tractatus de arte Typographica.

Digitized by Google

*cam*, quam *Salonecum* appellant Judæi, variis libris Judaicis celebrem. Conf. *Nicol. de Nicolai* Itinerarium in Turciam gall. editum lib. IV. c. 16. p. 246. & Cl. *Jo. Jacob. Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. I. pag. 62.

XIII. Proxime poſt *Italiam* Gallia nos vocat, ut incunabula artis Hebraica imprimendi ibidem conſpiciamus. Ea vero nemo diligentius delineavit, quam Cl. *Chevillerius* in libro aliquoties laudato, p. 289. ſqq. *In Typographeis Pariſienſibus*, inquit is, *non erant typi Hebraici ante annum* 1508. *quo ipſo initium factum eſt in hac urbe libros Hebraicos edendi.* Ægidius Gourmontius *auſpiciis* Franc. Tiſſardi *primus hoc negotium ingreſſus eſt. Atque illi ipſi, qui in principe hac urbe Typographeum Græcum inſtruxerant, de Hebraïs libris idem primi tentarunt. Tiſſardus linguam Hebræam in Italia didicerat, ibique tres invenerat præceptores, nominatimque Iudæum quendam peritiſſimum, qui, quod diximus, Doctorem agebat in Synagoga Ferrarienſi. Princeps Valeſius, eruditorum Pater (quem ſe probavit exſtructo, poſtquam Rex creatus fuiſſet, Collegio Regio) eruditum iſtum Hebræum excitavit ad erigendam in Academia Scholam in qua literæ Hebrææ, non magis Pariſiis, quam in ceteris Regni urbibus ignotæ, docerentur. Hoc ipſe in literis ad Principem teſtatur:* Hac tem-
p. 290. peſtate his Gallicanis oris inauditum. *Et in alio loco*: Literæ Hebraicæ quoque mentem ſubiere, quibus neminem hactenus gentium manus appoſuiſſe in his ſaltem Gallicanis oris habeo exploratum. *Hoc conſilio Grammaticam Hebraicam ſcribebat, in qua præter Alphabetum, Oratio Dominica, Triſagion, & Genealogia Ieſu Chriſti typis Hebraicis, imperfectis revera & inconditis, expreſſa comparebant. Sed nova tamen erat res, quæ ſe non minus jucunditate quam utilitate commendabat. Ita enim ipſe:* Aliquid, quod cum novitate tum utilitate ſit ſtudioſo Pariſiorum cœtui non minus quam aliorum placiturum, depromere excogitavi.

*Dedicabat opus hoc Mæcenati ſuo, h. e. Principi Valeſio, in quo, poſt epiſtolam Dedicatoriam, compendium rituum & cerimoniarum Iudaicarum, quales in Italorum Synagogis obſervaverat, exhibet, cum hac inſcriptione:* Ad Illuſtriſſ. & Sereniſſ. Principem Franc. Valeſium, Valeſiorum Ducem & Angoliſmorum Comitem Franciſci Tiſſardi Ambacæi de Judæorum ritibus compendium. (*Atque hæc ſunt loca, unde depromimus ea, quæ hic citantur.*) *In ſequentibus, id ſibi tribuit, quod gloriam Principis ſui amplificarit, inſtitutis auſpiciis ejus & conſiliis duabus Scholis Univerſitatis, quarum altera Hebraicis ſtudiis inſerviret, quæ & editis libris adjuvarit.* Et ita demum, ſicuti ad Græcum & cetera id genus Græca volumina, tramites in divinum

num tuum honorem & gloriam perpetuam atque immortalem hactenus in hac inclyta Parrhiſiorum Academia demonſtravimus, nunc venitidem ad Hebraica pateant, neceſſum eſt. *Et paulo poſt iterum:* Qui mihi ſtimulus, qui calcar fuiſti. *Ægidius Gourmont hanc Grammaticam excudebat an. 1508. qua exſtat in Bibliotheca Sorbona, in 4. Ibi Bibliopola iſte ſe ipſum primum vocat in Græcis & Hebraicis Typographum Pariſienſem, his omnino verbis:* Operoſo huic opuſculo extremam impoſuit manum Ægidius Gourmontius, integerrimus ac fideliſſimus primus, duce Franciſco Tiſſardo Ambacæo, Græcarum & Hebraicarum literarum Pariſiis Impreſſor an. 1508. quarto Calend. Februar. p.291.

*Verum omnino eſt, ante ipſum neminem Pariſiis Hebraica excudiſſe, quemadmodum & typi Hebraici ibidem deſiderabantur. Tiſſardus ſaltem id affirmat in dialogo, quem in limine Grammaticæ ſuæ collocavit ubi ipſi objicitur, fieri non poſſe, ut Pariſiis Hebraica edantur.* Qui poteſt fieri, cum non, qui tradat ſolum, verum etiam, qui edat, deſit. Non ſunt characteres, non ſunt literæ, neque literati: quamobrem mihi videris, quod non ſis conſecuturus, deſiderare. *Poſt primum hunc conatum nihil, quod Hebraicum ſit, Pariſiis impreſſum video ante annum 1520., ſi verſus vel lineas quaſdam exceperis, quæ occurrunt in* Annotationibus Doctorum Virorum *ſuper Oratores Poetas & Grammaticos, per Joſephum Badium in fol.* 1511. *editis. Tiſſard conſilium ceperat edendi Biblia Sacra Hebraica, quorum codicem manu antiqua exaratum invenerat, una cum Græco & Latino, & ſic ea Principi Valeſio dedicandi;* Usque adeo, ut illas tres linguas, utpote vel Latina cum Græcis conjungere, vel illa omnia in unum liceat convenire. *Sed non perfecit inſtitutum, ideo, puto, quod mors nimis matura Virum tribus his linguis innutritum cum magno Academiæ detrimento abſtulit.*

*Jactura hac aliquot annis poſt reſarta eſt cura Stephani Poncher, Archiepiſcopi Senonenſis, & Confeſſionarii Regii, Wilhelmi Petiti, Jacobitæ, Doctoris Facultatis, & Epiſcopi Trecenſis. Duo illi Prælati perſvaſerunt Franciſco I. ut Roma accerſeret Auguſtinum Juſtiniani, Nobilem Genevenſem Ordinis S. Dominici, & Epiſcopum Nebienſem in inſula Corſica, Virum literarum Orientalium gnariſſimum, & eruditis pridem cognitum ex Pſalterio, quod Hebraice, Græce, Chaldaice, Arabice cum tribus verſionibus Latinis notisque in fol. per octo columnas ad exemplum Octaplorum Origenis Genuæ per Pet. Porrum ediderat:* Præſidente Reipublicæ Genuenſi pro Sereniſſ. Francorum Rege, præſtanti Viro, p.292. Octaviano Fulgoſo an. 1516. menſe Novembri; *quæ verba in extrema libri pagina leguntur.*

*Venit itaque Pariſios circa annum 1519. ex mandato Regis, ad docendam Lingvam Hebraam & Arabicam, quam provinciam ſtrenue ſuſtinebat. Hoc conſilio ſcholam inſtaurabat in Collegio Rhemenſi, ubi plures formabat diſcipulos optimos, inter quos video nominari Petrum Soulfour & Nicaſium Cuneau. Rex ei conſtituebat ſalarium annuum, & ab eleemoſynis ſibi eſſe jubebat. Is inopiam librorum Hebraicorum Pariſiis perſpiciens, qua ex Italia non niſi magnis ſumtibus paravit omnia levari poſſet, ſuis ſumtibus, qua ad typos formandos edendosq; adeo libros Hebraicos, modico pretio parabiles, pertinebant. Ægidius Gourmont ediderat Grammaticam Tiſſardi, & penes ſe habebat paucas illas formas Hebraicas, quibus ipſe erat uſus. Juſtiniani itaque eundem, tanquam in hac paleſtra exercitatum, ad editionem eorum, qua deſtinabat, perficiendam adhibebat.*

*Primum Opus, quod prelo ſubjecit, Grammatica erat* R. Moſis Kimchii, *in 4. de qua capite proxime pracedenti diximus, quam Latine converſam Sebaſtianus Munſterus Baſilea 1531. 8. edidit, annis centum poſt cum notis Conſtantini Lempereur Lugduni Batavorum recuſam. Epiſcopus Nebienſis eam dedicabat duobus Pralatis Gallis, qui conſilium dederant Regi, ut eum in Galliam accerſeret. En tibi partem epiſtola Dedicatoria ex folio libri ſecundo:*

*Auguſtinus Juſtinianus, Epiſcopus Nebienſis, Steph. Poncherio Senonenſi, & Guilielmo Parvo, Epiſcopo Trecenſi S.*

Secundus jam annus agitur, Patres cumprimis venerandi, ex quo Chriſtianiſſimus Rex veſtro conſilio, veſtraque perſuaſione me, Roma aſcitum, Parrhiſios juſſit accedere, gratia elocendæ varietatem linguarum juventutis, quæ ex toto orbe huc certatim confluit. Cepimus, ut par erat, ab Hebraica: nam Chaldæa & Arabica ita ab Hebraica pendent, ut ſi quis illas diſcere tentet, non prius hac deguſtata, Siſyphi lapidem volvere credatur - - - - - verum, ut ſunt omnium rerum illuſtrium ardua principia, laboraverunt hactenus auditores noſtri librorum penuria - - - - - itaque eniſi ſumus characteres Hebraicos hic ſcalpi, libroſque formari: quod nunquam antea factum invenimus, & vix poſt decimum cetavum menſem obtinuimus, ut Codices typis his noſtris excuderentur. Tantæ nimirum molis fuit in ſolo non aſſueto, tametſi bonarum artium omnium fœcundiſſimo, divinam plantare vineam. Atqui habebunt deinceps Regis noſtri beneficio omnis generis Scholaſtici libros non Hebræos modo, ſed Arabicos & Chaldæos, non minus exacte formatos, quam parva impenſa. Libuit vero initium facere a Quimohi noſtri Grammatica. - - - - - At vos, ô colendi Pa-



Digitized by Google

troni, qui primi, quæ veſtra fuit ſapientia, cogitaſtis illuſtrare Pariſienſe Gymnaſium pulcherrima hac linguarum varietate, accipite primi conſilii veſtri primos fructus, quos Clientuli veſtri ſterilis & infœcundus hortus protulit, &c. Valete, Parrhiſiis, pridie Calendas Martias 1520. *Ex hac Eiſtola intelligitur, editionem libri iſtius abſolutam eſſe ultimo die Februarii anno* 1520; *Iuſtinianum per annum & dimidium annum, imo amplius exſpectare debuiſſe formas literarum ad Typogrphiam Hebr. neceſſarias; ac primum hunc fuiſſe librum, qui meris literis Hebraicis conſtiterit.* Librosque formari, quod nunquam antea factum meminimus: *Quæ verba cum vero conveniunt, quia Grammatica Tiſſardi anno 1508. edita, non erat liber mere Hebraicus, ſed ſcriptio Latina, verbis nonnullis, verſibus & exiguis opuſculis Hebraicis miſta.*

*Menſe ſequente Junio idem in lucem protulit opus Hebraicum alterum, in 4. nempe librum* Ruth *&* Threnorum *Jeremiæ, cum exiguo opuſculo de* Numeris. *Diſcipulus quidam ejus curam bujus & prioris editionis habebat, qui & Præceptori ſuo opus inſcribebat.* Rever. in Chriſto Patri & Domino, D. Aug. Iuſtiniano Nebien. Epiſcopo, Patrus de Soulfour cum omni obſervantia S. *Diſcipulus Epiſcopo gratulatur de eo, quod Linguam Hebr. in Academia Pariſienſi in vitam revocarit, ibidemq; eruditos formarit Viros, tum praelectionibus ſuis publicis, tum cura & conſiliis, quæ ad libros in Lingua Sancta imprimendos retulerit.* Quanto arctius nos adſtrinxiſti, Præſulum doctiſſime, qui Hebraici ſermonis ſtudium ſuffocatum ac deperditum prorſus, a morte nedum ab exilio revocatum, usque adeo excitaſti, ut complures partim tuis Lectionibus, partim tua in ſubminiſtrandis libris diligentia haud vulgariter eruditos paſſim offendas. Nempe tu, tuorum laborum prodigus, Parrhiſianis, characteribus ſedulitate tua exaratis, libros, quos ſibi quisque parvo aere mercari poterit, primus formandos curaſti. Siquidem aureus R. Moſche Kimchi libellus, cujus emaculationi me præfeceras, ab Impreſſoribus tuo beneficio abſolutus, nuper in lucem prodiit - - - - - Accipe igitur, Pater ampliſſime, caſtigationem hanc: ſitque meæ in te obſervantiæ mnenoſynon. Vale Parrhiſiis ex noſtro Rhemornm Lyceo. Pridie Nonas Junii 1520. p. 294.

*Quod de Schola Hebraica, in Rhemorum Collegio a Juſtiniano inſtituta, dixi, id quidem ultimis verbis epiſtolæ modo allatæ adductus feci, quibus diſcipulus utitur ad Magiſtrum:* ex noſtro Rhemorum Lyceo. *Conjectura tamen loco affero, de qua Lector ſtatuet. Illa ejusdem epiſtolæ verba:* Parrhiſianis characteribus, ſedulitate tua exaratis, libros primus formandos curaſti, *vera*

*ſunt*

*ſunt ex ea cauſa, quam ſupra attulimus. Diſcipulus alius*, Nicaſius Cuneau, (*Cuneus*) *hos fecit verſus, qui folio ſecundo leguntur:*

Si tantum cupis ſacros liquores
Mente haurire avida, & viam polorum
Pernotam facere adſonante lingua,
Confeſtim virides petas receſſus
Agri Juſtinii, legesque abunde
Sanctarum documenta literarum,
Quæ hic brevis congeſta tenet libellus.

*Ex libris, quos Epiſcopus Nebienſis Pariſiis edidit, nonniſi duos iſtos vidi Hebraicos, in forma quarti ordinis, & tertium Latinum* 1520. *menſe Aprili per Joſephum Badium editum, quem is Magno Domino Franciæ Renato de Savoye dedicavit. Sunt autem opera Jacobi Bracellei, Genuenſis. Præterea vidi tria opera Latina in* fol. *quorum editio abſoluta fuit menſe Julio an.* 1520. *quæ ſunt* Chalcidius in Timæum Platonis, *Cardinali Lotharingiæ dedicatus*; Director Dubitantium, *R. Moſis Maimonidæ,*
p. 295. *Stephano Poncher, Archiepiſcopo Senonenſi, inſcriptus*; & Porcheti Victoria adverſus Hebræos, *Guilielmo Parvo, Epiſcopo Trecenſi, & Regi a Confeſſionibus dicata. Non niſi ſex iſta ſcripta, ejus opera in lucem data, in Bibliotheca Sorbonæ inveniuntur. Ipſe tamen in Vita ſua duodecim memorat Pariſiis a ſe curata.* Ho fatto imprimere in Parigi dodici opere in utilita degli Studioſi. *i. e.* Pariſiis duodecim opera in commodum Studioſorum imprimi curavi. *In Bibliotheca Archiepiſcopi Rhemenſis exſtat liber* Iobi, *quem idem ex Hebræo latine a ſe converſum Pariſiis an.* 1520. *per Ægidium Gourmontium in* 4. *edidit. Lipenius in Bibliotheca ſua Philoſophica p.* 742. *meminit libri* de Inventoribus rerum Matthæi Lunenſis de Sarzana, *quem in eadem urbe an.* 1520. *formis exſcribendum dederat. Neſcio, an ibidem Arabice quidquam ediderit, aut editionem reliquorum Sacri Codicis librorum, ceu in epiſtola Dedicatoria ad Grammaticam Kimchii promiſerat, abſolverit.* Subinde, *inquit*, curaturi, ut formentur libri omnes ſacri cum Commentariis Patrum Hebræorum. *Eruditus hic Epiſcopus, cui Pariſiorum urbs primam in*

*lingua*

Digitized by Google

*lingua Hebraica inſtitutionem & Typographiam Hebraicam debet, dignus omnino erat, qui felicius mortis genus experiretur. Aquis enim exſtinctus eſt an. 1536. navi, qua ad Epiſcopatum ſuum in inſula Corſica vehebatur, fracta.*

*Poſt Juſtinianum ſemper in Typographeis Pariſienſibus fuerunt typi Hebraici, quorum ad imprimendos libros uſus eſſe poſſet. Pauci, fateor, illi ſunt, ideo, quod Judæi, qui utplurimum Hebraica ſcripta edendi & emendandi curam ſuſcipiunt, non habent abſolutam poteſtatem, rerum ſuarum ſedem in Gallia collocandi. Nihilominus tamen Typographi Pariſienſes non omiſerunt ſubinde ſcripta quædam Latinè edere. Nos apponemus hic eorum nomina, qui Pariſiis aliquid in linguis Orientalibus usque ad an. 1560. impreſſerunt. Exſtant quædam hujus generis in Bibliotheca Sorbonæ. Ægidius Gourmontius, primus in Græcis & Hebraicis Typographus Pariſienſis, præter ea, quæ modo memoravimus, an. 1529. 4.* Agathiæ Guidacerii *Profeſſoris Linguæ S. Regii, Grammaticam edidit.* Gerhardus Morrhy, *cujus officina erat in Domo Sorbonæ eodem in loco, in quo* Ulricus Gering *prima Pariſiis prela inſtruxerat, poſt alia Latine & Græce* p. 296. *edita ibidem an. 1531. 4. Hebraice edidit Canticum Canticorum, cum verſione Latina, & commentariis ejusdem Guidacerii. Itaque ex Collegio Sorbonæ prodierunt ſcripta trium linguarum, Lat. Græc. & Hebr. Anno ſequente 1532.* Franciſcus Gryphius *in Collegio Lombardorum quinque Pſalmos Hebraice in 4. cum verſione & notis ejusdem Profeſſoris edebat.* Claudius Chevalon *an. 1533. in Appendice Tomi VII. S. Hieronymi Pſalterium Hebr. & Latinum proferebat.* Chriſtianus Wechelus *an. 1535. 4. Geneſin & Exodum, cum nonnullis ex Prophetis minoribus ſiſtebat.*

*Celebris* Wilhelmus Poſtellus, *a Franciſco I. in Orientem ad comparandos Codices manu exaratos miſſus, in Galliam inferebat characteres & alphabeta plurium linguarum, puta Chaldaicæ, Samaritanæ, Arabicæ, Armenicæ, Indicæ, Sclavonicæ & aliarum. Omnium illarum linguarum Alphabeta uno volumine juncta* Pariſ. *in 4. per Petrum Vidove an. 1538. edidit ſub titulo:* Linguarum duodecim characteribus differentium Alphabeta, Introductio & legendi modus. *In hoc libro oratio*

*Dominica & alia quædam brevis precandi formula, literis harum linguarum propriis expreſſa, conſpicitur. Inopia typorum adductus characteres iſtos in tabulis ſculpi fecit: id quod ipſe in epiſtola Dedicatoria ad Petrum Palmerium, Archiepiſcopum Viennenſem, profitetur:* Neceſſe enim fuit characterum formatorum penuria tabulis exaratis ſculptisve omnia edere. *Quæ quidem propterea monemus, ne quis cogitet, hunc primum eſſe librum, qui in literatura Orientali prodierit, quod in Hiſtoria artis Typographicæ & Librariæ p. 90. traditum videmus his verbis:* Hic liber primus eſt, qui Pariſiis literis linguarum Orientis propriis, expreſſus ſit, eum ſecutus eſt Robertus Stephanus, characteribus perfectioribus & melioribus uſus. *Hæc omnia concidunt per ea, quæ*
p.297. *in hoc capite allata ſunt. Ægidius Gourmont, & illi, quos modo appellavimus, tempore ſat longo ante Petium Vidove initium hujus rei fecerant eorumque libri non ope tabularum ſculptarum, ſed beneficio veræ artis Typographicæ i. e. literis ex matricibus ductis, expreſſi erant. Poſtellus cum videret, Alphabeta ſua male a ſculptoribus formata eſſe, vitium quodammodo emendaturus, ad edendam Grammaticam Arabicam typos ex ære fundi curabat. Eam in lucem proferebat* Petrus Gromors, *Pariſ. 1539. aut 1540. in 4.* Cum characterum difficultate, *inquit Poſtellus,* in primo folio Grammaticæ Hebr. in ſculptis tabulis multos eſſe perterritos viderem, quod eſſent difficiles & male formati, volui loco illorum quaternionum hic inſerere Grammaticam typis excuſam.

*Sequitur hos* Robertus Stephanus, *qui, editionem Bibliorum Hebr. in 4. an. 1539. auſpicatus, eam anno demum 1544. perficiebat. Nihil hucdum prodiit, quod elegantia ſuperat hoc opus. Idem aliam eorundem Bibliorum editionem aggrediebatur in 16. an. 1544. quam abſolvebat an. 1545. Non vidi in ulla Bibliotheca aut Catalogo editionem Bibliorum Hebraic. in fol. quam* Theod. Janſſon. ab Almeloveer *affert in catalogo librorum a Stephanis impreſſorum pag. 19.* Biblia Hebraica in fol. 1545. *Robertus in præfatione ſua ad Theſaurum Linguæ ſanctæ Pagninianum, quem anno 1548. in 4. edebat, ita ſcribit:* Cum Biblia Hebraica duplici forma excudiſſemus. *Hæc verba produnt, eum Biblia Hebraica non*

Digitized by Google

*non edidiſſe in fol. an. 1545. Quod ſi enim præter editiones in 4. & 16. aliam diverſæ formæ in fol. curaſſet, in præfatione iſta* triplicis formæ *facturus fuiſſet mentionem. Nec mirum eſt, tanta elegantia Biblia iſta ſe commendare. Characteres enim ſumtibus Franciſci I. formati ſunt, qui nullis ſumtibus ad perficiendas artes & ſcientias parcebat. Anno 1546.* Charlotta Guillard *imprimi curabat Pſalterium Hebraicum & Latinum: quod exſtat Tomo VII. editionis Operum S. Hieronymi ab eodem curatæ.* Carolus Stephanus *non minus ac frater ejus Robertus in hoc negotio operæ pretium faciebat. Edebat enim an.* 1546. *in 4. Pentateuchum &* p. 298. *alia nonnulla. Nec tacendus eſt* Henricus Stephanus, *ob libros Hebraicos, in lucem editos. Illi debetur Novum Teſtamentum Syriacum, quod characteribus Hebræis elegantibus in* fol. *curavit: item Grammatica Chaldaica & Syriaca Tremellii, quam iisdem formis exſcripſit in 4. an. 1569.* Martinus Juvenis *Evangelium S. Matthæi an.* 1551. *8. itemque alios nonnullos libros Hebraice edidit.* Wilhelmus Morellus *an.* 1560. *4. iisdem typis Grammaticam Chaldaicam Jo. Merceri, Profeſſoris Linguæ S. Regii*; *& an.* 1561. *Paraphraſin Chaldaic. in Proverbia cum Latina ejusdem Profeſſoris verſione, expreſſit.*

Atque ita quidem Typographia Linguarum Orientis Pariſiis inſtructa eſt: & hi ſunt, qui in ea primi operam collocarunt. Quod ſi Robertus Stephanus ſæculo proxime ſuperiori artem libros Hebraicos excudendi uno quaſi impetu ad apicem proferebat, celebris Cleri Typographus, Antonius Vitré ſæculo præſenti, eum proxime ſecutus eſt, qui in excudendis aliarum Orientis linguarum libris tam feliciter verſatus eſt, ut ejus gloriam difficulter quisquam ſuperare poſſit. Ut enim de aliis ejus operibus taceamus, cuivis Biblia Polyglotta, quæ IX. in fol. Voluminibus anno 1644. ſumtibus D. le Jay edidit, cognita ſunt. Eximium certe hoc eſt artis Typographicæ ſpecimen & exemplum, ſi & literarum & chartæ elegantiam ſpectes, tale omnino, quod exterorum Typographorum invidiam & æmulationem excitabit, & Pariſienſes ſemper ſupra illos collocabit, quibus ſine injuria denegari non poteſt hæc gloria, quod artem Typographicam ad ſummum apicem perduxerint.

Hactenus *Chevillerius.* Reliqua Anton. Vitrei apparatum Typographei Orientalis deſcribunt.

XIV. Hæc fuſius hic adſcribenda putavi, quia & *Chevillerii* commentatio rarior apud nos eſt, & multa præclara ac ſcitu digna, nec Lectori diſplicitura, afferuntur. Non eſt quidquam, quod his addamus, ſi illud monuerimus, quod præſtantiſſimus *Mich. Maittaire* ſuæ *Stephanorum Hiſtoriæ, Londini* 1709. 8. editæ, ſubjecerit Catalogum librorum a Stephanis impreſſorum. In eo p. 85. non videbis factam mentionem editionis Bibliorum Hebraic. an. 1545. in fol. quam *Theodorus Janſſonius ab Almeloveen*, in Catalogo librorum a Stephanis impreſſorum, per Robertum Stephanum curatam eſſe pag. 19. ſcripſerat. Idem *Maittaire* recenſet ibidem p. 85. editionem *Geneſeos* Hebraicam, Pariſiis a *Carolo Stephano* factam an. 1556. 4 quam *Chevillerius* omiſit, qui viciſſim *Pentateuchum* Hebraicum ab eodem an. 1546. in 4. curatum, neſcio quam recte, recitat.

In *Hiſpania* & *Luſitania* antequam utrinque ſub finem Sæculi XV. juſſu Regio ejicerentur, prelis uſu ſunt Judæi. Sic v. c. *Leiriæ* Kimchii in Prophetas priores A. C. 1494. & 1497. ejusdem in Jeſaiam & Jeremiam commentarium ediderunt. Vide Partem I. Biblioth. Hebr. p. 301. Poſt ea tempora non video ibi quidquam editum memorari.

In *Suecia* & *Dania* non memini Judæos unquam Typographea adornaſſe, quamvis non deſint libri Hebraici, Chriſtianorum cura in his regnis impreſſi.

Nec *Anglia* officinas Judæorum Typographicas admiſit diu. Superiori tamen ſæculo *Londini* libri nonnulli, Judæis annitentibus, Hebraice lucem adſpexerunt. Vide quæ diximus Parte I. *de David Nieto*.

*Bohemia* jampridem inſignem Judæis libertatem in hac parte permiſit, & vel una *Praga* inſtar equi Trojani fuit, ex quo cohortes librorum Hebraicorum, inde a multis annis usque ad noſtram ætatem, qua tamen magis ſibi temperant ibi Judæi, prodierunt.

In *Polonia* urbs *Cracovia* variis officinis, in hoc usque tempus continuatis, inſignis eſt. Omitto *Solcoviam*, opidum prope Leopolin Ruſſorum, quæ adhuc fœtus librarios Judæorum excludit.

XV. *Germania* noſtra ut Typographiæ mater in univerſum merito habetur, ita & Judæis tum olim a longo tempore, tum hac imprimis ætate, amplam fecit occaſionem, vel ſuis ſumtibus Typographea inſtruendi, vel officinis Chriſtianorum privatis utendi. Longum foret, recenſere provincias & urbes ſingulas, additis originibus, incrementis, ac præſenti in iis officinarum conditione, Typographorumque nominibus. Fiet id forte a me alias: nunc autem in nuda locorum, ubi officiā-

officinæ Hebraicæ vel fuerunt olim, vel etiamnum ſuperſunt, recenſione, quam Index mox ſubjiciendus exhibebit, acquieſcam. Hic tamen obſervare fas fuerit, quod Italia Germaniæ debeat primos ſuos Typographos Hebraicos. Soncinates enim, ceu ſupra docuimus, genus ſuum ad *Moſen Spirenſem* referebant. Sic & in editione codicis *Berachoth* Soncinatenſi A. C. 1484. curata, nominatur Gabriel b. Aaron שטרשבורג (*Strasburg*) i. e. *Argentoratenſis*. Deinde nec omittendum eſt in nonnullis urbibus Judæis licere, ſuis uti Typographis & Typographeis; in aliis vero v. c. Francofurti, ad Chriſtianos Typographos amandari. Conf. Cl. *Schudtium* Parte IV. Memorabil. Judaic. Continuat. I. p. 28.

*Suevia* vicum habet *Danhuſium*, in quo Judæi an. 1592. imprimendi arte ita feruntur abuſi, ut libros ſuos omnis generis calumniis in CHRISTUM, Dominum noſtrum, & Chriſtianos ſine ullo pudore implere auderent. Auctorem rei habemus *Samuelem Frideric. Brentz*, Ex Judæum im Jüdiſchen Schlangen-Balg cap. V. pag. 30. ubi & addit, Typographiam iſtam juſſu Magiſtratus ſublatam, & una cum libro Machſor, cujus multa exemplaria fuerint impreſſa, abolitam eſſe. Non negat rem Apologeta Judæorum, *Salomon Zevi*, in Theriaca ſua Judaica p. 305. Machſorim autem ſibi reddita fuiſſe teſtatur, poſtquam cognitum fuiſſet, calumniarum nihil in illis deprehendi. Confer Rev. *Wulferum* in animadverſionibus ſuis ad hunc librum p. 360.

In *Haſſia* vicus eſt ignobilis, nomine *Hedernheim*, in quo Judæos jam ante ducentos annos, Typographiam habuiſſe, e qua libri diverſi ſelecti, nunc inventu difficiles, prodierint, auditione accepit B. *Ungerus*, cujus hanc in rem literæ exſtant in Cl. *Schudtii* Memorabilibus Judaicis Part. I. lib. V. p. 582. Provocatur ibidem ad exemplar precum, סליחות dictarum, impreſſum הידרנום, quod habet Bibliotheca Oppenheimiana. Addit Cl. *Schudtius*, officinam hanc 60. vel 70. abhinc annis deſiiſſe.

*Sileſia* opidum habet *Oelſnam*, olim Typographeo Judaico cognitam, de cujus fatis diximus ſupra p. 386. ubi Pentateuchum recenſuimus A. C. 1530. in fol. ibi impreſſum. Noſtra ætate ibi inprimis claruit impreſſorum librorum frequentia *Dyrenfurtum*, opidulum, quatuor circiter milliaribus Vratislavia diſtans. In eo R. *Sabbathaus fil. Ioſephi*, Bibliotheca Rabbinica, quam שפתי ישנים inſcripſit, edita, clarus, A. C. 1689. ſuis ſumtibus Typographiam inſtruxit, ex qua complures variique generis libri ſatis diligenter curati prodierunt. Notitiam uberiorem officinæ & Indicem librorum in ea editorum habes im Neuen Bücher-Saal



Digitized by Google

Parte IX. p. 691. ſqq. & Parte XIV. p. 91. ſq. Ex poſteriori loco intelligitur, officinam hanc a Patre filio, natu maximo, R. *Ioſepho* an. 1711. traditam eſſe: vide p. 91. ſed periculum eſſe, ne, ſi lites in familia iſta obortæ continuentur, pereat penitus & deficiat. At intervenit deinde aliud quid, eo pejus, anno ſcilicet 1712. ob librum precum, שערי ציון dictum, qui ex officina ejus an. 1705. 12. poſt tot alias editiones, alibi, & Pragæ quoque curatas, prodierat. Narrabo rem ex Amici, nunc defuncti, literis, an. 1712. 13. Octobr. ad me datis. *Optandum foret* (ita is ſcribit) *ut Sabathaus, ſicut in literis ad me datis aliquando minitabatur, Supplementum Bibliothecæ ſuæ cum orbe literato communicaret. Vix tamen quidquam ejus amplius ſperare licet, utut exemplo ſuo multas annotationes adleverit. Senio confectus eſt, atque octogenario duobus tantum aut tribus annis minor. Præterea calamitatibus variis conflictatur, & Franciſci Kolbii, Soc. Ieſ. Theologi, atque in Academia Pragenſi literarum Hebraic. Doctoris publici, delatione traditus cuſtodiæ Vratislavienſi priſtinam libertatem, vadimonio promiſſo, nundinis Joanneis nuperis demum recuperavit. Accuſationis argumentum e libello* שערי ציון *deſumtum ex parte ſic ſatis arduum erat,* (conf. Part. I. Bibl. Hebr. pag. 492.) *ex parte vero prorſus alienum. Deſcribit enim libellus alicubi ritum, quo Judæi voluntariæ pollutionis nefandum crimen expiare ſolent. Accuſator vero Pragenſis iſtum locum admodum infeliciter interpretatus erat de Sacrorum Romanorum aqua luſtrali. Non dici poteſt, quantum Sabbathæo levamen hic error attulerit. Typographiam Dyrenfurtenſem anno ſuperiore filio natu maximo, R. Joſepho, poſt altercationes diutinas tradidit, qui ſingulis ſeptimanis Patri quatuor Imperiales ad dies vitæ, ſicut & poſt ejus obitum certam pecuniæ ſummam filiis, ex altera uxore juvencula, Malca dicta, ſuſceptis, ſolvere tenetur. His nuptiis, reluctante matrimonii prioris unico filio, Joſepho modo nominato, celebratis, ſibi multum apud populares ſuos detraxit, rebus ipſius deinde paulatim collapſis, cum 8000. plus minus uncialium ſortem, uxore priore ſuperſtite, poſſideret.* Ex his & Typographi & Typographei Dyrenfurtenſis viciſſitudines ſic ſatis colligere licet. Ab aliquot annis, ipſo Schabbatæo mortuo, non vidi librum ullum ex illa officina editum.

XVI. *Belgium* per integrum Sæculum ſuperius, & inprimis noſtrum hoc, fœcunda Judæis mater librorum exſtitit, *Amſtelodamo* manus obſtetricias commodante, in diverſis officinis, quas ipſi Judæi ibidem inſtruxerunt, & adhuc alunt. Præcipui ibi Typographi exſtiterunt *Menaſſe ben Iſraël, Immanuel Benbeniſte, Uri Pheibes*, f. *Aaronis Levitæ, Ioſephus Athias, Abraham Mendes Cotinius*, & qui illorum famam inter ſuos vel

vel adſequitur vel vincit *Salomon ben Ioſeph Probs*, adhuc ſuperſtes. Quam inſtructa *Ioſephi Athiæ* officina fuerit, ex eo æſtimare licet, quod fide *Ioh. Leusdenii* refert Cl. *Io. Iac. Schudtius*, Part. IV. Memorabil. Judaic. Continuat. I. p. 204. Typographeum ſcilicet ejus duodecim omnino prela numerare. Licentiam, quam in hac re ibi uſurpant, caſtigat & coërcendam vult *Mart. Schoockius* lib. III. Belgii Fœderati cap. V. pag. 75. Adde *Ioh. Hoornbeeck* in prolegom. de convinc. Judæis p. 27. & quos citat Cl. *Schudtius* Part. I. Memorabil. Judaic. lib. IV. c. 18. §. 15. p. 284. *Wagenſeilius*, qui alioquin in der Belehrung der Jüdiſch-Teutſchen Red- und Schreib-Art in præfat. lit. f. Judæis in hac cauſa patrocinatur, non potuit non indignationem prodere, recogitans, Iudæorum Rabbinos non ſolum cenſuris ſuis & approbatione, ſed & privilegiis, quibus editiones repetitæ caventur, ſuorum libros inſtruere. Lege eum in Prolegom. ad Tela Ignea Satanæ p. 26. Specialia hæc de Judæorum Typographiis Hebraicis ſufficiant, de quibus augendis forte aliquando cogitabo, niſi interea temporis commentatio B. *Io. Conradi Zeltneri* de Typographiis Judæorum, cujus in Vita Viri, mihi olim amiciſſimi, mentio fit, celeberrimi Fratris ejus, Profeſſoris Theologi Altorfini, opera prodierit. Interim Lector in ſequente Indice Typographiarum Hebraic. vel a Chriſtianis, vel a Judæis adornatarum, Alphabetico acquieſcet. Tales exhibet aut olim exhibuit

XVII. *Altorfium*, ubi varia monimenta *Hackſpaniana* & *Wagenſeiliana* lucem viderunt.

*Amſtelodamum*: v. paulo ante p. 958.

*Argentoratum*, ubi Elias Schadæus typographeum Hebraicum inſtruxit, & ex eo libros quoſdam N. T. dialecto Hebræo-Germanica an. 1592. 8. edidit. Suis illud ſumtibus adornatum fuiſſe ipſe teſtatur in tract. vernaculo, ib. 1592. edito, quem inſcripſit Auslegung des Myſterii in Bekehrung der Juden plag. D. 6. ubi tradit, ſe jam a tribus annis hoc opus juxta cum partibus muneris ſui urgere, queriturque, ab aliis in curioſitatis, ab aliis vero in avaritiæ argumentum id omne abreptum fuiſſe, cum tamen ipſe huc tum Hebr. linguæ amplificandæ, tum Judaicæ gentis, ad veritatis agnitionem perducendæ, ſtudio adduci ſe paſſum ſcribat.

*Ariminium* in Romania.

*Auguſta Vindelicorum*, ubi an. 1520. ex officina Sigim. Grymmi Medici, ac Marci Wirſung Grammatica Moſis Kimchii lucem vidit in 4.

*Baſilea* ex officinis *Frobenii* & *Waldkirchii*.



Digitized by Google

*Berolinum*, ubi Rev. *Dan. Erneſtus Iablonsky* Typographeum Hebraicum ſibi comparavit, ex quo complures libri alii inde ab A. C. 1697. & noviſſime Talmud Mœno-Francofurtanum, aliquam ſui partem, prodierunt.

*Biſtrovitzium.*

*Bononia* per Soncinates.

*Brixia*, ubi Biblia Hebræa opera Gerſonis f. Moſis, Soncinatis, A. C. 1494. lucem adſpexerunt.

*Colonia.*

*Conſtantinopolis.*

*Cremona*, in Italia.

*Cracovia*, in Polonia.

*Danbuſium*, in Suevia v. pag. 957.

*Deſſavia.*

*Dyrenfurtum:* v. p. 957.

*Fanum Fortunæ*, in Ducatu Urbinatenſi, per Soncinates.

*Ferrara.*

*Francof. ad Mœn.* ubi Judæi non niſi Chriſtianis officinis uti poſſunt: vid. Cl. *Schudtii* Memorabil. Judaica Part. IV. Continuat. I. p. 28.

*Francofurti ad Viadrum* apud Mich. Gottſchalck.

*Franequera.*

*Friburgum Briſgojæ.*

*Furthum*, vel *Pferda* (פירדה) vicus, uno lapide diſtans Norimberga, ubi Judæi a multis annis & adhuc prela fovent.

*Gieſſa.*

*Hala Saxonum* apud Moſche b. Abraham, Ex Chriſtianum, qui libertate ſua, admiſſis in libros impreſſos variis in rem Chriſtianam injuriis, abuſus, juſſu Regio an. 1714. Typographiam amiſit: qua de re plura in Supplementis ad Part. I. Ibidem nuper Biblia Hebræa lucem viderunt.

*Hamburgum* apud Thom. Roſe.

*Hanovia*, ubi Judæorum opera Codices quidam Talmudici 1618. ſqq. prodierunt. Ibidem noſtra memoria Cl. *Iac. Henr. van Basbuyſen* Typographiam Hebr. ſuis ſumtibus inſtruxit, ejusque beneficio, præter Abarbanelis commentarium, in Pentateuchum varios libros Hebraicos diligenter exſcribi curavit inde ab an. 1708. Septembr. Vide ipſum in præfat. ad iſtum Abarbanelis commentarium, ubi de crimi-

criminationibus nonnullorum, inſtitutum hoc impedire conantium, conqueritur.

*Hedernheimium* in Suevia: vide hic p. 957.

*Homburgum ad clivum* (an der Höhe) prope Francofurtum, ubi Judæi ſex circiter abhinc annis artem imprimendi exercent.

*Iſna* in Algavia, ubi *Fagius* & ſua & Eliæ Levitæ ſcripta in lucem dedit.

*Kilonium* in Holſatia.

*Leiria*, in Luſitania: vide Part. I. Biblioth. p. 301.

*Liburnum* in Toſcania.

*Lipſia.*

*Londinum.*

*Lublinum.*

*Lugdunum Batav.*

*Mantua.*

*Neapolis.*

*Norimberga.*

*Oelſna in Sileſia*: v. pag. 957.

*Offenbacum ad Mœnum*, unius horæ via Francofurto diſtans, ubi *Seeligman Reis* cum filio *Hertz* ante paucos annos officinam adornavit.

*Ortbona maris* in Ducatu Parmenſi: vide p. ubi de Galatini Arcanis Cathol. veritatis, ibi an. impreſſis.

*Oxonium.*

*Pariſii.*

*Patavium.*

*Piſaurum* per Soncinates, qui Biblia Hebræa ibi an. 1494. & *Kimchii* Grammaticam 1496. curarunt.

*Praga* in Bohemia.

*Proſtitium* in Moravia.

*Regiomontum*, in Pruſſia.

*Riva Tridenti.*

*Sabioneta.*

*Sapheta* in Palæſtina credita eſt *Plantavitio* in Biblioth. Rabbin. dediſſe impreſſum librum Moſis Galante, quem ſecuti ſunt alii, ut Cl. *Basnage* in Hiſt. Judaica lib. 7. pag. 1947. Sed quemadmodum Plantavitius hoc opidum adeo ignoravit, ut illud in Gallia quæreret, quod in Galilæa inveniendum erat; ita non mirum eſt, quod locum & ſedem habitationis & elaborationis libri, quæ fuit Sa-

pheta, cum loco editionis confudit. Vide Part. I. Biblioth. p. 815. Itaque hic locus inpoſterum hinc exſulabit.

*Smyrna.*

*Solcovia* prope Leopolin Ruſſorum.

*Soliſbacum* in Palatinatu ſuperiori apud Moſen bar Uri Scherga vel Schraga, cognomine Blach ſive Bloch, cujus opera *Sobar* anno 1684. & alia, auſpiciis Chriſtiani Knorrii de Roſenroht, prodierunt. Conf. Nova Literaria Lipſienſia Latina 1718. p. 196.

*Soncinum*: v. ſupra p.

*Theſſalonica* in Turcia, Judæis *Salonec.*

*Thiengen.*

*Venetiæ* apud *Bomberg, Juſtinianum, de Gara, Vendraminium, Bragadinos* &c.

*Verona.*

*Ulyſſipo.*

*Wilmersdorfium*, opidulum in comitatu Hohenlohenſi. Vide Cl. *Schudtii* Memorabil. Judaica Part. IV. Continuat. I. pag. 28. & Unſchuldige Nachrichten 1714. p. 88.

# CAPUT IV.

## Varia de Talmude judicia exhibens.

*I. Tres de Talmude judicantium ſectæ. II. a) abjecte de eo ſentientium. III. collectiones locorum Talmudis animadverſioni obnoxiorum. IV. b) nimis præclare de eo ſentientium. V. æque & modeſte judicantium. VI. de utilitate Talmudis generatim. VII. de Uſu Grammatico, Exegetico, Elenctico & Hiſtorico.*

I.

Quamvis ex iis, quæ ſuperiori capite de variis fatis Talmudis inter Judæos & Chriſtianos allata ſunt, intelligi utcunque poſſit, quam diverſimode utrique de eo judicarint, ab hoc loco tamen minime omnium alienum puto, diſtinctius recenſere, quæ de illo ſententiæ quibusque rerum argumentis latæ ſint. In Judæorum cœtum quidem me non amplius immittam, quorum ſcilicet mentem ex parte *Rabbanitarum*, divinam illi auctoritatem communibus ſuffragiis vindicantium, & *Karaorum*, vel parum vel nihil eidem tribuentium, abun-

abunde ſupra p. 664. & 668. perſpeximus. Itaque de Chriſtianis hic unice erimus ſoliciti. Illi vero in tres fere ſectas abeunt. Alii eorum nimis abjecte, & ſiniſtre, alii nimis præclare, alii, mediam tenentes viam, æque & modice de Talmude ejusque ſtudio ſentiunt ac judicant.

II. Nimis abjecte & ſiniſtre judicant, qui totum illud, quicquid eſt, vel flammis vel alio quocunque modo ex memoria hominum abolendum cenſuerunt: quorum ſupra mentio facta eſt. Atque hujus quidem judicii cauſas, quas Pontifices Maximi hinc inde ſigillatim propoſuerunt, ſummatim complexus videtur *Sixtus Senenſis* in Biblioth. Sancta lib. II. pag. 120. his omnino verbis: *Sed cum tam ipſe* (ſcilicetR. Aſſe) *quam majores ac poſteri ſui per ſingulos hujus Talmud libros non ſolum contumelias & blaſphemias multas & exſecrabiles adverſus Chriſtum Deum noſtrum collegiſſent, verum etiam ſanctiones & præcepta plurima conſcripſiſſent contra ipſam, quam profitentur, Moſis legem & contra omne ius gentium, atque omnem naturæ legem, quam ipſi, utpote homines, ſervare tenentur: viſum eſt Summis Pontificibus, & aliis Chriſtianis Principibus, ut tam nefariæ doctrinæ lectio, atque uſus omnibus Judæis, qui ſub ditione Chriſtianorum vivunt, interdiceretur.* Brevius *Bartoloccius* Tom.III. p. 359. ſq. *Quod quidem aſſerere* (nempe Talmud eſſe a Deo) *ſumma blaſphemia eſt, cum in eo nefaria commenta contineantur, & fœdiſſimæ doctrinæ. Nos ex fere infinitis, quæ illic habentur, nonnulla adducemus, ut ex his cognoſcatur, quam bene & prudenter Summi Pontifices hos impios & exſecrabiles libros perpetua cenſura proſcripſerint ac damnarint.* Similia his, imo graviora & invidiæ faciendæ magis idonea, profert *Johannes Pfeffercornius* in Manuali Speculo, & aliis libris huc pertinentibus, quæ hic omittimus. Mirum eſt, & alios, ab odio magis, quam iſti quidem fuiſſe videntur, magis alienos, non magis ſibi a durioribus vocibus caviſſe. Sic v. c. *Jo. Owenus* in Theologumenis lib. V. Digreſſ. I. p. 384. ed. Bremenſis: *Maximos eorum*, inquit, *magiſtros genus hominum fuiſſe ineptum, futile, delirum, magicum, idololatricum, ſuperſtitioſum, indoctum, pravum, docet utrumque Talmud in portentoſis autem tabulis excogitandis ita occupatum, ut pariter in arenam deſcendiſſe videantur, mentiendi certamine ſe invicem ſuperaturi.* Et alibi: *quisquid usquam impuri homines & indocti corradere ex anilibus traditionibus, dictis Scripturæ miſere detortis, Gentilium ipſorumque Chriſtianorum ritibus, Legi Moſaicæ non expreſſe adverſis, quod in rem ſuam ullatenus cedere cogeretur, potuerunt, hoc tanquam in fabularum, mendaciorum & ſuperſtitionis omnis lernam contulerunt. Antonius*

*nius Hulſius* in præfat. ad Theol. Judaic. p. 1. totum Talmud *Satanæ* vocat *cloacam*, *& facium*, *quibus tota fere Orientalis plaga conſperſa ſit*, *receptaculum.* Imo p. 446. *fruſtra eos eſſe* ait, *qui vel leviſſimum commodum in rem Chriſtianam inde exſpectent.* Duriſſima alia lege ibidem p. 8. Non abludit ex noſtratibus *Mich. Neander* in Catalogo libb. Hebraic. Erotematibus L. Hebr. ſubnexo p. 478. ubi ita: *Porro*, *ut ſciatur*, *quid contineat Talmudica ſive potius Talmantica doctrina Judæorum*, *quam ſint pleraque fabuloſa*, *ſceleſta etiam*, *tetra*, *& turpia*, *auditu horrenda*, *& formidanda*, *futilia*, *ſtolida*, *inepta*, *ac pueris etiam alphabetariis indigna (tanta tenebrarum vis eſt!) nec toleranda*, *ſi in proſtibulo*, *ubi omnis pudor eſt profligatus*, *jactarentur*, *ad quarum rerum cogitationem pia mentes cohorreſcunt*, *Sol etiam atque Luna expalleſcere poſſent*: *quorum tametſi pudeat pigeatque*, *referam tamen pauca quædam*, *e quibus facile judicium fiet de ceteris.* Addam his colophonis loco *Jo. Morini* verba ex Exercitationibus Biblicis lib. II. Exercit. I. c. 1. §. 3. *Quid autem eſt illa rerum antiquiſſimarum ſine ſcriptis*, *ſed tamen oretenus*, *accepta traditio? fabularum pluſquam anilium textura*, *perpetua* ἀνιςορησιῶν, *anachroniſmorum atque omnis generis abſurdorum*, *tam veras hiſtorias quam naturam ipſam perimentium*, *rhapſodia*: *nihil unquam Leſtrigones*, *lotophagi*, *aliique ſimiles barbari a veritate & recta ratione tam abhorrens de Magorum ſuorum geſtis cecinerunt*, *quam de ſuis Judæi fabulantur.* *Quod autem fabulæ ſupremus actus eſt*, *nihil tam immaniter delirant*, *cui probando ſtatim præſto non ſit Scripturæ teſtimonium*, *ſtupenda quadam & inſana ſpeculatione intellectum & contortum.* Idem §. 7. p. 226. obſervat, *Judaicorum Doctorum*, *a quibus traditiones Talmudicæ emanarint*, *magnam partem ex mercenariis operis*, *opificibus aliiſque ejuſmodi hominibus*, *qui in artibus ſordidis verſantur*, *conſtitiſſe.* *Sic R. Gedalias fol. 29. 1. tradit R. Jochananem ſutorem feciſſe calceos & magnum fuiſſe Sapientem*: *& fol. 32. 1. R. Hoſchajam & R. Chananam feciſſe calceos pro meretricibus. R. Joſe Zephoreus fil. Chalaphtha fuit pellio*, *teſte Zemach David ad an.* 4881. Omitto *Iſ. Voſſii* in Talmud criminationes, quarum ſpecimen paulo poſt ob oculos ponetur.

III. Quæ hic in univerſum pronunciantur, ea tum illi ipſi, tum alii quoque comprobare exemplis conati ſunt, collectis locis ex Talmude variis, ex quibus tanquam ex ungve leonem cognoſcere liceret. Defuncti ſunt hac opera *Pet. Alphonſus* in Dialogis contra Judæos, *Raymundus Martini* in Pugione Fidei Part. III. Diſtinct. III. c. 22. *Hieronymus de S. Fide* in lib. de Judaicis erroribus, lib. II. auctor Fortalitii fidei lib. III. conſiderat. VIII. *Agobardus* in literis ad Ludov. I. Imperat. de Judaicis

daicis ſuperſtitionibus: *Vincent. Bellovacenſis* in Speculo Hiſtoriali cap. 119. ſq. *Sixtus Senenſis* in Biblioth. Sancta lib. II. p. 120-125. (cujus tamen excerpta in dubium vocat *Cartwrightus* in Epiſt. Dedicator. ad Exodum pag. 4.) & ex hoc *Thomas a Ieſu* in libro de procuranda omnium gentium ſalute lib. IX. p. 623. *Mich. Neander* in calce Erotematum L. Hebr. p. 478. & *Melch. Palontrotti* in *Raccolta di molti errori e chimere ſognato da Thalmudiſti ſopra l' expoſitioni della Biblia, e riferite particolarmente da R. Salomone, dove ſi vede la gran cecita nella quale e caduto l' Ebraiſmo* h. e. *Collectio multorum errorum & fabularum, quas ſomniarunt Talmudiſtæ in expoſitione Bibliorum, ſpeciatim earum, quas R. Salomon refert, unde intelligi poſſit magna cæcitas, in quam Judæi prolapſi ſunt.* Prodiit libellus cum altero ejusdem cujus eſt titulus: *Breve raccolta d' argomenti contre gli Ebrei*, Venet. 1649. 8. Conſtat hæc collectio locorum Talmudic. paginis 16, deinde vero usque ad p. 136. i. e. finem libri ſeqvuntur expoſitiones ridiculæ Rabbinorum variorum ſuper Scripturam. Plenius, diſtinctius, & majori quoque fide hunc laborem perfecerunt *Julius Bartoloccius* Tom. III. p. 359-663. in Cenſura Talmudis, *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis paſſim, *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo Dertecto Parte I. cap. VIII. toto p. 293-453. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judaica lib. III. cap. VI. & VII. & ex noſtratibus præſtantiſſimus *Georg. Eliezer Edzardus* in obſervationibus ſuis ad capita quædam *Avoda Sara* & *Berachoth*, tum vero inprimis in præfat. ad Cap. I. Avoda Sara, ubi vel ex uno illo capite idonea afferuntur exempla, quibus conſtare poſſit 1) loca Scripturæ Sacræ citari impertinenter, & explicari ineptiſſime. 2) Scripturam perverti. 3) aſſeri falſa, & verbo Dei contraria. 4) proferri impia. 5) abſurda. 6) ſuperſtitioſa. 7) ridicula. 8) magica. 9) contradictoria 10) aniles fabulas. 11) concludi inſulſe. 12) confuſe proponi pleraque, & materias absque ratione cumulari. Neque negari omnino poteſt, hæc omnia ſatis dextre ſolideque probari, ſed ea tamen non efficiunt, ut nullum in orbe librum Talmude pejorem, atque adeo prorſus abolendum ſtatuamus, ceu paulo poſt amplius evincetur. Inter Ex Judæos præ ceteris huc pertinent *Ioh. Gerſon* in Talmude Judaico, & *Fridericus Wilhelmus* in libello germanico: Greuel der Verwüſtung das Heil. Jeruſalem durch den Jüdiſchen Talmud. Legi in eandem cauſam poteſt Anonymi (qui eſt *Theodoricus Hackſpanius*,) *Theologiæ Talmudicæ Specimen, certis de cauſis abruptum, ac, ſi omnino res ita ferat, ſuo tempore continuandum*, Altorf. in 4. editum cujus cap. I. de Judæorum Sectis, Talmudiſtarum prin-



Digitized by Google

cipio diſputandi, præceptoribus, diſcipulis, generalibus fidei capitibus, canonibus &c. II. de deo, creatione & Providentia divina III. de Meſſia, quid ſentiant Judæi de dictis, quæ Chriſtiani de Meſſia interpretantur, quæ item loca ipſi Judæi de eodem accipiant; ita exponunt, ut ſub certis theſibus probationis loco ipſa Talmudis loca hebraice afferantur. Conſtat pp. 154.

IV. In omnia alia abeunt ab his illi, qui neſcio quam præclare de Talmude ſentiunt. Inter hos merito numero *Jo. Mariam Vincentium*, ſiquidem is non tam ex Judæorum, quam ex ſua ſententiam locutus exiſtimari debeat. Is enim in libro Italico: *il Meſſia venuto*, rationem nominis *Talmud* redditurus, tract. 78. n. 5. ait: *Talmud altro dir non vuole, che dottrina, perche contiene la dottrina tutta ſi puo dire della vecchia legge, & della nuova*: h. e. *Talmud nihil aliud ſignificat, quam doctrinam, quia continet omnia illa, quæ dici poſſunt de lege antiqua & nova.* Inter Ex Judæos *Julius Conradus Otto* omnia Chriſtianæ religionis myſteria ex Talmude probare in Gale Raſia aggreſſus eſt, promiſſis magis ſubdolis, quam vere & ſerio, quam in rem vide Part. I. Bibliothecæ ſuo loco. Magnificentius de eodem, quam par erat, ſentire quoque videtur *Joh. Lightfootus*, tum in præfat. ad *Horas Hebr. & Talmudicas* ſuper Matthæum, ubi Talmudis Scriptores ab altera parte ſic ſatis deprimere, ab altera vero hoc magis extollere videtur, his uſus verbis: *Non ſunt auctores qui Lectorem magis terrent, & torquent; & non ſunt tamen, qui magis alliciunt, & delectant. Apud nullos major eſt, aut æqua nugacitas. Acriores hoſtes, quam iſtos, non habet doctrina Evangelica; & tamen planiores Interpretes, quam iſtos, non habet textus Evangelii. Verbo omnia. Judæis ſuis nihil niſi nugas propinant, & perniciem & venenum: at Chriſtiani, arte & induſtria ſua, eos ſibi reddere poſſunt ſtudiis ſuis utiliſſime famulantes, atque inſervientes commodiſſime interpretationi Novi Teſtamenti.* Quod quidem judicium ut hoc majorem fidem inveniret apud alios, adverſantis & ſiniſtræ apud multos opinionis cauſas in proxime antecedentibus ita reddere velle videtur: *Fœtent Judæi apud Marcellinum*, (lib. 22.) *& fœtent Judaica hæc ſcripta fere apud omnes; atque hoc laborant infortunio neſcio quo ſingulari, ut etiam non lecta diſpliceant; & vituperata ſatis ab iis, qui legerunt, ab iis, qui non legerunt, vituperentur multo magis.* Hæc & ſimilia *Lightfooti* verba alibi pronunciata nemini forte magis, quam *Iſaaco Voſſio* diſplicuerunt, qui eum ſæpe alias, inprimis vero in Reſponſione ad Objecta nuperæ Criticæ Sacræ p.332. ob Horas Talmudic. in 1. ad Corinth. epiſtolam, ubi digreſſi de LXX. Interpretibus

Digitized by Google

tibus habetur, pungit, interque cetera ait: *Quamvis vel ipſe titulus ſtuporem incuſſerit, minusque mihi peccaturus videatur, qui ex Alcorano, quam qui e Talmude exponat Evangelia; longe tamen major ſubiit me admiratio &c.* Et poſt pauca: *Ex iſta tamen barbaria & cæca caligine ſuppetias N. T. Scriptoribus afferre Thalmudicus iſte conatur commentator, ac ſi lux Evangelica fiat illuſtrior, ſi nebulis inficiatur Rabbinicis.* Utrumque horum alioquin præſtantiſſimorum Virorum per ἀμετρίαν ἀνθολκῆς in alterutrum extremum hic declinaſſe pauci forte in dubium vocaverint, cum hinc pertinax in legendis Rabbinicis Talmudicisque libris ſtudium, & quæſita recti judicii laus, ac exſpectata ex partis inventisque gloria; hinc animus ab his ſtudiis prorſus alienus, & peritia vel mediocris admodum vel nulla, facile efficere potuerit, ut τὸ *ne quid nimis* ob oculos parum verſaretur.

V. Rectius ſibi conſuluerunt, qui, æquitati & modeſtiæ ſtudentes, ſuum Talmudi pretium reliquerunt, ſed nec majus, quam par erat, ſtatuerunt. Sic famoſa illa, de qua ſupra, controverſia exorta, *Joh. Reuchlinus* in Speculo Oculari non negavit, Talmudicis libris multa immixta eſſe, in JESUM ejusque Apoſtolos & amicos injuria, qualia in ſacris quoque literis ſubinde reperiantur; ſed vel ſic tamen ob alias cauſas illud tolerari debere profeſſus eſt. Confer Vitam ejus a B. *Joh. Henr. Majo* ſcriptam p. 263. Imo Reuchlini ætate multi erant, qui Talmud contemnerent, nemo tamen, præter *Petrum Nigrum* Dominicanum, & *Joh. Pfeffercornium*, qui comburendum judicaverit. Vide *Majum* l. c. p. 292. Hoc magis igitur mihi tempero a cumulandis hoc in loco variorum teſtimoniis, in uno alteroque acquieſcens. Audiamus primo loco *Jo. Buxtorfium*, non cœcum rerum Judaicarum admiratorem, ſed idoneum & æqvum judicem. Is autem in præfat. ad Lexic. Talmudicum ita: *Sunt in Talmude adhuc multa quoque Theologica ſana, quamvis plurimis inutilibus corticibus, ut Maimon alicubi loquitur, involuta. Sunt in eo multa fida antiquitatis Iudaicæ collapſæ veluti rudera & veſtigia ad convincendam poſterorum perfidiam, ad illuſtrandam utriusque Teſtamenti hiſtoriam, ad recte explicandos ritus, leges, conſvetudines populi Ebræi priſci, plurimum conducentia. Sunt in eo multa Iuridica, Medica, Phyſica, Ethica, Politica, Aſtronomica, & aliarum ſcientiarum præclara documenta, quæ iſtius gentis & temporis hiſtoriam mirifice commendant. Sunt in eo illuſtria ex antiquitate proverbia, inſignes ſententiæ, acuta apophthegmata, ſcite prudenterque dicta innumera, quæ lectorem vel meliorem vel ſapientiorem, vel doctiorem reddere poſſunt, & ceu rutilantes*

*tilitantes gemma non minus Ebraam lingvam exornant, qvam omnes Latii & Græciæ floſculi ſuas lingvas condecorant. Sunt in eo multa vocum myriades, qvæ vel voces in Scriptura Sacra uſu raras illuſtrant; & native explicant, vel totius lingvæ Ebrææ & Chald. uſum inſigniter complent, & perficiunt qvi alioqvin in defectu maximo mutilus & mancus jaceret, ſunt deniqve in eo qvamplurima ad infinita Novi Teſtamenti loca qvoad voces, phraſes & hiſtoriam inſigniter illuſtranda maximum momentum habentia.* Ex noſtratibus ſubſcribit ei B. *Joh. Mullerus* in Judaiſmo p. 40. ſq. qui & p. 42. negat in Talmude, ſi librum *Avoda Sara* exceperis, contra N. T. aut Chriſtum, Dominum noſtrum, diſputari. Noſtra memoria *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* criminationes quasdam a Talmude amoliri aggreſſus eſt, idque data opera ſuſcepit in eleganti præfatione ad Tela Ignea Satanæ p. 57. *Si per Talmud*, inquit is, *ſolam Miſchnam intelligam, vere affirmavero, nullam in toto Talmude reperiri blaſphemiam, nihil Chriſtianis adverſum, nullam fabulam qvoqve, imo nec qvicqvam, qvod valde a ratione ſit alienum. Continet enim meras tantum παλαιοπαραδόσεις, & eſt, ceu diximus corpus Iuris Iudaici, olim non ſcripti.* Eodem ſignificatu ſi ſumatur Talmud, negat idem p. 58. *qvicqvam in eo haberi, qvod admodum in contumeliam vergat Chriſtianæ religionis*, adeo, ut nec excipiat Avoda Sara, quem mera Patrum Tridentinorum incuria ſiniſtraque ſuſpicione damnatum eſſe ait p. 59. De Gemara vero idem p. 61. aliter ſentit. *Porro*, inquit, *quod ſi eo verbo Talmud qvis Miſchnæ commentarium, Gemaram intellectam velit, ultro manum ei porrigentes fatemur, ac libenter, multa ibi haberi, de qvibus merito qvis arbitretur, inſaniviſſe inſaniam bilarem, qvi talia protulerunt.* Conf. p. 63. ſqq. ubi tamen eadem opera non unius generis commoda commemorat, quæ a prudente Lectore etiam ex Gemara hauriri poſſint. Inter cetera vero magnificentius, ni fallor, & juſto præclarius p. 68. judicat, *non eſſe in orbe librum, qvi iis, qvæ extra fidem moresque vivendi in Scripturis habentur, majorem lucem fæneretur, qvam Talmudicæ Pandectæ.* Tandem cauſam hanc p. 71. ita perorat: *Quæ hactenus de Talmude dicta ſunt, ſiqvis citra præjudicium animo recte perpendat, oportet fateatur, neqvaqvam in id vires & conſilia conferre debere Chriſtianos, quomodo Talmudicum opus e medio tollere & delere qveant, ſed potius ipſorum multum referre, ut illaſum ſervetur.* Lege eundem in epiſtola ad B. *Fechtium* de infundibulo ſuo p. 127. B. *Theodor. Daſſovium* in Corollario VIII. ad diſputt. de rebus in agris relictis Hebræorum, item *Rudolph. Mart. Meelführerum* in Theſibus miſcellaneis ex Philologia Hebr.

th. 23.

Digitized by Google

th. 23. nec non in Diſſert. II. de Jeſu in Talmude p. 12. & Cl. *Guil. Surenbuſium* in calce præfat. ad Miſchnam p. 4.

VI. Nos, compendium rei facturi, commemorabimus hic generatim præcipuos eorum, qui contra ſiniſtra nonnullorum judicia utilitatem ex Talmude hauriendam ediſſeruerunt. Sunt iſti *Jac. Henr. van Basbuyſen* in Diſſert. I. Clavi Talmud. Maximæ præmiſſa, *Iac. Braunius* in Selectis Sacris lib. V. Exercit. II. pag. 611. ſq. *G. Brightius* in præfat. Jo. Lightfooti Operum Tomo I. præmiſſa, Rev. *Caſp. Calvör* in Apologia Gloriæ Moſis præmiſſa, Sect. II. pag. 167. ſq. *Georg. Elieſer Edzardus* in præfat. inſigni ad cap. I. Avoda Sara pag. 14. ubi quintuplicem uſum vel ex uno iſto capite I. oſtendit, unum in Judæis de veritate religionis Chriſtianæ convincendis, alterum in evertenda ficta Talmudis autoritate, tertium in pernoſcendis Judæorum moribus atque animo in Chriſtianos infenſiſſimo, quartum, in refrenanda Judæorum licentia, quintum, in illuſtrandis textibus quibusdam utriusque Codicis Sacri: quos hic ſigillatim commemorare placuit, quoniam nonnulli eorum a plerisque, in hoc argumento verſantibus, neglecti fuerunt. *Theodoricus Hackſpanius* in Tract. de Uſu Scriptorum Judaicorum in Theologia vario, Lipmanni Nizzachon præmiſſo: *Hermannus von der Hardt* in Diſſert. de fructu, quem ex librorum Judaicorum lectione percipiunt Chriſtiani, Jen. 1683. *Io. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. ubi de Talmude: Idem in hiſtoria Creationis p. 4. diſputationem ſuam de uſu Scriptorum Rabbinicorum in Novo Teſtamento allegat. *Io. Leusdenius*, qui tamen in Rabbinis proprie ſic dictis ſubſiſtit, in Philologo Hebræo mixto Diſſ. XVI. & XVII. *Jo. Lightfootus* tum in opere ipſo, tum in præfationibus ſuis paſſim: *Henr. Ludert* in Diſp. de Talmudis utilitate, *Regiomonti* 1699. *Henr. Muhlius* in Apologia Talmudis, Cocceji Operum Tomo VII. ed. Francofurt. præmiſſa, qui ibidem *Rabbinologiam*, ſive commentationem de ſcriptis ac meritis Rabbinorum in rem literariam cum χειραγωγία ad lectionem Talmudico-Rabbinicam promittit hucdum non editam: *Auguſtus Pfeiferus* in Theologia Judaica & Critica Sacra cap. XV. quæſt. 5. *Adrianus Relandus* in præfat. ad Analecta Rabbinica: *Rich. Simonius*, hic parcior, in Collatione cerimoniarum Judaicarum cum diſciplina Eccleſiaſt. cap. XIV. *Guil. Surenbuſius* in præfat. ad Corpus Miſchnicum, & *Guil. Wotton*, Anglus, in *Miſcellaneous Diſcourſes relating to the Traditions & uſages of the Scribes &c.* Diſſ. I. c. 7. & 8. ubi ſimul convellit argumenta *Gali* in contrariam ſententiam allata in reſponſione ad Wallii hiſtoriam Baptiſmi.

*Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ. Horum agmen merito illorum opponitur phalangi, quibus *ὐδὲν ὑγιὲς* in Talmude aut aliis Judæorum ſcriptis occurrere videtur. Eos vide recenſitos a B. *Martino Difenbachio* in Judæo Converſo p. 177.

VII. Nec defuerunt, qui *uſus* quosdam Talmudis Rabbinicorumque Scriptorum ſpeciatim exponere inſtituerunt. *Grammaticum*, qui in intelligendis vocibus phraſibusque & omni linguæ Hebr. ratione continetur, commendavit olim B. Lutherus noſter & poſt ipſum alii. Eum audacter, ſed præpoſtere negat *Iſaacus Voſſius* de Oraculis Sibyllinis cap. XVI. & in Reſponſionibus ad Simonium paſſim: vide quæ ſupra de Grammaticis admonuimus. *Exegeticum* multi opere ipſo in commentationibus ſuis, ad Scripturæ Sacræ intelligentiam vel alio relatis, demonſtrarunt. Sufficiat præcipuorum nomina hic referre. Sunt autem: *Henr. Altingius*, *Sixtinus ab Amama*, *Samuel Bochartus*, *Jo. Buxtorfius uterque*, *Jo. Benedict. Carpzovius*, *Chriſtoph. Cartwrightus*, *Jo Jac. Cramerus*, *Jo Andr. Danzius*, *Theod. Daſſovius*, *Jo. Druſius*, *Georg. Elieſer Edzardus*, *Paulus Fagius*, *Jo. Friſchmuth*, *Nic. Fullerus*, *Mart. Geierus*, *Theodoricus Hackſpanius*, *Herm. von der Hardt*, *Conſtant. Lempereur*, *Jo. Lightfootus*, *Joh. Henr Majus*, uterque, inprimis autem Filius, *Raymundus Martini*, *Andreas Maſius*, *Jo. Meierus*, Prof. Hardervicenſis, *Jo. Mercerus*, *Simon Muiſius*, *Seb. Munſterus*, *Auguſt. Pfeiferus*, *Adrianus Relandus*, *Jo Reuchlinus*. *Jac. Rhenferdius*, *Joſ Scaliger*, *Balthaſ. Scheidius*, *Wilh. Schickardus*, *Seb. Schmidius*, *Joh. Seldenus*, *Guil. Surenhuſius*, inprimis in libro *καταλλαγῆς*, *Auguſt. Varenius*, *Jo. Viccars*, *Campeg. Vitringa*, *Jo. Chriſtoph Wagenſeilius*, & *Herm. Witſius*. Inter hos eminet, omnium judicio, *Lightfootus*, quanquam is, recte monente *Jac. Rhenferdio* in præfat. ad Diſſertatt. de Decem Otioſis Synagogæ, *in tanta rerum varietate & multitudine obſervationum aliqvando aliqvid humani paſſus ſit, & ſacrum ſtylum cum Talmude interdum inconvenienter compararit.* Idem tamen l. c. monet, *nemine diligentius neqve felicius Horas Hebraicas & Talmudicas Hiſtoriæ Evangel. & Apoſtolicæ impendiſſe: tam vaſta & per omne genus antiqviſſimos Scriptores diffuſa viri lectio, prudens rariſſimarum obſervationum delectus, & in illis mirum ingenii acumen, ac limitatum politumqve judicium in plerisqve omnibus obſervatur.* Aliorum de meritis ejus hac in parte judicia lege, ſi placet, apud Celeberr. *Georg. Henr. Goetze* in Sylloge Theſium Theologic. Lightfooto oppoſita §. 1. B. *Io. Frid. Mayerum* in Diſput. de iis, qui perpetuos commentarios in Scripturam S. exararunt Sect. IX. & in Unpartheyiſchen Bibliothecario Part. IV. 288. & VI. 451. Et vel

ſic

Digitized by Google

ſic tamen inſignis illa Lightfooti induſtria adeo non omnia exhauſit, ut potius non contemnendi ſpicilegii copiam reliquerit. Certe Cl. *Hermannus Hardtius* in Effigie Corporis Judaici p. 51. Lightfootum &, poſt eum alios, multa hic præſtitiſſe, maximam tamen partem intactam reliquiſſe obſervat. Exemplum ſpicilegii ejusmodi habes in Cl. *Io. Henr. Maji* Obſervatt. Sacris lib. IV. pag. 40, (qui & p. 43. teſtatur ſe ab inſtituendo ſpicilegio Lightfootiano aliquando non fuiſſe alienum,) & in Specimine Horarum Hebræo-Talmudicarum in N. T. integrum, in Novis Literariis Lipſienſ. Latinis an. 1719. pag. 72. ſqq. quod Cl. *Chriſtiani Schoetgenii* induſtriæ, a qua plura exſpectamus, debetur. Hunc uſum magni præter citatos facit *Jo. Seldenus* in præf. ad lib. de Anno Civili Ebræorum, & ex recentioribus Cl. *Guil. Surenhuſius*, qui in calce præfat. ad Partem VI. Miſchnæ ait: *Ego ſane non vidi hactenus librum aliquem, qui Novo Teſtamento plus claritatis attulerit, quam Miſnicus.* Imo *Simon Ockley*, Profeſſor quondam Linguæ Arab. Cantabrig. an. 1720. menſe Septembri denatus, in epiſtola ad *Guil. Wottonum*, hujus Diſſertationibus Miſcellaneis, modo laudatis, præmiſſa, ſcribit, ſe, ſi copiam habuiſſet, cum Rabbino quodam Novum Inſtrumentum legere voluiſſe, quia certus ſit, Judæos, phraſium quippe & alluſionum, Hebræis familiarium, gnaros, rectius, quam nos, illud intelligere.

*Elencticum* uſum, qui ſe in adſerendis CHRISTI doctrinis, & confutandis Judæorum erroribus, telis ex Judæorum pharetra depromtis, exſerit, non minus diligenter nonnulli re ipſa manifeſtum fecerunt, quos infra inter Scriptores Anti-Judaicos recenſitos invenies. Præcipui ſunt ex veteribus *Raymundus Martini*, *Porchetus*, *Pet. Galatinus*, & *Hier. de S. Fide*; ex recentioribus autem *Fagius*, *Munſterus*, *Buxtorfii*, *Helvicus*, *Coccejus*, *Lempereur*, *Hackſpanius*, *Snellius*, *Wagenſeilius* & *Edzardus*. Teſtimonia interim variorum in hanc rem, qui veſtigia veritatis Judæis repræſentanda in Talmude æque ac aliis ſcriptis obſervari aſſeverant, lege apud *Laurent. Odbelium* in Synagoga Bifronte pag. 41. ſq. Imo *Iſaacus Voſſius*, veritate victus, hunc uſum ſolum Talmudi adſerit in Reſponſ. ad Objecta Criticæ Sacræ p. 328. Alii idem ſingularibus ſcriptis evicerunt. Huc ſpectant *Joſua Arndius* in Diatriba de myſterio Trinitatis e ſcriptis Rabbinorum veterum: *Julius Bartoloccius*, cujus tractatum de Trinitate, Meſſiæ ſanctiſſima divinitate & gentium vocatione ex Rabbinorum commentis collectum, manu exaratum ſe habere ſcribit *Imbonatus* p. 148. Biblioth. Latino Hebr. *Jo. Andreas Eiſenmengerus*, tum in Judaiſmo detecto,

 tum

Digitized by Google

tum in tractatu non edito, quo ſe veritatem religionis Chriſtianæ ex Judæorum libris oſtenſurum recipit Tomo I. libri citati c. 2. pag. 147. *Io. Andr. Danzius* in Judæo proprio gladio jugulato, B. *Theod. Daſſovius* in Rabbiniſmo Philologiæ Sacræ ancillante in Jerem. XXIII, 5. *Witteberg.* 1677. 4. & B. *Esdras Edzardus* in Conſenſu Antiquitatis Judaicæ ſuper eundem Jeremiæ locum Hamburg. 1673. in fol. *Brandanus Henr. Gebhardi* in Judæo ſui pædagogo ad Jeſum Chriſtum Salvatorem, Gryphiswald. 1691. 4. *Chriſtoph. Helvicus* in Elenchis Judaicis, *Joh. Iuſtus Loſius* in diſſ. de Succeſſiva doctrinæ inter Judæos corruptione, *Wernigeroda* in 4. ut & de eo, quod Hebræi veteres Chriſtum ſcripturæ ſcopum ſtudioſe olim quæſiverint. *Hal.* 1709. 4. *Rudolph Martinus. Meelführerus* in Conſenſu veterum Hebræorum cum Eccleſia Chriſtiana: *Ioh. Meyer* in ſingulari Tractatu de myſterio SS. Trinitatis ex Vet. Teſtam. demonſtrato, *Mich. Neander* in Teſtimoniis veterum, quæ Erotematibus Linguæ Hebr. ſubjuncta ſunt, *Laurent. Odbelius* in Synagoga Bifronte ſeu de ſcrutandis collapſæ Synagogæ ruderibus, *Iul. Conr. Otto* in Gale Raſia, *Io. Stephanus Rittangelius*: vide Biblioth. Hebr. Parte I. num. 820. *Ionas Conrad Schramm*, Diſput. de Symboli Apoſtolici in Talmude ruderibus, ſub præſidio Jo. Andr. Schmidii, *Helmſtad.* 1706. 4. *Ioſ. Voiſinius* paſſim, *Herm. Witſius* in Judæo Chriſtianizante. Ex his æſtimare licet, quid de illis judicandum ſit, qui argumentis his *κατ' ἄνθρωπον* in diſputationibus adverſus Judæos ſuſcipiendis, locum relinqui noluerunt. Vide loca eorum, & contraria aliorum teſtimonia collecta a B. *Difenbachio* in *Iudao Convertendo* p. 87. ſq. & *Converſo* p. 167. & 175. & B. *Zach. Grapio* in Diſſ. an Talmud ſit cremandum Sect. III. §. 1. Libenter ego fecerim cum *Vorſtio*, Rabbinis alioquin non favente, qui in Append. ad Bilibram Veritatis p. 318. fatetur, plurimum ad convincendos alienos, & fulciendos noſtros, valere teſtimonia in Judæorum codicibus ſcripta: modo ne ſint teſtimonia conficta vel ſuppoſita, vel in alienum ſenſum contra mentem Scriptorum detorta. Confer, ſi placet, diſſertationem meam de Uſu Talmudicæ Rabbinicæque lectionis Elenctico, Cl. *Iac. Guſſeto* oppoſitam *Vitemberg.* 1706. De Cabbaliſticis Scriptis, huic negotio inprimis accommodatis, vide, quæ infra ſuo loco dicemus.

Supereſt uſus, qui urgeri ſolet *Hiſtoricus*, de quo vide *Wagenſeil.* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 67. & quæ infra in Syllabo Scriptorum de Antiquitatibus Judaicis a me afferentur.

CAP.

Digitized by Google

# CAP. VII.

## De momentis quibusdam ad Talmud pertinentibus.

*I. Fabularum Talmudicarum copia.. II. Senſus, quem alii III.* ſecundum literam ; *alii IV. per* allegoriam *eruendum cenſent ; alii V. nunc literalem nunc myſticum præferunt. VI. Num JESUS, Dominus noſter, parabolas ſuas a Judæis acceperit? VII. Num JESU in Talmude fiat mentio? ubi Negantes. VIII. ubi Affirmantes. IX. de ſcriptione nominis* ישו. *X. & XI. Num religionis Chriſtianæ in Talmude mentio? XII. Scriptores præcipui de Talmude.*

### I.

Superſunt argumenta quædam ſpecialia, quæ in conſideratione Talmudis diſtinctius examen requirunt. Primum eorum refertur ad *fabulas*, apologos & parabolas, quarum non parca ibi meſſis eſt. De earum vero partim *numero*, partim *conditione*, partim *ſenſu* diſputatum eſt inter eruditos. De *copia* fabularum ita nonnulli ſtatuerunt, ut præter fabulas nihil ibi afferri cenſerent. Sic Rich. Simon in Hiſt. Critica V. T. lib. II. c. 2. p. 9. *Quoties de rebus geſtis*, inquit, *agitur, haud Talmudi credendum, utpote ab imperitiſſimis hominibus conſarcinato, maxime vero Gemaræ, ubi nihil niſi meræ fabulæ & abſurdæ diſputationes.* Eodem, credo, ſenſu *Huetius* Talmud *omnis ineptiæ officinam* appellat in Quæſtionibus Alnetanis p. 132. ſicut *Hottingerus* in Smegmate Orientali lib. 1. c. 1. Talmudiſtas vocat *fabularum γραωδῶν conſarcinatores impudentiſſimos.* Taceo ceteros. Hæc enim opinio ſuperiori ætate pervulgata & communis admodum fuit, ideo, quod tantum non omnes de Talmude non ex Talmude, ſed ex aliquo ejus compendio, nempe ex libro *En Iacob*, judicium ferrent. Ille enim liber complectitur per ſaturam Gemaræ jucundiora quæque, ritus, hiſtorias, fabulas, & ſacrorum dictorum ſive rectas ſive contortas explicationes. Atque ex eo pleraque depromta fuere, quæ Chriſtiani Talmudica allegarunt. *Atque hæc una*, ita pergit *Wagenſeilius* p. 73. præfat. ad Tela Ignea Satanæ, *& ſola cauſa eſt publici, qui invaluit,*

*erroris, Gemaram nihil aliud quam fabulas continere.* Hanc autem criminationem fundamento deſtitui, res ipſa docet, poſtquam Miſchna, omnium oculis nunc latine expoſita, nullius omnino fabulæ copiam facit, Gemara autem præter eas, non ſane paucas, plures tamen de ſenſu Miſchnæ aut locorum Biblicorum diſputationes & collationes exhibet.

II. Quod ad fabularum iſtarum ſeu narrationum *παραδόξων conditionem* attinet, nonnulli iique plures numero eas ridendas primo intuitu & explodendas cenſent, alii vero vel genio iſtius ætatis & Orientalium gentium communi fere conſuetudini, quicquid hoc eſt, condonandum putant, aut etiam præclari aliquid, nuclei inſtar, ſub hoc cortice latere arbitrantur. Non dubitem hic meum facere *Io. Chriſtoph. Wagenſeilii*, ſæpius in hac cauſa a me laudati, judicium in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 61. ita promulgatum: *Quanto magis illas Gemaræ fabulas verſo penſitoque, ſemper minus veriſimile fit, multum arcanæ ſapientiæ iis contineri. Differunt enim toto genere a ſymbolica veterum Orientalium docendi ratione, & ita concipiuntur, ut merito quis ſuſpicari queat, nil niſi mera monſtra illas alere.* Idem p. 62. pergit: *Crediderim pleraſque veteres fabulas a Magiſtris ſic prolatas fuiſſe, ut tædium, quod difficillimarum diſputationum ἀκρίβεια in animis diſcipulorum forte pepererat, iisdem lenirent, & ſeveriora dogmata amœnitatibus quibusdam temperarent.*

III. De *ſenſu* harum fabularum aut diſſertationum *παραδόξων*, quas ipſi אגרות vocant, maxime omnium certatum fuit, aliis *literaliter*, & prout verba jacent ex mente Doctorum ipſorum eas accipientibus; aliis *improprie* & *allegorice* eas ab ipſis prolatas autumantibus; aliis denique nonnullas fabulas proprie, nonnullas improprie, interpretandas cenſentibus. Literaliter, ſine quæſito myſtico ſenſu, fabulas Talmudicas accipi volunt *Iulius Bartoloccius* Tom. I. p. 531. a. qui ait, omnia, quæ ſcripta ſint in Talmude, ſecundum literam intelligenda eſſe, *Io. Hoornbeckius* lib. III. c. 2. p. 240. de convincendis Iudæis, *Ant. Hulſius* Part. II. p. 445. Theologiæ Judaicæ, quo judice nemo Chriſtianus fabulam ullam Talmudicam bona conſcientia vel defendere vel excuſare poteſt. Imo nec inter ipſos Judæos deſunt, qui idem affirment. Nam & ii de ſenſu illarum Aggadoth adeo inter ſe diſcrepant, ut, monente *Frider. Alberto Chriſtiani*, Ex Iudæo, in appendice hiſtoriarum Talmudic. quam ſubjunxit libello כור מרע tres diverſæ claſſes conſtitui debeant. Alii enim eos ſenſu literali accipiunt, alii proprio ſenſu a Rabbinis ſcriptas quidem, ſed nunc aliter intelligendas, volunt, alii alia mente quam verbis

verbis præ ſe ferunt, & olim traditas & hodie recipiendas eſſe credunt. Has claſſes jam pridem conſtituit *Maimonides* in explicat. cap. X. Sanhedrin, quam Pocockius cum præfationibus quibusdam ejus ſub titulo *Porta Moſis* edidit, p. 144. Eodem vero teſte plurimi, quorum ſcripta viderit, literaliter omnia capi volunt, id quod ignorantiæ in illis argumentum interpretatur. Literaliter certe & illi capiunt, qui toties ingeminant, verbis Rabbinorum fidem habendam eſſe, quocunque ſe habeant modo, & eo quoque tempore, quo pugnantia loqvuntur. Imo B. *Wagenſeilius* p. 61. præfat. ad Tela Ignea Satanæ ſcite monet, in Gemara ipſa teſtari interdum diſcipulos, auribus animisque ſuis iſtas Magiſtrorum narrationes nimium abſurdas videri, verum nullum aliud reſponſum referre, quam dictis ſimpliciſſime fidem eſſe adhibendam. Ex quo conſequitur, ipſos Magiſtros ſua hæc eo animo & fine, ſaltem interdum, protuliſſe, ut cœco omnia aſſenſu ab audientibus reciperentur.

IV. Viciſſim alii ſenſum interiorem, quem *myſticum* aut *allegoricum* alias vocant, hic venantur, ſive ille doctrinas ſublimiores, ſive morum diſciplinam, ſive aliud artis genus reſpiciat. Huc pertinet ex Judæis *Maimonides*, cujus in præfat. ad Seder Seraim ex interpretatione Latina Pocockii in Porta Moſis hæc ſunt verba: *Cum vero ipſas* (loquitur de *Aggadoth* Gemaræ) *juxta illud, qvod præ ſe ferunt, contemplatus fueris, invenies, qvod ab intellectu, ut nihil magis, alienum ſit: hoc autem ob rationes miras fecerunt, qvarum una eſt, ut ingenia diſcentium acuerent; deinde, ut ſtultis, qvorum corda nunqvam illuminantur, qvique a veritate ſibi propoſita ob indolis ſuæ defectum divertunt, tenebras offunderent; denique vero, qvoniam vulgus non poteſt doceri, niſi per ænigmata & parabolas.* Confer ſimilia ejusdem loca in *More Nevochim* præfat. & Part. III. c. 43. & in expoſitione cap. X. Sanhedrin apud Pocockium in Porta Moſis pag. 150. Imo idem ſingulari commentatione hoc demonſtrare in animo habuit ceu patet ex Porta Moſis apud Pocockium p. 162. Poſt Maimonidem R. *Gedalja*, Iudæorum hiſtoricus, ſimilem commentationem deſtinavit, ceu ipſe teſtatur in *Schalſcheleth* p. 66. b. (Conf. Biblioth. Hebr. Part. I. p. 279.) & *Menaſſe ben Iſraël:* vide ipſum lib. II. de Reſurrect. mortuorum c. 19. pag. 225. quem tractatum de Defenſione Talmudis Babylonici (de qua Bibl. Hebr. Part. I. p. 786.) accipit *Diſenbachius* in Iudæo convertendo p. 88. Sic *Iſaacus Orobio*, Iudæus eruditus, idem oſtendere conatus eſt in Tractatu Hiſpanico, quem MS. recenſet Cl. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judaica

Tomo

Digitized by Google

Tomo IX. pag. 1053. ſqq. Confer Rabbini cujusdam diſſertationem in *Scheveth Iehuda* ex verſione Gentii Latina pag. 207. qui tradit, Doctores antiquos primum auditores per Muſicam deinde vero feſtivis narrationibus, quæ tamen nunc phyſice nunc moraliter explicandæ ſint, allicere conſueviſſe. Idem quod illi moliti ſunt, præſtare alii inſtituerunt, nominatim *Iacob ben Iſaac Luzati* in כפתור ופרח de quo Parte I. ſuo loco, tum R. *Moſche Alſchech* in תורת משה, R. *Iuda Arje Löw* in לב האריה, R. *Bezalel b. Schelomo* in עמודי שבעה & plures alii, quos Index in Partem I. realis ſuppeditabit. Imo exſtat nunc Index peculiaris, qui ſecundum ordinem libri *En Iacob* commemorat illos libros, librorumque loca, in quibus Aggadoth illæ Talmudicæ variis modis explicatæ leguntur. Scripſit eum *Zacharias Porto*, Venetiis 1675. 4. ſub tit. אסף המזכיר editum, de quo vide Part. I. p. 358. Præſtantiores Iudæorum in hac parte libros nominat *Io. Wulferus* p. 372. ad Theriacam Iudaicam, qui ſunt *Caphthor Upherach*, *Deraſch Moſche*, & *Beer haggola*. Ex Chriſtianis myſticum aut allegoricum ſenſum fabulis tribuendum judicarunt *Henr. Iac. van Bashuyſen* in diſſert. de Allegoriis Talmudico-Rabbinis, Hanov. 1707. *Io. Braunius* in Selectis Sacris lib. II. pag. 278. *Io. Buxtorfius*, teſte *Spizelio*, loco mox citando, *Io. Bened. Carpzovius* in Introduct. ad Theologiam Iudaicam, Raymundi Martini Pugioni Fidei præmiſſa, *Io. Mich. Dilher* in Atrio Linguæ Sanctæ p. 89. *Iac. Gaffarellus* in Curioſitatibus Inauditis, cap. II. *Pet. Galatinus* de Arcanis Cathol. Veritat. lib. I. cap. 7. *Theodoricus Hackſpanius* de uſu librorum Iudaic. p. 347. ſq. *Pet. Dan. Huetius* in Demonſtrat. Evangelic. p. 181. edit. Lipſ. *Andr. Ludovicus Kœnigsmannus* in Prodromo Clavis Prophet. p. 46. *Rud. Mart. Meehlfübrerus* in Diſſert. de Fatis eruditionis Orientalis §. 3. *Henr. Muhlius* in Apologia Talmudis p. 8. ſq. *Adrianus Relandus* in præfat. ad Analecta Rabbinica, *Io. Adamus Scherzerus* in Specimine Theologiæ Iudæorum Mythicæ, ejus Trifolio Orientali ſubjuncto, *Wilhelmus Schickardus* in Bechinath Happeruſchim p. 124. *Rich. Simon* in Biblioth. Critica Tom. I. p. 371. & epiſtolis ſelectis p. 69. item in Caſtigatt. Iſ. Voſſii p. 255. & Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. c. 9. *Theophilus Spizelius* in Coronide Philologica ad Arcana Bibliothecarum Retecta pag. 373. *Guilielm. Surenhuſius* præfat. ad Partem VI. Miſchnæ in fine, *Georg. Urſinus* in Antiquitatibus Hebræorum Scholaſtico-Academic. p. 309. ſq. *Ioh. Henr. Wolfius* in Fabula Iudaica de portentoſæ magnitudinis ave & *Io. Wulferus* ad Theriacam Iudaicam p. 370. *Surenhuſius* modo laudatus parat *Tractatum Epimythicum*, quo ſenſum fabularum

Tal-

Talmudicarum genuinum illuſtrabit. Confer ejusdem Orationem de natura Pandectarum Talmudic. pag. 19. Chryſopœiam tecte his fabulis tradi ſtatuit *Jo. Ludov. Hannemannus*, Profeſſor Kilonienſis, in Ovo Hermetico-Paracelſico-Triſmegiſtico p. 12. his verbis: *Quod ad Rabbinorum ſcripta attinet, illa & multa inſignia in omni diſciplinarum genere tradunt, multaque iis inſunt, quæ videntur eſſe aniles fabulæ, ſub iis tamen latet magna ſapientia, quam nemo aſſequetur, niſi quis myſticæ Philoſophiæ arcanorum gnarus. Multi legunt Rabbinorum ſcripta vel Philologiæ ergo, vel curioſitatis cauſa, quando attingunt aliquam fabulam, non ulterius inquirunt, quidnam ſub hac fabula lateat. Nobis enim perſuaſiſſimum eſt, Rabbinos ſub iſtis fabulis alia occultare voluiſſe, quorum notitiam tradere noluerunt aliis. Et plurimi ex antiquis Rabbinis adeptæ Philoſophiæ fuerunt gnari.*

V. Alii denique nonnullas ejusmodi narrationes ex auctorum ſuorum mente ut allegoricas, nonnullas vero ad literam interpretandas cenſent. Ita ſtatuit B. *Auguſtus Pfeiferus* in Critica Sacra cap. XV. Sect. II. Quæſt. I. *Wagenſeilius* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 62. & in notis p. 181. *Ioachimus Beutherus* in Diſſert. de Meſſia Judæo §. 14. *Casp. Calvör* in Apologia Gloriæ Moſis Illuſtratæ præmiſſa p. 170. ſq. & *Iac. Basnage* in Hiſtor. Iudaica lib. III. c. 7. §. 19. Atque hanc ſententiam præ ceteris puto amplectendam, cum auctores illarum fabularum paſſim ad αὐτοψίαν, ut fidem narrationi faciant, provocent, exceptionibus interdum occurrant, nulloque præterea ἐπιμυθίῳ emolliant. Præterea interpretationes, quas recentiores iſti afferunt, ita ſæpe comparatæ ſunt, ut ſenſum fundant durum, abſonum, contortum longeque petitum, qui nihil elegantiæ vel acuminis contineat, quod judicium eſt *Guil. Henr. Vorſtii* in Bilibra Veritatis p. 175. Taceo, nonnullas vix locum facere ulli interpretationi. Lege, ſi placet, hiſtorias & commenta ejusmodi apud *Io. Brunsmannum* in Levitate Judaica pag. 35. ſqq. *Chriſtoph. Helvicum* in Jüdiſchen Hiſtorien / *Frid. Alb. Chriſtiani* in Appendice ad librum סור מרע & *Frideric. Wilhelmum* in libro, Greuel der Verwüſtung.

VI. Quam certum itaque eſt, quasdam Judæorum narrationes nulla arte ab ineptiis & mendaciis, deſtinata opera quæſitis, vindicari poſſe; tam quoque exploratum mihi eſt, nonnullas apologorum & parabolarum loco haberi poſſe, & ex mente ipſorum auctorum debere. Extra controverſiam hoc collocat convenientia, quæ inter parabolas a JESU CHRISTO, Domino noſtro, prolatas, & Judæorum illas manifeſta eſt, adeo, ut, quod alterum momentum eſt, a nobis nunc ex-

Hhhhhh pen-

Digitized by Google

pendendum, nonnulli diſquiſiverint, utrum Servator noſter illas Judæis & receptæ traditioni, an Judæi Novo Inſtrumento debeant. Negari ſane nequit, legi aliqua in *Beracboth* cap. 5. f. 31. quæ iſti Servatoris de divite epulone; aliqua in eodem Codice, Gemaræ Hieroſolymit. quæ parabolæ de operariis in vineam conductis; aliqua in *Schabbath* c. 24 f. 153. quæ parabolæ de virginibus prudentibus & fatuis reſpondeant. Repetunt Talmudica illa *Iul. Conr. Otto* in Gale Raſia c. 13. *Io. Lightfootus* in Horis Hebraicis ad Matth. c. XX. *Rob. Sheringhamius* in præf. ad Codicem Joma & *Ioh. Vorſtius* in Philologia Sacra c. 4. p. 141. nec obſcure ſignificant, Judæis hæc deberi: quod ita quidem capiendum eſt, quod Chriſtus non ex Talmude, (quippe quod eo tempore non quod ad Miſchnam, nedum Gemaram, in qua tamen iſta leguntur, in literas relatum exſtabat,) ſed ex conſveta diſſerendi ratione illas hauſerit. Alii viciſſim Talmudicos doctores ea accepiſſe exiſtimant a CHRISTO, ſive quod quidam æquales & σύγχρονοι Domini noſtri, ſermonibus ejus capti, clanculum ejusmodi parœmias in ſchedas retulerint, quibus compilatores Gemaræ uſi ſint, ſive quod ipſi illi conſarcinatores Novi Fœderis tabulas, curioſitate ducti, pervolutarint, &, quæ placebant, ſua fecerint. In hanc ſententiam lege differentes *Thomam Bangium* in Cœlo Orientis p. 53. cui eodem in loco vapulat diſſentiens Sheringhamius, *Mericum Caſaubonum* de quatuor Linguis p. 110. *Io. Clericum* in notis ſuper Hammondum ad Matth. XX. 15. *Io. a Lent* in Theologia Iudaica p. 60. *Melchiorem Leydeckerum* de Republ. Hebr. lib. XI. p. 616. *Mich. Neandrum* in Catalogo libb. Hebr. ſubjuncto Erotematibus Lingvæ S. p. 476. & 557. *Io. Owenum* data opera in Theologumenis lib. V. Digreſſ. IV. p. 412-429. *Auguſt. Pfeiferum* in Mataeologia Iudaica Exercit. I. §. 42. & in Critica Sacra p. 371. *Ioh. Iac. Schudt* in Memorabilibus Iudaicis Part. I. c. 16. p. 526. ſqq. *Sebaldum Snellium* contra Abarbanelem p. 127. *Henric. Teelmannum* in comment. ad Luc. XVI. *Io. Georg. Wachterum* in Spinoſiſmo Iudaismi p. 45. ſq. *Iſaacum Voſſium*, tum alias, tum in Reſponſ. ad Objecta Criticæ Sacræ p. 327. Atque haec quidem ſententia priori illa probabilior mihi videtur, quamvis *Io. Braunius* Iſaacum Voſſium & Io. Owenum hoc nomine in Selectis Sacris lib. V. Exercit. II. p. 621. perſtringat, nuper quoque Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtor. Iudaica lib. III. p. 179. edit. ſecundæ, *Guil. Wottonus* in Diſſertatt. miſcellaneis ſuper traditiones & *Simon Okley* in epiſtola ad Auctorem, huic commentationi præmiſſa, idem ut crederent, a ſe impetrare non potuerint. Sane i-

idem

idem illi, nominatim *Lightfootus*, qui parabolas quaſdam memoratas a Iudæis ad IESUM perveniſſe contendunt, non negant, alia eſſe in Talmude, quæ ex ſcriniis Novi Inſtrumenti petita ſint. Ita *Lightfootus* in Miſcellaneis Chriſtianis & Iudaicis cap. XX. Tom. I. Operum pag. 205. pluſcula affert, quæ a Iudæis ex Evangeliis ait ſurrepta. Iſtis addit alia doctiſſimus *Io. Henr. Majus* in Obſervationibus Sacris lib. II. p. 40. ſqq. Neque exiſtimandum ſane eſt, odium immane, quo Iudæi in CHRISTUM & res ac ſcripta Chriſtianorum ferri ſe ſemper demonſtrarunt, prohibuiſſe, quo minus quidquam, quod ipſorum ſit, vel legerent, vel uſurparent. Nam illis id nefandum aut ignominioſum non videri vel hoc tempore, quo Chriſtianis magis ſunt obnoxii, adeoque non minus infenſi, quam olim, recentiorum Iudæorum exemplo conſtat. Vide quæ ex *Menaſſe ben Iſrael* huc affert Cl. *Schudtius* loco paulo ante citato. Sublecta quidem illa eſſe, diverſitas, quæ in Talmudicis illis, ſi cum Evangelicis comparentur, apparet, evincere videtur.

VII. Obvertetur forte a nonnullis, Iudæos Talmudiſtas tam alienos ab hac re videri fuiſſe, ut ne nomen quidem IESI unquam in Pandectis ſuis uſurparint. Atque hoc tertium erit momentum, de quo paucis disquiremus. Diſputatum enim de hoc capite fuit, an IESU NAZARENI in Talmude exſtaret mentio. Ieſum, quem ישו appellant ſemper, ibi commemorari nemo negat. Manifeſta ſunt loca, quæ leguntur in *Avoda Sara* fol. 17. 1. *Sota* fol. 47. a. *Schabbath* fol. 67. a. 104. b. *Sanhedrin* 43. a. & 107. b. *Gittin* f. 57. a. Maſſecheth *Calla* & alibi. Loca iſta produxerunt diligenter *Buxtorfius* in Lexico Talmud. ſub *Jeſchu* & *Stada Guil. Vorſtius* ad Zemach David p. 257. *Wagenſeilius* ad Sota p. 1052. ſq. & fuſiſſime omnium M. *Rudolph. Martinus Meelführerus* in diſput. II. de Ieſu in Talmude. Non ita pridem Cl. *Io. Gagnier* loca, quæ de CHRISTO in utroque Talmude, item in Seder Olam, in R. Scheriræ reſponſione, nec non Abrah. ben Dior libro Kabbalæ leguntur, junctim ſe editurum promiſit in Dedic. Ioſephi Hebræi. Sub iſto vero ישו alii Servatorem noſtrum, alii alium, ipſi ὁμώνυμον, innui cenſent. Ex Iudæis ad claſſem poſteriorem, quæ alium Jeſum hic ſomniat, pertinent recentiores Judæi tantum non omnes, nominatim R. *Salomon Zevi* in Theriaca Judaica p. 4. ſq. cujus decem pro hac ſententia argumenta repetit *Wagenſeilius* ad *Sota* p. 1054. ante eum vero R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 24. b. *Lipman* in Nizzachon p. 191. *Iechiel* in diſputat. cum Nicolao apud Wagenſeilium in Telis Igneis Satanæ pag. 16. ac *Moſes*



Digitized by Google

*Nachmanides* in Diſput. cum Paulo Ex-Judæo ibidem. Afferam hic *Davidis de Pomis*, Medici Judæi, verba ex *Enarratione* ejus *Apologica*, quam vocat, pro Medico Hebræo pag. 65. *Rurſus dicentes*, inquit, *ſcripta aliqua in Gemara reperiri contra Jeſum ejusque diſciplinam ſequentes in medium proferunt: ad hoc diximus; non de Nazareno, ſed de quodam alio Jeſu in civitate Lud damnato ſententiam intelligi debere, fuitque Papos filius Juda Machabai tempeſtate, qui profecto longe prior tempore exſtitit, multisqve annis, ut ibidem patet, ante Jeſum Nazarenum. Sicuti Moſes Sacerdos in tractatu de auxilio dilucidiſſime demonſtrat.* Applaudunt iſtis ex Chriſtianis *Petrus Galatinus*, in Arcanis Cathol. Veritatis lib. l. c. 7. *Jac. Gaffarellus* Curioſitat. Inaudit. c. II. §. 7. *Io. Micralius* lib. IV. *Juda* ſuo Dial. 2. *Paulus Riccius*, Ex Judæus, in epitome doctrinæ Talmud. & data opera *Wilhelmus Schickardus* in Tarich p. 83. qui ideo animadverſionem *Io. Wulferi* ad Theriacam Judaicam p 50. cui argumenta Salom. Zevi adhibuiſſe viſus eſt, & *Meelführeri*, loco mox citando, incurrit. *Io. Reuchlinus* in Speculo Oculari Parte II. Hiſtoriæ Literar. Reformat. editæ p. 22. dubius eſt, *fieri tamen poſſe*, ait, *ut Iudai in Talmude Ieſum calumniis impetant, cui vivo non pepercerunt.* Idem in Defenſione adverſus calumniatores Colonienſes l. c. p. 89. affert R. Jechielis b. Joſ. Diſputat. Gallicanam, quæ a Wagenſeilio deinde excuſa eſt l. c.

VIII. Alii Jeſum Nazarenum, Dominum noſtrum, peti a Talmudiſtis arbitrantur. Ex Judæis inter eos numerandi ſunt *Abrahamus Zacutus* in Juchaſin p. 16. b. *Abrab. ben Dior* in Sepher Hakkabbala & *Abraham ben Eſra* ad Danielis XI. 14. imo & recentiores nonnulli, ex quibus unus, teſte *Meelführero*, isque doctus, exemplari ꝯ. יד חזקה Maimonidei ſua manu hanc obſervationem allevit, Ieſum Talmudicum de Chriſtianorum illo accipi debere. Inter recentiores diſertiſſime omnium id fatetur & docet *Abrab. Perizol* in libro מגן אברהם c. 59. cujus locum habes apud Eiſenmengerum in Iudaismo Detecto Part. I. p. 250. ſq. Ex Chriſtianis eodem modo Talmudiſtarum verba interpretantur *Buxtorſius* in Lexico Talmud. ll. cc. *Georg. Elieſer Edzardus* ad cap. I. Avoda Sara p. 301. *Io. Andr. Eiſenmengerus* in Iudaiſmo detecto Part. I. c. 5. p. 64. ſqq. *Sigism. Hoſmannus* im ſchwer zu bekehrenden Juden-Hertz *Io. Henr. Majus* in Theologia Iudaica vetere & nova p. 152. M. *Rudolph. Martinus Meelführerus* in diſputationibus binis de Ieſu in Talmude, Altorf. 1699. *Aug. Pfeiferus* in Obtrectatore Apella *Io. Seldenus* de Iure Naturæ & Gentium p. 544. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in notis ad Sota p. 1054. ſq. quæ idem confirmat in Confutat. Toldos Ieſchu p. 14. & in præf. ad Tela Ignea Satanæ p. 63. quamvis

Digitized by Google

vis hoc caput ambiguæ quodammodo quæſtionis eſſe p. 62. profiteatur, & *Io. Wulferus* in notis ad Theriacam Iudaic. p. 50. ſqq. & ad Schekalim p. 40. Rev. *Henricus Mublius* mediam ſententiam amplecti videtur in Apologia Talmudis p. 11. his verbis uſus : ***Ego nolo mihi quidquam ſumere, at quidni poſſit videri, aliam Talmudiſtas, aliam poſteriores Iudaos innuiſſe perſonam, bosque omnino ad noſtrum Dominum Deumque Ieſum Chriſtum præpoſtere rapuiſſe?***

XI. Mihi quidem ſemper ſe approbarunt illi, qui Sanctiſſimum Servatorem noſtrum, non ſine exſecrandæ impietatis nota, innui a Talmudiſtis cenſent. Mirum enim omnino futurum erat, Iudæorum Magiſtros, inter medios Chriſtianos verſantes, hoc hiſtoriæ caput, a quo omnis eorum calamitas pendet, & quod inter ipſos non poterat non eſſe illuſtre & memorabile, in monimentis ſuis poſt illa tempora exaratis, ſilentio prorſus prætermittere. Neque video quidquam contra ea in medium afferri, quod non levi opera diſpelli poſſit. Cauſantur nonnulli confuſionem temporum, quæ in iſtis narrationibus manifeſta foret, ſi quidem de Salvatore noſtro Optimo Maximo caperentur. Quaſi vero hæc non perpetua fere Iudæorum, in rebus hiſtoricis verſantium, nota eſſet, impingere in rationes temporum, easque vel ex ignorantia vel conſilio turbare. Et poſterius hic deſtinata opera factum ſuſpicari aliquis poterat de Iudæis, ab incommodo forte ſibi metuentibus, niſi ſemper aliqua elabendi rima, & ad alium quendam omnia hæc transferendi occaſio ſupereſſet. Fruſtra quoque obvertitur Iudæorum, rem negantium, teſtimonium & auctoritas. Nam & ipſis illis inter ſe non bene convenit, aliis negantibus, affirmantibus aliis. Imo nec ſibi conſtant ſatis, cum idem ille, ceu de Lipmanno obſervatum eſt a Wagenſeilio, modo neget, Ieſum Nazarenum intelligi, modo largiatur. Eandem hic ab iis fabulam ludi puto, quam & olim & noſtra memoria egerunt & adhuc agunt in nonnullis ſuis precationibus, quarum verba quædam & φράσεις, in CHRISTUM aut Chriſtianos manifeſte directas, callidiores eorum calumniatores ita in alium ſenſum deflectunt, ut jures, eos longe alia, quam quæ imputantur, cogitare. Sed omnis hæc conjectura et bona opinio evaneſcit, ubi cum candidioribus, aut ſimplicioribus, aut imprudenti Zelo ductis Iudæis, tibi reseſt, vel, ubi arcaniora eorum ſcripta inſpiciendi copia ſuppetit. Sane vel ipſa nominis ישו ſcriptio mutila & decurtata ſatis prodit, Iudæos eum innuere, cujus nec nomen ſine affricata ignominia efferre poſſint. Rariſſime enim plene ab iis ſcribi aut pronun-



Digitized by Google

ciari videas per ישוע, neque tamen prorſus nunquam. Nam ipſe *Abarbanel*, virulentiſſimus alioquin hoſtis, in מעיני ישועה repetitis vicibus ישוע perfecta ſcribendi ratione memorat p. 74. c. Ubi autem mutila occurrit ſcriptio, ibi ſuſpicio calumniæ conviciique merito locum habet. Quamvis enim *Io. Druſius* in Præteritis ad Marc. I. 17. eam unice a dialecto lingvæ repetat, & (o) *Io. Leusdenius* ob difficilem pronunciationem literæ ע invaluiſſe cenſeat in Spicilegio Centur. VI. c. 28. §. 9. prius quidem aliquam veri ſpeciem haberet, niſi ipſa Iudæorum profeſſio & interpretatio eam auferret; poſterius autem nec Iudæi ipſi admiſerint, quibus pronunciatio τȣ̃ ע non magis quam reliquarum literarum difficilis habetur. Alii, nominatim *Buxtorfius* in Abbreviaturis & Lexico Talmudico-Rabbin. ſuis locis fieri potuiſſe cenſent, ut conſvetudo veterum, maxime Babyloniorum, impuriore lingva utentium, mutilam pronunciationem primo introduxerit, poſteriores autem Iudæi in odium Chriſti diras has ex literis iſtis excogitarint. Buxtorfium ſeqvitur *Mich. Hoynovius* in Diſſert. I. de nomine Ieſu §. 7. Plerique omnes & veteres & recentiores Iudæos Iudaici aliquid, i. e. virulenti & acerbi, ſymbolica hac pronunciatione occultare voluiſſe arbitrantur. Vide inprimis B. *Wagenſeilium* in Telis Igneis Satanæ ad Lipmanni Carmen p. 216. ſq. *Io. Wulferum* in notis ad Theriacam Iudaicam p. 39. & data opera *Io. Andr. Eiſenmengerum* in Iudaiſmo Detecto Part. I. cap. II. Adde *Matth. Hillerum* in Diſput. de genuina verſione vocum in Dominicæ crucis elogio, *Io. Hoornbeckium* de convincendis Iudæis lib. 3. cap. 1. *Aug. Pfeiferum* in Matæologia Iudaica p. 209. *Sal. Glaſſium* in Philolog. Sacra p. 941. *Eduard. Leigh* in Critica Sacra V. T. p. 177. & N. T. p. 301. *Angel. Caninium* ad aliquot loca N. T. cap. 1. *Steph. Morinum* Exercit. II. de Lingva primæva pag. 304. & *Rudolph. Martinum Meelführerum* in Diſput. II. de Ieſu in Talmude §. 22. ſqq. Si ipſos Iudæos conſulamus, habebimus reos confitentes, etiam ipſum *Eliam Levitam* in Tisbi voce ישו, ubi, quamvis dialectum prætexat & cauſetur, nihilominus tamen eodem in loco addit: לפי שהיהודים אינם מודים שהוא היה המושיע לפיכך אינם רוצים לקראו ישוע והפילו העין וקורין ישו: h. e. *quia Judæi non confitentur, quod ille ſit Salvator, ideo noluerunt eum vocare* ישוע *ſed abjiciunt Ajin, & vocant* ישו. Alia ejusmodi Iudæorum loca, in quibus diverſæ, cur litera hæc omittatur, rationes, odii aut

(o) Idem tamen in notis ad Jonam Illuſtratum p. 144. literam ע contemtus cauſa omitti profitetur.

aut ignominiæ plenæ, afferuntur, habes apud *Eiſenmengerum* l. c. Neque memini, quenquam ex Judæis hoc negaſſe, præter Salomonem Zevi in apologia verſantem. Vide ejus Theriacam Judaicam cap. I. n. 2. ſed lege quæ contra monet *Wulferus* p. 39. Omitto hic commemorare exſecrandum trium illarum literarum, ex quibus ſingulis ſingulas efficiunt voces, interpretationem. Eam legere volenti ſuppeditabit Buxtorfius ll. cc. Id vero adeo pervulgatum non eſt, quod Toldos Jeſchu ab *Huldrico* editum p. 35. ſcribit, Judæos Jeſum vocaſſe ישו quaſi dicerent ימח שמו וימח זכרו i. e. *deleatur nomen ejus & deleatur memoria ejus*. R. *Leo Mutinenſis* hac ſcriptione decurtata eo abuſus eſt, ut ex ישו הנוצרי per Gematriam produceret numerum 666, de quo Apocalypſ. XIII. Vide hominis infeliciſſimi temeritatem & inſolentiam caſtigatam a *Guberto Voetio* Diſputatt. Select. Part. II. p. 123. Ultimo loco obſervare fas ſit, in ipſis quoque numis Hebraice inſcriptis hanc ſcriptionem obtinere. Lege *Casp. Waſerum* de Numis, *Io. Reiskium* de Imaginibus Ieſu Chriſti in Addendis ad cap. I. §. 6. ubi tamen & plenæ ſcriptionis (ישוע) numi memorantur, ac *Steph. Morinum* in Exercitat. II. de Lingvis cap. IX. p. 304. ſqq. Valentinianos olim nomen hoc ſanctiſſimum itidem ſine litera ultima pronunciaſſe teſtem habemus *Irenæum* lib. II. c. 24. ſed longe alia mente & ſententia. Illi enim per ישו eum dixerunt ſignificari, qui ſit יהוה שמים וארץ h. e. *Dominus cæli & terræ*. Conf. Cl. *Io. Clericum* in Biblioth. Select. Tom. XXV. Part. II. p. 335. ſq.

X. Proximum huic caput eſt, quod diſputationi anſam dedit inter eruditos, num Chriſtianorum doctrina & religio in Talmude commemoretur, ac refutetur. Bartoloccius id negat Tom. III. Biblioth. Rabbin. p. 177. a ubi, de Codice Avoda Sara diſſerens, ait: *Hic Codex totus contra Gentilium idololatriam eſt, & in eorum feſtivitates cerimonias & ritus invehit. Attamen qvia poſteriores Rabbini ea, qvæ contra Gentiles dicta erant ab antiqvis, etiam in Chriſtianos refundunt, & pro antiqvis Gentilibus & Idololatris Chriſtianos qvoqve intelligunt, eorumqve ritus, ceremonias, feſtivitates & templa deteſtantur, & maledictis inſectantur, ut in eorum commentariis videre eſt, ideo jure optimo a noſtris factum eſt, ut ubicunqve nomen gentilium reperitur, atramento deletum ſit.* Itaque, Bartoloccii judicio, auctores Talmudis primi de Chriſtianis non cogitarunt, ſed tantum recentiores Judæi eorum de Gentilibus dicta præpoſtere & noviter ad Chriſtianos detorſerunt. Quod ne temere adfirmaſſe videretur Bartoloccius, hanc in antecedentibus affert ſententiæ ſuæ cauſam, quod ſcilicet tempore Rabbenu Hakkadoſch, com-

pilatoris Miſchnæ, *religio Chriſtiana in orbe non adeo conſpicua fuerit, ut ad ejus ritus & cultus reſpiciendum eſſet, quia Chriſtiani tunc pro Judæis habiti fuerint.* Enimvero ut allata hæc cauſa nulla eſt, & rei ipſi minus reſpondet; ita nec, quæ inde a Bartoloccio derivantur, facile ſe cuiquam probabunt. Quæ enim de Chriſtianis naſcentis & ex gremio Judaiſmi prodeuntis Eccleſiæ afferuntur, tanquam qui cum Iudæis fuerint confuſi, ea ſe tuentur tantiſper, ſi de gentilibus ſermo ſit, quippe qui primis illis temporibus in hoc argumento paſſim hallucinati ſunt; at eadem concidunt & exſpirant, ubi de Iudæis ipſis intellecta velis. Illi enim Chriſtianorum hominum cœtum nec cum ſuo, nec cum Romanorum ſeu Gentilium factione, permiſcere potuerunt. Non cum ſuo, a quo illos ad exemplum Apoſtolorum & præconum ſacrorum adeo alienos ſciebant, ut primo illo Sæculo ipſi eos, qua fieri poterat, vexandos expellendosque judicarent: nec cum Gentilium multitudine, quorum inſtituta a ſuis placitis ritibusque in illis capitibus longiſſime remota eſſe noverant, in quibus Chriſtiani ad Iudæos ſatis prope accedebant. Itaque dubitari non poteſt, Talmudiſtas inprimis Chriſtianos petere, quoties de cavendis ſacris alienis ipſis ſermo eſt. Periculum enim tum temporis omnino erat, ne indies plures ſuorum ad CHRISTI ſacra accederent, quæ jam non exigua pars ut genuina & divina agnoverat, præcipue cum ruina urbis & exſilium gentis univerſale res ſuas magis magisque ad exitium ſpectare evinceret. Viciſſim a defectione ad Gentiles non habebant, cur ſibi admodum timerent, quippe inter quos hucdum per multos annos ita verſati erant, ut pauciſſimi ſuorum ad eos accedere auſi fuerint. In hac cauſa nemini fraudi eſſe debet, quod diſerta Chriſtianorum mentio ſub nomine נוצרים aut ſimilium in Talmude non injiciatur. Gemara enim, in qua præcipue & fere unice Chriſtiani tanguntur, ea ætate colligi cœpit, ac tandem abſoluta eſt, qua res ipſorum majora indies capiebant incrementa, ita ut Reges & Principes nomina ſua inter eos profeſſi religionis cauſam a contumeliis & inſolenter dictis gnaviter vindicaturi viderentur. Ex re itaque eorum erat, alienis nominibus eos ſubindicare, a quorum potentia & ultione ſibi timendi cauſam habebant. Fortaſſe & nomina Gentilium aliaque ignominiæ plena genuinis illis ideo prætulerunt, ut ſignificarent, ſe Chriſtianos eo omnino loco habere, in quem referant illos, qui his nominibus proprie inſigniantur. Religio quoque eſt Iudæis, eos convenienti & uſitato nomine appellare, quos odio proſequuntur. Hos enim vocant אחרים i. e. *alios.* Vide *Hottingeri* Theſaurum Philologicum p. 52. Præterea Bartoloccius ſua ipſa vineta cædit, quando lar-

largitur, antiquos illos & potiores in Gemaram commentatores, *Raſchi*, *Alphes* & *Maimonidem* in Jad chaſaka ſententias Talmudicas de Chriſtianis interpretari. Quis enim dubitarit, eos majorum ſuorum, quorum veſtigiis alias tam ſuperſtitioſe inſiſtere conſueverunt, mentem non ſatis exploratam habuiſſe? Neque recentiores aliter ſentiunt, qui inprimis in libris, ſub initium Typographiæ inventæ in Turcia vel Italia editis, loca Talmudica, Gentiles commemorantia, non cunctanter aut dubie ad Chriſtianos transferunt. Illuſtris omnino locus eſt, quem ex *Abrahami Perizol* libro Anti-Chriſtiano מגן אברהם ejusque capite LIX. affert *Io. Andreas Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto Part. I. p. 250. ſqq. Is enim ita: והנה אלה האמונות נתגלגלו משבוב לשבוב כפי מה
שנראה ממאמרי רז"ל המפוזרים בתלמוד על מה שהוא מסכים עם
מאמריהם באון גליון ונראה כי זה שעומדים הרומיים אשר נקראים
נוצרים בלשוננו הוא ישו הנצרי שהזכירו ז"ל בתלמוד והוא היה
שמו ישוע: h. e. *Et ecce illa religiones* (Turcica & Chriſtiana) *devolutæ ſunt ex uno errore in alium, prout apparet ex dictis Rabbinorum noſtrorum, in Talmude hinc inde diſperſis, cum quibus conſpirant, quæ in ipſorum Evangelio leguntur. Et manifeſtum eſt, eum, quem colunt Romani, qui apud nos Nazareni vocantur, eſſe Ieſum Nazarenum, quem commemorant in Talmude, cujusque nomen fuit* ישוע. Similia effata frequenter occurrunt in libris Judæorum Anti-Chriſtianis. Res ipſa aliter ut ſtatuamus, non permittit. Ea enim paſſim de Romanis vel Gentilibus aut Idololatris referuntur, quæ in alios, quam Chriſtianos, cadere non poſſunt. Evolve, ſi placet, vel ea, quæ ad caput I. Avoda Sara afferuntur a Cl. *Georg. Elieſere Edzardo* in notis. Quid enim ad Gentiles *Maria?* de qua vide injuria dicta apud Edzardum pag. 279. & 301. quid feſta ac inprimis dies Dominicus? de quibus p. 313. ſq. quid Sacra Cœna? de qua p. 315. &c.

XI. Abſit itaque, ut Chriſtianos a Judæis Talmudicis morderi non credamus. Viciſſim tamen non exiſtimandum eſt, Talmud ſiſtere abſolutam & deſtinatam Chriſtianæ religionis confutationem. Id perſuadere ſuis quidem conatus eſt Rabbi Luſitanus in Colloquio Mittelburgenſi, quod MS. habuit B. *Io. Mullerus*, & ſæpe ad partes vocat in *Iudaiſmo* p. 42. *Gratis*, (ita gloriatur vanus Judæus) *dicitur non exſtare in Talmude confutationem Novi Teſtamenti, cum in eo latiſſime extricentur Evangeliſtarum adſeverationes, dogmata & hiſtoria, & qualis Chriſtus fuiſſet, quales etiam habuerit ſequaces, unde & a quo, & quando natus, cur, quomodo & ſub*

*quo paſſus, pleniſſime demonſtratur.* At recte monet B. *Mullerus* l. c. falſum hoc eſſe & ex oſtentatione profectum. Ac merito B. *Wagenſeilius* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ pag. 58. refutationis loco iſta reponit: *Unde qviſqvis fuit iſte Rabbinus, aut homo religionis ſuæ penitus rudis rerumqve omnium ignarus, aut nebulo & furcifer fuit longe maximus, idqve unum egit, ut cum legitimis mediis non poſſet, dolis confictis malam ſuam cauſam juvaret, Chriſtianisqve hoc ſpecioſo plauſibiliqve argumento ſcrupulum injiceret, qvaſi pridem univerſa Novi Teſtamenti hiſtoria ab antiqviſſimis, qvi in Talmude memorentur, Doctoribus, & circa Chriſti Apoſtolorumqve ætatem vixerint,* νοθείας *fuerit convicta.* Sane ſi calumniari audacter, convicia torquere, impudenter comminiſci, hiſtorias & res geſtas pervertere, alia autem ita tradere, ut ſe ipſa evertant, refutare eſt, egregie quidem & præclare hoc officio defuncti cenſeri debent Talmudiſtæ. Neque enim quidquam aliud in his Pandectis, quatenus huc ſpectant, inveneris. Cui rei id inprimis quoque argumento eſt, quod recentiora Judæorum ſcripta, in Chriſtianos exarata, qualia apud Wagenſeilium habes, nusquam vel certe rariſſime ad Talmud provocent, tanquam in quo alia & veriora, quam Evangelica hiſtoria tradat, occurrant, aut falſo dicta refutentur. Sed ipſi narrationem Evangelicam inventis ſuis novis & exceptionibus, nec cœlum nec terram tangentibus, ſuſpectam reddere audent, ad teſtimonia & auctoritatem majorum in re olim geſta, omnino provocaturi, ſi fieri id per inopiam potuiſſet. Cum itaque vel ſic Judæi velint, ut Talmud pro libro Anti-Evangelico, qui non eſt, habeatur, ipſi cauſam ſuam produnt, & nobis gladium acutiſſimum in manus tradunt, quo jugulum eorum petamus. Quis enim credet, Talmudiſtas in libro, quo alias incredibile ſuum in Chriſtianos odium teſtati ſunt, tacituros fuiſſe; & meris conviciis pugnaturos, ſi in promtu fuiſſent rerum argumenta, quibus evincerent, ea quæ de CHRISTO traduntur, vel prorſus non, vel aliter geſta fuiſſe.

Si cui ea, quæ in Talmud contra CHRISTUM, ſacra ejus & cultores eructata ſunt, legere volupe fuerit, is pleniſſime & fideliſſime ea congeſta deprehendet in *Ioh. Andreæ Eiſenmengeri* Judaiſmo Detecto per integrum, ut ceteros omittam, quorum notitiam ex Catalogo Scriptorum Anti-Judaicorum mox exhibendo hauries. Varia illa nomina, quibus Chriſtianos tecte indicant Judæi, collecta vide ab eodem *Eiſenmengero* Parte I. cap. XVI. & XVII.

XII.

XII. Coronidis loco ordine literarum hic laudabimus eos, qui de Talmude diligentius vel commentati ſunt, vel commentari in animo olim habuerunt. Sunt illi

*Iulius Bartoloccius* in Tomo III. Biblioth. Rabbin.

*Iac. Basnage* in Hiſtoria Judaica lib. III. cap. 6.

*Ioh. Buxtorfius* in limine Biblioth. Rabbinicæ.

*Io. Michaël Dilherr* in Electis lib. I. c. 24. & Atrio Linguæ S.

*Io. Andreas Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto Part I. c. 8.

*Pet. Galatinus* in Arcanis Cathol. Verit. lib. I. c. 5.

*Chriſtianus Gerſon* in Compendio Talmudico Part. I. c. 28. 29.

*Zachar. Grapius* in binis diſſertatt. de hiſtoria Literaria Talmudis Babyl. *Roſtoch.* 1696. 4.

*Io. Hoornbeckius* de convincendis Judæis lib. I. c. 3.

*Io. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 554. ſq. parce admodum & ſuccincte, eo quod, ceu ibi teſtatur, ſingularem de Talmude tractatum, qui tamen lucem non vidit, deſtinabat.

*Pet. Lambecius* in Prodromo Hiſtoriæ Literariæ lib. II. c. 18. diſſertationem de utroque Talmude itidem pollicitus eſt, quæ adhuc deſideratur.

*Io. Leusdenius* in Philologo. Hebræo-mixto Diſſert. XII - XV.

*Io. Lightfootus* de Talmude Hieroſol. in Operibus Poſthumis.

*Rud. Mart. Meelführerus* in diſp. de verſionibus Talmudis *Witteberg.* 4.

*Henr. Muhlius* in Apologia Talmudis Tomo VII. Opp. Cocceji edit. Mœno-Francof. præmiſſa.

*Io. Mullerus* in prolegomenis ad Judaiſmum Sect. IV.

*Aug. Pfeiferus* in Critica Sacra cap. XV. & in Theologia Iudaica Exercit. I.

*Humfred. Prideaux* in Connexione hiſtoriæ V. & N. T.

*Io. Iac. Reimmannus* in Introduct. ad Hiſtor. Theologiæ inprimis Judaicæ lib. I. c. 14.

*Dan. Schwenteri* Oratio de Talmude Judaico, *Norimberg.* 1623. 4.

*Sixtus Senenſis* in Biblioth. Sancta lib. II.

*Guil. Surenhuſius* in Orat. Inaugurali de Natura Pandectarum Hebraic. *Amſtelod.* 1704. 4.

*Ioſ. Voiſin* in Prolegomenis ad Raymundi Martini Pugionem Fidei.

*Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 55. ſqq.



Digitized by Google

*Wilh. Wottonus* in Diſſertationibus Miſcellaneis Anglicanis ſuper traditionibus & ritibus Scribarum ac Phariſæorum ætate Servatoris noſtri Ieſu Chriſti receptis Diſſert. I. & II. Excerpta habes in Bibliotheca Anglicana Tom. IV. Part. II. p. 384. ſq.

# APPENDIX

## De Subſidiis, quæ ad Talmud rectius intelligendum vel tractandum a Chriſtianis aut Judæis profecta ſunt.

I. Judæi æque ac Chriſtiani, quod ſupra ſummatim admonuimus, in Talmudico ſtudio faciliori reddendo, procedente tempore, magis magisque occupati fuerunt. Alii enim in eo *explicando*, alii in *contrahendo*, rectiusque diſponendo deſudarunt. Alii *Introductiones* in illius lectionem, alii *Lexica*, alii *Indices* in idem Corpus concinnarunt. Quæ ſingula in ſequentibus diſtinctius commemorabuntur, ut vel ſic intelligatur, quibus præſidiis in hac palæſtra uti cuique liceat.

II. Ad Interpretes Gemaræ primum pertinent auctores *τῶν* תּוֹסָפוֹת i. e. *additamentorum* & פִּסְקֵי תוֹסָפוֹת de quibus infra inter Anonymos dicemus. Horum ætas in Sæculum X. & XI. poſt. C. N. cadit. Quem iſti ſcopum ſibi præfixerunt, illuſtrationem ſcilicet Gemaræ, eum apud perpaucos adſecuti ſunt, ſive quod ipſi non ſatis caperent Magiſtrorum mentem, ſive quod ſuam perſpicue ediſſerendi facultate deſtituti eſſent. Eorum itaque conatus R. *Salomonem Iſaacidem*, qui Raſchi vocatur, permovit ad commentationes ſuas in Gemaram & Additiones illas conſignandas, quas tamen morte præventus ad finem non perduxit. Æqualis illi & aliquot annis ſuperior R. *Iſaac Alpheſi* idem tentavit, illuſtratis atque eadem opera in compendium redactis ſecunda, tertia & quarta Talmudis partibus. Secutus eum eſt *Maimonides*, tum in commentario in Miſchnam, tum in *Iad chaſaka*, quod poſterius opus omnes Talmudis partes perſequitur. Eum excipit R. *Moſes Cotſenſis* Scriptor Sæculi XIII. aliam a prioribus viam Talmud illuſtrandi aggreſſus. Is enim in libro, quem ספר מצות גדול i. e. *librum præceptorum magnum*, per compendium סמ"ג inſcripſit, fundamenti loco collocavit 613. præcepta, & ad ea retulit omnia, quæ in Pandectis Talmudicis aliisque libris veterum rituaibus huc pertinent. Hoc opus in compendium redegit eodem Sæculo R. *Iſaac filius Ioſeph* Corbelenſis in libro, qui commu-

Digitized by Google

communiter vocatur a Judæis ס׳מק i. e. ספר מצות קטון. Alia veſtigia in eodem labore ceteris prævivit Sæculo XIV. *Jacob ben Aſcher* confecto opere אַרְבַּע טוּרִים, in quo ſex Miſchnæ partes ad *Quatuor Ordines* ita revocavit, ut, quæ in Gemara & aliis Judæorum ſcriptis ritualibus inveniuntur, ad inſtitutum facientia, luculente & diſtincte promulgata occurrant. Illius opera ita ſe probavit R. *Iſaaco Karo* Sæculo XVI. ut eandem novis laboribus amplificaret edito בית יוסף. Quæ commentatio tanto Judæorum plauſu excepta eſt, ut Maimonidæ ipſi nunc quidem in finiendis decidendisque cauſis ac controverſiis anteferri ſoleat. Hinc etiam factum eſt, ut permulti ad utrumque illum *Jacobi & Iſaaci* librum vel ex parte, vel per integrum illuſtrandum, aut in compendium mittendum, labores ſuos referrent, qua de re nonnihil diximus Parte I. ſuis locis. Ipſe quoque Karo diffuſioris iſtius operis breviarium in alium librum ſuum, שֻׁלְחָן עָרוּךְ digeſſit, qui ſimiliter aliorum provocavit & acuit induſtriam. Inter hos eminet R. *Mardochæus Japhe*, cujus לבושים exſtant, & a Judæis valde celebrantur. Ex his ſcriptis fere ſapiunt illi, qui *quæſita & reſponſa* שאלות ותשובות poſt eos ſcripſerunt, ſicut & ipſi illi reſponſa, ab aliis ante edita, ad partes vocare conſueverunt. Ex recentioribus perpauci ſunt, quorum aliqua inter Judæos ratio haberi ſolet, ceu ſupra jam monuimus. Præcipuos eorum memorat Cl. *Surenhuſius* in calce præfationis ad Partem VI. Miſchnæ his verbis: *In primam & ſecundam Miſnæ partem inſignia commentaria ſunt* Magen Abraham, *&* Magen David, *quæ ſimul collecta ſunt in libro, cui titulus eſt* Maginne Eretz *In tertiam Miſnæ partem optimi commentatores ſunt* Chelkat Mechokeck, *&* Bet Semuel. *In quarta Miſnæ parte exponenda inſtar omnium eſt* Torat Cohanim, *ſive* Meirat Enajim. *In quintam & ſextam doctiſſime ſcripſerunt* Ture Sahaf *&* Siphte Cohen, *qui continentur in libro, cui titulus eſt* Aſchle Rafreve. Quemadmodum horum commentationes ad *Halachoth* ſeu inſtituta ritualia & leges Talmudis referuntur, ita alii ad *Aggadoth*, quas vocant, i. e. hiſtorias, apologos & allegoricas disquiſitiones, quæ in Gemara exſtant, illuſtrandas acceſſerunt. Eas collegit magis, quod paulo poſt dicemus, quam illuſtravit *Iac. ben Chaviv* in עין יעקב, explicarunt autem præ ceteris, eas quidem, quas Talmud Hieroſolymitanum ſuppeditat, R. *Sam. Japhe* & R. *Simeon Wolf ben Jacob*, eas autem, quarum copiam Babylonicum ſuggerit, *Schem Tov b. Iſaac Sprot*, *Iac. ben Iſaac Luzati*, *Simeon Wolf*, modo citatus, & inprimis R. *Sam. Elieſer b. Iuda.*



Digitized by Google

Confer quos ſupra allegavimus, cum de genuino ſenſu & ſcopo fabularum Talmudicarum exponeremus.

III. Atque illi fere inter commentatores Talmudis eminent. Inter compendiorum Scriptores numero *Alpheſium* & *Maimonidem* & pleroſque antea memoratos, tum vero *Tanchum Hieroſolymitanum*, cujus Synopſin Juris Judaici MS. laudavi Parte I. p. 1160. Adde R. *Moſis Tranenſis* קרית ספר quod breviſſimum & diſtinctiſſimum totius Talmudis Babylonici compendium vocat *Morinus* pag. 26. Exercit. Biblic. De R. Iſaaci עץ חיים MS. tanquam Talmudis epitome, diximus Parte I. p. 623. Ex parte quoque huc pertinet שני לוחות הברית, de quo ibidem p. 704. Hiſtorias Talmudicas in unum volumen collectas R. *Jac. ben Chaviv* debemus. Inſcribitur illud עין יעקא & ſæpiſſime tum nude, tum variorum commentariis illuſtratum, prodiit, ceu ex Partis I. p. 590. intelligi poteſt. Ex hoc libro plerique Judæorum notitiam ſuam Talmudicam hauriunt, nec ultra utplurimum ſapiunt, quod obſervavit Cl. *Wagenſeilius* in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 73. Chriſtianorum quoque manibus frequenter teritur, & merito quidem, cum hinc inde dubiis Talmudis lectionibus lucem & præſidium afferat. Hiſtorias Talmudicas collegit quoque R. *Moſes Raphael de Aguilar* in ספר מעשים quem MS. habet Oppenheimerus: vide Part. I. p. 896.

IV. *Introductiones* in Talmudicum ſtudium dederunt R. *Abrah. ben Akra*, de quo Parte I. n. 131. *Serachja Schechalja*, de quo n. 582. *Ioſeph ben Virga*, de quo n. 880. *Ioſeph ben Iſaac*; v. n. 911. *Ioſeph b. David Löw*, de quo p. 543. *Iac. b. Chagis*; vide n. 1041. *Iſaac Kanpanthon*: v. n. 1265. *Ieſchua ben Ioſeph*: n. 1294. R. *Moſes f. Daniel* in סוגיות התלמוד, *Ieſchaja Horwitz* in libro *Schene Luchoth habberith*: v. pag. 705. *Schelomo Algaſi*, de quo num. 1948. *Schelomo Panzi*: de quo n. 1958. *Schimſchon Kenonenſis*: n. 2210. *Samuel Nagid*: n. 2119. & *Samuel Olivera*, de quo p. 1039. Partis I. Quasdam harum commentationum, ac præterea novas hujus generis obſervationes habes in noviſſima editione Talmudis Francofurtana ad Mœnum Codici *Berachoth* ſubjunctas. Vide, quæ ſupra in ejus recenſione ſcripſimus p. 908. Nonnullos & præcipuos eorum latine converſos Chriſtiani luci expoſuerunt, de quibus paulo poſt faciemus mentionem. His libellis Corporis Talmudici ordo, ſeries ac tota compago, tum vero phraſes communiores & termini artis, præterea principia, normæ & rationes argumentandi, itemque modi decidendi, ſummatim

timque ea traduntur, ſine qvibus vix ad lectionem Talmudis feliciter inſtituendam adſpirare licet.

V. *Lexica* Talmudica accepta ferimus R. *Nathani Iechielidæ* in ערוך de quo Parte I. n. 1727. ubi & de compendio qvodam ejus leges. Hujus induſtriam imitati ſunt *David de Pomis* in צמח דוד, *Elias Levita* in תשבי & מתורגמן, *David Cohen de Lara* in כתר כהונה & R. *Menachem de Lonzano* in שתי ידות. *Indices* qvoqve exſtant varii, ex qvibus cognoſci poſſit, qvi locus Scripturæ Sacræ, ubi, & qvam variis in locis ſit explicatus. Talis eſt in Talmud Hieroſolymitanum R. *Aaronis Piſaurenſis* תולדות אהרן, de qvo Part. I. n. 198. & plenior R. *Aaronis f. Schemuel* in בית אהרן de qvo ibidem num. 202. ſimilis in *Hieroſolymitanum* R. *Iacobi Saportæ*, de qvo num. 1124. Pertinet huc etiam R. *Schimon*, fil. Iſaaci מָסוֹרֶת הַמִּקְרָא, de qvo num. 2178. & Salomonis b. Elieſer Levitæ, de qvo n. 1957. Index rerum in Talmud utrumqve, ordine literarum ſecundum certas voces tituloſqve digeſtus, debetur R. *Moſi b. Ioſeph Pig*, de qvo dixi n. 1568. qvalem qvoqve elaboravit R. *Moſes Raphael de Agvilar*, cujus opera MS. exſtat in Biblioth. Oppenheimeriana. Memoratur & inter *Samuelis Algaſi* ſcripta ſimiles deſignatio, ſuper utrumqve Talmud ſub titulo קְבוּצַת כֶּסֶף, ſed eam non puto lucem vidiſſe. Lege Part. I. n. 2038. Hiſtoriæ Talmudicæ in Indicem Alphabeticum relatæ ſunt a R. *Elieſer b. Iſaac*, de qvo Part. I. n. 285. Fuerunt &, qvi Criticos agerent in textum Talmudicum, & de genuinis ejus lectionibus inveſtigandis ſoliciti eſſent. Hujusmodi aliqvid inſtituit R. *Manoach Hendel fil. Schemarja* in חָכְמַת מָנוֹחַ de qvo Part. I. n. 1424.

VI. Hæc fere ſunt, qvæ Judæorum induſtria eo comparata fuerunt, ut in ſtudio Talmudico felicius verſari liceret. In aliqvibus ſimile qvid, in nonnullis majora & ampliora, tentarunt & perfecerunt Chriſtiani. Sic variis, tum locis ſingularibus, tum tractatibus & capitibus, majorem ſubinde, qvam ipſi Judæi, lucem fœnerati ſunt, qvi vel Codices qvosdam Miſchnicos ſeorſim, vel cum iis Gemaram, vel etiam Gemaræ excerpta ad Cocceji exemplum cum notis ſuis ediderunt, vel argumenta qvædam ſpecialia ex Judæorum monimentis ediſſeruerunt, vel deniqve Scripturam Sacram ex iisdem illuſtrare aggreſſi ſunt. Eorum omnium tum in capite, qvo variorum de Talmude judicia collecta ſunt, tum in recenſione Codicum Miſchnicorum facta eſt mentio, qva hoc loco ſuperſedere poſſumus. Præ ceteris hic commemorandi ſunt *Lightfootus* & *Bar-*

Digitized by Google

& *Bartoloccius*, qvorum ille in Operibus ſuis Talmud *Hieroſolymitanum*, hic vero in Bibliotheca ſua Rabbinica Tomo potiſſimum III. qvo Cenſura Talmudis continetur, utrumqve, variis locis freqventiſſime citatis, & latina verſione & notis explicat. Compendia Talmudis a Chriſtianis non memini eſſe condita, niſi huc numerare velis Farraginem a *Paulo Riccio*, Ex Judæo, ex Talmude excerptam, de qva dixi Parte I. p. 967. *Chriſtiani Gerſonis* epitome Talmudis Judaici religionis Judaicæ habitum repræſentat magis, & ut abominandum ſiſtit, qvam in epitomen refert, qvæ harum rerum ſtudioſo ſatisfaciat. Majori jure huc retulero *Jo. Andr. Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto. Theologia Talmudica, a *Theodorico Hackſpanio*, inchoata & in Specimine qvodam ſupra commemorato orbi expoſita, omnes numeros abſolutura fuiſſet, ſiqvidem deſtinata ad finem fuiſſent perducta. Suum qvoqve locum hic tueri poterat *Nucleus Talmudicus Balthaſ. Scheidii*, qvi olim diverſis exemplaribus Bibliothecam *Mayerianam* & *Hinckelmannianam*, nunc ex hac *Morgewegianam* apud nos, manu exaratus, ornat. Sententias & adagia Talmudica congeſſerunt diverſi, de qvibus inter Anonymos ſub משלים dicemus. Omitto hic eos deſtinato conſilio, qvi nudas Talmudis recenſiones ſuſceperunt: eorum enim ſupra fecimus mentionem. *Introductiones* in ſtudium Talmudicum acceptas referimus illis, qvi Judaicas, paulo ante a me laudatas, recudi curarunt, verſionibus ſuis & notis auctas & explicatas. Hanc operam præſtitit *Conſtantinus Lempereur* in Clavi Talmudica Lugd. B. 1634. 4. qvæ R. *Jeſchua Levita* הליכות עולם & R. Samuelis מבוא הגמרא cum ampliore præfatione ad hoc argumentum pertinente, & verſione Latina ſiſtit. Ejusdem argumenti libellum, a R. *Salomone* fil. *Elijakim Panzi* ſcriptum, ſub titulo מפתח הגמרא cum verſione Latina & notis recudi curavit B. *Chriſt. Henr. Ritmeier* Helmſtad. 1697. 4. Vide Part. I. n. 1948. Tria hæc Opuſcula una cum qvarto, R. *Moſis* fil. *Danielis* סוגיות התלמוד, *Solcoviæ* primum edito, & nunc cum Latina interpretatione ac notis recuſo, denuo exſcribi formis & uno volumine jungi curavit Cl. *Henr. Jac. van Bashuyſen* in Clavi Talmudica Maxima, *Hanoviæ* 1714. in 4. Spectant huc & illi ex parte, qvi ad tractandam Rabbinicam & Talmudicam lectionem conſilia ſuppeditarunt, qvorum induſtriam & merita ſupra laudavimus pag. 591. ſq. Hic commemorandus nobis eſt Cl. *Guilielmus Surenhuſius* in calce præfationis ad Partem VI. Miſchnici Corporis, ubi exponit, qvibus præſidiis ipſe ad curas ſuas Miſni-

Miſnicas perficiendas uti in animo habeat. *Lexica* Talmudica nobis dederunt *Philippus Aquinas*, Ex Judæus, *Jo. Buxtorfius*, ὁ πάνυ, & *Jo. Henr. Otto* in Lexico Rabbinico Philologico. De his fuſius ſupra inter Lexicographos. *Indicem* in Talmud longe locupletiorem eo, qui *Toldos Aharon* vocatur, reliquiſſe in ſcriniis *Mart. Mauritium*, V. D. Miniſtrum prope Baſileam Durlacenſem, teſtis eſt *Rud. Mart. Meelführerus* in Acceſſionibus ad Almeloveenii Biblioth. promiſſam & Latentem p. 62. ſq.

Nihil, credo, ſuperfuturum erat, quod ad ornandum Talmudicum ſtudium pertineret, ſi prodiret in lucem doctiſſimi *Guilielmi Surenbuſii* Harmonia Miſchnæ & Gemaræ, ſive tractatus de Jure Hebræorum antiquo & recentiori, in quo inter cetera multis locis N. T. lucem ſeſe allaturum eſſe ſperat. Nec exigua eſt eruditorum exſpectatio, quam moverunt *Inſtitutiones Gemaricæ*, quas Cl. *Henr. Jac. van Bashuyſen* parare dicitur in Biblioth. German. Gallice edita, Tom. II. p. 191.

# LIBER V.

SEU

# BIBLIOTHECA IUDAICA ET ANTIIUDAICA.

Libro ſuperiore doctrinæ Judaicæ corpus, quod *Talmud* vocant, ex inſtituto repræſentavimus, eademque opera oſtendimus, quid Chriſtianis inde exſpectandum ſit, quidve iſti hinc inde contra doctrinas, in eo promulgatas, attulerint. Quod ipſum cum plures data opera præſtare in ſingularibus contra Judæos commentationibus conati ſint, horum mentionem faciendam eſſe putamus, ita quidem, ut, quæcunque ad res doctrinasque Judæorum cognoſcendas aut examinandas facere videantur ſcripta, ea per certas ſectiones pro inſtituti noſtri ratione hic recenſita legantur. Iſtis vero addemus Scriptores Judæos, qui vel ſuam ornare cauſam, vel

Chriſtianos oppugnare auſi ſunt. Itaque Sectio I. ſiſtet Scriptores Anti-Judaicos, Græcos & Lat. veteres. II. Anti-Judaicos Ex Judæos. III. Anti-Judaicos Chriſtianos recentiores. IV. Scriptores Judæos Anti Chriſtianos. V. Apologetas Judæos. VI. Obſervationes miſcellaneas de Judæis converſis eorumq; converſione. VII. Conciones ſuper Judæis baptiſandis habitas. VIII. Scriptores de optima ratione Judæos convertendi. IX. Scriptores Catechismorum pro Judæis, & Hebraicorum pro Chriſtianis. X. Scriptores de Converſione Judæorum futura. XI. Hiſtoricos de rebus Judaicis Hebræos. XII. Hiſtoricos de rebus Judaicis Chriſtianos. XIII. Scriptores Hebræos de Antiquitatibus moribus & ritibus Judæorum. XIV. Scriptores de iisdem Chriſtianos. XV. Obſervationes Miſcellaneas de Judæis. In *Appendice* rariora quædam ſcripta Anti-Judaica diligentius enarrantur.

# SECTIO I.

## *Scriptores Anti-Judaici Græci & Latini ævi veteris, ſive exſtent tum editi tum MSS., ſive perierint.*

A*Nonymi* Gr. argumentationes & Prophetiæ adverſus Judæos MS. in Biblioth. Cæſar. Vindobon. Cod. 277. teſte Lambecio.

*Anonymi* Græci reſponſum contra Judæos de partu B. Virginis Mariæ ibid. Cod. 244.

*Anonymi* Gr. diſputatio inter Judæum & Chriſtianum. ibid. n. 5.

*Anonymi* Gr. Excerpta varia contra Iudæos ex Chryſoſtomo & aliis Patribus: ibidem n. 248.

*Anonymi.* Gr. de Sanctiſſ. Trinitate adverſus Iudæos MS. in Bibl. Vatic. n. 719.

*Anonymi* Τρόπαια κατὰ Ἰουδαίων, dialogi IV. ſub Conſtantio Imp. MSS. in Bibl. Coisliniana. Vide Catalog. p. 415.

*Anonymi* dialogus cum Judæo, ibid. p. 246.

*Ano-*

*Anonymi* Latini ſcriptio adverſus Judæos, qui inſecuti ſunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, inter opera S. Cypriani.

*Anonymi* Lat. ſermo de ſymbolo & de altercatione Eccleſiæ & Synagogæ contra Judæos Paganos & Arianos inter opera Auguſtini in Appendice Tomi VIII. edit. Benedictin. Conf. *Tillemontii* Hiſtor. Eccleſ. Tom. XVI. p. 613.

*Anonymi* Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ, ſive Gamalielis Judæi & Pauli Chriſtiani de religione colloquium. *Colon.* 1537. fol. apud Melchiorem Noveſianum, ubi in titulo vocatur opus pervetuſtum & inſigne, *in quo bona omnium fere utriusque Inſtrumenti librorum pars explicetur.* In præfatione Typographus monet, ſe exemplari uſum eſſe miræ antiquitatis, adeo, ut in quamplurimis locis divinatione opus fuerit, ob detritos vetuſtateque obſcuratos characteres, potiſſimum in fronte ac calce codicis. Idem ſuſpicatur, auctorem, quem non nominat, floruiſſe tempore Caroli M. quia Johannem Scotum allegat. Diverſum eſt hoc opus ab altero ejusdem tituli, de quo ſub *Gilberto.*

*Anonymi* tract. adverſus Judæos, ſæculo XII. ſcriptus exſtat in Tomo V. Anecdotorum, ab Edmundo Martene curatorum,

Collectanea diverſa adverſus Judæos in Auctario Stevartiano p. 397. ſq. & hinc Tom. XXVII. Bibl. Patrum Lugdunenſ.

*Agobardi* libellus de inſolentia Iudæorum, & alius de Iudaicis ſuperſtitionibus, item de baptismo mancipiorum Iudaicorum, inter opera ejus, & Tom. XIV. Biblioth. PP.

*Alani* de Inſulis libri 2 contra Iudæos & Paganos ſeu Mahometanos. Exſtant in calce Bibliothecæ Ordinis Ciſtercienſ. a Car. de Viſch Colon. 1656. 4. editæ.

*Amulo*: vide *Hamulus*.

*Anaſtaſius* Abbas, cujus liber contra Iudæos imperfectus latine tantum ex Turriani verſione exſtat in Bibliotheca Patrum Lugdunenſi Tom. XIII. p. 334. ſq. Græce legitur in Biblioth. Vindobon. teſte Lambecio, ex quo principium ejus refert *Imbonatus* p. 304. Biblioth Latino-Hebr.

*Andronici* Comneni, niſi alterius, dialogus contra Iudæos cujus verſio Latina interprete *Jo. Livinejo*, a Petro Stevartio edita & Tom. XXVI. Biblioth. PP. Lugdun. p. 39. ſqq. recuſa eſt.

*Anſelmi* Cantuarienſis, lib. unus de fide ſeu de Incarnatione verbi contra Iudæos inter Opera.

*Athanaſii* Alexandr. Diſputatio cum Zachæo Iudæorum Nomodidaſcalo, item Diſputatio cum Iudæis de adoratione S. Crucis & Sacrarum Imaginum; utraque MS. in Biblioth. Vindobon. memoratur ab Imbonato p. 318.

*Athanaſii*, Iunioris, narratio Græca de Imagine Chriſti, a Iudæis Beryti in ludibrium perpeſſionis Dominicæ cruci affixa. Latine illa exſtat apud Lambecium, & hinc apud Imbonatum p. 318.

*Baſilii Seleucienſis* Demonſtratio de adventu Salvatoris contra Iudæos, ex hebdomadibus Danielis, Lat. ex Græco a Turriano converſa legitur in Auctario Stevartiano p. 405. & hinc in Biblioth. PP. Tom. VIII. edit. Lugdun. pag. 495. Imbonatus pag. 12. alium ejusdem contra Judæos tractatum in Biblioth. Vatic. n. 719. exſtare affirmat.

*Bernardinus Senenſis*; Ordinis Minorum, Sec. XV. *Sermones contra Judæos* ſcripſit: vide Luc. Wadingum.

*Claudii Apollinaris*, Epiſcopi Hierapolitani, libri duo contra Iudæos deperditi: v. Cl. *Fabricium* lib. V. Biblioth. Græcæ cap. 1. p. 189.

*Cedrenus* in edit. Baſileenſ. p. 180. ſeq. contra Iudæos diſputat & f. 224. ſqq. *Zambri* Judæi cum Silveſtro Chriſtiano colloquium recenſet.

*Celſus* de Iudæorum incredulitate ad Vigilium Lat. inter opera Cypriani: vide *Jo. Spenceri* notas ad Origen. contra Celſum p. 57.

*Cypriani* libri III. Teſtimoniorum adverſus Iudæos.

*Chriſtoduli*, Monachi Græci, Sermones VIII. contra Iudæos MSS. in Biblioth. Vatic. in fol. Ejus Βιβλία contra Iudæos memorat Chytræus in Orat. de ſtatu Eccleſiarum in Græcia.

*Chryſoſtomi* homiliæ VI. adverſus Iudæos Tom. I. Oper. p. 383. & Apodixis adverſus Iudæos & Paganos Tom. V. p. 735. A prioribus illis ſex non videntur univerſi eſſe *quinque* illi adverſus Iudæos, quos Latine in Codice MS. Biblioth. Vatic. n. 3922. legi monet Imbonatus p. 99. Tractatum ejusdem *Syriacum* contra Iudæos refert Hebed Ieſu in Catalogo libb. Chald.

*Coſmas* Scholaſticus adverſus Iudæos, apud Io. Moſchum in Prato ſpirituali c. 172.

*Ephraemi* Syri diſputationes Syriacæ cum Iudæis memorantur ab Hebed Ieſu p. 45.

*Evagrii*

*Evagrii* Altercatio Simonis Judæi & Theophili Chriſtiani laudatur a Gennadio c. 50. de Scriptoribus Eccleſiaſtic. quæ nunc demum ex MS. Biblioth. Vindocinenſis prodiit cura Cl. *Edmundi Martene* Tomo V. Theſauri Anecdotorum.

*Euſebii Edeſſeni*, (quem *Hemſenis* mendoſe vocat Imbonatus pag. 40.) liber contra Judæos citatur ab Hebed Jeſu in catalogo libb. Chaldaic.

*Euthymius Zigabenus* in Panoplia titulo VIII. contra Judæos diſputat.

*Fulberti Carnotenſis* Sermo contra Judæos inter Opera.

*Gennadii* CPolitanii dialogus Græcus contra Judæos MS.

*Gilberti Criſpini*, (quem Imbonatus p. 57. *Gilsbertum* & p. 370. tanquam ab eo diverſum *Gilbertum* Anglum, alii vero (ut *Trithemius* c. 353. & II. 105. Illuſtrium Benedictin. *Giſelbertum* vocant)) Abbas Weſtmonaſterienſis & Anſelmi diſcipulus, ſcripſit dialogum inter Judæum & Chriſtianum, qui ſub titulo *Altercationis Synagogæ & Eccleſiæ* exſtat inter Opera Anſelmi Pariſ. 1675. & in Biblioth. PP. ed. Lugdun. Tom. XX. pag. 1884. ſub *Guilielmi de Campellis* nomine. At auctoritate codicis MS. vindicat *Anſelmo* Cl. Gerberonius in editione Operum ejus.

*Gvalterus de Caſtellione*, Inſulanus libros III. Judæis oppoſuit, quos edidit Caſimirus Oudinus, Lugd. Bat. 1692. 8.

*Gregentii*, Archi Epiſc. Tephrenſis, *Diſputatio cum Herbano Judæo*, Gr. & Lat. per Nic. Gulonium Pariſ. 1586. 8. & Latine in Bibl. PP. edit. Lugdunenſ. Tom. VI. Narrationem de eo habes apud Imbonatum pag. 58.

*Gregorii Nyſſeni* Teſtimonia de Sanctiſſ. Trinitate adverſus Judæos ex V. delecta inter opera ejus Latine exſtant. Vulgata poſtea a *Laurent. Zacagnio* græce ex Cod. Vatic. in Collectaneis Monumentorum Veterum p. 285. qui & in præfat. p. 38. ea vere Nyſſeni eſſe ex tractandi ratione colligit. Varia loca ex ſcriptis ejuſdem collecta exhibet *Euthymius* Zigab. in Panoplia.

*Gregorius Turonenſis* cum Priſco, Judæo, diſputans A. C. 581. lib. VI. hiſtor. c. 5.

*Guiberti*, Abbatis Novigentini lib. de Incarnatione adverſus Judæos in Opp. ejus Pariſ. 1651. (non 1661. quod eſt apud Imbonatum p. 63.) in fol. editis.

*Guidonis*, Epiſc. Aven. tract. de erroribus Judæorum Latinus MS. in Biblioth. Vatic. n. 988.

*Guilielmus de Champeaux*, vel *de Campellis*, cognomento Venerabilis, a natali opido dictus, cui *Altercationem cujusdam Chriſtiani cum Judæo de fide catholica*, Tom. XX. Biblioth. PP. ed. Lugdun. exſtantem, tribuit Imbonatus p. 64. ex Tom. II. Galliæ Chriſtianæ. Addit is, eum fuiſſe Epiſcopum Catalaunenſem & obiiſſe an. 1121. Vid. paulo ante *Gilbertus*. De noſtro hoc lege *Jac. Hommey* Supplementum Patrum p. 467.

*Guilielmi Diaconi*, Ex Judæi, Prologus librorum Bellorum Domini una cum cap. I. contra Judæos & Hæreticos apud Jacobum Hommey in Supplemento PP. p. 412. ſq. Vixit is A. C. 1220. Fuit diſcipulus & Diaconus Guilielmi, Archiepiſcopi Bituricenſis, an. 1209. defuncti (de quo Bollandus ad diem 10. Januar) unde & nonnulli eum non tam *Guilielmum Diaconum*, quam Anonymum, Guilielmi Diaconum, vocare malunt. Affert is textum Hebr. literis Latinis, cum verſione.

*Hamulus*, Archi Epiſcopus in Gallia Lugdunenſis, *Agobardi* ſucceſſor, ſcripſit ad Carolum Imperat. *contra Judæos opus inſigne*. Floruit anno 830. teſte Poſſevino in Apparatu Sacro. Trithemio c. 273. vocatur *Hamulus*, aliis vero audit *Amulo*. Libellum ejus ſub *Rabani* nomine edidit P. *Franciſc. Chifletius*, Divione 1656. 4. At genuinum Rabani opuſculum vulgavit E. Martene, de quo paulo poſt ſuo loco.

S. *Hippolyti*, Martyris, *Demonſtratio contra Judæos* Latine ex Franc. Turriani verſione in Operibus ejus a præſtantiſſimo Fabricio noſtro editis, Tomo I. p. 228. legitur, ubi vide notas. Eandem, duabus ſcilicet paginis comprehenſam, habes apud Imbonatum p. 74.

*Hieronymi*, Presbyteri Hieroſolymitani, dialogus Chriſtiani & Judæi de SS. Trinitate, Græce & Lat. editus a Feder. Morello & Chriſtiano Daumio. Eum citat Jo. Damaſcenus Tom. I. Opp. p. 385.

*Jacobi*, Neophyti, διδασκαλία Græce in Biblioth. Coisliniana: vide Catalogum p. 415.

*Jaſonis* Chriſtiani cum *Papiſco*, Judæo Alexandrino, διάλεξις deperdita. Vide Cl. Fabricii Biblioth. Græc. lib. V. c. 1. pag. 187. & Part. I. Biblioth. hujus p. 399.

*Ildefonſus*

*Ildefonſus*, Toletanus, de virginitate Mariæ contra Jovinianum, Helvidium & Judæos Tom. XII. Bibl. PP. p. 549. ſqq.

*Joachim*, Ordinis Ciſtercienſis, Sæculo XIII. clarus, cujus exſtat de *VII. Sigillis contra Judæos* liber MS. teſte *Carolo de Viſch* in Biblioth. Ciſtercienſi p. 172.

*Joannes Capiſtranus*, Scriptor Sæculi XIV. tractatum contra Judæos, teſte Wadingo, reliquit MS.

*Joannes Baconthorpus*, Nordovolgienſis Anglus, ordinis Carmelitarum, ſcripſit *contra Judæos*, teſte Lelando de Scriptoribus Britannicis p. 351. *Imbonatus* p. 83. memorat ejus lib. 1. *de Adventu Meſſiæ*, & alterum *de perfidia Judæorum*.

*Joannis Cantacuzeni* Imp. libri adverſus Judæos & Muhamedanos: vide Cl. *Fabricii* Biblioth. Græc. lib. V. p. 473.

*Joannes Philoſophus*, Sæc. XI. clarus, in libro, qui dicitur Eccleſiaſticus, per dialogum deſcripſit *Judæorum exitiale odium in Chriſtianos*: vide Imbonatum p. 128. b.

*Iſidorus Hiſpalenſis* ſcripſit libros II. contra nequitiam Judæorum I. de nativitate, paſſione, reſurrectione, regno & judicio Domini: II. de vocatione gentium: *Hagenoæ* 1529. 4.

*Ejusdem* Tractatum de Chriſto contra Judæos, MS. in Bibliotheca Vaticana n. 4327. inter Codices Latinos exſtare teſtatur Imbonatus pag. 137. Vix crediderim, eum a priori commentatione eſſe diſtinctum.

*Juſtini Martyris* Dialogus cum Tryphone Judæo, de quo Cl. *Fabricius* lib. V. Biblioth. Græc. cap. I.

*Julianus Pomerius* Archiepiſc. Toletanus, Sæculo VII. clarus, ſcripſit libros III. de Demonſtratione ſextæ ætatis, ſive Chriſti adventu adverſus Judæos. Edidit eos primum *Moltherus* ex MS. *Heidelbergæ* 1532. hinc vero inſerti ſunt Micropresbytico *Baſil.* 1550. p. 547. ſqq. nec non Orthodoxographis & Bibliothecæ Patrum Lugdunenſi Tom. XII. p. 614. Seorſim quoque edidit *Boëtius Epo*, Duaci 1564. Diſtinctiorem tractatus recenſionem habes in Unſchuldigen Nachrichten an. 1704. p. 765. ſq.

*Leontii Cyprii* Fragmentum contra Iudæos exhibet Henr. Caniſius Tomo V. Antiquarum Lectionum & in Biblioth. PP. edit. Lugdunenſ. Tom. XII. Pars Apologiæ pro Chriſtianis adverſus Iudæos legitur Concil. Niceno II. Act. 4. in Concil. Tom. VII. p. 236. Λόγος κατὰ

Ιου-

Ἰουδαίων ὑπὲρ τῆς Χριστιανῶν ἀπολογίας: Eorum liber V. citatur in Synodo VII. & a Damaſceno de Imaginibus. Imbonatus ex uno Leontio duos facit ſcriptores Anti-Iudaicos p. 69. b. & 151. b.

*Leonis Magni*, Papæ, ſermo IX. de Nativit. Domini oppoſitus eſt Iudæis.

*Matthæi Hieromonachi* libri V. in IudæosMSS. in Bibl. Bodlejana inter Codd. Baroccian. n. 33.

*Meletii* τοῦ Πηγᾶ, Patriarchæ Alexandr. lib. contra Iudæos Græce & Ruthanice editus *Leopoli* 1593.

*Miltiadis* liber adverſus Iudæos deperditus.

*Nicolai Hydruntini* dialogus Gr. cum Iudæo MS. in Bibl. Regis Gall. Cod. 2813.

*Odo*, Cameracenſis Epiſcopus, Sæc. XII. clarus, Dialogum de myſterio Dominicæ Incarnationis contra Leonem Iudæum exaravit, qui exſtat Tom. XXI. Bibl. PP. edit. Lugdunenſ. Ab eo Imbonatus p. 169. diſtingvit

*Odonem*, Abbatem Morimundenſem, tanquam qui ſcripſerit dialogum de religione Chriſtiana & Iudaica, Leone & Odone interlocutoribus. Auctores certe ſunt diſtincti, ſed non credo, poſteriorem hunc unquam ejusmodi quidquam ſcripſiſſe. Fuit noſter hic Ordinis *Ciſtercienſis* in Diœceſi Lingonenſi circa A. C. 1161. de quo Sammarthanus in Gallia Chriſtiana Tom. IV. cujus & homiliæ quædam in *Combefiſii* Biblioth. Concionatoria exſtant. Conf. Car. de Viſch Biblioth. Ciſtercienſ. p. 253. Nullus horum de hoc opuſculo quidquam monet.

*Origenes* lib. I. & II. librorum VIII. contra Celſum refellit objectiones, quas in perſona Iudæi Celſus in Chriſtianos conjecerat.

*Oliverii* (Bernhard) Tractatus contra cœcitatem Iudæorum allegatur in Fortalitio Fidei lib. III. Conſiderat. I. pag. 77. a. & pag. 101. a. & 102. b.

*Petri*, Canonici, Sæc. XIII. libri tres de Adventu Meſſiæ teſte Poſſevino.

*Petrus* Barcinonenſis, Ord. Prædicat. Sæc. XIV. quem ut Scriptorem *Pugionis contra Hebræos* Imbonatus laudat p. 190. b. ex Auctore Biblioth. Ord. Prædicat. qui tamen incertus eſt, utrum hic a Raymundo Martini, cujus eſt ejusdem tituli liber, diſtingvendus ſit, an minus.

*Petri*

*Petri* Bleſenſis, Sæc. XII. *liber contra perfidiam Judæorum* tum in Operibus ejus Pariſ. 1519. editis, tum in Bibliotheca PP. edit. Lugdunenſ. Tom. XXIV. occurrit.

*Petri Damiani*, Sæc. XI. Antilogus contra Iudæos & Dialogus inter Iudæum & Chriſtianum Tomo III. Operum ejus ed. Lugdunenſis Opuſc. 3. exſtant. Eos puto libros intelligit *Oldoinus* quando p. 543. Athenæi Romani ei tribuit dialogum Iudæi & Chriſtiani & librum unum contra Iudæos.

*Petri Cluniacenſis*, Sec. XI. Tractatus adverſus Iudæorum inveteratam duritiem in Opp. ejus.

*Porcheti de Salvaticis*, Genuenſis, Victoria adverſus impios Hebræos, in qua tum ex ſacris literis, tum ex dictis Talmud ac Cabbaliſtarum & aliorum omnium authorum, quos Hebræi recipiunt, monſtratur veritas Catholicæ fidei, ex recognitione R. P. Aug. Iuſtiniani, Ordinis Pædicatorii, Epiſcopi Nebienſis. *Pariſiis* 1520. in 4. majori fol. 93. integrorum. Scripſit auctor librum ſuum an. 1303. quod patet ex ejus verbis p. 16. b. col. 4. ita conceptis: *Adbuc eſt hic ſciendum, quod Chriſtianis computantibus nunc ab incarnatione Domini annus 1303. computant Iudæi ab initio mundi annos quinque millia LXIII.* Hinc & ætas ejus per ſe conficitur, quam Cavius in Chartophylace juſto recentiorem fecit, ad an. 1512. referens, antiquiorem autem recte ſuſpicatus eſt *Wbartonus* in Appendice ad Hiſtoriam ejus Literar. pag. 11. *Miræus* autem de Scriptoribus Sæculi XIV. pag. 13. non infeliciter definivit, auctorem an. 1315. vixiſſe tradens. Uſus is eſt *Raymundi Martini* Pugione Fidei, quod ipſe in præfatione fatetur. Conf. de noſtro *Waddingum* in Scriptoribus Ord. Minorum pag. 280. *Io. Morinum* Exercit. Biblic. lib. I. c. 2. §. 6. ſqq. & *Mich. Neandrum* in Erotematibus Linguæ Hebr. p. 541. ſqq.

*Prudentius* Apotheoſi inſeruit hymnum contra Iudæos, qui laudatur a Gregorio Turonenſi lib. I. c. 41. de gloria Martyrum.

*Rabani Mauri* lib. contra Judæos a Chifletio Divione 1656. editus, ab aliis Amuloni Lugdunenſi rectius tribuitur. Genuinum vero Rabani librum adverſus Judæos edidit non ita pridem Edmundus Martene Tomo V. Anecdotorum. Vid. ſupra *Hamulas*.

*Richard. Radulphi*, Sæc. XIV. liber unus de intentionibus Judæorum, Pariſ. 1511. 4. cum opuſculis ejus aliis.



Digitized by Google

*Ruberti Tuitienſis* Sæc. XII. Dialogorum inter Chriſtianum & Judæum libri tres, a Gabriele Gerberonio editi ſunt in calce operum Anſelmi Cantuarienſis Pariſ. 1675. fol. p. 524.

*Severi*, Minoricenſis Inſulæ Epiſcopi Sæc. V. literas circulares ad omnes Eccleſias de Converſione Judæorum illius inſulæ per præſentiam reliquiarum Stephani ex Baronii Tomo V. Annal. repetit Imbonatus p. 250. Biblioth.

*Silveſtri* I. Pontif. Max. Sæc. IV. nomine circumfertur Diſputatio Chriſtianorum & Judæorum habita Romæ, coram Conſtantino M. & Helena *Romæ* 1544. 4. & *Venet.* 8. & alias.

*Stephanus Boſtrenus*, Græcus, in opere contra Judæos deperdito, citatur a Johanne Damaſceno 3. de Imaginibus.

*Tertulliani* liber adverſus Judæos inter Opera.

*Thaddæus* Peluſiotta, Gr. contra Judæos. Hunc credo eum eſſe tractatum, quem in Bibliotheca Henr. Memmii MS. fuiſſe teſtatur *Geſnerus*.

*Theodardi* diſput. cum Judæo in Actis Sanctorum Maji Tom. I. p. 114. ſq.

*Theodoretus* comment. in Danielem Judæos oppugnat.

*Theodori Abucaræ* diſſert. cum Judæo quæ VIII. eſt inter reliquas ejus ad vindicandam religionem Chriſtianam ſpectantes. Vide Auctarium Ducæi Tom. I. p. 462.

*Theodori*, Amaſeni Epiſcopi, Dogmaticam Panopliam contra Judæos, Armenos & Saracenos ex Poſſevino laudat Imbonatus p. 274. Forte idem eſt cum *Theodoro Abucara*.

*Theodoſii* Judæi cum *Philippo* Chriſtiano colloquium, Sæculo VI. habitum, recenſet Suidas voce Ἰησοῦς. Vide quæ ſcripſi Parte I. p. 397.

*Theophanis*, Nicæni, contra Judæos libri VI. MSS. in Biblioth. Regis Gall. cod. 2951. Allatius ex Oratione ejus VIII. contra Judæos locum affert in lib. de Proceſſione Spiritus S. p. 599.

*Timothei*, Chriſtiani, dialogus cum *Aquila* Judæo, Alexandriæ tempore Cyrilli Alex. habitus, MS. exſtat in Bibl. Coisliniana, cujus vide Catalogum p. 415.

*Ulbertus* vel *Vilibertus*, teſte Trithemio Sæc. X. ſcripſit librum contra cavillationes Judæorum de ſceptro a Juda non auferendo.

*Voconius*, Epiſcopus Caſtellani, Mauritaniæ opidi, Sæc. V. ſcripſit adverſus Judæos, Arianos & alios hæreticos. Memoratur hoc nomine a Gennadio c. 78.

His

Digitized by Google

His addendus eſt Ordo recipiendi eos, qui ex Hebræis ad Chriſtianam fidem accedunt, quem in Biblioth. Cæſar. cod. 247. exſtare & editum eſſe Pariſiis mutilum teſtatur *Lambecius*. Confer Euchologium Goari pag. 344. & *Cotelerium* in notis ad Patres Apoſtol. Tom. I. pag. 499. ſqq.

## II. *Scriptores Anti Judaici, Ex Judæi, veteres & recentiores.*

*Anonymi* Liber Fidei Hebr. quo religio Chriſtiana cum ex Scripturæ dictis tum ex Rabbinorum ſententiis confirmatur, MS. in Vatic. in 4. teſte Bartoloccio.

*Anonymi* Liber Fidei Hebr. de quo infra ſub *Paulo Fagio* dicemus.

*Anonymi* Tractatus contra Judæos Hebraicus, de adventu Meſſiæ fruſtra ab illis exſpectato: MS. in B. Vatic.

*Adrianus* (Johannes) Embdenſis Friſius, cujus eſt epiſtola monitoria vernacula ad Judæos, Witteb. 1609. 4. pp. 32. Vide B. Hebr. Part. I. n. 809.

*Alexandri* (Daniel.) Confeſſio fidei Syriace ſcripta, inde vero *Germanice*, hinc *Gallice*, ac denique *Belgice* per Petrum Jacobi verſa, tertium prodiit *Amſtelod.* 1642. 8. Accedit epiſtola ad diverſos Judæos, qua ad converſionem excitantur. Tota ſcriptio conſtat plagg. duabus.

*Alphonſus* (Petrus) Sæc. XII. Dialogus contra Judæos: vide Part. I. num. 1824. & Cl. *Hardtii* Programma ſub titulo: *Sex Profeſſores Linguarum Oriental. ſimul in una Academia* Helmſt. 1713. 4. editum, quo primos Iudæorum confutatores Ex Iudæos recenſet, p. 5.

*Andreas* (Iohan.) epiſtole parænetica Hebraica ad Synagogam Iudæorum, Pariſ. 1552. 8. plagula una: v. Part. I. ſuo loco.

*Aquilini* (Raphael) *Tractatus pius, in quo continentur quinque Articuli, ad fidem Chriſtianam pertinentes, contra Hebr. obſtinationem ex Sacroſanctis antiquis Scripturis excerpti. Piſauri* apud Hier. Concordia an. 1581. 4. ita Imbonatus p. 213. a. titulum latine converſum recte exhibet, additque, parte I. adſtrui myſterium SS. Trinitatis in II. agi de myſterio ligni, in quantum eſt typus Crucis, in III. conſiderari myſterium ſanguinis tanquam figuram ſanguinis Chriſti: in IV. exponi affectus aquarum naturalium & Moſaicarum, & converti ad S. Baptiſmum: in



Digitized by Google

in V. denique ediſſeri beneficia Iudæis a Deo præſtita. Habeo ego librum in manibus, ſed exemplar eſt mutilum, & tribus ultimis tractatibus, qui tamen forte nunquam prodierunt, deſtitutum & conſtans paginis 106. Annus vero editionis non 1581. ſed 1571. in titulo conſtituitur. Auctorem fuiſſe Ex Iudæum ex his ipſius verbis colligo, quæ in præfatione ita concepta leguntur: *Nel che mi ſono anche moſſo volontieri, atteſo, che in 26. anni, c' ho fino a qui per dono di Dio paſſati ſotto la diſciplina Chriſtiana, vengo a conoſcer al meno in parte, qual ſia i debito mio, verſo di lei.*

*Bleibtreu* (Philip. Iohan.) Mayerus illuminatus Francof. ad Mœn. an. 1687. 12. cum præf. Io. Dan. Arcularii p. 19. vide Part. I. num. 1834. Obiit is an. 1702. 15. Maji.

*de Bononia* (Hieron.) Itali, Opuſcula Italica contra Iudæos, *Venet.* 1515. 8. Conf. *Bartoloc.* Tom. I. p. 725. & *Wagenſeil.* in Spe de liberatione Iſraëlis p. 137.

*Brentz* (Sam. Frider.) Leberis Iudaica detracta, germ. *Norimb.* 1614. 4. v. Part. I. n. 2131.

*Bubr* (Chriſtiani Laurent.) Confeſſio Fidei, *Hamb.* 1691. 4. plagg. 2.

*Burgenſis* (Pauli) Epiſcopi, qui alias Paulus de S. Maria vocatur, Scrutinium Scripturarum contra Iudæos: vide Part. I. n. 1808. Sæpe illud editum eſt, nominatim quoque *Burgis in Hiſpania an.* 1596. in fol. *recognitum & reſtitutum per M. F. Chriſtoph. Santotiſium*, Auguſtinianum Burgenſem, cum deſcriptione prolixa Vitæ Pauli noſtri a pag. 9. ad 78. Adjecta eſt Santotiſii differt. de vera hæreticorum origine addiſcenda. Hujus editionis notitiam debeo doctiſſimo *Theodoro Haſæo*, qui ipſe eam poſſidet.

*a Carbe* (Victoris) Colonienſis propugnaculum fidei Chriſtianæ. Vide Part. I. n. 565. & quæ in Supplementis ad eam dicentur. Interim confer Cl. *Fabricii* Biblioth. Græc. Vol. VII. p. 127.

*Carreti* (Ludov.) *Epiſtola ad Judæos, quæ inſcribitur Liber Viſorum Divinorum, qua eos ad reſipiſcentiam invitat, validiſſimisque rationibus Chriſtianam aſſerit veritatem:* (ita habet omnino titulus) Pariſ. 1553. 4. Hebr. & Lat. Vide Part. I. n. 1341.

*Chriſtian Georg Gottfrid*, Ex Iudæi Palatini, einfältige doch gründliche Erläuterung der Jüdiſchen Irrthümer / Hamburg. 1693. 8. pagg. 46.

Chri-

*Chriſtiani Altona* wahre Seelen-Ruhe in der Chriſtl. Religion, Hamb. 1717. 8. 1½ plagulis. Ibi poſt recenſitas quaſdam Iudæorum fabulas & ineptias nonnulla pro Chriſtiana religione argumenta leguntur.

*Chriſtiani Alberti Chriſtbold*, Rectoris Oettingenſis, programma de eo, quod Iudæi in Republica tolerandi. Oetting. 1711. fol. Vide Cl. Schudtii Memorabilia Iudaica Part. IV. lib. VI. p. 302.

*Chriſtiani Johannis Friderici*, Iudæis divitibus orti, & inter ſuos quondam Rabbini, deinde vero Hammiæ in Weſtphalia an. 1709. baptiſati, tractatum brevem vernaculum pro *convincendis & convertendis Judæis* manu exaratum vidi.

*Chriſtophori Guſtavi Chriſtiani*, Ex Iudæi, Norimbergæ an. 1719. in cœtum Chriſtianorum recepti, das auf Moſe und die Propheten gegründete Chriſtenthum/ Berolin. 1719. 4. plagulis 4.

*Chriſtophori Mendel von Ofen*, an. 1534. baptiſati, confeſſionem contra Iudæos editam memorat Georg. Nigrinus in libro, quem dixit Jüdenfeind p. 9.

*Edzard* (Caroli Chriſtiani) hiſtoria converſionis & confeſſio exſtat in M. Franc. Henr. Hoyeri concione baptiſmali Helmſt. 1679. 12. edita.

*Engelsbergeri* (Ferdinandi Franciſci) Catholiſcher Wegweiſer. Vide Part. I. n. 1836.

*Euſtachii* (Ioh. Pauli) Sermones IX. de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus, *Neapoli* 1582. 8. Vide Part. I. n. 1441.

*de Eſte* (Io. Baptiſtæ) *Dialogus Catechetieus* inter Rabbinum & diſcipulum ex Scriptura & Rabbinis formatus, *Ulyſſipone* 1621. 4. vide Part. I. n. 810.

*Fels* (Chriſtiani Lebrecht) Wegweiſer der Jüden zur Chriſtl. Religion in einem Geſpräch / *Goslar.* ſine mentione anni, *Rintbelii* 1705. & *Hamburg.* 1716. 8.

*Fioghi* (Fabiani) de Monte S. Savini, Ex Iudæi & Lectoris Linguæ Hebr. in Collegio Neophytorum Romano, *Dialogo della Fede fra il Catecumeno & il Padre catechiſante, nel quale ſi riſolvono molti dubbii, che ſogliono fare gli Hebrei, contro la verità della Santa Fede,* Rom. 1582. & auctius 1611. 4. pp. 578. confer Part. I. n. 1806.

*Franciſcus*, Ex Iudæus & poſtea Medicus Mantuanus, brevi diſſertatiuncula deſcripſit pœnas, quas Iudæi adhuc hodie per ſingulas tribus ſigillatim, ob Servatoris noſtri cædem, convenienter injuriis illis, quibus

quibus ipſum affecerunt, patiantur & ſentiant. Ea ſæpius prodiit *germanice* in variis ſcriptis, & addi quoque ſolet hiſtoriæ Paſſionis Domini noſtri, qualis ex omnibus Evangeliſtis collecta exſtat. Seorſim vero prodiit an. 1650. 4. plagula una, ubi in calce monetur, eam a laudato Franciſco in Hebr. Chald. Syriaca, Græca & Lat. lingua ſcriptam eſſe. Prodiit quoque cum *Chryſoſtomi Dudulai* Gründlichen Relation von einem Juden/ Nahmens Ahasverus: Norimbergæ in 4. ſine anno notato.

*Triderici Wilhelmi Chriſtlieb* Greuel der Verwüſtung des Heil. Jeruſalems/ durch den Jüdiſchen Talmud, *Caſſel* 1671. 8. pp. 158. ubi habetur confutatio ineptiarum & errorum Talmudis. Ejusdem Läſterung der Juden gegen Chriſtum: Rintheln 1682. 8. Confer Part. I. n. 1849.

*Galatini* (Pet.) lib. XII. *de Arcanis Cathol. Veritatis, quibus pleraque religionis Chriſtianæ capita contra Judæos tam ex Scripturis V. T. authenticis, quam ex Talmudicorum commentariis confirmare & illuſtrare conatus eſt.* Prodiit primum *Orthonæ maris* an. 1518. fol. per Hieron. Soncinum, de qua editione in Supplementis plura. Conf. interim Part. I. p. 972.

*Gerſonis* (Chriſtiani) der Jüden Talmud fürnehmſter Inhalt und Widerlegung liber *Goslariæ* primum ſine anno, hinc *Geræ* 1613. tertium tum ibid. 1618. & alias ſæpe editus. Vide Part. I. n. 1896.

*Guilielmus Diaconus:* vide ſupra inter Scriptores Latinos veteres Anti-Iudaicos.

*Harpſtedii* (Ioh. Chriſtiani) Gotteslaſterliche Judenthum. an. 1701. 8.

*Hermanni Colonienſis*, Sæc. XII. Hiſtoria Converſionis ſuæ, Lipſ. 1687. fol. cum Raymundi Martini Pugione Fidei. V. Part. I. n. 557.

*Fr. Hermanni* Dialogus, Lignis 1481. editus laudatur a Cl. Mich. Maittaire in Annalibus Typographic. p. 161.

*Held* (Chriſtiani) Beweiß aus der Schrifft von dem Dreyeinigen GOTT und rechten Meſſia Chriſto Ieſu, mit einem Appendix, daß noch eine groſſe Bekehrung der Juden zur letzten Zeit verheiſſen ſey. Kiel 1681. 4. Ejusd. Victoria Chriſtiana contra Iudæos, Gieſſ. 1684. 4.

*Heredia* (Pauli de) Sæc. XV. *epiſtola Secretorum:* vide Partem I. n. 1809.

*Heſſi* (Erneſti Ferdinandi) Juden-Geiſſel/ primum *Friſlariæ* 1589. tum *Argentor.* 1601. *Paderborn.* 1606. & *Erfurt.* 1600. & 1605. item *Hamburgi* ſine anno memorato in 4. prodiit. Ejusdem Jüden-Spiegel/ *Erfurti* 1601. pp. 174. in 8. In hoc libro myſterium SS. Trinit. & Adventus Meſſiæ hominis demonſtratur. Confer Part. I. num. 217.

Eum

Eum *Erneſtum Heſſenium* vocat Imbonatus pag. 39. *Vætius* autem Tom. II. p. 53. Diſputatt. Selectarum *Erneſtum Ferdinandum*, ſine addito Heſſi cognomine, a patria procul dubio deſumto.

*Hieronymi de Sancta Fide* Sæc. XV. libri duo, alter *de refellendis Iudaeorum erroribus*, alter *adverſus Talmud Iudaicum* aliquoties prodierunt. Vide Part. I. n. 791.

*Hieronymi* (Davidis) gewiſſer Glaubens-Grund aus Göttlichem Munde der Heil. Schrifft / Hamburg / 1676. 4. plagulis 5.

Ejusdem Chriſtliches Glaubens-Bekäntniß / Neuſtadt an der Aiſch 1677. 8. plagg. 2. Exſtat etiam in B. *Mayeri* Muſeo Miniſtri Eccleſiæ Part. III. p. 56. ſqq. Conf. Part. I. n. 487.

*Heilbronner* (Ioh. Chriſtlieb) Cracovienſis, Heilbronnæ 1709. baptiſatus, & in variis Academiis deinde in aliorum inſtitutione occupatus, ſcripſit Tractatum German. ſuper cap. 53. Ieſaiæ *Tubing.* 1710. tum vero klare Beweißthümer von Ieſu Chriſto dem wahren Meſſia und Sohne GOttes / cum Appendice de Meſſia Iudæorum, Dresd. 1715. porro Widerlegung der Jüdiſchen Einwürffe gegen das Geſchlecht-Regiſter Ieſu Chriſti, ubi ſpeciatim exceptiones libri Chiſſuk Emuna diſſolvuntur: Hamburgi 1708. 3. plagg. in 4.

*Hirſch* (Pauli Wilh.) Entdeckung der Tekupoth, oder das ſchädliche Blut / ſo über die Jüden viermahl des Jahrs kömmt: cum *duplici appendice*; altera de ratione diſputandi cum Iudæo; altera de fundamento, cui Iudæi in obſervandis 613. præceptis innitantur. *Berol.* 1717. 8. Conf. Cl. Io. Henr. Majum in Catalog. MSS. Uffenbach. p. 306.

*Ejusd.* Matnat Iobel, *Berol.* 1718. 8. Vide Unſchuldige Nachrichten 1718. pag. 849. ſq. Hoc argumentum a guttis ſanguinis ſingulis anni quadrantibus Iudæorum vaſa, cibis plena, infeſtantibus, & comedenti noxiis urgetur in Unſchuld. Nachrichten 1710. p. 730. ſq.

*Iechiel Piſaurenſis*, Ex Iudæus, cujus conciones ad Iudæos habitæ lucem viderunt *Florent.* 1585. 4. V. Bibl. Hebr. Part. I. p. 576.

*Iohn* (Theodor.) ex Rabbino Iudaico Chriſtianus, cujus hiſtoria converſionis anglice, *Londini* 1693. in 8. prodiit.

*Iohannis Baptiſta* Confutatio Sectæ Hebraicæ, Argentinæ in 4. ſine anno notato edita, qui liber in manibus meis eſt. Ex Iudæum ſe profitetur ipſe in Dedicatione ad B. Caravagalem, Cardinalem S. Crucis in Ieruſalem, his uſus verbis: *Scitis enim, cum V. T. Hebraicasque ſuper eo expoſitiones ac Thalmuthaicam doctrinam apud vos didiciſſem, inter religioſos*

Digitized by Google

*gioſos poſtea Ordinis Prædicatorum Fratres S. Mariæ apud Minervam in urbe me diu verſatum fuiſſe, ipſorumque prædicationes ac expoſitiones ſuper Prophetiis de Meſſia loquentibus ſæpius audiviſſe, quas cum ab expoſitoribus veſtris variare perciperem, quia a teneris annis hebraicis imbutus eram; illas a vero prophetiarum ſenſu alienas putavi: unde & fidem vanam quoque cenſebam.* Hic eſt, cujus nomen Iudaicum ſe non invenire potuiſſe queritur *Colomeſius* pag. 805. Opp. ubi eundem librum, tanquam in Biblioth. Lambethana exſtantem laudat.

*Iohannis Baptiſtæ Iona*, Sæc. XVII. *Doctrina Chriſtiana* i. e. Bellarmini Catechiſmus hebraice verſus, & notis inſtructus, in quibus Rabbinica teſtimonia ad confirmandam Chriſtianorum dogmatum veritatem afferuntur Rom. 1658. & 1664. 4. Confer Part. I. n. 720.

*Iohannes Chriſtoph. Gottfrid* Rabbinus quondam inter ſuos Cracovienſis, poſt agnitam veritatem in variis Academiis verſatus, præter *hiſtoriam converſionis* ſuæ ſcripſit germ. in memoriam exitus ſpiritualis ex Ægypto Papæa. *Hafniæ* 1717. 4. pagg. 18.

*Iſaaci* (Iohannis) Levitæ, epiſtola ad Iudæos Wetzlarienſes, quam laudat *Georg. Nigrinus* in libro Jüdenfeind plag. D. 7. Alia ejus Grammatica ſcripta habes Part. I. n. 816.

*Kaatz* (Chriſtiani Friderici) Catechiſmum Iudaicum ſub titulo: Wahrer Weg zur Seligkeit edidit an. 1720. 8. 2. plagg. cum antea an. 1702. Berolini fidem Chriſtianam eſſet profeſſus.

*Kemper* (Iohannes) vide Part. I. n. 1648.

*Lyranus* (Nicol.) vide infra inter Chriſtianos Scriptores Anti-Iudaicos.

*Mackſchan* (Beati Chriſtiani) Schrifftmäßiger JEſus Palm-Baum / oder Beweißthum / daß JEſus von Nazareth der wahre Meſſias, nebſt einem Brief von ihren Sünden und erfolgenden Straffen / Riga 1690. 8. pp. 120.

*Margalitha* (Aaronis) Rabbini quondam Iudaici, adhuc ſuperſtitis, Tractatus de Paſſionibus Chriſti ad ductum c. 53. Ieſaiæ Latine, Francof. ad Viadr. 1706. 4. Ej. Göttliche Perſönlichkeit und Menſchwerdung des Engels des Bundes aus Heil. Schrifft und Jüdiſcher Antiquität / Lüneburg 1716. 4. plagg. in 4. & *Swerini* 1717. 4. Confer Part. I. n. 189.

*Margarita* (Anton.) Jüdiſcher Glaube / primum *Auguſtæ Vindelic.* 1530. 4. tum *Lipſ.* 1531. 4. & ſæpe alias: vide Partem I. n. 335. Ejusdem Declaratio capitis LIII. Ieſaiæ, *german.* Vindobon. 1534.

*Mar-*

Digitized by Google

*Martini* (Raymundi) v. Part. I. n. 1912.
*Meieri* (Chriſtiani) Licht zu erleuchten die Juden Lipſ. 1711. 4.
Ejusd. liber vernaculus, quo Moſes cum Chriſto comparatur, *Hamb.* 1715. 8. recuſus 3½. plagulis. Ejusd. abſcheuliche Mord Chriſti als die Haupt-Urſache des fortwährenden Elendes der Jüden / una cum 13. articulis fidei Iudaicæ, *Hamb.* 1719. 4. ſex plagulis. Vidi & ejusdem tractatum Hebræum cum addita verſione Germanica, quo Chriſtum verum eſſe Meſſiam ex variis vaticiniis V. T. evicit, quiq; nondum eſt editus, & inprimis cap. VII. Ieſaiæ ac c. XVIII. Iohannis commentando perſequitur. Hic liber Hebraice & Latine edendus ſub prelo nunc ſudat Amſtelodami, ceu teſtatur Bibliotheca Hiſtorico Philogico-Theologica Bremenſ. Claſſ. IV. Faſcic. VI. p. 1086. ubi hæc ejus exſtat inſcriptio: *Vera Immanuelis generatio, ſecundum prophetiam Jeſaiæ c. VII. 14. &c.*
*Meieri* (Frider. Chriſtiani) *Confeſſio Fidei* germ. cum præfat. quæ hiſtoriam converſionis exponit, *Altonav.* 1701. 4. ſex plagulis.
*Ejusdem* expoſitio Pſalmi XCI. germanica *Roſtoch.* 1704. 4. 2 plag.
*Ejusd.* Licht zu erleuchten die Jüden oder von Eigenſchafften des Herrn Meſſiæ und was die Jüden hindert JEſum nicht dafür zu erkennen. Hamb. 1711. 4. & *Hala* 1713. 4.
*Ejusdem* güldener Leuchter Altes Teſtaments auf die Geburt Chriſti gedeutet: *Hamb.* 1718. 4. plag. 1.
*Ejusdem* Balſam des Lebens / ubi de variis Iudæorum cerimoniis, *Brunſvig.* 1719. 4. 2. plagg.
*Meieri* (Chriſtoph. Pauli) Jüdiſcher Narren Spiegel *Witteb.* 1685. 4. ubi de Rege Iudæorum Sæculari.
*Ejusd.* liber *de cerimoniis Iudaicis* vernaculus *Witteberg.* 1678. 4. plagulis 5. & *Gedani* 1682. 4.
*Ejusd.* tract. de brevi & ridicula Judæorum expoſitione Cantici Witteb. 1678.
*Ejusd.* eigentlicher Bericht von den Jüdiſchen Schlachtungen: item, wie die Juden den Chriſten ſchändliche Nahmen andichten; und vom Unterſcheid des Glaubens der Juden und Chriſten. *Witteb.* 1677. 4. plagg. 4. Conf. Part. I. n. 1851.
*Mentes* (Joh. Frideric.) ſcripſit Reſponſionem ad duas quæſtiones: 1) cur tam paucis Judæi convertantur. II. nonne plures converti poſſint? *Gryphiswald.* 1705. plagg. 2.

*Monte* (Andreas a) tractatum *Ital.* manu exaratum reliquit ſub titulo: *Confuſio Iudaorum* ut & *epiſt. pacis* ad Judæos, in Bibl. Collegii Neophyt. Romano: confer Part. I. p. 557.

*Moroſini* (Julii) *Via della Fede*, quo libro Italico ritus Hebræorum explicat & damnat, tum vero præcepta Judaica 613. exponit, ac denique errores Judæorum confutat. *Rom.* 1683. Uſus eſt ad librum hunc conficiendum apparatu MS. *Ioh. Paſtritii*, ceu ipſe id in præfatione profitetur. Confer *Imbonati* Bibliothec. p. 126. b.

*Natta* (Jacobi) Ex Iudæi, Ragionamento della venuta del Meſſia, contre la durezza y oſtinatione Ebraica, i. e. commentatio de adventu Meſſiæ, contra duritiem & pertinaciam Iudæorum; *Venet.* 1629. 4. . Hujus libri notitiam debeo Catalogo Biblioth. Menarſianæ pag. 191.

*Ottonis* (Iulii Conradi) *Gale Raſaia* i. e. Occultorum detectio, ſeu monſtratio dogmatum, quæ omnes Rabbini recte ſentientes ante & poſt Chriſti nativitatem de unitate eſſentiæ Divinæ, Trinitate perſonarum & de Meſſia poſteritati reliqverunt &c. *Norimb.* 1605. & *Stetini* 1613. 4. Conf. Part. I. n. 826.

*Pauli* (Elchanon) Pragenſis, *Myſterium novum*, ſive Bericht aus der Cabbala, daß JEſus der wahre Meſſias ſey *Helmſtad.* 1580. 4. Confer de eo Gerſonem in Talmude Iudaico Part. II. p. 491.

*Pauli Chriſtiani* Jüdiſcher Hertz-Klopfer *Brunsvigæ.* Concio in baptismum ejus habita ibid. 1621. 4. plagg. 5½. prodiit, cui additum eſt examen ejus.

*Ejusdem* eigen Bekentniß von ſeiner verſtockten Blindheit und wunderbahren Erleuchtung / carmine german. rhythmico ibid. 1621 4. plagg. 3½. Conf. de eo Rev. *Rethmeieri* Hiſt. Eccleſ. Brunſwicenſ. Part. IV. p. 407. ſqq. & Part. I. B. Hebr. n. 1815.

*Pauli Chriſtiani* Scriptio recta, ſeu epiſtola ad Iudæos Hebr. & German. qua eos ad amplectendum Chriſtianismum cohortatur in 4. Vid. Part. I. n. 1816.

*Paulus Chriſtianus* Sec. XIII. frequenti Iudæorum converſione clarus: v. Part. I. n. 1814.

*Pauli Joſephi* Speculum Propheticum, daraus der Juden ihre Verſtockung zu ſehen / Nürnberg 1615. 8. plagulis 7. Lipenius Bibl. Theolog. p. 130. b. ait prodiiſſe *Francofurti* 1615. Norimbergenſem illam vidi ipſe. Puto ab hoc libro diſtinctum eſſe illum, quem ut ab eodem

eodem ſcriptum laudavi Part. I. n. 1811.

*Pauli Pragenſis* Solida & perſpicua demonſtratio *germ.* Lipſiæ 1576. plagulis $5\frac{1}{2}$. ſecundum & quidem auctior edita *Ejusd.* Symbolum Apoſtolicum ex V. T. confirmatum: *Witteb.* 1580. Vide Part. I. n. 1812.

*Pfefferkornii* (Iohan.) Speculum manuale contra Iudæos & libros Talmudicos: Celeusma contra infideles Iudæos: Speculum Adhortationis Iudaicæ ad Chriſtum: Hoſtis Iudæorum. De ſingulis vide Part. I. n. 1845. Adde illis *Objectiones* in dicta Talmud ſeductoris Iudæorum, quem librum noſtro in Catalogo MSS. Seidelianorum *Berolini* 1717. 8. edito pag. 32. in 4. tribui, in Supplementis oſtendemus.

*Philip. Nicodemi Lebrecht* Eckſtein des wahren Chriſtl. Glaubens Dresd. 1719. p. 192. 4. dialecto Iudæo-vernacula cum Germanica verſione: Subnatus auctori liber eſt ex Rev. *Io. Henr. Seuferti*, V. D. Miniſtri Phorcenſis Catechiſmo Anti-Iudaico.

*de Podico* (Iohannis) Sec. XIV. *Concordia Legum*, contra Iudæos: confer Cl. Hardtii Programma an. 1713. Helmſt. ſub tit. *Sex Profeſſores Oriental. Lingv. in una Academia* editum p. 8. Auctor alias vocatur *Iohannes de Vallidolid* ſive *Valliſoletanus*, a patria: De eo vide Part. I. n. 813. Laudatur is a ſcriptis contra Iudæos a *Io. Reuchlino* in Speculo Oculari apud Herman. Hardtium in Hiſtor. Literar. Reformat. f. 26. b. & 33.

*Reinbold* (Ioh.) Buch des verheiſſenen Meſſiæ, *Hamburg.* 1720. 8. plagulis 2.

*Riccii* (Pauli) *Opuſcula varia*, item libb. IV. de cœleſti Agricultura &c. de quibus expoſui Parte I. n. 1817.

*Rittangelii* (Ioh. Stephani) Veritas religionis Chriſtianæ in Articulis de Trinitate & Chriſto ex Scriptura, Rabbinis & Cabbala probata, *Franequ.* 1699. 8. Adde alia, de quibus Part. I. n. 820. Altercatio ejus epiſtolica cum Iudæo legitur in Wagenſeilii Telis Igneis Satanæ p. 328. ſqq.

*Salomo Meier* fil. *Moſis*, inter Chriſtianos *Proſper Ruggerius*, de cujus ſcriptis vide Part. I. p. 1073.

*Salomonis* (Iohannis) Demonſtrationes XXXVIII. contra Iudæos, cum hiſtoria Colloquii inter illum & Ioh. Botſaccum, *Francof.* 1660. 4. *Ejusdem* Confeſſio Hebr. Chald. & German. ſcripta in carcere an. 1658.



Digitized by Google

1658. Ejuſd. Zertheilte Finſterniß 1681. 8. Lege Prætorii Athenas Gedanenſes p. 118. & quæ præterea in Supplementis afferentur, ad n. 824. Partis I.

*Samuelis* Iudæi, qui & *Maroccanus* vocari ſolet, Epiſtola ad R. *Iſaacum* de Meſſiæ apud Iudæos exſpectatione, in plurimas lingvas converſa, & ſæpiſſime edita: vide Part. I. n. 2076. Confer Supplementa.

*Schwabe* (Dieterici) Jüdiſcher Deck-Mantel des Moſaiſchen Geſetzes *Paderbornæ* 1615. 4. *Colon.* 1616. 4. *Mogunt.* 1619. & ſine loco notato 1666.

*Staffelſteiner* (Pauli) Tractat von Meſſia *Heidelberg.* 1560. 8. una cum adhortatione ad Judæos, ut opinionem de Meſſia carnali deſerant. Heidelberg. 1560. 8. Ejuſd. *Oratio* de Nazareno vero Meſſia, habita Heidelbergæ cum prælectiones Hebraicas ingreſſurus eſſet, & edita ibid. 1551. *germanice* plagg. ſex in 8.

*Taufenburg* (Frideric. Wilhelmi Chriſtophori) Rabbini quondam Arnheimenſis, Abrahami Oppenheimeri nomine dicti, wahre Brunn des Chriſtenthums und Wegleiter für alle Unbekehrten/ ubi oſtenditur, Chriſtum eſſe verum Meſſiam *Brem.* 1720. 8. plagg. 7.

*Vallidolid* (Iohan. de) vide ſupra *Ioh. de Podico.*

*Veltwici* (Gerhardi) *Itinera deſerti* i. e. carmen de diſciplinis Iudaicis & earum vanitate. Venet. 1539. 4. plagulis 16. Iudæum fuiſſe olim patet ex primis duobus carminis iſtius verſibus. Confer *Sanderum* de Scriptoribus Flandris p. 61. Conf. Part. I. n. 455.

*Victoris* (Georg. Conradi) höre Mutter ſchaue drauf h. e. Dialogus de cauſis ſuæ converſionis, *Nordlingæ* & alibi editus. Vidi ego editionem anni 1681. 12. pp. 156. Conf. Part. I. n. 441.

*Wallich* (Chriſtoph.) בֵּית הַכְּנֶסֶת ſive Synagogæ Iudaicæ deſcriptio, quæ *Brunſvigæ* 1715. 8. tertium prodiit, aucta monitis moralibus Talmudicis 74. quæ cum doctrina Chriſtiana conſpirant.

*Weidneri* (Pauli) Sermon der Juden zu Prag 1561. 26. Aprilis in ihrer Synagoge gehalten. *Vindobon.* 1562. & 1569. (forte ibidem; neque enim locus memoratur) recuſus. Ejuſd. *Loca præcipua Fidei Chriſtianæ* Latine collecta & explicata, *Vindobon.* 1559. 4. pp. 411. iterumque 1562. in qua editione accedit epiſtola Hebr. ad R. Iehudam, Venetiis habitantem, cum verſione Latina. Hæc editio conſtat pagg. 630. Confer Part. I. n. 1810. & ad eum Supplementa.

de Weile

de Weile (*Frideric. Ragſtadt*) quondam inter ſuos Rabbini, & deinde inter Chriſtianos Evangelii præconis, *Theatrum Lucidum*, exhibens verum Meſſiam, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c. *Amſtelod.* 1671. 12. pp. 160. De hoc & aliis ejus ſcriptis huc pertinentibus dicam plura in Supplementis ad Partem I. n. 1852.

*Wolfii* (Philippi) Spiegel der Jüden/ *Gedani* 1554. 4. plagulis 15. ubi ex V. T. oſtenditur, Jeſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam. In calce precatio Judæorum germanice verſa accedit una cum explicatione τῦ *Schembamphoraſch.*

*Xaverii* (Franc.) tract. vernaculus de fabulis & Superſtitione Judæorum, *Hamburgi* 1719. 8. pp. 30. Idem alium ejusmodi libellum edidit de ſuperſtitioſis ritibus, quos circa obitum & ſepulturam obeunt.

*Xeres* (Joh.) *Allocutio ad Judæos*, anglice ſcripta, *Londini* 1711. 8. plagg. 4. Vide Acta Erudit. Lipſ. 1712. p. 270.

*Zarpathi* (Joſeph) v. *Andreas a Monte.*

## III. *Scriptores Chriſtiani Anti-Judaici recentiores.*

*Anonymi* Diſputatio Hebr. inter Chriſtianum & Judæum, de Meſſia, MS. in Bibl. Vatic.

*Anon.* Diſput. inter Judæum & Anaſtaſium Chriſtianum de adventu Meſſiæ MS. Latine converſa: ibidem, teſte Bartoloccio.

*Anonymi* Defenſorium fidei contra Judæos, hæreticos, Saracenos, in fol. Vide Bibliothecam Menarſianam p. 26.

*Anonymi* Pharetra fidei Catholicæ, ſive idonea diſputatio inter Iudæos & Chriſtianos in 4. edita ſine loco & anno exſtat in Vatican. n. 3941. teſte *Imbonato* p. 6. b.

*Anonymi* Iudæorum excitabulum matutinum, quo fiunt certiores, ortam eſſe auroram præ ſignis Diei Dominicæ, Ebroduni Eburonum 1663. 8. v. Lipenii Biblioth. Theol. T. II. p. 140. Conf. infra Scriptores de Converſ. Judæorum.

*Anon.* Amica diſputatio adverſus Judæos, cum explicatione locorum aliquot in Apocalypſi: 1644. 4.

*Anonymi* Hebræomaſtix, qui paſſim affertur, non diverſus eſt ab Hieronymi de S. Fide libellis binis Anti-Iudaicis, de quibus inter Ex Iudæorum ſcripta Anti Iudaica ſuo loco.

*Anonymi* Officium parvum B. Mariæ Virginis, Hebr. Gr. & Lat. cum Pſalmis Pœnitentialibus, item epitome controverſiarum fidei adverſus Iudæos & Calvinianos, *Lugdun.* 1660. 24.

*Anonymi* kurtzer Auszug von den erſchrecklichen Jüdiſchen Läſterungen *Gieſſ.* 1604. 4. Credo, eundem eſſe librum cum eo, quem Selneccerus de quo infra, cum nonnullis Lutheri edidit.

*Anonymi* Flagellum Iudæorum, oder Juden Geiſſel / dabey auch des Mahomets und aller Türcken Urſprung. *Argentor.* 1604. 8.

*Anon.* drei Chriſtl. und in GOttes Wort wolgegründete Tractat 1) von dem hohen vermeinten Jüdiſchen Geheimniß Schemhamphoraſch. 2) von dem Geſchlechte Chriſti. 3) von den Juden und ihren Lügen. Franckf. 1617. 4. Suſpicor, hanc eſſe collectionem tractatuum Lutheri, quam Selneccerus primum Lipſ. 1575. edidit: v. infra *Selneccerus.*

*Anon.* Juden Schul / Juden Geiſſel *Lipſ.* 8. teſte Draudio Biblioth. Claſſic. German. p. 231.

*Anonymi* Geſpräch 2 Jüdiſcher Rabbinen von der Perſon Chriſti, daß nemlich er der wahre Meſſias allbereit kommen ſey. Heidelb. 1583. 8.

*Anon.* Dialogos Chriſtianos contra la ſecta Mahometica y pertinacia de los Iudios: refertur inter libros prohibitos in Indice Caſp. a Quiroga, inter libros Hiſpanic. p. 65. b.

*Anon.* Juden Bekehrung / darinn die Heil. Dreyfaltigkeit und das Chriſtus der wahre Meſſias ſey aus der Heil. Schrifft und der Juden Büchern ſelbſt erwieſen wird. *Caſſel.* 1602. 8. foliis 125. & *Lipſ.* 1612. 8. Ex præfatione patet, germanice hic exhieeri ea, quæ *Philip. Mornæus* in lib. de Veritate Relig. Chriſt. cap. 6. & capp. 27-31. contra Iudæos ſcripſit.

*Anonymi* Pontificii Jüdiſcher Schlangenbalg an. 1702. in 12. ſine mentione loci. Varios libelli hujus errores notatos vide a Cl. *Schudtio* Parte IV. Memorabil. Iudaicorum Continuat. I. p. 266.

*Anon.* Verzeichniß und kurtzer Auszug aus etlicher Hochgelahrter auch andegottſeligen Männer und erfahrner der Hebreiſchen Sprache Beſchreibungen von denn erſchrecklichen Gotteslästerungen / wieder unſern Herrn Chriſtum, die Jungfer Mariam, wieder alle Chriſten und weltliche Obrigkeit / ſo von den Juden täglich geübet werden an. 1562. 8. plagulis 6. ſine loco notato. In fine adduntur conſilia ad promovendam converſionem Iudæorum.

*Syſtema* controverſiarum Iudaicarum in gratiam Theologiæ tyronum editum a. R. C. & R. D.

*Anony-*

*Anonymi* Verite ſans repliqve i. e. Veritas ſine exceptione, Amſtelod. 1716. 8. conſtat 3 Diſſertationibus, quarum I. de adventu Meſſiæ, qui noſter eſt, in V. T. prædicto, exponit. Illius auctor eſt Baro *Montazet*, quod docet Cl. *Jac. Basnage* in *Novis Literariis*, quæ Amſtelodami eduntur gallice Tom. XI. Part. I. p. 498. ſqq. ubi eum libellum in Catalogo quodam falſo ſibi tribui profitetur.

*Acoſta* (Ioſeph) ſcripſit libros IX. de Chriſto revelato, contra Iudæos: *Rom.* 1590. 4. *Lugdun.* 1592. 8. *Salmanticæ* item & *Venet.* vide *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpanic. Novam in Append. Tom. I. p. 614.

*Albertinus* (Arnald.) de aſſertionibus Catholic. & hæreticorum agnoſcendis Panormi 1553. fol. & *Rom.* 1572. 4. Conf. eundem Antonium Tom. I. p. 133.

*Alcobacenſis* (Franc.) Ordin. Ciſterc. *volumen contra Judaicam perfidiam*, laudatur a *Carolo de Viſch* in Biblioth. Ord. Ciſterc.

*Alle*, (Hieron.) Bononienſis |, *li convinti e confuſi Ebrei* i. e. conciones Anti Iudaicæ ab ipſo Venetiis in Patriarchali Templo S. Sylveſtri habitæ: vide *Imbonat.* p. 72.

*Allixii* (Pet.) Iudicium veteris Eccleſ. Iudaicæ contra Unitearios in doctrina de SS. Trinitate & Divinitate Meſſiæ *Lond.* 1699. 8. *Anglice*; *Berolini* 1707. 4. *Germanice*, interprete Rev. *Chriſtoph. Matth. Seidelio.*

Ejusd. diſſertatt. duæ de duplici adventu Meſſiæ, *Lat.* Lond. 1701. 8. *Germanice* per Cl. *Andr. Chriſtian. Eſchenbach*, Norimberg. 1704. inſtar Appendicis ad ejusdem Conſiderationes Rationales librorum Scripturæ S. ibid. 1702. 8. editas.

*Altingii* (Iac.) libri IV. *de Schilo Franequ.* 1660. 4. & inter Opera *Amſtelod.* 1687. Tom. V.

Ejusdem Spes Iſraelis ſive comment. in Roman. c. XI. ubi myſterium Converſionis Iudæorum confirmatur, *Leovard.* 1676. 4. & Tom. IV. Opp. in limine.

*Amyraldi* (Moſis) Diſſert. de myſterio Trinitatis, quam ſingulariter commendat & ex Parte IV. ejusdem locum bene longum affert B. Wagenſeilius in Telis Igneis Satanæ p. 140. ſq.

*Andreæ* (Samuelis) Diſſ. contra Abarbanelem in Ieſ. VII. 14.

*a S. Antonio* (Chriſtoph.) Ord. Minorum, Triumphus Ieſu Chriſti contra infideles, teſte Imbonato pag. 26.

*Antonii* (Pauli) Veritas Chriſtianæ religionis, ipſis Iudæorum obtrectationibus confirmata. *Halæ* 1718. 4.

*Andreæ*

*de Areda*, (Didacus) Luſitanus, S. J. conciones Luſitanic. edidit *Iudaicæ perfidiæ & hæreticorum pravitati* oppoſitas, teſte Ribadeneira.

*Arndii* (Ioſ.) diatriba de myſterio SS. Trinitatis ex vett. Rabbinis. *Wittib.* 1650. 4.

*Bodecker* (Stephani) Epiſcopi Brandenburgenſis, A. C. 1459. ætatis 76. Epiſcopatus 38. denati, opus imperfectum contra Lipmanni Nizzachon *Cracov.* an. 1420. conditum exſtat MS. in Biblioth. Regia Berolinenſi. Hujus Operis mentionem feci Parte I. pag. 736. ex literis Præſtantiſſimi *Maturini Veyſſiere La Croze*, quibus nunc adjungam ſeriem capitum, quibus ſcriptio, ad finem non perducta, conſtat. Sunt autem tituli illorum iſti. I. de qualitatibus eorum, qui prædicare debent Judæis. II. Quoties in anno prædicari debeat Iudæis. III. Qualiter ſe habere debeant prædicatores contra Iudæos, quibus prædicant, ſeu de modo prædicandi eis. IV. expoſitio quorundam vocabulorum Hebraicorum, ubi interſeruntur quædam fatuæ eorum opiniones. V. de libris authenticis ſecundum Iudæos, & de ſcripturis ab iis receptis. VI. de nominibus librorum authenticorum, a Iudæis receptorum. VII. de quibusdam libris V. T. a Iudæis non receptis. VIII. Item adhuc de Scripturis a Iudæis receptis. IX. Qui & quot ſint libri Talmud? X. De tempore editionis librorum Talmud, & ipſorum diviſione. XI. de auctoritate librorum Talmud. XII. de doctoribus & magiſtris quibusdam Hebræorum. XIII. Quantæ auctoritatis & veritatis ſint libri Talmud apud doctos intelligentes. XIV. Excuſatio Iudæorum modernorum, qua excuſant ſcripta in Talmud, & ipſius excuſationis improbatio. XV. Ponitur quædam doctrina & cautela cum rationibus ſuis, quam attendere & ſervare debet conferens cum Iudæis de fide, ne nimis inhæreat literæ noſtræ. XVI. De Interpretibus & translatoribus Sacræ Scripturæ, & quod fides ſingulis translationibus adhibenda ſit. XVII. Quod Iudæi corruperunt Sacram Scripturam in pluribus paſſibus, & ubi? XVIII. Quod Sacra Scriptura convenienter utitur metaphoris & ſimilitudinibus. XIX. Quod S. Scriptura multis modis exponitur, & quibus? XX. Qualiter ſupra dictis expoſitionibus utendum ſit arguendo contra Iudæos. XXI. de regulis vel clavibus exponendi S. Scripturam. XXII. Adhuc de modis exponendi S. Scripturam. XXIII. Reſponſio generalis ad plures objectiones Iudæorum. XXII. Invectio

Digitized by Google

Invectio contra Judæos in eo, quod dicunt ſe populum Dei, ſemen Abrahæ, filios Iſraël, Jacob & Juda. XXV. Qui dicuntur veri filii Iſraël, filii Juda, vel ſemen Abrahæ, vel populus DEI? XXVI Quod æquivoce vel analogice in S. Scriptura ſumuntur hæc nomina, ſemen Jacob, vel filii Iſraël, vel filii Juda. XXVII. Quod nomen Iſraël hodie exſecratorium eſt, & quod ſervi Dei alio nomine vocandi ſunt. XXVIII. Ponuntur rationes, quare fideles non debent a modo vocari nomine Iſraël vel Juda. XXIX. Ponitur quædam adulatio Judæorum circa præmiſſa. XXX. De reprobatione & exſecratione Judæorum. XXXI. De cauſa exſecrationis Judæorum. XXXII. De tribus, quibus principaliter exſecrati ſunt Judæi. XXXIII. Adhuc de exſecratione & ignorantia Judæorum. XXXIV. de decem dignitatibus Judæorum & amiſſis per eos. XXXV. Quod mors Chriſti, ſive veri Meſſiæ, ſit cauſa hujus longævæ captivitatis. XXXVI. Adhuc de eodem, quod mors Chriſti ſit cauſa hujus captivitatis Judæorum. XXXVII. Quare Deus tolerat Judæos poſt tam grave peccatum? XXXVIII. Ponitur opinio falſa de tam longa captivitate Judæorum. XXXIX. Reſponſio ad prædictam poſitionem & ejus improbatio.

*Barth* (Georg.) Oſnabrugenſem, Germanice contra Iudæos ſcripſiſſe teſtatur *Imbonatus* p. 51.

*Bartoloccius* (Julius) reliqvit manu exaratam *Defenſionem doctrinæ Chriſtianæ* hebraice a Joh. Bapt. Iona translatam ſub titulo: *Turris fortitudinis nomen Domini:* item *Collectanea* de Trinitate, Meſſiæ Sanctiſſimi divinitate, & gentium vocatione, ex commentariis Rabbinorum: nec non *Geneſin* a Iudæorum erroribus vindicatam. Taceo varias diſſertationes ejusdem Bibliothecæ Rabbin. inſertas, qvarum nonnullis Iudaici errores confutantur. Earum indicem habes apud *Imbonatum* p. 139. ſqq.

*Bell' haver* (Thomaſii) Ordinis Cruciferorum, *Dottrina facile & breve, per ridurre l' Hebreo al conoſcimento del vero Meſſia, & Salvator del Mondo, Venet.* 1608. 4. pp. 579. Conſtat liber tractatibus octo, qvorum I. de SS. Trinitate: II. de divinitate Meſſiæ: III. de nativitate ejus ex Virgine: IV. de adventu Meſſiæ jam facto: V. de Chriſto vero Meſſia: VI. de dubiis Iudæorum, opponi ſolitis: VII. de nova Lege, quam Meſſias adornare debebat, & VIII. de S. Cœna & ſacris imaginibus præcipit.



Digitized by Google

*Barradius* (Sebaſt.) Tomo I. in Concordiam & Hiſtoriam Evangelicam lib. 1. 2. & 3.

*Bashuyſen* (Henr. Jac. van) Theologiæ Elencticæ Sciagraphia, diſp. I. oppoſita Judæis, *Hanov.* 1712. 4. Conf. infra Scriptores de Converſione Judæorum.

*Basnage* (Jacob) in Hiſtoria Judaica paſſim.

*Beckii* (Matthiæ Frider.) Exercitationes II. contra Abarbanelem de nomine Edom, Jen. 1672. & 1673. 4.

Ejusd. Monumenta antiqua Judaica, *Auguſt. Vindelic.* 1686. 8.

*Bibliandri* (Theodori) Conſideratio de Judæorum & Chriſtianorum defectione a Chriſto, Eccleſia & fide Catholica; item de Judæorum & Chriſtianorum converſione ad Chriſtum Jeſum, *Baſil.* 1553. 4.

*Bogdani* (Pet.) Macedonis, *Infallibile Verita della Cattolica fede* &c. ubi diſputatur contra tres ſectas præcipuas, Hebræam, Muhamedanam & Paganam, *Venet.* 1691. fol. Accedit in fine *Cuneus Prophetarum de Chriſto Salvatore mundi*, octo linguarum Lat. Gr. Armen. Syriac. Hebr. Arab. Ital. & Epiroticæ.

*Boncompagni* (Gregor.) de Scarintiis, *Reſponſio* ad librum, cujus titulus eſt: *Hac eſt porta Domini, juſti ingredientur in ea*; cujus auctor Chriſtianam religionem oppugnaverat. Ejusdem *Notitia* principalium mundi ſectarum. Utrumque opus MS. in Bibliotheca Collegii Sacræ Pœnitentiariæ prope S. Mariam Majorem latere teſtatur Imbonatus pag. 62.

*Bononia* (Jo. Pauli de) Opus, quo probatur Hebræis Adventus Chriſti, Trinitas, mors & reſurrectio, item virginitas B. Virginis Mariæ. *Cremona* ſine anno in 8.

*Borromai* (Anton.) J. U. D. Opuſcula de Chriſtiana religione contra Judæos laudatur ab Hoornbeeckio in calce libri de convincendis Judæis.

*Boiſacci* (Joh.) Colloquium cum *Ioh. Salomone*, Judæo converſo habitum: cujus nomen ſupra inter Ex Judæos vide.

*Bovilli* (Carol.) Dialogi duo de Trinitate, inter Chriſtianum & Judæum *Pariſ.* 1513. fol.

*Brancati* (Laur.) de Lauræa in commentariis ſuis ſuper Lombardum, *Rom.* 1682. fol. editis, fuſe de Judæis eorumque Meſſia commentatur.

*Broughtoni* (Hugon.) reſponſio ad Epiſtolam Judæi Byzantini, expetentis cognitionem fidei Chriſtianæ an. 1606. 4. Vide quæ de hoc & aliis hujus-

Digitized by Google

hujuſmodi opuſculis dicta ſunt Part. I. num. 545. & adde Supplementa.

*Brucioli* (Anton.) epiſtola contra pertinaciam Judæorum de vero Meſſia, *Venet.* 1547. 8.

*Bruti* (Pet.) Veneti, Epiſcopi Catharenſis, Opus adverſus Judæos, Vicentiæ 1489. Illud ſub tit. *Victoria contra Iudæos* laudat *Adrianus Finus* in prologo ad Flagellum Judæorum.

*Brenii* (Daniel.) Diſputatio contra Judæos cum commentario ejus in Scripturam Sac. *Amſtelod.* 1666. fol. Conf. Difenbach. Iudæum Convertendum p. 152. ſq.

*Brett* (Samuelis) Acta Concilii Iudæorum Agedæ in Hungaria an. 1650. 12. Octobr. celebrati ad examinanda vaticinia Scripturæ S. de Chriſto, an. 1655. ed. & in *Phœnice* ſeu Collectione variorum Opuſculorum Anglican. *Londini* 1707. Tomo I. p. 543. recuſa. Conf. Acta Erudit. Lipſ. 1709. p. 104.

*Brocardi* (Iac.) libri duo: prior ad Chriſtianos de Prophetia, poſterior ad Hebræos de primo & ſecundo adventu Meſſiæ, Lugd. Bat. 1581.

*Brumnus* (Ioh.) Minorita, in commentario ad Benedictiones Patriarcharum, a *Voëtio* Tom. II. Diſputat. Select. p. 54. laudatus.

*Buchenröderi* (Mich.) Superint. Heldburg. Eilende Meſſias Juden-Poſt oder Wiederlegung des Gedichts vom neu erſtandenen Meſſia der Juden und ſeinem Propheten Nathan/ und andern dergleichen Rebellen. Norimb. 1666. 4. plagg. 6.

*Buxtorfius* (Ioh.) in calce Synagogæ Iudaicæ: conf. *Calvinus.*

*Carboni* (Franc.) *Flagellum Judæorum* ſuper Iudaicam perfidiam Prophetarum jaculis labefactam, libris III. per modum Dialogi 1672. 12. Summam eorum habes apud Imbonatum p. 41. Confer *Ignetus Contardus.*

*Ejusd. Piaghe del Ebraiſmo* nuovamente ſcoperte col lume delle piu pretioſe dottrine d' antichi Scrittori Cattolici, Ebrei e Gentili. *Venet.* 1674. 8. i. e. Vulnera Iudaiſmi recens retecta lumine præſtantiſſimarum doctrinarum veterum Scriptorum Catholicorum, Iudæorum & Gentilium. Poſteriorem hunc librum in Indice Romano prohiberi teſtis eſt *Imbonatus* p. 41.

*Cæſaris* (Felicis) Drey Fragen wegen der Juden. 4.

*Calixti* (Frid. Ulric.) de religione Iudaica & Iudæorum Converſione. *Helmſtad.* 1686. 4.

Ej. de Iudæorum & Muhamedanorum idololatria, inſtar Auctarii ad diſſert. de Idololatrica religione, ib. 1687. 4.

*Calovii* (Abrah.) de Statu Iudæorum Eccleſiaſt. & Polit. *Witteb.* in 4. *Ejusd.* Diſp. de Converſione Iudæorum: ib. 1679. 4. *Ejusd.* Veritas religionis Chriſtianæ adverſus Iudæos: ib. 1679. 4.

*Calvini* (Ioh.) eæ ſunt reſponſiones, quæ in calce Synagogæ Iudaicæ Buxtorfii leguntur ad quæſtiones Iudæi. Vide *Calvini* epiſt. 358. Reſponſiones illæ ad 23. objectiones Iudæi cujusdam datæ continentur capitibus 36, quæ deinde a filio 14. aliis auctæ ſunt, & leguntur in edit. Latina Synagogæ an. 1661. 8.

*Calvör* (Caſp.) Superintend. in Hercynia, Gloria Chriſti, d. i. Beweißthum der Wahrheit Chriſtl. Religion wider die Ungläubigen more dialogi, Lipſ. 1710. 4. Accedit in calce Catechiſmus Iudaicus (iisdem linguis eodem anno ſeorſim editus in 12.) una cum excerptis (quæ tantum in majori illo Volumine in 4. exſtant) ex Havemanno & epiſtola quadam de converſione Iudæorum, cur tam rara ſit, & quomodo amplificanda, exponente. Defendit præſtantiſſimus auctor hanc operam ſuam contra Iudæum Anonymum in Neuen Bücher-Saal Part. XVI. p. 247. ſq.

*de la Cancol* (Pet.) vide *Pet. de la Cavalleria.*

*Capellum* (Caſpar.) Iudæos refutaſſe publice, teſtatur *Draudius* in Biblioth. Claſſica Lat. p. 351.

*Carpzovii* (Ioh. Benedict.) Introductio in Theologiam Iudaicam Raymundi Martini Pugioni Fidei præmiſſa, *Lipſ.* 1687. fol. *Ejusd.* Diſputatt. de aurea Iudæorum Simia, & de tredecim Articulis Fidei Iudaicæ, quæ in Volumine Diſputatt. ejus Academicarum exſtant.

*de la Cavalleria* (Petri) Cæſarauguſtani, Sæc. XV. medio, *Zelus Chriſti contra Iudaos, Saracenos & infideles*, quem ex tenebris in lucem protulit, & gloſſis copioſis illuſtravit *Martinus Alphonſus Vivaldus*, *Venet.* 1592. 4. foliis 156. integris. Accedit in calce R. *Samuelis Maroccitani* tractatus ad R. Iſaacum, de quo ſupra ſuo loco. Ab hoc Imbonatus, qui noſtrum p. 192. laudaverat, diſtinguit *Petrum de la Cancol* pag. 191. eique ejusdem tituli librum tanquam 1592. editum tribuit procul dubio per errorem. Conf. de noſtro *Difenbachium* in Iudæo Convertendo p. 85. qui tamen eum aliquoties minus recte *de la Cevalleria* vocat.



Digitized by Google

*Cellarii* (Chriſtoph.) Specimen Anti-Iudaicum de gemino Iudæorum Meſſia, & de fide ac religione Iudæorum recentiorum, *Leucopetra* 1668. 4. *Hala* ſine anno recuſa.

*de Ciabra* (Timotheus) Ulyſſiponenſis Carmelita, Hiſpanice ſcripſit *La Honda di David* h. e. quinque ſermones de Sacramento Cœnæ contra Iudæos, *Rom.* 1631. 4.

*Ciantes* (Ioſephi) Epiſcopi Marſicenſis, Diſcurſus de Sanctiſſima Trinitate ex antiquorum Hebræorum teſtimoniis evidenter probata, Lat. *Rom.* 1667. 4. & Italice, *ibid.* 1668. 8. Conf. Ludov. Maraccii Prodromum Confutationis Alcorani Part. III. pag. 153. ſeqq. *Ejusd.* de Sanctiſſima Incarnatione clariſſimis Hebræorum doctrinis ab eorundem argumentorum oppoſitionibus evidenter defenſa, *Rom.* 1668. 4. *Lat.* ac deinde *Italice*, ibidem. Vide *Proſperum Mandoſium* Centur. III. num. 86. Bini illi libri *Gallice* per *Gerbard. du Mothier* converſi prodierunt *Rom.* 1668. Vide easdem Ephemerid. an. 1668. p. 171. Uterqve liber cum laude recenſetur in Ephemeridibus Literar. Romæ 1668. editis, p. 5. & 101. Poſteriorem laudat *Maraccius* in Refutat. Alcorani pag. 118. Confer Ughelli Italiam Sacram. Cl. *Joach. Frid. Fellerus* ex *Schedis Leibnitianis* in Otio Hannoverano p. 176. laudat operam ejus, in convertendis Iudæis poſitam, monetqve, qvædam illius a *Schönwettero* edita eſſe, alia vero auctori a Wicelio, Medico Francofurtenſi, qui Bibliopolam editorem parare non poterat, auctori Romam remiſſa eſſe.

*Civeroſus* (Iac.) cujus *Triumphum perfidiæ Judæorum* de Adventu Meſſiæ MS. in Bibl. Vatic. n. 1002. Latine exſtare teſtatur Imbonatus, pag. 78. imo & editum ait A. C. 1339. per Typographi forte errorem, cum eo tempore de Typographia nihil ſit inauditum.

*Cliverii* (Bernh.) Eremitæ, librum contra perfidiam Iudæorum laudat Hoornbeeck in calce libri de convincendis Iudæis.

*Cocceji* (Ioh.) Conſideratio Iudaicarum qvæſtionum & Reſponſionum cum præfat. de fide Sacrorum Codicum Hebræorum & verſionis τῶν LXX. *Amſtelod.* 1661. 4. & Tom. VII. Opp. item Oratio Inaugur. de cauſis incredulitatis Iudæorum Tom. V. qvæ ſeorſim lucem viderat *Amſtelod.* 1662. 4. & *Lugdun. Bat.* 1650.

*Coſti* (Pet.) Typus Meſſiæ & Chriſti Domini, ex veterum Prophetarum præſenſionibus contra Iudæorum ἀπιστίαν, *Lugdun.* 1554. 4.

*Compagnus* (Gregor.) Romanus, Prof. L. Hebr. *Conciones ad Hebræos* MSS. reliqvit.

*Conti* (Sebaſt.) Luſitani, Sermo in Theatro Inqviſitionis contra Iudæos habitus laudatur a Ribadeneira.

*Contardi* (Igneti) Mercatoris Ianuenſis, *Diſputationem cum Judæis* inter MSS. Lat. in Bibl. Vatic. n. 4074. obviam *Franc. Carbonus* ſub tit. *Flagelli Judæorum*, de qvo ſupra, edidit, teſte Imbonato p. 81.

*Crameri* (Ioh. Iac.) Theologia Iſraëlis, qua Goelis officium ac miniſterium ad confirmandam Ieſu Chriſti Deitatem & officium ex Hebræorum potiſſimum ſcriptis proponitur. *Francof.* 1704. 4.

*Cramerus* (Andr.) Superintend. Mulhuſinus in præfat. ad librum ſuum: Gläubiger Kinder GOttes Ehren-Stand memorat colloqvia ſua freqventer cum Iudæis habita, eademqve ait a ſe in volumen ſingulare in fol. relata eſſe, qvod in Excidio Magdeburg amiſerit.

*Crocii* (Ludovic.) Apodixis parænetica ad Iudæos de Meſſia, *Brem.* 1624. 8.

*La Croze* (Matur. Veyſſiere) dialogus inter Chriſtianum & Iudæum, qvi inter ejus *Entretiens ſur divers ſujets*, Amſtelod. 1711. 8. edita primo loco exſtat.

*Danhaueri* (Ioh. Conrad.) de Eccleſia Iudaica, in qva facies Eccleſiæ, qvalis hodie eſt, & hiſtoria per omnem ſæculorum ætatem, & parallelismus cum Eccleſiis, Papæa Calviniana & Syncretica exhibetur, *Argentor.* 1662. 4. & in Syntagmate Diſſertatt. ejus, *Lipſ.* 1700. & 1707. 4.

*Danz* (Ioh. Andr.) Iudæi proprio gladio jugulati, in explicatione Ieſaiæ c. 53. *Witteb.* 1679. Ejusd. contra Abarbanelem in Ieſ. c. 53. ibid. eodem anno. Ej. partus virginis miraculoſus ex Ieſ. VII. 14. ibid. 1700. Divina inter coæqvales de primo homine condendo deliberatio, *Jen.* 1712. 4. Ej. Inauguratio Chriſti haud obſcurior Moſaica, 10. Diſputationibus aſſerta pro doctrinæ Evangel. θεοπνευςία 1717. 4. & alia, quæ vide apud Zeumerum in Vitis Theologorum Ienenſ.

*Dauderſtadii* (Chriſtoph.) Apodixis Meſſiæ, qva probatur, Ieſum Nazarenum eſſe verum Meſſiam, & fruſtra alium a Iudæis exſpectari. Lipſ. 1616. 8. teſte *Draudio* in Biblioth. Claſſic. Lat. p. 399.

*Davenpoort* (Joh.) in Nova Anglia verſati, The true Meſſias or Crucifyed Jeſus, *Lond.* 1652. 4. pp. 87.

*Diaz*

*Diaz* (Nicolai) Luſitani, *de Adventu Meſſiæ*, qvem tractatum ex Hiſpanico *italice* converſum edidit *Julius Cæſar Valentinus* Venetiis, teſte Imbonato p. 166. b.

*Dölln* (Clamer. Anton.) Chriſtologia wider die Atheiſten/Heyden/Türcken und Juden/daß die Chriſtl. Religion ſey die allein ſeeligmachende. Minden 1688. 8.

*Dorſchei* (Joh. Georg.) commentarius Apodictico-Analytico-Exegeticus in Epiſtolam ad Hebræos, ita inſtitutus, ut juſti vice Syſtematis Theologiæ Harmonicæ V. ac N. T. & demonſtrationis Evangelicæ contra Atheos & Judæos eſſe poſſit. *Francof.* 1717. 4.

*Draudii* (Georg.) Judaicus favor nimium ſuſpectus, idemqve bene prolixus exſtat Tom. III. Dierum Canicular. Simonis Majoli p. 611-684. Eum Tractatum duplo prolixiorem propediem ſe *Francofurti* an. 1625. editurum ſcribit ipſe Draudius in Biblioth. Claſſic. Lat. pag. 349. Qvod tamen factum eſſe non puto.

*Dreieri* (Chriſtiani) de principiis fidei Chriſtianæ contra Gentiles & Judæos: Regiomonte 1689. 4.

*Dietericus* (Conrad.) v. Helvicus.

*Difenbachii* (Martini) V. D. Miniſtri Francof. ad Mœn. *Judæus Convertendus*, oder verſchiedene Urtheile und Vorſchläge fürnehmer Theologen/ wie die Bekehrung eines Juden zu ſuchen &c. Francof. ad Mœn. 1696. 4. *Ejusd. Judæus Converſus*, priori tractatui ſuccenturiatus: ibid. 1709. 4. cum duabus concionibus ſuper baptiſmo Judæorum habitis.

*Ebelini* (Petri) Miniſtri V. D. Luneburgenſis, Gründliche Beweiſung/ daß der gecreutzigte und auferſtandene JEſus von Nazareth der wahre Meſſias ſey: ex Prophetis & veteribus Rabbinis. Ulſſen 1601. 8. plagulis 13.

*Eckii* (Johannis) Verlegung eines Juden-Büchleins/ darin ein Chriſt gantzer Chriſtenheit zu Schmach wil/ als geſchähe den Juden unrecht/ in Bezüchtigung der Chriſten Kinder-Mord/ Ingolſt. 1542. 4.

*Edzard* (Esdræ) SS. Theol. Lic. qvi multas Judæorum animas Chriſto lucratus eſt, Conſenſus Antiqvitatis Judaicæ cum explicatione Chriſtianorum ſuper Jerem. c. 23. 5. 6. Hamb. 1670. fol. hebr.

Ejusdem Conſilium de convertendis Judæis legitur in B. Io. Frider. Mayeri Muſeo Miniſtri Eccleſiæ Parte III. p. 46. ſq. una cum Theſibus contra Iudæos & Photinianos *Roſtochii* anno 1656. 4. ſeorſim editis. Conſilium illud per literas a B. Edzardo expoſitum *Rich. Kidde-*

Digitized by Google

*Kidderus* ſuæ Demonſtrationi Meſſiæ inſeruit Part. III. pag. 473. Conf. *Diſenbachii* Iudæum Convertendum p. 41. ſqq.

*Edzardus* (Georg. Elieſer) filius Patre dignus, Profeſſor Hamburg. Iudæos maſcule oppugnavit in præfationibus & notis, qvibus bina capita Codicis *Avoda Sara*, & unum *Berachoth* inſtruxit.

*Eiſenmengeri* (Ioh. Andreæ) Entdecktes Judenthum / oder wahrhaffter Bericht von den Läſterungen / Irrthümern und Fabeln der Juden. *Francofurti* primum 1700. in 4. editum ſed ſuppreſſum, tum *Regiomonte* (ſecundum titulum) vel potius *Berolini*, (qvod mihi ex eo, qvi emendationis curam habuit, conſtat) juſſu Friderici I. Regis Boruſſ. recuſum 2. voll. 4. Hiſtoriam præſtantiſſimi, & per ipſos 19. annos ex 193. Iudæorum ſcriptis congeſti, libri fuſe & diligenter, more ſuo, exponit Cl. *Schudtius* in Memorabilibus Iudaicis Part. I. lib. V. c. II. p. 426. ſq. & Part. IV. Contin. I. pag. 285. ſq. Tria mandata Imperatoris inhibitoria habes in Memoriis Trevult. 1702. pag. 118. Literas autem Regis Boruſſiæ pro exemplaribus libri hujus, a vinculis liberandis, leges apud laudatum Schudtium Part. III. p. 1. ſqq. Vide & Nova Literar. Hamburg. 1703. pag. 235. De *Pauli Chriſtiani*, Ex Iudæi, ſcripto ad vindicandam Eiſenmengeri commentationem comparato lege, qvæ dixi Part. I. n. 1816. Ipſe Part. I. p. 147. ſuam de veritate Religionis Chriſtianæ commentationem promittit, qvæ tamen non prodiit.

*Elyſius* (Thomas) Tract. de articulis fidei contra Hebræos inſeruit Arcanis ſuis Religionis Chriſtianæ, *Venet.* 1569. 4. edit.

*d'Eſpagne* (Ioh.) Examen des 17. maximes Iudaiqves. *Lond.* 1657. 8. Ejusd. Colloqvium cum Menaſſe ben Iſraël habitum. Conf. Opera ejus *belgice* Ultraj. 1697. 8. qvartum, & *German.* cum notis M. Sigism. Hosmanni *Francof.* 1697. edita.

*Fabronii* (Herm.) Bekehrung der Juden / oder Theologiſche und Hiſtoriſche Beſchreibung der Göttlichen Weiſſagung Danielis von Verwüſtung der Stadt Jeruſalem. Francof. 1642. in 4.

*Fagii* (Pauli) *Liber fidei ſeu veritatis, pretioſus, bonus & jucundus, quem doctus quidam Iſraëlita ſapiens & prudens ante multos annos edidit, ad docendum & comprobandum in eo argumentis ſufficientibus & evidentibus, quod fides Chriſtianorum, quam habent in Deum Patrem, Filium & Spiritum S atque alia, perfecta, recta & indubitata ſit, collocata ſuper fundamentum Legis Prophetarum & Hagiographorum; ideo vocavit nomen ejus Sepher Æmuna i. e. liber*

*libri fidei ſeu veritatis. Iſnæ* 1542. in 4. Hebraice & Latine ex laudati Fagii verſione. De eo libro plura dicentur inter Anonymos. Conſtat capitibus novem, qvorum ultimum de cauſis incredulitatis Iudæorum exponit. Hoc puto eſſe ſcriptum, qvod Imbonatus p. 186. (qvi ibidem & *Librum fidei* recenſet) vocat *Parvum tractatum ex libro fidei cujusdam Judæi ad Chriſtianiſmum converſi ante annos 200.* Iſnæ 1542. Ait enim in eo recenſeri cauſas aliqvot, cur Iudæi, etiam de veritate Chriſtianiſmi convicti, ad nos accedere vereantur. Forte itaqve ille ſeorſim prodiit.

Ipſe *Fagius* in *Allocutione* ad Lectorem, qvæ p. 129. ſub finem libri exſtat, pollicetur librum qvendam ſuum hebraicum, *in quo ordine tractentur præcipua & potiſſima argumenta, quæ pugnant contra Judæorum cæcitatem & perfidiam, una cum illorum præcipuis objectionibus & idoneis ſolutionibus.* Conf. idem in notis ad Paraphraſin Chaldaic. Onkeloſi ad Numer. XXIV. 23.

*Fagol* (Caſp.) lib. contra Judæos & Muhamedanos: teſte *Altamura* in Biblioth. Ord. Prædicat.

*Fechtii* (Joh.) Disquiſitio de Eccleſia Judaica: v. *Danhauer.*

*Ferrini* (Lucæ) Florentini, Clypeus Chriſtianorum, teſte Poſſevino in Apparatu Sacro.

*Figuerolæ* (Pet.) liber contra Iudæos in regno Valentiæ, MS. in Biblioth. Valent. Eccleſiæ 3. voll. auctore Imbonato pag. 193. Hic procul dubio eſt ille *Figuerola Valentinus*, quem idem p. 40. b. ex Poſſevino, tanquam Scriptorem Anti Iudaicum, memorat.

*Fuenleal* (Didacus Ramirez de) V. infra *Ramirez.*

*Ficini* (Marſil.) de religionis Chriſtianæ ac fidei pietate adverſus infideles, Iudæos, Mahomedanos & Gentiles: *Argentor.* 1507. & *Brem.* 1617. cum notis Ludov. Crocii.

*Fini Hadriani Fini, Ferrarienſis*, in Iudæos Flagellum ex SS. Scripturis exceptum: *Venet.* 1538. per Petrum de Nicolinis de Sabio. Conſtat libris IX. p. 595. integris in 4. Alibi video allegari editionem Venetam anni 1569. & *Ferrarienſem* an. 1573. 4. Dedicatio editioni Venetæ 1538. a *Daniele Fino*, auctoris filio, qui curam editionis ſuſtinuit, data eſt Ferrariæ an. 1537. Hinc patet, unde *Imbonato* pag. 1: nata ſit editio Ferrarienſis an. 1537. quæ certe non exſtat. Laudatur opus hoc in Naudæanis p. 60. ubi tamen per errorem tribuitur *Danieli.* Confer Additiones ad Naudæana p. 187. & Patiniana p. 110.

*de Fonte* (Petri) Epitre aux luifs, que leſus eſt le Chriſt, Prince & Paſteur eternel: *Carenton.* 1648. 8.

*Förſteri* (Ioh.) Medulla capitis LIII. Ieſaiæ, quinque diſputationibus expreſſa, *Witteb.* 1610. 4.

*Franciſcus*, Monachus Ciſtercienſis, contra Iudaicam perfidiam ſcripſiſſe dicitur a Nic. Antonio in Biblioth. Hiſp. Nova T. II. p. 514. Indicis.

*Franzii* (Wolfg.) Colloquium cum Iudæo in ejus Schola Sacrificiorum Diſſ. X. & XI.

*Fridlieb* (Philip. Henr.) D. Theologi & Senioris Miniſterii Stralſundenſis die denen verſtockten Juden zugedeckte Göttliche Klarheit in einem Geſpräch eines Chriſten mit einem Juden. *Stralſund.* 1645. 12. pagg. 671.

*Friſchmuthi* (Iohan.) Diſſ. de Iudæorum amentia & ſtupore, adventum Chriſti ex conjunctione Saturni & Iovis præſumentium, *Jen.* 4. item de Proſopographia Meſſiæ: de charactere primo, quem in Meſſia exigunt: de nativitate Meſſiæ, pluresque aliæ, quæ recenſitæ leguntur in Diſſertat. epiſtolica ad Carpzovium, *Jen.* 1686. ed.

*Fritſchii* (Ahasveri) Jüden-Fall und Heyden-Wahl in 12.

*Fronmülleri* (Conradi) epiſtolæ 2. Hebr. ad R. Henochum ben Levi, de ſententiis Rabbinorum ſibi contradicentibus. *Altorf.* 1679. 4. cum Judæi reſponſione.

*Garzia* (Dominici) Prof. L. Hebr. Complutenſ. *Propugnaculum Chriſtianæ religionis* contra obſtinatam perfidiam Judæorum, adhuc exſpectantium primum adventum Meſſiæ, *Cæſaraug.* 1606. 4.

*Gatica* (Didaci) Hiſpalenſis de adventu Meſſiæ adverſus Judæos a fide Chriſti lapſos: *Madriti* in fol. teſte Nic. Antonio in Biblioth. Hiſpan. Nova Tom. I. p. 219.

*Geierl* (Martin.) Conformitas Judæo-Papiſtica in Opuſculis p. 575. ſqq. Confer B. *Difenbachii* Judæum Convertendum p. 86.

*Gilberti*, Galli, dialogus de ſolatio curſus naturalis homini, ex Italico gallice verſus, in quo agitur de fide Chriſtiana contra Judæos. *Lugdun.* 1558. ita Imbonatus p. 54. Credo hunc eſſe *Martinum Gilbertum*, Gallum, quem Colomeſius in Gallia Orient. p. 246. teſtatur ſcripſiſſe de vocalibus & literis Hebræorum.

*Gebhardi* (Brandani Henr.) Prof. Theologi Gryphiswald. Centum loca N. T. vindicata adverſus Chiſſuck Emuna, *Gryphiswald.* 1699. 4.

Ejusd.

Ejuſd. Zephania a pſeudhermeniis Abarbanelis aliorumque vindicati & ad oppugnandam partem priorem Muniminis fidei adhibiti Pars I. ibid. 1701. 4. Definit in cap. II. 3. *Gryphiswald.* 1691. 4.

Ejuſd. Judæus ſui pædagogus ad Jeſum Chriſtum: ibid. 1691. 4.

Ejuſd. Exercitationes Anti-Abarbanelianæ ſuper Jeſaiam, *Gryphiswald.* 1697. 4.

*Genebrardi* (Gilberti) *Objecta Hebræorum* ex ipſorum vernaculis Latina facta & confutata cum argumentis R. *Joſeph Albo*: *Pariſ.* 1566. 8. Confutatur ibi præter Albonem Kimchius, & Judæus Anonymus.

*Ginnaſius* (Dominicus) tandem Cardinalis, *Tractatum* ſuum *contra Judæos* edit in Comment. in Pſalmos, Rom. 1636. edito ad Pſ. XLV.

*Glauch* (Andr.) Diſput. de Adventu Meſſiæ.

*Gorlovii* (Steph.) Diſputatio Inaugural. contra R. Lipmanni Nizzachon, *Regiomonte* 1647. 4.

*Graciani* (Hieron.) Carmelitæ, modus diſputandi contra Saracenos & Judæos: vid. Nic. Antonii Bibl. Hiſpan.

*Granatenſis* (Ludov.) Catechiſmus ſive Introductio ad Symbolum fidei *Hiſpanice* Salmantic. 1582. fol. & *Colon.* 1628. fol. *Gallice* per Nicol. Colinum in 4. *Ital.* Venet. 1587. 4. & *Latine* eodem anno per Jo. Paulum Gallutium. Conſtat partibus 5, quarum quarta inprimis contra Judæos, Chriſtum verum eſſe Meſſiam, evincit. Vide Opera ejus Tom. I. p. 609. ſqq. De mendaciis & ineptiis Talmudis idem multa habet p. 435. ſqq. Conf. Nic. Antonium Tom. I. Bibl. Nov. Hiſpan. p. 33. & Append. p. 308.

*Grotius* (Hugo) de Veritate religionis Chriſt. libro V.

*de Guevara* (Anton.) Parti II. der Güldenen Send-Schreiben p. 18. ſeqq. varia Anti-Judaica inſeruit.

*Guibertus*, Abbas B. Mariæ de Nogento, ſcripſit Tract. de Incarnatione contra Judæos: *Pariſ.* 1661. fol.

*Gürtleri* (Nic.) diſſertationes de Chriſto in gloriam evecto, ubi & de Apparitionibus ejus poſt Reſurrectionem, *Franequer.* 1711. 4.

*Guſſetii* (Jac.) Ternio Controverſiarum adverſus Judæos, oppoſitus R. Iſaaci Chiſſuck Emuna cum præfat. de diſputationibus adverſus Judæos, & ſubjuncto monito de Limborchii Collatione cum Judæo. *Dordraci* 1688. 8.

*Ejusd.* Jeſu Chriſti Evangeliique Veritas Salutifera demonſtrata in confutatione libri Chizzouck Emuna; in qua pleraque Judæorum adverſus

verſus doctrinam Chriſtianam argumenta aut difficultates pleræque in N. T. loca cenſuræ examinantur ac diluuntur & teſtimonia e Veteri allegata vindicantur. *Amſtelod.* 1712. fol. cum Diſputatt. ſex ſuper epiſt. ad Hebræos.

*Haberkornii* (Petri) Divinitas Meſſiæ contra Judæorum depravationes, *Gieſſ.* 1676. 4.

*Hackſpan.* (Theodoric.) Tractatus de Uſu Librorum Rabbinic. prodromus Apologiæ pro Chriſtianis adverſus Lipmannum Triumphantem. Norimberg. 1644. libro Nizzachon ſubjunctus, inprimis p. 357. ſq. Idem in Sylloge Diſputatt. p. 555. ſq. ubi dialogus inter Chriſtianum & Judæum.

*Harrinſon* (Johan.) Conſonantia Chriſti & Prophetarum, Anglice, laudatur a Voëtio Tom. II. Diſputatt. Selectar. p. 54.

*Hammonis* (Georg.) Vindiciæ antiquarum Legum & ſtatutorum Jeſu Chriſti deciſæ 1660. 4. Anglice. Vide *Mart. Kempii* Bibliothec. Anglorum Theolog. p. 359.

*Hardtii* (Herman.) Parænefis ad Doctores Judæos, *Helmſtad.* 1715. 8. quam integram Cl. Schudtius Memorabilibus ſuis Judaicis, Part. II. Continuat. III. p. 70-73. inſeruit. Conf. eundem Continuat. II. p. 6. 7. Ej. Differt. de fructu, quem ex librorum Iudaicorum lectione percipiunt Chriſtiani, *Jenæ* 1683. 4. ubi contra duplicem Iudæorum Meſſiam diſſerit.

*Havemanni* (Michael.) Wege-Leuchte wider die Jüdiſche Finſterniß/ *Hamburg.* 1663. 8. & *Belgice* Amſtelod. 1666. 12. Eum librum præ ceteris commendat merito Cl. Schudtius p. 71. de Iudæo Chriſticida.

*Ejusd.* Theognoſia Moſaica, Prophetica & Rabbinica, *Freiberg.* 1651. 12.

*Hazart* (Cornel.) Triumphus de Atheis, Mahometanis, Ethnicis ac Iudæis, German. & Belgice.

*Heideggeri* (Ioh. Henr.) Diſſert. I. proœmialis de Articulis fundamentalibus Iudaicæ religionis, *Steinfurti* 1664. 4. plagulis 8.

*Helvici* (Chriſtophori) Elenchi Iudaici *Gieſſæ* primum 1611. more diſputantium habiti & junctim ibidem 1617. 4. editi ſub titulo: *Syſtema Controverſiarum Theologic. quæ Chriſtianis cum Judæis intercedunt, octo Elenchis comprehenſum.* Ejusd. Epelenchus ſeu Appendix Elenchorum Iudaicorum *Gieſſ.* 1613. 4. Tota hæc commentatio deinde inſerta eſt Diſputatt. Gieſſenſibus Tomo IV. & recuſa ſorſim cum præfatione Cl. *Thomæ Crenii*, Lugd. Bat. 1702. 8. Elenchos hos *Germanice* conver-

conversos edidit M. *Ludov. Seltzerus* ſub tit. Sonnen-klarer Beweiß/ daß der versprochene Meſſias ſchon gekommen ſey / und die Juden vergeblich auf einen andern warten/ aus Chriſtoph. Helvici Diſputationibus verteutſcht. *Darmſtad.* 1633. 4. Ob hunc laborem laudatur Helvicus a Reiſero in epiſt. ad Spizelium, hujus Templo Honoris reſerato addita p. 402. Conf. Winckelmanni Orat. funebrem in ejus obitum apud Wittenium Decad. I. Memor. Theolog. p. 107. Ab hoc opere cave diverſum putes *Conradi Dieterici* Elenchum geminum, continentem refutationem exceptionum & argumentationum, quæ a Iudæis contra adventum Meſſiæ afferri ſolent, *Gieſſ.* 1609. & 1613. 4. quem affert *Wittenius* in Memoriis Theolog. I. pag. 469. ſq.

Ejusd. Vindicatio Locorum potiſſimum V. T. a corruptelis Pontificiorum, Calvinian. Photinian. Iudæorum, &c. ex originali textu & Linguæ Hebr. proprietate *Gieſſ.* 1620. 8. recuſ. in Faſce III. Exercitatt. Philologico Hiſtoric. Lugd. Bat. 1699. 8.

Ejusd. I. und II. Theil Jüdiſcher Hiſtorien / *Gieſſ.* 1612. & 1617. 8.

Ejusd. Tract. de Chaldaicis Paraphraſibus 1612. 4. ubi etiam de uſu illarum, quem adverſus Iudæos præbent.

*Hildesheimenſis* (Iohan.) Carmelita, contra Iudæos ſcripſit, teſte Poſſevino. Confer Voëtii Diſputatt. Selectas Tom. II. p. 53.

*Hoornbeeckii* (Iohan.) libri VIII. pro convincendis & convertendis Iudæis, *Lugd. Bat.* 1655. 4. Illi ſub Diſputatt. Anti-Iudaic. titulo laudantur ab *Adriano Bailleto* Tomo II. des *Anti* p. 38.

*Ejusd.* Diſputationes Anti Iudaic. tanquam Ultraj. 1645. 4. editæ, laudantur a *Voëtio* Part. II. Diſputatt. Selectarum pag. 54. & Lipenio Tom. II. Biblioth. Theolog. p. 144. Eæ deinde in unum illud librorum VIII. volumen congeſtæ ſunt. Confer ejusdem Summam Controverſiarum p. 61. ſqq.

*Hosmanni* (Sigismundi) Miniſtri V. D. Cellenſis, ſchwer zu bekehrende Juden-Hertz nebſt einigen Vorbereitungs-Mitteln zur Bekehrung. *Helmſtad.* 1701. 4. altera vice ed. Compendium hujus libri exſtat ſub titulo: Der rechte Kern aus dem überaus gründlich ausgeführten Tractat, genannt: Das ſchwer zu bekehrende Juden-Hertz 1700. 8. pp. 116.

*Hottingeri* (Io. Iacobi) Profeſſ. Tigurini, Τετρὰς Diſſertationum Biblico-Chronologicarum, qua ex indicibus temporis, præcipue ex LXX. hebdomadibus Danielis, & ex hiſtoria Evangeliſtarum de Iohanne



Digitized by Google

& Chriſto, IESUM eſſe Chriſtum, contra Iudæos demonſtratur, inter edenda annunciatur, in Biblioth. Bremenſi Claſſ. IV. Faſcio VI. p. 1083.

*Huldrici* (Iac.) Tigurini, liber *Toldoth Jeſchu* cum verſione & refutatione editus. Lugd. Batav. 1705. 8.

*Hulſii* (Anton.) Diſputatio epiſtolica Hebraica cum Iacobo Abendana ſuper Haggæi II. 9. Lugd. Bat. 1669. 4.

*Ejusd.* Theologia Iudaica ſeu liber I. de Meſſia, *Bredæ* 1653. 4. quem laborem quod non perfecerit, dolet Cl. *Crenius* præfat. ad Helvici Elenchos Iudaicos p. 52. cum is nulli in hoc ſtudiorum genere fuerit ſecundus aut inferior.

*Hunnius* (Ægid.) Tomo I. Diſputatt. Marpurgenſ. & Tom. V. Opp. Diſp. X. item in lib. de majeſtate & certitudine Scripturæ Sacræ Tom. I. Opp. pag. 37. ſqq. Conf. *Difenbachii* Iudæum Convertendum p. 76. ſq.

*Jablonsky* (Daniel Erneſt) Ieſus der wahre Meſſias in Decade IV. Concionum, Conc. I. ſuper Matth. XI. 2-10. *Berolin.* 1718. 4.

*Jaquelot* (Iſaaci) Diſſertations ſur le Meſſie, ou l' on prouve aux Iuifs, que Ieſus Chriſt eſt le Meſſie promis & predit dans l' ancien Teſtament: *Hag. Comit.* 1699. 8.

Ejusd. quatre ſermons de Ieſus Chriſt, qu' il eſt le Meſſie & le vray Dieu. ibid. 1692. 8.

*de Jeſu* (Thomæ de) Carmelitæ, Theſaurus Sapientiæ divinæ, in Gentium omnium ſalute procuranda, Schiſmaticorum, Hæreticorum, Iudæorum, Saracenorum, ceterorumque infidelium errores demonſtrans, *Antwerp.* 1613. 4. pp. 926. & inter ejus Opera *Colon.* 1684. fol. Conf. Rich. Simonis Biblioth. Select. Tom. I. p. 297. ſq. & *Mart. Difenbachii* Iudæum Convertendum p. 83.

*Iſcani* (Bartholom.) Epiſcopi Exceſtrienſis, *Dialogus contra Judæos.*

*Kidderi* (Richardi) Epiſcopi Bathon. & Wellenſis, *Demonſtration of the Meſſias*, in which the Truth of the Chriſtian religion is defended, eſpecially againſt the Iews, Pars I. Lond. 1684. II. 1699. & III. 1700. 8.

*Kinnaum* (Iohan.) inter Scriptores Anti-Iudaicos numerat *Draudius* in Biblioth. Claſſica Lat. p. 351.

*Köppen* (Nicol.) Differt. de Meſſia Propheta, ad Deuter. XVIII. 15. Gryphiswald. 1719. 4.

*Kraans-*

Digitized by Google

*Kraansburgh* der looden Weegwizer, *Amſtelod.* 1654.

*Kriegsmanni* (Wilh. Chriſtoph.) vom Königreiche des HErrn Meſſiæ an die Jüden in Teutſchland. Franckf. 1669. 12.

*Kromayerus* (Abrah.) in Scrutinio Religionum Diſput. IV.

*Kromer* (Michael) Paſtoris Kunitzenſis, Unterredung vom Glauben zwiſchen ihm und einen Jüdiſchen Rabbi, Iacob von Brucks, qui dialogus prodiit in calce des Jüden-Büchleins Victoris von Carbe an. 1550.

*Labbadie* (Io. de) Miniſtri V. D. Mittelburg. Urtheil der Liebe und Gerechtigkeit über den gegenwärtigen Zuſtand der Juden/ ihren König und Meſſiam betreffend 1629. 8. primum Belgice, hinc *German.* per Ieſu Chriſti ſervum Tabernæ montium 1659. 12. pp. 118.

*Lake* (Wilhelmi) Teiken der Tyden, dat de Meſſias lang gekomen is, en dat Ieſus van Nazareth de rechte ſy tot Bekeering der Ioden: Middelburg. in 8.

*Lancellottus* in Catecheticis confutat Iudæos, teſte *Kempio* in Biblioth. Anglorum Theolog. p. 358.

*Landriani* (Ignatii) Mediolanenſis, *Virginis partus*, ejusque filii Immanuel divinitatis & humanitatis Scripturalis diſſertatio atque demonſtratio adverſus Hebræos atque Hæreticos. *Mediolani* 1641. 4. Eum Abbatem Olivetanum vocat, & laudat ab inſigni notitia linguæ Hebrææ, quam oſtenderit habitis publice ſermonibus Mantuæ, Ferrariæ & Venetiis, *Secondo Lancellotti* in L'Hoggidi Part. II. p. 155.

P. *Latteignant* ex S. I. Eſprit des Saints Evangiles, *Pariſ.* 1714. 12.

*Laureti* (Chriſtoph.) Hazohar, ſive illuſtratio Prophetarum de plenitudine temporis Meſſiæ: *Pariſ.* 1610. 8.

*Leidecker* (Melchior) Theologus Ultraject. in *Republica Hebræorum* paſſim Iudæorum doctrinas confutat, tum vero inprimis in notis ad Maimonidæ tractatum de Regibus Iudæorum, qui ſeorſim prodiit, *Roterod.* 1699. 8.

*Lemmichii* (Henr.) Paſtoris Bergenſis in Norwegia, Vindicatio incarnati veri Meſſiæ promiſſi ex Talmud & Rabbinorum Scriptisdeſumta, *Roſtoch.* 1666. 8.

*Lempereur* (Conſtantini) animadverſiones in Abarbanelem & Alſchech ſuper Ieſaiæ c. 53. *Lugd. Bat.* 1631. & *Franequ.* 1685. 8.

*Lesley* (Caroli) Method with the Iews, *Lond.* 1709. 8.

*a Lent* (Iohannis) Schediaſma hiſtorico-Philolog. de Iudæorum Pſeudo Meſſiis, *Herborn.* 1683. 4. iterumque, *ibid.* 1697. 4. ubi pag. 93. majus

majus opus de eodem argumento promittit, quod & antea fecerat p. 134. Theolog. Iudaicæ. Compendium Schediaſmatis illius habes in Append. ad B. Hosmanui ſchwer zu bekehrenden Juden-Herz p. 66. ſqq.

*Ejusd.* moderna Theologia Iudaica. *Herborn.* 1694. 8.

*Leovardia* (Ioh. de) Friſii, Tractatus de Iudæorum Synagoga & Chriſti Eccleſia; teſte *Sweertio* p. 443.

*Lepuſculus* (Sebaſt.) Decadibus ſuis Iudaicis &c. *Baſil.* 1559. 8. editis inſeruit cauſas, cur Iudæi non convertantur.

*Limborch* (Philip. a) Amica collatio de veritate religionis Chriſtianæ cum erudito Iudæo, *Gouda* 1687. 4. una cum refutatione argumentorum, quibus Uriel Acoſta, in *Exemplari vitæ humanæ*, contra revelatam religionem uſus eſt. De ea nonnulla monuit *Guſſetius* in Ternione Controverſiarum. Conf. *Diſenbach* Iudæum Convertend. p. 51. ſq.

*Ejusdem* commentarius in Acta Apoſtolorum, ubi hinc inde refellit *Jacobi Lumbroſo*, Iudæi, Propugnaculum Iudaiſmi. (Vide Partem I. ſuo loco) *Roterod.* 1711. fol. Adde ejusdem Theologiam Chriſtianam lib. III. c. 27. p. 295.

*Lobkowitz* (Ioh. Caramuel) Hiſpani, Ciſtercienſis Monachi, *Cabbalæ Theologicæ excidium*, qua ſtante in tota S. Scriptura ne unum quidem eſſet verbum de Deo, *Romæ* 1656. fol. Thomæ Aquinatis Summæ Hebraice converſæ, præfixum.

*Loſius* (Ioh. Iuſtus) de Succeſſiva corruptione Iudæorum, *Wernigerod.* in 4. ſine anno.

Ejusd. Diſſ. qua Hebræos veteres Chriſtum Scripturæ ſcopum olim quæſiviſſe ex Geneſi, collatis in hunc finem & collectis potiſſimum ex Sohare, Rabboth, Ialkuth &c. teſtimoniis nonnullis potioribus oſtenditur. *Halæ* 1709. 4.

*Lucaris* (Cyrillus) Patriarcha CPolitanus, Græca Lingua vulgari quædam contra Iudæos ſcripſit, quorum apographum ſe habere teſtatur *Hottingerus* p. 387. Bibliothecarii. Confer Leonem Allatium contra Hottingerum p. 10. & de Spiritu S. p. 506.

*Lucchesini* (Ioh. Laurent.) S. I. *Demonſtrata impiorum inſania*, ubi etiam contra Iudæos diſputatur *Rom.* 1688. 4.

*Lualdi* (Michaelis Angeli) Romani, il Regno, il Sacerdotio, la Legge, il Profeta, tolti agli Ebrei dalla divina giuſtizia per la morte del Salva-

Salvatore, memoratur a Proſpero Mandoſio Centuria III. Biblioth. Romanæ n. 38.

*Lutheri* (Martini) Tractatus de Chriſto, Iudæo nato, Tom. II. p. 314. ſq. Tract. de Schemhamphoraſch Tomo VIII. Opp. Altenburgenſ. p. 277. de Iudæis & eorum mendaciis, *Francof.* 1544. & 1613. 4. & Tomo VIII. Opp. p. 208. ſq. Contra Sabbatarios Tom. VII. pag. 32. De iis, quæ Vir præſtantiſſimus contra Iudæos commentatus & ab ipſis paſſus eſt, lege *Joh. Matthesii* Vitam Lutheri concione XIV. p. 154. ſqq. Conf. Lutheri Sermones Convivales tit. LXXV. fol. 588. ſqq. Adde *Difenbachii* Judæum Convertendum pag. 11. ſqq. Tract. Lutheri modo memoratos recudi curavit *Nic. Selneccerus Lipſ.* 1577. 8. Conf. B. *Hosmanni* ſchwer zu bekehrendes Juden-Hertz in Append. p. 1. ſq. Tract. de Schemhamphoraſch adjunctus quoque eſt Georg. Nigrini Juden-Feind *Francof. ad Mœn.* 1605. 8.

*Lutkens* (Nicol.) Diſputatio: ſolus Davidis filius Meſſias, *Roſtoch.* 1701. 4.

*Luydii* (Arnoldi) Tungrenſis, Alphabetum in Judæos & eorum Talmud Propoſitionibus XXII. Ejusd. Reſponſiones ad Articulos L deſumtos ex libro inſcripto *Oculare Speculum* Io. Capnionis, quibus auctor Iudæorum Talmud ſalvare viſus eſt. *Colon.* 1512. 4.

*de Lycio* (Leonhard.) Epiſcopi Aqvinatis, tract. de Incarnatione Chriſti contra errores Judæorum, teſte Imbonato p. 218.

*de Lycio* (Stephani) Ordinis Coeleſtinorum, libellus de Judæis, deque eorum cum Chriſtianis conſvetudine: idem p. 270.

*Lyranus* (Nicol.) vide Partem I. Bibl. Hebr. n. 1697.

*Machado* (Franc.) Luſitani, Ciſtercienſis, duo volumina contra Judæos MSS. in Biblioth. Alcobacenſi, teſte Carolo Viſch & Nic. Antonio Tom. I. Biblioth. Hiſpan. Nov. p. 337.

*Mandelius* (Chriſtoph.) teſte Draudio Biblioth. Claſſ. Lat. p. 351.

*Maji* (Joh. Henr.) Synopſis Theologiæ Judaicæ veteris & novæ, in qva illius veritas, hujusque falſitas ex S. Codice Hebr. & ipſis Judaicæ gentis Scriptoribus per omnes Locos Theolog. oſtenditur, *Gieſ.* 1698. 4.

*Mantuani* (Joh. Baptiſtæ) Colloquium cum Georgio Novarienſi, libro III. c. 13. de Patientia.



Digitized by Google

*Manetti* (Jannotii) Florentini, libri X. adverſus Judæos & Gentes. MSS. in Biblioth. Urbinat. n. 58. fol. teſte Imbonato p. 81.

*Marcelli* (Julii) Romani, Memoriale de errore Hebræorum circa deſtructionem Romæ, MS. in Vatican. num. 3933. item aliud contra eosdem Opuſculum, ibidem.

F. *Evangeliſtæ Marcellini*, de Minori Obſervantia in Pſalmum CIX. ſermones XV. ad Hebræos, laudantur a *Secundo Lancellotto* in L' Hoggidi Part. II. p. 155.

*Marinarii* (Anton.) Conſonantia Jeſu & Prophetarum 1561. Ejusdem tituli librum Anglic. vide ſupra ſub *Harrinſon*.

*Marchionii* (Dominici) Simplices & piæ rationes morales de Adventu Meſſiæ & virginitate Mariæ poſt partum: dialogus contra Judæos, Foſſumbruni in 4. teſte Imbonato p. 36.

*Mariſſii* (Sigism.) Mantuani, Ord. Minor. liber Italicus de iniquitatibus & malitia Hebræorum. *Mantuæ* 1620.

*Martini* (Jac.) Decas diſputationum de Meſſia, contra blasphemias Judæorum, *Witteb.* 1616. 4. & in lib. III. de tribus Elohim p. 27. ibid. 1619. 8.

*Martianæi* (Johan.) Benedictini, Colloquium cum Judæo in libro ejus Gallico, quo de veritate & cognitione librorum S. Scripturæ disſerit. Pariſ. 1697. 12. In hoc colloquium animadverſiones Cl. *Lenfant* habes in novis Reipubl. Literar. an. 1709. menſe Majo & Junio.

*von Medem* (Anna) Geiſtlicher Jüdiſcher Wunder-Balſam für alle der Jüden Gebrechen und Wunden / *Amſtelod.* 1660. 12. Ibi habetur admonitio ad Chriſtianos, ne offendiculo ſint Judæis & annunciatio ad Judæos, quod Deus eos libenter in gratiam recipere velit.

*Matos* (Vincent. de Coſta) Luſitani, Breve diſcurſo contra a perfidia do Iudaismo &c. *Luſitanice* Oliſſipone 1622. 4. hinc *Hiſpanice* ſub tit. Diſcorſo contra los Iudios interprete *Didaco Gavilan Vela*, Salamant. 1631. 4. pagg. 237. quam editionem habeo in manibus. Luſitanicum illud ſcriptum, Ulyſſipone 1634. recuſum, adjunctum habet aliud ejusdem argumenti, ſub titulo: Honoras Chriſtiaans nas afrontas de Ieſu Chriſto continuadas nos preſentes Apoſtatas de noſſa Santa Fe, Conf. Nic. Antonii Biblioth. Hiſpan. Nov. Tom. II. pag. 260.

Mat-

*Matthiæ* (Chriſtiani) Diſputatt. de divinitate & officio Meſſiæ contra Judæos: *Altorf.*

*Mauroy* (Henr.) Apologia pro Iudæis Chriſtianis, & iis qui ex reliquiis Patriarcharum pie & ſancte de Chriſto Ieſu & fide Catholica ſentiunt, in Archiepiſcopum Toletanum & aſſeclas ejus, iſtos a ſuis Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſt. excludentes, *Pariſ.* 1552. 4.

*Mauroceni* (Pauli) de æterna temporalique Chriſti generatione in Iudaicæ improbationem perfidiæ, Chriſtianæque religionis gloriam, divinis enunciationibus comprobatum, *Florent.* 1488. 8. teſte Imbonato p. 188.

*Medices* (Sixtus) de Fœnore Judæorum, *Venet.* 1555. 4.

*Meelführeri* (Rudolphi Martini) Conſenſus veterum Hebræorum cum Eccleſia Chriſtiana. *Francof.* 1701. 4. Cauſæ Synagogæ errantis *Altorf.* 1702. Jeſus in Talmude: Diſpp. II. *Altorf.* 1699.

*Meisneri* (Balthaſ.) de religione Judaica, *Witteberg.* 1625.

*Mertola* (Ludovici de) alias *de Præſentatione* dicti, Carmelitæ Luſitani, ſcriptum Luſitanicum contra Hebræos, *Ulyſſipone* 1621. fol. v. *Antonii* Bibl. Hiſpan. Nov. Tom. II. p. 41.

*Meletii* Apologia fidei Chriſtianæ contra Judæos, Gr. & Lat. Leopoli an. 1593. vide Catalog. Biblioth. Lugduno Batavæ p. 258. & *Hottingeri* Appendicem ad Biblioth. Orient. p. 23.

*Meſſii* (Hieron.) commentatio Italica contra Judæos *Anconæ* 1550. 8.

*Meyer* (Johan) Vertoog that Jeſus da ware Meſſias is *Amſtelod.* 1695. 8.

*Meyeri* (Jo.) Theologi Harderoviceni, Diſſ. Theolog. de myſterio SS. Trinitatis ex ſolis V. T. libris demonſtrato & ex veterum ac recentt. Rabbinorum monimentis illuſtrato. *Harderovic.* 1712. 4. Conf. ejusd. Diſſertatt. cum *Seder Olam* editas 4.

*Mirandulanus* (Joh. Picus) varia affert contra Judæos in Heptaplo ſuo, ſeu ſeptiformi ſex dierum Geneſeos enarratione.

*Micraelii* (Jo.) Judæ in Ethnophronii continuatione contra Iudaicas cœleſtis veritatis depravationes lib. I. de Meſſia in Pentateucho promiſſo: II. & III. de Meſſia Patriarchis & Prophetis poſt Moſen promiſſo: IV. de Meſſia juxta Prophetas exhibito & V. de cultu Dei in religione Judaica impio *Stetini* in 4. ſine anno.

*Molteri* (Joh.) Doctoris Theologi & V. D. Miniſtri Fridbergenſis *Malleus obſtinationis Judaicæ* Francof. 1600. 8. *Ejusd.* Theologia & Chrono-

logia Judaica, i. e. Gründliche Erzehlung der Juden Fabeln und Tandmährlein von dem Meſſia / von der Aufferſtehung der Todten vom ewigen Leben in Paradiß ꝛc. dabeneben auch der Jrrgläubigen Juden Wegweiſer oder freundliche Unterweiſung derſelben von der Heil. Dreyfaltigkeit der Perſonen in dem einigen Göttlichen Weſen ꝛc. *Francof.* 1601. 4. Hæc, puto, eſt illa de Trinitate adverſus Judæos diſputatio, quam laudat Hottingerus p. 387. Bibliothecar. Quadripart.

*Mornai* (Philip.) Avertiſſement aux Juifs ſur la venue de Meſſie, *Salmurii* 1607. 4. *Belgice* converſum teſtatur *Voëtius* Tom. II. Diſputt. Select. p. 53. *Germanice* ſub tit. Ermahnung an die Jüden / daß ſie den allbereit geläſterten Meſſiam annehmen, Hanov. 1611. 4. Quæ idem in libro de Veritate religionis Chriſtianæ c. 6. & c. 27-31. contra Iudæos diſputavit, ea *germanice* converſa Caſſellis 1602. ſub titulo Juden-Bekehrung prodierunt.

*le Moyne* (Steph.) Diſſert. Theolog. ad Ierem. XXIII. 6.

*Mulleri* (M. Chriſtiani) das in geiſtlicher Blindheit ſteckende Iſrael / Francof. ad Oder. 1716. 4. V. Unſchuld. Nachrichten 1716. p. 1099.

*Mulleri* (Ioh.) Iudaiſmus ex Rabbinorum ſcriptis detectus & Verbi divini oraculis refutatus, *Hamb.* 1644. 4. german. Conf. Diſenbachi Iudæus Convertend. p. 37. ſq.

*Mulleri* (Ioh. Chriſtoph.) Greuel der falſchen Meſſien, in Pantheo Anabaptiſt. & Enthuſiaſtico, *Halberſtad.* 1702. fol.

*Mulleri* (Ioh.) Entwurff wie mit den Juden umzugehen. *Gotha* 1710. 4.

*Mundini* (Caſp. Gottfridi) Stetinenſis, Gloria templi II. ad Haggæi II. 10. contra Lipmannum & Abarbanelem *Jena.* 1719. 4.

*Munſteri* (Sebaſt.) Diſputatio inter Iudæum & Chriſtianum de Meſſia, Baſil. 1539. 8. Ejusdem notæ ad *Matthei* Evangelium Hebr. *Baſil.* editum paſſim huc referuntur. Conf. Part. I. Biblioth. Hebr. ſuo loco ſub *Sebaſtian. Munſterus.*

*Naſſ* (Iohan.) Herbipolenſis Ord. Minor. *de diſcrimine veteris & novæ fidei*, cum Summa præcipuorum capitum fidei Chriſtianæ contra Iudæos *Ingolſtad.*

*Neander* (Michael) fidem Iudæorum, qualis hodie eſt, deſcribit in forma Symboli p. 525. ſqq. Erotematum Lingvæ Hebr. Confer ejusdem Teſtimonia veterum Hebræorum Rabbinorum, Talmudiſt. ac Cabbaliſtarum de Chriſto, mundi Ieſua: ibidem.

*Nerreter*

Digitized by Google

*Nerreter* (David) merckwürdiger Juden und Heyden Tempel: ex Anglicano *Alex. Roſſai*, german. cum acceſſionibus, *Norimberg.* an. 1701. 8.

*Nigri* (Petri) Ordinis Prædicat. *Tractatus contra perfidos Judaos de conditionibus veri Meſſiæ* i. e. Chriſti vel uncti, ex textibus Hebraicis, Latinorum elementis utcunque figuratis, confectus per *Conradum Fyner* de Gerhuſſen, in Eslingen Imperiali villa, completus anno ab incarnatione Domini milleſimo CCCCLXXV. die ſexta Iunii in 4. De hoc libello infra pluribus dicemus.

Ab eo diſtinguendum puto alterum ejusdem ſub titulo כּוֹכַב הַמָּשִׁיחַ i. *Stella Meſſiæ*, quem Latine & Germanice editum eſſe teſtatur *Reuchlinus* in Speculo Oculari, Part. II. Hiſtor. Literar. Reformationis a Cl. Hardtio recuſo, p. 22. Ejusdem tanquam libri Germanici meminit *Michael Neander* in Erotematibus Lingvæ Hebr. p. 477. *Germanice* etiam iterum edendum promiſit Cl. *Joannes Fridericus Clannerus*, Gymnaſii Brigenſis Collega, in philyra ſeorſim an. 1718. excuſa. Vide Nova Literaria Lipſienſia Latina an. 1718. p. 84. Video auctorem tum a Reuchlino l. c. tum ab *Eckio* in der Verlegung eines Juden-Büchleins plag. H. 1. b. vocari *Petrum Nigri*, non *Nigrum*, quemadmodum idem fit in calce tractatus Latini quem laudavi ubi hæc legis: *Explicit tractatus, ad Judæorum perfidiam exſtirpandam confectus, per Fratrem Petrum Nigri.* Eckius etiam inter Iudæos converſos eundem numerare videtur. Adde eundem libellum plag. O. 1. b. ubi allegat Nigrum de Adventu Meſſiæ, & Stellam Meſſiæ, eademque opera refert, *Nigri*, Salamine reverſum, & Hebraice ac Arab. doctum, Iudæos ſæpe ad diſputandum provocaſſe Francoſurti, Ratisbonæ, & Wormatiæ, & ab Imperatore impetraſſe, ut Iudæi Ratisbonenſis conciones ſuas frequentare deberent.

*Nigrini* (Georg.) Judenfeind / von ihren Tücken / unverſöhnlichen Haß wieder die Chriſten ſamt richtiger Wiederlegung ihres vermeinten Schemhamphoraſch *Francof.* 1605. 8. Idem liber antea *Gieſſæ* 1570. 8. 14. plagulis lucem viderat ſub tit. Jüdenfeind: von den edlen Früchten der Talmudiſchen Jüden / ſo jetziger Zeit in Teutſchland wohnen / eine ernſte wolgegründete Schrifft / darinnen kürtzlich angezeiget wird / daß ſie die gröſten Läſterer und Verächter unſers HErrn JEſu Chriſti / dazu abgeſagte und unverſöhnliche Feinde der Chriſten ſind.

*Ejusd.* de Iudæorum honeſtate & gravitate libellum, tanquam *Urſellis* 1571. editum, laudat *Imbonatus* p. 366.

*Norellii* (Andreæ) Sveci, Phoſphorus orthodoxæ fidei veterum Cabbaliſtarum, ſive Teſtimonia de SS. Trinitate & Meſſia, Deo & homine, ex pervetuſto libro *Sohar* depromta, qvæ nunc primum Latine reddita ſuisque & R. I. Kemperi Iudæo-Chriſtiani animadverſionibus concinne explicata Iudæis æque ac Chriſtianis Speciminis loco edita cum notis in commentarios Kemperianos, *Amſtelod.* 1719. 8.

*Ochini* (Bernhard.) conciones quædam Italicæ contra Iudæos. Confer & Dialogos ejusdem a Caſtellione Latine Baſil. 1563. 8. editos lib. I. Eos *Imbonatus* p. 13. Bibl. Latino Hebr. vocat Dialogos XVIII. de Meſſia, eosdemque in Vaticana ait eſſe MStos. Titulus Dialogorum hic eſt: *Dialogi XXX. in duos libros diviſi, quorum primus eſt de Meſſia, continetque dialogos XVIII. Secundus eſt cum de rebus variis, tum potiſſimum de Trinitate.* Dialogi ſex priores oſtendunt, Chriſtum eſſe verum Meſſiam, ceteri ad ſatiſfactionem ab eo præſtitam ſpectant & XVII. ſpeciatim demonſtrat, neceſſe eſſe, ut credatur, Ieſum eſſe verum Meſſiam. Confer Obſervationes Selectas Halenſes Tom. V. p. 3. ſqq.

*Odhelii* (Laurent.) *Synagoga bifrons*, ſeu de ſcrutandis collapſæ Synagogæ ruderibus, ubi primum *ἀνεσαρία* Synagogæ a veteri Patrum doctrina demonſtratur, deinde legitimus Scriptorum Iudaicorum uſus ab illegitimo diſcernitur, *Francof. ad Mœn.* 1691. 4. Plura ejus modi parabat, de quibus *Meelführerus* in Acceſſionibus ad Almelovenii Bibliothec. Promiſſ. & latentem p. 75.

*Olearii* (Gottfrid.) Ieſus der wahre Meſſias, zu gründlicher Bewährung der Chriſtlichen Religion, Leipz. 1714. 8.

*Owenus* (Ioh.) commentariis ſuis in epiſt. ad Hebræos, Lond. 1668. fol. editis præmiſit Exercitationes de Meſſia contra Iudæos.

*Pageti* Detectio errorum Iudaicorum ſubjecta eſt ejus Tractatui Anglicano contra Browniſtas, teſte Voëtio Tom. II. Diſput. Select. pag. 53.

*Palontrotti* (Melchioris) Breve raccolta d' argomenti, cavati dalle Sacre Scripture, & dall' antiche traditioni di Rabbini, con le quali chiaramente ſi provano i dogmi della Religion Chriſtiana contro l' Hebraica perfidia, *Venet.* 1649. 8.

*Ejusd.*

Digitized by Google

*Ejuſd.* diſputa del Chriſtiano con l' Hebreo Rom. 1647. 4. Ibi ſpeciatim probare conatur, reductionem temporalem, a Iudæis exſpectatam, factam eſſe in liberatione Babylon.

*Ejuſdem* Breve riſpoſta a Simone Luzzato, Ebreo in Venetia ibid. 1641. 4.

*Ejuſd.* Sferza contro l' oſtinatione e pervicacia de gl' ignoranti Ebrei. *Brachiani* 1642. & *Bonon.* 1643. 4. Confer *Imbonatum* p. 161. qui & Lectiones ejus in Pſalmos VIII. XXXVII. XLIV. XLIX. LXXI. & LXXXIV. anno 1640. 1641. & 1642. editas & Iudæis oppoſitas memorat.

*Paſtritius* (Joh.) D. & Prof. Theolog. in Collegio Urbano de propaganda fide, varia reliquit contra Iudæos manu exarata, quæ recenſet Imbonatus p. 123. ſq. Biblioth. Latino Hebr.

*Petrobelli* (Horatii) l' Hebreo convinto, cioè breve Raccolta d' efficaciſſime ragioni fondate nella Sacra Scrittura & autorita de Rabbini. *Rom.* 1648. 12.

*Periſteri* (Georg.) Diſputationem inter Ethnicum, Iudæum & Chriſtianum de Chriſto Deo, homine nato, memorat *Imbonatus* pag. 366. b.

*Pfeiferi* (Auguſti) Matæologiæ Iudaicæ atque Mohamedicæ principia ſublesta & fructus peſtilentes, *Lipſ.* 1687. 8. & *Ultraj.* in Opp. 1704. 4. ed. p. 845. ſqq. Obtrectator Apella, quæ eſt Exercitatio V. inter eas, quas Matæologia modo laudata continet.

*Picbii* (Petri) Ord. Prædicat. Tract. de paſſione & morte Meſſiæ adverſus Hebræos, *Rom.* 1618. 4. Eum citat Secundo Lancellotti in L' Hoggidi Part. II. p. 155. *Ejuſd.* libri III. de partu Virginis Deiparæ contra Iudæos. *Ejuſd.* Epiſtola ad Hebræos Italiæ de vanitate pœnitentiæ ipſorum ibid. 1622. 4. *Ejuſd.* ſtultæ doctrinæ Hebræorum cum earum confutatione: ibid. 1625. & 1640. 8. In ultimo hoc ſcripto ſpeciatim *metempſychoſis*, *traditiones Talmudicæ* & Iudæorum *blaſphemiæ* in religionem Chriſtianam confutantur.

*Philiarchus* (Coſmas) in libro de Officio Sacerdotis Tom. II. p. 321. de religione Chriſtiana contra Iudæos diſſerit.

*Poscantini* (Benedicti) dialogus de Meſſia italice, *Venet.* 1548. 8.

*Placæi* (Ioſuæ) Diſputationes de teſtimoniis & argumentis e V. T. petitis, quibus probatur, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; eſſe Deum præditum eſſentia divina *Salmurii* 1651. 4. Conf. Opera ejus *Franeqv.*

Digitized by Google

*Franeqv.* 1697. 4. edita. Ejuſdem eſt *Catechesis pro converſione Judæorum*, quam ex Gallico Theologo potiſſimum ſe exhibere teſtatur *Wagenſeil*. in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 478. Vide Guſſetii præfat. ad Ternionem Controverſ. Judaic. §. 5.

*Polier* la Venue de Meſſie pour rappeller les Iuifs. *Lauſan.* 1606. 8.

*Poſſevini* (Anton.) Bibliothecæ Selectæ liber I. p. 390. ſqq. de juvandis Iudæis, Confer ejusdem Apparatum Sacrum Tom. II. p. 983.

*Prynne* (William) a ſhort Demurner to the Iews long diſcontinued Remitter into England *Lond.* 1656. 4. quo auctor collectis variis hiſtoricis documentis oſtendit, non conſultum eſſe, ut Judæi iterum in Angliam admittantur. Huic inprimis oppoſitæ ſunt Vindiciæ Judæorum R. Menaſſe ben Iſrael.

*Raithii* (Balthaſ.) Prof. Publ. Tubingenſ. Quæſtionum Anti-Judaicarum Trias de Meſſia, *Tubingæ.* 1667. 4. Ejusdem Vadum Talmudicum quoad priora capita tentatum: ibid. 1658. 4. Ej. de Proſelytiſmo Iudaico Chriſtiano: ibid. 1666. 4. Conf. Jo. Ulrici Pregizeri Sveviam Sacram pag. 386.

*Quirinus* (Lawrus) ſcripſit *Caſtigationem Hebræorum*, teſte Poſſevino.

*Ramirez* (Didacus) de Fuenleal, Villaſcuſa Conchenſis, variis Epiſcopatibus defunctus, cujus libri III. de religione Chriſtiana contra transeuntes aut redeuntes ad Iudæorum ritus laudantur. Vide Nic. Antonii Biblioth. Hiſpan. Novam Tom. I. p. 239.

*Raynoldus* (Joh.) in Prælectionibus ſuper libros Apocryphos Prælect. 137. usque ad 235. iterumque Prælect. 319. & 417-430. affert, quæ huc pertinent.

*Ratz* (Jacobi) Propoſitiones contra Judæos & Iudaizantes Chriſtianos, Halæ Svevor 1554.

*Rechtani* (Veſpaſiani) Juden-Spiegel. 4.

*Reusneri* (Adami) Erweiſung das Jeſus Chriſtus ſey der wahre Meſſias, Francofurti.

*Rhombergii* (Ioh.) Diſſertat. de adventu Meſſiæ contra Iudæos.

*Regii* (Urbani) epiſtola ad totam Iudæorum Synagogam Brunsvicenſem ex Hebræo Latine converſa in Operibus ejus *Norimberg.* 1562. editis, Part. III. p. 92. hinc autem in Cl. *Schudtii* Memorabilib. Iudaicis Parte IV. Continuat. III. p. 11. ſqq. Latine & German. Conf. Cl. *Crenii* præfat. ad Helvici Elenchos p. 41.

*Ejusd.*

Digitized by Google

*Ejuſd.* Dialogus, qvo Prophetiæ V. T. de Chriſto pie & luculenter explicantur: ibid. Parte I. p. 164-282. cum præfat. B. Lutheri. Idem *Francof.* an. 1542. prodierat.

*de Ricaſulis* (Pandulphus) Florentinus, I. U. D. ſcripſit *contra Iudaeorum perfidiam*, teſte *Imbonato* p. 184.

*Rogeri* (Ludov.) in Ieſaia locum *Ecce virgo concipiet;* contra Iudæos, *Pariſ.* 1713. 12.

*Rombout* (Rumolth) Schriftuurlike Verklaring over de Verdediging van de Leere Chriſti ende den Staat van ziin Koningriick in Matth. XII. XIII.

*de Roſenroht* (Chriſtianus Knorr) Baro, reliqvit Tractatum MS. cui titulum fecit *Meſſias Puer*, ita comparatum, ut totam Chriſti hiſtoriam inde ab Annunciatione Mariæ facta usqve ad Baptiſmum ex Cabbaliſticis inprimis Scriptoribus explicaret. Vide B. *Tenzelii* Dialogos menſtruos anni 1689. p. 482. 1261. & 1267. & an. 1690. p. 1145: item *Martini Diſenbachii* Iudæum Converſum p. 150.

*Rubenii* (Leonhardi) Glorioſus Triumphus Chriſti de Iudæis, oſtendens perfidos Iudæos iisdem fere pœnis confectos fuiſſe, qvibus Chriſtum Dominum affecerunt. *Paderborn.* 1604. 8.

*Rumpii* (Henr.) Vaticinia aliqvot de Meſſia, *Hamburgi* 1615. 4. & 1618. 8.

*Saenz* (Didacus) contra Iudæos ſcripſit, teſte *Nic. Antonio.*

*de Salviatis* (Georg. Renignus) contra Iudæos citatur a *Voëtio* Tom. II. Diſputt. Select. p. 53.

*Savonarola* (Hieron.) in Dialogo, qvi dicitur *Solatio del Viagio mio*, qvi libris VII. conſtat, libro III. diſputat de Meſſia contra Hebræos. Prodiit dialogus hic in aliis ejus Opuſculis, *Venet.* 1535. 8.

*Scandorphii* (Nicol. Pauli) diſputt. III. de rejectione Iudæorum, *Hafn.* 4.

*Schmidii* (Iohan.) Gymnaſium Iudæorum laudatur a Lipenio Tom. II. Biblioth. Theol. p. 146.

*Schmidii* (Ioh.) Feuriger Drachen-Gifft und wütiger Ottern-Gall / Ratzeburgi 1684. in 8. & ſine loco notato in 4. cum appendice von der Sabbaths-Bedienung zu Hoerda / ubi in titulo hic liber dicitur recuſus ad exemplar *Coburgenſe* anni 1682.

*Schnellii* (Sebaldi) diſputotio, qva expenduntur, qvæ Iſaacus Abarbanel ad Jeſaiæ XXXIV. & in Obadiam contra fidem Chriſtianam ſcripſit, Altorf. 1647. 4.



Digitized by Google

*Schwebellius* (Iohan.) Pfortzheimenſis, Dialogum Chriſtiani cum Judæo ſcripſiſſe dicitur *Imbonato* p. 131.

*Schrammii* (Jo. Conrad.) Prof. Helmſtad. Programma, qvo præliminaria diſputationum cum Judæis traduntur, *Helmſtad.* 1718. 4.

*Ejusd.* Diſp. de myſteriis veterum Judæorum Philoſophicis, *Helmſtad.* 1708. 4.

*Schudt* (Jo. Iacobus) Rector Francofurtanus ad Mœn. in variis ſuis ſcriptis plurima contra Iudæos attulit v. c. in *Compendio hiſtoriæ Judaicæ*, Francof. ad Mœn. 1700. 8. *Judæo Chriſticida* graviſſime peccante & vapulante, ib. 1703. 8. Jüdiſchen Merckwürdigkeiten / ibid. 1714. & 1717. 4. ſpeciatim in Præmonitione ad Partem II. libri poſtremi. Adde Commentarium in Pſal. CX. Ejusd. Deliciis Hebræo Philolog. addita eſt Diſſ. *de Adventu Meſſiæ.* Compendio Hiſtoriæ Iudaicæ adjuncta eſt Appendix de ratione & methodo procedendi in promovenda per Dei gratiam converſione hominis Iudæi. Conf. de eo B. *Martini Difenbachii* Iudæum Converſum p. 70. ſq.

*Securis* (Franc.) Monachi Ciſtercienſis, Repertorium veritatis in Hebræos, qvos vulgo novos Chriſtianos appellant, *Conimbric.* 1567. 4. teſte *Antonio* in Biblioth. Hiſpan. Nova Tom. I. p. 364.

*Selneccerus* (Nicol.) von den Juden und ihren Lügen. 2) von Schemhamphoraſch und dem Geſchlechte Chriſti. 3) Lutheri Brief wider die Sabbather. 4) Schrift Lutheri an den Juden Ieſel. Lipſ. 1577. 8. continet Tractatus Lutheri recuſos, de qvibus ſupra ſub *Luthero.* Accedit præfatio *Selnecceri* de colloqvio a ſe cum Iudæo habito. Additum vero eſt ab eodem ein Verzeichniß und Auszug aus etlicher Hochgelahrter &c. Männer Beſchreibungen von den Gotteslaſterungen &c. der Juden. Præfatio Selnecceri & excerpta ex poſtremo hoc tractatu recuſa ſunt in Hosmanni ſchwer zu bekehrenden Juden-Hertz in Appendice p. 11. ſqq. & p. 23. ſqq.

*Seltzerus* (Ludovic.) vide ſupra *Helvicus.*

*Sibersma* (Heronis) Evangelium Iohannis aus Moſe und den Propheten zum Dienſt des alten und neuen Iſraëls erkläret / Baſel 1718. 4.

*Silvagii* (Matthæi) Minoritæ, liber de Victoria Dei contra Hebræos citatur a Johanne Carthaginenſi lib. VI. Homiliarum homil VII. Confer *Wadingum.*

*Socolovii* (Stanisl.) *Juſtus Joſeph*, ſive in Ieſu Chriſti, Domini noſtri, mortem & paſſionem meditationes, contra Iudæos & Arianos. *Cracov.* 1586.

*Sohnii*

*Sohnii* (Frid. Caſimiri) Muſter und Formular des uhralten und wahren Jüdiſchen Glaubens aus Moſe und den Propheten denen jetzigen Juden zur Nachrichtung vorgeſtellet. *Francof.* 1629. 4.

*Soldanus*, Eccleſiaſtes Caſſellanus, integris concionibus, oppugnavit Iudaiſmum, teſte Hottingero p. 387. Bibliothecar. Quadripart.

*Soſtmanni* (Alexand.) de LXX. hebdomadibus; Ieſum eſſe verum Meſſiam, & de veris cauſis incredulitatis Iudæorum, *Lugd. Bat.* 1710. 4.

*Spanhemii* (Frider.) de cauſis incredulitatis Iudæorum, & de mediis converſionis, Lugd. Bat. 1678. 8. Idem in Dubiis Evangelicis paſſim contra Iudæos diſputat.

*Spanhemius* (Frider.) junior in Elencho controverſiarum edit. novæ Iudæos refellit.

*Speneri* (Philip. Iac.) daß unſer HErr JEſus der wahre Meſſias ſey/ an. 1701.

*Spira* (Simon de) contra Judæos ſcripſit, teſte *Geſnero.*

*Springeri* (Danielis) Profeſſ. Vratislav. Religions-Geſpräch zwiſchen einem Chriſten und Juden / *Vratislav.* 1705. 8. 22. plagg. Exhibetur ibi colloqvium a Springero cum Mordechai ben Iacob, Iudæo Moravienſi, ob furti crimen ex patibulo ſuſpenſo, habitum. Vide Unſchuldige Nachrichten 1705. p. 797. ſq.

*Stabili* (Anton.) a S. Angelo, a Faſanelli, Ordin. Prædicatorum *Faſciculus Vanitatum Judaicarum*, italice, in qvo agitur de Teſtamento V. & N. ac Adventus Meſſiæ demonſtratur, forma dialogi, *Ancona* 1583. 8.

*Stampelii* (Georg.) Schilo, ſive Vaticinii Iacobi de Meſſiæ adventu, regno, regioqve eqvitatu & ornatu explicatio, *Francof.* 1610. 8. teſte Draudio Biblioth. Claſſ. Lat. p. 400.

*Steudner* (Iohan.) Ephori Collegii Evangel. Auguſtani, Jüdiſche A B C Schule vom Geheimniß des Dreyeinigen Gottes und Schöpffers Iehova aus einem denckwürdigen Spruch R. Moſis Botril. Auguſt. Vindelic. 1665. 8.

*Storre* (Ioh. Philip.) Paſtoris Heilbronnenſis, de veritate religionis Chriſtianæ, ſive Evangeliſche Glaubens-Kraft oder Uberweiſung / daß JEſus von Nazareth der gecreutzigte / ſey der wahre Meſſias, Tübingen 1703. 8. Tractatus hic ſpeciatim oppoſitus eſt libro *Chiſſuck Emuna.* Ejuſd. Unchriſtlicher Schabbas-Knecht / Tübingen 1700. 8.

*Surenhuſii* (Guilielmi) Βίβλος καταλλαγῆς, in qvo ſecundum Theologorum Hebræorum formulas allegandi & modos interpretandi conciliantur loca ex V. T. in Novo allegata, *Amſtelod.* 1713. 4.

*de Suſannis* (Marqvard.) Utinenſis, de Iudæis & aliis Infidelibus, *Venet.* 1564. 4. *Altorf.* 1613. & *Francof.* 1604. & 1613. 8. item in Tractatu Tractatuum XIV. Opus egregium ac inſigne vocat Neander pag. 540. Erotemat. L. Hebr.

*de Talavera* (Ferdinandi) Epiſc. Granatenſis, Impugnacion Catholica en defenſa de nueſtra Fée; qvem librum ſcripſit adverſus librum Hiſpali a qvodam Hebræorum fautore editum. Vid. Nic. Antonii Biblioth. Hiſp. Nov. Tom. I. p. 298. qvi tamen teſtatur, eum librum in Indice Expurgatorio prohiberi.

*Taſſi* (Fauſtini) Minoritæ, Tract. de Adventu Meſſiæ, *Venet.* 1585. 4.

*Taxaquet* (Mich. Thomas) Balearis Majoricenſis, Brevis Chriſtianæ ac Catholicæ fidei defenſio, & Iudæorum, Mahumedanorum ac Hæreticorum oppugnatio, *Rom.* 1515. & 1567. teſte Nicol. Antonio.

*Thraske* (Ioh.) Treatiſe of Liberty againſt Iudaiſme, *Lond.* 1620. 4.

*Tierof* (Mich. Chriſtian.) de Sacris Iudæorum, *Jen.* 4.

*Toſſani* (Dan.) Theſes contra Iudæos, 1596.

*Toſtatus* (Alphonſus) ſcripſiſſe a Poſſevino dicitur Tractatum contra Iudæos, qvi non exſtat.

*Turai* (Ioh.) Diſcourſe concerning the Meſſias, capp. III. qvorum I. de typis & prophetiis V. T.. II. de nativitate ejus ex Virgine & III. de utraqve ejus natura diſſerit. *Londini* 1685. 8.

*Turrianus* (Franc.) de ſola Lectione Legis & Prophetarum Iudæis concedenda, *Rom.* 1555. 4.

*Turrecremata* (Iohan. de) liber *contra Iſraelitas noſtri temporis* & alius *contra eos, qui arcebant Hebræos, ne ad fidem Chriſti venirent*, laudatur ab Altamura in Biblioth. Ord. Prædicat.

*Turrettini* (Alphonſi) Diſp. Theolog. de veritate religionis Iudaicæ ex doctrinæ præſtantia & circumſtantiis, item ex miraculis & prophetiis. *Genev.* 1717. 4.

*Vagarelli* (Iac.) Patavini, Minoritæ, Tract. contra Iudæos, teſte Waldingo.

*Varenii* (Auguſti) Theologi Roſtoch. Diſput. de Meſſia, *Roſtoch.* 1667. Ejuſd. Examen decem characterum Meſſiæ contra Abarbanelem Vide B. Ioh. Fechtii præfat. ad comment. Varenii in Ieſaiam.

*Valentia* (Iacobi Perez de) Epiſcopi Chriſtopolitani, Volumen qvæſtionum 5. contra Judæos de Chriſto reparatore generis humani ſubjunctum expoſitioni Pſalmorum Davidis, *Lugduni* 1512, 1514. & 1517. fol.

fol. Eum *Imbonatus* bis per errorem memorat, nempe pag. 79. & 392.

*Valle* (Franciſcus Garſia de) Calaguritanus, S. I. commentatus eſt, ſed non edidit, de Nativitate Moſis & Lege ſcripta adverſus Judæos.

*Valverde* (Bartholom. de) Villanenſis, D. Theologiæ MSS. reliqvit Admonitiones qvasdam contra Talmud, qvas in Biblioth. Ambroſiana latere teſtis eſt *Nic. Antonius* Biblioth. Hiſp. Nova. Tom. I. p. 159.

*Ubaldinis* (Laurent. de) aliis *Lauterius*, Florentinus, Ord. Prædicat. *Capiſtrum Judæorum* Sec. XV. ſcripſiſſe fertur ab Altamura in Biblioth. Ord. Prædicat.

*Vedelii* (Nicol.) libri III. de Deo Synagogæ, contra Barlæum, *Harderovici* 1632. 4. Conf. *Pet. Baelii* Dictionar. ſub *Barlaus* not. D.

*Vela* (Didac. Gavilan) vide ſupra *Matos*.

*Veneti* (Pauli) Ordinis Eremitarum, S. Auguſtini Sæc. XV. ineunte liber unus contra Judæos teſte *Poſſevino* in Apparatu Sacro. Eum pulchrum vocat Bergomenſis in Supplemento Chronicorum.

*Vincenti* (Ioh. Maria) *il Meſſia venuto*, opus centum conciones comprehendens, *Venet.* 1659. fol. Fuſe recenſet *Imbonatus* p. 112. ſqq. non ſine adſperſis hinc inde animadverſionibus. Idem p. 119. monet, prohiberi hoc opus ex Decreto S. Congregat. ſub d. 18. Iunii an. 1680. Auctorem tanqvam Iudæis faventem & argumenti, qvod tractet, imperitum perſtringit *Bartoloccius* Tom. III. pag. 745. In calce loco appendicis legitur tractatus de eo: utrum expediat Chriſtianis, Hebræos in ditionibus ſuis retinere, an vero eos expellere.

*Vindingii* (Ioh. Pauli) Diſput. Politico-Philolog. de Iudæis, *Groning.* 1633. Eum bis memorat *Imbonatus*, ſemel p. 127. ſub nomine Io. Pauli Vinding. & iterum p. 189. ſub nomine Pauli Vinding. Vide hic Bartholinum de Scriptoribus Danis p. 86.

*Vitalis*, Medici, homiliæ ad Hebræos, Florentiæ habitæ, memorantur a *Secundo Lancellotto* in L'Hoggidi Tom. II. p. 155.

*Vivaldus* (Ludov.) in Opere Regali, tanqvam huc pertinens, laudatur a Voëtio Tom. II. Diſputatt. Select. p. 54.

*Vivaldus* (Martin. Alph.) vide *Cavalleria*.

*Vives* (Ioh. Ludovic.) lib. III. de veritate fidei Chriſtianæ Tom. II. Opp. p. 402. ſq.

*Voerſii* (Franciſc.) Carmelitæ, *Simbolo della venuta del Meſſia Gieſu Chriſto Figlivolo di Maria Vergine, Salvator del mondo, nel quale ſi prova con autorita*

*torita de' Profeti, con detti delle Sibille, e Scritture de Dottori, eſſer vera la ſua venuta:* in Monte regali 1622. 4.

*Voëtii* (Giſberti) Diſſertt. de Tempore Nativitatis Chriſti, de Iudaiſmo, de generali Converſione Iudæorum, quæ leguntur Tomo II. Diſputatt. ejus Selectarum.

*Voiſin* (Ioſeph. de) *Theologia Judæorum*, Pariſ. 1647. 4.

Ejusd. Procemium ad Raymundi Martini Pugionem Fidei.

*Wachteri* (Ioh. Georg.) Spinoſiſmus im Judenthum / Amſtelod. 1699. 8. Confer Mart. Difenbachii Iudæum Converſum p. 142. ſqq. & 156.

*Wackii* (Ioh. Conrad.) Ratisbonenſis, recriminatio Actionis in nuperos Chriſti accuſatores, ſive Diſſertationes duæ contra Nizzachon vetus, *Jen.* 1699. 4.

*Wagenſeilii* (Io. Chriſtoph.) Tela ignea Satanæ, ſive arcani & horribiles Iudæorum, adverſus Chriſtum, Deum, & Chriſtianam religionem libri. *Altorf.* 1681. 4.

*Ejusdem* Hoffnung der Erlöſung Iſraelis primum in 8. hinc. *Lipſ.* cum aliis opuſculis ſub titulo: Benachrichtigungen wegen einiger die gemeine Jüdiſchheit betreffenden Sachen / qvæ iterum Altorf. 1707. 4. correctiora & auctiora prodierunt. Ibi enim legis tractatus 1) qvomodo cum Iudæo in colloqvio, forte fortuna nato, agendum. 2) Iudæos non uti ſanguine Chriſtiano. 3) qvomodo uſura Judæorum averti poſſit, 4) de precatione Iudaica *Olenu.* 5) Denunciatio Chriſtiana de blaſphemiis Iudæorum in Ieſum Chriſtum, qvæ primum Altorf. 1703. fol. tum in 8. hinc in denen Benachrichtigungen / Lipſ. 1705. prodiit, ac deniqve Cl. Schudtii Memorabilibus Iudaicis Parte II. p. 339. inſerta eſt & nuper demum cum Rev. D. Thom. Clauſſenii concione baptiſmali ſuper Iudæam, Hamburg. 1721. 4. recuſa. 6) ejusdem Apologia. 7) Denunciatio ad Magiſtratus Chriſtianos de Iuribus eorum a Iudæis violatis. 8) an Chriſtianus ſalva religione Iudæo die Sabbati inſervire poſſit? Confer de eo *Mart. Difenbachii* Iudæum Converſum p. 219. & 230.

*Ejusd.* Diſput. circularis *de Iudæis*, reſpondente Andr. Webero, Altorf. 1705. 4. plagula una.

*Ejusd.* Diſp. de Loco Geneſ. XLIX.

*le Waitte* (Anton.) Ciſterc. Iudæo-Iconomachia 5. libris, qvos tamen editos eſſe ignorare ſe profitetur *Imbonatus* p. 317. a.

*Waſmu-*

*Waſmuthi* (Matthiæ) beſte Mittel zu Bekehrung der Juden / *Kilon.* 1685. 4. & *Francof.* ac *Lipſ.* 1694. 8. ubi accedit Appendix ex Havemanno, de ſperanda Judæorum converſione. *Ejusd.* & Chriſtiani Ravii Circular-Briefe die Bekehrung der Juden zu befodern / ibid. 1670. 4. Confer *Diſenbachii* Judæum Converſum pag. 204. ubi inter cetera monet, prius illud Waſmuthi ſcriptum, Gieſſæ an. 1684. ſub alius Auctoris nomine prodiiſſe, hoc notatum titulo: נצחון נצרי *Victoria Chriſtiana contra Judæos.* Habeo ego iſtum tractatum ſub eo titulo in manibus, qvi tamen *Kilon.* 1681. editus eſt, & qvidem a *Chriſtiano Held*, Ex Judæo, ductu, ceu ipſe in titulo profitetur, Waſmuthi. Conſtat pp. 63.

*Weberi* (Ananiæ) Adventus Meſſianus dudum factus, & contra Judæos præfractos a IV. criteriis maxime publicis & claris demonſtratus. *Lipſ.* 1645. 4.

*Weemſe* (Joh.) Scotus, ſcripſit de qvatuor filiis degeneribus, qvorum primum conſtituunt *Iudæi.* Conf. Voëtium Diſputt. Select. Tom. II. p. 54. & 79.

*Weidleri* (Jo. Frider.) Diſput. de Fanaticiſmo Judaico. *Witteb.* 1715. 4.

*Widmari* (Abdiæ) diſputatt. adverſus Judæos de vero Meſſia, *Marpurg.* 1617.

*Winheim* (Erhard.) Cartuſienſis, tria colloqvia inter Judæum & Chriſtianum, Sacerdotem & Laicum, germanice, *Coloniæ*, teſte Morotio in Theatro Chronolog. Ord. Cartuſ. & ex eo Imbonato p. 39.

*Witſii* (Herman.) Judæus Chriſtianizans circa principia fidei & SS. Trinitatem. *Ultraj.* 1661. 12.

*Witzleben* (Georg.) von der Juden Sabbath und Chriſten Sonntag.

*Wulferi* (Joh.) Theriaca Judaica ad examen revocata contra Salom. Zevi: *Norimberg.* 1681. 4.

*Xarava* (Pet. de) Conchenſis, Franciſcanus, MStum reliqvit Tract. contra Judæos, teſte Ludov. de Rebolledo in Hiſt. Ord. Min. & inde Nic. Antonio in Biblioth. Hiſpan. Nova Tom. II. p. 201.

*Zamora* (Alphonſus de) cum ſua Introductione Artis Grammat. Hebr. Compluti in 4. edidit Epiſtolam ad infideles Hebræos urbis Romæ, qvæ eorum perfidiam redarguit.

*Ziliolus* (Victorius) Venetus, ſcripſit contra ingratitudinem Judæorum, aſpernantium Redemtionis humanæ beneficium, ut & de veritate ſanctiſſimi Sacrificii contra eosdem, teſte *Poſſevino.*

Præci-

Præcipui, qvi Scriptores hujusmodi Anti-Judaicos laudarunt, ſequentes ſunt: *Paulus Bolduanus* in Biblioth. Theolog. Continuata p. 305. *Jo. Bened. Carpzovius* in Introduct. ad Theolog. Judaicam, Pugioni Fidei præmiſſa, cap. XI. *Thom. Crenius* in præfat. ad Helvici Elenchos Judaicos recuſos, *Mart. Difenbach* in Judæo Converſo & Convertendo, *Georg. Draudius* in Biblioth. Claſſica p. 349. *Io. Albert. Fabricius* in Biblioth. Græc. lib. V. c. 8. p. 125. ſqq. cujus obſervationibus multum me debere profitear, *Io. Philip. Hartmannus* in Paſtorali Evangel. p. 1176. *Io. Hoornbeeckius* de convertendis Iudæis p. 7. *Sigism. Hosmannus* in Prolegom. ad Tract. Schwer zu bekehrendes Juden-Hertz. *Io. Henr. Hottingerus* in Bibliothecar. Quadripart. p. 412. *Ioſ. Carol. Imbonatus* in Biblioth. Latino-Hebr. *Mart. Lipenius* in Biblioth. Theolog. *Mich. Neander* in calce Erotematum Lingu. Hebr. p. 477. *Anton. Poſſevinus* Biblioth. Select. lib. IX. c. 3. p. 389. *Ephraim Prætorius* in Biblioth. Homiletica ſub tit. *Iudæi. Io. Philip. Storr* in præfat. ad Refutat. libri Chiſſuk Emuna, & *Gisb. Voëtius* Tom. II. Diſputt. Selectar. p. 77. ſq. & in Biblioth. Studioſ. Theol. p. 547.

## IV. Syllabus Judaicorum Scriptorum, qui religionem Chriſtianam oppugnare auſi ſunt.

Cum ſcripta Iudaica, Chriſtianis oppoſita, occaſionem fecerint Chriſtianis vindicias ſuſcipiendi, veritatemqve aſſerendi, ipſe argumenti nexus neceſſitatem mihi imponere videtur, præcipuos eorum hic commemorandi. Sunt vero illi

*Anonymus* in ויכוח הדת i. e. *Diſputatione de Lege*, de qva lege *Conſtantin. Lempereur* in notis ad Bava Kama pag. 70. & plura infra inter Anonymos.

*Anonymi* Diſputatio cum Philoſopho Chriſtiano Colonienſi de Incarnatione perſonæ alicujus divinæ MS. in Biblioth. Senatoria Lipſienſi.

*Anonymi* Reſponſio Chriſtianis data MS. in B. Oppenheim. 8.

*Anonymi* folia bina, Chriſtianis oppoſita, & ex libro vaſtiore decerpta, MSS. in Bibliotheca Uffenbachiana, cujus vide catalogum a diligentiſſimo Io. Henr. Majo hac in parte elaboratum Part. I. p. 146.

*Anonymi* ſcriptum, qvo probare conatur, Evangelia ſancta ſibi invicem contradicere: opus 32. foliorum in 4. MS. in Bibliotheca Celeb. *Danielis Erneſti Iablonskii*,

*Ano-*

Digitized by Google

*Anonymi* Diſput. cum Sacerdote Chriſtiano MS. apud eundem foliorum 52.

*Anonymi* liber ἀκέφαλος MS. continens diſputationes ad loca controverſa N. T. memoratur in Catalogo Biblioth. *Guil. Anslarii* p. 36.

*Diverſorum* Scriptorum ספר כלמה *liber opprobrii*, collectionem ſiſtit variorum Tractatuum Anti-Chriſtianorum, de qva infra inter Anonymos. Vide interim Catalogum Biblioth. Lugduno Batav. p. 289. n. 62. edit. in 4.

*Anonymi* Rabbini cum Cardinali *Petro de Luna* diſputatio de Peccato Originis MS. fuit in Bibliotheca *Caroli de Montchal:* Vide *Labbei* Bibliothec. Novam MSS. p. 208.

*Anonymi* tractatum Hebr. in qvo primum Peccatum Originale tum myſterium SS. Trinitatis argumentis Socinianorum oppugnatum ſit, *Venetiis* vidit *Ioh. Wulferus*, ceu ipſe teſtatur in notis ad Theriacam Iudaicam p. 269.

*Anonymi* Iudæi qvæſtiones 46. ad Chriſtianum, ex Luſitanico Latine converſæ, leguntur in *Ioh. Cocceji* Conſideratione Reſponſionis Iudaicæ &c. de qva ſupra inter Scriptores Anti-Iudaicos ſub *Coccejo*.

*Anon.* liber, qvi B. Luthero occaſionem fecit ſcribendi tractatum de *Iudæis & eorum mendaciis*, dialogi more comparatus fuit, ceu patet ex limine ipſius tractatus B. Lutheri, Tomo VIII. Opp. Altenburgenſ. p. 208.

*Anonymus*, Rabbi Luſitanus, cujus colloqvium Middelburgi habitum paſſim allegat, & confutat B. *Ioh. Mullerus* in *Iudaiſmo* ſuo. Eum de Menaſſe ben Iſraël non præter rationem accipi vult Cl. *Io. Albertus Fabricius* Volum. VII. Biblioth. Græc. p. 131. rectius omnino, qvam qvidem Hottingerus ſuſpicatus eſt, qvi p. 48. Theſauri Philolog. vindicat R. Iſaaco b. Abraham, auctori τȣ͂ חזוק אמונה. Ille enim fuit Polonus: & hujus Colloqvii auctor vocatur Rabbi Luſitanus.

*Anonymi* liber Luſitanicus, Iudæorum exceptiones contra religionem Chriſtianam complexus, qvem *Richardus Kidderus* in præfat. ad Partem II. Demonſtrationis Meſſiæ ſcribit *Cudworthum* a Menaſſe ben Iſraël (qvem Kidderus auctorem fuiſſe ſuſpicatur) accepiſſe. Menaſſen, ut alias, ita nec in hoc negotio pigrum aut ἀσύμβολον fuiſſe non dubitaverit, qvi recordetur, in Anglia arma ejus funeſtiſſima adhuc ſupereſſe, qvæ tandem in CHRISTUM convertere voluerit. Vide Partem I. p. 786. Conf. infra *Leo Carmi*.

*Anonymi*, Iudæi Amſtelodamenſis, Altercatio epiſtolica de Loco Geneſ. XLIX. 10. cum Rittangelio, exſtat in Wagenſeilii Telis Igneis Satanæ p. 328.

*Anonymi* תְּשׁוּבוֹת לְמַזִּיפִים *reſponſiones adverſus corruptores* i. e. Chriſtianos, MS. in Biblioth. Carolina Tiguri: v. Hottingerum p. 22. Biblioth. Oriental. &c. p. 48. Theſauri Philolog.

*Anonymi* תּוֹלְדוֹת יֵשׁוּ i. e. *Generationes* ſive *hiſtoria Ieſu*: duo tituli hujus exſtant libri omnino exſecrabiles, qvorum alterum B. *Wagenſeilius* in Telis Igneis Satanæ, alterum Cl. *Ioh. Iacobus Huldricus* ſeorſim Lugd. Bat. 1705. 8. uterqve Hebr. & Lat. cum animadverſionibus amplis ediderunt. De utroqve plura dicentur inter Anonymos.

*Anonymi* מַעֲשֵׂה תּוֹלַע ſive מַעֲשֵׂה תָלוּי i. e. hiſtoria ſuſpenſi, a *Wagenſeilio* p. 43. Confutationis Toldos Ieſchu & aliis memoratur. Vide nos l. c. inter Anonymos ſub תולדות ישו. Hujus tituli ſcriptum habuit *Ioh. a Lent*, qvod ipſe memorat in Theologia Iudaica hodierna p. 136.

*Anonymi* מַעֲשֵׂה יֵשׁוּ וְהֵילְנִי הַמַּלְכָּה וְאַפּוֹסְטוֹלִי i. e. *hiſtoria Ieſu & Helenæ Reginæ, & Apoſtolorum*, liber in Italia ante annos 20, ſed ut titulus habet, ex veteri & eleganti archetypo deſcriptus. Eum MS. habet Celeberr. *Dan. Erneſtus Iablonsky*, cujus verbis illum amplius inter Anonymos ſub תולדות ישו deſcribemus.

*Anonymorum* arcana MSS. in qvibus religio noſtra inprimis N. T. & divinitas CHRISTI oppugnantur, nactum ſe ſcribit B. Ioh. Mullerus in epiſtola ad Ioh. Buxtorfium, Catalectis Theologico-Philolog. Buxtorfii p. 443. inſerta: de his inter Anonymos plura. Idem in Indice Scriptorum *Iudaiſmo* ſubjecto, appellat Anonymi Rabbini ſcriptum Latinum contra SS. Trinitatem.

*Anonymi* ſcriptum ſimilis farinæ profert *Fortalitium Fidei* lib. II. Conſiderat. VI. fol. 55. ſq. & lib. III. Conſiderat. IV. fol. 81. ſq. qvæ loca ibidem recitabimus.

*Anonymi* calumniæ, in commentario ſuper Pentateuchum MS. eructatæ, repetuntur a Cl. *Io. Henr. Majo* in Catalogo Biblioth. Uffenbachianæ Part. I. p. 15. ſq. Confer p. 300. ſq.

*Anonymi* Luſitani ſcriptum Luſitanicum, Pontificio Luſitano oppoſitum MS. in Biblioth. doctiſſimi *Mart. Veyſſiere La Croze*, de qvo Parte I. p. 742.

*Anony-*

Digitized by Google

*Anonymorum* blaſphema ſcripta Judaica, in qvibus vel conferendis vel deſcribendis per integrum ſemeſtre ſpatium verſatum ſe eſſe mihi qvondam ſcribebat B. *Chriſtianus Theophilus Ungerus*, qvæ fuerint præter חזוק אמונה cujus ſpeciatim meminit, non dixerim.

*Anonymi* נצחון *Argentoratenſe* ſeu Wagenſeilianum in Telis Igneis Satanæ, de qvo Parte I. p. 738.

*Anonymi* נִצָּחוֹן *Hanovienſe*, de qvo ibidem p. 739.

*Anonymi*, Judæi Vilnenſis, נִצָּחוֹן vidi MS. in Bibliotheca R. Oppenheimeri in 4. volumine duorum digitorum latitudinem æqvante. Collectus hic calumniarum cento erat ex Nizzachon Lipmanni, & libro Chiſſuck Emuna.

*Anonymi* נִצָּחוֹן MS. foliorum 20. exſtat in Nobiliſſ. Uffenbachii Bibliotheca incomparabili, & diligentius recenſetur a Cl. Majo, in Catalogo Bibliothecæ illius Part. I. p. 384. ſqq. qvi & editionem ejus cum verſione ſua Latina pollicetur. R. Nathan & filius ejus R. Aſai ibi diſputantes introducuntur. Vide plura in Supplementis Partis I. ad R. *Lipman*.

*Anonymorum* ſcripta varia nominat *Seb. Munſterus* in præfat. ad Evangelium Matthæi, nempe librum אמונות, librum הגלוי vel, ut legendum puto, התלוי i. e. de ſuſpenſo, & כוית תחת תשובה על המינים i. e. *uſtio* ſeu *flamma loco reſponſionis pro hæreticis*.

Adjiciam his, qvæ B. *Rudolphus Capellus* in calce Pugionis Fidei *Raymundi Martini* ſua manu notaverat ſcripta Judæorum Anti-Chriſtiana:

*Perguntas* (lege *Preguntas* i. e. *quæſtiones*) contra N. T. 4. MS. Hiſpanice Cl. Maſius legerat.

*Liber Reſponſorius* Judæorum ad qvæſtiones Chriſtianorum a Judæo propoſitus, per dialogum Hiſpanice.

*Confirmatio fidei Judaicæ* contra Chriſtianos Hiſpanice.

*Refutatio N. T.* MS. meæ Bibliothecæ ex Hebræo, Rabbinico & Hiſpanico ſermone in Germanic. tranſlata in 4.

*Explicatio locorum* Scripturæ Synagogæ contra Chriſtum, a Gentio congeſta: MS. in 4.

Huc usqve B. *Rud. Cappellus*.

*Abarbanelis* (Iſaaci) varia huc pertinent, inprimis משמיע ישועה & commentarius in Danielem: qvemadmodum Interpretes Judaici hinc inde

inde in commentariis ſuis cauſam Chriſtianorum nunc per cuniculos, nunc aperte, petunt.

*Albo* (Joſephi) liber Hiſpanicus contra Chriſtianos, non exſtans, de qvo Parte I. p. 862. p. 504.

*Amram*: v. Jacob b. Amram.

*Arama* (Iſaac) חֲזוּת קָשָׁה edit. n. 1257. p. 687.

*Chajim ben Maſuſa* in מָגֵן וְרוֹמַח MS. Vide Part. I. n. 616.

*Engelsberger* (Frider. Fonſeca) תולדות ישו MS. vid. n. 1836.

*Jac. ben Amram*, MS. Latinum: vide n. 1022.

*Jacob ben Ruben* מִלְחֲמוֹת יְהוָה vide n. 1106.

*Jechielis* diſputatio cum Nicolao apud Wagenſeilium in Telis Igneis Satanæ: v. n. 988. Confer Catalogum Bibliothecæ Uffenbach. Part. I. p. 386. ſqq.

*Iſaac ben Abraham* חזוק אמונה apud Wagenſeilium. Conf. qvæ ſcripſi in Acceſſionibus ad R. Mardochæi Tract. de Karæis & vide Part. I. n. 1145.

*Iſaac Judæus* MS. vide n. 1198.

*Iſaac Nathan* תּוֹכַחַת מַטְעָה non exſtans vide Part. I. p. 464. & 683.

Ejusdem מִבְצַר יִצְחָק MS.

*Iſaac Onkeneira* פּוֹרַת יוֹסֵף MS. Vide Part. I. n. 1154.

*Kimchi* (David) reſponſiones contra Chriſtianos in calce commentarii ejus in Pſalmos.

*Kimchi* (Joſeph) סֵפֶר הָאֱמוּנָה item מִלְחֲמוֹת הַשֵּׁם MS. vide n. 967.

*Lipman* נִצָּחוֹן n. 1364. ab Hackſpanio editum: de aliis hujus tituli ſcriptis vide in limine hujus recenſionis inter Anonymos.

*Lumbroſo* (Jac.) Propugnaculum Judaiſmi, MS. v. num. 1070.

*Lupercius* (Iſaac.) MS. vide n. 1226.

*Matatja* נִצָּחוֹן MS. vide n. 1677. & p. 739. Partis I.

*Menaſſe ben Iſraël*: vide Part. I. p. 786.

*Mordechai ben Jehoſapha* מחזיק אמונה MS. v. num. 1478.

*Moſes Gerundenſis*: vide n. 1537. Non exſtat.

*Moſes Nachmanides*: apud Wagenſeilium. Vide Part. I. p. 881.

*Moſes Tordeſillenſis* עֵזֶר הָאֱמוּנָה MS. vide Part. I. n. 1584.

*Natha-*

Digitized by Google

*Nathanaelis Eliæ*, Judæi, ſcriptum Germanicum de Chriſto ejusqve regno, adverſus Chriſtianos conditum, & in Bibliotheca qvadam Roterodamenſi a ſe lectum memorat *Joh. a Lent* in Theologia Judaica hodierna p. 136.

*Nathan Elias*, MS. germanic. vide n. 1741.

*Neſtor* Ex Chriſtianus: MS. vide num. 1707.

*Orobio* (Iſaac) apud Limborchium in Collatione cum erudito Judæo. Confer Part. I. n. 1155. Alia ejus huc itidem pertinentia occurrent in Supplementis ad Partem I. Confer interim Cl. Jac. Basnage in Hiſtoria Judaica noviſſimæ editionis Tom. IX. p. 1046.

*Peripoth Duran* אִגֶּרֶת vide n. 1854. & qvæ in Supplementis afferentur.

*Perizol* (Abrah.) מָגֵן אַבְרָהָם *clypeus Abraha* MS. vide Part. I. n. 117. 3.

*Schelomo Hirſch*: MS. Vide n. 1968.

*Schem Tov ben Iſaac Sprot* אֶבֶן בּוֹחַן vide n. 2157.

*Vidal ben Levi* קוֹדֶשׁ קֳדָשִׁים MS. vide n. 563.

*Zevi* (Salman.) Theriaca Judaica. Vide n. 576.

## V. *Apologia Judæorum pro gente & religione ſua.*

Pauci qvidem ex Judæis occupati fuerunt in amoliendis a ſe, qvas vocant, calumniis vel ſuſpicionibus malis, qvorum hæc habe nomina:

*Cardoſo* (Iſaaci) Doctoris Medici Hiſpani & Judæi relapſi *Excelencias de los Hebraos Amſtelod.* 1679. 4. In hujus libri Parte altera, qvæ inſcribitur *Las excelencias y calunias de los Hebraos* vindicare auctor conatur gentem ſuam 1) ab idololatria. 2) odore fœtido. 3) habitu ſqvalido & ſanguinis fluxu. 4) precatione contra Chriſtianos ter repetita. 5) ſeductione Chriſtianorum ad Judaiſmum. 6) perfidia adverſus Principes. 7) impietate & crudelitate. 8) corruptione Sacri Codicis. 9) everſione ſacrarum Imaginum. 10) cæde infantum, qvorum ſanguine uti poſſint. In his amoliendis verſatur auctor a p. 333. ad 431. ſeu finem totius commentationis.

*David de Aſcoli*, Apologia pro Hebræis, *Argentorati* 1559. ſcripta occaſione mandati Pauli IV. Pontificis, qvo Judæi habitu pilei ſe ab aliis diſtinguere jubebantur. Illius libelli cauſa is in longum carcerem conjectus eſt. Vide la Galleria di Minerva Tom. III. p. 268.

*Leonis Karmi* Pſeudonymi, & fortaſſe Judæi, de charitate & benevolentia a Chriſtianis erga Judæos habenda, ab Evangelica Lege extractus, libellus unus *Amſtelod.* 1643. 8. pp. 116. de qvo paulo poſt plura afferemus. Fuit ille inter MSS. Menaſſe ben Iſraël inventus: an vero & auctor illius ſit, non conſtat. Fortaſſe aliqvis Pſeudo-Chriſtianus in ejus gratiam, qva apud multos valebat, a ſe conſcriptum ipſi dedit. Vide Part. I. Biblioth. p. 786. & Cl. *Schudtii* Memorabilia Judaica Parte IV. Continuat. II. p. 102.

*Menaſſe ben Iſraël* Vindiciæ Judæorum, or a Letter in Anſwer to certain Qveſtions propounded by a noble and Learned Gentleman touching the reprouches caſt on the Nation of the Jewes, wherein all objections are candidly and yet fully cleared: Anglice Lond. 1656. 4. pp. 41. recuſ. ibidem 1707. 8. in *Phœnice* ſeu Collectione variorum Tractatuum Anglican. Tom. II. pag. 391. ſqq. Vide qvæ dixi Parte I. p. 785. & qvæ addentur in Supplementis de hujus ſcripti occaſione: Hunc, credo, Tractatum innuit Menaſſe, qvando in P. Felgenhaueri libello, qvi dicitur *Bonus Nuncius Iſraëli*, p. 110. ſcribit, ſe librum Anglic. de fidelitate Judæorum & utilitate ex iis capienda feciſſe.

*Nicholas* (Eduard.) Pſeudonymus, & procul dubio Judæus, ſcripſit Hiſpanice *Apologia por la noble nacion de los Judios.* Eam an. 1649. comparuiſſe teſtatur Cl. Jac. Baſnage Tom. V. Hiſtor. Judaicæ pag. 1848. Legi ego alicubi, *Anglice* qvoqve exſtare, de qvo non puto dubitandum, cum alioqvin in Anglia non multum fuiſſet profutura. *Belgice* prodiit cum *Spe Iſraëlis* R. Menaſſæ, belgice edita *Amſtelodi* 1666. 12. Conſtat ibi paginis 26. *Hiſpanica* recuſa eſt *Smyrnæ* an. 419. C. 1659. 12. teſte Bartoloccio, in Append. ad Tom. III. Biblioth. Rabbin. p. 941.

*Davidis de Pomis*, Medici Hebræi, *Enarratio de Medico Hebræo Apologica, in qua tum quamplurima præclara alia notatu digna repperiuntur, tum etiam, quod magna inter Hebræum & Chriſtianum adſit affinitas, quodque mutua inter utrumque eorum dilectio (jure divino) eſſe debeat, pervalidis rationibus paſſim demonſtratur. Venet.* apud Jo. Variſcum 1588. in 4. pp. 127. dimidiis. Scriptio qvoad titulum unice ad Medici Judæi cauſam agendam ſpectat; ſed lectio ipſa opuſculi oſtendit, totam ſcriptionem longius ſpectare & Judæorum cauſam ornare in univerſum, qva de re dicemus in Supplementis fuſius.

*Viva*

*Viva* (Iſaac) *Vindex ſanguinis*, h. e. Vindiciæ ſecundum veritatem, qvibus Judæi ab infanticidiis & victima humana vindicantur contra *Jac. Geuſium*, *Amſtelod.* ac deinde *Norimbergæ* 1681. in 4. cum Theriaca Judaica. Vide Part. I. n. 1186.

*Zevi* (Salman) Theriaca Judaica: vide Part. I. n. 576.

## VI. Obſervationes miſcellaneæ de Judæis converſis eorumque converſione.

*Impedimenta* converſionis præter *Meelführerum* in Cauſis Synagogæ errantis & alios, inter Scriptores jam citatos, recenſuerunt *Hottingerus* in Theſauro Philolog. pag. 10. *Hoornbeckius* de convincendis Judæis p. 11. ſqq. & in Prolegomenis p. 35. ſq. Cl. *Georg. Elieſer Edzardus* in notis ad cap. I. AvodaSara p. 319. *Lancellot Addiſon* in the preſent State of the Jews p. 224-237. *Wagenſeil* in Spe Iſraëlis p. 99. ſq; *Diſenbachius* in Judæo Convertendo p. 132. ſq. *Jo. Andr. Eiſenmengerus* Part. II. c. 18. *Jo. Jac. Schudt* in Memorabilibus Judaicis Part. II. lib. 6. c. 29. pag. 141. ſq. *Richard Kidderus* in Demonſtrat. Meſſiæ Part. II. cap. I. toto.

Inter ea numerat injurias & contumelias, qvibus vexari ſolent, *Jo. Wulferus* ad Theriac. Judaic. p. 333. ſq.

*Concionum*, in uſum Judæorum publice habitarum, exempla habes apud Hoornbeeckium in prolegomenis ad lib. de convincendis Iudæis pag. 22. ſpq. *Romæ* eas inprimis & freqventer habitas eſſe oſtendit *Wagenſeilius* in Pera Iuvenili Loculam. II. p. 129. in Synopſi Geographiæ, & in præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 90. nec non *Iulius Bartoloccius* Tom. III. Biblioth. Rabbin. p. 748. ſq. *Ferraræ* item: videatur idem Wagenſeilius in præfat. ad librum: Belehrung von der Jüdiſch-Teutſchen Red- und Schreib-Art H. 3. ſq. & aliis in locis, de qvibus legi poteſt Cl. *Thomas Crenius* in præfat. ad Helvici Elenchos Iudaicos pag. 47. & *Martinus Diſenbachius* in Iudæo Converſo p. 64. ſqq. & p. 95.

Laudant hoc inſtitutum, tanqvam egregium procurandæ emendationis ſubſidium; *Wagenſeilius* pag. 100. præf. ad Tela Ignea, *Diſenbach* l. c. (qvamvis id interdum parum prodeſſe ipſe p. 173. fateatur) & *Meelführerus* de Cauſis Synagogæ errantis §. 14. & plures alii a *Schudtio* citati

citati in Memorabilibus Iudaicis Part. II. lib. 6. p. 114. ſq. & Part. I. lib. 4. p. 244. ſq.

Iudæi qvidam *miro* & *ſingulari modo* converſi: vide Cl. *Schudt* in Compendio Hiſtor. Iudaic. p. 521. ſq.

Ex *dialogo* converſi: Difenbach in Iudæo Converſo pag. 73.

Per *hymnos*: idem p. 73. & in Iudæo Convertendo p. 115. & Cl. *Schudt* in Memorabilibus Iudaicis Part. II. lib. 6. c. 29. p. 125. ſq.

Per *Somnia* Difenbach in Iudæo Converſo p. 75. & *Schudt* l. c. p. 130.

Per *Viſiones*: Difenbach l. c. p. 76.

Per *lectionem Novi Teſtamenti*: vide *Dorſchei* Theologiam Zacharianam Part. II. Diſp. I. p. 48. *Difenbachium* in Iudæo *Convertendo* p. 56. & 115. in *Converſo* p. 169. & *Schudtium* in Memorabilibus Iudaicis Part. II. lib. 6. c. 29. p. 128. ſq.

Ridiculi qvidam, aut alii improbandi, Iudæos convertendi, modi referuntur & exploduntur a *Difenbachio* in Iudæo convertendo p. 97. ſq. & *Schudtio* in Memorab. Iudaic. Part. II. lib. 6. p. 100. ſqq.

Per *Philoſophiam* converti eos debere, auctor eſt *Wachterus* p. 126. libri qvem Spinoſiſmum in Iudaiſmo inſcripſit.

Iudæi inter medios ultimi ſupplicii dolores, vel ſub illos, converſi: vide Wagenſeil. præfat. ad Belehrung von der Jüdiſch-Teutſchen Red- und Schreib-Art plagula D. 2. *Sigismund. Hosmannum* im Juden-Hertz p. 290. ſq. *Difenbach* in Iudæo Convertendo p. 7. ſq. p. 154. ſq. & in Converſo p. 5. & 9. ſq. & p. 54. item *Schudtium* in Memorabil. Iudaic. Part. II. lib. 6. c. 29. p. 135.

Judæi *difficulter* convertuntur: vide hanc in rem variorum teſtimonia apud Difenbachium in Judæo Converſo p. 121. & 316. Adde Hamburgiſche Hiſtoriſche Remarques 1704. p. 164. Confer paulo ante citatos de impedimentis Converſionis Judæorum.

Per *diſputationes* nihil hic efficitur; v. Schudtii Memorabilia Judaica Part. II. lib. VI. p. 117. ſq.

Nec per allata veterum *Rabbinorum* loca: vide *Iac. Guſſeti* præfat. ad Ternionem Controverſiarum Judaic. & quæ ſupra inter Scriptores Anti-Judaicos ſub nomine ejus monui.

Exemplum nimii ſtudii, in Judæis convertendis collocati, habes apud Difenbachium in Judæo Converſo p. 35. in notis.

*Roma*

*Romæ* huic negotio multa cura impenditur : vide Bartolocc. Bibliothec. Rabbinic. Tom. III. p. 750. ſqq. ubi habes ſeriem illorum, qui huic operæ incumbunt. Ibidem enarrantur p. 758. ſqq. beneficia, quibus Papæ Romani Judæos ad CHRISTI ſacra invitarunt.

*Francofurti ad Mœnum* permulti ſunt converſi : v. Mart. Difenbachium in Judæo Converſo, p. 60. & inprimis Cl. *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. II. lib. VI. c. 28. p. 83. ſqq. 111. ſqq. & Part. IV. Contin. II. p. 250. ſq. nec non *Lersnerum* in Chronico Francofurt. lib. II. c. 9. fol. 40. ſq.

*Hamburgi* ſtrenue hic verſatus eſt B. *Esdras Edzardus*, nec ſegnius idem adhuc agunt Filii, Patre digni, *Georgius Eliezer*, & *Sebaſtianus*, inprimis vero poſterior.

In *Hiſpania* an. 1492. cum memorabile illud Iudæorum exilium procuraretur, *Vincentii Ferrerii*, ex Ordine Prædicatorum, cura, ducenta millia Iudæorum & amplius ad deſerendum Iudaismum compulſa fuiſſe teſtatur *Iuchaſin* p. 134. quod intelligendum puto de tota expulſorum & converſorum ſumma junctim ſumta, niſi hyperbolen potius, Iudæis admodum receptam, locum hic habere exiſtimes. Certe Io. Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. XIX. c. 12. tradit, Iudæos ad triginta quinque millia tantum Chriſto nomina dediſſe.

A vero multum abeſt *Rob. Bellarminus*, Tom. II. Controverſ. lib. IV. c. 12. p. 340. ſcribens ; hæretici nunquam leguntur convertiſſe ullos Ethnicos aut Iudæos ad fidem, ſed tantum pervertiſſe Chriſtianos. Vide tu in contrarium *Difenbachium* in Iudæo Converſ. p. 83. & *Schudtium* in Memorabilibus Iudaicis Part. II. lib. 6. p. 119. ſq.

Iudæorum converſorum catalogum habes apud *Wagenſeilium* in Spe liberationis Iſraelis p. 131. ſq. *Georg. Calixtum* §. 37. de auctoritate Scripturæ S. *Henichium* de Veritate Relig. Chriſt. p. 350. *Hottingerum* in Theſ. Philolog. cap. 1. Sect 3. *Io. Mullerum* in prolegomenis ad Iudaismum, p. 11. *Godofred. Olearium* in appendice ad concionem ſuper baptismum Iudæi habitam, de qua ſuo loco ; *Henr. Kahmannum* in epiſtola vernacula de nonnullis ex Iudaismo converſis, *Thom. Crenium* in præf. ad Helvici Elenchos Iudaicos p. 41. *Gottfr. Weberum* in diſſ. de Ex Iudæis Chriſtianis, *Berolini* in 4. ſine anno plagg. 3½ ordine literarum, ſed exigua cura & diligentia. Ibi p. 3. refertur, *Ioh. Gottfrid. Olearium* in Abaco Patrologico promiſiſſe Nu-

bem ſive Syllogen Ex Iudæorum. Idem ſæpe provocat ad Rumetſchii Conjecturas ultimi temporis.

Iudæos converſos ut plurimum fraudis plenos eſſe & converſionem tantum ſimulare, ſunt, qui tradunt & exemplis evincunt. Lege inprimis *Schudtii* Memorabilia Iudaica Part. III. lib. VI. cap. 29. pag. 83. ſqq. & *Io. Wülferi* notas ad Theriacam Iudaicam pag. 333. ſqq. & pag. 207.

Iudæi ſaltem id credi de ſuis volunt: vide Salomonis b. Iehuda Hiſtoriam Iudaicam ex verſione Gentii p 328. ſq. & Salman Zevi in Theriaca Iudaica p. 297. qui inter centum vix unum ex animo Iudaiſmo nuncium mittere affirmat.

Converſi Iudæi in maximo *odio* apud olim ſuos verſantur. Lege *Io. Wulferum* ad Theriacam Iudaic. p. 204. ſq. *Wagenſeilium* in præfat. ad Belehrung von der Jüdiſch-teutſchen Red- und Schreibart/ *Georg. Dedekennum* Volum. I. Conſil. Theologic. Part. II. p. 102. *Marc. Diſenbachium* in Iudæo Convertendo p. 142. ſqq. & in Converſo pag. 98. ac 102. & *Iac. Basnage* in Hiſtoria Iudaica Tomo VIII. p. 396. IX. p. 548. 732. 740. 807. & 1085.

In Hiſpania ſpeciatim ſimulationis hujus ac fraudis exempla frequentiſſima ſunt. Vide *Schudtii* Memorabilia Iudaica Part. I. pag 144. ſq.

Exemplum Iudæi, ſæpe baptiſati, habes apud *Neandrum* in Erotematibus Lingvæ Hebr. p. 500.

Iudæorum *relapſorum* exempla lege apud Difenbachium in Iudæo Convertendo p. 5. ſq. & *Schudtium* in Memorabil. Iudaic Part. IV. Continuat. II. p. 250. ſq. & *Serpilium* in Iudæo Perverſo & Converſo pag. 24. ſq.

*Ex Iudæi* quidam inter Chriſtianos munere ſacro functi ſunt, nominatim *Chriſtianus Gerſon*, *Georg. Philip. Lichtſtein*, (de quo Difenbachius in Iudæo Converſo p. 60. ſq. & *Frideric. Ragſtatt de Weile*, de quibus ſingulis dixi in Biblioth. Hebræa, in qua etiam illi comparent, qui aliquid in literas retulerunt. Vide catalogum Scriptorum Ex Iudæorum contra Iudæos ſupra allatum.

Ex Iudæi ſinceri & conſtantes recenſentur a *Schudtio* in Memorabilibus Iudaicis Part IV. Continuat. II. p. 287. ſqq. & Part. II. lib. VI. c. 29. p. 86. ſq. De iis, qui per vim converſi erant, & ad priſtinam ſuperſtitionem redierunt, lege eundem p. 102. ſq.

VII.

Digitized by Google

## VII. *Index concionum, quæ in Judæos converſos & baptiſandos habitæ ſunt; aut narrationum de iisdem inſtitutarum.*

*Albrecht* (Georg.) Conciones Miſcellaneæ p. 357. & 373.

*Andreæ* (Iacobi) Bericht von einem Juden / der anno 1553. zu Weiſſenſtein in Schwaben iſt gerichtet / und vorher zum Chriſtl. Glauben und der Heil. Taufe gebracht worden. Prodiit ſcriptio hæc ſeorſim, & deinde inſerta eſt *Bidembachii* Conſiliis Theolog. Decad. IV. Conſil. X. pag. 411. ſq.

*Bunting* (Henr.) Parte II. Chronic. Brunsvic. & Luneburg. p. 539. ſq. agit de duobus Iudæis, altero in pertinacia hærente, altero converſo. Conf. Casp. Titii Locos Theolog. Hiſtoricos Tit. XVI. p. 840. Plures ejusmodi narrationes indicat B. Martinus Difenbach in Iudæo Converſo p. 5. ſqq.

*Biſchof* (Melchioris) Bericht von der Chriſtl. Tauffe eines gebohrnen Jüden von Franckfurth am Mayn / zu Coburg geſchehen an. 1612. ſamt einer Tauff-Predigt von den Jüdiſchen Fabeln und beſtändiger Warheit Evangel. religion. Erfurt 1614. 4.

Ejusd. Tauff-Predigt über einen Juden ſuper 2. Pet. IV. 16-19. Schmalcald. 1578. 4.

*Bertbold* (Gottfrid) Paſtoris Barbienſis, dreyfaches Juden-Bekenntniß / welches ein Jüdiſcher Vater / Mutter und Tochter zu Barby an. 1708. abgeleget / und darauf nebſt dem Sohne getauffet / nebſt einem Tauf-Sermon. Zerbſt. 1708. 4.

*Bezelii* (Chriſtoph.) Paſtoris Primarii in Eccleſ. German Holmienſi, Herrlichkeit des Chriſtenthums / welche GOtt 2 Jüdiſchen Männern *Iſrael Mandel* und Moſes Iacob nebſt ihren Weibern und Kindern an. 1681. kund gethan / in einer Predigt ſuper Matth. 18. 1. gewieſen / nebſt Erörterung der Frage: ob eine allgemeine Bekehrung der Juden zu hoffen? vid. p. 251. Stockholm / 1681. 8. pp. 291. cum figuris.

*Boſe* (Paul) Sermon bey einer Juden-Tauffe Dresd. 1692. v. Nic. Hanſii Geiſtlicher Redner p. 1740. ſqq.

*Clauſen* D. & (Thomas) Superintend. per Holſatiam Generalis concio ſuper Judæam *Mammeda* in Evangel. Feſti Annunc. Mariæ, *Hamburg*. 1721. 4.

*Difenbach* (Martin.) Judæo ſuo Converſo, *Francof. ad Man.* 1709. 4. edito duas ſubjecit conciones, alteram ſuper *Joh.* I. 45. ſq. alteram ſuper *Geneſ.* XLIX. 18.

*Draconitis*, (Joh.) Bericht von der Tauffe des Juden Gerſon mit Weib und Kindern / Marpurg. 1545.

*Elert* (Herman.) Jüdiſche Finſterniß und der ChriſtenLicht / Rinteln 1649. 4.

*Flinspach* (Cunman) V. D. Miniſtri Bipontani Unterweiſung eines ungläubigen Juden *Argentor* 1555. Ibi ejusmodi inſtitutio ſvadetur, quæ fuit efficax apud puerum 13. annorum.

*Foxe* (Joh.) Angli concio baptismalis Angl. ubi enarratur cap. XI ad Roman. *Lond.* 1578. 8.

*Gleich* (Joh. Andr.) abgezogene Decke von dem Hertzen eines Juden / über 2 Corinth. III. 15-18. Dresd. 1700. Vide eam concionem in Nic. Haaſii Geiſtlichem Redner p. 1743. ſq.

*Gerdes* (Joh.) Stargardiſche Juden-Tauffe / oder Bericht von einem getaufften Juden.

*Goltz* (Henr.) Tauff-Predigt über Hoſ. XIII. 9.

*Haſii* (Nicol.) Geiſtlicher Redner edit. II. p. 1174. 1181. 1184. ſqq. 1740. & 1743. ubi & exempla concionum, & apparatus ad easdem habendas exhibentur.

*Heineccii* (Joh. Michaalis) Paſtoris ad D. Ulrici Halenſ. & Scholarchæ Fall und Aufferſtehen vieler in Iſrael / concio ſuper baptiſmo Gerſonis Marci Hal. 1708. 4.

*Hesbuſii* (Henr.) D. & Superint. Hildeſienſis Bericht von einem bekehrten Juden / ſo die Tauffe vergeblich geſuchet / und doch durch GOttes Gericht wunderbahrlich zur Erkentniß ſeiner Sünden gekommen / und die Tauffe erlanget. *Lipſ.* 1596. 4. plagulis 4. Auctor a *Draudio* minus recte prænomine *Tilemanni* vocatur p. 231. Biblioth. Claſſ. German. Conf. Difenbachii Judæum Converſ. p. 5. Eadem narratio exſtat in *Georg. Dedekenni* Conſiliis Theologic. Vol. I. p. 443. ſqq.

*Heuniſch* gerader Himmels-Weg mit drei Stuffen / concio ſuper baptismo R. *Moſis Aaronis* Cracov. *Schwinfurti* 1696.

*Hofkuntz* (Chriſtian.) V. D. Miniſtri Torgavienſis, Beſchreibung der H. Tauffe / ſo dem Juden Eſaias Abraham an. 1706. in Torgau wiederfahren: Leipzig 1706. 4.

*Hogeri*

Digitized by Google

*Hoyeri* (Franc. Hermanni) bekehrter Jude / oder Carl Chriſtian Edzard, ſo vorhin geheiſſen R. Baruch ben Jacob Confeſſion und Tauff-Actus: Helmſt. 1679. 12. pp. 172. Hanc ſcriptionem valde laudat *Diſenbach* in Judæo Convertendo p. 109.

*Köbleri* (Martini) V. D. Miniſtri Francofurt. ad Mœnum Juden Licht / und Bericht von Bekehrung Johan Danielis an. 1607. MS. in fol. allegatur a Cl. *Schudtio* in Compendio Hiſtor. Judaicæ p. 521.

*Lehman* (Joh. Chriſtoph.) Prediger Schatz Centur. V. Part. I. p. 887. & Part. II. p. 293. ſq.

*Lucii* (Joh. Andreæ) das aus den Jüden kommende Heil ſuper Joh. IV. 22. *Dresd.* 1677. 4.

*Lungershauſen* D. (Ioh. Iac.) Antiſtitis Mulhuſini Tauf-Sermon bey der in Mülhauſen gehaltenen Tauffe 2 Jüdiſchen Perſohnen beyderley Geſchlechts. Jena 1719. 4. ubi variæ Iudæorum objectiones convelluntur.

*Mühlman* (Ioh.) Archidiac. ad D. Nicol. Lipſ. Juden Predigt ſuper Rom. XI. 25-32. in Lehmanni Prediger Schatz Centur. V. Part. II. pag. 293. ſq.

*Olearii* (Gottfridi) Superintend. Halenſ. Chriſtliche Juden-Tauff-Predigt bey Chriſtian Jacobs Tauffe / ſuper Ezech. 36. v. 25-27. dabey mit angefügt eine Anzahl getauffter Jüden. Halle 1678. 4. Recuſa hæc concio eſt in Nic. Haaſii Geiſtlichem Redner p. 1174. ſqq.

*Peterſen* (Ioh. Wilh.) Glaubens-Bekenntniß eines ſich zum Chriſtenthum bekehrenden Juden / in Spruch Catechiſmo Lipſ. 1689. 12. edito, p. 371-402.

*Pape* (Pet. Sigismund.) Gottgeheiligte Wochen-Predigten p. 374. ſuper 2. Cor. III. 15. 16.

*Qvandt* Jüden-Predigt / Königberg 1710. 4.

*Rechbinderi* (Pet.) D. & Superint. Luneburg *Judæus baptiſatus*, oder Bericht von einem in Lüneburg an. 1659. 28. Dec. getaufften Juden *Hamburg.* an. 1660. 8. Ibi recenſetur hiſtoria baptiſmi peracti una cum quæſt. ac reſponſionibus propoſitis ac datis.

*Ritteri* (Sebaſt.) Juden-Predigt / quæ exſtat in Philippi Iac. Speneri Leichen-Predigten p. 286. Part. II.

*Rothe* (Matthiæ), Senioris Hervordenſis, Hofnung Iſraels zu ſeiner Bekehrung bey der Tauffe *Marci Moſis*, ſuper Rom. XI. 25-32. Lipſ.

Ssſſſſ 3 1713.

1713. 4. pp. 124. Accedit in fine examen Catechet. ante baptiſmum collatum cum homine inſtitutum.

*Ruden* (Ioh. Iacob) Seelen Apotheck p. 582-605. ubi habetur Proceſs und Ordnung einer Juden Tauffe.

*Serpilii* (Georg.) Antiſtitis Ratisbonenſ. meritiſſimi Iudæus Perverſus & Converſus *Ratisbon.* 1707. in 4. plagulis 10. ubi præter concionem in baptiſmum Ioſ. b. Wolf. Levi habitam exhibetur Neophyti confeſſio cum methodo informationis apud eum antea ſuſceptæ. Conf. Unſchuldige Nachrichten 1707. p. 749.

*Saltzmann* (Balthaſ. Frider.) Jüdiſche Brüderſchafft ſuper Pſalm CXXII. 8. 9. an. 1660.

*Schoenmanni* (Franc. Henr.) Paſtoris ad D. Pauli in Clivo Hamburgenſi, Collegæ mihi amiciſſimi, das durch GOttes Gnade gewonnene Juden-Hertz in der Perſon Simon Ioels, ſamt warhafften Bericht / was ſich dabei begeben. Hamb. 1711. 4. pp. 36.

*Sittig* (Joh. Conrad.) Miſcellan-Predigten Part. II. p. 542.

*Spener* (Phil. Jac.) v. *Ritter.*

*Ferellii* (Joh.) Juden-Tauffe über 2 Juden zu Halberſtadt 1605. Helmſtadt 1606. 4. iterumque *Goslar.* in 8. ſine anno notato. Illuſtratur ibi vaticinium Jacobi de Schilo *Geneſ.* 49.

*Wagner* (Joh.) Juden-Tauffe über Actor. II. 37-39. ſuper baptiſmum *Pauli Chriſtiani* Brunſvig. an. 1621. 4.

*Waldſchmid* (Bernhard.) V. D. Miniſtri Argentorat. Acht Juden-Predigten bei ihren Tauffen: Franckf. 1648. 4. ſub tit. *Judæorum ſecta feralis.*

*Weickmann* (Joach.) Senioris hodie Gedanenſis, dreifaches Juden-Bekenntniß bei der Tauffe 3 Juden zu unterſchiedenen mahlen. Lipſ. 1703. 4.

*Wilcke* (Joh. Ludov.) Einladungs- und Vorbereitungs-Predigt zur Juden-Tauffe / über 1 Corinth. IV. 23. 24.

*Wipperman* (Franc.) zerbrochener / aber wieder eingepfroffter Oelzweig über Rom. XI. 13-27.

*Wild* (Joh.) Chriſtl. Catholiſche Buß-Predigten fol. 135. ſq.

*Wulfer* (Daniel) der verkehrte / doch wiederbekehrte Thomas, über Johan. XX. 24. ſq.

*Zarvoſſii* (i. e. צרפתי, Galli) Ern. Chriſtiani Bekehrungs-Predigt aus dem Judenthum. *Witteb.* 1669. 4.

VIII.

Digitized by Google

## VIII. Catalogus eorum, qui de optima ratione & via Judæos convincendi ſigillatim præceperunt.

Ejusmodi Scriptorum mentio quidem jam inter eos facta eſt, qui ſupra tanquam Scriptores Anti-Judaici commemorati ſunt: cum vero nonnulli huc deſtinato conſilio operam ſuam retulerint, eos hic ſpeciatim putavi recenſendos, ſive antea laudati ſint, ſive minus. Huc itaque pertinent illi omnes, qui Collegia ſeu Inſtitutiones Paſtorales pleniores ediderunt, nominatim *Joh. Guntherus* in Collegio Paſtorali p. 146. ſq. qui potiſſimum de proceſſu baptiſmi legentem inſtruit, *Jo. Philip. Hartmannus* in Paſtorali Evangelico p. 1175. ſq. *Jo. Frideric. Mayerus* in Muſeo Miniſtri Eccleſiæ Part. III. & diligenter admodum *Gottfrid. Olearius* in Collegio Paſtorali Part. I. c. 6. p. 65. ſqq.

Nec minus Scriptores *Conſiliorum Theologicorum* & *Caſuum Conſcientiæ* paſſim huc afferunt non contemnenda, v. c. *Georg. Dedekennus* in Conſiliis Theologic. Tom. I. pag. 423. ſq. *Bidembachius* in Conſil. Theolog. *Phil. Jac. Spener* in Theologiſchen Bedencken Part. IV. Art. 1. p. 87.

Sic & auctor Anonymus der erweiterten Juden-Geiſſel E. F. Heſſii p. 620. ſqq. media Judæos convertendi Eccleſiaſtica, Politica & Scholaſtica collegit.

Ex reliquis, vel ſingularibus commentationibus, vel data occaſione, de hoc argumento exponentibus, notandi ſunt

*Anonymus* in tract. Germanico: warum die Juden in ihren Irthum ſo ſehr beharren.

*Anon.* Allerunterthänigſte Addreſſe an ſeine Königliche Majeſtät in Preuſſen/ die Bekehrung der Juden betreffend/ gedruckt in Franckenland 1720. 4. 2. Bogen.

*Basnage* (Jac.) in Hiſtoria Iudæorum Tom. IX. pag. 1089. ſqq. edit. ſecundæ.

*Theodori Matthiæ Beckmann*, I. V. D. Conſulis Eſſenſis in Friſia Freundliche Einladung zum friedlichen Geſpräch und Unterſuch der Prophezeyhungen Altes Teſtaments von der Juden bald bevorſtehenden ſo leib-als geiſtlichen Erlöſung 1707. 4.

*Danhauer* (Ioh. Conrad) conſilia huc ſuppeditat in Lacte Catechetico Part. V. p. 1380. in Chriſtoſophia p. 369. ſqq. & in Vale Triumphali pag. 17.

*Edzardi*

*Edzardi* (Eſdras) vide ſupra inter Scriptores Anti Iudaicos.

*Diſenbachius* (Martin.) in Iudæo ſuo *Convertendo* & *Converſo*, de quibus ſupra, hoc unice egit, ut judicia & conſilia doctorum Virorum exemplis & uſu confirmata congereret & dijudicaret, qui proinde hic utramque facit paginam.

*Guſſet* (Iac.) Ternioni Controverſiarum Iudaicarum præmiſit Iudicium de *Diſputationibus cum Iudæis*, ubi ſpeciatim negat, teſtimoniis ex Rabbinorum ſcriptis petitis aliquid ponderis eſſe tribuendum: Sed vide quæ ipſe olim in contrariam ſententiam attuli in diſp. de Uſu Talmudis Elenctico, *Witteb.* 1706. 4. & Mart. Diſenbach. in Iudæo Convertendo p. 90.

*Leusdenius* (Iohannes) in Philologo Hebræo-mixto p. 387.

*Meelführer* (Rud. Mart.) de Cauſis Synagogæ errantis.

*Morus* (Henric.) in Opp. Theolog. lib. VII. Myſter. Magn. c. 2. pag. 251. ſqq.

Mulleri (Ioh.) V. D. Miniſtri Gothani Entwurff/wie mit den Juden freundlich umzugehen/ und von wahrer Hertzens-Bekehrung zu reden ſeyn möchte *Gieſſ.* 1715. iterumque *Lipſ.* 1720. 4. cum præf. Io. Henr. Maji, qui ibi tractatum quendam ſuum de Converſione Iudæorum ejusque mediis promittit.

*Placæus* (Ioſua) Gallus Reformatus, cujus libello manu exarato uſus eſt Wagenſeilius in Catecheſi pro converſione Iudæorum, quæ legitur in notis ad Tela ignea Satanæ p. 478. ſqq. Placæum eſſe ipſe Wagenſeilius ignoravit, detexit autem Guſſetius in præfat. ad Ternionem Controverſ. Iudaicarum §. 5.

*Polack* (Ioſephi) Ex Iudæi, nova, ſed inconſulta Iudæos convertendi ratio refertur a Cl. *Schudtio* in præfat. ad Iudæum Chriſticidam pag. 21. ſqq.

*Roſſiniolius* (Bernardin.) Pontificius, quem Poſſevinus Tom. II. apparatus p. 983. inprimis conſuli jubet lib. I. cap. 17. de virtutum actionibus.

*Spanhemius* (Frider.) de cauſis incredulitatis Iudæorum & mediis Converſionis, Lugd. Bat. 1678. 8.

*Schudt* (Ioh. Iac.) Compendio Hiſtor. Iudaicæ ſubjecit pag. 540. ſqq. Appendicem de ratione & methodo procedendi in promovenda converſione hominis Iudæi, ubi dialogi forma negotium expeditur.

*Spener* (Philip. Iac.) Theologiſche Bedencken Parte IV. p. 87. ſqq.

*Voſſi-*

Digitized by Google

*Voſſius* (Iſaacus) de Oraculis Sibyllinis c. XIV. pag. 270. ſq. non temere hic ſeqvendus, qvia non textum Hebraicum ſed τῶν LXX. adhiberi vult.

*Wagenſeil* (Ioh. Chriſtoph.) Vide ſupra inter Scriptores Anti-Iudaicos, qvibus adde ejus præfat. ad Tela Ignea Satanæ p. 98. & Catecheſin pro Iudæis p. 478. ſqq. ex *Placæo* potiſſimum, de qvo modo diximus, repetitam. Ad Conſilia Wagenſeiliana, in converſionis negotio data, nonnulla monent & animadvertunt *Diſenbachius* in Iudæo Converſo p. 219. ſq. & Cl. Schudt in Memorabilibus Iudaicis Part. II. lib. 6. p. 146. ſq.

*Wasmuth* (Matthias) vide inter Scriptores Anti-Iudaicos.

## IX. Scriptores Catechiſmorum, pro Judæis Germanice, aut pro Chriſtianis Hebraice exaratorum.

*Calvör* (Caſp.) de qvo ſupra inter Scriptores Anti-Judaicos, cujus opera ideo inprimis commendanda eſt, qvod dialecto Hebræo vernacula, præter Germanicam puriorem, concepta eſt.

*Curtius* (Sebaſt.) Kleiner Juden-Catechiſmus, das iſt Chriſtl. Bericht von dem Meſſia, wie derſelbe nach ſeiner Zukunfft / Perſon und Amt in den Schrifften Moſis und der Propheten zu heilſamer und ſeeliger Erkentniß beſchrieben / Caſſel 1650. 8. plagulis 8.

*Seufert* (Jo. Henr.) Adjuncti Pfortzheimenſis, Chriſtl. Jüden-Catechiſmus, oder Schrifftmäßige Einleitung eines Juden zur Erkentniß Chriſtl. Religion, ehedeſſen zur Unterrichtung einer Jüdiſchen Wittiben / Nahmens Hündlein / kürtzlich entworffen / nachgehends ferner ausgearbeitet / in 4. Hanc commentationem perſpicuam pariter & curatam Rever. Auctor manu exaratam mihi oſtendit, una cum notis, eundem Catechiſmum illuſtrantibus & diffuſioribus.

*Ejusdem* Specimen Operis Catechetici Judæo-Chriſtiani, oder Probe eines Chriſtl. Juden-Catechiſmi, german. *Durlaci* 1709. 4. 4. plagg. Confer Unſchuldige Nachrichten / 1710. p. 94.

Compendium illius operis Catechetici in dialectum Hebræo-vernaculam translatum ab Ex-Judæo *Philip. Nicod. Lebrecht* prodiit *Dresd.* 1719. 4. Vide ſupra inter Scriptores Anti Judaicos Ex Judæos ſub nomine *Philip. Nicod. Lebrecht.*

*Wagenſeilii* Catecheſin pro Judæis ſupra memoravimus.

Ttttt Adde-

Digitized by Google

Addemus his eos, qvi ex Chriſtianis doctrinam Chriſtianam, more catechetico, Hebræa Lingua expoſuerunt, qvoniam & hic labor Judæis tum convertendis tum converſis, ſi Hebraice gnari ſint, uſui eſſe poteſt. Huc ſpectant

*Claji* (Johan.) Catecheſis B. *Lutheri* minor qvadrilinguis, Hebr. (cum punctis) Latine, Græc. (ex verſione Joh. Mylii,) & German. primum qvidem *Wittenbergæ* an. 1572. & ibid. 1581, 1594. ac teſte *Draudio* Biblioth. Claſſ. Lat. p. 93. anno 1599. 8.

*Fabricius* (Theodoſ.) Catechiſmum Lutheri *hebraice* convertit, qvem *Mich. Neander* cum Græca interpretatione *Ioh. Volandi*, Witteb. 1582. 8. in lucem protulit, addita Lat. & German. dialecto.

*Iona* (Joh. Baptiſta) Ex Judæus, Roberti Bellarmini Doctrinam Chriſtianam, hebraice converſam, cum notis edidit Rom. 1658. & 1664. 4.

*Mayr* (Georg.) Petri Caniſii Catechiſmo eandem operam præſtitit, *Ingolſtad.* 1620. 12.

*Munſteri* (Sebaſt.) אֱמוּנַת הַמְּשִׁיחִים i. e. *Fides Chriſtianorum*, Hebr. & Lat. *Baſil.* 1582. 8.

*Nowellus* (Alexand.) Lancaſtrenſis, anno 1601. defunctus, Catechiſmum Lat. Græcum & Hebr. manu exaratum reliqvit, teſte *Imbonato* pag. 301. a.

*Neandri* (Conradi) Catecheſis minor Lutheri qvadrilinguis, M. Joh. Claji, Hertzbergenſis, opera qvidem antehac Rabbinice conſcripta, jam demum autem correctior & purior ex ipſis ſacris fontibus Hebr. cum radicibus in margine edita, retentis probatis verſionibus Germanica Lutheri, Latina Joh. Sauromani, & Græca Mich. Neandri, *Witteberg.* 1599. 8. Acceſſerunt ad eam in medio unum caput de Confeſſione, & in fine duo Symbola fidei, Nicenum & Athanaſianum. Hinc patet, aliam eſſe *Claji* verſionem Catechiſmi, magis ſcilicet *Rabbinicam*, aliam *Neandri*, *Biblicam* magis, adeoqve non cum altera, qvod paſſim fieri video, confundendam.

*Neandri* (Michael.) Compendium doctrinæ Chriſtianæ Hebr. Græc. Lat. & Germanic. ab ipſo *Witteberg.* 1583. 8. editum memoratur a Draudio in Biblioth. Claſſ. Lat. p. 93. Vide ſupra *Fabricius*.

*Tremellii* (Immanuelis) חֲנוּךְ בְּחִירֵי יָהּ *initiatio electorum Domini*, i. e. Catechiſmus Hebræus per interrogationes & reſponſiones de fide, præceptis & precibus ex ſententia Chriſtianorum præcipiens, apud

Rob.

Rob. Stephanum (adeoqve *Pariſiis*) an. 314. C. 1554. 8. Præmittitur Dedicatio Latina ad Chriſtophorum, Wirtembergiæ Ducem, qvæ in calce dicitur ſcripta Argentorati 1554. Hinc puto factum, ut a nonnullis libellus hic *Argentorati* editus eſſe putaretur. In hac monet idem, ſe libellum hunc Hebraice ſcripſiſſe, ut vel ſic allicerentur Iudæi ad ejus lectionem, cum, qvæ Hebraice ſcripta videant, ea contra ſe ſcripta ſuſpicentur, & vel ideo legant. Addit, ſe phraſibus uſum eſſe pure Hebraicis, & ex V. T. deſumtis. Conſtat plagulis 10. & abſolvitur qvatuor ſectionibus, qvarum I. de fide, II. de præceptis, III. de oratione, & IV. de ſignis fœderis præcipit. Hanc credo eſſe Catecheſin, qvæ Hebr. Gr. & Latine prodiit Lugd. Bat. an. 1591. qvamqve *Imbonatus* p. 312. tribuit Anonymo Calviniano. Idem p. 81. editionem Hebr. & Græcam Pariſienſem an. 1551, non ſine mendo, ut puto, memorat, præterea vero ab ea diſtinguit *Catechiſmum per interrogationem* Pariſ. 1554. 8. ed.

Quis ſit ille חנוך בחירי יה, qvi Hebr. & Græce a Colvillii, Profeſſ. Francofurt. manu an. 1670. deſcriptus in Biblioth. Regia Berolin. exſtat, non dixerim. Forte tamen non erravero, ſi a Tremelliano iſto diſtinctum non eſſe credam. Confer qvæ dixi Part. I. pag. 925. & hinc nonnulla ibi emenda.

## X. Scriptores de Converſione Judæorum aut univerſali, aut notabiliori, inpoſterum ſperanda vel non ſperanda.

*Anonymi* Judæorum Excitabulum matutinum, ſive Judæus redux, qvo fiunt certiores, ortam eſſe auroram præſignis diei Domini, præſtitutum ipſis tempus repetendæ in ſecula patriæ Canaan, & convertendæ gentis univerſæ ad Chriſtum jam jam ſuo pacis & gloriæ regno potitorum, ut novos cœlos novamqve terram creet perpetuum juſtitiæ domicilium. Gallicus auctoris anagrammatiſmus loco nominis eſto: *Habite en Sion*, Ebroduni 1663. 8. pp. 160.

*Anonymi* Rappel des Iuifs, *Pariſ.* 1643. 8.

*Anonymus*, qvi ſub literis R. P. D. A. H. C. M. P. T. D. latere voluit, in *Vere Theologico*, Ratisbonæ 1693. 4. edito, inſignem qvandam Judæorum converſionem ex ep. ad Roman. VIII. 17. ad cap. XI. adſtruere conatur.

*Anonymus* (Abbas d' *Harsfeld*) in libro: Regles pour l' intelligence des S. Ecritures Pariſ. 1716. ed. p. 195-372. ſpem illam confirmat.

*Altingii* (Jac.) Spes Iſraëlis ſive comment Eccleſiaſt. in cap. XI. epiſtolæ ad Romanos, in qvo myſterium Converſionis Judæorum explicatur, & qvamplurimis teſtimoniis Propheticis confirmatur, *Leovard.* 1676. 4. & in limine Tomi IV. Opp.

*Basbuyſen* (Henr. Jac. van) Diſſert. de Converſione Judæorum præmittitur ſecundo loco Clavi ejus Germanicæ Maximæ *Hanov.* 1714. 4. Ejusd. Alphabetum Converſionis Judæorum.

*Batalerius* (Iac.) de Iſraëlitarum converſione a Divo Paulo ad Rom. XI. prædicta, *Hag.* 1669. 12.

*Beckman* (Theod. Matth.) vide inter Scriptores de optima ratione convertendi Iudæos.

*Bezelius* (Chriſtoph.) vide inter Scriptores concionum Baptiſmal. ſuper Ex Judæos.

*Calovii* (Abrah.) Diſput. de Converſione Iudæorum *Witteb.* 1679. 4. ad Hoſ. III. 4. 5.

*Calvert* (Iac.) Naphthali ſive de reditu (pro qvo Lipenius in Bibliotheca Theol. Tom. I. p. 467. mendoſe habet *Ritu*) Iſraëlitarum, de Converſione Iudæorum & de Menſuris Ezechielis *Londin* 1672. 4.

*Calvör* (Caſp.) ſuæ *Gloria Chriſti* appendicis loco adjunxit excerpta ex Mich. Havemanni Wege-Leuchte/ Anonymi reſponſo & Scriverio, huc pertinentia.

*Clodii* (David.) diſputat. an ſperanda ſuperſit inſignis aliqva Iudæorum converſio. *Gieſſ.* 1683. ad Hoſ. III.

*Danhaueri* (Ioh. Conrad.) Apocalypſis myſterii Apoſtolici, *Argent.* 1684. recuſ. *Witteberg.* 1705. Ejusdem alia diſputatt. in totum caput XI. Ep. ad Roman. *Argentor.* 1654.

*Diſenbachius* (Mart.) varia ad hoc argumentum profert in Iudæo Convertendo.

*Dorſcheus* (Ioh. Georg.) in Programmate ad Helwigii Diſputat. mox citandam.

*Dreier* (Chriſtian.) diſp. de Converſione Iudæorum, Regiom. 1691. 4.

*Durer* (Hieron.) Hoffnung Iſraëls, *Hanov.* 1698. 12.

*Epiſcopii* (Simon.) conciones de cauſis Incredulitatis Iudæorum, *Amſtelod.* 1677.

*Felgen-*

*Felgenbaueri* (Pauli) Bonum nuncium Iſraëli, qvod offertur populo Iſraël & Iudæ in hiſce temporibus noviſſimis, de Meſſia, qvod ſcilicet Redemtio Iſraëlis ab omnibus iniqvitatibus ſuis & liberatio a captivitate & adventus Meſſiæ glorioſus jam nunc proxime inſtent, Amſtelod. 1655. 8.

*Gebbardi* (Brandan, Henr.) Prof. Gryphiswald, diſp. de Converſione Iudæorum ad Rom. XI. 25. *Gryphisw.* 1692. 4.

*Gerbardi* (Ioh. Erneſti) diſput. de univerſali Iudæorum Converſione, in Diſputatt. Theologic. *Jen.* 1667. 4. ed.

*Grönewegen* (Henr.) Erlöſung Iſraels aus Zion / oder gewünſchte Bekehrung der Juden zu den letzten Zeiten / bewieſen aus Moſe und den Propheten / ſamt den heilſamen Mitteln zur Beföderung derſelben *Belgice.* Amſtelod. 1677. 8. *germ.* converſa & ſine anno locove notato edita in 4. Puto prodiiſſe Francof.

Ejusd Ausbreitung der Herrlichkeit und des Königreichs Chriſti in der letzten Zeit-Ordnung des N. T. Francof. ad Mœn. 1711. 4. Ibi cap. II. agitur de futura Iudæorum converſione.

*Grosbain* (Georg.) Diſput. de Catholica Iudæorum Converſione, *Jena* 1637. 4.

*Havemanni* (Michaëlis) Wege-Leuchte in Appendice cap. 3.

*Helwigii* (Iacobi) diſſert. de myſterio Apoſtolico divino, i. e. Converſione Iudæorum, ex Rom. IX. 27. 28. *Roſtoch.* 1658. 4.

*Hofmanni* (Daniel.) kurtzer Diſcurs von Bekehrung der Juden aus Hoſ. III. 4.

*Langius* (Joach.) in aufrichtigen Nachrichten Tomo I. p. 13. ſqq. inter affirmantes locum occupat.

*Mareſius* (Samuel) doctrinam de Converſione Iudæorum ſperanda oppugnat in *Chiliaſmo Enervato*, Groning. 1664. 4. Conf. *Serarius.*

*Meelfuhrer* (Rud. Martin.) idem argumentum tangit in Diſſert. de Cauſis Synagogæ Errantis *Altorf.* 1702. ubi in notis p. 4. ſq. magnam auctorum vel affirmantium vel negantium nubem affert.

*Mulmanni* (Ioh.) 2 Chriſtl. Predigten / dabey eine: ob noch eine allgemeine Bekehrung der Juden zu hoffen? Leipz. 1607. 4.

*Neumanni* (Ioh. Georg.) Theologi Wittenberg. in diſſ. qva Sententia B. Lutheri (negans) de Iudæorum Converſione ex Rom. XI. 25. ſq. defenditur. *Vitemberg.* 1696. 4. Illa eſt inter Antichiliaſticas IV. Confer ejusdem Prodromum Anti Spenerianum p. 41. ſq. & Primitias

mitias Diſſertat. Academic. pag. 122. 130. 133. ſq. ubi de Patribus nonnullis veteris Eccleſiæ.

*Niemanni* (Sebaſt.) Diſput. de myſterio Iſraëlis ſalvandi, *Jen.* 1668. ubi conſpicuam Iudæorum converſionem ante noviſſimum diem futuram adſtruit.

*Patientis* (Chriſtiani) Prodromus Reconverſionis Iudaicæ, daß die jetzige Judenſchaft vor dem Jüngſten Tage bekehret werden ſolle / *Frf.* 1629. 4.

*Pauli* (Oligeri) varia ſcripta huc pertinent, quæ tamen ob inſolentes & abſurdiſſimas opiniones ex merito a variis caſtigata ſunt. Vide hanc in rem Cl. Hardtii diſſertat. *Helmſtad.* 1701. 4. ſub tit. *Novus in Belgio Judaeorum Rex multis editis monumentis literariis clarus*, editam. Adde Cl. Schudtii Memorabilia Iudaica Part. I. p. 551. ſqq. & Parte IV. Continuat. I. p. 317. ſqq.

*Peterſen* (Ioh. Wilhelm.) in variis ſuis ſcriptis ſpem illam admodum amplificat.

*Reineccius* Chriſtian.) in præfat. ad Frid. Alb. Chriſtiani librum vernaculum de fide & ſuperſtitione Iudæorum, *Lipſ.* 1705. 8. editum, fuſe contra illam converſionis Iudæorum futuræ ſpem diſputat, & Wagenſeiliana inprimis argumenta examinat.

*Rothii* (Matthiæ) V. D. Miniſtri Hervordienſis Hoffnung Iſraels zu ſeiner Bekehrung aus Rom. XI, 25-32. *Lipſ.* 1713. 4. p. 124. qui affirmat.

*Rumetſchii* (Ioh. Chriſt.) Schediaſma de conjecturis ultimi temporis, ubi & de Iudæorum Converſione. *Francof.* 1681. 8.

*Schadai* (Eliæ) Eccleſiaſtæ & Profeſſ. Argentoratenſis *Myſterium*, das iſt: Geheimniß S. Pauli Rom. XI. von Bekehrung der Juden ausgelegt und geprediget / Straßburg 1562. 8. 5. plagulis. Et ille notabilem Iudæorum converſionem confirmat.

*Schindleri* (Iohan.) Geiſtliche Hall-Poſaune von der Juden allgemeinen Bekehrung / *Brunſwig.* 1674. 4.

*Serarii* (Petri) Vox Clamantis in Babylone: Præparate viam Domino, qua brevi diſſertatione converſionis Iudæorum, Abolitionis Anti-Chriſti &c. ſigna expenduntur & in adverſum a Sam. Mareſio diſputata examinantur. *Amſtelod.* 1663. 4. pp. 30.

*Ejusd.* Apologetica Reſponſio ad Mareſii diſputationem: qua eadem & alia nonnulla momenta tractantur. ibid. 1663. 4. pp. 72.

*Ejusd.* Diſputatio de Iudæorum Converſione Univerſali, in patriam reductione & cultus Levitici reſtitutione item Anti-Chriſti abolitione,

litione, adverſus Mareſii *Chiliaſmum Enervatum*, Amſtelod. 1665. 4. pp. 150.

Lege de *Serario* hoc *Pet. Baelii* Dictionarium Tom. II. p. 2047. ſub *Sam. Mareſio.* Rev. *Benthemium* in *Statu* Belgii Eccleſiaſt. & Sholaſt. p. 341. & Cl. *Struvii* Acta e MSS. eruta Faſcic. VII. p. 65.

*Spenerus* (Philip. Iac.) in der Hoffnung beſſerer Zeiten / & alias.

*Voëtii* (Giſberti) Diſput. de generali Converſione Iudæorum, ex Rom. XI. 25-27. qvæ exſtat in Diſputatt. ejus Selectis Parte II. p. 124-155.

*Wagenſeil* (Io. Chriſtoph.) Hoffnung der Erlöſung Iſraëlis, oder klarer Beweiß der annoch bevorſtehenden und allgemach heran nahenden groſſen Juden-Bekehrung primum Lipſ. 1705. in 8. ſeorſim hinc altera vice cum aliis opuſculis *Norimb.* & *Altorf.* 1707. 4. edit. Ejus argumentis nonnulla oppoſuit *Tenzelius* in Biblioth. Curioſa 1705. p. 113. ſqq. & inprimis Cl. *Chriſtianus Reineccius*, cujus nomen vide.

*Wandalini* (Ioh.) Theologi Hafnienſis, Diſcuſſio Spei ſpecioſæ de Converſione Iudæorum illuſtri. *Hafn.* 1702. 4.

*Wasmuthi* (Matthiæ) beſte Mittel zur Bekehrung der Juden: vide inter Scriptores de optima ratione Iudæos convertendi.

*Whitby* (Daniel) in Diſſertat. ſingulari Parti II. Commentarii in N. T. addita Spem converſionis Iudæorum imminentis confirmat, ad quam provocat Cl. *Campeg Vitringa* in Anacriſi Apocalypt. p. 1141.

*Willetus* (Andr.) in commentario ad Roman. XI. teſtatur, ſe ſingularem librum Anglicanum de Iudæorum converſione edidiſſe, quem tamen ſe vidiſſe negat *Voëtius* in Diſputatt. Selectis Part. II. p. 142.

*Witſius* (Hermann*s*) in Δωδεκαφύλῳ ſuo cap. IX-XIII. converſionis ſpem adſtruit.

*Zwingeri* (Ioh. Rudolphi) Solatium Iſraëlis, oder gründlicher Erweiß / daß noch eine anſehnliche Bekehrung der Juden vor dem Jüngſten Tage zu erwarten / *Baſil.* 1685. 12.

Atque hi quidem potiores ſunt ex iis, qui de Converſione Iudæorum ſperanda vel non ſperanda quidquam commentati ſunt. Illis addi poſſunt commentatores in varia Prophetarum, nominatim Hoſeæ, loca, item in Epiſt. ad Rom. nec minus illi, qui ſuperiori noſtraque memoria de *Termino Peremtorio* diſputarunt. Teſtimonia veteris recentiorisq; Eccleſiæ Doctorum pro hac ſpe collecta vide a *Wagenſeilio* in Spe Iſraëlis cap. III. *Meelführero* in Cauſis Synagogæ errantis in not. pag. 4. & *Spenero* in Appendice ad pia deſideria p. 152. ſq. Vide etiam *Hottingerum* in Theſauro Philo-

Digitized by Google

Philolog. p. 9. 10. ubi adducit alios rem tanquam certam *affirmantes*, alios de eadem *ſubdubitantes*, & iterum alios, nihil definientes.

Quoniam & illi, qui Iudæorum res, fata, antiquitates, mores rituſque expoſuerunt, non raro doctrinas quoque eorum & referunt & confutant, ab inſtituto noſtro non judico alienum, eorum brevem recenſionem hic ſuſcipere.

## *Hiſtorici de rebus Judaicis Hebræi tam Univerſales quam Speciales.*

Poſt antiquiores illos *Ioſephum*, *Philonem*, *Hegeſippum &c.* huc ſpectant

*Abarbanel* (Iſaac) in præfationibus ſuis ad varios commentarios. Conf. Part. I. p. 638. n. 15.

*Aboab* (Immanuel) in Nomologia, de qua Part. I. n. 1788.

*Abraham ben Dior* סֵפֶר קַבָּלָה vide Part. I. n. 69. 1.

*Abraham Perizol* in מָגֵן אַבְרָהָם ubi inter cetera de Iudæis propter fluvium Sabbationem & Æthiopiæ fluvios habitantibus: vide Part. I. n. 117. 3.

*Abraham b. Schemuel Sacut* ס׳ יוּחֲסִין v. Part. I. n. 163.

*Abraham Uſque:* v. Uſque.

*Anonymus* MS. cujus commentationem de exilio Iudæorum Hiſpanico, an. 1492. oblato, vidiſſe ſe ſcribit *Aboab* in Nomologia ſua p. 296.

*Aſarias de Rubeis* in מְאוֹר עֵינַיִם vide Part. I. n. 1773.

*Benjamin ben Iona* Tudelenſis itinerarium: vide n. 395.

*Cardoſo* (Iſaac) in libro *las Excellencias de los Hebraos*, paſſim.

*Ben Chaviv* commentatio non exſtans: v. Part. I. n. 586.

*Chasdai ben Iſaac* in קוֹל מְבַשֵּׂר de quo Part. I. n. 647.

*Daniel de Barrios* Part. I. n. 536.

*Elchanan ben Abraham* de calamitatibus Iudæorum Francofurt. an. 1614. Part. I. n. 225.

*Eldad Danita*: vide Partem I. n. 221.

*Elias Kapſali* Ordo Eliæ, ſive commentar. de hiſtoria ſui temporis P. I. n. 262.

*Ganz* (David) in צֶמַח דָּוִד ibid. n. 451.

*Gedalja ben Ioſeph* שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה Part. I. n. 451.

*Gerſon ben Aſcher* גְּלִילוֹת אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל ibid. n. 460.

*Gabriel ben Ioſua* : de calamitatibus Iudæorum in Lithuania Rhætia & Polonia, Part. I. n. 446.

*Iehuda Chajut* in præfatione ad commentarium ſuum in מערכת האלהות de variis Judæorum exſiliis differit.

*Ioſe ben Chelpetha* סֵדֶר עוֹלָם Part. I. n. 848.

*Ioſeph* relatio de rebus geſtis Regum Iſraelis : ibid. n. 851.

*Ioſeph Cohen* : ibid. n. 916.

*Ioſeph Gorionides* : Part. I. n. 872.

*Ioſeph fil. Ioſua*, Chronicon bellorum inter Reges Gall. & Turcas : ibid. n. 897.

*Ioſeph ben Matatja* : ibid. n. 931.

*Iſaac Iſraelita* in יְסוֹד עוֹלָם de quo n. 1213.

*Meir ben Schemuel Schabberſchen* de calamitatibus Iudæorum in Lithuania, & Polonia an. 1648. & 1649. v. Part. I. n. 1399.

*Mordechai ben Ieſchaja* inſtitutio de itinere in Terram Sanctam faciendo: vide Part. I. n. 1484.

*Moſes Chagis* de Statu Judæorum in Terra Sancta calamitoſo in שְׂפַת אֱמֶת Conf. Unſchuldige Nachrichten an. 1713. p. 411. ſq.

*Moſis Petachja*, סבוב העולם i. e. itinerarium : de quo num. 1635. & 1859.

*Moſis Rita* שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה vide ibid. n. 1651. b. 3.

*Nathan Netha b. Moſche* de bellis & miſeria Judæorum in Lithuan. & Polonia an. 1648. & 1649. v. Part. I. n. 1728.

*Schelomo ben Virga* in שֵׁבֶט יְהוּדָה Part. I. n. 1971.

*Schabtai b. Meir*, de calamitatibus in Lithuania & alibi an. 1648. & 1649. ibid. n. 1926.

*Schemuel Algaſi* תּוֹלְדוֹת אָדָם vide n. 2038. 5.

*Scherira Gaon* : Part. I. n. 2216.

*Uri ben Schimon* Genealogia Patriarcharum, Prophetarum & Juſtorum: vide n. 206.

*Uſque* (Samuel) liber Luſitanicus ſub tit. *Conſolaçam as tribulacoens de Iſrael*, *Ferrara* 313. C. 1553. 8. Conſtat dialogis tribus, & paginis 272. dimidiis : Dialogus I. recenſet calamitates Judæis oblatas ante & ſub templo I. Dial. II. calamitates eorundem ſub templo II. & poſt



Digitized by Google

illud. Dial. III. denique eas, quæ Iudæis poſtea in variis regionibus obtigerunt. Librum hanc Immanuel Aboab p. 296. Nomologiæ ſuæ laudat, prænomen autem auctoris vocat *Abrabamum*, ſecus ac in titulo legitur.

Scriptores veteres *Gentiles* vel *Chriſtianos* de rebus Iudæorum deperditos recenſet Cl. *Io. Albertus Fabricius* in Biblioth. Græca lib. IV. p. 254. Novam de iisdem commentationem exſpectamus a Cl. *Iac. Haſæo*, Profeſſore Gymnaſii Bremenſis.

## XII. *Hiſtorici de rebus Judaicis Chriſtiani recentiores.*

*Anonymi*, Jüdiſcher Send-Brief / daß alles dasjenige was dem Propheten R. Nathan Levi ausgegeben / ungegründet in 4.

*Anonymi* Hiſtoriam Judaicam *Amſtelod.* 1605. fol. editam, quam *Imbonatus* p. 311. a. allegat, puto confictam.

*Addiſon* (Lancellot.) The preſent State of the Jews in Barbaria *Londini* 1676. 12. & *Germanice* in Anonymi Aſiatiſchen und Africaniſchen Denckwürdigkeiten dieſer Zeiten: *Norimberg.* 1676. 4. Confer Cl. Schudtii Memorabilia Judaica Parte IV. Continuat. I. p. 47. Non confundendus hic eſt, quod a nonnullis fieri video, cum *Joſepho Addiſone*, Londini an. 1719. 10. Junii denato, de quo videbis *Bibliothecam Anglicanam* Tom. VI. Part. I. p. 213. ſqq.

*Altingius* (Jacob.) in Tractatu de Schilo varia hiſtorica affert. Confer ejusdem varias Orationes, Tomo V. Operum ejus exſtantes.

*Arrbenii* (Iac.) Diſputatio de diviſione Imperii Hebræorum: *Upſal.* 1709. 8. Ejusd. de fatis populi Iudaici ibid. 1703. 8.

*Artopoei* (Jo. Chriſtoph.) Elenchus errorum a Iuſtino lib. 36. circa res Iudaicas commiſſorum: *Argentor.* 1695. 4.

*Basnage* (Iacob.) V. D Miniſtri olim Roterodamenſis, nunc Hagienſis, Hiſtoire & la religion des Juifs depuis Ieſus Chriſt jusqve a preſent pour ſervir de Suplement & de continuation de l' hiſtoire de Ioſeph. *Roterod.* 1707. 8. Tomis V. Illud Opus annitente *Lud. Elia Dupin*, auctore inſcio, hinc inde mutatum & caſtratum, prodiit Pariſ. 1710. quam injuriam ipſe Auctor ſingulari libro expoſtulavit, cui titulum fecit: *Hiſtoire des Iuifs reclamee*, *Roterod.* 1711. 12. in cujus præfatione reſpondet ad exceptiones nonnullorum a ſe diſſentientium.

*Anglice*

*Anglice* converſam in fol. edidiſſe lego Taylorium quendam.
*Anglicanum* ejusdem compendium ab alius Auctoris manu profectum lucem vidit.

Tandem ipſe Cl. Auctor novam ejus ac paſſim tum auctam tum emendatam editionem *Hagæ Comitum* 1716. 8. Tomis novem procuravit, ejusque præfationem diverſis, quos habuit, adverſariis oppoſuit. Lege ex iis, ſi placet, eruditum auctorem des Entretiens ſur divers ſujets d' Hiſtoire & de Literature n. III. *Richard Simonem* in Biblioth. Selecta Tom. II. p. 254. ſq. & Hiſtoriam Criticam Reipubl. Literar. Tom. XIII. p. 89. ſqq. & 167. ſqq.

Anonymus quidam ſpeciatim hiſtoriæ ejus oppoſuit Diſſertat. Gallic. de tempore, quo primum Judæi in Galliam venerunt, id quod non ſexto ſed quarto Sæculo factum is eſſe contendit. *Pariſ.* 1708. 12.

*Bertrami* (Bonaventuræ Cornel.) de Politia Iudaica, tam civili quam Eccleſiaſtica, *Genev.* 1574. & 1580. 8. item *Leidæ* 1641. 24.

*Ejusdem* Antiquites Iudaiques *Amſtelod.* 1713. 8. 2 tom. commentarium exhibent in *Cunæi* Rempublicam Iudaicam, de qua vide paulo poſt.

*Böhmeri* (Iuſti Henning.) Diſp. de Iudæorum tolerantia, *Halæ* 1717.

*Bornmeiſteri* (Simonis) Diſſertat. de erroribus Gentilium Hiſtoricorum in rebus ſacris, *Swobaci* 1688. 4.

*Buddei* (Io. Franc.) Programma de origine Iudæorum contra Tolandum in Diſſertationibus ejus Academicis recuſum. Confer aliorum ſcripta Tolandico Adeiſidæmoni oppoſita. *Ejusd.* Introductio ad hiſtoriam Philoſophiæ Hebræorum, primum *Halæ* 1702. 8. hinc notis auctior ibidem 1720.

*Calmeti* (Auguſtini) Benedictini, diſputatio de Politica Iudæorum inſerta eſt Cl. Basnagii Hiſtoriæ Iudæorum Pariſiis recuſæ.

*Calovii* (Abrah.) de Statu Iudæorum Eccleſiaſt. & Polit. *Witteberg.* 4.

*Cappelli* (Lud.) Hiſtoria Iudaica a tempore Hasmonæorum ad Excidium Hieroſolymitanum.

*Cunæi* (Petri) de Republica Hebræorum *Lugd. Bat.* 1617. 8. *Curiæ* 1666. 12. Idem liber cum amplis *Jo. Nicolai* notis, *Lugd. Bat.* 1703. 4.

*Belgice* redditum & notis Guil. Gœree illuſtratum, hinc *Gall.* cum iisdem notis *Amſtelod.* 1705. 8. 3 tomis, quorum I. verſionem libri Cunæi II. & III. notas & continuationem *Gœrei* exhibent, prodiit. Horum reſpectu Basnagii Antiquitates Iudaicæ modo memoratæ in titulo Tomi IV. & V. appellantur, tanquam qui continuationi hujus laboris inſerviant.



Digitized by Google

*Conringii* (Herman.) diſput. de politia ſive Republica Hebræorum *Helmſtad.* 1648. 4. Eum ceteros omnes in hoc argumento ſuperaſſe judicat Celeb. *Buddeus* in Introduct. ad Hiſtor. Philoſoph Hebr. pag. 405. Recuſa ea exſtat in Opuſculis ad Hiſtor. & Philolog. Sacr. ſpectantibus, Faſcic. II.

*Creſcentii* (Iul. Bernh.) de Iudæorum Privilegiis. *Darmſtad.* 1604. & 1612. 4.

*Crullii* (J.) The Jewiſh Hiſtory from the Creation of the World to this preſent time *Lond.* 1708. 8. 2 voll. Auctor teſtatur, ſe compendium hoc ex Joſepho a Rogerio Leſtrange anglice converſo, Talmude, Maimonide &c. Leone Mutinenſi, Seldeno, Spenero & Basnagio collegiſſe. Conf. *Basnage.*

*Dunus* (Thaddæus) Italus de peregrinatione Iſraelitarum in Ægypto, *Tiguri* 1597. & 1602. 4.

*Dieterici* (Georg. Theodori) de Jure & ſtatu Judæorum in Republ. *Marpurg.* 1648. & 1661. 8.

*Eenberg* (Johan.) Diſput. de varia forma regiminis in populo Judaico, *Upſal.* 1708. 8.

*Eberi* (Pauli) Hiſtoria Judaica, a reditu ex Babylonico exſilio usque ad ultimum excidium Hieroſolymit. *Witteberg.* 1548. & 1562. 8. *Germanice* Norimberg. 1667. 4. *Gallice* & *Belgice* converſum eundem eſſe ſcribit *Voëtius* in Diſputatt. Selectis Part. II. p. 78.

*Gentii* (Georg.) Hiſtoria Iudaica *Amſtelod.* 1680. ſiſtit verſionem libri Hebr. R. *Salom. b. Virga*, de quo paulo ante.

*Goeree* (Guilielm.) vide *Cunæus.*

*Gronovii* (Iacobi) Decreta Romana & Aſiatica pro Iudæis ad cultum divinum per Aſiæ minoris urbes ſecure obeundum ab *Ioſepho* libro XIV. Archæologiæ collecta, ſed male interverſa & expuncta nunc in publicam lucem reſtituta. *Lugd. Bat.* 1712. 8.

*Hahnii* (Henr.) *διατάγματα* de rebus Iudaicis ex jure Cæſareo & Pontificio concinnata, ſive Juden-Ordnung. *Helmſtad.* 1661. & 1665. 8.

*Haakius* (Ioh. Iac.) de excidio Iudæorum ac Hieroſolym. *Jen.* 1687. 4.

*Held* (Ioh.) de Iudæorum Synagogis & Scholis 4. teſte Lipenio Bibl. Theolog. Tom. II. p. 144.

*Hiller* (Io. Wolfg.) Bedencken in cauſa Iudæorum: *Auguſt.* 1651. 4.

*Hombergii* (Ioh.) Politica Iudaica; v. Lipenii Biblioth. Theolog. Tom. II. pag. 144.

*Hottin-*

Digitized by Google

*Hottingerus* ( Io. Henr. ) in Hiſtoria Eccleſiaſtica & Orientali, item in variis aliis commentationibus. Adde inprimis ejus Leges Iuris Hebræorum, *Heidelberg.* 1655. 4.

*Houtuyni* ( Hadrian.) Monarchia Hebræorum h. e. de Imperio Monarchico in populum Hebræum, ante Saulem *Lugd. Batav.* 1685. Eum confutarunt *Samuel Pufendorfius*, & *Adamus Rechenbergius* in Diſſert. de ficta Hebræorum ante Regem Saulem Monarchia civili, *Lipſ.* 1687 4. quæ recuſa exſtat Part. I. Diſſertatt. ejus Hiſtorico-Politicarum.

*Haſeri* ( Conrad. ) de impoſturis & cerimoniis Iudæorum noſtri temporis liber, antea quidem ab Anonymo Germ. editus, & falſo *Marco Lombardo* inſcriptus. *Baſil.* 1575. 4.

*Iacobi* ( Iac.) Chronicon Iudaicum e ſacris literis & Joſepho carmine expreſſum, *Hafn.* 1634. 8.

*Iurieu* ( Pet. ) Eccleſiaſtæ quondam Roterodam. Hiſtoire Critique des dogmes & des cultes bons & mauvais, *Amſtelod.* 1704. 4. Idem liber *Anglice* prodiit *Londini* 1705. 8. 2 voll. Excerpta ex epiſtolis *Cuperi* & *Iuriei* de hoc libro mutuis iisque non editis habes in Novis Reipubl. Literar. an. 1704. menſe Auguſto p. 198. ſqq.

*Kitzel* ( Ioh. ) de Regali habendorum Iudæorum, quatenus in Imperio Romano inter Chriſtianos tolerari poſſunt. *Gieſſ.* 1617. 4.

*Kirchmeieri* (Georg. Caſp.) diſſert. de moribus ritibusque Iudæorum ad capita aliquot priora libri V. Taciti. *Wittenberg.* 1676. 4.

*Kormanni* (Henr ) Reſponſum Iuris: an & quomodo Iudæi inter Chriſtianos tolerandi? germ. *Francof.* 1612. 4.

*Kortholti* (Chriſtian.) de religione Ethnica, Muhammedana & Iudaica, *Kilon.* 1666. 4.

*Leideckeri* (Melchioris) Theologi quondam Ultrajectini, de Republica Hebræorum libri XII. quibus de ſacerrima gentis origine & ſtatu in Ægypto, de miraculis divinæ providentiæ in Reipubl. conſtitutione, de Theocratia: de illius ſede & civibus; de regimine Politico; de religione publica & privata diſſeritur. *Amſtelod.* 1704. fol. *Ejusd.* Operis Tomus II. h. e. libri IX. de vario Reipubl. Hebræorum ſtatu, ubi de regno Iſraelis & Iudæ; ſtatu X. Tribuum in exſilio Aſſyriaco, & Iudæorum in Babylonico, reſtitutione Reipubl Hebræorum per Cyrum; Reſtitutæ hiſtoria usque ad Alexandrum M. dehinc ad Haſſamonæos &c. agitur: ibid. an. 1710. fol. Idem in præfat. ad an.

Tom. I. nonnulla Specimina ſuarum ad Cunæum notarum per diſputationes edita memorat.

E. D. G. L. Vorſtellung über Wagenſeils Tract. von der Juden Schmähung wieder Chriſtum.

*Lelandus* (Jo.) de Scriptoribus Britannicis p. 321. ſqq. de Iudæorum fatis in Anglia commentatur.

*Lintrupii* (Severini) Hiſtoriam Iudaismi exſpectare amplius non licet: v. Viri præſtantiſſimi Reliquias Incendii Bergenſis.

*Lent* (Joh. a) Schediaſma de Judæorum Pſeudo Meſſiis: vide ſupra inter Scriptores Anti-Judaicos.

*Manzinii* (Ludovici) liber italicus de turbis, quæ Judæos oppreſſerunt ſub duobus Regibus, Seleuco Philopat. & Antiocho Epiphane. *Mediolani* 1634. 12.

*Marshami* (Johan.) Canon Chronicus, Ægyptiacus, Hebr. & Græcus *Lond.* 1672. recuſ. *Lipſ.* 1676. 4.

*Menochius* (Joh. Stephanus) de Republica Hebræorum libb. VIII. *Pariſ.* 1648. fol.

*Mezgeri* (Pauli) Benedictini, Sacra hiſtoria de gentis Hebraicæ ortu, progreſſu, fatisque ſub Patriarchis, Judicibus & Regibus inde ab Abrahamo usque ad captivitatem Babylonic. *Auguſtæ Vindelic.* 1700. 4. Lege Memorias Trivultinas an. 1702. menſe Majo pag. 37. ſq. edit. Belgicæ.

*Morinus* (Ioh.) in Exercitationibus Biblicis paſſim res Iudæorum tum Politicas tum Scholaſticas illuſtrat: inprimis quoque p. 256. ex libris externis & aliarum gentium de iis commentatur.

*Philomuſi* (Pet.) de origine Hebræorum eorumque regimine tractatus, *Venet.* 1588. 4. editus memoratur a Lipenio Tom. II. Biblioth. Theolog. p 146.

*Pollio* (Ioach.) 2 Theologiſche Fragen: ob eine Chriſtl. Obrigkeit Macht habe die Juden aus ihren Herrſchafften zu vertreiben. 2) wie man Juden unter Chriſten halten ſolle? Breslau 1635. 4. De hoc argumento lege alia apud *Dedekennum* in Conſiliis Theolog. Part. II. p. 120. & Append. p. 710. b. *Danhauerum* in Theologia Conſcientiar. Tom. I. p. 686. ſq. *Balduinum* in Caſibus Conſcient. pag. 153. ſq. *Adami* in Deliciis Evangelicis III. p. 120. ſqq. & alios quos citat Rev. *Ephraim Pretorius* in Bibliotheca Homiletica Part. I. p. 1203. & II. p. 1120. Ex Reformatis lege *Gisbert. Voetium* in Diſput. Selectis Part. II. p. 117. ſq.

*Prideaux*

*Prideaux* (Humphred.) Connexion of the Hiſtory of the Old and New Teſtament *Londini* in fol. & 8. cujus libri elegantiſſimi verſionem Germanicam proxime exſpectamus.

*Reimeri* (Ioach. Ludov.) de Republica Hebræorum, *Haſn.* 1657. 12.

*Romanus* (Hieronymus) Hiſpanus, in Opere Hiſpanico de Rebuspublicis variis nec Iudaicam negligit, idemque aliud opus eadem lingua tribus Tomis exaravit ſub tit. *Sagrada Chronica Hebraa*, teſte Imbonato p. 73. ex Nic. Antonio.

*Sartorii* (Ioh.) Gens Iſraëlitica ab erroribus Iuſtini lib. 36. c. 2. vindicata *Thorun.* 1696. 4. 2 plagg.

*Schudt* (Ioh. Iac.) Rectoris Francofurtani, Compendium Hiſtoriæ Iudaicæ de origine, incrementis & rebus geſtis Iudæorum, ad ductum Iuſtini lib. XXXVI. potiſſimum ex Gentilium Scriptoribus collectum, quo res Iudæorum ab ineptiis, conviciis & mendaciis Gentilium vindicantur. Francof. ad Mœn. 1700. 8.

*Ejusdem* Memorabilia Iudaica ſive Jüdiſche Merckwürdigkeiten / vorſtellende / was ſich curieuſes und denckwürdiges in den neuen Zeiten bey einigen Jahrhunderten mit denen in alle 4 Theile der Welt / ſonderlich in Teutſchland / zerſtreuten Juden zugetragen / ſamt einer vollſtändigen Franckfurter Juden-Chronick, Part. III. *Francof.* & *Lipſ.* 1714. & Pars IV. continuationem complectens. ibid. 1717. Opus incomparabile & a ſingulari Auctoris induſtria & dexteritate commendandum.

Idem in prolegomenis ad Tract. de voto, fato & facto Iephthæ oſtendit, Rempublicam Hebræorum primam fuiſſe Theocraticam. Conf. ejusdem epiſtolam ad Honorium a Khobalt, in calce *Vita Iephtha*, pag. 452. ſq.

*Schulez* (Bernhard.) Diſput. Inaugur. de Iudæis, *Rintel.* 1672. 4.

*Seldeni* (Iohannis) ſcripta pleraque, eruditis ſatis nota, huc magnam ſui partem pertinent.

*Sherlog* (Pauli) Antiquitates Hebraicæ, de Hebræorum Republica & Antiquitatibus Biblicis, *Lugduni* 1651. fol.

*Siebenhahr* (Mart.) Diſcurſus Politicus, Iudæos in Republ. Chriſt. non tolerandos, *Lipſ.* 1657.

*Sigonii* (Caroli) de Republica Hebræorum libb. VIII. *Francof.* 1585. 8. Iidem variis annotationibus & antiquitatibus V. & N. T. in Theologia maxime neceſſariis illuſtrati, & in lucem altera vice editi a *Iohanne Nicolai*, Lugd. Bat. 1701. 4.

Speck-

Digitized by Google

*Speckhahn* (Eberhard.) de Iuramentis Iudæorum in Opp. *Francof.* 1695. fol.
*Spenceri* (Iohannis) libri de Legibus ritualibus Hebræorum, de quo inter Scriptores Antiquitatum, huc pertinet inprimis ob Diſſertationem bene longam de *Theocratia Iudaica*, quæ reperitur in calce libri I. p. 202. ſqq.
*Stephani* (Jac.) de Jurisdictione Judæorum, Græcorum &c. *Francof.* 1604. & 1661. 8.
*Struvii* (Georg. Adami) Periculum Legale de Judæis, *Jen.* 1680. 4.
*Tiemrobt* (Jo. Henr.) de Judæorum tolerantia.
*Treiber* Diſput. de Iudæorum perverſa licentia accuſatos petulanter tractandi, coram Iudice, *Jenæ.*
*Vaſæi* (Ioh.) de Iudæis Hiſpaniæ Chronologiam ad A. C. 137. citat *Imbonatus* p. 134. a.
*Urſini* (Georg.) Antiquitates Hebr. Scholaſtico-Academicæ, *Hafn.* 1702. 4.
*Wagenſeilius* (Io. Chriſtoph.) Iudæorum res in *Pera Iuvenili* frequenter attingit. Ejusdem Specimen hiſtoriæ Iudaicæ Sec. XV. laudat *Meelführerus* in Acceſſionibus ad Almelovenii Biblioth. Promiſſ. p. 151. Conf. ipſum Wagenſeilium ad *Sota* p. 848.
*Wendii* (Georg.) Prof. Thorunienſis, Diſquiſitiones Theologico-Politicæ de Republ. Hebræorum. Thorunii 1696. & 1697.
*Werneri* (Wolfg. Chriſtoph.) Diſp. de Republica Hebr. *Witteb.* 1657. 4.
*Wildvogelius* (Chriſt.) de Iudæorum receptione & tolerantia. *Iena* 1700. 4. Reſpondente Io. Carolo Lochner.
*Witſii* (Herman.) *Miſcellanea Sacra* tum aliis nominibus, tum etiam ob Orationem *de Theocratia Iſraëlitarum*, quæ in Tomo II. exſtat, & *Goodwini* Antiquitatibus Hebr. Latine editis præmiſſa eſt, huc pertinent.
*Wormii* (Chriſtiani) de corruptis Antiquitatum Hebræarum apud Tacitum & Martialem veſtigiis libri II. *Hafniæ* 1693. & 1694.
*Zaunſchlifer* (Otto) Regnum Iudæ & Iſraëlis.
*Ziegler* (Caſp.) de Iuribus Iudæorum. *Witteberg.* 1684. 4.

## XIII. *Scriptores Hebræi de Antiquitatibus Judæorum ſacris, moribus item eorum & ritibus hodiernis.*

Non hic animus eſt eos recenſere Iudæorum Scriptores, qui vel generatim vel ſpeciatim inſtituta ſua, legibus divinis ſancita, aut a majoribus introducta, expoſuerunt, id quod tum a Talmudis interpretibus innume-

numeris, tum a *Maimonide* inprimis in *Iad chaſaka*, *Iac. ben Aſcher* in Arba Turim, *Iſaac Alphes*, *Ioſeph Karo* in Schulchan Aruch &c. præterea vero a Scriptoribus *Quæſitorum & Reſponſorum* bene multis factum eſt. Horum enim notitia plenius & rectius ex Indice reali Bibliothecæ huic ſubjiciendo haurietur. Eos tantum hic putamus recenſendos, qui, deſtinata opera, antiqua quædam in ſacris v. c. Templi ſtructura, ſacrificiorum ratione &c. non in ſpecie, ſed generaliter, ediſſeruerunt, aut ritus hodie inprimis receptos explicarunt.

Prioris generis Scriptores perpauci ſunt, inter eos autem præſtat R. *Abraham ben David Arje*, qui & *Abraham Rophe*, ſeu Medicus, appellari ſolet, in libro præſtantiſſimo, nec minus raro & magni inter Iudæos pretii, qui inſcribitur שלטי גבורים *Mantua* 372. C. 1612. fol. edito, de quo fuſius in Parte I. n. 63. Huic jungi poteſt R. *Aſarias* in *Meor Enajim*, de quo ibidem n. 1773. Sed hic præ illo rarius & parcius in argumenta antiquitatis ſacræ excurrit.

Poſterioris claſſis, qui ſcilicet *mores* & ritus gentis ſuæ hodie receptos tradunt, plures ſunt, inprimis ſi Ex-Iudæos ſimul computes. Hic primum locum occupat

ספר מִנְהָגִים ſive *inſtitutio de ritibus Iudæorum*, quæ Hebraice exſtat, & in dialectum Hebræo-vernaculam translata ſæpiſſime prodiit, ac Iudæorum manibus frequentatur.

De eo libello plura inter Anonymos, ubi & de commentatoribus ejus *Abrah. Clausner* & *Iſaac Tirna* dicetur.

Hic obſervandum puto, *Iohannem Saubertum* in præfat. ad verſionem Latinam Paraſchæ I. Pentateuchi ex libro *Zeena Vreena*, verſionem ejus optaſſe & quodam modo promiſiſſe. In Germanicam linguam puriorem per *Chriſtoph. Wallich*, Ex Iudæum, translatus hic exſtat in Bibliotheca Uffenbachiana, cujus vide Catalogum Part. I. p. 389. Ex ceteris huc pertinet Scriptor ſpecialis, Chriſtianus, neſcio, an Iudæus

*Anonymus*, cujus librum Italicum ſub titulo: *il vero ſtato degli Ebrei di Roma*, i. e. de ſtatu Judæorum Germanorum apud Vareſium an. 1668. 4. laudat *Imbonatus* p. 311. Biblioth. Latino-Hebr.

*Leonis Mutinenſis* Hiſtoria rituum ſuæ gentis hodiernorum, primum *italice* ſcripta, hinc *Gall.* & *Latine* converſa, & ſæpe edita, de qua Part. I. p. 415. & in Supplementis plura.



Digitized by Google

*Luzzati* (Simonis) *Diſcorſo circa il ſtato degli Ebrei*, Venet. 1638. 4. de quo Parte II. p. 1146. Eum puto eſſe libellum, quem *Tolandus* in libro: *Reaſons for naturaliſing the Jews* promittit Anglice converſum. Vid. Cl. *Schudtii* Memorabilia Judaica, Part. IV. Continuat. I. p. 141.

*Menaſſe ben Iſraël* Teſouro dos Dinim, lib. Luſitanicus, h. e. Theſaurus rituum partibus IV, *Amſtelod.* 1645. & 1647. in 4. vide Part. I. p. 782.

Inter Ex Judæos huc ſcripta retulerunt ſua

*Victor a Carben*, cujus, *olim Judæi*, nunc CHRISTI miſeratione Chriſtiani libellus de vita & moribus Judæorum cum *Ricoldi* libro contra Muhameticam Sectam prodiit *Pariſ.* apud H. Stephanum an. 1511. 4. Conſtat pp. 24. Dedicatio ſcripta eſt ad Philippum Colonienſem Archi Epiſc. & data Coloniæ 1509. Atque hoc anno libellus iſte primum prodiit *Coloniæ* in 8.

*Chriſtiani* (Frideric. Albrecht) Jüden-Glaube und Aber-Glaube / cum notis M. *Chriſtiani Reineccii*, Lipſ. 1705. 8. iterumque ſaltem quoad titulum ibid. 1713. Ejusd. Beſchreibung des Jüdiſchen Oſter-Feſtes. Conf. Part. I. p. 990.

*Gerſonis* (Chriſtiani) Jüdiſcher Talmud: v. Part. I. pag. 1008. Adde *Rich. Simonis* epiſtolas Selectas *Amſtelod.* 1700. 8. editas p. 67. ſq. ubi probat conſilium Helveti cujusdam, Gallicam libri illius verſionem adornantis.

*Margaritæ* (Anton.) Jüden-Glaube: vide Part. I. p. 203.

*Mayer* (Chriſtoph. Paulus) in variis ſcriptis, de quibus Part. I. n. 1899. Adde Supplementa.

*Kirchner* (Pauli Chriſtiani) Jüdiſches Ceremoniel, oder allerhand Jüdiſche Gebräuche / welche die Juden in und auſſer dem Tempel bey allen und jeden Feſt-Tagen / auch ſonſt / &c. pflegen in acht zu nehmen / Erfurth 1717. 8. pp. 126.

Non omittendæ hic ſunt *leges ſumtuariæ*, quas Judæi paſſim ſibi ipſis, non conſultis Chriſtianorum Magiſtratibus, ferre & dicere auſi ſunt. Sic Francofurtenſes Iudæi talem inſtitutionem (Kleider-Ordnung) formarunt an. 1715. quam Cl. *Schudtius* in dialecto Hebr. vernacula & Germanica puriori primum ſeorſim Francof. ad Mœn. in 8. cum notis edidit, deinde vero Memorabilibus ſuis Judaicis Parte IV. Continuat. III. inſeruit p. 81. ſqq. Confer ibidem p. 117. ſqq. Jüdiſches Franckfurther und Prager Freuden-Feſt / antea ſeorſim ab eodem ed. in 8.

XIV.

Digitized by Google

## XIV. *Scriptores Chriſtiani de Antiquitatibus Hebraicis, ut & de moribus ac ritibus Judæorum hodiernis, & an in Republ. Chriſtiana tolerandi?*

Etlicher Theologen Bedencken / wie Chriſtl. Obrigkeit denen Juden / unter den Chriſten zu wohnen / geſtatten könne / Gieſſ. 1614. 8. *Marp.* 1625. 8. cum præfat. Theologorum Gieſſenſ. Leguntur ibi conſilia Lutheri, Theologorum Haſſiacorum, & Nigrini.

*Anonymi* Jüden-Practick, oder Bericht von der Jüden Practick und andern ihren gottloſen Leben / Augſpurg 1610.

*Anonymi* Diſcurs über der Frage: Ob wahre Chriſten mit gutem Gewiſſen die Juden als Juden in äuſſerlichen / weltlichen und bürgerlichen Stande erdulden? 2) ob ihnen noch darzu der öffentliche Jüdiſche Gottesdienſt verſtattet werden könne? an. 1695. 8. pp. 66. ſine loco notato.

*Anonymi* ſub litera C. nominis initiali latentis, Conformite des Coutumes des Indiens Orienteaux avec celle des Iuifs & des autres peuples de l' Antiquité, *Bruxell.* 1704. 12.

*Acbatii* (Iſraëlis) der Jüden Ehrbarkeit / Urſel. 1571. 4.

*Arias* (Bened.) v. *Montanus.*

*Arndii* (Joſuæ) Clavem ſeu Lexicon Antiquitatum Judaicarum &c. ex MS. edendam cum Bibliotheca Antiquitatis Judaicæ ſelecta pridem promiſit Cl. *Carolus Arndius*, Prof. Roſtoch. vide Vener. *Pippingii* Memorias Theologorum p. 178.

*Bähr* (Joh. David) Schediaſma de Judæorum in Chriſtianos hoſtilitate. *Lipſ.* 1700. 4.

*Basbuyſen* (Henric. Jac. van) Prof. Serveſtani, Poſitiones ad Sciagraphiam Syſtematis Antiquitatum Hebraic. *Hanov.* 1702. 4. Ejusd. Continuatio I. & II. ibidem. Diſputationes variæ, diverſo tempore editæ, & in unum collectæ lucem viderunt ſub titulo: *Syſtema Antiquitatum Hebraicarum Minus* Francof. ad Mœn. 1715. 8. In eo ſæpe ad Syſtema Majus provocat, de quo confer epiſtolam ejusdem ad Illuſtr. Dominum Marquard. Ludovic. de Prinzen, item Acta Eruditoru German. Part. XXV. p. 82. ſqq. ubi totius operis delineatio exſtat, & præfationem ad lib. I. Obſervatt. Sacrarum.

*Bartoloccius* (Julius) in Diſſertationibus variis per Bibliothecam Rabbinic. diſperſis.

*Belmann* (Joh. Arndius) de origine rituum Hebræorum, contra Spencerum, *Upſal.* 1707. 8.

*Buxtorfius* (Johan.) P. & F. in Lexico Chaldaico-Talmudico-Rabbinico & variis Diſſertationibus ſatis notis.

*Ejusd.* Synagoga Judaica *Germanice* Baſileæ 1603. & 1643. 8. hinc *Latine* Hanoviæ per Joh. Germbergium 1604. 8. & alias, quæ interpretatio cum minus ſe probaret Buxtorfio filio, aliam dedit *Daniel Clericus*, poſtquam Buxtorfius totius operis ordinem ad Leonis Mutinenſis libellum aliter conformaſſet. Vide præfat. Buxtorfii filii ad edit. Lat. Baſileenſem an. 1661. & B. Placcii Theatrum Pſeudonymorum p. 147. Adde Rich. Simonis præfat. ad verſionem Gallic. Leonis Mutinenſis.

*Anglice* per Alanum Blanc converſa prodiit *Lond.* 1656. 4.

*Belgice* ex parte in *Abrah. Coſteri* Hiſtoria Judæorum, cujus nomen vide.

*Buxtorfius* Pater librum conſcripſerat, quo *Cauſas* odii Judæorum in omnes gentes ac mundi populos, omnium autem maxime in Chriſtianos, initium, progreſſum, continuationem, blasphemias duras, convicia in Chriſtum, Chriſtianorum Magiſtratum, Chriſtianos omnes, imprecationes & illis ſimilia ex ipſis Judæorum libris expoſuerat. Ipſe id teſtatur in epiſtola ad Matthiam Martinium, quæ legitur in Bibliotheca Bremenſi Claſſ. IV. Faſcic. III. p. 601.

*Brunsmanni* (Johan.) Judaica Levitas, ſive ſuper illo: qualem Judæi de rebus ſacris patriis teſtantes vel loquentes mereantur fidem: *Hafn.* 1705. 8.

*Cæſaris* (Felicis) drey Fragen wegen der Juden / teſte Lipenio Biblioth. Theolog. Part. II. p. 142.

*Camentii* (Erdman Gothofr.) Diſput. de ſuſpecta Maimonidis in Antiquitatibus Judaicis fide, *Witteberg.* 1716. 4.

*Collier* (Thomas) vide *Prynne.*

*Conringii* (Hermanni) Diſſertationes variæ.

*Coſteri* (Abrah.) *Hiſtorie der Joden*, belgice *Amſtelod.* 1649. 8. pp. 293. Conſtat partibus III, quarum I. de fide eorum & doctrina de Deo, ſalute & Meſſia, II. de cultu religioſo, cerimoniis & feſtis, III. de vitæ quotidianæ curſu & inſtitutis præcipit. Auctor in præfatione profitetur, ſe tum Rabbinorum & aliorum Scriptorum libros, tum inprimis Buxtorfii Synagogam Judaicam ſecutum eſſe, atque poſtremam

mam

mam illam in Parte II. & III. paſſim, etiam quod ad verba, expreſſiſſe.

*Creſcentius* (Jul. Benedict.) Conſilium ſuper Judæorum Privilegiis, d. i. Geiſtliches Bedencken / ob die Juden und ihr Wucher in dem Römiſchen Reich zu dulden? item: ob nicht ihrer Gotteslåſterungen wegen ſie ſich aller Privilegien ſelbſten entſetzet? Darmſtad. 1612. 4.

*Daſſovii* (Theodori) Diſſertationes variæ, prælectiones itidem Antiquariæ MSS. & abſolutum antiquitatum Judaicarum corpus, de quo aliisque huc pertinentibus vide Viri præſtantiſſimi, *τȣ̃ μακαρίτȣ*, promiſſa in Novis Literariis Maris Balthici an. 1705. p. 86. & hinc in Cl. *Fabricii* Bibliographia Antiquaria pag. 10. ſqq. Speciatim huc pertinet ejus Diſp. de Imaginibus rerum Hebræarum, *Kilon.* 1701. 4. de quo argumento ſingulari opera ſe acturum idem promiſit.

*Dieterici* (Joh. Conradi) Antiquitates Biblicæ Vet. & Novi Teſtamenti, *Gieſſæ* 1671. fol.

*Danzii* (Joh. Andr.) Diſſertationes variæ, quas recenſitas lege in Caſp. Zeumeri Commentat. de Vitis Profeſſorum Theologorum Jenenſium p. 297. ſq.

*Deylingii* (Salomonis) Obſervationum Sacrarum Partes III.

*Eiſenmengerus* (Jo. Andr.) in Iudaiſmo detecto, de quo ſupra, varia affert ad fraudes & calumniandi libidinem Iudæorum cognoſcendam pertinentia.

*Fabricius* (Ioh. Albert.) in Bibliographia Antiquaria, & Indice Theſauri Antiquitatum Hebr. *δωδεκατεύχȣ*, qui primum B. Gothofr. Voigtii Thyſiaſteriologiæ præmiſſus deinde vero Bibliographiæ illi inſertus eſt p. 21. ſqq.

*Fleury* (Claud.) Mœurs des Iſraëlites, *Pariſ.* 1681. & *Hag. Comit.* 1682. 12. tum alias & jam ſextum edita. *Belgice* interprete D. Ghiis *Amſtelod.* 1702. 8. *German.* per Ioh. Enckhuſe *Hanover.* 1708. 8.

*Goodwin* (Thomas) Moſes & Aaron, Civil and Eccleſiaſtical Rites uſed by the ancient Hebrews *Oxon.* 1614. *Lond.* 1625. 1631. & 1634. in 4. & ſæpe alias, adeo ut, quæ ibid. 1672. lucem vidit, in titulo duodecima appelletur.

*Latine* converſus idem liber & notis illuſtratus a *Joh. Henr. Reizio, Bremæ* 1679. 8. & 1685. tum *Ultrajecti* cum duabus Herm. Witſii diſſertatt. de Theocratia Iſraëlitarum & de Rechabitis, an. 1690. & alias, hinc iterum *Bremæ* 1694. (quæ tertia vocatur editio) 1702. & 1710. prodiit.



Digitized by Google

diit. Ex eadem vero verſione cum novis Cl. *Jo. Henr. Hottingeri*, Nepotis, notis & aliis acceſſionibus, *Francof.* 1710. 8. lucem vidit.

*Belgica* quoque verſio exſtat. Notas in eum de ſe ſperari juſſit *Jo. Nicolai:* vide Meelfuhreri Acceſſiones ad Almeloveenium p. 73.

*Imbonatus* p. 281. Biblioth. Latino-Hebr. Goodwini Antiquitates Hebr. *Oxon.* 1646. editas diſtinguit perperam ab ejusdem Moſe & Aarone *Brema* 1679. 8. vulgato.

*Goerei* (Guilielmi) Antiquitates Moſaicæ, belgice, *Amſtelod.* 1690. fol. 4. voll. *Ejusd.* Antiquitates Judaicæ, itidem Belgice ibid. 1703. 2. voll. fol. *Ejusd.* Continuatio & notæ in Cunæum, quem vide.

*Hardtii* (Herm.) Profeſſ. Helmſtad. diſſertationes variæ v. c. *Officia Judæorum Antelucana*, *Helmſtad.* 1706. 8. ubi de precibus eorum matutinis, & iis, quæ huc pertinent: de juramento per dextræ carpum: Prodromus Iuris Iudæorum Canonici de circumciſione: de Analectis Iudæorum &c. In multorum quoque manibus verſatur ejusdem Antiquarius Iudaicus manu exaratus. Idem in præfat. ad Prodromum modo laudatum ſperare jubet majus opus Iuris Iudæorum Canonici a ſe jam elaboratum. Ejusd. Ænigmata Iudæorum religioſiſſima, *Helmſt.* 1705. 4.

*Haſæi* (Theodori) Bibliotheca Hiſtorico Philologico-Theologica, per Faſciculos varios huc usque *Bremæ* edita, varias exhibet diſſertationes huc pertinentes.

*Hiller* (Ioh. Wolffgang.) Bedencken / ob die Juden ihren Wucher-Zinß mit Recht behaupten können? *Aug. Vindelic.* 1651. 4. *Ejusd.* Demonſtratio Iuridica & Veridica, daß die Liſt / ſo Juden in Bemäntelung ihres Wuchers in Schuld-Sachen gegen ihren Debitorem gebrauchen / in Rechten verwerfflich / *Noriberg.* 1658. 4.

*Hosmannus* (Sigismundus) in libro ſchwer zu bekehrendes Juden-Hertz / de quo ſupra inter Scriptores Anti-Iudaicos, varia commentatur de fraudibus, odio & conviciis Iudæorum in CHRISTUM & Chriſtianos; quo fere tota quoque libri Appendix ſpectat.

*Knorr* (Chriſtianus) *a Roſenroht* in præfat. ad Tom. II. Gabbalæ Denudatæ pag. 21. ſqq. 24. affert argumenta pro tolerandis inter Chriſtianos Iudæis facientia, idemque p. 36. ſqq. ad objectiones, quæ fieri poſſint, reſpondet. De eodem argumento commentatur *Chriſtianus Helvicus* in Elenchis Iudaicis p. 194. edit. Cl. *Crenii*, qui in notis alios huc pertinentes allegat.

Lamy

Digitized by Google

*Lamy* (Bernhard.) Oratorii Presbyteri, Apparatus Biblicus, ad intelligenda Sacra Biblia methodicam Antiquitatum Hebraic. diſpoſitionem exhibens. Lugd. Batav. 1711. 8. Hic libellus ab auctore primum Latine per modum Tabularum Pariſiis editus eſt, ab alio vero in forma libri gallice converſus, lucem vidit Pariſiis & Lugduni, tandemque Latine, ſed in libri habitu, cura Anonymi prodiit in Belgio eo, quem diximus, loco.

*Lempereur* (Conſtantinus) in notis ad Tractatus quosdam Talmudicos, itemque ad Benjaminis Tudelenſis Itinerarium aliisque ſuis commentationibus.

*Leusdenii* (Iohannis) Philologus Hebræo-mixtus. *Ultrajecti* 1663. 4. & 1682.

*Lighfootus* (Iohannes) in Operibus ſuis, *Roterodami* 1686. fol. edd. ac ſpeciatim in Horis Hebraicis & Talmudicis antiquitati Iudaicæ lucem affudit, quando aliis rebus feliciter inde eam accendere conatus eſt.

*Læſcherus* (Valentin. Erneſtus) in Conſpectu Theſauri Antiquitatum, quem habes in epiſtola ejus ad Rev. Chriſtian. Feuſtelium, hujus Miſcellaneis Sacris & Eruditis ſubjuncta, p. 746. ſqq. de illuſtrandis Hebræorum antiquitatibus, ſe cogitaſſe oſtendit.

*Lundius* (Iohannes) Eccleſiaſtes quondam Tunderenſis, deſcripſit die alten Jüdiſchen Heiligthümer primum tribus tomis in 8. qui poſtea in 5. libros & unum volumen in fol. ex aucto emendatoque Auctoris MSto cum lemmatibus novis & indicibus conjuncti, cum Rev. Henr. Muhlii præfatione, prodierunt *Hamburgi* 1701. & 1711. Eo opere non omnia Antiquitatum Hebr. capita, ſed *Sacerdotium Leviticum*, atque adeo Tabernaculum, Templum prius & poſterius, Sacerdotes, eorumque ornatum & officia, tum Levitas, & cultum divinum Iudæorum quotidianum perſequitur.

*Mayerus* (Io. Frideric.) Synagogam Iudaicam quoad potiores partes fieri ſibi curavit, cujus delineationem habes in calce Catalogi Bibliothecæ ejus. Conf. Chriſtoph. Wallichii Deſcriptionem ſeorſim editam.

*Mel* (Conrad) D. Theolog. & Inſpector Hersfeldienſis libro vernaculo: Der Tabernackul, oder gründliche Beſchreibung der Stifts-Hütte/ *Francof.* 1711. 4. edito præmiſit præfationem de jucunditate, neceſſitate

ſitate & utilitate ſtudii Antiquitatum Iudaic. additis præcipuis, qui de ſingulis capitibus videri poſſunt, auctoribus.

*Meurer* (Ioh. Ulricus) Theſaurum Antiquitatum Hebræarum ad exemplum Theſauri Græviani & Gronoviani editurus erat, ceu in Specimine edito profeſſus eſt, de quo vide Hiſtoriam Criticam Reipubl. Liter. Tom. VII. p. 438.

*Mirus* (Adam Erdman) an Magiſtratus Chriſtianus Iudæos recipere aut tolerare debeat. *Witteb.* 1682. 4.

*Mölleri* (Nicol.) Profeſſ. hodie Kilonienſis Specimen Syſtematis Antiquitatum Hebraic. minoris primum de Templo Salomoneo, *Jen.* 4.

*Montani* (Bened. Ariæ) libri IX. Antiquitatum Iudaicarum *Lugduni Bat.* 1593. 4. hinc recuſi in Tomo IX. Criticorum Sacrorum Anglicanorum.

*Muller* (Ioh. Chriſtoph.) Greuel der falſchen Meſſien / in Pantheo Anabaptiſtico.

*Oſtermanni* (Ioh. Erici) Miſcella rerum Iudaicarum, *Wittenb.* 1670. 4.

*Ottonis* (Io. Henr.) Profeſſ. Tigurini, Lexicon Rabbino-Philolog. *Genevæ* 1675. 4.

*Pfeiferi* (Auguſti) Specimen Antiquitatum Sacrarum de antiquis Ebræorum ritibus & moribus, *Witteberg.* 1667. 4.

*Ejusd.* Antiquitates Hebraicæ ſelectæ, *Lipſ.* 1685. 12. & in Operibus Philologic. *Ultraj.* 1704. 4.

*Ejusd.* Sciagraphia Syſtematis Antiquitatum Hebraic. in Critica Sacra pag. 141. ſqq. ubi exhibentur nudi capitum tituli cum auctoribus, qui de iis expoſuerunt.

*Ejusd.* Dubia Vexata paſſim.

*Prynne* (William) *Short Demurrer to the Iews long diſcontinued Remitter into England*, Londini 1656. 4. pp. 105. Ibi hiſtoria traditur primæ Iudæorum in Anglia admiſſionis, rerum ab iis ibi male geſtarum, calamitatum ideo toleratarum, exſiliorum, & perpetuæ expulſionis legibus publicis ſtatutæ. Additur quoque collectio ſtatutorum Angliæ, quæ revocationi eorum in Angliam adverſantur, cum confutatione præcipuorum, quæ pro ea afferuntur, argumentorum. Scriptio hæc ſuſcepta eſt tempore *Cromwelli*, qvi cauſæ Iudæorum vehementer favebat.

Huic

Huic oppoſitus eſt libellus Anglicanus *Thomæ Collier*, ſub titulo: *Brief Answer to ſome of the Objections and Demurs made againſt the coming in and inhabiting of the Iews in this Commonwealth* ibid. 1656. 4. pp. 24.

*Quenſtadt* (Ioh. Andreæ) Antiqvitates Biblicæ Eccleſiaſticæ, *Witteberga* 1688. 4.

Rechtthu Pſeudonymi Juden und Juden-Genoſſen / ubi de fraudibus eorum & dolis, inprimis circa jusjurandum agitur.

*Reime* (Henr. Gottlieb) de hiſtoriarum ac Antiquitatum Judaicarum fide *Jena* 1717.

*Reimmanni* (Jac. Frider.) Einleitung zur Hiſtorie der Theologie insgemein/ und der Jüdiſchen insbeſondere / Magdeb. 1717. 8.

*Reiskii* (Ioan.) Theocratia, Reſpublica ſine exemplo. *Jen.* 1670. 4.

*Relandi* (Hadriani) Profeſſ. quondam Ultrajectini, Antiquitates ſacræ veterum Hebræorum, primum *Ultrajecti* 1708. hinc altera fere parte auctiores 1712. 8. prodierunt, ex quo cum præf. Rev. Io. Franc. Buddei recuſæ ſunt *Jenæ* 1713. 8.

*Ejusd.* Palæſtina ſ. Geographia Sacra huc pertinet.

*Scacchus* (Fortunatus) in Myrotheciis tribus Sacrorum Elaeochriſmatum paſſim in campum Antiquitatum Hebraic. excurrit. Prodiit opus perpolitum, quoad Part. I. *Romæ* 1625. II. 1627. III. 1637. 4. & junctim *Amſtelod.* 1701. fol. Pars III. præcipit de unctione Regum, Magiſtratuum &c. in populo Iudaico.

*Scheidius* (Balthaſar) Prof. Argentorat. in nonnullis diſſertationibus, maxime vero in commentationibus variis MSS. hoc argumentum illuſtravit. Vide Cl. Fabricii Bibliographiam Antiquariam p. 9.

*Schröteri.* (Henr.) Weiſſenburgenſ. Deliciæ Iudaicæ, darin zu ſehen / mit was böſen Practiquen die Juden insgemein zum Schaden der Chriſten umgehen / Darmſtad. 1613. 4. pagg. 20. In titulo promittitur tanquam ſubjunctum calci *Creſcentii* Rechtliches Bedencken/&c. quod prodierat ibidem an. 1612. de quo ſupra ſuo loco.

*Schudt* (Ioh. Iacobus) Rector Gymnaſii Francofurtani, paſſim in Iephhta ſuo, tum vero in Deliciis Hebræo-Philolog. Iudæorum antiquitates attingit, & poſteriori libro p. 147. ſqq. σκιαγραφίαν Antiquitatum Pfeiferianam a ſe auctam usque ad p. 160. exhibet, inde vero usqe ad p. 177. in notitiam Scriptorum hujus generis Lectorem immittit. Idem in Memorabilibus Iudaicis mores Iudæorum & ritus hodiernos diligenter recenſet.

*Selneccerus* (Nicol.) vide ſupra inter Scriptores Anti-Judaicos.

*Semler* (Chriſtoph.) Antiqvitates Scripturæ Sacræ, german. *Halæ* 1708. 12.

*Serpilius* (Georg.) Antiſtes Ratisbonenſ. meritiſſimus, Synagogam Judaicam cum apparatu eo pertinente fieri ſibi curavit, ceu patet ex *Elencho Rerum Judaicarum* germanice dimidia plagula in 8. edito. Ampliorem illius deſcriptionem Ex Judæus qvidam molitur.

*Spencerus* (Johannes) lib. III. de Legibus ritualibus Hebræorum diſſert. VIII. c. 12. ait, animum ſibi fuiſſe, addere diſſertationem de ritibus Judæorum, de qvibus mentio fiat in Scriptis Canonicis & Apocryphis, & qvi tamen non ſint inſtitutionis divinæ, una cum Supplemento de phylacteriis. Exſtat illa commentatio MS. in Bibliotheca Archiepiſcopi Cantuarienſis, teſte auctore Bibliothecæ Anglicanæ Tom. VIII. Part. I. p. 3.

*Tiſſander* (Franc.) poſt Dedicationem *Grammaticæ* ſuæ Hebr. *Pariſ.* 1508. 4. editæ, exhibet compendium cerimoniarum Judaicarum, qvales in Judæorum Italorum Synagogis obſervaverat. Vide *Chevillerium* de origine Typograph. p. 290.

*Toland* (Johan.) Reaſons for naturalizing the Jews, *Lond.* 1715. 8. qva ſcriptione probare conatur, Judæos non minus, qvam ceteras nationes, civitate Anglicana donandos eſſe.

*Vitringa* (Campegii) Obſervationum Sacrarum libri ſex, de qvibus alias, varia exhibent huc ſpectantia.

*Wagenſeilius* (Joh. Chriſtoph.) in ſcriptis potiſſimum Germanicis, qvæ ſub nomine ejus inter Scriptores Anti-Judaicos recenſita ſunt.

*Witeus* (Sebaſt.) *Faciutus*, qvis ſit, cujus tractatum de Feſtivitatibus & ritibus Hebræorum inter Opera ejus *Florent.* 1587. prodiiſſe refert *Imbonatus* pag. 450. b. Biblioth. Latino-Hebr. conjectura hucdum aſſeqvi non potui.

*Warner* (Adrian.) der Juden Bad-Stub / darinnen eigentlich der Juden heimliche Practick und Schelmenſtück öffentlich bewieſen werden / wie ſie den Chriſten das Blut und den ſauren Schweiß &c. ausſaugen / verſibus germanicis, an. 1611. 8. pp. 48. Accedit in calce Hiſtoria Joh. Pfefferkornii, Ex Judæi, Halis ob ſcelera ſua combuſti pp. 5. german.

*Weidler* (Jo. Frider.) Diſp. de corruptis Legum Hebr. rationibus. *Vitemberg.* 1713. 4.

*Witſii*

*Witſii* (Herman.) Miſcellanea Sacra. *Lugd. Bat.* 1692. & 1695. 4.
Wucherfeind (Chriſtlieb) Pſeudonymi, verdammliches Juden-Spieß.

Adde his eos, qvi Judæorum ritus cum Indicis & Americanis contulerunt: qvales laudat Cl. *Jo. Albertus Fabricius* in Bibliographia Antiqvaria p. 16. ſq. aut qvi convenientiam eorum cum inſtitutis *Chriſtianorum* qvibusdam indagarunt: vide eundem pag. 106. ſqq. aut qvi in originem horum *rituum*, ab Ægyptiis v. c. derivandam, inqviſiverunt, de qvibus lege eundem p. 29.

Conf. Cl. *Nicol. Mölleri*, Profeſſoris nunc Kilonienſis, Diſſert. de modernis Antiqvitatum Hebraic. Scriptoribus, *Jenæ* 1693. 4. Speciales Scriptores de ſingularibus argumentis hic recenſere nunc non licet, qvi interim videri poſſunt in Cl. *Fabricii* Delineatione Theſauri Antiqvitatum Hebræarum & Bibliographia Antiqvaria ſuis locis.

## XV. Obſervationes Miſcellaneæ de Judæis in univerſum.

Non ingratum puto fore Lectori, ſi hic ſpecialia qvædam momenta, ad res Judæorum pertinentia, ita recenſeri videat, ut ſimul intelligatur, a qvibus illa Scriptoribus excuſſa & pertractata ſint.

Non poſtremum hiſtoriæ Judaicæ momentum eſt, qvod ad *Decem Tribus* Iſraëlitarum, a reliqvis ſejunctas, pertinet. De illis lege inprimis *Hermanni Witſii* δωδεκάφυλον ſive libellum de decem tribubus in calce Ægyptiacorum ejus, *Adriani Pauli* Diſputat. de decem Tribubus Iſraëlitarum deperditis non deperditis, ſive excerpta ex Oratione habita Hammonæ Weſtphal. 1667. ubi oſtenditur, decem illas tribus partim rediiſſe, partim redeundi jus habuiſſe, ſed non uſurpaſſe; *Gisb. Voëtium* in Diſpp. Selectis Part. II. pag. 133. ſq. *Pet. Dan. Huetium* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IX. c. 4. p. 632. ſqq. item *Anonymi* kurtzen Bericht von den 10 Stämmen Iſrael / &c. wo ſolche herkommen / ob ſie noch verhanden / wiederkommen / und das gelobte Land einnehmen werden? 1666. 4. plagg. 5.

In *Schiſma* hoc ipſum ejusqve cauſas & conditionem inqvirit *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judæorum Tomo VI. p. 60. ſqq. Adde Cl. *Maturinum Veyſſiere La Croze* in Entretiens ſur divers ſujets p. 149. ſq.

Num ex carcere Babylonico redierint cum reliqvis, dubie inter eruditos diſputatur. Ex Judæis in hoc argumento multus eſt R. Aſarias in

Meor Enajim lib. III. c. 13. p. *69.* ſqq. reditum illum negans eſſe factum. Aliorum Judæorum de hac re loca lege apud J. G. *Schupartum* in Diſſertat. de Karæis p. 28. & Cl. *Jo. Jac. Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. I. lib. V. c. 14. & Parte IV. Continuat. I. p. 311. ſq.

Ex noſtratibus reditum illum factum pleriqve cenſent, inter qvos lege B. Jo. Mullerum in Judaiſmo lib. I. c. 22. p. 921. ſq. In contrariam vero ſententiam nonnulla affert Cl. Schudtius l. c. p. 513. ſq. ipſe ſtatuens, nonnullos qvidem ex his decem tribubus, ceteris miſtos, ex Babylonia reverſos, maximam vero partem in loca alia omnia diſperſos eſſe.

Qvo itaqve pervenerint, & ubi locorum hodie inprimis degant, multi diligenter inqviſiverunt. Lege citatos a Cl. *Fabricio* pag. 17. ſeq. Bibliographiæ Antiqvariæ, qvibus adde Cl. *Jac. Basnage* Tom. IV. p. 931. & Tom. VI. p. 144. ſqq. *Guil. Vorſtium* ad Zemach David p. 241. & *Rabenerum* in Amœnitatibus Hiſtorico-Philolog. p. 41. ſq. Ex recentioribus Judæis ignorantiam hic modeſte profitetur *Simeon Luzzati* in Diſcorſo circa il Stato degli Hebrei p. 98. b. ita ſcribens; *In quanto alle dieci tribù, che furono captivati da Salmanaſſar innanzi la diſtruttione del primo Tempio, non ſi ſa di loro certa novella, ancora che ſia il mondo hoggidi tutto indagato e ſcoperto.* Conf. *Wagenſeilii* Peram Juvenilem Loculamento II. p. 113.

Juxta fluvium *Sabbatjon*, a qviete appellatum, magnam horum Judæorum diſperſorum copiam habitare fingunt Judæi, nominatim *Schelomo ben Iehuda* in Schevet Jehuda, qvem Gentius edidit latine, p. 163. qvi Synagogas centum & amplius ibi collocat. Adde *Menaſſe ben Iſraël* in Spe Iſraëlis p. 65. & Nizzachon apud Wagenſeilium p. 69. Telorum Igneorum Satanæ.

Commentis, qvicqvid hujus eſt, abſolvi ex noſtratibus poſt B. *Spizelium* in Elevatione Relationis Montezinianæ p. 5. & 122. oſtenderunt *Iobus Ludolfus* lib. I. Hiſtor. Æthiop. c. VIII. n. 115. & in Commentario p. 133. ſqq. & alii. Confer *Luc. Holſtenii* diſſert. ſingularem inter σύμμικτα Allatii p. 439. ſq. *Iulii Bartoloccii* Biblioth. Rabbinic. Tom. I. p. 100-130. *Paul. Fagium* ad Paraphraſin Onkeloſi ſuper Deuteron. XXX. *Paul. Colomeſium* in Obſervatt. Sacris pag. 70. *Nic. Fullerum* l. 9. Miſcell. *Iac. Basnage* Tom. VII. p. 111. ſq. Hiſtoriæ Judæorum, *Franc. Paulinum* in Deliciis Philoſophicis c. XXXVIII. *Chriſtiani Benjam. Ottonis* diſputationem ſingularem *Lipſ.* 1701. 4. & Cl. *Schudtium* in Memorabil. Iudaic. Parte I. p. 519.

Duos

Duos Iudæos Polonos anno 394. C. 1634. poſtqvam diu peregrinati eſſent, ſingularem libellum germanice de origine fluvii Sabbatici Lublini edidiſſe, Werslaviæ in nundinis auctoritate publica combuſtum, teſtis eſt *Menaſſe ben Iſraël* in Spe Iſraëlis pag. 65. Vide, qvos præterea hanc in rem laudant *Schudtius* in Compendio Hiſtor. Judaicæ p. 130. ſqq. & 443. item in Trifolio p. 504. & *Diſenbachius* in Judæo Convertendo pag. 130.

Fabulæ hujus originem inveniſſe ſibi videtur *Thomas Hyde* in notis ad *Perizolii* Itinerarium p. 149. Putat is, nominis hujus fluvium vere alicubi terrarum fluere, qvem Iudæi, non tamen a qviete Sabbati, appellarint. Ita vero commentum perfectum putat. Suſpicatur Iudæos, a Sennacheribo in exſilium actos, primo qvidem tempore deportationis ſuæ Sabbatum celebrare non potuiſſe, poſtea vero, reqviem nactos, ad ripam fluvii *Gozan* primum Sabbatum iterum coluiſſe, qvæ res illi *Sabbatici fluvii* nomen pepererit. Dehinc alios, id qvidem ignorantes, nominis originem ex ingenio eam dediſſe, qvod ſcilicet vel Sabbati die qvieſceret, & reliqvis diebus flueret, vel viciſſim (auctores enim hac in parte ait diſſentire) qvod ſola Sabbati die flueret, reliqvis autem ſiſteret curſum.

*Iudæus immortalis*, qvi vocatur, & inde a tempore perpeſſionis Chriſti ad hæc usqve tempora per orbem inqvietus vagari nonnullis putatur, vixiſſe autem aut vivere perpaucis, & recte qvidem, creditur, ſub *Ahasveri* nomine permultos invenit, qvi ſuam dicerent de ſe ſententiam, qvos hic literarum ordine recenſebo, ita qvidem, ut, qvorum nominibus non additum eſt ſententiæ indicium, ii rem totam inter mendacia numerare exiſtimentur. Sunt autem iſti:

*Anonymus* im Bericht von 2 Zeugen des Leydens JEſu: qvi fidem habet fabulæ.

*Bangertus* (Henr.) de vita Ant. Coleri, nihil definiens.

*Bartholinus* (Thomas) de latere Chriſti aperto cap. 7. nihil definiens.

*Basnage* (Iac.) Hiſtoire des Iuifs Tom. V. pag. 1834: & in noviſſima edit. Tom. IX. p. 629. ſq.

*Boterens* (Rudolph.) Commentar. Hiſtor. lib. 11. p. 385.

*Bulinger* (Iul. Cæſar) in Hiſtoria ſui temporis p. 357.

*Caroli* (Andreas) in Memorabilibus Eccleſiaſt. Sec. XVII. lib. I. p. 96.

*Chriſtiani* (David) Diſput. de Meſſia p. 108.



Digitized by Google

*Chriſtiani* (Frid. Alb.) Juden Glaube und Aberglaube Append. III. p. 178.
*Cluverus* (Iohannes) in Epitome hiſtoriarum p. 759. ſq. nihil definiens.
*Danhauer* (Io. Conrad.) in Lacte Catechetico Part. V. pag. 1380. item in Chriſtoſophia p. 385. Chriſteide p. 873. & in Memoriali Evangelico p. 306.
*Difenbach* (Mart.) in Iudæo Convertendo p. 102.
*Dudulæus* (Chryſoſt.) Weſtphalus, cujus narratio Germanica exſtat ſub titulo: Gründliche und wahrhafte Relation von einem Juden/ Nahmens Ahasverus. In epiſtola ad Amicum præmiſſa, & Revaliæ 1634. data, refertur, hunc hominem a D. Paulo von Eitzen, Hamburgi 1547. in templo qvodam, tum vero alio tempore ab aliis, qvi nominantur, deniqve vero *Revaliæ* 1634. conſpectum eſſe. Mea, qvæ in manibus eſt, editio *Norimbergæ*, ſine notato anno in 4. prodiit & adjunctam habet narrationem de 12. tribubus Iudaicis, qvam illæ contumeliam CHRISTO intulerint, & qvam ſingulæ pœnam ferant: item relationem de ſententia ſuper CHRISTUM lata. Cl. Schudtius loco citando editionem aliam memorat, in qva epiſtola iſta ſcripta dicatur an. 1614. A Thilone in Diſſert. citanda video laudari edit. anni 1645. Auctor fabulam pro vera habet.
*Franciſci* (Eraſmus) Schau-Bühne Part. II. p. 408.
*Heldvaderus* (Nicol.) in Sylva Chronolog. Circuli Balthici Part. II. p. 271.
*Hadeck* (Io. Georg.) Eccleſiaſtes in Palatinatu in libello: Nathanaelis Chriſtiani Relation eines Wall-Bruders / mit Nahmen Ahasverus, ein Jude / &c. qvi rem credidiſſe videtur.
*Hoornbeeck* (Ioh.) de Convertend. Iudæis p. 18. ſq.
*Hottingerus* (Io. Henr.) in Hiſtor. Eccleſiaſt. N. T. Sec. XIII. p. 540. ſq.
*Koch* (Io. Chriſtoph.) in Obſervatt. Miſcellan. Part. XVII. p. 420.
*Libavius* (Andr.) in Praxi Alchymiſt. p. 291.
*Mayer* (Io. Frider.) in Ecloga Evangelica ad Dominic. II. Adventus, Qvæſt. II.
*Mitternacht* (Ioh. Sebaſt.) Diſſert. de Iohanne Evangeliſta adhuc ſuperſtite diſſ. 19. p. 397. ſq.
*Paris* (Matthæus) in Hiſtoria Anglicana p. 339. ſq. & 827. qvi calculum ſuum rei tanqvam geſtæ adjicit.
*Pauli* (Oliger) in lib. Saul en ſiin Wapen-Knecht vallen in haer eygen Swaerden, *Amſtelod.* 1700. 8. pro veritate rei pugnat.

*Paul-*

Digitized by Google

*Paullini* (Chriſt. Franc.) in der Zeitkürtzenden erbaulichen Luſt Part. III. pag. 596. ſqq.

*Pfeifer* (Auguſtus) Evangeliſche Erquick-Stunden p. 349.

*Sagittarii* (Caſp.) Harmonia Hiſtor. Paſſion. Part. II. p. 725. ſqq.

*Schudt* (Jo. Jac.) iu Compendio hiſtoriæ Judaicæ lib. III. c. 8. p. 461. & inprimis in Memorabilib. Judaicis Part. I. lib. 5. c. 14. p. 488. & Part. IV. Continuat. I. p. 308.

*Schultze* (Chriſtoph.) Diſſ. hiſtorica de Iudæo non-mortali, Regiomonti 1693. & 1711. 4.

*Suden* (Herman.) in gelahrten Critico Part. I. p. 73. ſq.

*Thilo* (Gottfr.) Meletema Hiſtoricum de immortali Iudæo, *Witteberg.* 1668. 4.

*Voëtius* (Giſbert.) Diſputt. Select. Part. II. p. 104.

*Wilckens* (Chriſtoph.) gröſſeſte und heiligſte Märtyrer p. 243. ſq.

*Zeiler* (Martin.) Send-Schreiben Part. II. Cent. VI. ep. 7. pag. 708. ſeq. Confer etiam Theatrum Europæum Tom. XIV. p. 723.

Diſputatum inter doctos eſt de *fide*, qvæ Talmudi Rabbinicisqve Scriptoribus, de rebus ſuis, cerimoniisqve & antiqvitatibus teſtimonium ferentibus, haberi debeat. Et, qvod fieri ſolet, pleriqve in alterutrum extremum declinarunt, aliis cum *Voſſio*, *Morino* &c. Iudæis nihil omnino niſi ineptias & fabulas tribuentibus, aliis cum non paucioribus in eorum auctoritate nimis ſecure acqvieſcentibus. Negari ſane non poteſt, portentoſam Iudæorum etiam in hiſtoria ſuæ gentis ignorantiam obſervari, qvæ multas lacunas ex Hiſtoricis externis ſuppleri jubeat, nec paucis anachroniſmis locum fecerit. Hæc enim momenta idoneis exemplis comprobavit *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exercit. II. c. 3. p. 253-273. Recte omnino Cl. *Schudtius* in Compendio Hiſtor. Iudaicæ p. 437. *A deſtructo per Titum templo Judæi peſſimi ſunt Hiſtorici, res, perſonas & tempora confundentes, ſæpius, præſertim ubi vana ſibi ſpe blandiuntur, ſine omni fronte multa confingere non verentur.* Neqve inficiari licet, ingenium Talmudiſtarum, aliorumqve Iudaicæ gentis Doctorum, adeo in fabulas eſſe pronum, ut, judice Conſtant. Lempereur ad Iachiadem in Danielem p. 186. *Judæis hoc in more poſitum ſit, ut, ſi quando Sacræ Scripturæ loca ſint difficiliora, excogitent fabulares hiſtorias, quibus conceſſis nihil reſtet difficultatis*, qvemadmodum eosdem in reddendis vocum originibus ad fabulas ſe reci-

recipere *Campeg. Vitringa* cap. 8. de Decem-Viris Otioſis poſt *Lempereurium* & *Wagenſeilium* obſervavit. Prudens præterea qvisqve largietur, ritus ſub templo II, ubi ſenſim magis magisqve invaluit Magiſtrorum pruritus innovandi, receptos, multo magis vero eos, qvos Iudæi poſt illa tempora in ſacris & aliis vitæ negotiis amplexi ſunt, ab antiqvis illis, qvos monimenta Veteris & Novi Inſtrumenti reſpiciunt, multum diſcrepare. Qvo ſenſu recte *Ioſ. Scaliger* de Emendat. Temporum pag. 568. *Manifeſta eſt*, inqvit, *Judaeorum inſcitia, qui cum uſu veterum rituum etiam eorum cognitionem amiſerunt, ut multa, quæ ad eorum ſacra & hiſtoriam pertinent, longe melius teneamus nos, quam ipſi.* Propterea tamen nolim approbare duriora ejusdem *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Oweni*, *Förſteri*, *Guſſetii* judicia, qvæ Cl. *Leideckerus* in præfatione ad Tomum I. de Republica Hebræorum recenſuit, ipſe ea ſeveriora eſſe judicans. Huc pertinent non mitius ſentientes Cl. *Ioh. Clericus* Tom. X. Biblioth. Univerſalis p. 116. ſq. & in Defenſione Iudiciorum de Hiſtoria Critica Simoniana ep. VI. & in Diſſert. de Synedrio Magno, qvæ exſtat in calce commentarii ejus in libros Hiſtoricos §. 1. & 6. nec non *Scipionis Sgambati* in Archivis V. T. p. 360. qvi *a nugandi ſcopo nunquam ait aberrare corruptores veritatis Rabbinos, quibus unum ingenium ſit, vera falſis obruere.* Iunge his aliorum ſimiles ſententias, plena manu allatas, ab *Eduardo Stillingfleeto* in Originibus Sacris lib. 1. cap. 3. §. 9. & *Joh. Brunsmanno* in diſſert. de Iudaica levitate, ſive de eo, qvalem Iudæi de rebus ſacris patriis teſtantes mereantur fidem, *Hafn.* 1705. 8.

Qvæ ut per omnia approbanda non putem, ita viciſſim non ivero unqvam in partes *Ioh. Seldeni*, Viri præſtantiſſimi, in præfatione ad librum egregium de Iure Naturæ & Gentium ſecundum diſciplinam Hebræorum ſtatuentis, res Hebræorum non ex aliis, qvam Hebræorum libris literisqve eſſe repetendas: aut *Iohannis Lightfooti*, in qvem tamen Iſaacus Voſſius in Obſervationibus Variis p. 331. ſq. inclementius ſtatuit, Tomo I. Opp. pag. 551. de Iudæis ita ſcribentis: *Liceat ipſis referre hiſtoriam ſuarum conſuetudinum & antiquitatum æque ac aliis, ſique iis fidem detrahas, alios afferre, qui credenda magis de re prædicta loquantur, impoſſibile eſſe agnoſcas.*

Media inter utrosque via interjecta eſt, quam tuto calcare licet. Largiamur, eos in hiſtoria gentis ſuæ, rerumque, ab aliis circa eam geſtarum, cœcutire; ſed eadem opera cogitemus, parum illa ad ſe ſpectare forte putaſſe, atque adeo hic fuiſſe negligentiores. Idem vero de

de ritibus & conſvetudinibus, quarum ſcilicet in ſacris & alias uſus erat, non æque ſuſpicari licet, cum in his majus aliquid & ſanctius repoſitum eſſe pro ea, qua ſunt, ſuperſtitione, procul dubio crediderint. Sunt in Talmude ac præcipue in Miſchna documenta egregia & luculenta, quæ quoad rem ipſam fundamentum inveniunt in Sacro Codice, Joſephi item & Philonis, tum exterorum quoque auctorum, ſcriptis, cur illis, ſi uberiora ſint, non utamur ad lucem fœnerandum obſcuriuſcule dictis? Imo cur dubitemus, fieri potuiſſe, ut & in reliquis, de quibus Scriptura aut ceteri antiquitatis teſtes prorſus tacent, vera retulerint, aut referre voluerint, præcipue cum paſſim non appareat vel per umbram cauſa ulla, quæ Magiſtros ad fingendum impellere potuerit. Itaque habeatur ſelectus, adhibeatur judicium, ſed nec omnis vel fides vel prudentia aut doctrina denegetur Magiſtris. Diſſerunt hanc in rem plura præſtantiſſimus *Jo. Albertus Fabricius* in Bibliographia Antiqvaria p. 7. & *Guil. Wotton* in præfatione ad *Miſcellaneous Diſcourſes*, contra Iſaacum Voſſium & eos, qui Miſchnæ auctoritatem Ioſephi teſtimoniis, ubi diſſentiunt, poſtponunt, diſputans, monenſque, Joſephum hiſtoriam ſuam non in Judæorum, ſed Græcorum & Romanorum, gratiam ſcripſiſſe, & hoc fine facta & res V. T. ejusmodi, qvæ Lectores iſtos offendere poterant, omiſiſſe. Confer Bibliothecam Anglican. Tom. IV. Part. II. p. 375. ſq. Adde M. *Erdmanni Gothofr. Camentii* diſſert. de ſuſpecta Maimonidis in Antiquitatibus Judaicis fide, & M. *Henr. Gottlieb Reime* de Hiſtoriarum ac Antiquitatum Judaicarum fide: ubi utrinque idonea conſilia ſuppeditantur, quorum uſus in legendis & judicandis Maimonidæ aliorumque ſcriptis, ad evitandam credulitatem nimiam, eſſe poſſit.

Subleſtam *Gentilium* Scriptorum in hiſtoria Iudaica enarranda *fidem* cordati jam pridem obſervarunt & caſtigarunt: vide inprimis Cl. *Jo. Jac. Schudt* in Compendio Hiſtor. Judaicæ cap. II. p. 5. & 19. & *Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 7. 8. Adde Diſſertationes *Simonis Bornmeiſteri*, *Artopoei*, & *Sartorii* ſingulares, quarum ſupra, in catalogo Hiſtoricorum de rebus Judaicis Chriſtianorum, fecimus mentionem.

Dolendum omnino eſt rebus Judaicis, non ſine manifeſto divini judicii argumento tantam ſtragem illatam eſſe, ut nullum fere *monumentum*, cujus generis ex Romani & Græca antiquitate permulta exſtant, ætatem tulerit, ex quo de vera ædificiorum, templi &c. ratione conſtare poſſit. Jactitant quidem nonnulli *ſerpentem æneum*, Mediolani in

Templo S. Ambroſii conſpiciendum, quem *Petrus Paulus Boſca* libro ſingulari deſcripſit. Vide effigiem ejus in *Wagenſeilii* præfatione ad Tract. Talmudicum *de Lepra*, qui recte novum eſſe & ex ingenio fabricatum judicat.

Non plus tribuendum eſt typo *hydriæ* ex nuptiis, Canæ in Galilæa celebratis, ſuperſtitis, qui *Vratislav.* 1598. prodiit, & hinc inſertus eſt den Unſchuldigen Nachrichten an. 1718. p. 357. ſq. Recte enim ibi præſtantiſſimi Auctores pag. 359. monent, habendum potius eſſe pro vaſe, quo Muhamedanus aliquis ad lotionem quotidianum uſus ſit.

De *numis*, Samaritanis literis inſignitis, forte præclarius ſentiendum, de quibus ſupra fuſius a me actum eſt.

Illi in memoriam mihi revocant *numum æreum* majoris moduli, Lugduni in Gallia inventum, & a Judæis cuſum, de quo *Claud. Franc. Meneſtrierius* in hiſtoria civili urbis Lugdunenſis f. 220. addito ejus ectypo, commentatur, cujus cogitata partim adſtruunt, partim emendant Cl. *Herm. von der Hardt* in Schediaſmate, quod inſcripſit *Auroram in Reuchlini Senio Helmſtad.* 1719. 4. & doctiſſimus nobisque amicus *Jo. Georg. Eccard* in ſingulari diſſertatione an. 1720. 4. edita. Conf. Cl. *Schudtium* in Memorabilibus Iudaicis Part. IV. Continuat. I. p. 79.

*Ignorantiam* Iudæis ſupinam permulti exprobrant, nec ipſi eam, facta cum majoribus ſuis comparatione, negare audent. Lege *Aſariam* in Meor Enajim p. 74. b. & 72. b. & locum illuſtrem ex Schabbath f. 112. col. 2. אם ראשונים בני אנשים אנו כחמורים h. e. *ſi majores fuerunt filii hominum, nos ſumus aſinorum inſtar*: inprimis autem *Schevet Jehuda* ex verſione Gentii apud Bartolocc. T. IV. p. 376. & *Maimonidem* in præfat. ad Seder Seraim c. 3. b. ex verſ. Lat. Pocockii. Vide ejusmodi loca collecta a *Raymundo Martini* in Pugione Fidei p. 918. & *Io. Adamo Scherzero* Progr. III. p. 26. ſq. nec non *Iulio Bartolocc.* in Biblioth. Rabbin. Tom. III. p. 567. & IV. p. 376. Conf. *Io. Iac. Schudtii* Memorabilia Iudaica Part. II. lib. 6. c. 17. p. 281. & *Io. Wulferi* notas ad Theriacam Iudaic. p. 258. Parum itaque cum his conveniet R. Petachiæ p. 174. Itinerarii ſui apud Wagenſeilium in Exercitatt. variis affirmanti, in univerſa Babylonia, Aſſyria, Media & Perſia ex ima plebe nec unum reperiri, qui non teneat 24. Scripturæ libros vocales et anomalias earum &c. Hanc inclinationem doctrinæ veteres Iudæi ſub Meſſiæ adventum eventuram prædixerunt. Vide *Iac. Altingii* Schilo IV. 3. Tom. V. Opp. p. 74. Lege præ-

rea

terea *Iſ. Voſſium*, hic tamen iniquiorem, in Reſponſ. ad Object. nuperas Criticæ Sacræ p. 148. ſq. & *Io. Chriſtoph. Wagenſeilium* in Telis Igneis Satanæ p. 199. ubi inter alia paronomaſiam urget, quæ inter voces עִבְרִים i. e. *Hebræi*, & עִוְּרִים i. e. *cæci* intercedit. Voluit nuper Cl. *Humphreys* vindicare ab hac ſuſpicione Iudæos in limine Diſſertat. I. de reſurrectione ex mente Iudæorum, Opuſculis Athenagoræ, ab eo Anglice converſis, præmiſſæ. Hoc certum eſt, ſi ab Hiſpanis Iudæis diſceſſeris, qui reliquos & ingenio & induſtria variæque doctrinæ cupiditate multis modis ſuperant, pauciſſimos hodie eſſe, qui vel lingvarum vel artium literarumq; notitia ducantur; ſed ſi quid callent, id vanæ Talmudis aut Cabbalæ cognitione eaque ſic ſatis tralatitia & ſuperſtitioſa abſolvitur.

Iisdem, quod mireris, ne in *Lingva Sancta* quidem *cognitione* multum tribuendum eſt. Lege hanc in rem *Maimonidem* in More Nevochim Part. II. c. 67. R. *Gedaljam* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 91. b. *Jul. Conrad. Ottonem*, Ex Judæum, in præfat. ad Gale Raſia, *Wagenſeilium* ad Tela Ignea Satanæ p. 119. & in Spe Iſraelis p. 40. *Marc. Difenbachium* in Judæo Convertendo p. 91. *Io. Brunsmannum* de Judaica levitate p. 55. & 102. *Casp. Neumannum* in præfat. ad Geneſin Lingvæ S. *Valent. Ern. Læſcherum* de Cauſis Lingv. Hebr. p. 124. *Hottingerum* in Smegmate Orientali c. 8. p. 213. *Richard. Simonem* in Hiſtoria Critica V. T. lib. III. c. 3. p. 11. *Jac. Guſſetium*, ſæpe eos in Lexico ſuo notantem, quo confer Indicem ejus ſub voce *Rabbini*: *Johan. Morinum* in Exercitatt. Biblic. lib. I. Exercit. VI. c. 3. §. 8. ſq. ut & cap. IV. ubi ſententiam ſuam ipſorum Judæorum teſtimoniis, tum vero etiam exemplis, comprobat. Imo cap. VI. VII. & VIII. quinque vocum genera, nempe nomina animalium, plantarum, menſurarum, margaritarum & ornamentorum muliebrium Rabbinis ignorari, eo quod de his traditiones non ſuperſint, ipſorum teſtimoniis evincit.

In *Grammaticis* hodie plerique ſunt pueri, & pueris fere imperitiores, quod inde oritur, quia ſine regulis, uſu tantum, lingvam diſcunt, in interpretatione vero verba verbis ſimpliciter, non habita ſenſus ratione, reddunt, id quod in ipſis reprehendit *Leo Mutinenſis*, ipſe Iudæus, in præfat. ad Dictionarium ſuum Hebræo-Italicum & in lib. de ritibus hodiernis Part. IV. cap. 10. Confer *Richard. Simonis* epiſtolas ſelectas *Amſtelod.* 1700. 8. editas epiſt. 23. & Bibliothec. Select. Tom. I. p. 269. Adde *Schudtii* Delicias Hebræo-Philologic. p. 216. Italos Iu-



Digitized by Google

dæos præ ceteris Hebraice loqvi prout Grammaticæ regulæ requirunt, teſtatur Leo Mutinenſis l. c. Parte II. c. 1.

Magiſtros ſæpe in explicandis *Miſchna* vocibus obſcurioribus labi, oſtenderunt paſſim *Guilielmus Guiſius* & *Georg. Elieſer Edzardus* in notis ſuis, quibus Codices nonnullos illuſtrarunt. Imo vitium Grammaticale in Talmude obvium iisdem exprobrat G. E. *Edzardus* in not. ad Cap. I. *Beracboth* p. 284.

Judæi in magno olim apud Gentiles *odio* & *contemtu fuerunt*: vide *Io. Spencerum* de Legibus Hebr. Ritualibus lib. II. c. 2. p. 246. ſq. & *Schudtium* in Compendio Hiſtor. Judaic. c. 23. p. 245-278. de qua re etiam teſtantur convicia in eos collata, qualia diligenter collegit Cl. *Schudtius* in lib. citato cap. XVII. & XVIII. qui etiam non omittit memorare facta tum ridicula, tum impia, in quorum ſuſpicionem illos non veriti ſunt adducere.

Neque tamen contemtus hic tam univerſalis fuit, ut non quidam ſaltem & præclarius & rectius de iis ſenſerint & judicarint. Vide hanc in rem teſtimonia & exempla apud *Schudtium* libro citato pag. 17. & 18. item *Herman. Witſium* in Ægyptiacis lib. III. 12. p. 269. & cap. 13. pag. 279.

Viciſſim Judæi a *conſvetudine cum Ethnicis* vehementer abhorrebant, quod ipſorum gentilium Scriptores produnt. Vide Schudtium l. c. cap. XIV. p. 146. *Io. Seldenum* de Jure Naturæ & Gentium ſecundum diſciplinam Hebraeorum lib. II. c. 5. *Hugon. Grotium* de Jure Belli & Pacis lib. II. c. 15. §. 9. *Ioh. Lightfootum* in Horis Hebraic. & Talmudic. ad 1. Cor. V. 9. & *Io. Spencerum* de Legibus Hebræorum Ritualibus lib. I. c. 5. Sect. 2. & 5. qui & lib. I. c. VIII. Sect. 3. p. 172. edit. Anglican. oſtendit, eos vel a ſolo gentilium contactu ſibi cavere conſveviſſe.

*Cauſas*, cur tam diu in *exilio* verſentur & variis *calamitatibus* vexentur Judæi, & ipſi & Chriſtiani varias dederunt. Vide *Raymund. Martini* Pugionem Fidei Part. III. Diſtinct. III. c. 21. Collegit eas conſveta ſibi induſtria poſt *Iac. Basnage* in Hiſtor. Judaica Tom. IV. cap. 1. pag. 915. ſq. Cl. *Io. Iac. Schudt* in Iudæo Chriſticida graviſſime peccante & vapulante Francof. ad Mœn. 1703. 8. ubi ceteris omnibus, tanquam ſpuriis vel certe non ſufficientibus, rejectis, cauſam omnem in cæde & rejectione JESU Nazareni verſari oſtendit. Qvam in rem notandæ ſunt ipſorum Iudæorum confeſſiones & teſtimonia, de quibus vide p. 254. Adde illis Salomonem ben Jehuda in Scheveth Iehuda p. 341. verſionis

nis Latinæ a Gentio curatæ. Quando enim ibi p. 349. ſqq. cauſas ſeptem exſilii & calamitatum recenſet, ſeptimam facit cædem Jeſu Nazareni. Idem argumentum tractavit *Chriſtianus Meyer*, Ex Judæus, in libello vernaculo, quem dixit: Mord Chriſti als die Haupt-Urſache des Elends der Jüden, Hamburg. 1719. 4. Exſtat in eandem ſententiam egregius locus in *Ochini* Dialogo I. p. 20. & ex veteribus apud *Nilum* epp. I. 57.

*Calamitates* illas & *vexationes* Judæorum per totum orbem ex Judæis præter Hiſtoricos ipſorum univerſales, enarrando perſequuntur *Salomon b. Virga* in Scheveth Jehuda, Abraham Vsqve in libro Hiſpanico *Conſuelo de Iſrael*, *Iſaac Abarbanel* paſſim, inprimis vero in Commentar. ſuper *Levit.* XXVI. 14. ſqq. & R. Aſarias in *Meor Enajim.* Indicem illarum perſecutionum habes apud *Bartolocc.* Tom. III. p. 696. ſqq. & Cl. *Schudtium* in Compend. Hiſt. Judaic. cap. X. p. 473-492. Diligentius vero & accuratius eaſdem ediſſerunt *Iac. Basnage* in Hiſtoria Judæorum, *Io. Iac. Schudt* in Memorabilibus Judaicis & *Io. Andreas Eiſenmengerus* in Judaiſmo detecto. A Turcis benignius ſe & clementius quam a Chriſtianis haberi ipſi profitentur, aliud affirmante R. *Salom. Zevi*: vide Wulferum ad Theriacam Judaicam p. 170. ſq.

Calamitates illæ nonnullos effecerunt religionis, quam vocant, vel potius pertinaciæ *martyres*, inprimis in Hiſpan. & Luſitania, cujusmodi plures recenſentur a Daniele Levi de Barrios in Govierno Popular Iudaico p. 43. ſqq. *Iſaac Cardoſo* in Excellençias de los Hebreos p. 323. ſq. *Menaſſe ben Iſraël* in Spe Iſraelis p. 99. & Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtoria Iudaica Tom. IX. p. 243. ſq.

Verſatur nunc in manibus libellus, ejusmodi hominum, ſpeciatimque *Abrahami Nunnez Bernal* & *Iſaaci de Almeida Bernal* honori dicatus, ſub titulo: Elogios, que Zeloſos dedicaron a la felice memoria de Abrah. Nunez Bernal, que fue quemado vivo ſantificando el nombre de ſu Criador en Cordova a 3 de Mayo 5415.

Non nimis duriter habendos eſſe Judæos, aut fugandos, veterum & recentiorum quorundam teſtimoniis comprobat *Io. Wulferus* ad Theriacam Iudaicam p. 32. ſq.

Diſtinctio tribuum Iudaicarum hodie periit, fatentibus ipſis Iudæis, quorum teſtimonia habes apud *Altingium* in Schilo IV. 1. & 2. & J. G. *Schupartum* in diſſ. de Karæis p. 32. Genealogias illi fatentur poſt reditum ex Babel fuiſſe dubias, Templo vero exciſo plane perditas at-



Digitized by Google

que adeo per Meſſiam reſtituendas. Lege inprimis *Maimonidem* in Tractatu מלכים cap. 12. & *Chiſſuck Emuna* p. 105. in Telis Igneis Satanæ. R. *Petachja* quidem in Itinerario ſuo ed. Wagenſeilii p. 178. 175. & 194. exempla eorum affert, qui certarum tabularum ope genus ſuum detexerint. Sed qua fide, ipſe viderit. Adde *Schudtium* in Hiſtor. Judaica p. 528. ſq. Ipſi Judæi non diffitentur, ſe dubio genere eſſe ortos, & ſpurios. Lege *Raymund. Martini* Pugionem Fidei Part. II. c. 1. p. 261. & *Ioſ. Voſiinium* in notis p. 263.

Cauſas, cur *Iudæi* adhuc poſt tot acceptas clades adhuc *ſuperſtites* ſint, inveſtigant *Gisbertus Voetius* in Diſputatt. Selectis Part. II. p. 90. *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 122. *Schudtius* in Compend. Hiſt. Jud. p. 477. ſq. & in Iudæo Chriſticida p. 275.

Num Judæi *Chriſtianorum ſangvine* utantur, & uti neceſſe habeant, vehementer diſputatum fuit, plerisque ſuperiori memoria de re non dubitantibus, quam hodie non pauci recte poſt Cl. *Wagenſeilium* inficiantur. Vide quos hanc in rem citat Cl. *Fabricius* in Bibliographia Antiquar. p. 351. quibus adde *Hugonis Grotii* epiſtolas Part. I. ep. 693. & *Io. Iac. Schudtii* Memorabilia Iudaica Part. II. lib. VI. c. 36. p. 328. & Parte I. lib. 5. p. 465. Amoliuntur a ſe hanc criminationem ex Iudæis *Iſaac Viva*, (ſi quidem is pro tali habendus) *Menaſſe b. Iſrael*, & *Iſaac Cardoſo* in Apologiis ſuis, pro gente ſua ſupra citatis. Adde Nizzachon apud Wagenſeilium in Telis Igneis Satan. p. 257. & R. Salom. b. Iehuda in Scheveth Iehuda p. 133. ſq.

Mihi quidem nunquam veri viſum eſt ſimile, Iudæos, quibus ſangvinis uſus tam ſancte interdictus eſt, impetrare a ſe potuiſſe, ut Chriſtianorum ſangvine ad ſui expiationem aut aliorum malorum averruncationem opus eſſe crederent. Interim negare nolim, nonnullos eorum non quidem religione, ſed immani odio, adductos & cædem infantum ſuſcepiſſe, & ſangvinem quoque eorum ſitiiſſe ac bibiſſe. Nimis multa antiquæ & recentioris memoriæ exempla hujus rei afferuntur, quam ut omnia negari poſſint. Talia profert *Grotius* l. c. *Io. Andr. Eiſenmengerus* in Iudaismo detecto Part. II. cap. 3. *Io. Iac. Schudt* in Memorabilibus Iudaicis l. c. & Parte IV. Continuat. II. p. 402. ſq. *Mich. Neander* in Append. ad Erotemata Lingvæ Hebr. p. 488. ſqq. *Io. Buxtorfius* in Catalectis p. 123. ſq. & *Rich. Simon* Tom I. Biblioth. Crit. p. 109. ſq.

Confer

Digitized by Google

Confer etiam *Scheveth Iehuda* pag. 132. ſqq. ubi multæ ejusmodi cædes Iudæis imputatæ referuntur a Iudæo, earum veritatem in dubium vocante.

Immani *odio* Iudæos ferri *in Chriſtianos* omnis teſtatur hiſtoria. Illud jam in tribus primis poſt C. N. Sæculis proditum fuiſſe & ſacræ paginæ & alia documenta teſtantur, quæ collegit B. *Sigismundus Hosmannus* im Juden-Hertz p. 169. ſqq. qui in ſequentibus etiam reliqua Sæcula perſequitur. Conf. in eandem rem *Iohannis Philoſophi* Eccleſiaſticum, ſive Dialogum, in quo agit de exitiali Iudæorum odio in Chriſtianos, (quem laudat *Imbonatus* p. 128. b.) *Mart. Diſenbach* in Iudæo Convertendo & Converſo paſſim, inprimis vero *Eiſenmengerum* in Iudaismo Detecto Part. I. c. XV. p. 588. ſqq. *Schudtium* in Memorabil. Iudaic. Part. II. lib. 6. c. 12. p. 196. ſq. Singularem de odio hoc ejusque cauſis Tractatum *Jo. Paſtritii* MS. laudat Imbonatus p. 126. De Iudæorum in Chriſtianos hoſtilitate exponit ſingularis Diſſert. Io. Davidis Bähr.

Nec exiguum eſt Chriſtianorum in Iudæos odium: vide Wagenſeilii Peram Iuvenil. librorum II. p. 134. ſq.

Speciatim huc pertinent convicia Judaeorum in Chriſtianos, de quibus *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 49. ſq. *Bartolocc.* Tom. III. p. 365. ſq. *Eiſenmengerus* Part. I. c. 16. & 17. *Sigism. Hosmannus* im Juden-Hertz p. 146. ſq. & ante eos *Auguſt. Pfeiferus* in Obtrectatore Apella ſive de calumniis Iudaicis in CHRISTUM & Chriſtianos, præcipue Talmudicis, quæ diſſert. recuſa eſt in ejus Theologia Iudaica & Muhamedana p. 207. ſqq. Pertinent huc *Io. Eckii* Verlegung eines Juden-Büchleins & *Nicol. Selneceeri* tractatus ſupra inter Scriptores Anti-Iudaicas laudati.

De *exſecrationibus*, quibus Iudæi proſequi ſolent Chriſtianos, lege *Eiſenmengerum* Part. II. c. 2.

Quomodo & quam ſcurriliter ac maligne nomina, rebus & perſonis ſacris dari ſolita, facta levi immutatione, in ignominiam & dedecus detorqueant, oſtendit Brenzius in Leberide Iudaica detracta cap. II. ubi confer notas Wulferi p. 113. 115. & 124. Adde Calendarium Iudaicum ab eruditiſſimo *Io. Henr. Majo* in Bibliotheca Uffenbachiana Part. I. p. 250. ſqq. ex MS. editum & illuſtratum. Inprimis vero hic multus eſt *Io. Andr. Eiſenmengerus* Part. I. cap. X-XIII. p. 494-567. Hunc morem illis admodum antiquum eſſe patet ex illuſtri loco, qui exſtat in Fortalitio fidei lib. III. Conſid. 7. p. 149. b. Locum integrum ex libro rariſſimo hic fas ſit adſcribere: *Item librum Evangeliorum vocant Iudæi in Thalmuth ut maledicant*

guy-

guylayon, *in hebraico falſitas incarcata. Item vocant panem ſacratum panem venenoſum. Item nominant crucem* harum, *quod in hebraico ſonat res ſciſa: vocant etiam eam* bohena *i. e. abominationem. Item vocant ſanctam Mariam* haria, *quod hebraice ſonat ſciſura. Vocant etiam eam* temea, *quod ſonat polluta. Vocant etiam Chriſtum* manzeri. *Item de Ieſu faciunt ſignum, quod oſtendit hebraice, quod ejus nomen ſit mortuum & ſua memoria. Item dicunt, quod computum Ieſu eſt tricentum & ſedecim, quale eſt computum verbi, quod dicitur in hebraice* varig, *quod eſt idem, quod vanitas. Sicut competunt legem Saracenorum per ſignum verbi, quod dicitur in hebraico* habel, *quod idem eſt, quod nihil. Item vocant eccleſiam* tahuc, *i. e. error. Item vocant praeconem* iolali *i. e. latrationem. Item vocant Sacerdotes* gallalin *i. e. tresquilados. Item vocant coronam Sacerdotis* corha i. e. *meſſatura. Vocant diem veneris* ſcim tafel, *inde de ſaborrido. Item vocant diem feſtivitatis noſtrae* horga, i. *quebranto. Item vocant parvulos Chriſtianos* ſakatin *i. ſerpentes.*

Nec mirum eſt, Iudæos ita agere in Chriſtianos, qui DOMINUM noſtrum & Servatorem CHRISTUM impudenter adoriri non vereantur, Lege *Hosmanni* Juden-Hertz p. 129. ſq. *Io. a Lent* Theolog. Iudaicam pag. 114. ſq. & *Eiſenmengeri* Iudaiſmum Detectum Part. I. cap. 2.

Satis conſtat, quam malitioſe illi ſanctiſſimam nomen ישוע per ישו exprimant & pervertant, qua de re teſtatur locus ex Fortalitio Fidei modo allatus. Confer quæ ſupra de hoc argumento dicta ſunt, ubi de IESU in Talmude diſſeruimus.

Animum malitiæ deteſtandæ plenum inprimis in precatione, quæ incipit עלינו לשבח & vocari communiter ſolet *Olam*, de qua inter Anonymos ſub titulo תפלות plura dicemus. Hic id obſervare liceat, Chriſtophorum Wallichium, Ex Iudæum, in deſcriptione Synagogæ Iudaicæ, quam B. Mayerus fieri ſibi curaverat, p. 51. ſq. ſancte teſtari, Servatorem noſtrum IESUM CHRISTUM cui gloria ſit in æternum, a Iudæis eam formulam recitantibus, peti. Idem ſe a Iudæo quodam edoctum eſſe ſcribit Hosmannus im Juden-Hertz p. 143. Formulam ejusmodi jam anno 1373. in Caſtilia receptam fuiſſe, patet ex Fortalitio Fidei lib. III. Conſiderat. VII. p. 148. ſq.

Iudæi aliquando paſſionem CHRISTI in homine Chriſtiano repræſentare impie auſi ſunt: v. *Schudtium* in Memorabil. Part. II. lib. VI. c. 12. p. 195.

Fuerunt tamen, qui reverenter de CHRISTO loquerentur; Lege Schudtium in Iudæo Chriſticida lib. II. c. 12.

De

De *ſuperbia* Judæorum & elato ſuper omnes populos animo vide *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Part. I. cap. 14. pag. 568. ſqq. *Hosmannum* im Juden-Hertz pag. 35. ſq. item *Schudtium* in Memorab. Judaicis Part. II. lib. 6. c. 19. p. 337. ſq. & in Judæo Chriſticida p. 193. ſq. Neqve ipſi Judæi faſtum gentis ſuæ diffitentur, qvem inter cauſas exſilii præſentis memorat *Schevetb Iehuda* p. 342. verſ. Latinæ.

*Impudentiam* ſuam ipſi fatentur in tractatu *Beza* p. 25. ubi R. Simeon ben Lakiſch ait, tres eſſe res impudentia famoſas, *Iſraëlitas inter populos, canas inter animalia & gallum inter volucres.*

*Impuritatem* & *libidinem* eorum ipſorum teſtimoniis demonſtrat *Schudtius* in Judæo Chriſticida lib. 2. c. 8. Atqve illa qvidem una eſt *fœcunditatis*, qva valent, cauſa, de qva plura vide apud eundem in Compend. Hiſt. Jud. p. 462-473. Conf. idem de utroqve hoc momento in Memorabilibus Part. II. lib. 6. c. 26. p. 13. & c. 18. p. 321. ſq.

*Contumaciam* in Sacro Codice ipſis exprobratam in lucem collocat *Io. Spencerus* de Legibus Hebræorum Ritualibus lib. III. diſſ. I. cap. 11. pag. 628. & *Raymundus Martini* in Pugione Fidei Part. III. cap. XXI. diſtinct. 3. §. 22.

*Superſtitio* eorum incredibilis eſt. Vide *Lightfootum* in Horis Hebr. & Talmudic. ad Matth. XV.

*Fraudulentia* & dolis in Chriſtianos graſſantur. Vide *Voëtium* in Diſputatt. Select. Part. II. p. 80. ſq. *Brunsmannum* de Judaica levitate, & *Schudtium* in Memorabil. Part. II. lib. 6. cap. 13. pag. 211. ſq. & Part. IV. Continuat. II. p. 50.

In facultates gentium jus ſibi datum eſſe ex monte Paran, eo qvod iſtæ Legem Moſis non receperint, tradunt in Gemara ad Bava Kama c. 4. n. 3. & alibi apud *Bartoloccium* Tom. III. p. 367. ſq.

Tanto ſecurius *uſuris* non tolerandis utuntur, qvibus eos inprimis interdicendos eſſe, ne Domini ſibi videantur, pridem monuit Paulus Fagius ad Onkeloſum Deuter. XXIII. 19. Confer Cl. *Schudtium* in Memorabilibus Judaic. Part. II. lib. VI. c. 12. & Part. IV. Continuat. II. p. 52. ſq. & *Mart. Diſenbachium* in Judæo Convertendo p. 106. ſq. Ob uſuras interdum expulſos eſſe patet ex B. *Io. Wolfgangi Iageri* Hiſtor. Eccleſ. ad A. C. 1616. p. 178.

A Judæorum *Medicis* cavere ſibi debebant Chriſtiani: Vide *Eiſenmengerum* in Iudaiſmo Detecto Part. II. c. 3. & *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. II. lib. 6. c. 22. p. 382. ſq. qvi perplura in eandem

ſententiam adducit. His adde Anonymi Bigam qvæſtionum conſcientiæ illuſtrium 1) utrum Chriſtianus ſalva conſcientia Medico Judæo uti, & 2) an Medicus Chriſtianus Iudæo Medico ſociam operam præſtare poſſit: Friburg. 1711. 4. Mitius hic ſentiunt *Wagenſeilius* in præf. der Belehrung von der Jüdiſch-Teutſchen Red- und Schreib-Art plag. §. 3. ſq. & *Wulferus* ad Theriacam Iudaicam pag. 283. ſq. notatus ideo a Diſenbachio in Iudæo Converſo p. 176. Ex Iudæis *David de Pomis* ſingularem Apologiam pro Medico Hebræo ſcripſit, de qva Supplementis ad Part. I. plura dicemus. In ea is multa affert exempla Regum & Principum, qvi Iudæorum opera in morbis uti non dubitarint.

Iudæi *Magiæ* dediti: v. *Schudt* Memorabil. Part. II. lib. 6. cap. 31. p. 210. ſq.

Iudæis Chriſtianos qvosdam nimis *familiares* eſſe oſtendit & improbat *Diſenbachius* in Iudæo Converſo p. 124. Magnifica elogia, qvæ in eosdem contulerunt nonnulli, relata vide ab *Schudtio* in Memorabil. Iudaicis Part. I. p. 133. Et certe mirum qvantum gloriantur Iudæi de exiſtimatione, in qva apud Chriſtianos eorumqve præcipuos vel ipſi ſint, vel majores ſui fuerint. Vide inprimis *Menaſſen ben Iſraël* in Spe Iſraëlis p. 91. & p. 96. ubi poſt pauca: *Hinc videre eſt, non dereliquiſſe nos Deum.* Idem vehementer urget *David de Pomis* in Apologia pro Medico Hebræo, & *Mich. de Barrios* in Hiſtoria Univerſali Iudaica pag. 5. ubi Iudæos complures amplis muneribus inter Chriſtianos perfunctos, recenſet. Iudæus qvidam Patriarchatui Hieroſolymitano præfuit. Vide Hilarii Continuat. Chronici Eccleſ. Græcæ pag. 497. & *Iac. Basnage* Hiſt. Iudaic. T. IX. p. 807. Adde *Wülferum* in notis ad Theriacam Iudaicam p. 199. ſq. *Io. Henr. Hottingerum* in Hiſtor. Eccleſ. N. T. p. 527. ſq. *Mart. Diſenbachium* in Iudæo Convertendo p. 130. ſq. & Converſo p. 36. 111. & 127. item *Io. Iac. Schudtium* in Memorabil. Iudaic. Part. I. p. 17. ſq. & Part. II. lib. 6. c. 17. p. 299.

Ita Pontifices qvosdam Romanos patronos habuerunt. Vide Schudtium in Memorabilibus Iudaic. Part. I. lib. 4. p. 230. ſq.

Conjugia Iudæorum cum Chriſtianis non erant permittenda: vide eundem l. c. cap. 18. p. 333. ſq.

An Chriſtianus Iudæum μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νυθεσίαν media ſalutis plane rejicientem, & blasphemiis ac conviciis Chriſtum ejusqve doctrinam indies proſcindentem ſalva conſcientia ſalutare poſſit, disqvirit Chri-

Chriſtianus Senſtius ſingulari diſſert. *Berolin.* 1697. 4. & negativam partem tuetur.

Iudæis ſingulares *plateæ* ad habitandum in urbibus nonnullis adſignatæ ſunt & adſignari ubiqve debebant: v. Schudt l. c. Part. II. lib. 6. pag. 52.

Iudæi nimia fruuntur *libertate*, inprimis in Belgio, Amſtelodami: vide *Schudtii* Memorabilia Iudaica Part. I. lib. 4. p. 27. ſq.

Ea qvibusdam in locis tanta eſt, ut ſuis legibus vivant: vide eundem Part. I. p. 291. ſq. & Part. II. lib. 6. c. 9. p. 145. & 150.

Hinc & fit, ut ſuos ſibi creent Magiſtratus, qvos Nominibus *Noſim, Parnoſim* &c. appellant: vide eundem l. c. p. 146.

Iudæis ad ſupplicium ducendis non ſunt adjungendi Rabbini: vid. idem Part. I. lib. 5. p. 391. ſq. ubi id interdum factum eſſe oſtenditur.

Exercitium judiciorum inter ſe illis concedendum non erat: Suaſit id Uriel Acoſta ex Iudæo Atheus. Conf. Difenbach Iudæum Converſum p. 193. & Cl. Schudt in Memorabilibus Part. IV. Continuat. II. p. 40. ſq.

Chriſtiani non debebant Iudæis in Sabbato inſervire: Vide *Difenbach.* Iudæum Converſum p. 43. & 297. & Schudtium in Memorabilibus Part. IV. Continuat. II. p. 360. ſq.

An *Synagogæ* illis concedendæ? Vide *Schudtium* l. c. Part. II. lib. 6. c. 6. §. 27. ſq. & c. 32. §. 7. ſqq. Privati non debebant permittere, ut ex ædibus ſuis facerent Synagogas: idem ibid. c. 6. p. 104.

Iudæi *Hiſpani* & *Luſitani* Germanis ſe maxime præferunt: vide Schudt Memorabilia Part. I. pag. 132. ſqq. qvos & eruditione & ingenio ſuperant. Vid. ibid. p. 134. Interim tamen ſolent illi ſecum invicem connubia contrahere: vide *Wagenſeilii* Peram Loculam. II. p. 126.

Magna paſſim Iudæorum *copia* in urbibus & regionibus habitat: v. c. in *Ægypto*; vide *Anton. van Dalen* ad Ariſteam p. 187. ſq. CPoli verſus Boſporum ſupra 40000, teſte Mart. Cruſio in Turco-Græcia p. 485. De iis, qvi Francofurti ad Mœnum ante famoſum incendium ad 12000. vel 14000. numerantur, vide Schudtium in Memorabilibus Part. II. lib. 6. cap. 10. p. 156. & Part. IV. Contin. II. p. 44. ſq. De aliis locis vide Wagenſeilii Peram Juvenil. librorum Loculam II. p. 125. in Synopſi Geograph.

Judæi inter Chriſtianos habitantes, *certis notis* a reliqvis incolis diſtinguere ſe in variis locis debent. V. *Wagenſeilii* Peram Loculam II. p. 130-132. in Synopſi Geographiæ. Conf. Cl. *Schudtium* in Memorabilibus Part. II. lib. 6. c. 14. p. 240. ſq.

Interim ipſi circumferunt utplurimum gentis ſuæ indicia, de qvibus idem *Schudtius* lib. 6. c. 21. p. 368. ſq.

Qvidam Judæi Chriſtianos *pervertere* & ad ſacra ſua pertrahere auſi ſunt. Vide de hac non toleranda temeritate conqverentes, eamqve exemplis probantes, *Mart. Diſenbachium* in Judæo Converſo pag. 128. ſq. *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Part. II. pag. 997. & 1023. *Jo. Jac. Schudtium* in Memorabil. Judaic. Part. II. lib. 6. c. 19. p. 159. ſq. & Part. I. lib. 4. p. 272. item Parte IV. Contin. I. p. 201. nec non *Thom. Crenium* Part. VIII. Animadverſionum c. 3. §. 7. p. 217. & ad *Chriſt. Helvici* Elenchos Judaicos p. 210.

Nos hic catalogum alphabeticum hominum infeliciſſimorum ad Judæos, h. e. a ſalute ad interitum perverſorum, apponemus.

*Anonymus* Monachus Franciſcanus & Sacerdos Erfurtenſis, a Nigrino c. 2. p. 56. im Jüdenfeind memoratur.

*Anonymus*, itidem Sacerdos Pontificius Haſſmeshauſenſis, qvi duos alios in ſocietatem ſuam pertraxit: Nigrinus l. c.

*Anonymi* tres Poloni, i. e. nobilis unus, cum puero 9. annorum & Sacrificulo Moſcovita, teſte Gerlaco im Jüdiſchen Tag-Buche fol. 491. b.

*Anonymi* tres, Amſtelodami circumciſi, inter qvos erat Studioſus Pragenſis. V. Eiſenmengerum Part. II. p. 997. & 1023. qvi exiſtimat, hanc licentiam Iudæis tantum in Belgio integram eſſe. Sed qvi exempla hic afferenda perſpiciet, idem illos aliis qvoqve in locis ſibi ſumere intelliget.

*Anonymus* Confluentiæ circumciſus, & memoratus a *Creſcentio* in lib. de fœnore Iudaico p. 33.

*Anonymi* duo *Francofurti* circumciſi: *Dieter. Schwabe* im Jüdiſchen Deck-Mantel Part. II. c. 7. p. 91.

*Anonymi* duo, alter Italus, Hiſpanus alter, in Belgio perverſi: v. Urielis Acoſtæ Exemplar Vitæ humanæ a Limborchio editum cum collatione ſua.

*Anonymi* tres, qvos ſe in Hungaria ſtipem petentes vidiſſe teſtatur *Anti Margarita* c. 17. p. 136. de Fide Iudaica.

Ano-

*Anonymus*, Sutor Fridbergenſis, a Iudæis ſeductus, relicta familia in Poloniam abiit, & ibi ſe circumcidi curavit, teſte Helvico Tom. IV. Diſpp. Gieſſenſ. num. XI. p. 270.

*Anonyma*, mulier Francobergæ, a Iudæo ſeducta memoratur ab Helvico Tom. IV. Diſpp. Gieſſenſ. num. XI. p. 270.

*Antonius* (Nicol.) Gallus, primo Pontificius, hinc Reformatus, variis in locis Iudæos, ut ſe ipſum circumciderent, fruſtra ſolicitavit, tandemqve miniſter cœtus Reformati conſtitutus, Iudaiſmi ſemina in concionibus ſæpe ſparſit, eoqve nomine Genevæ examini ſubjectus, animum, atrocibus in Chriſtianiſmum conviciis conjectis, denudavit, & an. 1632. 20. April. laqueo vita ſpoliatus & combuſtus eſt. Vide Memoires of Literature an. 1713. pag. 17. ſqq. & hinc in Bibliothec. Anglican. Tom. II. Part. I. p. 237-270.

P. *Clemens*, Panormitanus Siculus, & antea magni nominis Theologus inter ſuos, Nubiæ in Africa ut Iudæus ſub *Mualem Moſis* nomine conſpectus eſt a P. Theod. Krump, ceu ipſe refert in Palm-Baum p. 275. ſqq. Conf. Schudt. Continuat. I. Memorabil. p. 203.

*de Clerc* (Ioh.) Boruſſus, Sacrificulus qvondam prope Vilnam a Iudæis Danielis Abrahamidæ nomine vocatus. Vid. idem Schudtius l. c. pag. 204.

*Laurent. Eſcudero*; alias Abraham Iſraël: v. Barrioſii Relacion de los Poëtas p. 59.

P. *Mena*, Ieſuita Salmanticenſis, celebris inter ſuos concionator, ob concubinatum Inqviſitioni ſubjectus, dolo autem ſuorum liberatus & profugus, tandemqve ad Iudæos dilapſus inter eos Legis Doctorem egit. Vide *Ernſtii* Confect-Tafel Part. III. c. 23. p. 406. ſq. ex libro Chriſtenthum der Jeſuiten.

*Lope de Vera y Alarcon*, dictus *Iuda Creyente*, flammis poſtea combuſtus Valliſoleti.

*Moſes ben Abraham*, ex Chriſtiano Iudæus factus Amſtelodami, hinc autem Halam delatus officinam typographicam inſtruxit, eam vero mandato Regio an. 1714. amiſit, poſtqvam varios libros a ſe editos calumniis in Chriſtianorum ſacra conſpurcaſſet, id qvod inprimis factum eſt in libro precum Iudaicarum, qvem ſub tit. תפלת למשה recudi curavit. Poſtea fuga ſe proripuit.

*Moſes Germanus*: v. Speeth.

*Soſatenſis* (Robertus) Scholaſticus qvondam & Canonicus Sec. XIII. Francofurti ad Mœnum inter Iudæos ut Iudæus vixit, teſte *Ioh. Wolfio* Tom. I. Lection. Memorabil. fol. 640.

*Salomon Molco* ex Chriſtiano Iudæus, de qvo fuſe in Biblioth. Heb. Part. I. p. 1076.

*Speeth* (Io. Pet.) Vide Biblioth. Hebr. Part. I. p. 811.

*Thomas Treminnode Sobrimente*, dictus Elias Nazarenus flammis, poſtea Limæ traditus: v. Barrios Govierno popular Judaico p. 42.

*Victor* (Conrad) vide Biblioth. Hebr. Part. I. p. 886.

Gloriari qvoqve Iudæi ſolent de *Ariſtotele* & aliis, tanqvam Proſelytis. Vide de Ariſtotele Part. I. ſuo loco. –

Judæis Ex Chriſtianis jungas proxime Iudaizantes, de qvibus fuſe Cl. Schudtius in Memorabilibus Part. I. lib. 5. c. 16. p. 521. ſqq.

Iudæi qvidam *de ſalute* Chriſtianorum æterna non dubitarunt. Confer *Io. a Lent* in Theologia Iudaica moderna pag. 533. ſqq. *Chriſtoph. Arnoldum* ad Wagenſeilii Sota p. 1219. Cl. *Schudt* in Iudæo Chriſticida pag. 255. & in Memorabilibus Part. I. p. 134.

Exſtant qvoqve exempla *legatorum*, a Iudæis factorum, in commodum Templorum Chriſtianorum: vide *Schudtium* in Memorabil. Part. I. pag. 293.

Exemplum Concilii, a Judæis Agedæ an. 1650. in Hungaria ad examinanda loca V. T. de CHRISTO celebrati, enarratur ex libello Anglicano in Actis Erudit. 1709. p. 104.

# APPENDIX

## Rariora quædam Scripta Anti-Judaica enarrans.

In ſuperioribus Scriptoribus Anti Judaicis nonnullorum fecimus mentionem, brevem & ad rationem inſtituti accommodatam, ea tamen lege, ut uberior eorundem notitia hoc in loco ſuppeditaretur. Hoc promiſſo nos exſoluturi initium faciemus a

I. *Petri Nigri* Tractatu, qvi pro more illius ætatis Typographorum ſine titulo ſpeciali prodiit *Eslingæ* 1475. 4. die ſexta Junii. Illius meminimus ſupra p. 17. & p. 1037. Prima libri pagina ita incipit:

Ad

*Ad Reverendiſſimum in Chriſto patrem ac dominum Sanctæ Eccleſiæ Ratisponenſis Epiſcopum Præfatio Fratris Petri Nigri, Ordinis Prædicatorum, in tractatum contra perfidos Judæos de conditionibus veri Meſſiæ i. e. Chriſti, vel uncti, ex textibus Hebraicis, Latinorum elementis utcunq; figuratis, confectum feliciter incipit.*

*Ea, quæ ad honorem ſanctiſſimæ Trinitatis ac individuæ unitatis glorioſæque genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti, veri Meſſiæ, ac in Judaicæ perfidiæ execrationem in inclyta tuæ diœceſeos civitate Ratisponenſi, Reverendiſſima tua paternitate aſſiſtente cum clariſſimo prælatorum cœtu, prudentiſſimis ejusdem civitatis conſulibus, innumerabiliq; utriusq; ſexus fideliſſimo populo, nominatiſſimis deniq; totius Alamanniæ Judæorum Rabbinis ac copioſa ejusdem ſectæ omnis ſtatus & ſexus multitudine, ex Judæorum voluminibus Hebraica, Latina, Theutonicaque linguis, tempore Paſchali, ſub divo in ambone clare pronunciaveram, ut calamo pingerem perpetuæ memoriæ reſervanda inſtanter poſtulaſti, optime præſul. Tametſi tam ſalubri petitioni tuæ minime contraire mihi liceat, minus tamen copioſe in hac lingua obſcuriſſima, æquivocationibus plena, eruditum non modicum a deſiderati operis inceptione retrahi rationabile opineris, oportet. Quamvis enim ea, quæ in Hiſpaniis, cum parvulis Judæorum in latibulis degens, ab ejusdem linguæ doctis audieram, tenaciter memoriæ recondita habeam, nimia tamen paupertate preſſus huic occupationi ſaluberrimæ pluribus annis dare operam quivi minime, qua ex re non mirum, ſi ad hanc, quam poſtulas, rem, minus quam velim promtus mihi videar. Licet etiam non paucum dentes mordentium vereri debeam, magis tamen hoc meo labore dilectioni tuæ adſtringi, quam linguis cedere volui detractorum. Opuſculum igitur hoc aggredior tuis obtemperans mandatis. Ut autem omni ſcrupulo ſemoto certiorem lectorem reddiderim, ſingulis dictionibus hebraicis noſtris literis utcunque exaratis, proprias latinas ſuperpoſui dictiones, ne aliquam dictionem mea fictione adjectam ſuſpiceris. Nec enim hoc cum quovis Hebræo contendenti parum proderit, ſi nihil ſuperflui de noſtro, nihilque neceſſarii obmittatur de ſuo. Hoc quoque ſervato ordinem dictionum translationis divi Jeronimi nonnunquam obmittere pluresque & præter neceſſitatem conjunctiones & gerundia, ambi-*

Digitized by Google

*ambiguitatem ſenſuum relinquentia, ponere neceſſe erit. Si quæ etiam reperiantur Latinorum incongruitates myſtica intelligentia plenæ, quibus lingua hebraica undiquaque reſperſa eſt, ne mireris. Non enim primam ſanctamque linguam ac per infuſionem a Deo datam Romanorum regulis deformari oportet. Stridoribus denique ac ſibillationibus neceſſitatibusque diphthongisque variis obmiſſis, quæ Latinis literis figurari nequeunt, eſſentiales ſolum dictionum hebraicarum voces ſignatas lector inveniet litera H. aſpirationem denotans quotiens ſignata reperietur pronunciari habebit. I quoque dum duplatum inveniri contingat, dura reflectione exprimi debet. Si etiam I capitale in medio dictionis notari videatur, ſequentis ſyllabæ caput eſſe conſidera. His igitur, quibus excellentiſſimam tuam induſtriam aviſatam eſſe volui, ſignatis, ad thema quidem Pſalmo Hebraice dicto repetitis vicibus declarandum aſſumebam, divino primum implorato auxilio, procedam.*

Meſſia, fili altiſſimi, confirma tu dicta mea,
*Meſſchiah ben helion, tamoch attah debarai*
Jheſu Mazarene miſerere mei, feſtina domine,
*Ieſchuah hanozri hunneni maher adonai,*
Cuſtodi me a peccato, o petra mea & fortitudo mea,
*Schomreni mi havon anna zalbi vezurai*
Satan ne ſuperbus rapiat animam vitæ meæ,
*Schatan pen ſadon iitrof leneſes haiai*
Recipe me de inferno, pone in terram robuſtiſſimi.
*Qah oti miſchol ſiti be erez Schadai.*
Amen.

O fidei petra, nunc luſtra lumina Petri
Nigri vel tetri, qveat ut caligine tetra
Iudaicæ gentis diſploſa cunctipotentis
Pandere virtutem patris, mundique ſalutem.

Ex hac præfatione intelligitur, Petrum Nigri, Monachum Ordinis Prædicatorum, & in Hiſpania aliqvamdiu commoratum, ibiqve inter Iudæorum infantes clanculum per aliqvot annos educatum fuiſſe. Libellus ipſe natus eſt ex ſermone ad Iudæos habito. Illius fundamentum dedit locus Pſal. CXVIII. 22. *Lapis, quem reprobarunt ædificantes* &c. qvi ſtatim in limine Hebr. (ſed latinis literis, eo, qvem in ſpecimine oſtendimus, modo) & Latine collocatur, ac deinde in rem præſentem ad

ad probanda ſex capita exponitur, ea ratione, qvam Auctor pag. 3. ſic repræſentat:

*De hoc lapide ſermonem proſequentes ſex per ordinem probare intendimus. Primum, quod lapis iſte, qui & Meſſias vel Chriſtus appellatur, venturus erat in ſtatu paupere, non in imperiali majeſtate, & hoc quantum ad primum ejusdem adventum. Secundum, quod lapis iſte eſt Deus glorioſus, ſecunda in divinis exiſtens perſona, ubi & plures probabuntur eſſe perſonæ in una natura mirabiliter conſiſtentes, e quibus verbum caro factum eſſe probabitur. Tertium eſt, tempus, quo Deus humanandus erat, jam præceſſiſſe. Quartum, quod reprobanda erat gens Judæorum, Meſſiæ incredula, paucique ex ipſis gratiæ fidei adunandi. Quintum, quod Lex nova per Regem Meſſiam danda erat, veteri abjecta, probabimus. Sextum ſive ultimum, ipſum Regem Meſſiam de Virgine naſciturum Sacris Scripturis fuiſſe pronunciatum oſtendemus.*

Hæc momenta omnia locis Scripturæ Sacræ idoneis & freqventibus comprobantur & firmantur, interjectis hinc inde obſervationibus non contemnendis, qvarum unam de myſtica ſcriptione nominis יהוה per tria *Jodim* ſupra ſuggeſſimus p. 315. Ita p. 13. hæc leguntur: *Nec debet dici: Lama ſabbatani: hoc enim tantum eſſet dicere: quare feſtivaſti me; ſed dicitur lama haſaftani:* qvod paulo ante converterat: *quare dereliquiſti me?* Hinc patet, non novum eſſe illud *Oligeri Pauli* commentum, qvo verba Sanctiſſimi Servatoris noſtri Matth. XXVII. 46. ex dialecto Syro Chaldaica pronunciata: Ηλὶ, Ηλὶ, λαμὰ σαβαχθανί; de glorificatione explicanda cenſuit. Cabbaliſmis nonnunqvam indulget noſter. Sic pag. 16. Myſterium SS. Trinitatis probaturus, ita ſcribit: *Nec obmittendum eſt, myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, quod latere videtur in primis etiam duabus dictionibus in principio libri Bereſchith vel Geneſis poſitis, quæ ſic ſcribuntur literis Hebraicis, a dextris incipiendo:* בראשית ברא *Et ſunt hæ dictiones: Bereſchit bara i. e. in principio creavit: ubi notandum, quod iſtæ duæ dictiones conveniunt in primis tribus literis, quæ ſunt beth, res, alef. Beth eſt principium dictionis ben, quod ſignificat filium. Res eſt principium hujus dictionis ruah qodes, quod ſignificat Spiritum Sanctum. Alef eſt principium hujus dictionis ab, quod*

Bbbbbbb ſigni-

*ſignificat patrem. Poſt has tres literas in prima dictione ponitur ſchin, quod tribus punctis ſemicirculo unitis ſignificat unitatem trium perſonarum. Poſt hanc ponitur litera Jot minima, quæ interpretatur principium, & denotat eſſentiam divinam principium eſſe fontanæ deitatis ac omnis eſſe creati. Sexta autem litera eſt taf, quæ interpretatur ſignum & denotat primam dictionem cum ſecunda eſſe ſignatas myſterii ſanctiſſimæ Trinitatis. Hanc quoq; ſanctiſſimam Trinitatem cum unitate eſſentiæ ſignari videmus in ſancto Dei nomine quatuor literarum, quod Græci nominant tetragrammaton, quod eſt tale* יהוה, *cujus prima litera a dextris incipiendo eſt Jot, quod initium eſt omnium literarum, quia ex puncto quadrato omnes aliæ literæ formantur & interpretantur, ſignificatque eſſentiam divinam. Secunda eſt He, & interpretatur ipſe. Tertia eſt vaf i. e. &. Quarta etiam He, & interpretatur etiam ipſe: unde ſi dictiones hæ componantur hanc ſententiam expriment: principium ipſe & ipſe. Vel prima litera Jot ſignificatur eſſentia divina, aliis tribus tres divinæ perſonæ.* Idem pag. 31. accuſat Judæos corrupti loci Jeſaiæ IX. 6. his verbis: *In hoc textu habes*: qvod puer natus, qvem conſtat eſſe hominem, vocabitur Deus. *Reſpondent Judæi, quod non ſcribitur in textu: vocabitur, ſed vocabit, & ita debet conſtrui textus ſecundum eos. Deus, qui eſt mirificus, conſiliarius, fortis, pater durationis, vocabit ſcilicet nomen pueri principem pacis. Reſpondemus ad hoc: hunc textum per eos circa tempus Jeronimi eſſe corruptum. Unde, ubi tempore Jeronimi ſtetit vagikre i. e. vocabitur, mutaverunt non literas, ſed puncta, & fecerunt vagikm i. e. vocabit.* Pagina 64. video allegari librum תולדות ישו ita: *Maledicunt quidem Judæi Dominum Jeſum: nam quendam libellum compoſuerunt, qui intitulatur per eos: Zefer toldot Jehoſchua hanozeri i. e. liber generationis Jeſu inſtabilis: in quo libello nusquam niſi impium & ſceleratum eum nominant, quem & aſſerunt, a menſtruata matre per adulterium conceptum, ac a quodam alio actum Sodomiticum paſſum.* In calce hujus tractatus pag. 84. hæc legis: *Probatos igitur articulos cum in præſentia prænominatorum in ſeptem ſermonibus quolibet tempus trium horarum ſpatii occupante, non minus luculenter deduxiſſem, prænominatæ Eccleſiæ Prælatorum perſuaſus ſuggeſtionibus publicam aut privatam ac in ſcriptis redigibilem doctiſſimis Iudæorum Rabbinis, omni ſecuritate ac protectione per brachium ſæculare munitis indixi diſputationem, quatuor aut ſex menſibus, aut etiam integro anno duraturam, in præſentia doctorum Virorum, qui veritatis cognoſcendæ capaces eſſent,*

*etiam*

*etiam numerum Iudæorum non excedentium. Dum itaque labentis anni revoluto circulo contra ſe propoſitis minime reſpondere noſſent, eos tanquam a veritatis fidei probationibus victos ſicqve falſitati erroris ſuæ proterve adhærentes publico ſermone depinxi. Acta autem ſunt hæc in inclyta civitate Ratiſponenſi, anno Domini milleſimo CCCCLXXIV. tempore Paſchali.*

*Explicit tractatus ad Iudæorum perfidiam extirpandam confectus per fratrem Petrum Nigri, Ordinis Prædicatorum, Univerſitatum Montis Peſſulani in Francia. Salamantinæ in Hiſpania, Friburgenſis ac Ingelſtedenſis in Alamannia ſituatarum, Baccalarium in Theologia formatum, in lingua Hebraica proficientem, qui & ipſo corrigente impreſſus eſt per diſcretum ac induſtrium Virum Conradum Fyner de Gerbuſſen: in Eſlingen, Imperiali villa: ac completus anno ab incarnatione Domini milleſimo CCCCLXXV. die ſexta Junii.*

Poſtea ſeqvuntur adhuc paginæ duodecim, qvibus exhibentur nomina librorum Biblicorum Hebraica, Alphabetum Hebraicum literis hebraicis, cum valore earum latine expreſſo, addita ſignificatione ex Hieronymo, Decalogo item & aliis qvibusdam Codicis Hebræi oraculis, eo, puto, fine, ut illorum beneficio tirones Hebræam linguam edoceri poſſent. Et ſic hic libellus pro primo Grammaticæ Hebr. compendio, a Chriſtianis profecto & edito ſimul habendus fuerit. Ex eodem conſtat, pronunciationem Noſtri accommodatam fuiſſe ad eam, qvæ hodie in Germania nobis recepta eſt.

II. Alter liber, qvem accuratiori recenſione dignum putamus, ſit *Fortalitium Fidei*, de cujus conditione primo, de auctore vero altero loco dicemus. Titulus meæ editionis eſt:

*Fortalitium Fidei contra Iudæos, Saracenos, aliosque Chriſtianæ Fidei inimicos.* In calce libri legis: *Anno incarnatæ deitatis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto, viceſima quinta die menſis Februarii, hic liber (quem fidei fortalitium editor intitulavit) impreſſoria arte Nurmbergæ impenſis Antonii Koberger inibi civem eſt conſummatus. Laus Deo.*

In tractatu ipſo folio primo ita: *Incipit prohemium Fortalicii fidei conſcriptum per quendam doctorem eximium ordinis Minorum anno Domini MCCCCLIX. in partibus Occidentis, & primum ponitur ſcribentis intentio.* Folio 2. partitio totius operis ita inſtituitur: *Ut detur ordo in præſenti libro quinque erunt partiales libri quaſi quinque turres fortalitii fidei inexpugnabiles. Primus erit de vera Chriſti militum armatura, & de fidei Catholicæ*

 *excel-*

*excellentia. Secundus erit de bello falſorum Chriſtianorum & hæreticorum contra eam, & eorum aſtutia. Tertius erit de bello Iudæorum contra eam, & eorum crudelitatibus & malitia. Quartus erit de bello Saracenorum contra eandem, & de eorum, & ſuæ legis immunditia. Quintus erit de bello Diabolorum contra eandem, & de perditione dominii eorum & miſeria.*

Liber III. totus in Judæos directus eſt, & inde a folio LXXVII. usqve ad CLXXXV. decurrit, atqve adeo foliis 105. iisque integris, non dimidiis, in 4. abſolvitur. Diſtinguitur in Conſiderationes XII. qvarum ſingulæ diverſis abſolvuntur argumentis, ceu ex hac deſignatione patebit:

*Prima Conſideratio tractat de Judæorum cæcitate, & quomodo reduci poſſunt ad lucem : p. 77.*

*Secunda Conſideratio tractat de Judæorum parentela ſecundum doctrinam Talmut pag. 79.*

*Tertia Conſideratio tractat de Judæorum diverſitate in ſua fide & credentia : pag. 79.*

*Quarta Conſideratio tractat de Judæorum bello per argumenta ſumta ex Lege Moſaica : & ſunt in numero 24. argumenta p. 80.*

*Primum argumentum contendit, quod lex Moyſi ſit perpetuo duratura p. 80.*

*Secundum, quod Lex Moyſi non eſt abolita, ſed adhuc obſervanda : p. 83.*

*Tertium contendit, quod divinæ ſanctiones veteris Teſtamenti non ſunt mutatæ, p. 83.*

*Quartum contendit, quod circumciſio erat perpetuo duratura p. 84.*

*Quintum contendit, quod, ſi Sabbatum ceſſat, lex nova non eſt Dei : pag. 84. &c*

*Viceſimum quartum ſeu ultimum contendit, quod Chriſtiani ſunt idololatræ, quia adorant Sacramentum altaris, & venerantur imagines p. 105.*

*Quinta Conſideratio tractat de bello Judæorum per argumenta ſumta ex Lege Evangelica : & ſunt in numero XXIV.*

*Primum argumentum contendit, quod Ieſus Chriſtus non eſt verus Meſſias, quia in ejus genealogia ponuntur mulieres meretrices p. 108.*

*Secundum : Chriſtianos eſſe immundos, quia comedunt carnes ſuillas, & alia in lege prohibita : p. 110.*

*Tertium : quod Jeſus Chriſtus non eſt verus Meſſias, quia in ejus genealogia nulla mulier ſancta ponitur : p. 110.*

*Quartum : quod Jeſus Chriſtus non eſt verus Meſſias, quia non eſt filius David, ſive de genere David : p. 113.*

*Quin-*

*Quintum: quod Jeſus Chriſtus non eſt verus Meſſias, quia fuit peccator ex hoc, quod fuit baptiſatus: p. 113.*

*Sextum: quod Jeſus Chriſtus non habuit Spiritum S. ante baptiſmum p. 115.*

*Septimum: quod Jeſus Chriſtus non eſt verus Deus, quia eſuriit: p. 116.*

*Octavum: quia non dixit Diabolo tentanti: ſed in omni verbo, quod procedit de ore meo: p. 116.*

*Nonum: quia non miſit ſe deorſum, dum erat in pinnaculo p. 116.*

*Decimum contendit, quod lex Evangelica non eſt lex Dei, quia contradicit Legi Moyſi, cum dixit: non jurare omnino p. 117.*

*Undecimum contendit idem, quia deſtruit Legem juſtitiæ oculum pro oculo, dentem pro dente: p. 118.*

*Duodecimum contendit idem, quia dat conſilium dilectionis inimicorum p. 118.*

*XIII. contendit quod Jeſus Chriſtus non eſt verus Deus, quia relaxavit obſervantiam Sabbati: p. 119.*

*XIV. quod Jeſus Chriſtus non eſt Deus unus cum Patre, quia confitetur, & quia dixit, omnia ſibi tradita a patre: p. 120.*

*XV. quia contradixit ſibi, ut dicunt, & eſt inſtabilis. p. 120.*

*XVI. contendit, quod Pater, Filius & Spiritus S. non ſunt unius eſſentiæ ex eo, quod aliquod peccatum dimittitur ab uno, quod non dimittitur ab altero, ſicut patet de ſpiritu blaſphemiæ: p. 121.*

*XVII. quod J. C. non eſt verus Deus, quia dicens, quod venit ſalvare quod perierat, contradicit ſibi ipſi loquens parabolice: p. 122.*

*XVIII. contendit idem, quia Jeſus oravit p. 122.*

*XIX. quia fuit triſtis, & timuit.*

*XX. quia ivit ad ficulneam ad perquirendum fructus, quæ non habebat niſi folia, & quod maledixit ei, cum nihil nocumenti ſibi fecerat. p. 123.*

*XXI. quia accepit ab alio poteſtatem dicens: data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: p. 123.*

*XXII. contendit, quod Jeſus Chriſtus non eſt unus Deus cum Patre & Spiritu S. quod ipſe deſcendit in uterum virginis, & non Pater & Spiritus S. p. 123.*

*XXIII. quod Chriſtus non eſt Deus, quia fuit miſſus ſive mittens: p. 124.*

*XXIV. quia locutus eſt: Satan ſtudet ad interficiendum me: p. 124.*

*Sexta Conſideratio tractat de Bello Judæorum per argumenta ſumta ex natura, & allegant contra Legem Chriſti etiam XXIV. impoſſibilia.*

*Primum impoſſibile eſt, Deum inquinari, quod tamen ſequeretur, ſi incarnaretur in corpore mulieris.*

*II. eſt, quod corpus Chriſti ſit ejusdem rationis cum noſtro, cum non ſit ex maris ſemine generatum &c. &c.*

*III ſatisfactio pro peccato Originali, cum Chriſtus ut homo mortuus ſit. IV. ſatisfactio pro peccatis, pro quibus tamen adhuc homines puniuntur. V. & pro quorum abolitione remedia adhuc quaruntur. VI. ablatio poteſtatis Diaboli, qui tamen adhuc peccare facit homines. VII. mors & cades omnium diſcipulorum Chriſti, qui tamen placebant Deo, qui Diabolo poterat reſiſtere. VIII. Impoſſibile Chriſtum fuiſſe Deum, qui erat in loco determinato. IX. Tota divinitas non poterat eſſe in utero Mariæ quia ſic ſine ea fuiſſet totus mundus. Reliqua Impoſſibilia aſſeruntur in Appendice Whartoni ad Caveum p.* 116.

*XXIV. impoſſibile eſt, quod in illo Sacramento ſit verum corpus Chriſti per miraculum quotidie in Eccleſiis, cum ſemel & non pluries accidat miraculum : p.* 140.

*Septima Conſideratio tractat de crudelitatibus Judæorum & explicatur tribus punctis principalibus.*

*Primus punctus eſt de crudelitate Judæorum erga Chriſtum Meſſiam ſuum, pag. 141.*

*Secundus de crudelitate Iudæorum erga ſe ipſos, quoad captivitatem & damnationem æternam : pag.* 142.

*Tertius punctus eſt de crudelitate Judæorum erga Chriſtianos, & ponuntur* 17. *crudelitates famoſæ p. 142.*

*I.* Toleti *facta eſt, cum omnes Chriſtiani gladio Saracenorum ſunt trucidati eorum cauſa : p. 142.*

*II. in regno Franciæ, cum occiderunt infantes, propter quod expulſi ſunt a Rege pag. 143.*

*III. ibidem, ubi flagellatum & ſpinis coronatum ſuſpenderunt unum Chriſtianum: pag.* 143.

*VI. ibidem tentata fuit in occiſione omnium Chriſtianorum unius provinciæ : pag.* 143.

*V. in Almannia, ubi quandam puellam occiderunt, & ibi declaratur, quare Iudæi in omni provincia, quam inhabitant, Chriſtianum ſanguinem fundant: p. 144.*

*VI. in Alamannia, cum intoxicaverunt omnes puteos & fontes : p.* 144.

*VII. ibidem, ubi tres infantes Chriſtianorum occiderunt.*

*VIII. in civitate Pavia, ubi Judæus medicus occidit infantem Chriſtianum : pag.* 144.

*IX.*

*IX. in Saona civitate, ubi Judæi occiderunt infantem Chriſtianum, & communicaverunt cum ſanguine ejus: p.* 145.

*X. in regno Caſtellæ in loco, qui dicitur* tavara, *ubi Judæi ſeminaverunt aculeos, & incenderunt Chriſtianorum domos: p.* 145.

*XI. ibidem, ubi occiderunt infantem, & communicaverunt cum cinere cordis ejus: p.* 146.

*XIII. ibidem in civitate Tauri, ubi præſciderunt carnem cum ſangvine de cruce cujusdam parvuli Chriſtiani & ſecum deduxerunt: p.* 146.

*XIII. in medicinis, ubi tres aſſignantur rationes, qvare non expediat Chriſtianis, uti medicinis Judæorum p.* 147.

*XIV. in venenis propinandis: p.* 147.

*XV. in orationibus, in quibus quotidie orant pro deſtructione Eccleſiæ Chriſti & Principum Chriſtianorum: p. 148.*

*XVI. crudelitas Judæorum eſt in eorum doctrina contra Chriſtianos.: p. 149.*

*XVII in uſuris, quibus exſpoliant Chriſtianos: p. 150.*

*Octava conſideratio tractat de Judæorum fatuitatibus, quæ ſex paſſibus menſurantur p. 151.*

*Primus paſſus eſt de fatuitatibus Judæorum contra charitatem: II. contra legem naturæ & III. contra divinam perfectionem IV. contra Legem Moſaicam. V. quoad claves thoræ. VI. de fatua exſpectatione Judæorum circa adventum Meſſiæ: p. 163.*

*Nona Conſideratio tractat de Judæorum expulſionibus, ubi quatuor expulſiones principales notantur p. 164. I. a Terra Sancta p. 166. II. a regno Francorum & Angliæ p. 167. III. a regno Angliæ p. 168. ab Hiſpania p. 169.*

*Decima Conſideratio de Judæorum mirabilibus & ſua obſtinata malitia, ubi XI. mirabilia explicantur. I. eſt de aqua diſparente, Judæo ficte ad baptiſmum accedente. VIII. mirabile de libro in medio rupis ſolidæ a Judæo invento in civitate Toletana, in quo de triplici mundo ſcribebatur, & in tertio de filio Dei naſcituro ex virgine Maria, & quomodo pro ſalute hominum pati debebat: p. 171. X. mirabile de ſignaculis crucis in veſtimentis Judæorum impreſſis: p. 171.*

*Undecima Conſideratio tractat de Judæorum obligatione ex Jure Canonico & Civili ac ordinatione Regia, quæ octo articulis explicantur. p. 173. ſqq. usque ad p. 178. ubi denique exponitur ſtatus Judæorum hodiernus in Caſtella regno.*

*Duodecima Conſideratio tractat de Judæorum converſione in fine Sæculi p. 180. ſq. ubi 1) cur Judæi non convertantur. 2) an, qui velint, recipiendi ſint. 3) quomodo ſint recipiendi. 4) num cogendi ad baptiſmum? 5) de pœna Judæi relapſi. 6) de adventu Anti Chriſti, quem recipient Judæi. 7) quomodo poſt agnitam deceptionem ab Anti Chriſto tandem ſint convertendi. 8) de novem ſignis propinqui adventus Anti-Chriſti.*

Ut

Ut intelligatur & dictio, & diſputandi ratio Auctori noſtro recepta, ſpeciminis loco huc transferemus ea, quæ reſpondet ad argumentum de ficu, & quæſitis in ea fructibus Conſiderat. V. pag. 123. *Dicendum eſt, inquit, quod Jheſus non ſolum in quantum Deus, quem nihil poteſt latere, ſcivit fructum in arbore non eſſe ſed etiam inquantum homo, quia quilibet etiam ſatis ſimplex poterit illud ſcire, cum non eſſet tempus ficorum, ut dicit Marc. XI. Ad quod ergo ivit ad arborem fructu vacuam? Dicendum, quod, ſicut Propheta Veteris Teſtamenti aliquando prophetabant verbis, aliquando ſenſibilibus ſignis, ſicut Jeremias prædixit deſtructionem civitatis Jheruſalem per Chaldæos & portavit catenas ligneas in collo ſuo, ut habetur Jherem. cap. XXVIII. ad ſignificandum, quod populus catenis vinctus duceretur in captivitatem; ita Jheſus, qui hic dicitur Propheta magnus X. cap. & de quo prædictum fuit Deuteron. XVIII. Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris &c. deſtructionem civitatis Jheruſalem futuram per Romanos prædixit, Luc. XIX. eo quod non cognoviſſet tempus viſitationis ſuæ ſcilicet per Chriſtum. Quæ quidem cognitio ad Sacerdotes & legis peritos pertinebat, & ideo defectum eorum & punitionem ſignavit per ſenſibile ſignum arboris fructu carentis. Nam ipſe veniens ad Sacerdotes & Legis peritos, quorum fructum boni eſuriebat, vacuos bonis operibus inveniebat, & per maledictionem arboris eos a Deo maledictas ſignificavit. Et per ejus areſactionem eorum deſtructionem præfiguravit.*

Notatu quoque digna ſunt, quæ idem Conſiderat. VII. pag. 148. de precibus contra Chriſtianos ab illis fieri ſolitis habet. *Primo ait, in feſto Mardochai, quod adhuc celebrant XV. Kal. Martii, conterunt ollas in Synagogis, dicentes: ſicut contritus eſt amon, ſic regnum Chriſtianorum velociter conteratur. Secunda oratio Judæorum præcipitur iis, quod fiat, cum tranſeunt ante domos orationis Chriſtianorum. Orant enim ſic in ſententia ſecundum hebraicum ſuum: domus ſuperborum proſternet te Deus. Tertiam orationem faciunt, cum tranſeunt per cimeteria Chriſtianorum, ſub tali verborum ſerie: erit verecundata mater veſtra, erit repudiata illa, quæ vos peperit: quia finis Chriſtianorum vermis eſt. Quartam orationem faciunt quotidie ter in die, in qua maledicunt Jheſum Chriſtum, & diſcipulos ſuos atque Reges & Principes Chriſtianos, cujus tenor talis eſt ſecundum Hieronymum de S. Fide in tractatu ſecundo libri ſui, quem compoſuit per mandatum Papæ Benedicti in cap. V. & ut intelligatur, notandum, quod Judæi vocant converſos ad fidem Chriſti meſumadin* (lege meſchumadim משומרים) *i. e. deſtructos. Dicunt ergo ſic: meſumadin i. e. deſtructis non ſit ſpes, & omnes hæretici, & omnes, qui loquuntur contra Iſraëlem, in brevi ſint ſciſſi; & regnum ſuperbioſum in brevi ſit evulſum caſſatum & deſtructum, & omnes inimici noſtri ſint deſtructi & humiliati, & confracti breviter in diebus noſtris. Magiſter Alfonſus Converſus in libro de Bellis Dei cap. XLIV. vocat Judæos ſuperbos & crudeles, quod non orant ex charitate ſicut Chriſtiani, & ponit*

Digitized by Google

*ponit in terminis ſupra dictam orationem ſub hac forma: Qui convertuntur ad aliam legem non habeant ſpem, & omnes heretici ſubito pereant, & omnes noſtri inimici, & omnes odientes nos, & omnes, qui quærunt mala nobis, ſubito ſuccidantur: & omne regnum ſuperbi frange cito, in diebus noſtris.* Idem poſtea commemorat, Judæos hujus ſuæ in Chriſtianos imprecationis a laudato Alphonſo publice convictos, & propterea ab Alphonſo Rege an. 1374. ſingulari edicto ab hoc ſcelere prohibitos fuiſſe, cujus formulam integram deinde ſubjicit.

Addam his, quæ leguntur p. 171. b. de libro, in medio rupis ſolidæ a Judæo invento, in civitate Calatanenſi. De eo is ita: *Octavum mirabile accidit in regno Caſtellæ, civitate Toleti, circa annum Domini MCCXLIII. imperante Friderico II. qui fuit nonageſimus ſecundus Imperator, & ſedente in cathedra Petri Honorio Papa, & regnante in prædicto regno Rege Vernando. Tum Judæus qvidem comminuendo unam rupem pro vinea amplianda in medio lapidis invenit concavitatem unam, nullam penitus dimenſionem habentem, neqve ciſſuram, & in concavitate illa reperit unum librum, qvaſi folia lignea habentem, qvi liber tribus linguis ſcriptus eſt, videlicet hebraice, græce & latine, tantum de litera habebat, qvantum unum Pſalterium, & loqvebatur de triplici mundo ab Adam uſqve ad Anti Chriſtum proprietates hominum cujusqve exprimendo, principium vero tertii mundi poſuit in Chriſto ſic: In tertio mundo filius Dei naſcetur ex virgine Maria, & pro ſalute hominum patietur, qvod legens Judæus ſtatim cum tota domo ſua baptiſatus eſt. Erat etiam in libro ſcriptum, qvod tempore Vernandi Regis Caſtellæ debebat liber inveniri.*

Alium ejus locum bene longum, qui de variis Judæorum ſectis exponit, attuli & illuſtravi nuper in Acceſſionibus ad Notitiam Karæorum, hoc anno in 4. editis. Item alium, qui in cumulo continet nomina injuria & inſulſa, quibus Chriſtianos & eorum res afficiunt ſupra p. 1103.

Adjungam his notabilem locum, qui pagina 144. a. affertur ex Thomæ Patriarchæ Barbarienſis libro de Apibus cap. 30. Noſter ita: *Præterea dicit ibidem ſupradictus doctor* (Thomas) *qvod audivit ſuis temporibus, qvendam literatiſſimum Judæorum, converſum ad fidem, dixiſſe qvendam qvaſi Prophetam eorum in extremo vitæ prophetaſſe Judæis, certi ſitis, inqvit, nullo modo vos poſſe ab illo, qvo punimini, verecundiſſimo cruciatu ſanari, niſi ſolo ſanguine Chriſtiano; qvod verbum cæci ſemper Judæi & impii capientes induxerunt omni animo in omni provincia fundendum ſanguinem Chriſtianorum, ut tali ſanguine convaleſcant. Et addidit: male autem intellexerunt verbum, ſanguinem intelligentes cujuslibet Chriſtiani: ſed prorſus illum ſanguinem, qvi in ſalutem peccaminum*

*minum quotidie funditur in altari, quem, ſi quilibet veſtrum converſus ad fidem Chriſti ſumſerit, ut debuerit, mox ſanabitur ab illa maledictione paterna.*

Auctor ſe ipſum in hac commentatione ſua nusqvam nominat. Tempus ſcriptionis definit annum 1458. lib. II. Conſiderat. VI. Hæreſi 5. p. 61. b. *Cum præſentem* inqviens *librum ſcriberem in villa Valliſoletana Anno Domini* MCCCCLVIII. *Clericus quidam* &c. Ita ſic ſatis confirmatur inſcriptio prologi, qvam ſupra adduximus, in qva annus definitur 1459. Pluribus enim annis in eadem opera verſatus eſt, qvod patet ex ipſo lib. III. Conſider. IV. p. 88. a. ubi annus currens numeratur 1460. Qvando *Rich. Simon* Tom. III. Biblioth. Criticæ p. 317. ſcribit, ſe in ipſo libro legiſſe, ſcriptum eum eſſe anno 1439. innuit certe ipſam illam prologi inſcriptionem, qvæ tamen vel oculos feſtinantis fefellit, vel in exemplari ejus minus curate expreſſa fuit. Ita librarii vel Typographi vitium interpretor, qvod in Append. Whartoniana ad Caveum p. 116. legitur an. 1419. Idem lib. III. Conſid. VII. p. 146. a. refert, ſe A. D. 1454. in villa Valliſoletana habuiſſe 22. ſermones de nomine Jeſu Chriſti, & qvidem in Eccleſia S. Nicolai. Atqve hi forte ſunt illi ſermones de Excellentia nominis Jeſu, qvos ipſi tribuit *Waddingus* de Scriptoribus Ordinis Minorum p. 24. Refert idem lib. III. Conſider. VII. p. 144. b. aliqvid, qvod acceperit à Judæo an. 1456. Allegat librum ſub titulo *Pugionis* lib. III. Conſiderat. IV. p. 81. a. & qvidem in Parte ejus II. c. 8. Eum ego de Pugione Fidei Raym. Martini interpretandum puto. Alias in citandis aliorum monimentis freqvens eſt, inprimis autem ad Magiſtri Alphonſi Ex-Judæi libros *de Bellis Domini*, & Johannis Valliſoletani, qvem *Converſum* appellat, libros de Concordia Legum ſæpe provocat. Multa qvoqve ex aliorum narrationibus, tanqvam fide digniſſima recitat. Scriptoris nomen a variis varie efferri Parte I. p. 193. obſervatum eſt. *Stephanus de Garibay* in Compendio hiſtorial. de las Chronicas lib. XV. p. 423. diſerte *Alphonſum de Spina* appellat. Alii nomen prorſus tacent, ut *Poſſevinus* in Bibliotheca Sancta. In *Schalſcheleth Hakkabbala* paſſim citari monet *Rich. Simon* l. c. De operis ipſius conditione præclarius alii, alii ſiniſtre ſentiunt. *Io. Mariana* de rebus Hiſpan. Tom. II. lib. 22. pag. 313. Alphonſo Spinæ tribuens vocat opus eruditum Splendido titulo, voce barbara, & divinarum rerum cognitione præſtans appellat. Viciſſim in epiſtolis obſcurorum Virorum anno 1689. edit. p. 83. audit liber merdoſus, qvem nemo alleget, niſi ſtultus & fatuus. *Richardo Simoni* l. c. p. 318. auctor in Rabbinorum nec Scriptis nec rebus multum verſa-

verſatus videtur, nec fide admodum dignus, ſed talis, qui narrationes ſuas ad invidiam Judæis conflandam inſtituat, & multa dicendo augeat. Judæum fuiſſe plerique ſibi perſuadent. Interim mirum ita foret, Alphonſum, ipſum Ex Judæum, nusquam provocare ad ſuam inter Judæos experientiam, ubi aliqua refert, quæ ipſis invitis & inficiantibus tanquam inter eos recepta exprobrantur. Ita obſervavi, eum lib. III. Conſiderat. VII. p. 148. multum in eo eſſe, ut oſtendat, Judæos omnino in precationibus ſuis Chriſtianos eorumque Magiſtratus exſecrari. Id vero ita agit, ut Magiſtri Alphonſi p. 148. b. & Pauli, Epiſc. Burgenſis, pag. 149. a. urgeat teſtimonium, diſerte addens, hunc eſſe *teſtem de eorum genere ſingularem*. Credisne, Alphonſum noſtrum, ſi de Judæorum gente ſatus fuiſſet, ea hic præteriturum fuiſſe, quæ ſibi de hoc negotio inter majores ſuos olim obſervata fuerint. Fortaſſe Magiſtri Alphonſi, quem ipſe ut Ex Judæum citat, ὁμωνυμία noſtrum in eandem retulit claſſem. Hebraiſmi certe & Hebraicarum rerum notitia, ceu modo vidimus, talis non eſt, quæ non aliunde repeti ab eo potuerit.

Uſus ego ſum editione *Norimbergenſi* an. 1494. in 4. formæ majoris paginis 289. integris, non dimidiis, comprehenſa, quam & ſibi lectam ſcribit Cl. *Io. Henr. Majus*, Filius in Catal. Biblioth. Uffenbachianæ Part. I. p. 67. Eam *primam* vocat *Pet. Baelius* in Dictionario Hiſtorico-Critico recentiſſimæ editionis Belgicæ p. 2629. Rich. Simon p. 317. exſtare ſcribit *Norimbergenſem* anni 1498. in fol. & alteram *Lugdunenſem* an. 1525. De priori vereor valde, ne falſus ſit Simon. Poſteriorem anni 1511. per Guil. Totanum curatam afferri video in Whartoni Appendice ad Cavei Hiſt. Liter. p. 116. Diverſam ab his habuit ipſe Simon, literis ſcilicet Semi Gothicis exſcriptam anno 1487. quo poſito, concideret Baelii obſervatio, Norimbergenſem illam anni 1494. pro prima habentis. Codicem quendam MS. in Biblioth. Aedis Cathedral. Magdeburgenſis reconditum multis laudat Rev. Jac. Fridericus Reimannus in Introduct. ad Hiſtor. Theolog. Judaicæ p. 498. Eum tamen elegantia magis & nitore, quam cura & diligentia ſe commendare, puto apparere ex Speciminibus illis, quæ in Acceſſionibus ad Notitiam Karæorum examini qualicunque ſubjeci. Lege plura de noſtro præter citatos Part. I. apud *Pet. Baelium* in edit. Dictionarii recentiſſima Tom. III. p. 2629. Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtor. Judaica Tom. IX. pag. 713. & *Luc. Waddingum* de Scriptoribus Ordinis Minorum p. 14.

III. Latus huic claudat

*Victoria Porcheti adverſus impios Hebræos, in qua tum ex ſacris literis, tum ex dictis Talmud ac Cabbaliſtarum, & aliorum omnium authorum, quos Hebræi recipiunt, monſtratur veritas Catholicæ fidei: ex recognitione R. P. Aug. Juſtiniani, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopi Nebienſis. Pariſ.* 1520. in 4. formæ majoris, paginarum 94. integrarum. In calce hæc legis: *Finis excellentiſſimæ & plane divinæ Victoriæ contra impios Hebræos Porcheti Salvatici, Genuenſis, Monachi Cartuſienſis, quam ſumma accuratione recognovit R. P. Aug. Juſtinianus, Genuenſis, Dominicæ obſervationis Profeſſor, Epiſcopus Nebienſis. Impreſſit vero Guillermus Desplains cum gratia & privilegio in triennium, impenſis proborum Virorum Ægidii Gourmontii & Franc. Regnault, commorantium Parrhiſiis in via Iacobæa. Anno Domini 1520. 2. Idus Julii.*

Præfationem Juſtiniani integram jam ſua ætate *Mich. Neander* in Erotematibus Linguæ Hebrææ p. 541. ſqq. recudendam curavit, ex Porcheti vero procemio perpauca ibidem ſuggeſſit, in Syllabo capitum acquieſcens. Hoc igitur omiſſo procemium illud integrum huc transferemus, ideo, quod ex eo de auctoris inſtituto & adhibitis præſidiis plene judicari poteſt. Ita vero illud habet:

*In nomine Dei altiſſimi, qui eſt trinus & unus, qui cuncta ex nihilo creavit, a quo procedit omne datum optimum, nec non ſcientia ſcientibus & ſapientia ſapientibus. Tanquam imbecillis & inſcius opus aggredior ſupra vires. Tribuat igitur mihi exiguo ſervo ſuo, ſperanti de ejus adjutorio, ipſe, qui eſt alpha & o, i. e. principium & finis: uberem gratiam incipiendi, proſequendi & finiendi opus, quod ſit laus, honor & gloria Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula. Et ad ejusdem reverentiam & devotionem & fidei defenſionem ac Judæorum infidelium mentis compunctionem & veram converſionem. Si autem fortaſſe aliquid incongruum referam, malitiæ nequaquam imputetur: ſed potius ſimplicitati & imperitiæ. Nihilominus tamen cui datum fuerit, juxta ſuam providentiam corrigat corrigenda.*

*Libellum autem iſtum Victoriam nuncupamus, eo quod per eum Judæi facile convincantur, ac eorum conſcientia non modicum penetrantur. In iſto vero libello in pluribus non ſequar B. Hieronymi textum ſeu translationem, cum in multis procul dubio divertat a litera. Quam ſæpius ſe habet aliter, quam hebraica veritas, quia in pluribus ſecutus eſt magis ſententiam, quam litera textum: quia quidem ſic valide Judæis nequit concludi. Sed ut omnis eorum accuſatio deſinat, & ut facilius refellantur, ſequar literam Codicum Hebræorum Veteris ſcilicet Teſtamenti, ſecundum quod translatum eſt a fratre Raymundo Martino, Hiſpa-*

*Hiſpano, Ordinis Prædicatorum, de partibus Cathaloniæ, a qvo ſumſi hujus libelli materiam in pleriſqve compilandi. Qvi fuit vir eximius tam in Scripturis Hebraicis & Arabicis, qvam Latinis. Qvi qvidem in proœmio ſui Pugionis ait: Materia hujus libelli duplex eſt. Prima & principalis auctoritates Legis & Prophetarum, totiusqve V. T. Secundaria vero qvædam traditiones, qvas in Talmud & in Medraſſim i. e. in traditionibus & gloſſis antiqvorum Judæorum reperi, & tanqvam margaritas, qvaſi de qvodam maximo ſimario ſuſtuli non modicum lætabundus. Qvas qvidem in Latinum, Deo juvante, transferam, & inducam ſuis locis atqve interſeram, prout mihi viſum fuerit expedire. Has autem traditiones, qvas vocant tora ſibba alpe* (תורה שבעל פה) *i. e. legem oretenus, Deum Moyſi ſimul cum lege in monte Sinai credunt & referunt tradidiſſe. Deinde Moyſes, ut ajunt, tradidit eas Joſuæ, diſcipulo ſuo. Joſue vero Succeſſoribus ſuis. Et ſic alterutrum deinceps, donec per Rabbinos antiqvos commendata ſunt ſcripto. Hoc autem, videlicet qvod Deus hujusmodi dederit Moyſi in monte Sinai de omnibus, quæ in Talmud ſunt, credere, propter innumeras abſurditates, qvas continet, nihil aliud reputandum eſt, qvam præcipitata mentis inſania. De qvibusdam vero, qvæ veritatem ſapiunt, & dicta Prophetarum Sanctorumqve Patrum omnino redolent, & prætendunt, & Chriſtianam fidem, ut hoc in libello patebit, miro valde modo & incredibili exprimunt; modernorum vero perfidiam Judæorum deſtruunt ac confundunt, non arbitror diſcredendum. Qvin & a Moyſe & Prophetis, & reliqvis patribus ſanctis usqve ad eos, qvi ea ſcripſerunt, ſucceſſive potuerint perveniſſe. Immo nullatenus talia aliunde, qvam a Prophetis & Patribus Sanctis cogitare poſſumus deveniſſe. Cum ejusmodi traditiones his, qvæ Judæi de Meſſia & de aliis qvamplurimis a Chriſti tempore usqve nunc ſentiunt, ſint omnino contrariæ. Hinc ergo iſta talia non erunt reſpuenda, qvanqvam apud tam perfidos ſint a nobis reperta, ut nullus ſani capitis reſpuit, eo qvod apud tales invenit, legem atqve prophetas. Lapidem etiam pretioſum prudens neqvaqvam deſpicit, licet inventus fuerit in draconis capite vel buffonis. Mel qvoqve ſputum eſt apum, vel aliud aliqvid forſitan minus dignum habentium qvidem venenoſum aculeum: non tamen reputandus erit inſpiens qvi illud in ſuos ſuorumve uſus perutiles convertere noverit: dummodo nocumentum aculei ſciverit devitare. Non reſpuamus igitur traditiones ejusmodi, ſed potius amplectamur, tum propter ea qvæ ſunt; tum etiam, qvia nihil ad confutandam Judæorum impudentiam reperitur, tam validum, nihilqve ad eorum convincendam neqvitiam tam efficax invenitur. Deniq; qvid jucundius Chriſtiano, qvam ſi diſtorqvere facillime poterit de manibus hoſtium gladium, & exemplo David mucrone proprio caput infidelium proſcindere? Aut inſtar Judith ipſius arrepto pugione truncare? Ceterum inducendo*

*auctoritates textus, ubicunque ab Hebraico fuerit deviatum, non LXX, ſequar, nec Interpretem alium. Et quo majoris præſumtionis videbitur, non etiam ipſum in hoc reverebor Hieronymum: nec tolerabilem Latinæ Linguæ vitabo improprietatem, ut eorum, quæ apud Hebræos ſunt, ex verbo in verbum quotiescunq; ſervari hoc poterit, transferam veritatem. Per hoc enim Judæis falſiloquis lata valde ſpatioſaq; ſubterfugiendi præcluditur via, cum minime poterunt dicere, non ſic haberi apud eos, ut a noſtris contra ipſos, me interprete veritas inducetur. Porro mordere fortaſſis me deſinent, qui B. Hieronymum audient, qui ſuper illud Michea in Geth Nolite annunciare, ad Paulum & Euſtochium dicit. Multum, inquit, Hebraicum a LXX. Interpretatione diſcordat. Et tantis tam mea, quam illorum translatio difficultatibus involuta eſt, ut Spiritus Dei auxilio indigeremus. Ad Occeanum etiam his verbis ait: Veni rurſum Hieroſolymam & Bethleam, ubi labore pretii Barceminum nocturnum habui præceptorem. Timebat enim Judæos, & exhibebat ſe mihi alium Nichodemum. In epiſtola quoq; ad Auguſtinum hoc modo ſcripſit. De ipſo Hebraico quod intelligebamus, expreſſimus ſenſuum potius veritatem, quam verborum interdum conſervantes. Hæc Hieronymus. Et ſubdit idem Raymundus contra illos, qui ſæpius arguunt, quicquid ipſi non fecerint, & omnia fere vituperant, quæ ignorant, quare & hoc procul dubio reprehenſuri ſunt. Sint itaq; hæc mihi circumquaq; pro muro. Rurſus vero noverint, qui ejusmodi ſunt, in plurimis S. Scripturæ locis veritatem multo planius atq; perfectius haberi pro fide Chriſtiana, in litera Hebraica, quam in translatione noſtra. Verbi vero gratia de innumeris unum dixiſſe vel induxiſſe ſufficiat. Circa principium igitur Abacuq Prophetæ dicit Interpres noſter: Aſpicite in gentibus &c. Quia opus factum eſt in diebus noſtris, quod nemo credet, cum narrabitur. Hebraicum vero continet: quia opus fiet in diebus noſtris, quod non credetis, cum narrabitur. Opus iſtud ſive ad literam de Nabuchodonoſor, ſive myſtice de Chriſti incarnatione intelligatur, in omni eventu ſi velimus faoere vim in verbo, non videtur litera noſtra conſona veritati, cum dicit: Nemo credet. Primum enim, cum de Nabuchodonoſor intelligitur, omnes Judæi credunt. Secundum vero hoc eſt, cum de*

*de Chriſti Incarnatione exponitur, Gentiles innumeri, & Judæi aliqvi, ut Apoſtoli, crediderunt. Sic qvod noſtra prædicta translatio, de ſenſu Hebraica in talem ſenſum translata iſtius modi recipiendo calumniam, nemo credet i. e. rarus compellet nos dicere. Litera vero Hebraica nullam calumniam recipit. Immo qvod nobis multum debet eſſe jucundum, ut de Incarnationis Chriſti opere, mirando non modicum ac ſtupendo, qvod in Judæorum diebus i. dum ipſi adhuc tenebant promiſſionis terram, factum eſt, intelligendum ſit, evidentem neceſſitatem importat. Nulla qvippe opera in diebus Iudæorum facta diſcreduntur ab iis, qvæcunq; narrantur, opere Incarnationis, & his, qvæ opus ipſum ſecuta ſunt & ſeqvuntur, excepto. Si autem adhuc contentioſe qvis ducitur contra iſta: Paulum ſibi mecum noverit obvium, qvi teſte Luca in XIII. Act. Chriſtum Iudæis per hæc verba prædicans & affirmans, non literam noſtram, ſed potius Hebraicam imitatus eſt, dicens: Qvia opus operor in diebus veſtris, qvod non credetis, ſi qvis enarraverit vobis. Opus operor i. incarnationem Chriſti. Dicit gloſſa, qvod non credetis negantes incarnationem, ſi qvis enarraverit vobis. Hæc dicta ſufficiant contra illos, qvi reprehenſuri erant, ſi non eos ante placaſſem. Si vero placari noluerint, magna mihi erit conſolatio, imperitorum vel invidorum judicio taliter errare cum Paulo. Hucusq; frater Raim. Hujus autem libelli tenor dividitur in duas partes. Cujus prima pars continet capitula XXIV. in qva magis & præſtantius diſtinguitur de humanitate Meſſiæ ſive Chriſti, qvam de divinitate ejusdem. Secunda vero continet capitula XVI, in qva magis habetur de divinitate ipſius, qvam de humanitate, ut a ſcrutantibus manifeſte poterit intueri. Ut autem qvædam nomina Hebraica proferri Latinis literis habilius valeant, una figura talis ç ex c & z compoſita noſtris literis producetur, qvam talem ſonum decebit habere cum a, o & u, qvalem habet c, cum præcedit e & i. In fine vero ſyllabæ vel dictionis ſonabit inter duas literas, videlicet c & z. Litera vero noſtra, quæ dicitur k, pro caf Iudæorum, quæ aſpere ſonat ſæpius apud eos, ſæpius ſimiliter inducetur. Igitur caveat quilibet ſcriptor, ne literas alteret dictionum Hebraicarum ſubſequentes: ne proferendi alteret proprietatem.* Huc usque Porcheti præfatio.

Vides hinc, Lector, Porchetum ingenue laudare Raymundum Martini, tanquam per quem ita profecerit, ut dicat, *ab eo ſe ſumſiſſe hujus libri materiam in pleriſq; compilandi.* Specimen etiam, quomodo ipſo opere uſus ſit, habes in ipſa præfatione: Non placuerunt hæc veſtigia compilatori noſtri ſtrenuo, *Pet. Galatino,* qui adhuc magis debet Porcheto, ſed nihil debere videri voluit, quia nusquam ejus facit mentionem. Vide, quæ hanc in rem diximus Parte I. p. 972. Ceterum ſtudium

dium ſuum & peritiam Porchetus approbavit multis, nominatim *Aug. Juſtiniano*, in præf. *Joanni Driedo* lib. II. de translatione Scripturæ, cui diligentiſſimus *librorum Hebraicorum indagator* audit, *Sixto Senenſi* in Biblioth. Sancta, & aliis, qui omnes *Raymundum* ea ætate nondum editum, & in forulis MSS. raro obvium ignorarunt. De opere ipſo nihil puto addendum. Qui enim *Galatinum* legerit, Porchetum ſe evolviſſe credat.

IV. Succedat his *Fini* liber, qui ſub hoc titulo prodiit:

*Fini Hadriani Fini Ferrarienſis, in Judæos Flagellum*
*ex Sacris Scripturis excerptum.*

In eadem tituli pagina effigies Auctoris cum hoc diſticho exhibetur:

*Bis Finus: bis vivo: bis eſt mea imago ſuperſtes:*
*Libro animi impreſſa eſt: corporis hac tabula.*

Conſtat libris IX. & paginis 569. integris in 4. In calce hæc leguntur: *Venetiis per Petrum de Nicolinis de Sabio: ſumtibus vero Nobilis Viri, Domini Federici Turreſani ab Aſula, Anno Domini MDXXXVIII. menſis Januarii.*

Protulit illud in lucem Auctoris filius *Daniel*, quod ex Dedicatione amplius patet, ita concepta:

## Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo Principi Herculi Secundo, Duci Ferrariæ &c. Daniel Finus felicitatem.

*Solet ceteris una vel altera cauſa perſuadere, ut Principibus ac magnis Viris ſuos aut ſuorum libros inſcribant, mihi vero cogitanti, cui potiſſimum libros ab optimo olim Parente meo adverſus Judæorum pervicaciam conſcriptos dicarem, multa ſe protinus, uno prope agmine, cauſa obtulerunt, quæ tibi hæc volumina jure optimo deberi teſtarentur: ſed tres illa inprimis. Nam ſi quem ratio argumenti movet: tibi profecto, Principi ſumma pietatis ac religionis, qui tanta æquitate ac prudentia populos tuæ ditioni ſubjectos moderaris, defenſio hæc Chriſtianæ veritatis tot rationibus ac teſtimoniis ab impuritate obſtinatiſſima gentis vendicata non poteſt non eſſe gratiſſima. Quod ſi alium forte & beneficiorum memoria, & grati animi ſignificatio ad hoc officium potius invitet: ea ſunt tua & iſtius illuſtriſſimæ familiæ Eſtenſis in domum Finam merita, ea liberalitatis teſtimonia, ut, quæcunque ab animo aut a fortunis grata recordationis indicia proficiſci poſſunt, ea tibi ac tuis omnia debeantur. Nam & Pater meus Finus, ille ipſe auctor hujus operis, per annos ſexaginta rationario fiſci Scriptorum Magiſter tanta cura ac fide præſedit, ut non alius diligentius & accuratius rem ſuam tractaverit, quam ille*

Digitized by Google

*ille Principis: incredibilis enim fuit ejus hominis ad res obeundas ſolertia. Quid Hieronymus frater meus? qui & ipſe per annos plus minus duo de quinquaginta eodem munere perfunctus eſt. Quod ſi de me mihi aliquid etiam fari licet, nunc ſane agitur annus quartus & quinquageſimus, ex quo primum variis procurationibus fiſci, denique magiſter Scrinii publici, & rationibus ærarii Præfectus ætate jam prope affecta, ceu demum in portum provectus, in veſtra benignitate conquieſco. Sub cujus ergo auſpiciis juſtius apparere debuit hic liber, Princeps optime, quam tuis? in cujus aula quaſi vernaculus natus crevit, adolevit, & ad juſtam magnitudinem pervenit? Optimam ergo ſpem nobis facit tuæ auctoritatis & invicti animi magnitudo, fore, ut nunquam livor ea auſit attrectare, quæ te tuo felici calculo ſenſerit approbaſſe. Quod ſi quis ſenſus rerum mortalium ad manes pertinet, hoc quoque Parenti meo gratum fore arbitramur: quod ſub pii ac beneficentiſſimi Ducis nomine ejus lucubrationes in lucem prodeant: quanquam ulla ratione fieri non poterat, quin nomini tuo dedicarentur, cum ego eas tibi omnino nuncupare ſtatuiſſem, & Nobilis D. Federicus Turreſanus ab Aſula, cujus ſtudio & impenſa excuſæ ſunt, ob mirificam, qua te proſequitur, obſervantiam id ipſum decreviſſet. Poteris itaque, qua tua eſt humanitas, ab utroque noſtrum id munus, quod libenti animo tibi impertimur, agnoſcere, & noſtri memoriam, ſi id mereri videmur, conſervare. Bene vale. Datum Ferrariæ ad VIII. Cal. Septembr. MDXXXVII.*

Præmiſit etiam Cœlius Calcagninus gratulatoriam ad editorem epiſtolam hujus tenoris:

*Libros optimi Viri, Parentis tui, mi Daniel, quantum potui, ſuccifivis horis legi perdiligenter: opus magno quidem ingenio, ſed majore cura elaboratum. In quo neſcio, an pietatem, an acumen & vim dicendi: an rerum atque argumentorum copiam magis admirer. Nam, (ut video) quæcunque veteres ac recentiores Scriptores aut ad aſſerendam noſtræ religionis veritatem, aut ad expugnandam arcem Judaicæ obſtinationis in medium attulere, ea cumulate omnia Parens tuus unum in corpus redegit, ut ex eo, quaſi ex quodam ſalutari promtuario habeas ſub manu arma ac machinas, quibus hoſtes noſtræ pietatis non ſolum ſummoveas, & de gradu dejicias, ſed etiam proſternas, & ad internecionem usque proſequare. Atque utinam multi hoc tam dulci flagello ad internecionem usque vapulent, ut mortui reviviſcant, &, cum revixerint, veritatem agnoſcant, & agnita, demum ſine fine perfruantur. O felix igitur Flagellum, quo & veritas juſſuum tueri poteſt, & improbitas cogitur reſipiſcere, atque ad meliorem frugem redire. Nihil enim melius ſontibus ac maleficis optari poteſt (ſi Platoni credimus)*

*dimus) quam ut ſcelerum pœnas luant; & cum propria animi inductione non poſſint, Flagello ſaltem moniti in viam aliquando revocentur.*

Addemus his ipſius Auctoris procemium, ut & de ſtylo & inſtituto ejus rectius judicari poſſit.

*Cum anno Domini 1503.* inquit, *ob peſtilentiam in civitate noſtra Ferraria ſævientem, rus me contuliſſem, ibique otioſus ſtare non poſſem, eo quod in urbe ſecularibus in rebus valde negotioſus fuiſſem: decrevi aliquid lectitare, quod ex ſacris literis fuiſſet excerptum, cum alterius generis vel auditionis ſcripturas legere mihi, ob ſenilem ætatem, non convenire putarem. Et ecce dum hujus rei cauſa libros quoſdam, rus mecum delatos, contrectarem, liber quidam a Venerabili & eloquenti Patre, Dn. Petro Bruto, Nobili Veneto, & digniſſimo Catharenſi Epiſcopo contra Hebræos editus, cui nomen indidit Victoria Petri Bruti contra Judæos, meas ſtatim venit in manus. Hunc aperui, & ejus elegantia & elogii ſuavitate captus, totum legi & pluries relegi. Ibi enim multa contra Hebræos in fidei Chriſtianæ favorem non minus diligenter quam eleganter poſita ſunt. Unde allata mihi nonnullorum menſium otii occaſione ob ipſam peſtilentiam, decrevi ea omnia, quæ ibidem ad infringendos Judæorum errores mihi firmiora & efficaciora videbantur, ex eo libello excerpere, imo verius transſcribere & exemplare, ne ea turpi ſermone fœdarem. Cumque nonnulla ibidem eſſent, quæ viderentur mihi ex ſe ipſis idonea ad probandum illud omne, quod ibi probari oportet, cœpi quam plures alios doctiſſimorum Virorum, tam Chriſtianorum, quam Judæorum, revolvere Codices, Latino tum ſermone conſcriptos, & maxime opuſculum aliquod editum per Venerab. Dominum Jacobum de Valentia, Chriſtopolitanum Epiſcopum, poſt ſuam Pſalmorum explanationem poſitum In quibus omnibus multa inveni valde idonea & efficacia ad corroboranda & confirmanda, tam ea, quæ ab ipſis Domino Petro Bruto & Domino Jac. de Valentia dicta ſunt, quam alia multa ab ipſis intacta, ſed alibi inventa, quia multos alios revolvi Codices, quæ omnia ſic inventa tam ad defendos Judæorum errores quam ad majorem Chriſtianæ fidei firmitatem quam maxime idonea & ſtabilia ſunt fundamenta, & ea omnia in hoc opere congeſſi, ne Judæis aliqua via relinqueretur aperta, per quam ab argumentis noſtris explicari & evadere poſſent.* Omitto reliqua. In calce procemii hujus ad oram libri hæc lego verba: Finus Hadrianus, Ferrarienſis, Fino genere ſatus, Scripturarum Ducalis Fiſci magiſter ac genitor meus & hujus operis auctor fuit, & ita ego Daniel Finus, Scripturarum Reipublicæ Ferrarienſis Magiſter atteſtor, & fidem facio.

Suffecerit

Suffecerit nobis adhuc dare Indicem argumentorum in ſingulis libris tractatorum. Lib. I. ex figuris & ſignis, itemque divinis promiſſionibus in V. T. factis oſtenditur, Meſſiam aliquando mittendum fuiſſe pag. 1-38. II. Meſſiam Regem ex virgine naſci debuiſſe, p. 39-77. III. Eundem verum Deum & hominem fuiſſe: p. 78-112. IV. Legem novam hominibus dandam & datam per Meſſiam fuiſſe: p. 113-144. V. Chriſtum jam veniſſe: p. 145-193. VII. JESUM CHRISTUM, Mariæ Virginis filium, verum eſſe Meſſiam p, 194-348.

VII. Judæorum exceptiones variæ cum ſolutionibus: p. 349-422.

VIII. Continuatio ejusdem argumenti p. 423-553.

IX. Judæos non ſolum Legem Moſis non obſervare, ſed etiam ſubvertere: p. 553-595.

De variis libri editionibus, & aliis nonnullis huc pertinentibus, dixi ſupra p. 1025. Confer de eo *Naudæana* p. 60. ubi *Danieli Fino*, quem editorem vidimus, tribuitur, & *Patiniana*, p. 110. quæ Finum Sacerdotem Ferrarienſem fuiſſe perperam tradunt. Egit enim Magiſtrum Scripturarum Fiſci Ducalis. Uterque error corrigitur in Additionibus ad Naudæana p. 187. ſq. ubi & inter cetera dicitur quatuordecim annos huic operæ impendiſſe, ſed nec ſic abſolviſſe. Illi ſi ab anno 1503. quo primum ejus initium factum eſſe auctor ipſe in proœmio teſtatur, numerentur, efficient, auctorem anno 1517. obiiſſe. Id pro certo tradit auctor Additionum, eum perveniſſe ad annum ætatis 86. Reſpexit is procul dubio ſequentes verſus carminis Latini, quod *Daniel Finus* in limine operis Lectori propinavit:

*Inclyta naviſrago nomen dedit Adria Ponto:*
*Et ſolium ſummis Regibus illa fuit.*
*Hac fuit Auctoris genitrix, Ferraria nutrix,*
*Et genus & nomen Fina propago dedit.*
*Undenas hyemes, luſtris ter quinque peractis,*
*Et totidem meſſes non ſine laude tulit.*
*Cenſus & Eſtenſis duodena ad luſtra quotannis*
*Codicibus Fiſci claruit hujus ope.*
*Huic operi, quod vix bis ſeptem viderat annos,*
*Impoſita eſt nondum morte ſuprema manus.*

V. Claudat agmen libellus rariſſimus & in Judæorum gratiam a Iudæo, ut puto, vel Chriſtiano Judaizante, exaratus, & ſub Leonis Karmi ſub ſequente inſcriptione editus:

*De charitate & benevolentia a Chriſtianis erga Judæos habenda ab Evangelica Lege extractus , libellus unus ; auctore Leone Karmi Amſtelod.* 1643. 8. *pp.* 116.

Judæum auctorem ut credamus ſvadere videntur verba , quibus in præfatione profitetur , ſe , cum vexationem Judæorum a Chriſtianis factam recogitaret , primum exiſtimaſſe , *quod fortaſſe hoc Chriſtiani a ſua lege in mandatis habeant* , deinde vero , cum quadam die Evangelicæ Legis libros ſedula diligentia perluſtraſſet , longe aliud deprehendiſſe. *Et cum* (ita pergit) *ex tam grandi Chriſtianorum caterva hactenus exſtitiſſe nullum viderem , qui Judæos labefacere , & perſequi , Chriſtianos haud quaquam decere oſtendendi provinciam ſuſciperet , hoc unus ſubire ego denique deliberavi : non illud quidem , ut Judæos ad tribulationes tolerandas hortari contendam : non enim illos præterit , Deum adeſſe tribulatis , ut dicit David , Deumque limitibus coercere tentationes &c. ſed ut , quod æquum , juſtum , ſanctum Chriſtianumque eſt , perſvadeam.*

Totum Opuſculum abſolvitur capitibus XXV. quorum I. amorem Judæis probandum a Chriſtianis eſſe oſtendit ex eo , quod Jeſus fuerit gente Judæus , & Chriſtianiſmus ex Iudaismo ortus , imo quod crucis etiam , in qva perpeſſus eſt Servator , quamvis inſtrumentum cruciatus fuerit , magni faciant. Cap. II. quia N. T. eſt lex charitatis & amoris , ubi ſimul urgetur , Chriſtianos multo magis Judæis benevolos ſe præſtare debere , quam olim id vi præcepti divini facere debuerint Iudæi in Ægyptios. Cap. III. quia charitas etiam ad inimicos extendenda eſt. Cap. IV. quia Chriſtus jubet : prout vultis , ut vobis faciant homines , & vos facite illis ſimiliter. Cap. V. quia Iudæi non amplius vexant Chriſtianos , & ſi vexarunt , martyres , h. e. gloriam Eccleſiæ Chriſtianæ procurarunt. Cap VI. quia miſeerri decebat Judæorum tanquam cœcorum. Cap. VII. quia perſecutionibus non convertuntur ad frugem Cap. VIII. quia , ſi converſio ſequatur , erit fraudulenta & ficta. Cap. IX. quia perſequi Judæos nihil aliud eſt , quam adventui , adventus fini , & vitæ Jeſu repugnare. Cap. X. quia correptio , ut amoris affectus , a perſecutione valde eſt diſtincta. Cap. XI. quia perſecutores indigni ſunt Chriſti tutela & præſidio , quippe quem non imitantur. Cap. XII. Is enim longe aliter in Judæos inprimis in vitæ fine , egit. Cap. XIII. quia perſecutores mores belluarum ſequuntur. Cap. XIV. quia non Iudæi hodierni , ſed majores eorum Chriſtum e vita ſuſtulerunt. Cap. XV. quia perſecutores pugnant cum Creatore , quippe qui eos usque ad finem orbis vult perſiſtere. Cap. XVI. quia vi præcepti Deuteronom. 23. v.



Digitized by Google

7. *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt;* amare debent Judæos, ideo, quod Chriſtiani Judæos ſub poſteris Eſavi, ſe autem ſub poſteris Jacobi intelligunt. Cap. XVII. quia, quæ imputantur Judæis v. c. imprecationes & exſecrationes in precibus factæ, falſa ſunt. In hac criminatione amolienda diligens & ſubtilis, ſed & vafer eſt ſcripti auctor. Inter cetera p. 80. reſpondet, Iudæos non intelligere Chriſtianos in precandi formula *Alenu. Negatur,* inquit, *Judæos ob id blaſphemare, quia oratio illa loquitur de idololatris, non Chriſtianis, ut ſuper habes. Ad illud, quod applicent Chriſtianis, reſpondetur, negando aſſumtum, ſi de univerſis Judæis loquantur, qu a optimi Judæi accipiunt illa verba ea ratione, qua fuerunt inſtituta ab antiquiſſimis auctoribus, & ſic ſolum idololatris, non Chriſtianis applicantur: quod ſi aliqui Judæi id faciant, hoc eſt cogitatione ſolum, & non eſt blaſphemia, ut dictum eſt: & ſic ibi nulla blaſphemia expreſſa invenitur in Chriſtianos: cogitationes autem penetrare, hoc eſt munus Dei. Ad quartum reſpondetur: per MALCHUT ZADON & MEMSELOT ZADON intelligi violentiam & jugum captivitatis, & ſic rogant, ut Deus tollat duritiem captivitatis a ſua cervice: hocque non eſt precari, ut Chriſtianorum imperium deſtruatur. Quomodo enim hæc perſvadebuntur, ſi Judæi in ſuis orationibus orant continuo toto corde pro Imperatoru Chriſtiani, Regum, Rerumpublicarum, Senatorum civitatumq; Chriſtianorum conſervatione & proſperitate? Non eſt Deus, ut homo, ut poſſint illum irridere poſtulantes, aut flagitantes in ſuis orationibus petitiones contrarias, ut auferat regnum Chriſtianorum, & eodem tempore, ut regnum idem Chriſtianorum conſervet & exaltet.* Cap. XVIII. idem confirmatur S. Bernhardi teſtimonio. Cap. XIX. reſpondetur ad duo loca Scripturæ Sac. quæ oppreſſionem Iudæorum videntur ſvadere: nempe ad Luc. XIX. 27. & 1 Cor. V. 7. Cap. XX. Quod unus Judæus peccavit, non fas eſt luere omnes. Cap. XXI. Indignum eſt Chriſtianis, fidem Iudæis datam non ſervare, eosque omnes promiſcue vexare & expellere. Cap. XXII. Inter infideles Judæi magis videntur tolerandi, quam ceteri, quia, teſtibus Thoma Aquinate, & aliis Chriſtianorum Doctoribus Iudæorum exiſtentia Chriſtianis multum prodeſt. Cap. XXIII. Fuerunt quidem Reges & Principes, qui in Iudæos odio & cæde graſſarentur: ſed nec defuerunt cap. XXIV. qui eosdem foverunt & protexerunt. De hoc argumento auctor ita: *Summi Pontifices ſeu Papæ omnes admittunt Judæos, & illos benigniſſime protegunt. Ut videre eſt Romæ, Anconæ, Ferrariæ, & aliis eorundem civitatibus. Poloniæ Reges latiſſima privilegia Hebræis elargiti ſunt. Quorum gratia*

*his temporibus ingens Judæorum copia, per illud nobiliſſimum Regnum diſſeminata illorum vere Chriſtianorum Regum pietate feliciter fruitur. Quid dicam de Clementiſſimis Imperatoribus? An non toto conatu tuentur Judæos? Unde noſtra quoque tempeſtate ejectos ab urbe Francofurti a tumultu & furore populari, iterum magno cum honore & applauſu bellicorum quin imo inſtrumentorum ſonitu, ne dicam modulatu Matthias, Glorioſiſſimus & Clementiſſimus Imperator ad civitatem reduxit Judæos, eorum Chriſtianorum omnium, qui ſeditionis & tumultus exſtiterant cauſa, capitibus coram omnibus obtruncatis: ut ceteri inpoſterum iſtis facinoribus adſveſcere haud quaquam auderent.* Inter ejusmodi Iudæorum patronos memorat ambitioſe in ſequentibus Ferdinandum IV. Imperatorem, Ducem Papenheimium, familiam d' *Eſte*, magnum Hetruriæ Ducem, magnum Iamuski urbis Cancellarium, Carolum Gonzagam, Mantuæ Ducem, Henricum IV. Galliæ Regem, Ordines Fœderati Belgii, Chriſtianum, Danorum Regem, qui anno 1630. Iudæis ob factam in obſidione Gluckſtadienſi rerum ſuarum jacturam eximia & tanta privilegia conceſſerit, Turcas item, Perſas & Barbaros. Cap. XXV. diluit criminationem, quod tot criminibus ſe polluant Iudæi, interque cetera ait auctor: *Ego, Deo favente, in alio libello, quem compoſiturum ſpero, oſtendam, nullum in peccatum, ſubſtracta religione, de qua non eſt hic ſermo, lapſos eſſe Judæos mille annis abhinc, quo & multo gravius & frequentius, & a pluribus millies Chriſtianis non fuerit patratum. Et quare igitur ob peccatum unius vel duorum Judæorum ab omnibus ſumitur ſupplicium?* Appendicis loco accedunt duæ hiſtoriæ ſive exempla, e quibus Lectori conſtare poſſit, Iudæos fere ſemper falſo accuſari injuſteque puniri.

Ceterum omnis hæc tractatio frequenti allegatione dictorum Scripturæ, Novi potiſſimum Inſtrumenti, & locorum ex Doctoribus Scholaſticis ac Patribus allatorum diſtincta eſt & ornata. Libellum hunc Cl. *Hermannus Hardtius* in Paræneſi ad Doctores Iudæos, Helmſtad. 1715. 8. editet & Cl. *Schudtio* in Memorabilibus Iudaicis Part. IV. Continuat. III. recuſa, p. 63. *non impolitum* vocat, ibidemque ob raritatem & præſtantiam repetitam ejus editionem pollicetur. Fuit ille inter MSS. *Menaſſe ben Iſrael* inventus, ceu patet ex Parte I. Biblioth. hujus p. 786. Quod ad argumentum ipſum attinet, tetigit illud *David de Pomis* in Enarratione Apologetica de Medico Hebræo p. 37. ubi Sect. VIII. oſtendere conatur, *quod Chriſtia-*

*Chriſtianus non ſit Hebræo inimicus, nec contra, quia potius affinitate conjunctus,* quam in rem varia affert loca N. T. Sequente Sectione IX. demonſtrandum ſuſcipit, quod *Hebræus a Chriſtiano ſpernendus non ſit, neque dejiciendus;* & Sect. X. quod *Iudæum Chriſtianus rationabiliter ſovere atque amplecti debeat.*

# LIBER VI.
# DE TARGUMIM SEU PARAPHRASIBUS CHALDAICIS.
## CAPUT I.
## De Nomine & Origine Targumim.

*I. De vocibus* תַּרְגּוּם & תַּרְגֵּם *earumque ſignificatione generali & II. ſpeciali. III. IV. de origine Paraphraſium ex mente Judæorum in captivitate Babylonica quærenda: quam V. & Chriſtiani nonnulli approbant aliis VI. & VII. in tempora captivitatem ſubſecuta rectius referentibus, ubi & de eo, an tempore CHRISTI jam exſtiterint? VIII. & IX. diſputatur contra* Morinum, *& alios nimis recentes eas ſtatuentes.*

I.

IN parte priore Bibliothecæ noſtræ aliquoties ampliorem tractationem de Paraphraſibus Chaldaicis, earumque, de quibus ſcilicet conſtat, auctoribus ſperare Lectorem juſſimus. Ea itaque opera, quoad fieri ejus poterit, nunc defungemur, ita ut primo quidem loco de *nomine* & *origine* earum diſpiciamus. תַּרְגּוּם vox Chaldæis propria, per ſe unamquamq; verſionem ſeu interpretationem denotat, quacunque demum lingva illa inſtituatur, & cujuſcunque ſit conditionis h. e. ſive literæ preſſius inſiſtat

inſiſtat, ſive liberius auctoris mentem repræſentare conetur. Teſtis inſtar omnium ſit Elias Levita in *Tisbi* f. 271. cujus hæc ſunt verba רבים חושבים כי לשון תרגום אינו נופל רק על לשון ארמי ואינו כן כי תרגום רוצה לומר פירוש: i. e. *multi opinantur, vocem Targum non cadere niſi in linguam Syriacam* (i. e. uſurpari tantum de translatione in lingvam Iudæo-Syriacam) *Sed res ita non habet, quia Targum idem eſt, quod* פירוש *i. e. interpretatio.* Idem eodem in loco ab hac voce, (ſecus ac Philologi inter Chriſtianos, vocabulum a verbo derivantes, faciunt & Grammaticæ rationes patiuntur) deducit verbum תִּרְגֵּם unde מְתַרְגֵּם & מְתוּרְגְּמָן i. e. *Interpres*, quam vocem de quocunque Interprete adhiberi recte probat ex eo, quod *Geneſ.* XLII. 23. Hebraicum מליץ vertitur per מתורגמן atque adeo uſurpatur de eo, qui Ægyptiacæ lingvæ voces cum Hebraicis in uſum fratrum Joſephi permutabat. Adſtipulatur eidem R. *Aſarias de Rubeis*, Judæus Sæculi XVI. in *Meor Enajim* Parte III. c. 9. :כבר נודע כי מלה תרגם משמעה פתר i. e. *Jam conſtat, vocem* תרגם *idem valere quod* פתר i. e. *transferre de lingua alia in aliam quamcunque.* Hanc ſignificatus amplitudinem ex aliis Orientis linguis, nominatim *Arabica Æthiopica* & *Turcica* imo & nonnullis Occidentis adſerere poteram, ſiquidem hoc nunc ageretur. Lege interim *Thomam Smithum* in Diatriba de Chaldaicis Paraphraſ. cap. I. p. 3. ſqq. B. *Auguſt. Pfeiferum* in Exercit. de Targumim c. I. toto, & *Joh. Buxtorfium* in Lexico Talmudico p. 2642. ſq.

II. Procedente tamen tempore factum eſt, ut in Iudæorum ſcriptis *Targum* non niſi de interpretatione Chaldaica quacunque uſurparetur, ſive quod ea vox Chaldæis ſuam originem debet, adeoque ad verſionem Chaldaicam innuendam maxime & primario accommodata videbatur; ſive quod primis temporibus non alia inter eos Sacrum Codicis verſio exſtabat, quam Chaldaica. Eam itaque, quæ in alia lingva ſuſcipitur, frequentius exprimunt per העתקה (quæ vox de apographo etiam ſolet uſurpari) ſicut auctores ejusmodi verſionis מַעְתִּיקִים i. e. *translatores* appellant. Hoc enim nomine R. *Aſaria* in *Meor Enajim*, & *Aben Eſra* in commentariis ſuis frequentiſſime LXX. Interpretes inſigniuntur. Præterea vox Targum innuere nonnullis viſa eſt interpretationem liberiorem. Certe B. *Chriſtophorus Helvicus* in Tract. de Paraphraſ. Chaldaicis cap. I. p. 2. id probari poſſe cenſuit ex Eſræ IV. 7. ubi

de

de epiſtola Artaxerxis Regis, ad Judæos miſſa, dicitur וכתוב ארמית ומתורגם ארמית quæ quidem verba ita is accipit, ac ſi innuatur, eandem epiſtolam Chaldaice ſcriptam & deinde in eadem Lingua uberius expoſitam fuiſſe. At, ſi quid video, nihil aliud hic innuitur, quam epiſtolam hanc in gratiam Judæorum, quo rectius voluntatem Regis intelligerent, *literis* Chaldaicis ſcriptam, & *verbis* ejusdem linguæ conceptam eſſe. Hunc enim ſenſum poſtulare videtur epiſtola ipſa, quæ paulo poſt, qualis a Rege profecta erat, chaldaice exhibetur. Hoc tamen certum eſt, Interpretationes illas Chaldaicas etiam hac notione, de qua nunc diſputamus, recte Targumim vocari, quia non ſtricte verbis ac literæ contextus ſacri inſiſtunt, ſed ad mentem Scriptorum Sacrorum diſertius explicandam libertate quadam utuntur. Atque hæc quidem cauſa eſt, cur a Chriſtianis Chaldaicæ illæ verſiones frequentius *paraphraſium*, & earum auctores *Paraphraſtarum* nomine indicentur, quia omnes & ſinguli, *Onkeloſus* quidem ſobrie & parce, reliqui vero, ac inprimis *Ionathan* & Hieroſolymitanus Anonymus, extra contextus literam & quaſi carceres procedunt, adeo ut nonnulli commentarium magis quam verſionem exhibere voluiſſe videantur. Ex his præſtructis conſequitur, *Targum* hodie appellari verſionem Scripturæ Sacræ vel integræ, vel ex parte, in Chaldaicam Linguam, ratione liberiore, ſuſceptam.

III. Quo tempore, quave occaſione animum ad interpretationes has adornandas adjecerint Judæi, ipſi inter ſe diſputant. Quidam eorum rem longiſſime repetunt & Targum Onkeloſi inter res in monte Sinai traditas numerant. Lege quæ Doctores Talmudici afferunt ad *Kidduſchin* fol. 49. 1. ubi ex verſione *Io. Lightfooti* ita: *Si dicat, quia datur licentia aliquid addendi, ego addam, ubicunq; libuerit; ille vilipendit Deum, & verba ejus immutat. Nam Onkelos ubicunq; addidit, non addidit de ſenſu ſuo. Nam Targum iſtud datum eſt in monte Sinai, & cum ejus obliti forent, venit ille & reſtituit.* Conf. Zacutum in *Juchaſin* p. 50. *Gerſonis* Talmud Part. I. c. 30. p. 221. Aliqua veri ſpecie commentum hoc ſuum ornare potuiſſent Judæi, ſi ſenſum locorum Sacrorum, quem Onkelos inveſtigare conatus eſt, per traditionem inde a Moſe ad ipſum perveniſſe ſcripſiſſent. Atque huc ſe prudenter recepit Abarbanel, in Numer. XV. 30. ita commentatus: השלם אונקלוס קבל מר׳ אליעזר הגדול ומר׳ יהושע ועל פיהם עשה תרגומו כמו שהיה הלכה למשה מסיני: i. e. *præſtantiſſimus Onkelos accepit a R. Elieſere Magno, & a R. Joſua, ex quorum*

*rum ore concinnavit Paraphraſin ſuam, prout ferebat traditio Moſis ex Sinai.* Accepit autem Abarbanel hos traditionis pararios ex Megilla cap. I. fol. 3. a. אמר ר׳ (a) ירמיה ואיתימא ר׳ חייא בר אבא תרגום של תורה אונקלוס הגר אמרו מפי ר׳ אליעזר ור׳ יהושע תרגום של נביאים יונתן בן עוזיאל אמרו מפי חגי זכריה ומלאכי׃ i. e. *Dicit R. Jeremias, vel ſecundum alios R. Chaija fil. Abba: Targum Legis Onkelos proſelytus habet ex ore R. Elieſeris & R. Joſua: Targum autem Prophetarum Jonathan Uſielides accepit ex ore Haggai, Zacharia & Malachia.* Enimvero nec hoc cum rationibus temporum conciliari poteſt, cum Jonathan, ceu paulo poſt patebit, a Sanctiſſimi Servatoris noſtri ætate proxime remotus fuerit. Itaque melius ſibi conſuluiſſe cenſendus eſt R. *Aſarias* in Meor Enajim, Part. III. c. 9. ubi tradit, Legem jam tempore Esdræ Chaldaice translatam fuiſſe in uſum Judæorum, ea lingua in carcere Babylonico utentium: hujusmodi vero translationem, ad poſteros propagatam, variis viciſſitudinibus & injuriis obnoxiam fuiſſe, dum tandem Onkelos, conſilio & conſenſu R. Elieſeris & R. Joſuæ uſus, Legem non quidem primus interpretaretur, ſed ab aliis translatam recognoſceret, & integritati ſuæ vindicaret. Hinc idem putat explicari poſſe dictum veterum, qui tradunt, Targum eſſe inter ea numerandum, quæ oblivioni aliquantiſper traditæ in memoriam & lucem poſtea revocatæ ſint.

IV. Ejus itaque judicio exilium Babylonicum occaſionem ſuppeditavit verſioni Chaldaicæ, quæ communi uſu & in calamitate illa & poſt eam frequentata ſit a Judæis, donec Onkeloſus & reliqui Paraphraſtæ ſuperadderent, quæ adhuc deſiderari poſſe videbantur. Neque nova hæc & in cerebro *Aſaria* aut *Elia Levita*, qui in præfat. ad Methurgeman eandem tuetur, nata opinio eſt, ſed antiquiorum Judaicæ Eccleſiæ Doctorum auctoritate ſubnixa. Illi enim ut evincant, jam Eſræ & Nehemiæ ætate Chaldaicas verſiones receptas fuiſſe, recipiunt ſe ad Nehemiæ VIII. 8. & verba Nehemiæ ויקראו בספר בתורת אלהים *& legerunt in libro, in lege Dei*, de textu Hebræo; vocem autem מפורש de *Targum* ſeu chaldaica paraphraſi, *explicationis* loco addita, interpretan-

(a) *Thom Smithus* in diatriba de Paraphraſ. Chald. p. 18. locum hunc allegans pro ירמיה obvio errore legit זרמיה & vertit *Zaramia*, quod nomen inter Doctores Judæos fruſtra quæſiveris.

tantur. Vide Gemaram ad *Nedarim* c. IV. & utrumque Talmud ad Megilla, Babylonicum ſcilicet ad cap. I. Hieroſolymitanum vero ad cap. IV. apud *Buxtorfium* in Tiberiade cap. VII. pag. 34. & *Altingium* Tomo V. Opp. Heptade VII. Diſſertationum pag. 198. Et quamvis, quod ſcite monet B. *Pfeiferus* de Targumim cap. II. §. 7. ex illis Talmudiſtarum locis non evinci poſſit, eos Paraphraſin ullam, literis conceptam, tempore calamitatis Babylonicæ exſtitiſſe cenſere, id tamen extra dubium poſitum eſt, ex eorum mente fuiſſe ea ætate, qui chaldaice oretenus interpretaretur ea quæ populo Hebraice erant prælecta: id quod diſerte tradit *Maimonides* in Hilchoth *Tephilla* c. 12. *Inde a tempore Esdræ conſueverunt habere Interpretem, qui populo id interpretaretur, quod Lector ex Lege prælegebat, ut ſenſum verborum intelligerent.*

V. Hæ ſunt Judæorum de hoc argumento ſententiæ, ex quibus aliæ aliis inter Chriſtianos ſe approbarunt. Ita B. *Pfeifero* l. c. cap. 2. §. 2. *Schindlerus* in Lexico Pentaglotto p. 1695. viſus eſt cum Iudæis ſtatuere, Ionathanem Uſielidem Targum ſuum accepiſſe ab Haggæo, Zacharia & Malachia. Sed forte non erraverit, qui iſta omnia, quæ eo in loco Schindlerus tradit de Paraphraſtis Chaldæis, non ex ipſius, ſed Judæorum mente conſignata eſſe cenſeat. Taceo, eum Ionathanem iſtum tantum diſcipulum facere trium illorum Prophetarum, a quibus ſcilicet *doctrinam* (non ſpeciatim Targum, quod memorant Judæi,) acceperit. Rectius *Jo. Henr. Hottingerus* ex Theſauro Philolog. lib. 1. c. 3. p. 279. in eorum claſſem refertur, qui jam in Babylonia ob imperitiam Linguæ Hebraicæ, ſenſim inclinantis, Chaldaicæ interpretationi ore ſaltem traditæ locum fuiſſe cenſeant. Huc pertinent ex Anglis *Brianus Waltonus* in Prolegomeno III. ad Biblia Polyglotta, *Thomas Smithus* de Paraphraſ. Chaldaic. p. 12. ſq. *Jo. Pearſonus* in Expoſit. Symboli Apoſtol. pag. 147. *Pet. Allixius* in Teſtimonio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios cap. II. p. 21. & c. VII. p. 67. *Henr. Whartonus* in Auctario hiſtoriæ Dogmaticæ de Scripturis Vernaculis Jac. Uſſerii p. 315, (qui tamen jam in captivit. Babylonica ſcriptam ejusmodi paraphraſin exſtitiſſe cenſet,) & noviſſime *Humpred. Prideaux* in Connexione Hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. p. 532. ex Pontificiis *Robertus Bellarminus* lib. II. de Verbo Dei cap. 15. *Sixtus Senenſis* Bibl. Sanct. lib. IV. p. 393. *Bernhardus Aldrete*, de origine Linguæ Hiſpanic. lib. I. c. 22. *Julius Bartoloccius* Tom. I. Bibliothecæ Rabbinicæ, p. 406. *Rich. Simon* in Hiſtoria Critica V. T. lib. II. cap. 1. p. 1. ex noſtratibus *Wilhelmus Schickhardus* in Bechinath Happeruſchim pag. 19. Imo

*Io. Reuchlinus* eo progreditur lib. III. de verbo mirifico cap. 13. ut jam ætate Thaletis, quem Jeſaiæ æqualem facit, verſionem Scripturæ Chaldaicam exſtitiſſe tradat, in uſum Babyloniorum concinnatam.

VI. His ſe opponunt rectius alii, primam Paraphraſium Chaldaic. originem in tempora, exilium Babylonicum inſecuta, rejicientes. Nam illis in Babylonia opus non erat, cum non veri fiat ſimile, Judæos, & rituum & linguæ vernaculæ alioquin obſervantiſſimos, intra 70. annorum ſpatium oblivione ejus ita fuiſſe captos, ut interpretatione egerent: præcipue cum, eo admiſſo, ſtatuendum quoque ſit, tot Prophetas ſupervacaneam operam collocaſſe in vaticiniis ſuis ad populum Hebraice promulgatis, nec appareat, quo tandem conſilio Esdras populo, non intelligenti, Legem Hebraice prælegerit, quod conſtat ex Nehem. VIII. 3. Nec, quæ afferuntur argumenta, contrarium demonſtrant. Locum Nehemiæ id prorſus non evincere, quod illi quidem cupiant, pridem oſtenderunt ex noſtratibus B. *Pfeiferus* l. c. cap. II. §. 6. *Barth. Mayerus* in Philologia Sacra p. 137. & doctiſſimus *Valentinus Erneſtus Læſcherus* in Commentario de Cauſis Linguæ Hebrææ pag. 67. ex Reformatis autem *Steph. Morinus* in Exercitatt. de Lingua primæva p. 77. & *Jac. Altingius* in Heptade Diſſertatt. Tom. V. Opp. p. 198. ſq. fuſe inprimis & diligenter. *Stephanus Morinus* omnia ſummatim comprehendens pag. 77. ita ſcribit: *In tota hac narratione ne unum quidem verbum expoſitionis, diverſa lingua factæ, & linguæ Chaldaicæ ulla mentio; imo ſummaria deſcriptio docet, Esdram in lege indeſinenter legiſſe a mane ad meridiem, tunc dimiſiſſe populum ad prandium. Si qua etiam expoſitio facta fuiſſet, neceſſario feciſſent illam Levitæ, de quibus poſtea ſit mentio; ut quis credat, Levitas coram Esdra & Nehemia prophetis explicaſſe Legem, quam contentus Esdras fuerat legiſſe; ſic enim lector hic fuiſſet, illi vero doctores.* *Smithus* l. c. p. 14. provocat ad exemplaria Legis hebraice & chaldaice alternis verſibus ſcripta. At illa id quidem probant, conſuetudinem Hebraica Chaldaicis in lectione diſtinguendi & interpretandi aliquando receptam inter Judæos fuiſſe; non autem vel per umbram evincunt, eam adeo antiquam eſſe, ut Nehemiæ vel Eſræ ætatem attingat.

VII. Plerique itaque ex Chriſtianis linguam Hebræam tempore carceris Babylonici intemeratam inter Judæos manſiſſe, atque adeo uſum Paraphraſium Chaldaicarum, ſive ſcriptarum, ſive ore promulgatarum, poſt illa tempora receptum fuiſſe arbitrantur. Ita ſtatuunt ex noſtrati-

bus

bus *Barthol. Mayerus* in Philologia Sacra Part. II. c. 2. *Aug. Pfeiferus* l. c. cap. II. toto & V. E. *Laſcherus* de Cauſis Linguæ Hebrææ lib. I. cap. 7. p. 72. ex Pontificiis *Ludov. Elias Dupin* p. 80. Diſſertationis Præliminaris Tom. I. Bibliothecæ Eccleſ. præfixæ, ex Reformatis *Jac. Guſſetus* in limine Commentarii de Lingua Hebræa, ubi hiſtoriam Linguæ S. ediſſerit, & illi omnes, quos paulo ante ad illuſtrandum locum Nehemiæ VIII. excitavimus. Inter eos eſt & *Steph. Morinus*, qui, eorum, quæ p. 77. docuerat, quaſi ex parte oblitus, p. 360. & 422. dubius hæret, utrum *in ipſa captivitate, an ſaltem immediate poſt ipſius exitum* Chaldaica verſio elaborata dici debeat. Mihi quidem, re accuratius expenſa, ita videtur ſtatuendum. Judæi, Babyloniorum poteſtati ſubjecti, & hinc inde per eorum regionem diſperſi, tum dominis ſuis blandiendi cauſa, tum commodis nonnullis externis ſvadentibus, tum ob affinitatem, quæ inter Hebr. & Chaldaicam Linguam intercedit, procul dubio in ipſa captivitate ad diſcendam Chaldæorum linguam animum adjecerunt. Illius vero ſtudium procedente tempore inter ipſos crevit, poſtquam magna eorum pars in patriam redeundi poteſtatem, quæ omnibus facta erat, negligerent, rerumque ſuarum ſedem in Chaldæa collocarent. Ibi vero externæ rerum ſuarum conditioni rectius conſulturi linguæ dominorum ſuorum magis magisque ſe tradebant. Ex quo fieri non potuit, quin vulgus inprimis, poſtea vero & alii, in oblivionem difficiliorum Hebraiſmi phraſium vocumque inciderent, atque adeo neceſſe haberent, easdem ex lingua notiore & vernacula illuſtrandi. Hoc autem rectius & facilius perfici non poterat, quam ſi a rerum & Linguæ utriusque gnaris vel in privatum vel aliorum etiam uſum expoſitiones Chaldaicæ nunc commatum integrorum, nunc vocum ſingularium, gloſſematum inſtar, ad marginem Codicis Sacri referrentur. Hæ illuſtrationes cum tempore ipſo variorum curis auctæ & amplificatæ excitaſſe deinde alios, v. c. Jonathanem, Onkeloſum, &c. videntur, ut & his, aliorum induſtria partis, uterentur, & quæ deerant, de ſuis ſupplerent. Hac via & methodo commentarios in antiquos Scriptores Græcos poſteris ſubnatos eſſe norunt, quibus compertum eſt, ex gloſſis ſcholia, ex ſcholiis paraphraſes, & ex his commentarios denique prodiiſſe. Confer *Rich. Simonium* in Disquiſitt. Criticis c. 13. p. 100. Firmat hanc conjecturam Judæorum ad traditionem, & majorum doctrinam, in negotio paraphraſium, provocatio. Hinc vero ſimul intelligitur, eam temporis aeram, qua verſio abſoluta adhiberi cœperit, exacte definiri non poſſe. Quamobrem

obrem nonnulli cum *Simonio* & *Morino* ſtatim & ἀμέσως poſt captivitatem Babylonicam talem aliquam obtinuiſſe cenſent; alii in tertium poſt eandem Sæculum cum *Leſchero* de Cauſis Linguæ Hebr. p. 72. rejiciunt, alii cum *Pfeifero* & plerisque aliis tempus illud determinant, quod CHRISTI natales vel anteceſſerit, vel proxime ſit inſecutum. Et ſane tempore CHRISTI paraphraſes exſtitiſſe videri ex iis patebit, quæ paulo poſt de Jonathanis & Onkeloſi ætate afferentur. Imo idem non obſcure colligi poteſt ex Megilla c. IV. Miſchna X. ubi Paraphraſium his verbis mentio fit, quæ ex Latina Surenhuſii verſione ex Tomo IV. Corporis Miſchnici p. 402. huc adponemus: *Hiſtoria Rubenis legitur, ſed non exponitur Chaldaice. Hiſtoria Tamaris legitur, & Chaldaice exponitur. Hiſtoria vituli prima legitur quidem, ſed non exponitur Chaldaice. Benedictio Sacerdotalis, & hiſtoria Davidis & Amnonis non leguntur, neque exponuntur Chaldaice.* Memoratur ibi mos Legem & Prophetas priores (in his enim exſtat hiſtoria Davidis & Amnonis) chaldaice interpretandi, tanquam ea ætate, qua Miſchna compilata eſt, univerſaliter receptus. Jam vero Miſchnæ natales in Sæculum poſt C. N. ſecundum incidere, ſupra oſtenſum fuit, & relatio hæc ipſa credere jubet, conſuetudinem hanc apud Judæos aliquo tempore ante introductam fuiſſe. Quænam vero fuerint iſtæ paraphraſes, num in literas relatæ, & a quibus auctoribus profectæ, nemo tuto dixerit, cum verba nihil aliud ſecum ferant, quam quod interpretatio ſuſcepta ſit; id quod ore etiam & libere ſine ſcripto a gnaro hujus linguæ fieri potuiſſe nemo negaverit. Interim plerique omnes paraphraſes iſtas de Onkeloſi illa & Jonathanis accipiunt. v. c. *Allixius* in Judicio Eccleſ. Judaicæ adverſus Unitarios p. 72. Confer eundem Codicem Megilla cap. IV. Miſchna IV. Sunt nonnulli, qui Sanctiſſimum Dominum & Servatorem noſtrum ejusmodi aliqua in ſermonibus ſuis & oraculis, ſpeciatim eo, quod ex cruce pendens pronunciabat, uſum eſſe affirmant. Lege *Dan. Chamieri* Panſtratiam Catholic. Tom. I. pag. 197. *Hottingerum*, qui ad eum provocat, in Theſauro Philolog. p. 252. *Schickardum* in Bechinath Happeruſchim p. 21. *Leusdenium* in Philologo Hebræomixto Diſp. XXXV. & *Humphredum Prideaux* in Harmonia Hiſtoria V. & N. T. Part. II. lib. VIII. p. 547. Iidem ſectionem quæ Lucæ IV. 17. 18. a Domino noſtro ex *Jeſaia* LXI. 1. 2. prælecta narratur, ex Targum aliquo recitatam volunt, eo quod nec cum Hebræo fonte, nec cum rivulo Græco τῶν LXX. conveniat. Enimvero nihil obſtat, quominus credamus, CHRISTUM Hebraica revera prælegiſſe, quæ Scriptor Sacer

pro

pro inſtituti ſui ratione deinde Græce expreſſit. Verba autem ex cruce in gratiam Judæorum audientium, & ex more illius ætatis, dialecto Chaldaico - Syriaca ab eodem pronunciata rectius, quam ex certa quadam Paraphraſi hauſta putantur, cum, quæ hodie in Pſalmos exſtat, aliter eo in loco habeat, & temere ad deperditam aliquam, quod a Schickardo fit, provocetur, quia nondum certo conſtat, an præter eas, quas habemus, exſtiterit alia, &, ſi exſtiterit, affirmari certo nequit, eam a verbis Domini noſtri non abiiſſe. Non magis valet, quod a *Schickardo* in præfat. ad Bechinath Happeruſchim p. 5. affertur, ut probet, Apoſtolum Paulum Targum alterum in Pentateuchum, quod Jonathani tribui ſolet, cognitum habuiſſe, qua de re paulo poſt ſuo loco dicemus.

VIII. Utut itaque demonſtrari non poſſit, vel CHRISTUM, Dominum noſtrum, vel præcones ejus, Chaldaica ejusmodi verſione uſos eſſe, eorum tamen ætate exſtitiſſe, frequens Chaldaiſmi uſus, qui ex ipſis Servatoris noſtri ſermonibus, in Evangeliis hinc inde v. c. Marc. VII. 24. & V. 41. &c. allatis elucet, probat. Mirum igitur videri poteſt, qui nonnullis in mentem venerit, Paraphraſium originem in quintum poſt C. N. Sæculum referre. Ita ſtatuit *Jo. Morinus* in Exercitationibus Biblicis lib. II. Exercit. VIII. c. 2. p. 321. Ibi enim argumentum generale promittit, quo conſtet, *multis ſaculis poſt tempus a Iudæis aſſignatum Paraphraſium auctores ſcripſiſſe, ita ut, quos jactent, ante Chriſtum duobus aut tribus Sæculis vixiſſe, quinq; aut ſex ſæculis poſt iſtum vixerint, aut ſcripſerint.* Argumentum illud petitum eſt a ſilentio *Origenis* & *Hieronymi*, quorum neuter ejusmodi paraphraſium faciat mentionem, cum tamen prior ille tam diligenter translationes quascunque inquiſiverit, ac præterea cum Judæis frequenter diſputarit, atque adeo occaſionem dederit, ut vel ipſe paraphraſes has in locis Scripturæ S. ad Meſſiam relatis, Iudæis opponeret, vel viciſſim eas ſibi ab iſtis obverti videret; poſterior vero ad verſionem ſuam ex Hebræo perficiendam varias translationes non ſolum collegerit, ſed & Chaldaicam Linguam multo labore didicerit, & ex eadem libros nonnullos Latine converterit; nec fieri potuerit, ut vel Chriſtiani vel Iudæi, in Oriente verſantes, eas verſiones ignorarent, aut, ſi non ignorarent, nullam, facta quaſi conſpiratione, earum mentionem apud Hieronymum facerent, inprimis cum nonnullæ earum ab hominibus ſcriptæ ferantur ejusmodi, qui & fama & miraculorum laude inter ſuos valuerint. Hujus tam pertinacis ſilentii cauſam non putat poſſe fingi aliam pag. 322, quam, quod omnes poſt Hieronymi mor-

mortem h. e. quadringentis ſaltem poſt C. N. ſæculis in lucem prodierint. Ante Morinum eodem fere modo argumentatus eſt *Franc. Ribera*, comment. in Obadiam: cap. I. v. 20. ubi de Ionathane, & *Guil. Henr. Vorſtius* in Diſceptatione de Sermone Dei p. 24. Talmude paraphraſes poſteriores exiſtimans, quippe ex quo varias fabulas, quas repetit, mutuas ſumſerint. Idem Vorſtius in Bilibra Veritat. p. 164. Origenis, Epiphanii & Hieronymi ſilentium in eandem aſſertionem urget. Conf. eundem ad Ganzium p. 290. Inter noſtrates quoque argumentum a ſilentio primorum Eccleſiæ Doctorum adeo ſpecioſum & idoneum viſum eſt *Michaëli Havemanno* in Appendice ad Lampadem Iudaicam, Wege-Leuchte wider die Jüdiſche Finſterniß pag. 594. ubi Ioſephi, Iudæorum Hiſtoriographi, Origenis item & Hieronymi de Targumim ſilentium eo interpretatur, ut poſt eorum ætatem ea orta & in idem cum Talmude Babylonico tempus referenda cenſeat. Hujus veſtigiis inſiſtit B. *Gabr. Groddeckius* in Theatro Placciano pag. 721. Inter Anglos *Io. Oweno* in Theologumenis p. 404. eadem ratio argumentandi non contemnenda habita eſt, neque tamen talis, cui mordicus inhærendum cenſeat. *Certum eſt*, ita idem pergit, *Hieronymum omnes libros, omnia monimenta literaria, quæ ſuo ævo exſtiterunt, non vidiſſe; neq; enim tantæ rei ſufficiunt ingenii humani imbecillitas, aut vitæ hujus brevitas. Neque credibile eſt, eum omnia, quæ vidit aut cognovit, in ſcripta retuliſſe. Etiam ſuperius oſtendimus, argumentum a veterum quorundam Scriptorum ſilentio ductum vetuſtati librorum aut literarum fidei abrogandæ idoneum non eſſe.* Sic & ex noſtratibus *Io. Helvicus* idem veterum ſilentium miratur quidem, ſed, adductis paulo poſt quibusdam ejus rationibus, fraudi id Paraphraſium antiquitati eſſe poſſe inficiatur. *Pet. Daniel Huetius*, Vir doctiſſimus, in epiſtola ad Iſaacum Voſſium data, quæ in Diſſertationibus varii argumenti pag. 308. legitur, ita hic reſpondet: *Nec eam*, (antiquitatem Paraphraſium) *impugnat perpetuum Origenis & Hieronymi de ea ſilentium. Nam vix Hebraice balbutiebat Origenes, ut aliquando, Deo favente, oſtendemus. Hieronymo autem non fuerunt ignota hæ interpretationes: multa quippe profert in Quæſtionibus Hebraicis in Geneſin, aliisque ſexcentis locis, quæ non aliunde, quam ex Chaldaicis interpretationibus videntur petita.* Poſterius hoc ſtatuiſſe quoque videtur *Pet Allixius* in Iudicio Eccleſ. Iudaicæ contra Unitarios p. 95. quandoquidem ex eo, quod interpretationes, quas Hieronymus ut Iudaicas, Chriſtianis ſimiles memorat, in

Para-

Paraphraſibus hodie aliter legantur, colligit, Paraphraſes iſtas eſſe interpolatas.

IX. Poteramus nos Lectorem ad ea ablegare, quæ ſupra in ſimili cauſa de Talmudis antiquitate in dubium a Morino & aliis, ex veterum ſilentio, vocata diſputavimus. Sed operæ tamen pretium facturi nobis videmur, ſi nonnulla ſigillatim hoc loco moneamus. *Joſephi* quidem de hac re ſilentium non miror, quippe cujus inſtitutum aut conſilium non fuit, in rem Judæorum literariam digredi, atque ea commemorare, quæ ad conatus eruditorum in ea gente Virorum pertinent. Certe, qui momentum hiſtoriæ Judaicæ ſuæ ætatis præcipuum, vitam ſcilicet ac doctrinam JESU CHRISTI, a qua maxima rerum Judaicarum converſio pendebat, omittere ita potuit, ut obiter tantum commemoraret, is facile credetur præterire narrando potuiſſe verſionem Scripturæ Chaldaicam, quæ ad ejus operam hiſtoricam nec faciebat, nec ſpectabat. In his acquieſcere malim, quam cum aliis negare, Joſephum vel Hebraicæ vel Chaldaicæ lingvæ gnarum fuiſſe, adeoque & monimenta in ea exarata cognita habuiſſe. Vide, quæ in contrariam ſententiam allata ſunt Parte I. p. 547. Quod ad primos Eccleſiæ Doctores attinet, illos in Paraphraſium harum ignoratione verſari potuiſſe facile credet, qui Chaldaiſmi longe magis quam Hebraiſmi ignaros eos fuiſſe noverit. Hoc quamvis de *Origene* & *Hieronymo* dici nequeat, aliæ tamen, cur eaſdem ignorarent, cauſæ efficere potuerunt. Illi enim interpretationibus Græcis, qvippe a Judæis vel Ex Judæis profectis, tantum tribuerunt, ut ceteris facile ſe carere poſſe exiſtimantes, de aliis inqvirendis vix ſoliciti fuiſſe videantur. *Hieronymus* ſpeciatim diu eas neſcire potuit, quippe qui, ceu ipſe teſtatur, in præfat. ad Danielem ad Chaldaiſmum ſero acceſſerit. Ponamus autem, eos hanc rem ſcrutatos eſſe, fieri potuit, ut a Judæis minus recte edocerentur, ſive quod ipſi hæc monimenta non adeo frequentia haberent, ſive quod Chriſtianos de induſtria celarent. Videntur enim in tanta Judæorum jactatione ipſæ illæ verſiones Synagogis magis & publico uſui, quam domibus & privatis familiis frequentatæ fuiſſe. Fac etiam, cognitas fuiſſe v. c. Hieronymo, nonne ab illis conſulendis & ad partes vocandis deterreri potuit ideo, quod linguam ipſam haberet minus familiarem? Ipſa quoque præſidia, quæ Morinus ex his verſionibus ad Chriſtianos redundaſſe, & in congreſſibus ac diſputationibus contra eos adhiberi potuiſſe, recte ſcribit, effeciſſe merito exiſtimantur, ut clam illis haberentur,

Ffffff tur,

tur, &inter arcana ſolicite ſervarentur. Nolo nunc id urgere, quod *Theodoretus* in commentariis ſuis in Jeremiam & Jonam repetitis vicibus, *Ambroſius* item in Hexaëmero lib. II. c. 8. & *Auguſtinus* XV. 13. de Civitate Dei Interpretem *Syrum* commemorent, quem de Chaldaico Interprete nonnullos accipere *Sixtus Senenſis* in Bibliotheca Sancta lib. IV. p. 380. teſtatur. Cum enim recte obſervaverit Helvicus in præf. ad Tract. de Paraphraſibus Chaldaicis, ea, quæ a laudatis Doctoribus ſecundum *Syrum* afferuntur, ab hodierno Targum diſcrepare, viciſſim autem alii oſtenderint, Theodoreti allegata, quatuor & viginti vicibus in commentariis ejus occurentia, cum verſione Syriaca, quæ hodie exſtat, ſi quatuor aut quinque loca exceperis, conſpirare, tutius eſt credere, Theodoretum Syriacam tranſlationem in animo habuiſſe. Confer *Hottingerum* de Heptaplis Pariſienſibus Diſſert. II. p. 105. *Andr. Mullerum* in Diſſert. de verſione Syriaca p. 12. & Cl. *Jac. Le Long* in Bibliotheca Sacra p. 192. edit. Lipſ. Pone denique, Paraphraſes illas in Sæculo demum poſt C. N. quarto vel quinto natales ſuos inveniſſe, qui, quæſo, cum ratione cogitari poteſt, Judæos ea ætate de Scriptura S. in lingvam Chaldaicam transferenda cogitare voluiſſe, qua illa non minus, quam Hebræa vernacula eſſe deſierat? Obvertit præter hæc Morinus partim miracula, & alia inſolentia, quæ de nonnullis Paraphraſium auctoribus circumferuntur a Judæis, partim fabulas, quæ Talmudicis ſimiles ſuam originem & impurum, ex quo fluxerint, fontem prodant. Enimvero Narrationes illæ de auctoribus fabuloſæ non magis credere jubent, ipſas verſiones ab iis non eſſe profectas, aut ea ætate conditas, quam figmenta Ariſteæ de LXX. Interpretibus efficiunt, ut negemus, verſionem Græcam vel integram, vel ex parte, Philadelphi Regis ætate exſtitiſſe. Fabulas in omnibus fruſtra requiras, nec in Onkeloſi iſta ullam inveneris. De ceteris autem v. c. *Jonathane* in Prophetas quis præſtabit; non tam Talmudicos illis ſua, quam Paraphraſtas iſtis debere, cum utrumque æque facile accidere potuerit. Conf. *Jo. Rittangelium* in Libra Veritatis p. 47. Sed de hoc momento paulo poſt plura dicentur. Id enim hactenus tantum egimus, ut oſtenderemus, generales Morini obſervationes antiquitati verſionum Chaldaicarum fraudi minime eſſe. Confer huc, ſi placet, poſt Pfeiferum l. c. *Pet. Allixium* in Judicio Eccleſiæ Iudaicæ contra Unitarios cap. II. p. 27. ſqq. & *Humphredum Prideaux* in Harmonia hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. lib. VIII. p. 544. ſqq.

CA-

# CAPUT II.
# DE VARIIS AUCTORIBUS τῶν TARGUMIM.
## SECTIO I.
## DE ONKELOSO
## & ejus in Pentateuchum Paraphraſi.

*I. Onkelos proſelytus ab Onkeloſo filio Kalonymi diſtinctus. II. item ab Aquila, ubi & de ejus ætate, quæ III. contra Morinum adſtruitur. IV. quibus præſidiis interpretatio ejus ſuſcepta? V. de virtutibus ejus & vitiis. VI. num totus Codex Hebr. ab eo ſit converſus? VII. de MSS. Codd. ab editis diverſis. VIII. de Editionibus variis & IX. Verſionibus Latinis.*

I.

DE Paraphraſtis ſingulis ordine nunc commentaturi primum merito locum *Onkeloſo* vindicamus. Quanquam enim *Ionathane* ratione ætatis poſterior plerisque credatur, paraphraſis tamen ejus in Pentateuchum inter eas, quæ exſtant, & antiquiſſima & puriſſima & utiliſſima merito judicatur. Ita vero operam hanc noſtram diſtinguemus, ut primum de *auctore*, deinde de *paraphraſi* ejusdem dicamus. *Onkeloſum* alienigenam fuiſſe ipſa nominis, quod certe Hebraicum non eſt, oſtendit. Itaque & Judæi eum הַגֵּר i. e. *proſelytum* (b) vocant,

Ffffff 2 qui

(b) Talem fuiſſe perſuadere ſibi non poteſt Cl. *Humphr. Prideaux* in Harmonia hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. lib. 8. p. 536. ideo, quod veri non videatur ſimile, quenquam, qui gente non fuerit Hebræus, & tum linguæ Hebr. ac Chald. tum ritibus Judaicis prorſus innutritus, ad eam elegantiam & accurationem adſpirare potuiſſe. Putat itaque ex confuſione Onkeloſi cum עקילס ad Chriſtianos, & hinc ad Judæos converſo, factum eſſe, ut Onkelos hic proſelytus crederetur. Fortaſſe non erraverit, qui crediderit, Onke-

qui relictis gentium ſacris Legem profeſſus ſit, ita quidem, ut facultatates, hæreditatis jure a Parentibus ad ſe delatas, in mare projecerit, ceu traditur in Toſephoth ad cap. V. *Demai*, & inde in *Iuchaſin* pag. 52. b. Ad eum referunt plerique, quæ de 70. libris opobalſami ſive thuris (c) ſuper cadavere *Rabban Gamlielis* ab Onkeloſo quodam combuſtis, referuntur cap. I. Avoda Sara p. 11. Ex quo ſimul de ætate ejus conjectura fieri poterat. Hic enim Gamaliel, qui D. Pauli creditur præceptor, ſeptendecim circiter annis ante excidium templi obiit; unde florens Onkeloſi ætas in proxima poſt C. N. tempora collocari deberet. Hoc ipſo patet ſimul, diſtinguendum omnino eſſe ab *Onkeloſo* fil. *Kalonymos*, quem Titi, Imperatoris, qui Templum in cineres redegit, ſororium faciunt Iudæi, eumque poſt patrui ſui (qui in libro *En Iacob* ad cap. I. Avoda Sara *Adrianus* ſc. Imperator vocatur) mortem ad ſacra ſua acceſſiſſe tradunt. Vid. *Gittin* cap. 5. fol. 56. b. & *Avoda Sara* cap. I. p. 78. edit. Cl. Edzardi. Nihilominus tamen quidam Judæorum eundem faciunt cum Paraphraſta noſtro, nominatim *Zacut* in Juchaſin l. c. & *Elias Levita* in præf. ad Meturgeman contra nitentibus R. *Dav. Ganz* in Zemach David ad an. 3840. pag. 100. verſ. Lat. Vorſtianæ R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 28. a. init. & R. *Aſaria* in Meor Enajim Part. III. c. 45. pag. 145. conf. *Voiſinii* notas ad Raymundi Martini Pugionem Fidei p. 144. & *Jo. Morinum* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exerc. VIII. p. 341. ſqq. qui hanc cauſam ex Judæorum monimentis & inprimis R. Aſariæ cognoſcendam proponunt. Atque ad poſteriorem hanc ſententiam accedunt ex Chriſtianis tantum non omnes, quorum præcipui ſunt *Buxtorfius* de Abbreviaturis pag. 120. & 207. *Guilielm. Schickardus* in Bechinat Happeruſchim p. 25. *Aug. Pfeiferus* de Targumim c. IV. §. 4. & *Julius Bartoloccius* Tom. I. p. 405. Et probandi illi vel propterea ſunt, quod alioquin vita Onkeloſi

loſum mature ad Judæos adeoque & eorum diſciplinam perductum, ac præterea tum præceptorum ſuorum conſiliis, tum majorum traditione adjutum, ea omnia præſtare potuiſſe, quæ huic dubio occaſionem ſuppeditarunt. Ceterum ante Cl. Prideaux jam *Morinus* in Exercitatt. Biblicis pag. 340. ſq. pronunciavit, Judæos ea, quæ de Aquila, Interprete antiquiſſimo & notiſſimo, dicta erant, ad Onkeloſum ætate juniorem perperam retuliſſe.

(c) Ita *Bartoloccius*, *Buxtorfius*, *Leusdenius* in Philologo Hebr. mixto p. 44. *Schickardus* item in Bechinath Happeruſchim pag. 25. & Pfeiferus de Targumim c. IV. §. 4. voces Hebraicas מנה צורי converterunt; at idem Schickardus rectiora vidit poſtea, & in Tract. de Jure Regio Hebr. pap. 426. per *minas Tyrias* reddidit, approbatorem nactus Jo. Henr, Ottonem de Scriptoribus Miſchnicis p. 110,

loſi nimis foret producenda, quæ tamen vel ſic ſatis longa fuerit, ſi credamus, eum diſcipulum fuiſſe R. *Hillelis* & *Schammai*, juxta *Sohar* ſect. אחרי מות ad Levit. XVIII. 4. col. 131. quod ipſum vix ſtarę poſſe videtur cum eo, quod idem in *Megilla* cap. I. dicitur interpretationem ſuam adornaſſe ad ductum R. *Elieſeris* & R. *Joſua*. Hi enim, ut ex catena traditionis patet, fuerunt diſcipuli R. Jochanan filii Zachæi, quemadmodum hic Hillelem & Schammæum habuit præceptorem. Quicquid hujus erit, id ex omnibus inter ſe collatis patet, *Onkeloſum* Sanctiſſimo Servatori noſtro æqualem fuiſſe, & poſt ipſum forte adhuc vixiſſe.

II. Onkelos noſter idem nonnullis, quos diligenter laudat Cl. *Io. Mollerus* in Homonymoſcopia pag. 243. ſq. creditus eſt cum *Aquila*, עקילס, Interprete Græco. Quod quidem inde factum puto, quia utriusque nominis, inprimis ſi ad pronunciationem τοῦ ע Iudaicum reſpiciatur, maxima eſt convenientia, unde & in Talmude Babylonico & Hieroſolymitano alterum cum altero ſolet permutari; deinde vero, quod uterque in interpretando Sacro Codice fuit verſatus. Sed ſunt tamen majora & illuſtriora, quæ diſtingui utrumque jubent, quam in rem vide, quæ dicta ſunt Parte I. p. 958. Confer *Humphredi Prideaux* Harmoniam hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. lib. VIII. pag. 535. ſq. Iſtis adde, quod Cl. *Montfauconius* in Præliminaribus ad Hexapla Origenis pag. 51. monuit, paraphraſin Onkeloſi Chaldaicam cum Græca Aquilæ nihil affinitatis habere, id quod quibusdam exemplis eo in loco evincit. Quis vero ſibi perſuaſerit, eundem auctorem ita ſui oblitum, ut in altera verſione aliena doceret ab iis, quæ in altera probaſſet? Hæc tamen non prohibuerunt, quo minus *Iſaacus Voſſius* in Tr. de LXX. Interpretibus Aquilam & Onkeloſum eundem eſſe contenderet, notatus ideo a Rev. *Gerh. Mejero*, Antiſtite Bremenſium meritiſſimo, in Diſp. de Iſaaco Voſſio ἀνεβεαιότας convicto §. 37. & *Huetio* (qui jam antea in lib. de Claris Interpretibus pag. 157. ita ſentientibus bonam mentem precatus erat) in Diſſertatt. ſuper variis argumentis, ab Abbate Tilladeto editis Tom. II. p. 307. *Nec leve illud eſt*, inquiens, *quod Aquilam eundem eſſe ſtatuis ac Onkelon, idqve ex Rabbinis ipſis, qvibus tamen accurate diſtinguuntur: hunc enim Onkelos conſtanter appellant, illum* עקילס. *Magna præterea intercedit ætatum diſcrepantia, cum Hillelis diſcipulum faciant Onkelon, Hyrcani & Herodis magni æqualem, Aqvilam Hadriani temporibus floruiſſe agnoſcant?* Nollem ſane, Virum magnum tam confidenter ad diſtinctionem Onkeloſi &

 Aqui-

Aquilæ a Rabbinis factam provocaſſe. Illa enim adeo non perpetua eſt, ut potius is, qui in Talmude Babylonico Megilla c. I. ſect. 10. vocatur אונקלוס idem in Hieroſolymitano dicatur עקילס. Conf. *Io. Morinum* in Exercitt. Biblic. lib. II. Exerc. VIII. c. 6. p. 341. Idem Voſſius ſententiam ſuam non probaverat *Samueli Bocharto* τῷ πάνυ, quod patet ex hujus ad ipſum epiſtola Tom. II. Opp. p. 860. *Neſcio*, inquit is, *an quicquam probaturus ſit, qua de Onkeloſi novitate ais. Doctis ludibrium debet adverſarius tuus, cum longe Chriſto antiqviorem pertendit; receptiſſima tamen opinio eſt, ipſum vel ſub primi Sæculi, vel ad ſecundi initium ſcripſiſſe; neq. ulla mihi occurrit ratio idonea, qua illud vocetur in dubium.* Bochartus eo in loco ad *Ludov. Cappelli* Criticam Sacram lib. V. cap. I. Voſſium remittit. Ei autem p. 324. veriſimile videtur, Paraphraſin Onkeloſi factam eſſe circa tempus excidii Templi, quod acciderit anno aeræ Chriſti receptæ 70, veræ autem anno 72. Antiquiſſimam omnium eſſe credit Cl. *Prideaux* (poſt *Thom. Smithum*, idem ſed dubie p. 71. de Paraphraſ. Chaldaicis ſuſpicantem) in Harmonia hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. p. 534. Spectat ſane illa ad Pentateuchum, quem, lectione utpote inprimis frequentatum, probabile eſt, ante reliquos libros ſacros converſum fuiſſe. Et vix videtur idonea ratio reddi poſſe, cur *Jonathan* (quæ enim huic in Pentateuchum verſio tribuitur, illius non eſt) ad Prophetas vertendos acceſſerit, Pentateucho relicto, niſi eam operam ab alio ſuſceptam vidiſſet. Deinde dictio Onkeloſi omnino purior eſt illa Jonathanis, & ad Chaldaiſmum Biblicum proxime accedit, literæ inſuper inhæret, & in repræſentando Scriptoris Sacri ſenſu fidem ac diligentiam præ omnibus aliis probat, ut vel hoc nomine antiquitatis cordatioris veſtigia exhibere credenda ſit.

III. Habet nonnulla, quæ iſti Onkeloſi ætati opponat, Morinus in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exercit. VIII. c. 6. p. 341. ſq. & quibus evincat, Onkeloſum Tito Imperatore multis ſæculis, ipſo etiam Talmude Hieroſolymitano & pleriſque Midraſchim poſteriorem eſſe. Innititur inprimis huic argumento, *quod Iudæi poſteriores & Talmudiſtæ Babylonii Aqvilam, antiqviſſimum Interpretem, & ea de cauſa apud Chriſtianos celeberrimum cum Onkelo, Interprete Chaldæo, longe poſteriore confuderint, &, quæ Aqvilæ erant, poſtqvam interpretationem ſuam edidit, & ad manus Judæorum pervenit, iſti Onkelo tribuerint.* Iſtud ut probet, adductis nonnullis Talmudis Hieroſolymit. & τῶν Medraſchim locis oſtendit, ea, quæ Talmud Babylonicum tribuit Onkelo, ceteros libros antiquos Aquilæ, Interpreti Græco tribuiſſe.

buiſſe. Eandem in rem recipit ſe ad Aſariam de Rubeis, qui in *Meor Enajim* demonſtrarit, quoties dictio Hebraica Chaldaice explicata afferatur in Talmude, toties nunquam Aquilæ fieri mentionem: viciſſim vero, quoties dictio Hebraica Græce expoſita citatur, toties Aquilæ citari translationem. Jam Morinus exempla reſpiciens, quibus in rem ſuam uſus eſt Aſari, & obſervans, tredecim exempla, in quibus Græca expoſitio memoratur, omnia ex antiquis Medraſchim & Talmude Hieroſolymitano, nullum vero ex Babylonico referri; viciſſim vero ſeptem iſta exempla Chaldaica omnia ex Talmude Babylonico, nullum ex Hieroſolymitano, aut antiquis Medraſchim deſumi, conficere ſe poſſe putat, paraphraſin Aquilæ Græcam Talmude Hieroſolymitano, quippe in quo citetur, priorem, Onkeloſi autem Chaldaicam eodem, quia nusquam in eo citatur, poſteriorem eſſe. Sed nec deſunt hic, quæ reſponderi poſſint. Primum ipſe Aſarias & ex eo Morinus l. c. p. 342. concedunt exſtare loca nonnulla alia, ubi, citato Aquila, ſequatur dictio non Græca, ſed Hebraica. Neque ſcio, an ſufficiat hic, dicere, Hebraicam illam pro Græca ſubſtitutam eſſe. Deinde permutatio illa nominum עקילס & אונקלוס non evincit, Talmudiſtas Babylonicos omnia, quæ de Aquila in Hieroſolymitano occurrunt, per errorem in Onkeloſum transtuliſſe; ſed potius, quod alias uſu venit, & Hieroſolymitanum & Babylonicum Talmud nomina illa inter ſe permutaſſe, aut, qui in dialecto Hieroſolymitana ſemper עקילס diceretur, eum in Babylonica *Onkelos* fuiſſe appellatum. Hinc & conſequetur, Onkeloſi interpretationem in Hieroſolymitano citari, quamvis ſub nomine עקילס. Luculentus inprimis locus eſt cap. I. num. 11. Codicis Megilla Hieroſolymit. ubi dicitur

תרגם עקילס הגר התורה לפני ר׳ אליעזר ולפני ר׳ יהושע:

quæ totidem fere verbis in Talmude Babylonico ejusdem Codicis cap. I. fol. 3. pag. 1. de *Onkelos* afferuntur. Equidem exiſtimaverim, utrinque eundem innui *Onkeloſum*, Paraphraſten ſcilicet Chaldæum, non autem altero loco, nempe in Babylonico, Onkelos, in altero, nempe in Hieroſolymitano Aquilam, Græcum. Quam enim Aſarias pro hac ſententia affert rationem, ea ſubtilior mihi videtur, quam verior. Id ſaltem certum eſt, Talmudiſtas Hieroſolymitanos inſignis anachroniſmi reos fore, ſi Aquilæ, qui Sæculo II. poſt C. N. vixit, ætatem cum R. *Elieſeris* & R. *Ioſuæ*, qui ante CHRISTUM vixiſſe Talmudiſtis creduntur, conjungant. Ponamus etiam, Onkeloſi paraphraſin in Talmude Hieroſolymit.

lymit. prorſus non citari, alia certe ejus rei ratio dari poteſt, quam quod prorſus non exſtiterit. Videtur enim iſta in oris Babylonicis magis, qua dialecto ſcripta eſt, quam in Terra ſancta recepta fuiſſe. Denique non video, qui Targum hoc tam nitida puraque dialecto conſcribi potuiſſet, ſi in eam, quam Morinus vult, ætatem caderet, qua certe Chaldaiſmus ab iſto nitore mirum quantum deſciverat. Quæ *Morinus* de ſilentio Origenis Epiphanii & Hieronymi iterum affert pag. 343. ad ea ſupra capite I. hujus libri reſpondimus. Urget idem varia indicia fabularum aut recentiorum conſuetudinum, ad quas nonnunquam alluſerit Onkelos. Quæ autem in exemplum affert, nihil tale meo judicio habent, quod non jam eo tempore, quo ſcripta hæc interpretatio exiſtimatur, receptum videri poſſit, quemadmodum jam CHRISTI & Apoſtolorum ætate fabulis omnino indulſerunt Judæi.

IV. Atque illa quidem de conditione & ætate *Onkeloſi* ſufficiant. Quod ad Targum ejus attinet, id quidem, profitentibus ipſis Iudæis, in Megilla, loco ſupra citato ex ore R. *Elieſeris* & R. *Ioſua*, h. e. iis vel edocentibus ipſum vel approbantibus, conſignavit. Ita enim verba iſta interpretatur R. *Aſarja* in Meor Enajim p. 145. אין בשום אופן לפרש היא מפי דקאמר כדבר ברוך בן נריה מפיו וקרא אלי ירמיהו ואני כותב ראם כן התרגום יקרא על שמם כמו הנבואות הנזכרות על שם ירמיהו רק הכוונה כהסכמתם כי ראוהו ויהללוהו: h. e. *illud non eo modo capiendum eſt, quo Baruch ben Nerja de ſe ſcribit, quod Ieremias ſe vocaverit, & ipſe ex ore ejus ſcripſerit: ita enim Targum appellatum fuiſſet ab ipſorum nominibus, ut memorata prophetica Ieremiæ tribuuntur. Senſus itaque eſt, eos approbaſſe hoc Targum, tanquam quod viderunt & laudarunt.* Ut itaque horum vel conſiliis, vel approbatione uſus eſt Onkelos, ita nec eidem alia defuerunt majorum præſidia, quæ in rem ſuam adhibuiſſe potuit. Ex iis enim, quæ ſupra adduximus, conſtat, jam ante Onkeloſum receptum fuiſſe morem Hebraica per Interpretem (מתורגמן) oralem chaldaice coram cœtu convertendi. Hoc, cum frequenter fieret, non potuit non efficere, ut interpretamenta hæc tum in memoria audientium hærerent, tum ſcripto quoque hinc inde conſignarentur, id quod ſupra conjectura non vana aſſequi nos poſſe exiſtimavimus. Ea in unum hinc inde collegiſſe, & in continuam verſionis ſeriem concinnaſſe Onkeloſum probabile fit. Hoc ſenſu R. *Iehuda b. Ioſeph ben Alphachar* in epiſtola ad R. Dav. Kimchium, quæ inter epiſtolas a Buxtorfio

torſio in Inſtitutione Epoſtolica editas, exſtat pag. 405. Onkeloſum ſuam interpretationem feciſſe ſcribit מפי חמשה וזקנים i. e. *ex ore quinque Seniorum.* Aſarias l. c. longius procedit, exiſtimans, eum verſionem antiquam, injuria temporis corruptam & vitiatam, tantum integritati priſtinæ reſtituiſſe. Ita vero non tam auctor, qui veteribus omnibus vocatur, quam emendator, haberi debebat. Quinam illi ſint, qui Targum illud pro compendio Paraphraſeos Jonathanis habuerint, ut tradit *Pet. Allixius* in Judicio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios pag. 70. non dixerim.

V. Targum hoc apud Judæos in magno pretio eſſe tum elogia in illud collata, tum frequens ejus in lectione præ ceteris Targumim uſus evincit. De poſteriori teſtatur *Elias Levita* in præf. ad Meturgeman. Elogia vero leguntur hinc inde, inprimis apud *Maimonidem* in More Nevochim Part. I. c. 29, qui eum ab accurata L. Hebr. & Chald. cognitione, & c. 27. ubi a ſtudio corporeas ideas a Deo amoliendi commendat, ſæpiſſime alias paraphraſi ejus uſus. Vido verſionem Latinam Buxtorfianam τῦ More Nevochim pag. 3. 25, 26. 32, 34, 35, 55, 56, 71, 72, 259, 279, 289, 309, 339, 475, 480; (quæ loca debeo Indici Auctorum in hunc librum a Celeb. *Erico Benzelio* confecto, & mihi transmiſſo,) *Eliam Levitam* in Meturgeman, item *Aſarjam* in Meor Enajim. Neque id quidem mirum eſt, cum illud variis virtutibus ſe jam pridem commendaverit. Sic literæ preſſius inhærens ſenſum magis e contextu profert, quam in eundem infert: (d) a fabulis & excurſionibus ita alienum eſt, ut pauciſſimarum exempla ibi deprehendas: Chriſtianorum expoſitionem oraculorum ſæpiſſime juvat, quod infra patebit, ubi de uſu τῶν Targumim aliqua afferemus: Linguæ Chaldaicæ nitorem ita ſectatur, ut reliquas paraphraſes omnes ſuperet: a corruptelis librariorum aut adſutis interpolatorum laciniis ſic ſatis liberum eſt, ſive id magnæ, in qua ſemper fuit, exiſtimationi, ſive conſtanti uſui etiam in publica Legis lectione, quæ manus temerarias & ſciolas quaſi ligarit, tribuendum eſſe cenſeas. Lege ex Hebræis *Eliam Levitam* in præfat. ad Meturgeman, ex Chriſtianis autem *Pet. Dan. Huetium* in lib. de Claris Interpretibus pag. 159. ſq. ed. Stadenſis, & *Pet. Allixium* in Judicio Eccleſ. Judaicæ con-

Gggggg

(d) Hinc & *Radulphus Cudworthus* in diſſert. de vera notione S. Cœnæ p. 19. Paraphraſeos nomine dignam non cenſet ſcriptionem ejus, quæ potius rigidæ verſionis locum tueatur.

Digitized by Google

Bombergii, *Baſileenſe* Buxtorfii &c. intercedunt, colligendas. Earum indicem habes Tomo VI. Bibliorum Polyglottorum Londinenſium p. 17. ſqq. Paraphraſes Onkeloſi & ceterorum in lectionibus ſuis ſæpe cum verſione τῶν LXX. convenire, ubi a punctatione aut lectione textus Hebræi recedunt, pluribus exemplis oſtendit *Stephanus Morinus* in Exercitationibus de Lingua primæva p. 399. ſqq.

VI. Totum Sacrum Codicem ab *Onkeloſo* converſum eſſe neſcio, qvi tradere potuerit *Galatinus* in Arcanis Cathol. Veritatis, lib. I. c. 3. *Hic Onkelos*, inqviens, *totam Bibliam in Chaldaum vertit atq; expoſuit. Cujus editio atqve expoſitio qvamvis nunc, (praterqvam in Pentateuchum) vix alicubi reperiatur, non minoris tamen apud Judaos eſt pretii, quam Ionatha.* Ejusmodi certe interpretationem omnis Judaica antiquitas ignoret. Et merito Galatinum hic deſeruerunt Chriſtiani omnes, nominatim *Bartoloccius* Tom. I. pag. 414. & qvis non? Qvamvis enim B. *Waltherus* in Officina Biblica p. 262. *Paulum Fagium* in præf. ad Paraphraſin Onkeloſi, latine ab ipſo converſam, ut idem tradentem alleget, Fagium tamen eo in loco Galatini tantum verba, ſine addito judicio ſuo, recitare videbit, qvi locum ipſum inſpexerit.

VII. Targum Onkeloſiani multi exſtant codices manu exarati, tum ſeparatim a contextu Hebræo, tum eidem ita juncti, ut alternis verſibus textus & Paraphraſis ſe invicem excipiant. Exempla varia in recenſione MSS. Hebraic. totius S. Codicis & Pentateuchi qvoqve, ſupra ſuppeditata, Lector inveniet, qvæ hic repetere non vacat. Iſtis adde exemplum illud qvod una cum Targum in 5. Megilloth inter Codices Huntingtonianos in Biblioth. Bodlejana n. 399. in 4. membranaceum, ſed multum attritum, & in fine mutilum exſtat. Chaldaicum Codicem Complutenſem MS. apud ſe memorat *Andr. Maſius* in commentario ad Joſuam. *Bartoloccius* Tom. I. pag. 407. teſtatur, in Bibliotheca Vaticana plurimos ejusmodi Codices numerari, qvi textum Hebr. ac verſionem Chaldaic. alternis verſibus ſibi ſuccedentes exhibeant, inter qvos præ ceteris recenſet unum maximum num. I. qvem vix duo homines tollere poſſint, & alterum duobus voluminibus comprehenſum, eumqve membranaceum, qvi apud *Altam Semitam* in Biblioth. Cardinalis Camilli Maximi exſtet. De aliis lege B. *Tenzelii* Diſſ. de Bibliis Polyglottis §. 4. ſqq. & *Io. Sauberti* Varias Lectiones in Matthæum p. 262. item *Rich. Simonem* iu Hiſt. Crit. V. T. lib. II. c. 1. & c. 18. Horum & ejusmodi aliorum Codicum ope, qvæ edita ſunt, exemplaria nunc emendari, nunc ſup-

 pleri

pleri poſſunt, ſi fides habenda eſt, qvibus illis frui datum fuit. Vide, qvæ diximus ſupra de Pentateucho MS. Bibliothecæ Regiomontanæ pag. 798. & de aliis alibi. Lege *Chriſtoph. Cartwrighti* Mellificium Hebræum V. 9. qvi eo in loco notat *Anton. Hulſium*, in Theologia Judæorum Part. I. p. 136. ſuſpicantem, Judæos Paraphraſes Chaldaicas in locis, qvæ in Chriſtianos injuria videbantur, corrupiſſe. Ipſis enim Chriſtianis id imputari debere contendit. Adde *Henr. Hammondi* notas ad Apocalypſin XVIII. 2. p. 500. verſionis Latinæ, & *Franc. Taylerii* præfationem ad verſionem Lat. Targum Hieroſolymitani b. 2. ubi exemplis nonnullis probat, in edit. Bibliorum Veneta recentiore qvædam omiſſa eſſe in Paraphraſibus, qvæ in Romam diſerte dicta erant in priore. De exemplari, Syriacis literis ſcripto, ex quo *Andr. Leon Zamorenſis* Paraphraſes edere & reſtituere cogitabat, lege Cl. *Iac. Le Long* diſſertationem Gallicam de Bibliis Polyglottis p. 90. Nec ommittendum hic eſt, exemplaria MSS. Paraphraſes interdum non minus, qvam contextum Hebræum, accentibus inſtructas exhibere. Talem Codicem habet Bibliotheca Jenenſis, de qvo diximus ſupra p. 314. Ejusmodi eſt & is, qvem ex Bibliotheca Cardinalis Camilli Maximi poſt Bartoloccium modo memoravimus. Sunt, qvi cum *Buxtorfio* p. 13. Grammat. Syriacæ & Chaldaicæ opinati ſunt, Onkeloſianam Paraphraſin unam & ſolam hac prærogativa, adpictorum ſcilicet accentuum, gaudere; ſed aliter rem habere, vel Jenenſis ille Codex, qvi Pentateucho atqve adeo & Onkeloſi Paraphraſi deſtituitur, & tamen accentus ſecum fert, evincit. Sic & Cl. *Dav. Wilkins* in præfat. ad Targum in libb. Chronicorum pag. 5. monet, Codicem Cantabrigienſem, ex qvo Targum illud edidit, in 4. primis capitibus, & paſſim, ſed raro alias, paraphraſin hanc accentibus munitam exhibere.

VIII. Editiones Onkeloſi hoc copioſiores exſtant, quo frequentior ejusdem inter Judæos eſt uſus. Illæ cognoſci poſſunt ex deſignatione editionum variarum, quas vel Polyglotta, vel Biblia integra Hebræa, vel Pentateuchos & quinque Megilloth exhibere ſupra oſtendimus, quæ Lectori hic repetenda relinquimus. Hic obſervamus, Cl. *Hermannum von der Hardt* Excerpta ex variis Targumim in uſum Prælectionum edidiſſe *Helmſtad*, 1714. 8. Circa editiones illas in univerſum notandum eſt, punctationem paraphraſium & hiulcam & inconſtantem, & depravatam fuiſſe, antequam *Io. Buxtorfius*, Pater, in editione Bibliorum Rabbinic. Baſileenſi eam ſub limam revocaret, & punctationi, in capitibus Eſræ & Danielis Chaldaicis obviæ, convenientem effingeret. Id ipſe profitetur in præ-

præfat. ad laudata Biblia his verbis: *Textum Chaldaum, qui Targum vulgo dicitur, & illuſtriſſimus eſt textus Hebraici commentarius, in Moſe & Prophetis ad antiquam veram & perpetuam lingvæ priſcæ & Chaldaicæ analogiam, libris Eſræ & Danielis pulcherrime præmonſtratam, redegimus, & ab inepta inſigniter deformi punctatione, quam editiones Venetæ continent, vindicavimus.* Initium hujus operæ jam ante fecerant Complutenſes in ſua Bibliorum editione, quorum veſtigiis poſtea inſtitit *Arias Montanus*, donec perficeret *Buxtorfius*. Hujus autem hac in parte conſilium minus ſe probavit nonnullis hujus ſtudii alioquin gnariſſimis. Ita *Ludov. de Dieu* in præfat. ad GrammaticamLinguarum Oriental. Harmonicam p. 13. certiſſimam punctandi Chaldaiſmi rationem ex Syriasmo petendam cenſet, nec unquam inde diſcedendum putat, niſi ubi dialectus id neceſſario poſtulet. Idem eum præterea multa adhuc emendanda reliquiſſe exemplis nonnullis demonſtrat. *Rich. Simon* in Hiſtor. Critica V. T. lib. II. c. 18. p. 97. ſq. non improbat quidem penitus hoc inſtitutum immutatæ punctationis, ſed ei tamen varietatem interpretationum acceptam fert, & codices manu exaratos adhuc conſuli vult, quorum ope accuratior punctatio obtineri poſſit, inprimis cum Buxtorfii induſtriam multa effugerint. Compara eundem lib. III. p. 122. & in Disquiſitionibus Criticis cap. XIII. p. 103. ubi ita: *Inter evolvendum Codices quosdam Sacri contextus manu exaratos, forte incidi in Pentateuchum, charta maxima, in pergameno, prægrandioribus literis deſcriptum, qui Onkeloſi paraphraſin hoc modo exhibebat, ut quemlibet contextus Hebraici verſum comma ſimiliter Paraphraſeos exciperet. In eo autem exemplari punctatio Chaldaica a qualibet alia, quam hactenus deprehendere licuerit, tam in editis, quam in MS. Codicibus mire diſcrepant. Hæc enim analogiam punctationis librorum Esdræ & Danielis longe melius quam Buxtorfiana editio repræſentat.* Viciſſim Cl. *Humphredus Prideaux* in Harmonia Hiſtoriæ V. & N. T. conatus & labores Buxtorfii, in hac quoque palæſtra exantlatos, penitus probat & commendat.

IX. *Latina* hujus Paraphraſeos verſio a pluribus concinnata eſt, & primum quidem ab *Alphonſo de Zamora*, quæ prodiit in editione Polyglottorum *Complutenſi* an. 1517. *Antwerpienſi* 1572. *Pariſienſi* 1645. & *Londinenſi* 1657. Seorſim quoque exſtat *Antwerp.* 1535. 8. & cum verſione Bibliorum latina Vulgata, *Venet.* 1609. in fol. & *Antwerp.* 1616. in fol.

Hic notandum eſt, illam translationem ab Aria Montano recognitam & emendatam eſſe in *Antwerpienſi*, qualis etiam deinde in ſequentes editiones pervenit, adeo ut, teſte *Valerio de Flavigny* in epiſtola



Digitized by Google

la I. de edit. Polyglottorum Pariſienſ. p. 22. nunquam, licet interdum mendoſa ſit, fuerit emendata. Illuſtri *Huetio* de Claris Interpretibus §. 21. pag. 191. edit. Stadenſis, non ſatis fidelis hæc verſio judicatur.

Alia eſt *Pauli Fagii*, quæ hunc titulum præfert: *Thargum*, h. e. *Paraphraſis Onkeli Chaldaica in Sacra Biblia, ex Chaldaico in Latinum fideliſſime verſa, additis in ſingula fere capita ſuccinctis annotationibus. Pentateuchus ſive quinque libri Moyſi.* Tomus I. Argentorati 1546. fol. per Georg. Machæropœum. Ex inſcriptione ipſa, inprimis autem ex præfatione Operis apparet, Fagium animum inpoſterum adhibere voluiſſe ad Paraphraſes in reliquos Codicis S. libros ſimiliter convertendos & illuſtrandos. *In calce* præfationis & in notis ad Geneſ. II. 2. itemque alibi ſperare jubet Collationem Translationum, quæ exſtat Tomo VI. Criticorum Sacr. Londinenſ. Prior autem ille labor in deſtinatis ſubſtitit. In notis, limatis ſane & exquiſitis, ſubinde affert, quæ Targum Hieroſolymitanum notatu digna exhibet. *Chriſtoph. Cartwrightus* in præfat. ad Annotatt. in Geneſ. cap. IV. '*Fagii* librum comparatu haud facilem, ſed auro contra non carum appellat. Notæ ipſæ Criticis Anglicanis merito ſunt inſertæ, de quibus præclarum exſtat *Rich. Simonis* in Hiſtoria Critica V. T. lib. III. c. 15. pag. 69. eum hoc nomine *Seb. Munſtero* præferentis, judicium.

Idem Fagius aliquot annis ante cum *Expoſitione* ſua *dictionum* Hebraic. literali & ſimplici in IV. priora capita Geneſeos, in calce Paraphraſin Chald. Onkeloſi in eadem capita cum verſ. Latina edidit *Iſna* 1542. 4.

Aliam anno 1594. adornavit, & commentariis inſtruxit *Bernardinus Baldus*, Abbas Gvaſtallanus, ceu ex Fabritii Scharloncini epiſtola & *Iani Nicii Erythræi* Pinacotheca Part. I. p. 4. docet *Baelius* in Dictionario Hiſtorico-Critico Tom. I. p. 461. Eam non puto unquam lucem vidiſſe.

Similiter adhuc Romæ latet in pluteis Biblioth. Barberinæ verſio *Andreæ de Leon Zamorenſis* facta ante annum 1628. quod ex ipſius epiſtola patet, Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis inſerta p. 136.

Expoſitio vocum difficiliorum in Targum Onkeloſi, Jonathanis & Hieroſolymitano obviarum prodiit cum triplici iſto Targum *Hanov.* 374. C. 1614. 8. & *Amſtelod.* 406. C. 1646. 4. per R. *Pheibel fil. David.*

SE-

Digitized by Google

# SECTIO II.
## De JONATHANE & ejus Paraphraſi.

*I. Ætas Ionathanis. II. contra Morinum adſtructa. III. Paraphraſis ejus in* Pentateuchum *nulla. IV. quæ hodie ſub ejus nomina exſtat, falſo ipſi tribuitur. V. Illius editiones & verſiones. VI. Paraphraſis ejus in Prophetas interpolata. VII. de ejus conditione. VIII. Editiones & verſiones. IX. Paraphraſis in Hagiographa nulla.*

I.

J*Onathan Uſielides*, יונתן בן עוזיאל (e) inter præcipuos Hillelis Senioris diſcipulos memoratur a Judæis in *Bava Bathra* c. VIII. pag. 134. תנו רבנן שמונים תלמידים היו לו להלל הזקן שלשין מהן ראויין שתשרה עליהן שכינה כמשה רבינו ע'ה ושלושים מהן ראויין שתעמד להם חמה כיהושוע בן נון עשרים בינוניים גדול שבכולם יונתן בן עוזיאל קטן שבכולם רבן יוחנן בן זכאי:

i. e. *Tradunt Rabbini noſtri: octoginta diſcipuli fuerunt Hilleli Seniori, quorum triginta digni erant, ſuper quos habitaret Schechina, ut ſuper Moſen præceptorem noſtrum p. m. triginta autem digni, propter quos Sol conſiſteret, ſicut propter Jeſuam ben Nun: viginti denique inter illos medii: maximus omnium fuit Ionathan Vſielides, & minimus omnium Iochanan f. Saccai.* Repetuntur hæc in *Succa* fol. 28. Ex quo ſimul de ætate ejus judicari poteſt. Cum enim *Hillel*, ex Judæorum Chronologorum, ſpeciatim Ganzii, teſtimonio A. M. 3728. i. e. 32. ante C. N. annis, doctrinam ab aliis acceptam propagarit, per ſe patet Jonathanem aliquot ante nativitatem Chriſti annis diſcipulum ejus exſtitiſſe. Num vero & eodem tempore, h. e. viginti aut triginta annis, ante natales Sanctiſſimi Servatoris noſtri Paraphraſis hæc ſcripta ſit, ceu plerique Chriſtianorum ſibi perſvadent, non video, temere definiri poſſe. Interim difficulter illa, quæ diximus, ex Judæorum mente concilianturcum illis, quæ iidem in *Megilla* cap. I. fol. 3. tradunt, Jonathanem ſcilicet Targum ſuum ſcripſiſſe ex ore Huggæi, Zachariæ &

(e) i. e. *Deus dedit*, unde forte factum eſt, ut eum nonnulli cum *Theodotione*, Græco Interprete, cujus ſcilicet nomen eandem habet notionem, eundem cenſerent, pridem a Schickardo in Bechinath Happeruſchim p. 25. exploſi.

& Malachiæ. Hoc enim præſtructo idem Jonathan & Prophetarum illorum & Hillelis diſcipulus fuiſſe, atque adeo ad 300. & amplius annorum ætatem perveniſſe dicendus erat. Id intelligens R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala totum vitæ ejus ſpatium ita dimetitur, ut p. 27. b. ſtatuat, eum juvenem Prophetarum illorum, Virum Hillelis diſcipulum exſtitiſſe, ſenem vero & ſub finem vitæ Onkeloſum vidiſſe, ridente merito *Io. Morino* in Exercitatt. Biblicis p. 320. Et mirum ſane eſt, *Antonium de Guevara* Parte II. epiſtolarum p. 446. a Gedalja p. 104. b. citatum, confičto hoc Jonathanis diſcipulatu adduci potuiſſe, ut paraphraſin illam 349. annis ante C. N. factam eſſe ſcriberet. Mihi quidem Talmudici Doctores, qui Jonathanem ex Prophetarum illorum ore pependiſſe ſcribunt, id indicare voluiſſe videntur, quod interpretationem ſuam convenienter traditioni, inde a Prophetis iſtis ad Hillelem non interrupta ſerie propagatæ, quam ex Hillelis inſtitutione hauſerat, adornarit. Neque tamen mirum foret, (ſi ad literam hæc accipienda cuiquam videantur,) diſſentanea hic tradere Judæos, quibus volupe fuit, alia, fidem adhuc magis ſuperantia, circa hanc paraphraſin comminiſci. Lege miracula, quibus eam comitatam volunt, recenſita in *Megilla* f. 3. a. *Bava Batra* c. 8. f. 134. a. *Succa* fol. 28. 1. & hinc in *Juchaſin* f. 19. Hinc repetierunt & Latine converſa exhibuerunt *Raym. Martini* in Pugione fidei Part. II. c. 4. *Wilb. Schickardus* in Bechinath Happeruſchim Diſp. II. *Buxtorfius* de Abbreviaturis p. 106. *Vorſtius* ad Zemach David p. 280. *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 319. ſq. & *Thom. Smithus* de Paraphraſibus Chaldaicis cap. II. Id ergo ex diſputatis hactenus relinquitur, ex omnibus, in quibus Hebræorum præcipui circa Jonathanem conſpirant, intelligi, eum aliquot annis ante CHRISTUM, Dominum noſtrum, exſtitiſſe, & ipſum quoque Onkeloſum, quaſi matureſcentem, teſte Gedalja, l. c. vidiſſe.

II. In omnia alia abit & hic *Morinus* in Exercitationibus Biblicis lib. II. Exercitat. VIII. cap. II. p. 321. ſqq. ſtatuens, Paraphraſes, quæ ejus nomine circumferuntur, aera Chriſtiana multis ſæculis, & ipſo corpore Talmudico poſteriores. Hoc ut evincat, præter ſilentium primorum Eccleſiæ Doctorum, quod ſupra amoliti ſumus, urget miracula, quæ circa ejus verſionem facta a Judæis fingantur, & quæ non potuerint permittere, ut ſcriptio, tam inſolentibus rebus nobilitata, tam diu lateret Chriſtianos. Sed hic prudens quisque regeſſerit, *περικάμματα* a Judæis confingi facile potuiſſe, & ut talia agnoſci poſſe, ut vel ſic res ipſa ſalva mane-

maneat & perſtet. Et cur non Judæi mira in ſinu quaſi ſuo & intra privatos parietes apud Jonathanem geſta, ſi geſta ponamus, æque celare Chriſtianos poterant, quam opus ipſum certis de cauſis obſcurum eſſe voluerunt? Innititur inſuper *Morinus* commemoratione rerum novarum a Jonathane facta, & fabulis Talmudicis, quibus idem abundet. Utrumque ut probet, ad Paraphraſin utramque, quæ in Pentateuchum, & utrumque Prophetarum chorum exſtat, provocat. Jam vero ex ſequentibus patebit, eam, quæ in Pentateuchum Jonathani accepta fertur, nomen ejus & manum, prudentum judicio, mentiri, & ad recentioris ætatis auctorem communiter referri. Quæ vero hujusmodi in altera illa ad Prophetas paraphraſi leguntur, ea interpolationes & acceſſiones, de quibus paulo poſt, temere & inconſulto factas potius produnt, quam totam ſcriptionem ad tempora poſt Talmudica ablegant. Atque ipſæ quoque illæ fabulæ, quæ Talmudicis ſunt ſimiles, æque probabiliter poſtliminio novatorum & interpolatorum induſtria invectæ creduntur, quam pro quærendo recentioris ætatis auctore genuino afferuntur. Niſi dicere malis, ipſos Talmudiſtas ex Paraphraſibus iſtis occaſionem cepiſſe, illa ſua figmenta & condendi & ornandi, quemadmodum certe in Talmude diducta & amplificata leguntur. Nec quidquam obſtat, quo minus ſtatuamus, ea ætate, qua Paraphraſis in Prophetas conſcripta eſt, inter Judæos fabulis quibusdam locum fuiſſe, ad quas digitum Paraphraſtes hinc inde intendere potuerit, qui plerumque non tam explicat ejusmodi figmenta, quam ſubindicat.

III. Jonathani noſtro duplex Paraphraſis tribui ſolet, altera in Pentateuchum, in Prophetas priores i. e. libros Hiſtoricos, & poſteriores altera. In Pentateuchum illi accepta ferri videtur in *Succa* f. 28. 1. ubi ita: אמרו על יונתן בן עזיאל בשעה שיושב ועוסק בתורה כל עוף שפורח עליו מיד נשרף:

i. e. *Dicunt de Jonathane Uſielis filio, quod cum ſederet, & operaretur Legi, qualibet avis, ſuper ipſum volitans, ſtatim fuerit combuſta.* Hic enim videri poterat Jonathani legis quoque interpretatio adſcribi, niſi pervulgatum eſſet, vocis תורה notionem adeo amplam eſſe, ut totum Codicem Sacrum comprehendat. Nihilominus tamen ſtrictiori iſto ſignificatu accepit magnus *Buxtorfius* de Abbreviaturis p. 106. Nec deſunt tamen ex Judæis idem cenſentes, quamvis ad iſtum Talmudis locum non provocent. R. *Aſarias* in confirmationem hujus ſententiæ utitur R. *Menachemi*

*chemi Rekanatenſis* teſtimonio, Jonathani Paraphraſin in Pentateuchum in commentario ad Levit. XIV. 7. vindicantis. Vide eum in *Meor Enajim* Parte III. cap. 9. ubi eum appellat עד מוכיח i. e. *teſtem idoneum*, nec aſſenſum ſuum ſubtrahit, ac præterea teſtatur, ſe duo iſtius paraphraſes exemplaria MSS. vidiſſe, quæ & Jonathanis nomen prætulerint, & cum citatis a Menachemo conſenſerint. Ad eundem Menachemi locum provocat R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala f. 28. 1. & ad eadem exemplaria, quæ Aſarias l. c. memorat, ſe recipit. Utitur eodem loco *Elias Levita* in præfat. ad Meturgeman, nihil in cauſa hac definiens, ſed miratus tamen, qui fieri potuerit, ut, ſi talis interpretatio exſtitiſſet, tantillo tempore perierit. Scilicet res ita habet. Eadem illa paraphraſis in Pentateuchum, quæ hodie ſub Jonathanis nomine in manibus verſatur, viſa erat Menachemo. Nam quæ inde is citat, prorſus conſentiunt cum edita. Itaque nec dubitavit ſub illius nomine citare, & ejus eſſe credere, cujus nomen falſo præferebat, a criticis quippe rationibus ad Judæorum exemplum prorſus alienus. *Elias Levita* autem nullum illius paraphraſeos exemplum eo tempore viderat: unde & prorſus interiiſſe judicabat. Hactenus itaque tantum recentiorum quorundam vel potius unius *Menachemi* teſtimonium effecit, ut Jonathan Targum in Legem ſcripſiſſe exiſtimaretur. Nunc videbimus, quomodo id cum antiquitate & re ipſa conſentiat.

IV. Veteres aliter hic ſtatuiſſe diſertum illud teſtimonium ex *Megilla* fol. 3. a. ſupra allatum oſtendit, in quo ſcilicet *Onkelos* ut Legis, *Jonathan* ut Prophetarum Interpres ſatis luculente memoratur. Ea itaque ætate ejusmodi in Legem Paraphraſis ab eo non fuit repetita; quam alioquin eo in loco commemoraturi fuiſſent. Poſtea procedente tempore factum eſt, ut alii, mirati ſcilicet, qui Jonathan, Lege neglecta, ad interpretandos Prophetas acceſſerit, fœtum alienum ejus nomine ſuis commendarent, parum ſoliciti, num ſatis ſuam hanc ſententiam tueri poſſent. Et invenerunt quoque inter Chriſtianos alios pleno, alios ſuſpenſo gradu, in eorum ſententiam euntes. Ad priorem claſſem pertinent *Pet. Galatinus* de Arcanis Cathol. Veritatis lib. 1. c. 3. *Conr. Geſnerus* in Bibliotheca, & ex nonnullorum judicio *P. Fagius*, in præfat. ad Paraphraſin Onkeloſi, qui tamen Galatini verba ſimpliciter ibi repetit. Ad poſteriorem claſſem refero B. *Aug. Pfeiferum* in Diſſ. de Targumim cap. V. th. 5. dubium in hac cauſa, & tandem eo inclinantem, ut talem Jonathanis paraphraſin in Legem aliquando exſtitiſſe crederet, quia major eam

Digitized by Google

eam vertendi neceſſitas fuerit, Judæis ſcilicet Pentateuchum frequentius & inter cultus ſolemnia legere ſolitis. Sed ad hanc rationem commode reſponderi poteſt, quod vel Onkeloſi Paraphraſis Jonathanis iſta prior fuerit, cujus conjecturæ rationes ſupra produximus, vel ad Legis lectionem ſufficere credita ſit ea interpretatio, quæ ante Onkeloſum & Jonathanem recepta fuiſſe videtur. Quicquid hujus erit, id certum eſt, eam quæ hodie exſtat, ſub Jonathanis nomine, illo omnino indignam eſſe. Larvam certe impoſtori, quicunque demum is fuerit, detrahit ipſa in Prophetas paraphraſis, quæ Jonathani ab omni antiquitate vindicatur. Hæc vero & ſtylo & commentandi ratione ab altera illa ita diſcrepat, ut ſub primum conſpectum alium te hominem videre jures. Targum enim Pentateuchi novis, & ex diverſis linguis emendicatis, quaſi vocibus, abundat, & ob circumductam ſcribendi rationem tædio legentem afficit, cum viciſſim id, quod ad Prophetas ſpectat, dictionem ſuam & nitore, & periodorum brevitate, & adſtricta magis commentandi via ſe commendet. Targum in Moſen res, ætate Jonathanis longe & omnino inferiores, copioſe affert, quando v. c. ſex ordines Miſchnæ ad Exodi XXVI. 9. CPoleos ad Numerorum XXIV. 19. & aliarum ejusmodi rerum, a *Morino* inprimis p. 322. l. c. diligenter collectarum, mentionem facit. Idem fabulis nimium quantum abundat, iisque non leviter & obiter indicatis, ſed ornatis & curatius promulgatis, cum viciſſim alterum illud Propheticum & rariſſime quidquam habeat, huic ſimile, & eminus tantum huc quaſi reſpiciat. Videbit ita omnino rem habere, qui fabulas, ex utroque Targum a Morino l. c. congeſtas, inter ſe comparaverit. Neque excipere hic cum B. *Helvico* p. 10. de P. C. licebit, iſta quidem partim nova partim futilia ab interpolatoribus eſſe repetenda. Tota enim operis tela ejusmodi habitum præ ſe fert, ut ſecurius recentiorem & talibus rebus adſuetam manum hic agnoſcas, inprimis, cum antiquitas de auctore illo, qui prætexitur, taceat. Mirum quoque omnino foret, ridiculam illam vocis Hebrææ אלון cum Græca ἄλλον confuſionem, quam *Smithus* p. 80. l. c. inprimis urget, a Ionathane, Linguæ S. omnino gnaro, proficiſci potuiſſe. Hæc & alia ejusmodi recte admonita ſunt paſſim ab eruditis, nominatim *Schickardo* in Bechinath Happeruſchim p. 25. ſqq. *Smitho* item & *Pfeifero* ll. cc. qui poſtremus ad B. *Helvici* argumenta, pro contraria ſententia pugnantia, reſpondet. Adde ex Anglis *Pet. Allixium* in Judicio Eccleſ. Iudaicæ contra Unitarios p. 69. Cl. *Humphredum Prideaux* Parte II. Harmoniæ

moniæ hiſtoriæ V. & N. T. p. 580. ſq. *Rich. Kidderum*, Epiſcopum quondam Bathonienſem & Wellenſem, in præfat. ad Partem III. Demonſtrat. Meſſiæ p. 18. ſqq. & *Jo. Lightfootum* in Operibus poſthumis pag. 11. ſq. Ex his facile per ſe patet, quid de illis ſentiendum ſit, qui vel ſic Targum hoc pro genuino Jonathanis habent. Tales ſunt multi a Pfeifero cap. V. §. 5. allegati, quibus adde *Jo. Morinum* l. c. nusquam utriusque paraphraſeos auctores diſtinguentem, & *Guilielmum Henric. Vorſtium* in Diſceptatione de ſermone Dei pag. 30. & in Bilibra Veritatis p. 195. In *Morino* id recte miratur *Rich. Simon* lib. II. cap. 18. Hiſtor. Criticæ V. T. p. 85. in altero vero pro merito caſtigat *Kidderus* l. c. Alios diſſentientes laudat Cl. *Jo. Möllerus* in Homonymoſcopia p. 231. ſq. & *Henr. Kippingius* in Exercitatt. XXXIV. de Scriptura Sacra. Videri quidem poterat Sohar aliquam illi auctoritatem vindicare, quippe in quo fol. 79. col. 1. lin. 17. allegatur. Sed ſcite obſervavit *Allixius* in Judicio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios p. 88. ea, quæ ibi citantur, in Hieroſolymitano Targum ſuper Pentateuchum, non item in Ionathanis iſto, deprehendi. Majus & fortius præſidium naſceretur, ſi valeret *Schickardi* in præfat. ad Bechinat Happeruſchim, & aliorum paucorum conjectura, nomina ſcilicet *Jannes* & *Jambres*, Magorum, a Paulo 2 Tim. III. 8. recitata, ex Targum Jonathanis ſuper Legem, in quo ad Exod. VII. 11. exſtant, cognita ipſi fuiſſe. At alii rectius hic vel divinam revelationem *ἀμέσως* factam, vel pervulgatam inter Judæos traditionem & fontem agnoſcunt, ex quo horum notitia nominum ad Paulum defluxerit. Lege Interpretes ad illum Pauli locum. Quodnam fuerit illud Thargum in Pentateuchum, quod Jonathani inſcriptum a vocibus מן אולא inceperit, non dixerim: *Buxtorfius* in Lexico Chald. & Syriaco voce אול memorat Targum Hieroſolymitanum, cujus initium tale fuerit.

V. Ipſam hujus Targum conditionem in ſuperiore paragrapho, novitatem ejus oſtenſuri, ſic ſatis deſcripſimus. *Jo. Owenus* in Theologumenis p. 134. commentationem ejus ad Geneſ. IV. 4. commemorans ſubjungit: *Hæc B. Uzziel ſuo more, i. e. inepte.* Talmudicus fabulator eidem audit p. 166, cui & p. 167. Alcoranus non magis impudentiſſimis mendaciis ſcatere videtur, quam iſte Uzzielis Pentateuchus, qui eo magis deteſtandus ſit, quod ſacra oracula ſibi conſpurcanda propoſuerit auctor. Fœdiſſimum Pentateuchi contaminatorem vocat p. 406. Conf. p. 407. adhuc duriora, quæ infra, ubi de Targum Hieroſolymitano agetur, produ-

producemus. Prodiit hæc paraphraſis aliquoties & quidem in Polyglottis Anglicanis an. 1657. tum etiam cum *Pentateucho* ſeorſim edito v. c. *Venet.* 1591. 4. *Hanov.* 1614. 8. *Amſtelod.* 1640. 4. *Prag.* 1646. 8.. *Amſtelod.* 1671. fol. & ibid. 1703. 4. *Berolin.* 1705. 4. quæ editiones omnes triplex, Onkeloſi, Ionathanis noſtri & Hieroſolymit. Targum exhibent. Præterea una cum duplici Paraphraſi in *Eſther* Baſil. apud Waldkirchium an. 367. C. 1607. fol. prodiit p. 74. Verſio ejus Latina una exſtat in Polyglottis Londinenſibus, & quidem cura *Antonii Cevalerii*, quæ tamen ibi recognita eſt & a mendis liberata. Delituerat illa in ſuppellectile libraria Iſaaci Caſauboni, ex qua eam ſecum communicatam eſſe ſcribit *Jo. Seldenus* de Synedriis Hebræorum p. 616. Ceterum exſtat in hoc Ionathanis Targum, & Hieroſolymitanum, commentarius R. *Davidis ben Jacob*, Pragæ 369. C. 1609. in 4. editus quemadmodum in memorata edit. Amſtelodamenſi anni 1671. fol. in utrumque illud Targum legitur R. Mardochai b. Naphthali Hirſch expoſitio. His adde expoſitionem vocum difficiliorum per R. *Pheibel b. David*, de qua diximus Part. I. n. 1823.

VI. Altera in Prophetas priores & poſteriores Ionathani noſtro omnium & Judæorum & Chriſtianorum conſenſu tribuitur, quod ex dictis conſtat. Cave tamen credas, eam talem adhuc eſſe, qualis ex ejus manibus profecta eſt. Nitor puritaſque dictionis & vertendi ratio ſic ſatis caſtigata, teſtimonio antiquitatis juncta, opus ipſum illi ſatis ex certo vindicant: quæ vero vel quod ad voces novas & barbaras, vel quod ad res ætate ejus inferiores, aut futilia nonnulla, quamvis pauca triplicis hujus generis exſtent, ibi occurrunt, ea merito falſarii cujusdam ingenio adſcribuntur. Hinc concidit *Jo. Morini* cenſura ſupra in medium producta, qui inde totam ſcriptionem novam eſſe collegit. Rectius *Allixius* in Judicio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios p. 70. plures hic interpolatores agnoſcit, qui vel 700. poſt ipſum annis vixerint. Monet ibidem, exſtare in ea exempla Paraphraſium ſibi contrariarum, ſed ſecum invicem conjunctarum, v. c. Jeſ. XLIX. Similiter *Lud. Cappellus* in Arcano Punctat. revelato lib. II. c. 3. §. 4. *Certum eſt*, inquit, *nonnullis in locis Targumi Jonathanis & Onkeloſi mutata fuiſſe antiqua locorum Provinciarum &c. nomina, & recentia eorum loca eſſe ſubſtituta interdum ab audaculo Judæo.* Conf. idem in Vindiciis lib. I. c. 8. §. 18. Corruptelas ejusmodi & interpolationes factas nemo negabit, qui fidem habendam cenſeat *Galatino*, (cujus tamen in hoc argumento auctoritas nonnihil nutat,) lib. II. c. 1. de Arcanis Cathol. Veritatis teſtanti, ſe vetuſtum Jonathæ codicem

Liſii vidiſſe, in quo ad Ieſ. VI. legantur verba: *Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus Sanctus.*

VII. De conditione ipſius interpretationis ea legi poſſunt, quæ §. 4. in comparatione, cum Paraphraſi Pentateuchi facta, monuimus. Recte *Huetius* de Claris Interpretibus §. 6. obſervat, *in prioribus Prophetis caſtiorem ſe præbuiſſe & ſimpliciorem Jonathanem, in prioribus vero, obſcuris nimirum & perplexis, diffuſum, & lucis inferendæ gratia allegoriis inferciendis liberiorem.* Convenienter huic *Jo. Owenus* in Theologumenis p. 406. ita: *In libris hiſtoricis reddendis modeſtus eſt. Textum quidem raro ad verbum refert: non tamen ubivis ad libitum vagatur. Eſt autem etiam in iſtis, ubi ita pueriliter & Talmudice nugatur, ut vix credere poſſim, tanta audacia & inſcitia homuncionem ante abſolutam Eccleſiæ illius apoſtaſiam Scripturis exponendis manum unquam admoviſſe.* Reliqua, duriora nonnihil l. c. legantur. Laudat eum *Maimonides* in More Nevochim locis ſupra citatis, ejusque in ἀνθρωποπαθείαις exprimendis & removenda corporeitate accurationem & prudentiam memorat Part. I. c. 27. p. 32. Locus quidam hujus Paraphraſeos ex MS. commentarii Kimchiani in Prophetas, ubi Ionathan ad partes vocatur, reſtituitur in Biblioth. Uffenbachiana Part. I. pag. 233. Neſcio, cujus fuerit pretii exemplar Syro Targumicum, ex quo Jonathanis paraphraſin a Bartoloccio deſcriptam habere ſe teſtatur *Ioſ. Carolus Imbonatus* p. 148. Biblioth. Lat. Hebr.

VIII. Prodiit hoc Targum in edit. Polyglottorum *Antwerpienſi* (a qva tamen *Arias Montanus* inepta nulla, quæ in editionibus Venetis exſtabant, abeſſe juſſit teſte *Morino* in Exercitatt. Biblic. p. 331.) an. 1572. *Pariſienſi* 1645. & *Londinenſi* 1657. item in edit. Bibliorum Veneta Bombergiana 1518. fol. & in ceteris, quæ poſt hanc cum Rabbinorum commentariis lucem viderunt. In XII. Prophetas minores vel potius in Hoſeam & Joëlem ſeorſim prodiit *Pariſ.* 1557. 4. In eosdem cum verſione Latina *Joh. Merceri* ibid. 1559. 4. In *Hoſeam* cum verſione Alph. de Zamora *Leidæ* 1621. & ſine ea *Helmſtäd.* 1703. 4. In *Jonam* Ultraj. 1657. & 1692. 8. in *Joelem & Abdiam*: ibid. 1657. in *Ioelem & Micham*, Witteb. 1565. fol. in *Abdiam* Bremæ 1673. 4. *Latine* id in omnes Prophetas converſum in Bibliotheca Complutenſi manu exaratum reliquerat *Alphonſus de Zamora*, unde poſt recognitionem, ab *Aria Montano* factam, lucem primum vidit in Polyglottis *Antwerpienſibus* an. 1572. & *Pariſ.* 1645. In *Londinen-*

*dinenſibus* an. 1657. verſionem illam in multis ad Chaldæum aptius expreſſum eſſe *Brianus Waltonus* teſtatur in Prolegomenis num. XII. §. 20. Et vel ſic tamen B. *Laurentius Odbelius* in eam tanquam minus accuratam notas promittit in præfat. ad Synagogam Bifrontem. *Conr. Pellicani* verſio MS. exſtat in Bibliotheca Tigurina. Conf. *Friſii* Biblioth. Gesnerianam. Elaboravit aliam *Andreas de Leon Zamorenſis*, Romæ adhuc latentem: vide ipſius epiſtolam in Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis p. 136. In XII. Prophetas minores verſio Lat. *Imman. Tremellii*, Heidelberg. 1567. 8. In *Hoſeam Joelem* & *Amoſum*, ut & Anonymi Paraphraſtæ in *Ruth* & *Threnos* verſio *Quinquarborei* cum notis ejusdem, *Pariſ.* 1556. 4. qui in epiſtola ad Cardinalem Lotharingiæ ſimilem verſionem in omnes V. T. libros, Chaldaice ſcriptos, pollicetur. In *Haggaum* Mercerus, Pariſ. 1551. 4. in *Abdiam* & *Ionam* idem ibid. 1550. 4. *Ioelem* Gilb. Genebrardus ibid. 1563. in *Abdiam*, *Jonam* & *Sophoniam* Arnoldus Pontacus ibid. 1566.

IX. Tribuitur præterea Ionathani a nonnullis Targum in *Hagiographa*. Provocat ad illud primus, quem ſciam, *Galatinus* lib. III. c. 5. & X. 4. ſpeciatim ad Pſalmos. Eum vero ſecurius ſecuti ſunt *Paulus Fagius* in notis ad Paraphraſin Onkeloſi Latinam ſuper Deuter. V. & *Chriſtoph. Helvicus* de Paraphraſ. Chald. p. 11. *Utinam vero*, inquiens, *e tenebris tandem erueretur Ionathæ Targum in Hagiographa vel ſaltem in Pſalmos! & male feriata illa cæci Rabbini in capreæ potius cornu ſcripta fuiſſent, ut Hebræi loquuntur, ubi ſcilicet cervi & capreæ cornua deponuntur: haberemus procul dubio illuſtriſſima contra Iudæos teſtimonia. Quin enim Ionathan in Pſalmos ſcripſerit, dubitari non debet.* Adduci quoque ſe hoc Galatini teſtimonio paſſus eſt auctor Bilibræ Veritatis, alioquin minime omnium credulus, ut p. 119. ſcriberet: *At nihil certius eſt, quam ejusmodi paraphraſin in hodiernis non exſtare codicibus; ſed Iudæos illum vel occultare, vel penitus pervertere.* Sic & *Georg. Bullus*, eodem Galatini loco uſus, ſubjungit: *Targum illud in Pſalmos hodie aut omnino periit; aut certe nusquam exſtat typis impreſſum.* Enimvero cum nemo Judæorum hujus Targum unquam meminerit, præſtat, rem totam inficiari, quam unius Galatini, cujus allegata non ſatis fidem probarunt adhuc eruditis, auctoritate inniti. Quod hodie legitur in Hagiographa, Jonathani tribui non poſſe paulo poſt evincemus.

SE-

# SECTIO III.
## De Targum HIEROSOLYMITANO.

*I. De auctore Targum Hieroſolymitani. II. De indole ejus & conditione. III. Editionibus & verſionibus Lat.*

I.

TArgum Hieroſolymitani (f) (תרגום ירושלמי) in Pentateuchum non minus auctorem, quam tempus compoſitionis, Judæi ignorare ſe profitentur. Ita enim *Elias Levita* in præfatione ad Methurgeman.
המתרגם ירושלמי שתרגם התורה לא נודע לנו מי היה אם הוא
המתרגם עצמו שתרגם הכתובים או אם הם שני אנשים בזמנים
מתחלפים: h. e. *Interpres Hieroſolymitanus, qui vertit Legem, non cognitus eſt nobis, quis tandem fuerit: utrum is ipſe, qui Hagiographa interpretatus eſt, an ſint duo diverſi homines, diverſorum temporum?* Hieroſolymitanum videtur pleniſque appellari a dialecto, qua ſcriptum eſt, quæ quidem a Babylonica, ut impurior & hinc inde barbara a puriore & magis ſimplice diſtinguitur. Atque ipſa hujus dialecti textura, ex variis linguis facta, Eliæ Levitæ occaſionem fecit, l. c. ſuſpicandi, eo forte tempore Targum hoc Hieroſolymitanum ſcriptum eſſe, quo diverſæ gentes, Græci, Romani, Perſæ, ſumma cum auctoritate rebus præfuerint. Addit idem, eſſe, qui dicant, Aquilam convertiſſe Legem & Hagiographa, aliis vero utriusque illius paraphraſeos auctorem videri *Ioſephum Cæcum.* Sed cum poſterioris in Legem verſio nusquam apud antiquos citetur, prior autem non Chaldaice ſed Græce converterit Pentateuchum, facile, quid ſtatuendum hic ſit, patet. Auctor ſcilicet incertus eſt, & recentioris ætatis permulta habet veſtigia, quando v. c. Geneſ. X. 2. 3. תירס per *Turcos*: & filios Gomer, Aſcenes, Riphoth & Togarma per Aſiam, Francos & Barbariam explicat, quorum tamen nomina niſi poſt A. C. ſexcenteſimum vulgata eſſe *Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 345. recte monet, qui & in ſequentibus varias ex eo fabulas Talmudicas in medium profert, quas vel tædioſe ornat, vel indice digito innuit, ex quibus & *Thomas Smithus* p. 93. de Chald. Paraphr. ætatem ejus Talmude inferiorem colli-

(f) Ridendum ſe eruditis propinavit *Franc. Labata*, Jeſuita, quando Tom. I. Theſauri Moralis f. 395. ex Targum facit Judæum, qui Hieroſolymis vixerit.

colligit. Poſt Talmud Hieroſolymitanum elaboratum eſſe inde efficit Cl. *Humphredus Prideaux* in Harmonia Hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. p. 541. quod dictio ejus illâ, quam Talmud præfert, corruptior & deterior ſit. Non diverſum eſſe a Targum Pſeudo-Jonathanis cenſuit *Joh. Druſius* tum in Quæſitis per Epiſtolas, tum ad difficiliora loca Numerorum c. 131. & 15. ideo, quod paſſim ſecum invicem convenire videret, fierique facile potuerit, ut Typographi, lucro ducti, Jonathæ nomen telæ illi Hieroſolymitanæ præfigerent, quemadmodum ipſum ſcriptionis compendium ת״י, quod utrique denotando aptum eſt, errori occaſionem forte præbuerit. Non alienus ab hac ſententia videtur *Pet. Allixius* in Judicio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios p. 92. Sed vide, quæ huic conjecturæ opponunt *Brianus Waltonus* Prolegom. XII. in Bibl. Polygl. n. 11. & *Chriſtoph. Cartwrightus* Prolog. ad Electa in Geneſin, ubi de Targumim commentatur. Certe convenientia illa & affinitas non eſt perpetua, ſed rarior, & a caſu proficiſci potuit, niſi dicere malis, auctorem illius Jonathæam paraphraſin præ manibus habuiſſe, quæ *Smithi* conjectura eſt p. 93. Pro fragmentis verſionis integræ, quæ olim exſtiterit, habet B. *Mich. Waltherus* in Officina Biblica p. 266. & *Brianus Waltonus* Prolegom. XII. §. 13. Mihi quidem ſemper ea ſententia probabilis viſa eſt, Targum hoc, cum non continuum ſit, ſed nunc commata plura, nunc capita etiam integra tranſiliat, interdum vero ad unum idemque comma duplicem afferat interpretationem, pro excerptis ex aliis Targumim habendum eſſe, quæ a variis auctoribus ſucceſſu temporis ſint locupletata, ita ut collectionis quoque ipſius diverſa exemplaria nunc pleniora, nunc minus plena, exſtiterint. Ita *David Kimchi* in commentariis ſuis paſſim citat, ea Talmudis Hieroſol. quæ in hodiernis exemplaribus fruſtra quæras, aut aliter invenias. Confer *Gerſonis* Talmud Part. I. c. 30. qui hinc colligit, duplex ejusmodi Targum exſtitiſſe, non refragantibus *Helvico* de P. C. p. 7. *Havemanno* in Appendice ad Lampadem Judaicam pag. 591. *Franc. Taylero* in præfat. ad Targum Hieroſol. & *Thoma Smitho* pag. 95. de P. C. Hac conjectura, quæ antiquitatis teſtimonio deſtituitur, non opus fuerit, ſi dicas, Targum hoc inſtar collectaneorum ex Jonathanis aliorumque aut Paraphraſibus, aut obſervationibus exegeticis, ſenſim ſuccreviſſe.

II. Indolem paraphraſeos optime repræſentat *Morinus* in Exercitatt. Biblicis pag. 344. his verbis: *Ille* (Paraphraſtes Hieroſolymit.) *quicunque ſit, legem tantum commentatus eſt, nec continuam, ſed certa tantum capita, utplurimum certos tantum capitis verſus, commentatur, & ſæpiſſime non integrum*

*grum verſum, ſed verſus unam aut alteram dictionem. Nec ſolum multos capitis verſus tranſilit, ſed nonnunquam capita integra, ita ut videatur ſcopus illius fuiſſe, ſelectos quosdam locos explicare, non legem integram.* Cabbaliſmis eum ubique ſcatere judicat *Jac. Windetus* de Vita functorum ſtatu in Faſciculo IV. Opuſculorum ad Philolog. S. ſpectantium pag. 32. Phraſes quædam in Novo Inſtrumento a CHRISTO, Domino noſtro, & Divis Apoſtolis ita uſurpantur, ut cum Targum hoc conveniant. Compara Luc. VI. 38. cum Targum Geneſ. XXXVIII. 26. Apocal. XX. 6. 14. cum Targum Deuteronom. XXXIII. 6. Apocal. V. 10. cum Exodi XIX. 6. & *Matth.* VI. 9. cum Deuter. XXXII. 6. quæ loca recitat Cl. *Prideaux* l. c. p. 541. exiſtimans, phraſeologias has ætate Servatoris noſtri Judæis ita ſolemnes fuiſſe, ac poſtea manſiſſe, ut hinc non minus in Novo Fœdere quam hac paraphraſi inveniantur. Atque id quidem & ego dicere malim, quam ſtatuere, vel CHRISTUM Paraphraſi hac uſum, quod aliis de cauſis credi nequit, vel Paraphraſten talia ex Novi Inſtrumenti tabulis deſumſiſſe. Durius eſt & ex parte veritati non conſentaneum *Jo. Oweni* de noſtro hoc judicium pag. 407. Theologumenorum ita promulgatum: *Reſtat expoſitio Legis, quam mendaciorum plauſtrum vere dicas. Plura etenim figmentorum monſtra in ipſo Alcorano Mahometico non inveniri, quam in Paraphraſin iſtam coacervavit impurus mendaciorum artifex, haud vereor affirmare. Vix quidquam eſt putidiſſimarum naeniarum apud ineptiſſimos Talmudiſtas, quod in centonem ſuum non retulit inſignita audacia impoſtor. Indignus plane eſt liber iſte ſtercoreus, qui locum illum inter legis expoſitiones, enarrationes, aut Targumim occupet.* Fateor, hæc inprimis ab eo de Pſeudo Jonathanis in Pentateuchum paraphraſi dici, ſed ſubjungit tamen, ſe hæc omnia de illo altero, Hieroſolymitano communiter nuncupato, itidem dicta velle. *Chaldaice* prodiit in edit. Bibliorum Rabbinicorum Veneta an. 1518. & ceteris eam ſecutis: item in Polyglottis Londinenſibus an. 1657. tum in Pentateuchis variis iis ſcilicet, quos ſupra Sect. II. §. 5. laudavimus.

III. Latina verſio ſine textu Chaldæo, opera *Franc. Taileri*, prodiit *Londini* 1649. 4. pp. 110. per Thomam Harperum. Accedunt notæ marginales ad illuſtranda loca difficiliora. Ibidem p. 108. leguntur quædam hujus Paraphraſeos ex alio & diverſo exemplari, quo Judæi ad Pentateuchum, *Venet.* 355. editum, uſi ſunt. Pertinet illa ad *Geneſ.* XLIX. 18. *Exod.* XIII. 17. & XIV. 21. At cum eam verſionem multis erroribus ſcatere intelligerent Angli, aliam magis accuratam *Antonii Cevalerii* de Synedriis p. 626. dederunt in Bibliis ſuis Polyglottis an. 1657. Additi-

ones

ones & variæ Lectiones in idem Targum MSS. exſtant in Biblioth. Colbertina Cod. 610. de commentario duplici in hoc Targum diximus ſupra Sect. II. §. 5. His adde tertium R. Pheibel ben David Hanov. 1614. 8. vulgatum, qui & ad Onkeloſum ac Jonathanem ſpectat.

# SECTIO IV.
## De Paraphraſi & Paraphraſta Hagiographorum, ac Megilloth.

*I. Auctor ejus incognitus, qui præter rem Jonathan nonnullis creditur. II. Quo tempore confecta? III. Ex variis & a variis concinnata. IV. Singularum Paraphraſium in diverſos libros conditio. V. Editiones variæ. VI. Verſiones.*

I.

CEteros poſt legem & Prophetas Sacri Codicis libros כתובים i. e. ἁγιόγραφα a Judæis appellari, nec minus in hos, ſi *Eſdram* & *Danielem* exceperis, una cum quinque Megilloth peculiare Targum exſtare, pervulgatum eſt. De auctore vero & tempore ſcriptionis non æque conſtat. Profitetur id aperte R. *Elias Levita* in præfat. ad Tisbi:
הנה לא נודע לנו מי הוא המתרגם של כתובים יש אומרים
שהוא רבי יוסי יש אומרים שהוא עקילס הגר ויש אומרים שהוא
ירושלמי שתרגם התורה וגם שמו הוא פלאי׃
i. e. *Ecce non conſtat nobis, quis fuerit Interpres Hagiographorum. Sunt dicentes, quod ſit Rabbi Joſe: alii vero dicunt, eſſe Aquilam Proſelytum; alii denique, eſſe Hieroſolymitanum, qui interpretatus ſit Legem; & hujus nomen nobis obſcurum eſt.* Conferatur idem in eandem prorſus ſententiam in præfat. ad Methurgeman, ubi ad probandum, Aquilam eſſe auctorem, ſimul provocat ad *Bereſchith Rabba* his verbis: אמת מצאתי בבראשית רבא
הרבה פסוקים מכתובים גם מנביאים מתורגמנים בשם עקילס׃
h. e. *Certe inveni in Bereſchith Rabba verſus multos, ex Hagiographis & Propheticis translatos, in nomine Aquilæ*, h. e. ut interpretor, quod verſio Chaldaica ſuper commata quædam ſub Aquilæ nomine afferatur. Jonathani, Prophetarum Interpreti, alios tribuiſſe conſtat ex *Juchaſin* p. 53. & ex iis, quæ

 paulo

paulo ante contra Helvicum diſputavimus. Alii nihil definiunt, ut R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala fol. 28. תרגום כתובים לא נמצא מחברו כנראה בתוספות פ״א דמגלה:

i. e. *Targum Hagiographorum non invenitur quis ſcripſerit, ſicut apparet ex Toſephoth ad cap. I. Megilla.* Eadem habet R. *Aſarias* in Meor Enajim p. 148. a. Sane *Jonathanis* non eſſe diverſitas, quæ inter Paraphraſin Prophetarum & hanc intercedit, (de qua poſtea) ſatis evincit. B. *Beckius* nominatim in præfat. ad Paraphraſin Chronic. ſuper lib. II. id ex eo negat, quod Interpres ille Chronicorum particulas ארום & כדון uſurpare gaudeat, pro quibus Jonathani ארי & כען receptæ ſint. Nec *Aquilæ* cum ratione tribui, id manifeſtum facit, quod, ſi de *Onkeloſo*, cujus nomen cum altero illo frequenter confunditur, intelligatur, ille præter Pentateuchum nihil unquam convertiſſe exiſtimandus ſit: ſi vero de *Aquila* proprie ſic dicto, hujus verſio non Chaldaica fuerit, ſed Græca. Et fortaſſe ipſe liber *Bereſchith Rabba*, quæ citat loca ſub nomine *Aquilæ*, non ex Chaldaica ſed Græca iſta paraphraſi deſumſit. Plerique eo tendunt, ut R. *Joſe* ſeu *Joſepho*, *Cæco* vel *Luſco*, (quem Talmudici κατ' ἀντίφρασιν, non, quod ait ὁ δεῖνα, per ἀντιπερίστασιν, סגי נהור i. e. *lumine plenum*, appellant) vindicent. Vide inprimis *Juchaſin* fol. 95. b. ubi ita de Ioſepho: והיה בקי בתרגום ולכך קאמר כדמתרגם רב יוסף בהרבה מקומות בתלמוד והוא נקרא סיני שהיה בקי במשניות הנתנות מסיני:

i. e. *& fuit peritus in Targum: hinc dicitur:* in multis Talmudis locis: ſicut interpretatur Rav Ioſeph. *Vocatur etiam Sinai, tanquam qui verſatus ſit in Miſchnajoth, datis ex Sinai.* Eadem fere habet Zemach David ad an. 4082. Loca Talmudica, in quibus *Ioſephi* hujus tanquam Interpretis mentio fit, exſtant in *Bava Kamma* cap. 1. *Megilla* cap. 1. *Moëd katon* cap. 3. fol. 28. *Sanhedrin* cap. 11. fol. 94. & alibi, quæ collecta vide a *Thoma Smitho* de Chaldaicis Paraphraſibus p. 100. & 101. & a *Coccejo* ad Excerpta Gemaræ Sanhedrin p. 326. Qua occaſione obſervandum eſt, Talmudicos paſſim Paraphraſes afferre ſub diverſorum nominibus, quibus alioquin vulgo tribui non ſolent. Apparet id ex illuſtri loco *Gedaljæ* in Schalſcheleth p. 28. a. *Targum*, inquit is, *quod hic & illic per Gemaram diſperſum exſtat, appellatur de R. Ioſeph & Scheſchath, v. c. capite III. tractatus Bava Kamma in v. 6 Obadiæ, inveſtigaverunt abſcondita ejus: ajunt Targum R Ioſeph &c. Et tractatu Kidduſchin cap. IV. Et ſedebit Mamzer Zachar. IX 6 Thargum R. Ioſeph &c. & tractatu Sota cap. IX. Sicut faciunt apes, Deuteronom. I. 44. Thargum*

Digitized by Google

*gum R. Schefchath*, *& plura ejuſmodi.* Hunc locum eum in finem adhibet *Morinus* in Exercitationibus Biblicis pag. 336. ut oſtendat, Talmudicos ſibi in hoc negotio non conſtare. Ait enim: *Talmudiſtæ his locis paraphraſes citant in Prophetas, & in Legem; ſed paraphraſis in Prophetas auctorem vocant R. Ioſephum, & Paraphraſis in Legem B. Schiſath. Nec hoc tantum, ſed verba eadem Chaldaica referunt, quæ nunc leguntur in illis Paraphraſibus Chaldaicis, & dicunt, ſic interpretari R. Ioſephum, ſic R. Schiſat, ut videre eſt in Bava Kamma fol. 3. p. 2. ad finem. Ubi verſiculus integer eodem prorſus modo refertur. Similiter in Kiddaſchim fol. 72. p. 2. in fine: ſed hic una aut altera dictio additur, cetera eadem. His Rabbinis ſi fides aliqua tribuitur, iſte Ioſeph erit auctor Paraphraſium Chaldaic. non modo in Prophetas priores & poſteriores, ſed etiam in Hagiographa.* Non crediderim ego, pace doctiſſimi Morini, eam Talmudicorum iſtis in locis mentem fuiſſe. Certe non ignorabant illi, Paraphraſin in Legem *Onkeloſo*, & in Prophetas *Ionathani* adſcribi, quippe quorum nomina ipſi tam frequenter appellabant. Itaque non potuerunt eorum Paraphraſes obſcuris quibusdam, v. c. R. *Scheſchath*, adſcribere. Exiſtimaverim igitur, eos paraphraſin quandam ſub nomine R. *Scheſchath* aut aliorum ejusmodi, hoc nomine alias non cognitorum, citantes, nihil aliud ſibi velle, quam *Scheſchat* illum, aut alium quemvis receptam interpretationem Chaldaicam amplecti & comprobare. Ita, ſi R. *Ioſephus* in Paraphraſi Legis aut Prophetarum citatur, nihil video obſtare, quo minus eum de alio, quam qui *Cæcus* aut *Luſcus* vocatur, interpretemur, qui ſcilicet paraphraſin conſuetam retinuerit. Neque enim mihi perſuaſerim, ſingularem quandam Ioſephi Cœci paraphraſin in Prophetas exſtitiſſe, quamvis forte idem, ut erat chaldaicæ interpretationis ſtudioſiſſimus (vide paulo poſt §. 3.) ſæpe Prophetarum mentem Chaldaice in ſermonibus ſuis expreſſerit.

II. Tempus conſcriptæ hujus Paraphraſeos in Miſchnicorum Doctorum ætatem refert R. *Gedalja* in Schalſcheleth Hakkabbala p. 28. a. loco ſupra citato dicens: וכבר כתבנו מנגר שבימי התנאים נכתב : h. e. *jam ſcripſimus, quod* (Paraphraſis illa in Hagiographa,) *exſtiterit tempore Doctorum Miſchnicorum.* Idem ſtatuit R. *Aſcher* in Toſephoth & *Zacut* in Iuchaſin. Enimvero, ſi quid valebit eorum, qui Ioſepho Cœco tribuunt, auctoritas, origines hujus interpretationis in Sæculum IV. poſt C. N. incident. Conſtitutus enim is eſt Rector Academiæ *Soranæ* in Babylonia A. M. 4082. i. e. C. 322. teſte R. *Abrah. Levita* in libro Cabbalæ p. 36. b. ed. noviſſimæ & hinc *Ganzio* in Zemach David ad A. M. 4082.

*Elias Levita* ll. cc. nihil hic definit, ſed ignorare ſe profitetur, utrum ante Talmud Hieroſolymitanum, an poſt illud ſcriptum fuerit. In Sæculum IV. Chriſtianorum plerique referunt, v. c. *Petrus Galatinus* de Arcanis Cathol. Veritatis VIII. 24. *Sixtus Senenſis* in Bibliotheca Sancta, *Tho. Smithus* de Paraphraſ. Chaldaic. pag. 102. & alii, eo inprimis uſi argumento, quod in Paraphraſi ad Canticum Cantic. I. v. 3. & cap. V. 10. Miſnæ æque ac Talmudis i. e. Gemaræ mentio fiat. Prior locus ita habet:
אמר שלמה נביא בריך שמיה י״י די הב לן אורייתא על ידוהי דמשה ספרא רבא כתיבא על תרין לוחי אבניא ושיתא סדרי משנה ותלמודא:
i. e. Dixit Salomon Propheta: *Benedictum nomen Domini, qui dedit nobis legem per manus Moſis, Scribæ magni, ſcriptam ſuper duas tabulas lapideas, & ſex ordines Miſna & Talmud.* Sed hæc cave quæras in Bibliis *Antwerpienſibus* & *Baſileenſibus* integra, quamvis in Venetis exſtent. Eo interim loco utitur *Morinus* p. 337. Exercitatt. Biblicarum, ut oſtendat, poſt annum a C. N. ſeptingenteſimum Paraphraſeos hujus natales quærendos eſſe. In hæc enim tempora ejus judicio Gemaræ Babylonicæ ætatem incidere ex ſuperioribus conſtat. Meo judicio ex hoc loco cauſa iſta confici non poteſt. Obſcurum enim eſt, quodnam Talmud intelligatur, Babylonicum ne an Hieroſolymitanum: de hoc accipit *Smithus* l. c. p. 102. de iſto altero *Morinus*, & nuper *Humphredus Prideaux* in Harmonia hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. p. 542. Si de Hieroſolymitano intelligatur, ætas, ex æra illius confecti ſupra nobis conſtituta, in Sæculum a C. N. Quartum; ſi de Babylonico, in Sæculum V. vel VI. (Morinus enim nimis removet) fuerit referenda. Interim Morinum ſequitur *Steph. le Moyne* in Obſervationibus ad Varia Sacra p. 545. cujus hæc habe verba: *Vixit iſte Paraphraſtes* (loquitur de Paraphraſta Pſalmorum) *poſt annum octingenteſimum a nato Christo. Nam mentionem facit Hungarorum in Pſ. 83. Ubi inepte per* הגרים (*Hagarenos*) *intelligit* הונגרים *Hungaros, quorum nomen cœpit tantum inclareſcere Sæculo IX. & X.* (Urget eundem locum Morinus p. 339.) Et p. 547. idem: *Nullibi dicitur* (ſcil. ab *Elia Levita*, Iuchaſin & David Ganz) *auctor verſionis et paraphraſis in Hagiographa, quæ neſcio quomodo tanto conſenſu illi fuerit tributa, cum ætatis multo recentioris tot contineat argumenta.* Illorum argumentorum exempla plura, inter quæ fabulas Talmudicas inprimis numerat, congeſſit Morinus l. c.

III. Mihi quidem ex his, maximam partem ſatis incerte diſputatis, ſequentia non cum exigua veri ſpecie affirmari poſſe videntur. Primum

mum quidem, ad Hagiographorum interpretationem ultimo omnium loco animum adhibuiſſe Judæos, ideo ſcilicet, quod eorum lectio nec publice in Synagogis recepta erat, ut Pentateucho & Prophetis accidit, nec privatim quoque frequentabatur. Deinde, Joſephum illum Cœcum præ ceteris in excolendo Bibliorum atque adeo Hagiographorum ſtudio, Scriptorum Sacrorum verba & mentem Chaldaice in diſſertationibus ſuis expreſſiſſe. Hoc enim ut faceret, ipſa cœcitate adductus videtur R. *Iom Tov Abrabamida* ad Megilla cap. I. ita ſcribenti: *R. Joſephum invenimus plurimum ubique, in inſtitutione & meditatione, Chaldaica uſum Paraphraſi. Nam cum captus luminibus eſſet, id quod per Scripturam Sacram tradebatur, diſcere (quomodo par erat) non poterat. Ideo ſententias Scripturæ Sacræ ſermone Chaldaico recitat. Ea enim verſio non ſcripto, ſed orali traditione continebatur.* Conf. Io. Cocceji Excerpta ad Gemaram Sanhedrin p. 327. Has Joſephi interpretationes æquales ejus vel diſcipuli maximi feciſſe & vel memoria recondidiſſe vel ſcriptis hinc inde conſignaſſe videntur, quæ deinde aliorum ſtudio, ſuccedente tempore, locupletatæ in eum habitum excreverunt, in quo nunc conſpiciuntur. Itaque exiſtimare par eſt, plures eſſe illarum Paraphraſium, quæ in Hagiographa & Megilloth exſtant, auctores, atque hinc repetendam illam, quæ tum in dictione, tum in ratione commentandi obſervatur, varietatem. Quis non agnoverit plures auctores inprimis in commatibus Pſalmorum illis, quæ duplicem vel triplicem interpretationem ſecum ferunt? Vide v. c. Pſ. LXXVII. 11. LXXVIII. 64. LXXXVIII. 3. & alias, a B. *Pfeifero* pag. 259. Criticæ Sacræ citatos. Idem fieri paſſim videbis in Paraphraſi ſuper librum *Jobi.* Taceo, in librum Eſther duplex adhuc hodie Targum exſtare, probabili argumento, idem & aliis libris, & potiſſimum Pſalmorum, uſu venire potuiſſe, ut a pluribus converterentur, ex quorum laboribus deinde ab aliis excerpta fierent. *Elias Levita* in præfat. ad Methurgeman ita diſtinguit Paraphraſes in libros Hagiographos, ut, quæ in Iobum Proverbia & Pſalmos exſtant, Hieroſolymitanam appellet Paraphraſin, quæ autem in 5 Megilloth, eas propter ſtyli differentiam, Paraphraſeos nomine ſimpliciter inſigniat. Non omittendum quoque hoc loco eſt, Targum Iobi in Gemara Schabbath cap. XVI. f. 115. a tanquam a R. Gamaliele, avo R. Judæ S. cui Miſchnæ compilatio tribuitur, lectum citari.

IV. Quod ad conditionem harum Paraphraſium in Hagiographa & Megilloth attinet, aliæ aliis viſæ ſunt & puriores & meliores. *Io. Cameroni* quidem Joſephus ille Cœcus, quem auctorem credidit, minus

ſe

ſe probavit, quippe cui p. 348. Operum *ineptiſſimus & impudentiſſimus Scripturæ depravator* audit. Sic & aliæ fabulis ſcatent præ aliis. In *Pſalmos* copioſius afferuntur, quam alias. Illa, quæ in *Eſther* exſtat, commentarium potius juſtum ſiſtit, quam verſionem. Stylo quoque nonnihil differunt, quod ita definit *Io. Terentius* in præfat. ad librum Jobi Hebr. & Chald. editum a. 2. *Quamvis horum librorum Targumim ad eandem referantur dialectum, eſt tamen in his quædam idiomatis differentia. Nam vel ipſe ſtylus indicat, Targum Megilloth eſſe omnium poſterius & Paraphraſis Proverbiorum quamplurimos habet Syriſmos, cum Antiochena dialecto ad amuſſim convenientes. Iobi vero & Pſalmorum Targum his omnibus eſſe antiquius, ipſa, reſpectu reliquorum, ſtyli ac rerum puritas evincit.* Verſionem Joſephi multis in locis odium Chriſtianiſmi reſipere cenſet B. *Michael Waltherus* in Officina Biblica p. 263.

V. Exſtat hæc in Pſalmos, Jobum, Proverbia, & 5. Megilloth Paraphraſis in Bibliis *Rabbinicis* ex edit. *Veneta* 1518. & reliquis eam conſecutis, ita tamen, ut Baſileenſis Buxtorfii nonnulla loca non integra exhibeat: tum in *Polyglottis Antwerpienſibus* 1572. *Pariſinis* 1645. & *Londinenſibus* 1657.

In *Pſalmos* ſeparatim, in Octaplo Pſalterii per Auguſtinum Juſtinianum, Genuæ 1556. fol. & in editione Pſalterii Hexaglotto, *Roſtoch.* 1643. fol.

Chaldaicam in Pſalmos Paraphraſin eodem, quo ea in Jobum eſt, modo adornatam, ſperare jubet *Io. Terentius* in calce præfat. ad Librum Jobi hebr. & Chald. editum. In *Pſalmum* I. ſeorſim edidit Cl. *Herman. Hardtius* Helmſtad. 1715. 8. ſub tit. Targum Græcum.

In *Proverbia* ſeparatim opera *Io. Merceri*, Pariſ. 1561. 4. per Guil. Morellum. De ea dubium eſt eruditis, utrum ipſa ex verſione, quæ in ea exſtat, Syriaca, an hæc viciſſim ex illa ſit deſcripta: adeo altera alteri reſpondet. Confer *Rich. Simonis* Reſponſionem ad Judicia Theologorum Batavorum p. 173.

In *Iobum* Chaldaice & Latine per Io. Terentium, Linguæ S. Profeſſorem Ordinar. Franeckeranum ſub titulo: *Liber Iiobi Chaldaice & Latine cum notis, item Græce* στιχηρῶς *cum variantibus Lectionibus.* Franekeræ 1663. 4. ex officina Jo. Wellens. Verſionem Latinam Terentius adornaverat prorſus novam, ſed retinuit tamen, mutato conſilio, veterem illam, in Polyglottis exſtantem, & ab Aria Montano recognitam. In Punctatione Buxtorfium eſt ſecutus. De ipſa vero paraphraſi in præfatione

Digitized by Google

fatione c. 3. ait, *eam in multis locis ſenſum originis feliciſſime exprimere, in quibusdam vero quam longiſſime a nativa Hebraicarum vocum ſignificatione receſſiſſe, atque aniles fabulas, Talmudicasque nugas translationi ſua immiſcere.*

Targum in *quinque Megilloth* in editione horum libellorum Hebr. & Chald. cum commentario Raſchi *Venet.* 1524. fol. curata exſtat. *Idem* cum expoſitione vocum difficiliorum Germanica per Jac. Kappel Friburgi Briſgojæ apud Frobenium, ſine anno in 8. pp. 85. Textus paraphraſeos literis rubris & quadratis, verſio autem nigris & Rabbinicis, exprimitur. Commentarius in idem Targum R. *Meir Rotenburgenſis* Prag. 374. C. 1614. 4. v. Part. I. n. 1394. pag. 754. item alius R. *Mordechai b. Jechiel*, de quo n. 1480.

*Canticum Canticorum* & *Eccleſiaſtes* Chaldaice & Latine per Eraſmum Oswaldum Schreckenfuchſium, Baſil. 1553. 8.

*Canticum* Hebr. & Chald. addita verſione Hiſpanica *Venet.* 379. C. 1619. 4. cum commentario R. Abrah. Laniado.

Targum in *Cantic. Amſt.* 420. C. 1660. 8. apud Davidem Tartas pp. 28. In calce exſtat Pirke Avoth pp. 16.

*Idem* cum textu ipſo *Amſtelod.* apud eundem 443. C. 1683. pp. 48.

*Idem* ſine textu Hebr. cum verſione *Italica*, Venet. 432. C. 1672. 8. per Chriſtoph. Ambroſini.

Expoſitio MS. vocabulorum obſcuriorum in Targum Cantici exſtat in Bibliotheca Uffenbachiana. Vide Catalogum ejus Part. I. p. 178.

Superiori Sæculo i. e. XVI. prodiiſſe in lucem Targum Jonathanis (vere autem illud, quod *Joſepho* tribui ſolet) in Canticum Canticorum ex exemplari Syro-Targumico, quod exſtiterit apud Jo. Baptiſtam Raymundum, recognito ab Archiepiſcopo montis Libani, tradit Bartoloccius Tom. III. Biblioth. Rabbin. p. 792. Ejus transſumtum (ἀπόγραφον) reperiri in Bibliotheca Clericorum Regularium Minorum in ædibus J. Laurentii, in Lucina, & quidem in margine Bibl. Regiorum, ex quo ipſe (Bartoloc.) exemplum pro Bibliotheca Vaticana deſcripſerit, & Latine verſum ſcholiis illuſtrarit, ibidem legis.

Targum ſecundum ſuper Canticum in calce Zenorenna *Amſtelod.* 471. C. 1701. fol. cura Abrah. Jiſſachar Behrman.

Targum in *Ruth* cum verſione Lat. & ſcholiis Jo. Merceri Pariſ. 1564. 4.



Digitized by Google

Targum in *Eccleſiaſten*, emendatum per Io. Mercerum, Pariſ. 1562. 4.

Targum duplex in volumen *Eſther* cum Pentateucho & 5. Megilloth *Venet.* 351. C. 1591. 8. *Hanov.* 1614. & *Amſtelod.* 1640. in 4. editis.

*Idem* duplex cum Targum Jonathanis in Pentateuchum, *Baſil.* 367. C. 1607. f. apud Conr. Waldkirch.

*Idem* duplex Francof. ad Mœnum an. 478. C. 1718. 4. pp. 74. per R. Aaronem fil. Mordechai.

Targum II. cum Ketuvim *Venet.* 278. C. 1518. apud Dan. Bombergium in fol.

Commentar. in Targum I. Eſther R. *Schemuel b. Pinchas* Prag. 361. C. 1601. 4. Alius, isque MS. in idem exſtat in Biblioth. Uffenbach. Part. I. p. 178.

Commentarius Davidis Ben Jacob in Targum Eſtheræ II. una cum commentario in Targum Jonathanis & Hieroſolymit. ſuper Pentateuchum Pragæ in 4. anno 369. C. 1609. 4. prodiit.

Verſio Germanica Targum II. Eſther, eaque rhythmica, *Amſtelod.* 409. C. 1649. 4.

Targum in *Threnos*, cum textu & commentario Jarchii ac Aben Eſræ, *Londini* 1651. editum, legere me memini. Inter MSS. *Franc. Tayleri* id recenſetur in Catal. MSS. Anglican. inter Codd. Laudanos p. 58. n. 803.

Paraphraſis Chaldaica libb. II. *Chronicorum* hactenus inedita & multum deſiderata, nunc vero ex Codice antiquo MS. membranaceo Biblioth. Rev. Miniſterii Erfordienſis Auguſtanæ Confeſſionis exſcripta, & juris publici primum facta, cura atque opera Matthiæ Friderici Beckii, Conf. & Eccleſiæ Auguſtanæ Miniſtri, cujus etiam verſio Latina & in illam notæ ſimul prodeunt, Auguſtæ Vindelic. 1680. 4. in lib. I. & 1683. in lib. II. Annotationes ejus auctiores MSS. video recenſeri in Catalogo Biblioth. B. Spizelii inter MSS. n. 121.

Hoc Targum præceteris latuit, nec viſum fuit *Zacuto*, qui id fatetur in *Iuchaſin* p. 54. a. quemadmodum & *Helvicus* de Paraphraſibus Chaldaic. cap. II. nullum unquam Targum in Paralipomena viſum eſſe ſcribit. Auctorem ejus *Ionathanem* cenſuit *Samuel Clericus* apud Caſtellum in Lexico Polyglotto voce סרודיתא ex eo, quod ipſa hoc voce Jonathan in Targum ad Geneſ. XXXVI. 39. quæ & in Chronicorum Paraphraſta

ſta lib. I. c. 1. v. 51. occurrit. Sed hoc argumento, ſi quod pondus in univerſum habere credatur, contrarium evinci poteſt, quandoquidem conſtat, Targum illud in Pentateuchum Jonathani falſo inſcribi.

Targum hoc antequam ederetur a Beckio, ad partes vocavit aliquoties *Io. Lightfootus* in Horis Hebraicis & Talmudicis, quæ loca Beckius in notis diligenter annotavit in obſervationibus ſuis, & oſtendit, nunc Anglicani, nunc Erfordienſis, Codicis lectionem eſſe præferendam. Uſus autem is eſt Codice Erpeniano, de quo ſtatim plura dicemus. Poſt Beckium enim

*David Wilkins*, Memela Boruſſus, nunc inter Anglos SS. Theolog. Doctor, & Rever. Archiepiſcopo Cantuarienſi a ſacris, novam ejusdem Targum editionem curavit *Amſtelod.* 1715. 4. addita nova ſua verſione Latina & præfatione prolixiore ſub titulo: *Paraphraſis Chaldaica in librum priorem & poſteriorem Chronicorum auctore R. Ioſepho, Rectore Academiæ in Syria, nunc demum e MS. Cantabrigienſi deſcripta ac cum verſione Latina in lucem miſſa:* apud Jo. Boom. Clariſſimus editor R. *Ioſepho* adſcribit, non alio argumento ductus, quam quod Joſephus hic communiter auctor Paraphraſeos in Hagiographa, ad quæ & libri Paralipomenon pertinent, creditur. Pro Rectore Academiæ in Syria rectius ſcripturus erat Vir doctus *Rectorem Academiæ Soranæ* in Babylonia. Ita enim præter Judæorum Hiſtoricos, de quibus paulo ante, tradit *Schabtai* in שפתי ישנים (ad quem ipſe in præfatione p. 2. provocat) p. 105. b. his verbis: דור שלישי מן אמוראים רב יוסף סגי נהור ראש ישיבה בסורא:
i. e. *Tertia generatio ex Amoraim* (Gemaricis) *R. Ioſeph (multus luce) caput Academiæ Soranæ.* Edidit autem ex Codice MS. Bibliothecæ Publicæ Academiæ Canta brigienſis, in quam, e Bibliotheca Erpeniana emtus, dono & liberalitate Ducis Buckinghamiae Univerſitatis illius quondam Cancellarii, pervenerat. Continet ille Pſalmos, Proverbia, Jobum, Danielem, Eſram, Nehemiam & Paralipomena an. 5107. C. 1347. in membrana ita exaratus, ut comma Hebræum verſio Chaldaica, ubi exſtat, excipiat. Laudarunt eum *Brianus Waltonus* in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta Prolegom. XII. n. 15. *Chriſtian. Ravius* in Diſſert. altera Part. I. Alcorani Arabico-Lat. §. 36. *Tho. Smithus* de Paraphraſ. Chaldaic. pag. 104. & *Io. Leusdenius* in Philologo Hebræo-mixto Diſp. V. pag. 36.

Exſcripſit autem & latinitate donavit *Samuel Clericus*, Architypographus quondam Oxonienſis, cujus apographon ſervatur in Biblioth.

Kkkkkkk 2 Bod-

Digitized by Google

Bodlejana cod. 3926. & 3927. una cum impreſſi Specimine. Cum in vertendo is verſaretur, de locis difficilioribus paſſim in conſilium vocavit *Io. Lightfootum*, ceu patet ex epiſtolis, quæ exſtant in hujus Operibus Poſthumis pag. 186. ſqq. Editionem ejus cum aliis huc pertinentibus, quæ Tomum VII. Operis Polyglotti Londinenſis conſtituere debebant, ſperari juſſerat *Edmundus Caſtellus* in præfat. ad Lexicon Heptaglotton.

Cl. *Beckius* ex loco Waltoni in Prolegom. XII. §. 15. non ſatis intellecto in præfat. ad Targum lib. I. Chronicorum collegerat, Codicem Anglicanum eſſe imperfectum, ſed mutaſſe ſe mentem, idem poſtea in præfat. ad Targum libri II. profeſſus eſt. Et feliciter id ipſi ceſſiſſe apparet nunc, poſtquam Cl. *Wilkinſii* cura lucem vidit, qui in præfatione ſummatim refert varietates, quæ utrumque Codicem diſtingvunt, ac Erfordienſem, vitiis & defectibus refertum eſſe pag. 5. monet. Et ſane vel in primo libri I. capite deſideratur in eo paraphraſis ad v. 2. 3. 4. 25. 26. 27. 28. 34. 35. 36. 37. 39. 40. 41. 42. 48. 49. 50. quam ſupplet Anglicanus.

Interpretem hunc textum non ſemper κατὰ πόδα ſequi, ſed paſſim extravagari, plurimaque vel de ſuo aſſuere, vel ex antiquiore Cabbala ſeu traditione accerſita addere, multa vero obſcura loca non inepte illuſtrare, ac præterea egregia teſtimonia pro SS. Trinitate ſuppeditare, oſtendit Beckius in præfat. ad Targum ſuper lib. II.

VI. Exſtant verſiones Latinæ harum Paraphraſium nonnullarum ſeorſim, ſine textu Chaldæo, vel editæ, vel manu exaratæ, quas nunc breviter indicamus.

Verſio Latina Paraphraſeos in Hagiographa omnia, (exceptis Daniele Esdra & libris Chronicorum, in quorum priores ideo forte, quod bona eorum pars Chaldaice ſcripta eſt, nunquam exſtitit Paraphraſis, ſicut in Paralipomena tunc adhuc latebat) cura Alphonſi de Zamora MS. in Biblioth. Complutenſi, teſte Jo. Terentio in præfat. ad librum Jobi.

De verſione *Bened. Ariæ Montani* in Polyglottis obvia diximus ſupra.

*Conradi Pellicani*, excepto Pſalterio, teſte Friſio in Biblioth. Geſneriana, MS.

*Andreæ de León Zamorenſis* MS. Romæ in Biblioth. Barberina, teſte ipſius Andreæ epiſtola in Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis p. 136.

In

In *Pſalmos* Latine *Adriani Chilii*, teſte Sandero Part. I. Biblioth. Belgicæ p. 151.

In *Iobum* Latine *Victorii Scialae*, Romæ 1618. 8.

In *Iobum Io. Terentii*, de qua paulo ante. Idem verſionem Latinam *Alphonſi de Zamora* recognitam cum notis edidit *Franekeræ* 1663. 4.

In Cantic. & Eccleſiaſten *Schreckenfuchſii*, & in Canticum *Bartoloccii* laudavimus ſuperius.

*Targum Koheleth h. e. Chaldaica Paraphraſis Eccleſiaſtis Latina facta, auctore PET. COSTO, cui Salomnis Eccleſiaſten ex translatione Vulgata adverſum poſuimus: Lugduni* 1554. 4. apud Matthiam Bonhomme. Prodiit cum ejusdem auctoris Typo Meſſiæ. Verſio eſt liberior, ut latinitati æque ac ſenſui conſuleretur; in margine tamen libri ſubinde loca nonnulla ad literam convertuntur. In præfatione Hebraica præmiſſa Auctor & aliorum ejusmodi librorum verſionem pollicetur. Accedit in fine epiſtola Hebr. P. Anteſignani ad Auctorem, qua ei laborem hanc gratulatur, & altera Latina prolixior Pet. Coſti ad Ioannem Fratrem, elegans illa & lectu jucundiſſima.

Verſio ſuper *Ruth* Io. Merceri, & *Eſther*, cura Ariæ Montani ſupra laudata eſt.

*Targum Prius & Poſterius in* Eſtheram, *nunc primum urbe donatum & in Linguam Latinam translatum, ſtudio & opera* Franc Taileri, *Angli, in Theologia Licentiati, & in Æde Chriſti apud Cantuarienſes verbi divini Concionatoris. Londini* typis M. S. an. 1655. 4. In Dedicatione ad Franc. Rous ait, apud Chriſtianos vix familiares eſſe has Paraphraſes, cum in Bibliis Hebraicis Antwerpienſibus & Pariſienſibus pars minima prioris, poſterioris nulla exiſtat. In notulis marginalibus Interpres ſubinde comparat editiones Venetas, & Buxtorfianam, ac obſcuris lucem quandam fœneratur. Abſolvitur in univerſum paginis 107. Rev. *Georgius Serpilius*, Vir diligentiſſimus, in Perſonalibus Mardochæi & Eſtheræ p. 417. videtur ſubdubitare, utrum hæc verſio pro edita, an MSta haberi debeat. Sed eſt illa mihi nunc in manibus.

Verſiones Latinæ Paraphraſeos in Chronica, *Beckii*, *Clerici* & *Wilkinſii* paulo ante a me ſunt laudatæ.

CA-

# CAPUT III.

## De Uſu Paraphraſium Chaldaicarum.

*I. Iudæi Paraphraſibus multum tribuunt. II. ita tamen, ut varia in iis deſiderent. III. Chriſtianorum de commodis inde capiendis judicia. IV. Quid de phraſi* מימרא דיהוה *ſentiendum? V. Index ſcriptorum de Paraphraſibus.*

I.

Reſtat nunc, ut de commodis ex Targumim capiendis, ex Judæorum & Chriſtianorum mente, nonnihil diſſeramus. Judæos ea in pretio jampridem habuiſſe vel inde patet, quod Propheticam illis, ſpeciatim Jonathanis iſti, atque adeo divinam originem vindicarint, nec ſine miraculis auctores earum in opera interpretandi verſatos eſſe ſcripſerint. Utrumque ſupra a nobis ex eorum monimentis evictum eſt. Præterea præſtantiſſimi eorum Interpretes, nominatim *Aben Esra*, *Raſchi*, *Kimchi*, *Maimonides*, & qui non? & frequenter & cum laude ad eorum expoſitionem provocant. Quantum Onkeloſo tribuerit Aben Eſra, patet ex præfatione ejus rhythmica ad commentarium in Pentateuchum: ומתרגם תורה ארמית תרגם אמת ובאר לנו כל נעלמות ואם דלק במקומות אחרי מדרשים ידענו כי יותר ממנו ידע השרשים רק חפץ להוסיף טעמים אחרים כי פשוטו יבינוהו אפילו הבערים כמו עירה שלא תרגם כבן אתון:
i. e. *Interpres Legis Chaldaicus recte interpretatus eſt, & expoſuit nobis omnia abſcondita. Quodſi enim nonnullis in locis indulſit allegoriis, ſcimus ſane, quod rectius nobis intellexit radices. Itaque placuit ipſi alios ſenſus addere, quia ſenſum literalem vel ſtupidi homines facile aſſequuntur. Exemplum eſt* עירה *Geneſ.* XLIX. 11. *quod non interpretatus eſt.* Idem eo in loco diſerte pronunciat, ſe in judicandis binis ejusdem commatis interpretationibus eam præferre ſolere, cui cum Paraphraſi Chaldaica probe conveniat. Imo Talmudici Doctores hinc inde ſpem genuinum ſenſum eruendi abjecturi fuiſſe videntur, absque Paraphraſibus Chaldaicis ſi fuiſſet. Teſtatur hoc eorum frequens formula: אלמלא דתרגומא דהאי קרא לא האי ידענא קאמר: i. e. *niſi Targum hujus loci adeſſet, neſciremus, quid tandem ſibi vellet.* Eam legis in *Sanhedrin* fol. 42. 1. *Moëd katon* fol. 28. b. &

& alias. Ex recentioribus Judæis præclare de Paraphraſi, ſpeciatim Jonathanis, ſentit *Immanuel Aboab* in Nomologia, Hiſpanice ſcripta p. 229. Ibi enim de loco Jeſaiæ IX. 4. diſſerens, ad Targum provocat, idque ait eſſe *de grandiſſima excelencia y perfecion, y a quien devemos dar entero credito: y ſu principal intento es, declarar ſiempre los paſſos eſcuros, y de dificil inteligencia:* h. e. *maxima eſſe præſtantiæ & perfectionis, cui plena fides habenda ſit; ejusque præcipuum inſtitutum in eo verti, ut locis obſcuris & difficulter intelligendis lux afferatur.* Hinc & Chriſtiani nonnulli Scriptores paſſim extollunt exiſtimationem, in qua ſint hæ Paraphraſes apud Judæos. Ita *Nicolaus Lyranus* in commentario ſuper Jeſaiæ VIII. *Translatio Chaldaica,* inquit, *quæ apud Hebræos dicitur Targum, eſt tantæ auctoritatis apud eos, quod nullus fuit auſus ei contradicere. Eſt etiam in paſſibus obſcuris declarativa veritatis Hebraicæ.* Conferatur idem in Geneſin XLIX. *Raymundus Martini* in Pugione Fidei Part. II. cap. IV. Sect. I. & hinc *Pet. Galatinus* lib. I. c. 3. Addam his unum *Pauli Fagii* in præfat. ad verſionem Latinam Onkeloſi judicium, aſſerentis, *Judæos non minorem fidem Chaldaicæ quam Hebraicæ veritati habere: adeo ut non aliunde ſuorum errorum magis convinci poſſint, quam ex Paraphraſibus Chaldaicis.*

III. Sed hæc omnia non ita capienda ſunt, ut Judæos nunquam a Paraphraſtis in commentando diſcedere exiſtimemus. Certe recentiores illi ſecure & confidenter eos deſerunt in locis Propheticis, qui diſerte in Paraphraſibus ad CHRISTUM & ſacra ejus referuntur. Idem fit etiam ab antiquioribus in aliis argumentis, v. c. a *Maimonide* in More Nevochim lib. I. c. 66. p. 119. qui de loco Exodi XXXI. 18. ubi tabulæ Legis digito Dei ſcriptæ dicuntur, diſſerens, ait: *Onkelos hic a vera & genuina expoſitione recedit. De verbo ad verbum enim reddit,* ſcripta digito Dei, *per digitum intelligens aliquid externum relatum ad Deum, & τὸ* digito Dei, *capiens ſicut illa:* Mons Domini, baculus Domini; *pro inſtrumento nempe aliquo creato, quo ſculptæ fuerint tabulæ voluntate Dei. Quid autem ipſum ad hanc interpretationem permoverit, neſcio. Sane longe ſatius fuiſſet ſi dixiſſet:* ubememra Dadonai; Et verbo Domini, *ſicut dicitur: Verbo Domini cæli creati ſunt.* Sic & *Elias Levita* in præfat. ad Methurgeman ſequentia in Paraphraſtis deſiderat, quæ brevitatis ſtudio Latine huc transferemus: *Paraphraſtæ,* inquit, *non obſervant interdum rationes Grammaticas, vertentes ſcilicet præteritum per futurum, & futurum per præteritum, & ſic participium præſens per præteritum vel futurum, infinitivum item cum* ב *aut* כ *ſæpiſſime per præteritum, interdum vero etiam per futurum: Sic & quandoq; convertunt textum* Scri-

*Scripturæ ſecundum elegantiam Linguæ Chaldaicæ, non autem Hebrææ tenorem.* *Ita Raſchi aliquoties ita ſcribit: Onkelos plerumque verba juxta ſenſum interpretatur, nec expendit idiotiſmos Scripturæ* (Vide eum ſuper Hoſeæ VII, 4.) *Quædam verba interdum non interpretantur, niſi juxta ſenſum, ut Geneſ. XXXII, 10.* virga mea, *Targum habet* ſolus: *Sic Ieſ.* LXVI, 24. *Alii verba quædam ſenſu contrario convertunt, ut Ierem.* XVII, 7. infirmus ille: *ubi Targum:* ille fortis. *Ita Ierêmiæ XVII. 16.* non feſtinavi: *Targum, non moratus ſum. Sunt etiam verſus, quibus contrarium tribuunt ſenſum, ut Exod.* XXXIII. 3. *Num.* II. 41. &c. Omitto exempla alia.

III. Inter homines Chriſtianos alii *nihil*, alii *parum*, alii *permultum* commodi a Paraphraſibus exſpectari voluerunt. *Nihil* quidem olim Io. Pfefferkornius cum aſſeclis, qui eas non minus, quam alia Judæorum ſcripta aboleri voluit, renitente recte *Io. Reuchlino:* quam controverſiam ſupra explicavimus. Eadem ex parte revocata fuit, quando ſub editionem Polyglottorum *Complutenſium, Antwerpienſium* & *Pariſienſium* inter eruditos diſputatur, conſultius ne foret, in illis Operibus Biblicis paraphraſes has omittere, an adjungere. Conf. *Richardi Simonis* Hiſtor. Critic. V. T. lib. II. cap. 15. & Antiquitates Eccleſiæ Oriental. *Parum* inde promittit *Io. Fronto* pag. 76. epiſtolarum: *Chaldaicæ phraphraſes*, inquiens, *nec antiquæ ſunt, ſicut multi hactenus credidere, nec textui Hebræo adhærent, ſed divagantur liberius, maxime in difficilioribus locis: nec inter ſe conſentiunt* &c. *Rich. Simon* in Hiſt. Critica V. T. lib. II. c. 18. p. 97. *Omnes iſtæ*, ait, *Paraphraſes, præter illam Onkelos & Ionathanis non magnæ mihi utilitatis eſſe videntur, nec forſan multum e re fuit, illas curioſe quæſiiſſe.* Et p. 101. *Non quanta tamen multis exiſtimatur, illarum utilitas: ex adverſo Iudæi ex illis arma adverſus Chriſtianos depromunt ſibi fingentes, nobis ipſorum ſuperſtitiones aniles & abſurdas probari, quaſi veteribus verſionibus, quibus conjunguntur, a nobis æquipararentur. Præterea videntur Iudaici ritus & cerimoniæ iis magis, quam fides Chriſtiana, confirmari: incerta itaque & anceps ex illis ducta contra Iudæos victoria. Quid quod quæ noſtræ fidei faventia credimus, pleraq; vera ſunt allegoria, quas non operoſum verpis alio convertere, neq; enim religio allegoriis probatur.* Sed lege, quæ his oppoſuit *Humphredus Prideaux* in Harmonia Hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. lib. VIII. pag. 533. *Guilielmus Henr. Vorſtius* in Diſceptatione de Sermone Dei p. 8. *egregium quidem uſum Chaldæorum commentaria in eruendis veteris Scripturæ ſenſibus habere lubenter agnoſcit*, ſed *non paucas* tamen *violentas ac contortas & fabuloſas explicationes continere* aſſeverat ibidem. Confer ejuſdem Bilibram Veritatis p. 113. Viciſſim alii & varia

&

& inſignia commoda lecturis inde polliciti ſunt, ſive ea ex ritibus Judaicis paſſim illuſtratis, ſive ex contextu originali ejusque integritate adſtructa, ſive ex declaratis locis Scripturæ obſcurioribus, ſive ex manifeſtato vocum Hebræarum inſolentiorum genio, vi & efficacia, ſive ex teſtimoniis, quæ inde pro veritate adverſus Iudæos in aſſerendis veris doctrinis, aut confutandis oppoſitis erroribus, petere licet, æſtimentur. Hos uſus ſigillatim expoſitos fuſius, & idoneis exemplis munitos, ex noſtratibus apud *Chriſtoph. Helvicum* de Paraphraſibus Chaldaicis cap. IV X. *Barthol. Mayerum* in Philologia ſacra Part. I. p. 384. ſq. *Auguſt. Pfeiferum* deTargumim cap.VII. ex Anglis apud *Tho. Smithum* cap.VIII. & *Brianum Waltonum* in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta num. XII. §. 16 - 19. legere licebit. Speciatim *Pet. Allixius* in libro Anglicano ſingulari, quem inſcripſit *The Iudgement of the Iewiſh Church againſt the Unitarians*, Lond. 1699. edito, diligenter & erudite commonſtravit, quantum inde præſidii ad aſſerendam antiquitatem & veritatem doctrinæ Chriſtianæ de SS. Trinitate ac perſona & Deitate Meſſiæ deſumi poſſit. Illa commentatio germ. a Rev. *Chriſtoph. Matth. Seidelio* converſa *Berolini* 1707. 4. prodiit. De robore, quod locis ejusmodi Targumicis inſit, inprimis conſulendum eſt caput VII. illius tractationis, cumque eo conferenda, quæ *Stephanus Nye* in contrariam ſententiam minus ſolide diſputavit in *The doctrine of the holy Trinity*, ep. III. & IV. Ita & Cl. *Humphr. Prideaux* in Harmonia Hiſtoriæ V. & N.T. Part. II. lib. VIII. p. 549. ſq. complura collegit loca V.T. quæ auctoritate ipſarum Paraphraſium de Chriſto intelligenda ſint, Iudæis hodie nequicquam repugnantibus. Nuper quoque *Io. Ioachimus Lange* ſub præſidio Rev. *Io. Henr: Michaëlis* exponere cœpit *uſum* Paraphraſium *Anti Iudaicum inſignem* in doctrina de Perſona Chriſti, ac inprimis de Voce מימרא, collectis locis illis Pentateuchi omnibus, in quibus vox iſta a Paraphraſtis de CHRISTO accipitur. Halæ 1721. 4. Huic binas alias ejusdem argumenti inpoſterum ſuccedere jubebit. Loca ejusmodi, in quibus Paraphraſtæ diſerte memorant משיחא collecta lege a *Paulo Fagio* ad Onkeloſum ſuper Numer. XXIV. 17. *Ioſepho Medo* in Fragmentis Sacris Tom. X. Faſciculorum p. 251. *Io. Buxtorfio* in Lexico Rabbinico p. 1268. ſq. & *Roberto Flemingio* in Chriſtologia Tom. I. p. 137.

IV. Inprimis phraſis מימרא דיי״י i. e. *Verbum Dei*, Paraphraſtis admodum frequentata, bene multis ita viſa eſt accipienda, ut phraſi Johanneæ Novi Inſtrumenti λόγος reſpondere, atque adeo illius uſui occaſionem dediſſe, Chriſtianis autem hodie poteſtatem facere crede-

 retur,

Digitized by Google

retur, ejuſmodi loca V. T. in quibus apud Paraphraſtas occurrit, ad CHRISTUM, ſecundam SS. Trinitatis perſonam, ſecus ac hodie a Judæis & Anti-Trinitariis fit, certiſſime & ſecure referendi. Ita inquam bene multi, aliis idem in univerſum inficiantibus, & pro conſueto Chaldaiſmo, quo Deus ſimpliciter vel quoddam Dei attributum indicetur, habentibus, aliis cum temperamento nunc Deum in univerſum ita ſignificari, nunc ſpeciatim CHRISTUM innui, cenſentibus. Ex iis, qui phraſi hac *interdum* ſigillatim CHRISTUM tanquam λόγον Dei a Paraphraſtis ex inſtituto, nec per accidens, ut loqui amant, indicari ſtatuunt, eſt *Raymundus Martini* in Pugione Fidei Part. III. Diſtinct. III. cap. 4. & 25. & *Petrus Galatinus* lib. III. c. 3. de Arcanis Catholicæ Veritatis. Ex recentioribus in horum partes itum eſt a multis, viam parantibus *Nicol. Selneccero* in libello, quo continetur collatio Locorum textus Biblici & Chaldaicæ Paraphraſeos, in quibus Verbum pro Filio Dei & Meſſiæ nomen uſurpatur. *Lipſ.* 1576. 8. ac *Chriſtophoro Helvico* de Paraphraſibus Chaldaicis cap. V. toto, ubi inter cetera p. 26. hæc legis: *Ceterum, ut perſpicuum evadat, non ſolum mandatum Dei, aut λόγον προφορικὸν* (per מימרא דייי) *apponam nonnulla loca, quæ demonſtrent, longe aliud Verbum in his Paraphraſibus intelligi, nempe hyphiſtamenon, & perſonam vere ſubſiſtentem, eamq; diſtinctam a Jehova (Patris) perſona, & nihilominus verum Deum, tum ex collatione textus Hebræi, ſi duo veri Dei nomina conjunctim ponantur, tum ex attributis, ſoli Deo propriis.* Ejus veſtigiis inſtiterunt ex noſtratibus *Salom. Glaſſius* in Chriſtologia Moſaica Diſſert. I. p. 52. ſq. B. *Michael Waltherus* in Officina Biblica pag. 261. *Io. Schmidius* in Diſſertat. de officio Chriſti Regio in genere §. 10. *Aug. Varenius* in Commentar. in Geneſ. p. 130. *Andr. Sennertus* in Scrutinio Linguarum Mnemate II. *Io. Mullerus* in Iudaiſmo pag. 29. *Aug. Pfeiferus* in Critica Sacra p. 276. ſq. *Daniel Feſſelius* in præfat. ad Part. I. Adverſariorum Sacrorum, *Laurentius Wegerus* in Diſſert. de Verbo Dei Regiomonti 1682. *Jo. Bened. Carpzovius* in notis ad Schickardi Jus Regium Hebræorum p. 112. & 118. *Jo. Jac. Schudtius* in Trifolio Linguæ Hebr. pag. 224. *Henr. Muhlius* in Diſſert. de Meſſia ſedente ad dextram Dei p. 29. *Gottfr. Olearius* in Obſervationibus Sacris ad Matth. VIII. 8. & alii. Primus his, quem ſciam, ex noſtratibus contradixit, animo tamen, ut puto, non malo *Theodoricus Hackſpanius* in Tractatu, Lipmanni Nizzachon ſubjuncto, p. 367. ſqq. qui per *virum Hebraiſmi & Chaldaiſmi, Cabbalæ etiam peritiſſimum*, cujus nomen tacet, Helvicum intelligere mihi videtur. Ejus hæc ſunt verba p. 366. *Quid enim mirum, ſi quandoq; ubi Chriſtus intelligi*

*pot-*

*poteſt, quadret Chaldaicum illud* מימר*? at eo nomine Chaldæum intellexiſſe Meſſiam, qui Deus & homo eſſe creditur, id vero nondum conceſſerim: quin contra adductis exemplis apertum iri confido, illum eo haudqvaqvam reſpexiſſe.* Et p. 367. *At neq; hoc nos fallit, eſſe genus qvoddam & rationem loqvendi Chaldaicam, qva* מימר *idem eſt, qvod* נפש *Hebræorum &* עצם *Rabbinorum, ſenſu reciproco, quem nullo pronomine ſermo divinus exhibere poteſt.* Ei ſe tum alii obiter, tum inprimis data opera ſe oppoſuit *Michael Havemannus* in Prolegom. ad Theognoſiam antiquiſſimam §. 9. ſqq. Majori vero animorum contentione hæc cauſa diſputari cœpit, poſtquam *Georgius Vechnerus* in concione ſuper Johannis I. 1-25. habita & an. 1639. edita vocem Johanneam λόγον ex hac phraſi Paraphraſtarum explicare inſtituit, & adductis ex Targumim locis variis, confirmavit, nomine *Verbi Dei* perſonam, eamque a Jehova diſtinctam, quamvis arctiſſime conjunctam, atque adeo ὁμοούσιον, quæ alias Meſſiæ nomine appelletur, indicari. Hac concione ita bilem is movit *Ionæ Slichtingio*, homini Sociniano, ut anno 1644. ſingulares ipſi animadverſiones oggereret. Eidem ſuppetias tulit Anonymus edita *Diſceptatione de Verbo vel Sermone Dei, cujus creberrima fit mentio apud Paraphraſtas Chaldæos*, Irenopoli 1646. 8. (vide præfat. ad Bilibram Veritatis p. 68. In Sandii Bibliotheca Anti-Trinitar. p. 143. annus definitur 1643.) poſtea *Freiſtadii* i. e. in Belgio cum Bilibra Veritatis 1700. recuſa. Occaſionem is aripuiſſe videtur ex notis *Io. Steph. Rittangelii*, Ex Iudæi, ad librum Iezira pag. 81. ſqq. quemadmodum & idem *Rittangelius* ſententiam ſuam priſtinam ab exceptionibus diſceptationis illius vindicavit in *Libra Veritatis, qua Irenopolitæ cujuſdam Ariani innumeri, in citandis Scripturæ Doctorumque utriusq; Iudaicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ contra æternum & per ſe ſubſiſtentem λόγον auctoritatibus, errores aut falſitates accurate expenduntur.* Eum librum cum luci iterum exponeret Cl. *Ioannes van der Waeyen*, homo quidam Socinianus iſti oppoſuit *Bilibram Veritatis & Rationis de Verbo Dei, libræ Rittangelii obverſam*, Freiſtadii 1700. 8. tanquam talem, quæ ab auctore Diſceptationis de Verbo Dei jampridem elaborata hucusque in tenebris delituerit. Hujus ſententia p. 149. Bilibræ Veritatis expreſſa id vult, quod phraſis, *Verbum Domini, ex mente Chaldæorum ſemper referenda ſit ad proprietatem, attributum vel actionem aliquam Dei.* Utriusque (& *Diſceptationis* & *Bilibræ*) auctor merito creditur *Guilielmus Henr. Vorſtius*, Conradi filius, Paſtor olim Eccleſiæ Remonſtrantium Warmondi in Batavia. Ei enim (non *Conrado* ipſi, cui tribuit B. Gottfr. Olearius in Obſervatt. Sacris ad Matthæum p. 248.) Diſceptatio vindica-

tur in *Chriſtophori Sandii* Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. 143. ſimulq; monetur, eandem *Belgice* converſam prodiiſſe an. 1649. in 4. Ipſe vero Auctor Cabbaliſtica quadam ratione idem innuit in Bilibra Veritatis p. 88. *Sed ut ingenio*, inquit, *es mire curioſo, ſuſpicaci & ſagaci, ſi vis noſſe auctorem Diſſertationis, non caret nomine, nec numero: continet enim Hebraice numerum* תרגיקבם *vel 822.* Jam ſcribe Vorſtii nomen literis Hebraicis פורסתיוס & habes eundem numerum, juxta literarum valorem. In calce illius Bilibræ exſtat Appendix *Joſepho de Voiſin* & *Raymundo Martini* oppoſita, illi quidem ob *Diſputationem ejus Orthodoxam de SS. Trinitate, Pariſ.* 1647. 8. qua Diſceptationem ipſius examinaverat; huic vero ob ea, quæ Part. III. Pugionis Fidei de eodem argumento diſputata fuerunt. Sed nec impune conatus ſuos tulit *Vorſtius*. Eodem enim anno, quo *Bilibra* illa prodiit Cl. *Sebaſtianus Edzardus*, Gymnaſii noſtri Profeſſor meritiſſimus, in lucem emiſit Diſſertationem Theologico-Philologicam de Verbo Subſtantiali, Auctori Bilibræ oppoſitam, Hamburgi 1700. 4. In ea & craſſa Auctori ignorantia Hebrææ æque ac Latinæ Linguæ &c. & graviſſima in judicando imbecillitas, adductis idoneis exemplis, exprobratur, eadem vero opera verior ſententia adſtruitur. Perſtringit eundem Reverend. *Richardus Kidderus*, Præſul quondam in Anglia Bathonienſis & Wellenſis, in præfat. ad Partem III. Demonſtrationis Meſſiæ. Inter eosdem Anglos *Georg. Bullus*, Præſul quondam magni nominis, in Defenſione Fidei Nicenæ pag. 27. *Eduard. Stillingfleet*, Archiep. Cantuarienſis, in Vindiciis doctrinæ de SS. Trinitate p. 128. *Pet. Allixius* in *Judicio* paulo ante allegato ac *Robertus Flemingius* in Chriſtologia Anglice edita Tom. I. pag. 139. ſq. eandem cauſam tuentur, quam ante ipſos deſeruerunt *Franc. Tayler* in præfat. ad Targum Hieroſol. b. 2. *Jo. Lightfootus* in Horis Hebraicis & Talmudicis ſuper Joh. I. *Steph. Nye* in the Doctrine of the holy Trinity ep. 3. & 4. ac noviſſime omnium Cl. *Humphredus Prideaux* in Harmonia Hiſtoriæ V. & N. T. Part. II. lib. 8. pag. 554.

Ex *Reformatis* λόγον Johanneum cum מימרא דיוי comparant, & Meſſiam nonnullis in locis a Paraphraſta deſtinata opera innui cenſent *Theodorus Beza* in notis ad Ioh. I. *Jo. Buxtorfius* in Lexico Chald. Rabbin: p. 125. *Jac. Cappellus* in Obſervatt. in N. Teſtam. ad Johan. I. *Jo. Henr. Hottingerus* in Hiſtoria Creationis p. 56. & alii bene multi. Ex Pontificiis *Anton. Poſſevinus* in Bibliotheca Selecta VIII. 23. ex noſtratibus autem præter antea citatos *Georg. Frider. Richterus* in Diſſert. de מימרא דיוי Lipſ. 1710.

1710. 4. & Rev. *Jo. Henr. Michaelis* in Diſſert. de Uſu Targumim modo laudata. Horum prior cap. I. §. 8. ex parte cum Hackſpanio ſtatuit, vocem מימרא *ſecundum propriam ſuam conſuetudinem, qua verbum ore prolatum denotet, non raro reſpondere Hebraico נפש & Rabbinico עצם, ſed ita tamen ut non raro Meſſiam denotet.*

Ab *Hackſpanii* ſententia ſtat ex noſtratibus *Jo. Wulferus* in notis ad Theriacam Judaicam p. 383. ex Pontificiis *Jo. Daniel Huetius* in Quæſtionibus Alnetanis lib. II. p. 123. & in Demonſtrat. Evangelica pag. 716. item *Rich. Simon* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. III. pag. 121. & ex Socinianis Auctor *Platoniſmi Detecti* c. XVI. p. 152. ſq. qui Angelum quoque Dei ea phraſi denotari opinatur.

Mea ſententia tutiſſime & optime illi agunt, qui cum B. *Pfeifero* in Critica Sacra pag. 176. & *Jo. Henr. Hottingero* in Hiſtoria Creationis p. 56. exiſtimant, vocem מימר eſſe *πολύσημον*, adeoque ex circumſtantiis textus notionem ejus determinandam venire, nec proinde ſemper de Meſſia accipiendam, de quo tamen paſſim v. c. Pſalmo CX. 1. intelligi omnino etiam ex mente Paraphraſtarum debeat.

V. En tibi Scriptores præcipuos de Paraphraſibus Chaldaicis, quos literarum ordine hic appellabo:

*Petrus Allixius* in Judicio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios cap. II. & inprimis cap. VII.

*Julius Bartoloccius* in Bibliotheca Rabbinica Tom. I. p. 405. ſqq.

*Io. Franc. Buddeus* in Hiſtoria Eccleſiaſt. V. T. Part. II. p. 1196. ſqq.

*Jo. Buxtorfius* de Abbreviaturis Hebraicis p. 107. & 230. & alias.

*Jo. Bened. Carpzovius* in prolegomenis ad Comment. in lib. Ruth pag. 24. ſq.

*Chriſtoph. Cartwrightus* præfat. ad Annotat. in Geneſin, ubi de Targumim.

*Paulus Fagius* in præf. ad Targum Onkelos latine converſum.

*Ludovic. Ferrandus* in Obſervationibus ſuper religione Chriſtiana, Gallice editis, diſſertat. III. p. 167 - 179.

*Pet. Galatinus* de Arcanis Cathol. Veritat. lib. I. c. 3. toto.

*Theodoricus Hackſpanius* in notis ad Nizzachon p. 402.

*Mich. Havemannus* in Appendice ad librum Wege-Leuchte cap. V.

*Chriſtoph. Helvicus* in Tractatu Hiſtorico & Theologico de Chaldaicis Bibliorum Paraphraſibus, earum origine, numero, auctoribus, antiquitate, differentiis, auctoritate, & inſigni uſu in controverſiis Theologicis ac Scripturæ interpretationibus, *Gieſſ.* 1612. 4. pp. 67.

*Jo. Hoornbeeckius* in Proleg. ad lib. de convincendis Judæis p. 42. ſq.
*Io. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. lib. I. c. 3. Sect. I.
*Chriſtianus Kortholtus* de Variis Scripturæ S. editionibus cap. 3.
*Jo. Leusdenius* in Philologo Hebræo-mixto Diſput. V. VI. & VII.
*Jac. le Long* in Biblioth. Sacra Cap. II. Sect. II. & cap. IV. Sect. VI.
*Bartholom. Mayerus* in Philolog. Sac. Part. II. cap. II. p. 42.
*Jo. Henr. Michaelis* de Targumim uſu inſigni Anti-Judaico in doctrina de perſona Chriſti, ſpeciatim de voce מימרא ſeu λόγῳ a Chaldaicis de Meſſia uſurpata, Hal. 1720. ubi & binæ aliæ diſſertationes promittuntur.
*Io. Möllerus* in Homonymoſcopia p. 230. ſq. & 241. ſq.
*Io. Merinus* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exercitat. VIII. p. 318. ſqq.
*Io. Mullerus* in Prolegomenis ad Judaiſmum p. 28. ſq.
*Io. Owenus*, de Origine τῶν Targumim, iisque ſingulis in ſpecie, in Theologumenis lib. V. Digreſſ. III. p. 402. ſqq.
*Aug. Pfeiferus* in ſingulari Differt. de Targumim, Vittemb. 1665. 4. quæ deinde Theologiæ ejus Judaicæ Exercit. II. inſerta *Lipſ.* 1687. 8. prodiit, & nunc in Operibus ejus Ultrajecti 1704. editis, p. 862. ſqq. legitur. Confer & Criticam ejus Sacr. cap. VIII.
*Vincent. Placcius* in Theatro Anonymorum & Pſeudonym. p. 468. inter Pſeudonymos.
*Humphredus Prideaux* in Harmonia Hiſtoriæ V. & N. Teſt. anglice edita, Part. II. lib. VIII. p. 531-554.
*Andreas Rivetus* in Iſagoge in Scripturam S. c. 9. Tom. II. Opp. p. 895.
*Guilielmus Schickardus* in Bechinath Happeruſchim Diſp. I. & II.
*Nicolaus Serarius* in Prolegomenis Biblicis c. XIV. fol. 77. ſqq. & Rabbin. priore c. 16.
*Richard Simon* in Hiſtoria Critica V. T. lib. II. c. 18.
*Thomas Smith* (hic enim latet ſub literis nominis initialibus T. S. A. B. i. e. Artium Baccalaur. e Coll. Reginæ) in Diatriba de Chaldaicis Paraphraſtis eorumque verſionibus ex utroque Talmude ac ſcriptis Rabbinorum concinnata, *Oxon.* 1662. 12.
*Franc. Taylerus* in præfat. ad Targum Hieroſolymit. in Pentateuchum, Lond. 1649. 4.
*Io. Terentius*, Prof. Linguæ S. Franeker. in præf. ad librum Jobi Hebr. & Chald. editum, Franequer. 1663. 4.

*Auguſt*

Digitized by Google

*Auguſt. Varenius* in Lectione Academica de Targumim Onkeloſi, Ionathanis, & eo, quod exſtat in Hagiographa, *Roſtoch.* 1644. 4. item in diſput. de Targumim.

*Ioſ. de Voiſin* in Procemio ad Raymundi Martini Pugionem Fidei pag. 143. ſqq.

*Guilielmus Henricus Vorſtius*, Conradi filius, in Diſceptatione de ſermone Dei *Irenopoli* 1646. 8. & in Bilibra Veritatis & rationis de מימרא דיי ſeu Verbo Dei paſſim, inprimis p. 17. ſqq. 154. ſq. & 173. item in notis ad Ganzii Zemach David p. 200.

*Michael Waltherus* in Officina Biblica p. 255. ſqq.

*Brianus Waltonus* in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta Anglicana, Prolegom. XII.

*Henr. Whartonus* in Auctario Hiſtoriæ Dogmaticæ Jac. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis p. 307. & 315.

*Io. Chriſtoph. Wichmanshauſen*, Prof. Ll. Orient. Wittenbergenſis, in Denario Poſitionum de Targumim, *Vitemberg.* 1703. 4. 1 plag.

Inter Judæos de hoc argumento conſuli inprimis debent R. *Abrah. Zacut* in Juchaſin p. 53. b. & 54. a. *Elias Levita* in præfat. ad Methurgeman, & R. *Aſarias de Rubeis* in מאור עינים Part. III. cap. 9. ſqq. pag. 145.

Inter Ex Judæos præter Gerſonem & Galatinum, jam citatos, inſpicias licet *Gerhardum Veltvicum* in Itineribus Deſerti p. 50. ſq.

# LIBER VII.

# DE CABBALA JUDÆORUM.

## CAPUT I.

## De Cabbalæ nomine & origine.

*I. II. Cabbalæ etymologia ubi & de loco* Plinii, *qui ejus meminiſſe viſus eſt. III. An in Scriptura ad hanc vocem alludatur? IV. Variæ Cabbalæ definitiones.*

Digitized by Google

*tiones. V. A quo primum orta ex mente Judæorum? VI. ex mente Chriſtianorum. VII. & VIII. Fuiſſe Cabbalam aliquam inter Judæos veteres genuinam. IX. & X. Hodiernæ Cabbalæ origo recens & maximam ſui partem ex Philoſophia Gentili ducta.*

I.

Nihil nunc ſupereſt, quam ut de Theologia, ac ex parte Philoſophia, Judæorum arcaniore, quam Cabbalam illi vocant, diſpiciamus, poſtquam de Lege ſcripta & iis, quæ huc pertinent, ſpeciatim de Maſora, & Paraphraſibus Chaldaicis, Lege item Orali, ſtricte ſic dicta, ſeu Talmude, diſputavimus. Nomen Hebraicæ originis eſſe per ſe non minus patet, quam ejusdem notio in promtu eſt. קַבָּלָה notat Hebræis *receptionem* ſeu doctrinam ab aliis, oralis traditionis beneficio, acceptam. Hinc merito mireris, fuiſſe, qui, ex voce hominem fingentes, hic ſomniarent *perfidum quendam & Diabolicum, qui multa contra Chriſtianos ſcripſerit, & ſequaces habeat, dictos Cabbaliſtas*. Hominem ita ineptientem memorat *Jo. Picus Mirandulanus* in Apologia p. 116. cui ſimiles alios jungit *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 434. & *Jo. Leusdenius* in Philologo Hebræo Diſſert. XXVI. §. 7. Non minus ridendi ſunt illi, qui nominis originem in Arabica lingua quærentes & judicii & πολυγλωττίας laude exciderunt. De his *Petrus Moreſtellus* in Artis Cabbaliſticæ ſeu Sapientiæ Divinæ Academia p. 6. ita: *Kabbala enim, inquiunt, eſt nomen compoſitum ex duabus dictionibus Arabicis, videlicet Abba & Ala. Abba autem Arabice idem eſt, quod Pater Latine, & Ala idem, quod Deus meus: & cum Deus meus nihil aliud quam filium Dei declaret, qui vere eſt Sapientia divina, ideo hoc vocabulum Kabbala ſapientiam aut ſcientiam divinam ſignificabit.* Rectius omnino vocis rationes pandit *Philippus Aquinas* in *Dictionario* ſuo *Abſolutiſſimo* p. 475. in cujus unius judicio acquieſcemus. Illa enim poſtquam verbum קִבֵּל in univerſum pronunciaverat denotare לקיחה או קרוב לו i. e. *receptionem aut ſimile quid*, paulo poſt num. 11. ſubjungit מְקוּבָּל קַבָּלָה הוא חכמה או דת וכדומה שנמסרת איש מפי איש אחר וידוע· *Cabbala* (unde mekubbal) *denotat ſapientiam, aut legem, aut ſimile quid, quod traditum eſt alteri ore ab altero: & res nota eſt.*

II. Ex his intelligitur, Cabbalæ vocem a radice pure Hebraica קִבֵּל quæ in Sacro Codice poſſim occurrit, omnino derivandam, quamvis ipſa per ſe nunquam ibi exſtet, & tantum in Talmudicis Rabbinicisque

que Judæorum ſcriptis, Chaldaiſmi veſtigia frequentia habentibus, obſervetur. Hinc procul dubio factum eſt, ut *nomen Cabbalæ nec apud Sanctos Patres, neque apud Eccleſiæ doctores* usquam reperiatur', quod recte monuit *Io. Reuchlinus* lib. I. de Cabbala. Ipſi quoque Judæi in ſignificatu eidem ſubjiciendo varii ſunt. Hinc nunc de Lege non ſcripta, quam Miſchnam vel Talmud alias appellant; nunc de ſcriptis Propheticis, nunc de ſcientia divinitus accepta, & arcaniore, nunc de arcanis Legis quibuscunque, nunc de inventis ſuis Medicis, Magiæ proximis, accipiunt. Vide hæc idoneis locis probata & munita a *Nathane* in Aruch p. 155. b. editionis a *Benjamin Muſaphia* curatæ, *Io. Buxtorfio* in Lexico Talmudico Rabbinico p. 1953. *Io. Henr. Hottingero* in Theſauro Philologico p. 435. & *Io. Morino* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exercit. IX. pag. 362. Quæ omnia credere nos jubent, nominis uſum recentem eſſe apud Judæos, & eo tempore natum, quo Lingua Chaldaica, cujus indicium ſecum fert, inter Judæos præ Hebraica frequentata eſt. Ex Latinis Scriptoribus externis Plinius primus ejus mentionem feciſſe creditus fuit qui, lib. 30. Hiſtoriæ Naturalis cap. I. hæc legunt: *Eſt & alia Magices factio, a Moſe etiamnum & Iochabela Iudæis pendens.* Ita hunc locum recte affert Rev. *Iac. Fridericus Reimmannus* in Introduct. ad Hiſtor. Theologiæ Judaicæ pag. 338. ex editione Frobeniana A. C. 1530. & *Claudio Dureto* in Hiſtoria Linguarum cap. VII. pag. 49. Citavit eodem modo *Samuel Bochartus* in Hierozoico lib. II. cap. 53. pag. 645. notatus ideo, quod miror, a Cl. *Io. Harduino*, diligentiſſimo alioquin Plinii editore, in notis ad h. l. Tom. IV. p. 727. ubi affirmat, pro *Iochabel* in omnibus libris legi *Iotape*. Res enim certe ita non habet, niſi forte de codicibus manu exaratis ipſi ſermo ſit.

Interim non puto cum ratione poſſe dubitari, Plinium, quando *Iochabelem* memorat, Jochabedem, quæ Bocharti l. c. conjectura eſt, Moſis matrem Exod. VI. 20. & Num. XXVI. 59. cogitaſſe, atque adeo feminam in hominem Magum convertiſſe. Sane in margine editionis Plinii Francofurtenſis in 8. monetur, Codicem quendam legere *Iochabed*. Cadere autem in Plinium hunc errorem potuiſſe non negabit, credo, qui meminerit, quam facilis & frequens tum Plinii, tum aliorum exterorum Scriptorum, in recenſendis Judæorum rebus lapſus fuerit. Certe non fit ullo modo veri ſimile, Plinium, hominem gentilem, de arte Cabbaliſtica Judæorum quidquam vel fando accepiſſe, vel cognitum habuiſſe tam mature, cum Doctores Eccleſiæ Chriſtianæ, qui

Mmmmmmm aliquot

aliquot poſt eum ſæculis vixerunt, & quibus frequentius cum Judæis erat commercium, eadem nec per literam fuerit memorata.

III. Videri rectius poterat Paulus huc reſpexiſſe, quando 1 Tim. I. 15. & IV. 9. memorat λόγον πιϛὸν καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον, *ſermonem certum & omni receptione dignum.* Græcum enim ἀποδοχὴ Hebraicæ vel Chaldaicæ קַבָּלָה proxime reſpondet, & revocari ſic poterant Iudæi a rationibus Cabbalæ depravatis ad genuinas & veriores. Sed cum illa loquendi ratio profanis Græciæ Scriptoribus admodum familiaris ſit, & ab iis de re, omni laude & applauſu digna, uſurpari ſoleat, ſubtilior forte, quam verior hæc conjectura exiſtimanda eſt. Ita *Hierocles* in commentario ad Aurea carmina Pythagoræ p. 296. edit. Cantabrig. ἀνδρὸς ἔργον καὶ πολλῆς ἄξιον ἀποδοχῆς memorat. Vide ſimilia loca collecta ab *Hugone Grotio* ad 1 Timoth. I. 15. *Gottfrido Oleario* ad Apollonii ep. 2. in Operibus Philoſtrati, & Cl. *Io. Alberto Fabricio* ad Sextum Empiricum p. 449. & 457. Abſit interim, ut prorſus pro nihilo habendam cenſeam *Pauli Fagii* aſſertionem, a B. *Abrahamo Calovio* in Bibliis Illuſtratis ad 1. Tim. I. 15. prolatam. Is enim ita: *Ad Cabbaliſticam illam rationem alluſit Apoſtolus 1 Tim. I. ubi & voce Cabbala uſus eſt.* Sic enim ſcribit: *fidelis ſermo, & omni acceptione ſive Cabala dignus &c. quaſi dicat: ſi quis cupiat audire Cabalam, ego certam, veram & indubitatam indicabo. Ea autem eſt, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, ut peccatores ſalvos faceret. Hoc verum dogma Cabbaliſticum eſt, de quo plane nihil ambigendum.* Ceterum a Cabbala Hebræi מקובלים eos vocant, qui artis Cabbaliſticæ ſunt periti, & in interpretandis ex ea variis myſteriis eruendisque abditis ſenſibus verſantur, ſicut בַּעַל הַשֵּׁם audit, qui Cabbalæ Practicæ indulget. Videtur voci Cabbalæ reſpondere מְסוֹרָה ſenſu latiore accepta: quam in rem vide B. *Io. Benedicti Carpzovii* diſſertat. III. præliminarem ad librum Ruth illuſtratum p. 31.

IV. Prout notiones, voci *Cabbalæ* ſubjectæ, variæ ſunt, ita non mirum, eandem quoad rem ipſam a variis diverſo modo deſcriptam & definitam fuiſſe. Alii cum *Iohanne Reuchlino* lib. I. de Cabbala pag. 733. apud Piſtorium; appellant *divinæ revelationis ad ſalutiferam Dei & formarum ſeparatarum contemplationem tradita ſymbolicam receptionem quandam*; alii cum *Raymundo Lullio* & *Petro Moreſtello* l. c. *habitum animæ intellectualem ex recta ratione divinarum rerum cognitionem, ac ſcientiam divinam*; alii cum *Athanaſio*

*naſo Kirchero* Tom. II. Oedipi p. 211. *facultatem divinarum humanarumque rerum arcana per Moſaicæ legis typum allegorico ſenſu tradita & inſinuata explicandi*; alii cum *Auguſto Pfeifero* in Critica Sacra p. 102. *abſtruſiorem modum Iudæorum Scripturam per ſymbola præſertim explicandi & applicandi*, aut cum *Io. Benedicto Carpzovio* in Introduct. in Theologiam Judaicam Raym. Martini Pugioni Fidei præmiſſa p. 18. *traditiones Theoreticas, arcanos legis ſenſus & myſteria ibi recondita recludentes:* alii cum Rev. *Io. Franc. Buddeo* in Tomo I. Obſervationum Selectarum Halenſium Obſerv. I. p. 3. *naturalium divinarumque rerum ſcientiam, quæ Ebræis olim recepta, forte ab ipſis Patriarchis ad eos, derivata, & ita juſta ſerie propagata, non niſi puris ſanctisque mentibus & virtutis ſtudio unice deditis obtingat*, appellant. Vide eundem *Buddeum* in Introduct. in Hiſtoriam Philoſophiæ Hebræorum p. 48. edit. noviſſimæ, ubi eidem dat nomen *Philoſophiæ Moſaicæ Acroamaticæ*, quæ *Exotericæ* opponatur. Alii denique, & nominatim *Paulus Bergerus* in Cabbalismo Judaico-Chriſtiano pag. 9. eam ſibi repræſentant ut *falſam rerum naturalium divinarumque ſcientiam, ex Ethniciſmo & Judaiſmo corrupto conflatam, profanis & anilibus fabulis refertam, imo ſuperſtitionibus & magicis artibus repletam, quæ hominem carnis prudentia turgidum, methodo ænigmatica, abſtruſa atque fanatica, a ſimplicitate fidei avocare, &, niſi mature pedem retrahat, in exitiales Enthuſiaſmi, Paganiſmi, imo Atheiſmi labyrinthos abducere poſſint.* Diverſæ hae vel deſcriptiones vel definitiones, eæque nunc cum laude, nunc cum vituperio, Cabbalæ conjunctæ, ex diverſo ambitu natæ ſunt, quo ipſa vocis notio ab aliis latius, ab aliis anguſtius, circumſcripta fuit. Itaque nihil a nobis hic pronunciari poteſt ante, quam Cabbalæ naturam perſpectam habeamus. Apud Judæos fruſtra certam artis aut ſcientiæ hujus rationem deſcriptam quæras, cum hoc ab eorum moribus ſit alienum, & præterea, ceu ex ſuperioribus patuit, adeo diverſa apud eos ſit nominis acceptio, ut, quam inprimis ſibi propoſitam habeant, difficulter intelligas. Solent alioquin Kabbalam vocare אִמְרֵי אֱמֶת i. e. *eloquia veritatis*; quia ſcilicet ſcripta ſint עַל דֶּרֶךְ הָאֱמֶת i. e. *ad viam veritatis*. Vide *Reuchlinum* de Arte Cabbaliſtica p. 64. Sed fortaſſe hic loquuntur vel de Talmude, vel de ſcriptis Sacris, ac Propheticis: ad ea enim hoc nomen etiam transferri ſupra monuimus.

V. Origo Cabbalæ a *Iudæis* in univerſum divina creditur, & nunc ad ipſum *Adamum*, nunc ad *Abrahamum*, nunc ad *Moſen*, nunc ad *Eſram*, divinæ ſcilicet voluntatis Interpretes, refertur. De *Adamo* & *Abrahamo* id con-

conſtat ex libro *Raſiel* & *Iezira*, ac Cabbaliſticis aliis, quos alterutri horum ferunt acceptos. Ad *Moſen* a plerisque hic provocari Iudæis teſtis eſt *Io. Picus Mirandula* in Apologia ſua p. 81. & 116. *Eſt ergo ſciendum*, inquiens, *opinionem eſſe non ſolum R. Eleaſar, R. Moſis ex Ægypto* (i. e. Maimonidæ) *R. Simeon ben Lakis, R. Iſmaël & R. Jodan, & R. Nachman, & aliorum quamplurium ex Sapientibus Hebraorum, ſed noſtrorum etiam Doctorum, ut infra oſtendam, præter legem, quam Deus dedit Moyſi in monte, & quam ille quinq; libris contentam, ſcriptam reliquit, revelatam quoq; fuiſſe eidem Moyſi ab ipſo Deo verum legis expoſitionem, cum manifeſtatione omnium myſteriorum & ſecretorum, quæ ſub cortice & rudi facie verborum legis continerentur.* In *Eſra* ſcientiæ hujus vel fontem vel rivum, tanquam e cœleſti revelatione ductum, invenit auctor libri IV. Eſdræ cap. XIV. 21. ſeqq. ubi Pſeudo-Eſdras ita: *Altiſſimus dedit intellectum quinq; viris, & ſcripſerunt quæ dicebantur, exceſſiones noctis, quas non ſciebant. Nocte autem manducabant panem. Ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti ſunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factum eſt, cum compleviſſent quadraginta dies, locutus eſt Altiſſimus, dicens: Priora quæ ſcripſiſti, in palam pone, & legant digni & indigni. Noviſſimos autem ſeptuaginta conſervabis, ut tradas eos ſapientibus de populo tuo. In his enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen.* Septuaginta iſtos libros habuiſſe ſibi viſus eſt, de quibus is ita in Apologia ſua pag. 82. Operum: *Hi ſunt libri ſcientiæ Cabbalæ, in quibus merito Eſdras venam intellectus i. e. ineffabilem de ſuperſubſtantiali Deitate Theologiam, ſapientiæ fontem, i. e. de intelligibilibus Angelicisq; formis exactam Metaphyſicam; & ſcientiæ flumen, i. e de rebus naturalibus clariſſimam Philoſophiam eſſe, clara inprimis voce pronunciavit.* De libris his, a Pico jactatis, lege, ſi placet, quæ in Parte I. p. 942. a me diſputata ſunt, ex quibus intelliges, commentationes illas, Eſræ nomen mentitas, Cabbaliſticas quidem videri fuiſſe, ſed hominis recentioris, quæ vel perierint nunc, vel, quod malim, ſub aliorum Cabbaliſtarum nominibus in publicum proſtent.

VI. Ex *Chriſtianis* vero nonnulli, Judæorum effatis nimis creduli, idem fere de divina Cabbalæ, qualis hodie inprimis in *Sohar* traditur, origine cenſuerunt. Ex præcipuis ſunt *Pet. Galatinus*, *Jo. Picus Mirandulanus*, *Jo. Reuchlinus*, *Archangelus de Burgonovo*, *Paulus Riccius*, *Guil. Poſtellus*, *Io. Steph. Rittangelius*, *Henr. Morus*, quorum ſcripta infra recenſebimus. Ex noſtratibus *Chriſtianus Knorrius*, *Liber Baro de Roſenroht* præ ceteris hic fuit nimius, quod apparet ex Tomo I. Cabbalæ denudatæ Parte II. p. 3. 74. 76. & alias, quæ loca collegit B. *Laur. Odhelius* in Synagoga Bifronte p. 38.

*Io.*

*Jo. Wilhelmus Zieroldus* Moſen intra quadraginta annorum, quos in deſerto exegit, decurſum hujus diſciplinæ arcana edoctum ita fuiſſe tradit in Hiſtoria Eccleſiaſt. p. 241. ut apud miniſtros Pharaonis vel hoc nomine in magna fuerit exiſtimatione.

Alii, cautius in hac via procedentes, cum temperamento & discrimine, de quo capite II. plura afferentur, judicium hic ferendum eſſe viderunt, & Cabbalam antiquam & genuinam a recentiori illa & mirum quantum corrupta, doctrinas item Theologicas & Scripturæ conformes, a Philoſophicis & extra imo & contra Sacrum Codicem hauſtis, ac denique commentandi rationem ſimplicem ab affectata, & arte quæſita, quæ in recentioribus Cabbaliſtis obtinet, diſtinguenda eſſe ſtatuerunt. Et ſic quidem illi crediderunt, negari non poſſe, quod Judæi jam olim ante CHRISTUM, Dominum noſtrum, a longo retro tempore, habuerint notitiam quandam a majoribus, Prophetis ſcilicet, & aliis Viris divinis, profectam & ore propagatam, quæ doctrinis ſublimioribus de Deo, CHRISTO, ejusque perſona, naturis & officiis, ac ſalutis œconomia in Veteri Inſtrumento hinc inde obſcurius propoſitis, typisque ac umbris involutis, in Novo autem detectis, lucem accenderent. Ita ſtatuiſſe quosdam naſcentis Eccleſiæ Doctores, nominatim *Origenem* & *Hilarium*, ac priorem illum eloquia Dei, quæ Judæis Rom. III. credita dicuntur, de arcaniore hac doctrina explicaſſe teſtis eſt *Jo. Picus Mirandulanus* in Apologia ſua p. 81. *Hilarii* verba lib. IV. cap. 5. de arcanis clara ſunt: *Erat a Moſe inſtitutum in Synagoga omni LXX. eſſe doctores. Nam idem Moſes, quamvis V. T. verba in literis condidiſſet, tamen ſeparatim quadam ex occultis Legis ſecretiora myſteria LXX. Senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat: cujus doctrinæ etiam Dominus in Evangelio meminit dicens:* ſuper cathedram Moſi ſedent Scribæ & Phariſæi. Ex recentioribus plures in has partes iverunt. Lege ex noſtratibus *Jo. Benedictum Carpzovium* in Introductione in Theologiam Judaicam cap. VI. p. 30. *Aug. Pfeiferum* in Critica Sacra pag. 212. *Salomonem Glaſſium* in Philologia Sacra lib. II. Tract. II. Sect. III. Artic. 7. & *Michaëlem Waltherum* in Officina Biblica p. 238. quorum loca produxit *Buddeus* in Diſquiſit. de Moderamine inculpatæ tutelæ §. 11. ſeq. . Compara tamen, quæ ad illa loca monuit Celeb. *Gottlieb Wernsdorfius*, in gründlichen Erweiß &c. p. 55. ſq. *Pfeiferi* hæc l. c. verba ſunt: *Nos diſtinguimus inter Kabbalam ſumtam pro omni propagatione divinorum myſteriorum, quomodo patimur, ut Adamo accepta feratur, & pro alphabetaria illa Scripturam explicandi ratione, quam tum ortam certi ſumus,*

*mus, cum poſt captivitatem præſertim Babylonicam, deſerto Scripturæ Sacræ* [illegible] *quiete ſua abutentes, & faſtu Phariſaico inflati ad fabulas & pueriles nugas delaberentur Judæi.* Adde his B. *Laur. Odbelii* teſtimonium in Synagoga Bifronte p. 38. ita conceptum: *Nec Theologiam Judæorum antiquiſſimam in libris Cabbaliſticis longe aliter, quam prout illam proferunt moderni Scriptores, decurrere, atque ita illius notitiam ad promovendam illorum converſionem, valde conducere, difficulter concedi poſſe putamus.* Confer, quæ infra de uſu Cabbalæ a nobis afferentur. Ex Belgis *Campegius Vitringa*, Vir doctiſſimus, lib. I. Obſervationum Sacrarum p. 124. ſq. *veram Kabbalam, i. e. genuinas παλαιοπαραδότους traditiones ſub Oeconomia Inſtrumenti veteris obtinuiſſe* non dubitat, & de iis interpretatur verba CHRISTI, Luc. XI, 52. reprehendentis τοὺς νομικοὺς, eo quod ſuſtulerint *clavem cognitionis*, quam is non de Scriptura Sacra, quippe quæ Iſraëlitis omnibus in manibus erat, Rom. III. 1. 2. ſed *de certis veritatibus, quæ ceterarum ſint principia & fundamenta*, interpretandam cenſet. Has veritates v. c. de Chriſto venturo, ejusque officiis & beneficiis idem p. 118. certis hominibus demandatas eſſe vult, qui, verbum Dei præ ceteris ſcrutantes eas, in Eccleſia jam cognitas, conſervarent, easque interpretandis Scripturis applicarent. *Harum*, ita pergit, *conſervationem veritatum capitalium iis ſingulari modo commiſſam ſub Veteri Inſtrumento, ſi tu Kabbalam vis appellare, quemadmodum appellari poteſt, ego aſſeverare auſim, olim exſtitiſſe Kabbalam, qualis hoc tempore Eccleſia nulla eſt, quia nullum nunc certum Synedrium aut genus hominum inſtitutum eſt, quibus magis ac aliis τῇ θείᾳ τάξει commiſſa eſt cuſtodia veritatum fundamentalium & interpretatio S. Scripturæ ſecundum illarum tenorem.* Jungam huic *Petri Cunæi* ex lib. IV. cap. VIII. de Republica Hebræorum verba: *Ego veram Cabbalam appello myſticum intellectum earum rerum, quæ in ſacris libris latent. Is intellectus, cum antea penes vates fuiſſet, ſed non vulgandus mortalium ſeculis, tandem divino munere Apoſtolis & Evangeliorum conceſſus Scriptoribus eſt, uti, quod diu latuerat, publica voce illorum proderetur univerſis.* Hic *Cunæus* cum ceteris antea laudatis, Cabbalam quidem, ſeu traditionem nobiliorum doctrinarum clariorem, inter Judæos fuiſſe arbitratur, ſed in eo ab iisdem diſſentit, quod eam Prophetis tantum propriam fuiſſe, nec cum aliis per diſciplinam propagatam, contendit. *Iac. Altingius* Heptade V. Diſſertatt. Theologic. p. 118. Tom. V. Opp. *Poſt exceſſum*, inquit, *Prophetarum in V. T. Iudæi æſtimarunt Kabbalam aliam, primæ illi æquatam aut etiam prælatam, cujus ope magis recondita, quam Lex & Prophetæ prima ſaltem fronte oſtendunt, innoteſcerent.* Diligentiſſime omnium in adſtruenda iſta ſub V. T. ſublimio-

miorum doctrinarum explicatione orali, per varias ætates uſque ad tempora CHRISTI propagata, verſatus eſt *Petrus Allixius* in Judicio Eccleſiæ Chriſtianæ contra Unitarios cap. II, III. & IV. in quibus evincere conatur, primum, cap. II. Judæos tempore Sanctiſſimi noſtri SERVATORIS habuiſſe certas librorum V. T. expoſitiones, majorum auctoritati & inſtitutioni innixas, ac per CHRISTUM deinde ejusque Apoſtolos approbatas; deinde, cap. III. fuiſſe iisdem canones quosdam, eadem via ad ipſos delatos, ſecundum quos Scripturam explicarint; ac denique cap. IV. CHRISTUM & Legatos ejus varia momenta doctrinæ Chriſtianæ ex ejusmodi expoſitionibus, per traditionem cum Judæis communicatis, adſtruxiſſe. *Altingius*, modo laudatus, in eo non acquieſcit, ut doctrinas quasdam, alias obſcuriores, ore conſervatas ſtatuat, ſed affirmat præterea p. 118. b. *exſtare exempla Kabbalæ, quæ Prophetas & Deum ipſum auctores habeant.* Inter hæc numerat *Kabbalam literariam*, per quam ex literis myſteria eruuntur. Hujus ait geminum exemplum edidiſſe Deum Geneſ. XVII. quando nomina *Abrahami* אברהם & *Saræ* שרה, mutavit in אברם & שרי. Cumque in ſequentibus in conſilium divinum ſub ſymbolo hoc latens multis inquiſiviſſet, p. 123. ſubjungit. *Ceterum quamvis hæc, quæ de nomine* מרים *dicta ſunt, negligantur, manet tamen firmiſſimum, in nominibus* אברהם & שרה *Kabbalam literariam a Deo uſurpatam & conſecratam fuiſſe, eamq; non magis faſtidiri vel repudiari poſſe, quam quæ alia ſymbolica per typos aut ſigna Eccleſiam ſuam voluit docere.* Lege ibidem exempla ejusmodi alia in nomine יהושע, יהונתן, יהוסף, קין &c. ubi τὸ ה poſtliminio acceſſit, obvia, ex quibus tandem p. 125. efficit, *dari in Scriptura V. T. licitam aliquam, utilem atq; etiam neceſſariæ obſervationis Kabbalam literariam.*

VII. Plerorumque judicio nihil obſtat, quo minus in Judæorum gente exiſtimemus ſemper fuiſſe, qui & typos, & cerimonias & obſcure dicta Prophetarum in uſum vulgi & aliorum imperitiorum interpretarentur, ſenſumque a Deo intentum commentationibus ſuis illuſtrarent, ſive id per Prophetas ipſos, ſive alios, divino Numine actos, factum eſſe credas. Certe Prophetas ætate poſteriores, quorum monimenta in Sacro Codice exſtant, priorum verbis lucem attuliſſe in doctrina de CHRISTO, ejus nativitate, perpeſſione, officiis totaque ſalutis œconomia unusquisque largietur, qui Danielis Haggæi & Malachiæ oracula cum antiquioribus comparabit. Credemus ne autem, Eſram, & reliquos, ad quos docendi populum auctoritas perveniebat, vel negligentiores

tiores, vel imperitiores, aut Dei impulſu ita deſtitutos fuiſſe, ut non & in horum vaticinia accuratius inquirerent, eorumque ſenſum ignaris & rudibus inculcarent, partim ex collatis inter ſe ipſis illis prophetiis, partim ex majorum illuſtrationibus, aſſertionibus & experientia, quas hereditatis quaſi beneficio acceperant? Hoc ut perſuaderi nobis patiamur, id inprimis efficere videtur, quod alioquin, absque illuſtratione ejusmodi ſi fuiſſet, Judæi, ſi Prophetas & illuſtriores Viros exceperis, vix potuerint omnino ex ſolis typis, inſtitutis Leviticis, Sacrificiis & obſcuris aliis prædictionibus in conſilia divina, de reparanda aliquando per CHRISTUM humani generis ſalute, penetrare, quæ tamen ipſis non incognita fuiſſe diſerta Pauli vox Actor. XV. v. 11. evincit. Confer quæ a noſtratibus Theologis contra Syncretiſtas & Socinianos in hoc argumento pridem diſputata ſunt. Fuit præterea ille gentium Orientis mos, ut arcaniores & ſublimiores, aut alius generis, doctrinas voce magis quam literis propagarent; ab hac vero conſuetudine Judæos alienos non fuiſſe vel Talmud ipſum demonſtrat. In illo quidem multa & pleraque recentioris ætatis inſtituta tradi non nego, ſed viciſſim id mihi largietur æqvus quisque rerum exiſtimator, in iisdem Pandectis non pauca veterum rituum documenta occurrere, quæ in antiquitate Judaica circa Dei cultum vere fuerint recepta, quamvis in ſacris literis non tam luculenter expoſita legantur. Quam igitur in ritibus per traditionem tum conſervandis, tum diſponendis & inſtruendis operam collocarunt Judæi, eamne ad doctrinas nullo prorſus modo retuliſſe credi poſſunt? Contrarium ut ſtatuamus, efficiunt tenera quædam ramenta & ſpecimina, quæ in ipſo Talmude hujus generis paſſim inveniuntur. Ita doctrina omnino antiquiſſima eſt, Prophetas omnes ad Meſſiam vaticinia ſua retuliſſe. Eam Vatum divinorum perpetua praxis certam facit, quamvis nullibi in Veteri Inſtrumento diſerte tradita legatur. Iſtam vero in Novo Fœdere ante omnia urſit Paulus Actor. X. 43. Neque ignaros ejus fuiſſe illius ætatis Judæos apparet ex *Berachoth* cap. I. fol. 3. & *Sanhedrin* cap. XI. ubi Prophetæ de Meſſia vaticinati & hoc fine a Deo excitati dicuntur. Idem repetit *Salomon Iſaacides* ſuper Zachariæ XI. Omitto loca Talmudis varia, in quibus genuina locorum Propheticorum, ad N. T. ſpectantium, interpretatio, hodiernis Judæorum ſententiis contraria, adſervatur. Hæ, inquam, doctrinæ proprie ad Cabbalam, de qua loquimur, ſpectant, quas copioſiores in Talmude ipſo inventuri eramus, niſi immaturum rituum ac inſtitutorum cerimonialium

Digitized by Google

lium ſtudium, ab ipſo CHRISTO Judæis ſuæ ætatis exprobratum, eorum animos a nucleo hujus corticis ſenſim magis magisque avocaſſet, præcipue cum viderent, dogmata ejusmodi hypotheſibus ſuis & pertinaciæ, in Meſſia repudiando demonſtratæ, prorſus refragari. Interim vel exigua illa ſpecimina in loco alieno, ubi nempe de ritibus potiſſimum agebatur, prolata evincunt, argumenta ad doctrinas ſpectantia, alio loco ab ipſis eadem, qua ritus, induſtria & cura tractata eſſe. Hoc ipſum innuere mihi voluiſſe videtur *Jo. Benedictus Carpzovius*, quando in Introductione in Theologiam Judæorum cap. V. §. 3. p. 17. traditiones *Talmudicas* & *Kabbaliſticas* conjungit, & *falſum eſſe* pronunciat, *quod vulgo dicunt, omnes Judæorum traditiones Talmude comprehendi, niſi id de ſolis practicis, quæ circa vetitum & licitum verſantur, intelligas.* Addi his merito poteſt, & CHRISTUM & Scriptores Sacros interpretationes tum typorum, tum obſcuriorum Veteris Teſtamenti locorum, quæ quoad externas voces aliud quid innuere videbantur, vel non cum tanta fiducia Judæis ſuæ ætatis obvertere voluiſſe, vel fructum exſpectare non amplum potuiſſe, niſi ſciviſſent, ſe ex conceſſis & cognitis utrinque principiis diſputare. Nec probabile eſt, Phariſæos & Scribas, in diſputationibus cum CHRISTO verſantes, adverſus nonnullos locorum V. T. interpretationes, quæ ipſis contrariæ erant, & ex verbis ipſis non ſtatim elucebant, ſine ulla contradictione admiſiſſe, niſi cognitum habuiſſent, eas majorum ſuorum placitis reſpondere. Huc refero argumentationem pro reſurrectione mortuorum ex Matth. XXII. 32. quam ſuperiori memoria adhibuit *Menaſſe ben Iſraël* in lib. de Reſurrectione mortuorum pag. 68. Illuſtris inprimis locus eſt Pſalmi CX. 1. qui in eodem capite Matthæi ita contra Phariſæos urgetur, ut cauſam deſeruiſſe dicantur, quam pro calliditate & fraude ſua tueri potuiſſe videntur, niſi de iſto Pſalmo inter ipſos conſtitiſſet, primum quidem, Pſalmum iſtum eſſe Davidis, deinde eundem omnino ſpectare ad Meſſiam. Utrumque vel certe prius, ſcire vix poterant ſine traditione, cum alioquin manifeſtum ſit, Judæos, ceu ſupra ſuo loco oſtendimus, Davidem non habere pro omnium Pſalmorum auctore. Hujus autem ſententiæ, quod ſcilicet Pſalmus iſte ad Meſſiam pertineat, clara veſtigia expreſſa ſunt in *Midraſch Tillim*, & aliis Judæorum ſcriptis, quorum loca collecta vide a Cl. *Sebaſtiano Edzardo* in diſſertat. de Verbo Dei Subſtantiali & Cl. *Jo. Jac. Schudtio* in Commentario Philologico ad hunc Pſalmum, qui lucem vidit Francof. ad Mœnum an. 1718. 8. Adde *Allixii* Judicium Eccleſiæ Judaicæ contra Arianos

pag. 55. Jungam his, eodem *Allixio* p. 58. indice, unum Hoſeæ locum, quem *Matthæus* II. 15. ex ejus capite XI. 1. ad CHRISTUM accommodat, non noviter & invita antiquitate, ſed ita ut in *Midraſch Tillim Rabba* eadem interpretatio, ex veterum ſcilicet traditione hauſta, adhuc legatur. Ibi enim ſuper Pſalmum II. ita auctor diſſerit: *res Meſſiæ enarrantur in Lege, in Prophetis, & in libris, qui Hagiographi vocantur. In Lege Exod. IV. 22. Iſraël eſt primogenitus meus: in Prophetis Jeſ. LII. 13. Ecce, ſervus meus aget prudenter. In Pſalmis ſicut ſcriptum eſt: Dominus dixit Domino meo: Pſalm. CX. 1.* Hinc patet, Judæos id, quod de populo Iſraëlitico Exod. II. effertur, ad Meſſiam retuliſſe, idque de iſto Hoſeæ loco, quippe qui alteri ſimillimus eſt, non minus feciſſe videri. Hinc recte Cl. *Jo. Clericus* in Biblioth. Selecta Tom. XXV. Part. II. p. 421. ſq. ſuſpicatur, fuiſſe ea ætate Judæorum traditionem quandam, quæ locum hunc de Meſſia intelligi juberet. Conf. Cl. *Guilielmi Surenhuſii* βιβλον καταλλαγῆς p. 18. ſqq. *Rich. Kidderi* Demonſtrationem Meſſiæ Part. II. pag. 200. ſq. & B. *Gotfrid. Olearii* Obſervationes Sacras ad Matth. II. 15. Hæc & alia ejuſmodi loca vel obſcuriora, vel quod ad literam alio ſpectantia, a CHRISTO & Sacris Scriptoribus, pro doctrina Novi Teſtamenti, adverſus Judæos cum efficacia urgeri non potuiſſe videntur, niſi remotioris antiquitatis auctoritate domeſtica compulſos ſe vidiſſent, ut talem illis ſenſum recte tribui faterentur. Confirmatur id ejusmodi quoque exemplis, ubi Judæorum antiſtites & Scripturarii ad propoſitas quæſtiones diſerte ea reſpondiſſe leguntur, quæ non tam verbis Scripturæ ipſis, quam idonea interpretatione nituntur. Ita Matth. II. 5. 6. Scribæ Meſſiam Bethlehemi in lucem editum iri pronunciant, provocantes ad locum Michæ V. 2. in quo tamen Meſſiæ non diſerta ſit mentio, ſed quædam ejus periphaſis habetur. Iſtam autem in populo Judaico ad CHRISTUM pertinere creditam fuiſſe, patet ex eo, quod Judæorum doctores tam confidenter & ſine ulla dubitationis ſpecie ad locum hunc ſe recipiunt. Confer de hoc loco *Rich. Kidderi* Demonſtrationem Meſſiæ Part. I. cap. 3. pag. 66. ſq. & *Guilielmi Surenhuſii* βίβλον καταλλαγῆς pag. 170. ſeq.

VIII. Omitto commemorare res varias, quæ a CHRISTO, Domino noſtro, & Apoſtolis ejus, Judæis de rebus majorum ſuorum ita narrantur, ut, quamvis earum in Scripturis mentio non exſtet, illæ tamen ſine exceptione admiſſæ fuerint. Ita CHRISTUS ea quæ de Zachariæ, Barachiæ filio, miſere trucidato Matth. XXIII. v. 35. affert.

Ori-

Origenes in locum iſtum ex traditione, tunc pervulgata, hauſta contendit. In Apoſtolorum ſcriptis plura hujusmodi ſpecimina exſtant. Sic v. c. nomina Magorum Ægyptiacorum *Iannes* & *Iambres* 2 Tim. IV. 8. *Paulo*; certamen, quod Michaeli Archangelo cum Diabolo interceſſit, *Iudæ* v. 9. ex pervulgata inter Judæos narratione cognita fuiſſe multis exiſtimantur. Novi quidem, aliis conſultius videri, ut ad divinam revelationem, *ἀμέσως* factam, hæc omnia unice referantur. At & illi ipſi nunquam, credo, aſſerent, id ita certo pronunciari poſſe, ut nullus prorſus locus traditioni hic relinquatur quamvis illa ipſa divini Spiritus, in Apoſtolis agentis, teſtimonio fuerit confirmata. Quemadmodum enim divinis Scriptoribus placuit, externorum Scriptorum Græcorum teſtimoniis domeſticis, propria lectione & cura cognitis, adverſus Gentiles uti, ita non video, qui iidem in diſſertationibus, contra Judæos inſtituendis, iisdem veſtigiis inſiſtere, atque adeo veritates, inter ipſos inde a majoribus ſuis pervulgatas, in rem ſuam convertere noluerint. Multum certe huc facit, quod quædam ejusmodi in ipſorum Judæorum ſcriptis, quæ ætatem tulerunt, leguntur. Sic nomina *Iannes* & *Iambres* memorantur in Targum Jonathanis ſuper Exod. I. 15. & VII. 11. & in Menachoth cap. IX. Neque dici poteſt, iſta & his ſimilia ex Novo Teſtamento a Judæis mutuo ſumta & adoptata quaſi fuiſſe. Quamvis enim de nonnullis id negare nolim, quod ſupra in Tractatione de Talmude fui profeſſus, de omnibus tamen idem ut largiar, adduci non poſſum. Sæpe enim tabulæ Novi Fœderis in iis rebus, quæ traditionem hiſtoricam, divini Spiritus inſtinctu confirmatam, pro fonte habent, conſentiunt cum nonnullis Judæorum ſcriptis, quæ vel ante Novum Teſtamentum, vel eodem fere tempore, vel non multo poſt, ſunt exarata. Pertinent huc ſcripta Apocrypha V. T. græce exarata, & Judæos Helleniſtas auctores agnoſcentia, tum Paraphraſes Chaldaicæ, Philonis item & Joſephi ſcripta. In his autem permulta occurrere & hiſtorica & dogmatica, quæ doctrinæ N. T. exacte reſpondeant, atque adeo evincant, Judæos illius ætatis primum quidem ex Sacro Codice, tum vero, ubi ille obſcurior erat, ex avita expoſitione veritates ſalutares & alia hujus generis edoctos fuiſſe, tot exemplis commonſtravit *Allixius* in libro aliquoties laudato, ut probandi labore ſuperſedere hic poſſimus. Ita v. c. quæ Stephanus Actor. VII. 22. de Moſe, diſciplinis Ægyptiorum innutrito, præter Scripturam V. T. quippe in qua nihil hujusmodi legitur, refert, eadem habet etiam Philo de Vita Moſis p. 468. Interim

nemo exiſtimet, ex his pro traditione, inter Judæos illius ætatis, ita diſputatis conſequi, ſine ea ne nunc quidem Eccleſiam Dei, doctrinamque in ea ex ſcriptis ſacris receptam, conſiſtere poſſe. Id enim ut omnino abominor, ita nec ex diſputatis fluit. Certe alia atque alia via Summo Numini placuit veritates ſalutares, & hinc ad rationes cultus ſui, hinc ad cultorum ſuorum commoda pertinentes, cum hominibus communicare. Ante Moſen res omnis partim divina revelatione *ἀμέσως* facta, partim inſtitutione paterna & avita, cum nihil in literas relatum exſtaret, abſolvebatur. Poſt Moſen Lex, ejus opera conſignata, & Prophetarum ſcripta utramque faciebant paginam, ita tamen, ut cerimoniæ & typi, quos Paulus ipſe umbræ nomine appellat, luce aliqua indigerent, ab iis affundenda, quos Deus eo tempore in domo ſua lumina eſſe juſſerat. Poſtquam autem Deo viſum fuit, ultimis temporibus loqui nobiscum per Filium ſuum Hebr. I. 1. qui omnia, nobis ad voluntatem divinam perſpiciendam neceſſaria, enarravit Joh. I. 18. & umbram cum corpore ipſo permutavit, Hebr. X. 1. imo per Apoſtolos omnem veritatem edoctos Joh. XVI. 13. inſtitui nos fecit, nihil omnino eſt reliquum, quod præter & extra Scripturam nobiſcum communicari debeat, adeoque traditioni omnis via ſic eſt præcluſa. Compara omnino, quæ magnus *Chemnitius* in Examine Concilii Tridentini de S. Scriptura ejusque origine p. 8. ſqq. more ſuo ſolide & luculente commentatur.

IX. Hactenus ea attuli, ex quibus permulti collegerunt, fuiſſe in populo Judaico ante CHRISTUM natum veritates, ex Sacro Codice hauſtas, & in Novo Teſtamento aliquando in pleniſſima luce collocandas, interea temporis vero ſermonibus Doctorum quovis tempore nonnihil illuſtratas. Atque harum veritatum ſemina iidem putant per Cabbalam conſervata ſemper eſſe, & ad poſteros recentiorum ſæculorum transmisſa, quæ ad myſteria Legis cerimonialis, typorumque rationem tenendam, tum & obſcuriora V. T. oracula intelligenda facerent. Et hoc ſenſu Cabbalæ originem antiquiſſimam omnino ſtatuendam eſſe idem exiſtimat. Cave autem, id de ea, qualis hodie in Iudæorum ſcriptis traditur, intelligas. Quamvis enim antiquioris & puræ doctrinæ ſpecimina, ceu tenues ex triſti naufragio tabulas hinc inde exhibeat, tot tamen & novis, & ineptis, & ſuperſtitioſis, & falſis rebus inquinata eſt, ut priſtinam genuinæ illius faciem difficulter agnoſcas. Unde omnino non cenſendi ſunt errare, qui hodiernæ Cabbalæ originem maximam ſui partem novam admodum, & ex Gentilium impuris lacunis hauſtam

eſſe

eſſe arbitrantur. Qua in re ut permulti conſentiunt, ita inter eosdem diſſenſio obſervatur de eo, cui inprimis ſectæ Judæi Cabbaliſtæ inventa ſua debere videantur. Ex ipſis Judæis R. *Abrah. Coben Irira*, ſuperioris Sæculi Cabbaliſta, hujus rei indicium ſatis luculentum dediſſe viſus eſt, quandoquidem in ſuo שער השמים, qui liber latine converſus in Parte III. Cabbalæ denudatæ exſtat, principia ſua & doctrinas non ex Sacro Codice derivat, ſed potius argumentis, ex ratione ductis, & Philoſophorum gentilium teſtimonio firmatis, demonſtrare nititur. Ex Chriſtianis nonnulli *Philoſophiam Barbaricam* fontem ejus agnoſcunt. Ita *Jo. Georgius Wachterus* in Tractatu vernaculo, quem Spinoſiſmum in Judaismo inſcripſit p. 223. *Cabbaliſticam Philoſophiam ait eſſe telam recentiorum Rabbinorum, quam illi poſt factam inter Gentiles diſperſionem ex veteri Philoſophia Barbarica ſua ſponte texuerint*, id quod ſingulari commentatione per ſingulas partes ſe aliquando oſtenſurum pollicetur. Speciatim nonnulli *Ægyptiacam* Philoſophiam in hanc ſentinam defluxiſſe opinantur. Ita ſtatuit Cl. *Jac. Basnage* lib. III. Hiſt. Iudaicæ c. 19. p. 933. edit. primæ: *Verum eſt*, inquit is, *Judæos Cabbalam ſuam accepiſſe ab Ægyptiis, ſed non niſi longo poſt Moſen tempore, & poſt victorias per Alexandrum M. reportatas, ſub imperio Ptolemai Philadelphi, qui magnam Iudæorum copiam in regiones ſuas alliciebat, & commercii cum illis frequentius habendi anſam ſuppeditabat.* Quod ipſum is exemplis nonnullis probare inſtituit, ex quibus de convenientia Judaicæ & Ægyptiacæ Cabbalæ judicari poſſit. *Chaldæos* ſomniorum Cabbaliſticorum auctores reputat *Richardus Simon* in Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. 7. pag. 44. *Non opus eſt*, inquit is, de libris Cabbaliſticis loquens, *hic loci Iudaicas fabulas de vetuſtiſſimis ejusmodi libris nomine Patriarcharum conſulere, cum ſatis appareat Chaldæos ſomniorum iſtorum auctores eſſe.* Et paulo poſt: *Pythagoras & Plato ab eodem fonte hauſerant; eorum enim ſcripta valde hac in parte cum Cabbaliſticis conveniunt, figmentorum allegoricorum plena & ingenioſis de numeris & literis alphabeti ſubtilitatibus referta.* Conferatur idem lib. III. c. 6. p. 17. ubi modum Cabbaliſticam Scripturarum interpretationem numeris & literis ſuperſtruendi a *Platonicis* & *Pythagoreis* repetit. Unde intelligitur, Cabbaliſtas ipſi multa videri debere *Pythagoræ* & *Platoni*, in quantum ſcilicet iidem Chaldaica commenta aſſenſu ſuo probaverant. Conſentit Celeberr. *Valentinus Erneſtus Læſcherus* in Commentario de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 74. ubi de Judæis Helleniſtis locutus ita diſſerit: *Inter hos Ægyptii excellebant; diſperſorum ſane principes: hi eorumque imitatione ducti reliqui adamare cœperunt Græcorum Philoſophiam,*

*phiam, maxime Pythagoricam & Platonicam, ad ejusque genium Theologiam ſuam & SS. literarum interpretationem applicarunt, ut relicta ſimplici & puriori doctrina, nova inauditaque myſteria, quæ Platonem ſapiebant, in iisdem quærerent: &, ſicubi id non feliciter ſatis cederet, tradita majorum ſuorum vel augebant, vel invertebant, vel male applicabant: quæ vera eſt origo Cabbalæ, quam realem vocant, traditionem a Moſe usque acceptam mentientis. Sane Ægyptiis Judæis ejus natales debentur, a quibus partim ad Palæſtinæ incolas, partim ad primos Chriſtianorum hæreticos pervenit.* Similiter *Jo. Mich. Langius* in diſſertat. de charactere primævo Bibliorum Hebraicorum ſub præſidio *Joh. Chriſtoph. Wagenſeilii* habita pag. 66. *Secuti ſunt*, inquit, *Cabbaliſtæ in nova hac Theologia literali ordinanda ac diſponenda Philoſophos Gentiles, Pythagoram, Platonem, Plotinum aliosque, non aliter atque Virgilius Maro, Pœtarum Latinorum princeps, carmina ſua Bucolica ad Theocriti, Georgica ad Heſiodi, & Aeneida ad Homeri imitationem ſcripſit.* Ita *Petrus Allixius* in Judicio Eccleſiæ Iudaicæ contra Unitarios pag. 363. Cabbalam recentiorem mixturam appellat, ex antiqua traditione Synagogæ & notionibus Platonicorum ac Pythagoreorum, qui ſua ab Ægyptiis acceperant, natam. Nec ipſi Cabbalæ patroni inficiari audent, Philoſophiam Platonicam in permultis capitibus cum Cabbala Judaica amice conſpirare. Oſtendit hoc inprimis *Henr. Morus* in *Conjectura Cabbaliſtica*, & ejusdem *Defenſione*, non improbante, ſed laudante etiam conatum *Chriſtiano Knorr de Roſenroht* in Tomo I. Cabbalæ Denudatæ Parte II. p. 79. Sed in eo illi quidem a ceteris diſcedunt, quod affirmant, Platonem doctrinas, Kabbaliſticis ſimiles a Judæis, non hoc ab illo accepiſſe. Sed ut taceam, *Samuelem Andreæ* in Examine Generali Cabbalæ Philoſophicæ diſput. II. Sect. II. p. 65. huic ſententiæ maſcule ſe oppoſuiſſe, id inprimis monendum puto, quod ipſe *Morus* Cabbalam hodiernam paſſim miſere corruptam fateatur, & alicubi antiquæ Kabbalæ id tribuat, quod ab hodierna longiſſime abeſt. Sic pag. 179. Ulterioris Diſquiſitionis ſcribit, *Kabbalam antiquam fuiſſe procul dubio planam, perſpicuam & apertam doctrinam maxime ſublimium veritatum Philoſophicarum, figuris Moſaicis Propheticisque viſionibus obtectarum.* Hæc nota certe in ſcripta Cabbaliſtica, quæ nunc exſtant, adeo non cadit, ut, ipſis Judæis fatentibus, nullibi major, quam in Cabbala, obſcuritas ejus ſtudioſum obruat. Alii *Ariſtotelicam Philoſophiam* Cabbalam Judæorum locupletaſſe cenſent, inter quos ipſe *Henr. Morus* in *Ulteriore Diuquiſitione de rebus in Amica Reſponſione contentis* ſuſpicatur, corruptelas ejusmodi jam tempore Antiochi invehi

vehi cœpiſſe. Recentiore ætate id factum nec Roſenrohtius inficiatur. *Poſtquam autem*, inquit is, *Saracenorum tempore Ariſtotelis Philoſophia Arabica lingua tradi cœpta eſt, Judæorum quidam ejusdem lingua periti & inter eos quam maxime R. Moſes Maimonides hæc amplexi ſunt ſtudia, unde Maimonides a multis ſuæ gentis Doctoribus diu habitus eſt pro heretico; librique ejus diu inter ipſas fuere controverſi, prout notorium eſt ex Appendice Epiſtolarum Buxtorfianarum epiſt. 5 6 & 7. & potiſſimum 10. 13. 17. Ab iſtis temporibus multi alii, Occidentales præſertim, qui, ſublimitate Cabbaliſtica neglecta, ſolius Talmudis ſtudiis fuere contenti, Peripatetica dogmata ſcriptis ſuis hinc inde immiſcuerunt, quod poſtremis hiſce temporibus Germani quidam, etiam Cabbalam tradituri, ſunt auſi, inter quos potiſſimum eſt auctor libri Schepha tal, Maimonidæ amore deceptus, ſed a genuinis Cabbaliſtis Orientalibus neqvaqvam hoc in puncto receptus.* Non deſunt, qui in nonnullis capitibus Philoſophiam Ariſtotelicam cum Cabbaliſtica ſcientia compararunt. Cl. *Jonas Conradus Schrammius* huc retulit *Introductionem* ſuam *in Dialecticam Cabbaleorum, methodo Peripateticorum potiſſimum conformatam*, Brunſvigæ 1703. 8. ubi Auctor cap. I. oſtendit, Cabbaliſtas ex omnibus Philoſophorum ſectis multa in ſuas areolas derivaſſe, deinde vero inſtitutum ſuum fuſius perſequitur. Comparentur *Io. Iul. Struvii* Rudimenta Logicæ Hebrææ p. 48 ſqq. & Cl. *Ioannis Iuſti Loſii* Biga Diſſertationum, quarum I. librum *de Pomo* exhibet, altera autem *conſenſum Kabbaliſticorum cum Philoſophia Academica & Peripatetica dogmatum per capita qvinqve* oſtendit. Gieſſæ 1706. 4. Alia huc pertinentia infra afferentur, ubi de Arbore Cabbaliſtica commentabimur.

Hic ſufficit commonſtraſſe, & Judæos nonnullos & Chriſtianos omnes non diffiteri, Cabbalam Iudæorum hodiernam ex Philoſophia gentili inſignes acceſſiones nactam eſſe, quæ ſingulis ſuis Auctoribus reſtituendæ, & diligenter a genuinæ doctrinæ Judaicæ reliquiis diſtinguendæ veniant. Quibus vero potiſſimum Philoſophis pleraque debeantur, quo item tempore corruptelæ illæ invaluerint, quæ pro antiquæ doctrinæ ſeminibus haberi debeant, itemque, utrum & quibus præſidiis illa a quisquiliis & commentis recentiorum diſtingui poſſint, de eo vero vehementiſſime diſputatur. Noſtro judicio negari non poteſt, eſſe in ea quædam ſapientiæ divinæ, & Patriarchis olim ac reliquis Viris Sanctis cognitæ excultæque, ſemina, quæ, procedente tempore, cum profana gentilique doctrina, primum quidem Barbarica, tum vero & Græcanica hoc magis ſint permiſta, quo major Judæis in captivitate

Digitized by Google

vitate Babylonica, & poſt eam, neceſſitas imponebatur inter gentes verſandi, & ſe ad eorum inſtituta accommodandi. Certe CHRISTI, Servatoris noſtri, & Apoſtolorum ejus, ætate labem ejusmodi & depravationem antiquioris doctrinæ jam adoleviſſe, gravia Apoſtolorum monita evincunt, quæ in Cabbalam dicta multis videntur. Ita Paulus Timotheum hortatur *μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει*, 1 Timoth. I. 4. quæ ad doctrinam Kabbaliſticam referri ſvadet Cl. *Campeg. Vitringa* lib. V. Obſervationum Sacr. p. 161. his verbis: *Quin, ubi Paulus in epiſtola ad Timotheum priore hunc chariſſimum diſcipulum ſuum dehortatur ab ἀντιθέσεσι, τῆς ψευδωνύμου γνώσεως*, (a) 1 *Tim. VI. 20. oppoſitis parallelismis ſcientiæ falſo ſic dictæ, & a fabulis & γενεαλογίαις ἀπεράντοις, recenſionibus infinitis; non video, quo illud commodius referri queat, quam ad ſubtiliſſimas diſputationes de divinitate ejusque variis emanationibus (Kabbaliſtæ* ספירות *dicunt) quibus ſe Judæi aliqui, Platonicæ aut Pythagoricæ Philoſophiæ ſtudioſi, occupatos habebant, & in quibus arcanæ & ſublimioris ſcientiæ maximam conſtituebant partem. Quomodo jam olim Irenæus* lib. I. adv. Hæret. præfat. & *Tertullianus* de præſcript. adv. Hær. c. 32. *Pauli mentem acceperunt, & mihi recte accepiſſe videntur.* Adde lib. I. Obſerv. Sac. p. 229. & ex noſtratibus B. *Carpzovium* in Concionibus Funebribus Part. II. p. 11. 12. Conf. Cl. *Io. Clerici* notas ad verſionem Gallic. N. T. ad 1 Tim. I. 4. qui idearum Platonicarum & Iudaicarum ſeriem ac catenam hic peti ſtatuit. Nec omitte *Io. Michaelis Langii* Comment. Theologic. de Genealogiis Judaicis p. 18. ſqq. ubi oſtendit, Paulum in epiſtolis ſuis ad Timotheum & Titum Kabbalam Judaicam, ex Platone & Pythagora reſictam, hujusque fabulas & Genealogias tangere. Compara Obſervationes Selectas Halenſes Tom. X. Obſ. XIV. p. 362. ſq. Easdem corruptelas, ævo Meſſiæ jam introductas, evincunt errores hæreticorum, qui naſcentem Eccleſiam turbarunt. Horum enim multos Cabbaliſtis deberi nonnulli arbitrantur. Gnoſticos ſpeciatim *nomina æeonum* ſuorum, *eorumque ſignificationem e Kabbaliſtarum & Ægyptiorum placitis hauſiſſe Jo. Crojus* in Conjecturis & obſervationibus ſuis in quædam loca Origenis, Irenæi, Tertulliani & Epiphanii, quas *Grabius* ſuæ Irenæi editioni addidit, pag. 13. probare inſtituit. Nec ignota ſunt, quæ

(a) Eum locum *Allixius* in Judicio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios p. 363. cum Grotio putat oppoſitum eſſe Cabbaliſtis illius ætatis.

quæ de hæreſi Valentiniana ex Kabbala derivanda commentatus eſt Rev. *Jo. Franc. Buddeus* in ſingulari de ea diſſertatione, quæ in calce Introductionis in Hiſtoriam Philoſophiæ Hebræorum exſtat. *Valentinianos* certe notiſſimas Cabbalæ ſpecies, *Gematria* & *Notarikon* adhibuiſſe patet ex eo, quod vocem ישו dixerunt, efficere יהוה שמים וארץ *Dominum qui contineat cælum & terram*, nomen autem Ἰησοῦς exhibere numerum 80. quo ipſo Ogdoada ſuam ſubindicari crediderunt. Lege *Irenaum* II. 24. vel 40. & 41. Adde Cl. *Clerici* Bibliothec. Selectam Tom. XXV. Part. II. p. 335. ſq. De *Marcoſiis* & *Colarbaſiis* idem probat ex Clemente Alexandr. Stromat. lib. V. *Io. Seldenus* de Decimis Sect. I. §. 4. Qua vero inprimis ætate, & quot ante C. N. ſæculis, peregrina hæc dogmata a Judæis adoptata ſint, difficulter omnino definitur. Hoc interim pro certo habeo, hujus rei initium non primum factum eſſe Elxæi vel Elceſæi, Ebionæi cujuſdam, ætate, circa cujus tempora Cabbalam ortam fuiſſe putat *Colbergius* de Origine Hæreſium cap. I. pag. 33. Eum enim alii in initium Sæculi poſt C. N. Secundi, alii in tertium referunt. Poſt CHRISTI tempora inter Judæos hujus doctrinæ ſtudium per aliquot Sæcula vel neglectum vel ſegnius tractatum videtur, ſive quod perpetua exilia operam hanc interverterent, ſive quod prudentiores eorum intelligerent, tractationem illius principiis ſuis ex parte, ſi ſcilicet purioris Kabbalæ ſemina reſpicias, maximopere adverſam, Chriſtianorum vero doctrinæ conſentaneam eſſe. Atque hæc quoque opinio, ceu ſupra ſuſpicati ſumus, effecit, ut ad ritualia & Talmudica ſtudia animum magis converterent, diſcipuloſque ſuos illis incumbere juberent. Poſtquam vero Sæculo VIII. & ſequentibus literarum principatus ad Arabas perveniret, illique Græcorum Philoſophorum, inprimis Ariſtotelis & Peripateticorum, ſcripta Arabice converterent, profanæque ſcientiæ culturam inſtaurarent, Judæi, inter ipſos frequenter commorati, illorum exemplo excitari ſe paſſi ſunt, ut Talmudicis curis Philoſophicas jungerent, & doctrinam Kabbaliſticam, quippe ad philoſophandum magis, quam Talmud, accommodatam, non ſolum inſtaurarent, ſed & inprimis ad profanorum Philoſophorum principia inflecterent. Poſt ea itaque tempora Judæi certatim quaſi induſtriam ſuam eo convertere cœperunt, ut ſtudium Kabbaliſticum, hactenus fere intermiſſum, reſuſcitarent.

# CAPUT II.

## De Natura & Indole Cabbalæ.

*I. Cabbala eſt vel Theoretica vel Practica. Prior deſcribitur quoad varias ſpecies, nominatim* Gematriam. *II.* Notarikon *&* Temura. *III. Cabbala Practica, ubi de ſcuto Davidis, amuletis, incantationibus &c. IV. Scripta huc pertinentia. V. Judæorum de illa ſententiæ. VI. Cabbala Inartificialis & de ea Scriptores præcipui. VII. Speciatim de X. Sephiroth. VIII. Eas alii ad Theologiam pertinere putant: IX. alii ad Philoſophiam, & in ea vel ad Logicam, vel Phyſicam, vel Aſtronomiam &c. X. Quid tandem hic ſit ſtatuendum? XI. Scriptores de hoc argumento.*

### I.

NOn mihi animus nunc eſt, doctrinam Cabbaliſticam hic tradere, quippe quod ab hujus operis rationibus maximopere alienum eſt, ſed præcipua ejus capita ſtrictim perſequar, ut occaſio naſcatur eos commemorandi Scriptores, qui de uno alteroque momento data opera commentationem ingreſſi ſunt. Pervulgatum itaque eſt, Cabbalam diſtingui in *Theoreticam* & *Practicam.* Illam Hebræi appellant עִיּוּנִית i. e. *ſpeculativam*, quippe quæ circa res intellectu adſequendas occupatur, & vel in ſublimioribus doctrinis ediſſerendis illuſtrandisque, vel in exponenda Sacra Scriptura, verſatur. Alteram vocant מַעֲשִׂית ſeu *operativam*, quæ ſuperſtitioſo & impio Scripturæ nominisque divini abuſu abſolvitur. Ita *Elias Levita* in *Tisbi* lit. ק. de Cabbala ſcribit: והיא נחלקת לשני חלקים עיונית ומעשית h. e. *& illa diſtinguitur in ſpecies duas, Theoreticam & Practicam.* Prior illa, Theoretica, duplex iterum ſtatuitur, *Artificialis* ſeu *Symbolica* & *Inartificialis* ſeu *Dogmatica* & *Realis*. Poſterior ingenio & arti nihil relinquit, ſed doctrinas a majoribus acceptas, & ad res divinas potiſſimum ſpectantes, cultoribus propinat. Prior vero ingenio exercendo induſtriæque excitandæ amplam viam aperit. Hæc continetur tribus quaſi ſemitis, quæ vocantur גימטריאה, נוטריקון & תמורה, *Gematria*, *Notarikon* & *Temura*. Ad *Gematriam* refertur explicatio vocis vel commatis, vel contextus integri ex numeris, quos pro valore literarum, quibus conſtant, continet, ubi, ſi alia vox eundem nume-

numerum producat, prior iſta idem denotare exiſtimatur, quod infert altera, numero illi ſimilis. Ita Geneſ. XLIX. 10. יבא שילה Judæis exponitur per משיח, quia duæ voces priores tantum valent quod ad literas, quantum vox una משיח nempe 358. *Gematria* autem Græca omnino vox eſt, fatente Elia Levita in *Thiſbi*: גימטריאה היא מלה יונית ממש לשון חשבון או מנין i. e. *Gematria Græca omnino vox eſt, & habet notionem computi aut numeri.* Derivat itaque a γεωμετρία. Hujus ſpeciei Cabbaliſticæ exempla exſtant etiam apud Græcos Scriptores. In ipſo Novo Fœdere Apoc. XIII. 18. numerum beſtiæ 666. in certa quadam voce vel Græca vel Latina quærendum multi cenſuerunt, tum veteres, tum recentiores, quam in rem vide B. *Calovi* Biblia illuſtrata ad h. l. *Kircherum* in Oedipo II. pag. 219. Cl. *Jo. Albert. Fabricium* in præfat. ad Σύμμικτα περὶ τῶν LXX. doctiſſimum *Valent. Erneſtum Læſcherum* in Exercitat. Hiſtorico-Philolog. de numero Anti-Chriſti, Witteb. 1695. *Fevardentium* & *Grabium* in notis ad Irenæi V. 30. pag. 449. & M. *Carolum Aglaonium Irenochoraum* in Apodictica tractatione quæſtionis: num certum aliquod Anti Chriſti nomen exſtet, cui numerus Apocalypticus DCLXVI. reſpondeat, *Gryphoſila* in 4. plagulis 2. Nuperrime cum ſingulari confidentia in hoc argumento verſatus eſt *Leonbard. Chriſtoph. Sturmius* in perfecta Solutione Problematis de numero Apocalyptico 666. *Roſtock.* 1716. 8. cui tamen recte ſe oppoſuit Anonymus im eilfertigen Send-Schreiben. *Flensburg* 1716. 8. Non deſunt apud Scriptores Græcos Eccleſiaſticos hujusmodi ſpecimina. Illi voces hujus generis inter ſe æquales appellant ἰσοψήφυς, quales ſunt Ἀβράξας & Μείθρας. Adde Marc. Anton. Muretum in Variis Lection. XIV. 13. & *Jo. Bapt. Cotelerium* in Monumentis Eccleſiæ Græcæ Tom. III. p. 582. De hæreticis nonnullis *Valentinianis*, *Marcoſiis* &c. Gematria uſis ſupra cap. I. p. 1209. monuimus. Noſtra memoria Judæus quidam, *Simon Wolf Brandes*, eo artificio uſus eſt, ut oſtenderet ſolemnia coronationis Friderici III. Electoris Brandeburgici in Regem Boruſſiæ Regiomonte an. 1701. celebrata, a Davide Pſalmo XXI. prænunciata eſſe. Confer quæ dicta ſunt Parte I. n. 2170. & Unſchuldige Nachrichten an. 1701. p. 168. Recte omnino eam vel argumentandi vel interpretandi rationem improbavit *Aben Eſra* in commentario ad Geneſ. XIV. 14. his verbis: כי אין הכתוב מדבר בגימטריאה כי יכול יוכל הרוצה להוציא כל שם לטוב ורע רק השכם כמשמעו: h. e. *Non loquitur Scriptura per Gematriam, quia hoc modo poterit pro lubitu*

*tranſferri nomen omne in bonum aut malum ſenſum.* Conferatur idem ad Daniel. XI. 31. כל החושבים הטלות או האותיות בחשבן גימטריא הבל הבל ורעות רוח: h. e. *omnes qui ſubducunt voces aut literas, ſecundum computum Gematria, vanum & ſupervacuum laborem ſuſcipiunt.*

II. Alterum Cabbalæ artificialis genus appellatur נוטריקון *Notarikon*, Latina, ut videtur, voce, teſte R. *Nathan* in Aruch pag. 114. a. voce נוטרין ubi ita: בלשון לעז קורין לסופרין נוטרין h. e. *in lingua peregrina* (i. e. Latina vel Italica) *Scribas vocant Notarios.* Et paulo poſt rem ipſam ita exponit: סופרי בית דין או מדינה בהיותם נחפזים היו כותבים ראשי דברים וכתיבה זו נקראת בלשון רומיי נוטריקון i. e. *Scribæ in Judiciis aut provinciis feſtinaturi ſcribere ſolebant initia vocum* (vult innuere *notas* ſeu *ſiglas*, ſeu compendia dictionum, quæ abbreviaturæ vocantur) *quæ ſcribendi ratio Latine vocatur Notarikon.* Confer Eliam Levitam in Tisbi ſub voce נוטריקון. Pertinet hæc ratio ad literas vel initiales vel finales diverſarum vocum ita in unum compingendas, ut, quæ inde naſcitur, plurium illarum ſenſum repræſentare exiſtimetur. Ita ex יבוא שילה ולו conjunctis tribus literis initialibus producitur ישו i. e. *Jeſus*, qui proinde per tres iſtas voces indicari creditur. Huc & pertinet ille modus, quo ejusdem vocis literæ ſingulæ in ſingulas voces transferuntur. Eum B. *Pfeiferus* p. 206. Criticæ Sacræ cum Acroſtichis recte comparat.

Tertium Cabbalæ genus nomen fert תְּמוּרָה, *Temura* i. e. *Permutatio*, quæ non, ut *Schickardus* in Bechinath Happeruſchim p. 70. ſcite loquitur, e multis vocibus unam, nec ex una multas facit, quod in *Notarikon* uſu venit; ſed textus literas tot numero retinet, easque vel manente ordine aliter componit, vel mutato ordine invicem transponit, vel per certam alphabeti combinationem cum aliis permutat. Hoc modo efficitur, ut *Jerem.* XXV. 26. vox ששך per בבל explicetur. Varios hujus modos & exempla, ad eos accommodata, lege apud *Schickardum* l. c. pag. 73. ſqq. Huc pertinet צירוף ſeu *combinatio*, per quam literæ ejusdem vocis variis modis transpoſitæ diverſa producunt vocabula. Eam noſtro more *anagrammatiſmum* recte appellaveris. Tabulam ejusmodi Ziruphicam habes apud *Bartolocc.* Tom. I. p. 247. & aliam a *Vigenerio* & *Kirchero* Tom. II. Oedipi Ægypt. p. 249. exhibitam, p. 248.

Addit

Digitized by Google

Addit his idem Schickardus pag. 76. *quartum* genus, quod vocat צורית i. e. *figurativum*, ubi vel ex ipſa & antiqua literarum pictura quidpiam eliciunt, vel characteres illos veteres cum novis & arcanis permutant. Huc pertinent literæ inſolentibus modis ſcriptæ, v. c. vel ſuſpenſæ, vel inverſæ, vel finales in medio, vel medianæ in fine. Sed iſta quidem ratio aut ad Maſorethicas curas pertinet, quas ſupra expoſuimus, aut commode ad primum genus, quod Gematria vocant Judæi, refertur.

Ex tribus illis Cabbalæ artificialis ramis diverſæ efflorescunt quaſi frondes, & modi ſpeciales, qui cum primariis tribus conjuncti tredecim modos efficiunt, quos Kabbaliſtæ ad abditos Scripturæ ſenſus eruendos adhibent. Illos cum cura ediſſerit *Menaſſe ben Iſraël* in Conciliatore ſuper Exodum Quæſt. 125. p. 249. ed. Hiſp. Adde *Jo. Stephan. Rittangelium* de Veritate Religionis Chriſtianæ Parte II. cap. II. De hac Gabbalæ parte intelligenda ſunt *Henr. Cornelii Agrippæ* verba in lib. de Vanitate Scientiarum cap. 47. p. 79. *Eſt itaque nihil aliud*, inquientis, *hac Iudæorum Cabbala, quam pernicioſiſſima quædam ſuperſtitio, qua verba & nomina & literas, ſparſim in Scriptura poſitas, pro arbitrio ſuo colligunt, dividunt, transferunt, & alterum ex altero facientes, ſolvunt membra, infamantes ſcripturas & dicentes, ſua figmenta ex illis conſtare, calumniantur Legem Dei &c.*

III. Cabbala *Practica* mere & inepta & ſuperſtitioſa & impia eſt, atque ita ſummatim comparata, ut ejus ſtudioſi nomen Dei tetragrammaton, quod שם המפורש appellant, tum vero certas voces aut locos Scripturæ Hebraicæ adhibeant ita, ut certo modo vel pronuncientur, vel ſcribantur, & ſic in tabulis ſignata appendantur collo, aut alia ratione circumferantur. Hac ratione res miras perficere conantur in vita communi, & nunc morbos abigere, nunc dæmonas expellere, aut ad præſtandam ſibi operam permovere, nunc ignem exſtinguere, & neſcio quæ alia præſtare ſe poſſe jactitant. Audiamus *Henr. Cornel. Agrippam*, ipſum aliquando ejus ſtudioſiſſimum, mutata mente, de Vanitate Scientiarum cap. 48. ita judicantem: *Cabbalæ artem, quam ego multo labore aliquando ſcrutatus ſum, non niſi merum ſuperſtitionis rhapſodiam, ac theurgicam quandam Magiam agnoſco.* Perſequemur hic ſummatim ea, quorum ſpem magica hac ſua arte, cum qua a Chriſtianis plerumque recte comparari ſolet, Judæi facere conſueverunt. Præparant ſcilicet ex hujus artis ſuæ præſcriptis *amuleta* varii generis, h. e. formulas certas membranæ aut chartæ certo modo inſcriptas, quas קמיעות vocant, & ad

morbos aliaque mala & infortunia propulſanda, faſcinum amovendum, corpusque adverſus ictus lethiferos præmuniendum &c. certiſſime facere arbitrantur. Vide hujus generis multa apud *Athanaſ. Kircherum* Tom. II. Part. II. Oedipi p. 473. *Guſtavum Peringerum* in diſputat. ſingulari *Upſal.* 1685. 8. plagulis ſeptem conſtante de Amuletis Hebræorum, *Julium Bartoloccium* in Biblioth. Rabbinica Parte I. pag. 71. ſqq. Part. IV. p. 232. ſq. 250. ſq. ubi Sigilla Cabbaliſtica exhibet, qualia & apud Kircherum in Arithmologia leguntur, & *Hermannum von der Hardt* in commentatione de ænigmatibus Judæorum religioſiſſimis, Helmſtad. 1705. 4. Speciatim de amuleto in uſum puerperarum Judaicarum vide Rev. *Henrici Muhlii* Apologiam Talmudis p. 7. Aliud ad propulſandam febrem explicat Cl. *Io. Henr. Majus* in Bibliotheca Uffenbachiana p. 324. qui de aliis diſſerit ibidem p. 370. ſqq. & 409. ſqq. Univerſale aliquod, & ad amolienda omnis generis mala relatum, delineatur ibidem pag. 339. ſq. Ex Chriſtianis ſigillatim hoc ſuperſtitionis genus damnavit *Olaus Borrichius* in Diſſertat. *de Cabbala characterali, in qua primo κα]ασκευαςικῶς oſtenditur, characteribus, verbis, ſigillis & imaginibus nullam vim a natura inſitam eſſe, ad depellendos morbos; ſecundo ἀνασκευαςικῶς eorum, qui contra ſentiunt, rationes examinantur; tertio perpenditur quæſtio: cur tot eruditiſſimi Medici hujus characteralis medicationis fuerint patroni?* Hafn. 1699. Conf. Cl. *Buddei* Theſes de Atheiſmo & Superſtit. p. 730.

*Scutum Davidis*, voce אגלא notatum, ad exſtinguenda incendia idoneum a Judæis haberi nemini non conſtat. Vide, quæ de eo diſſerit Cl. *Jo. Albertus Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1006. ſq. quibus adde *Jo. Wülferum* in notis ad Theriacam Judaicam p. 74. Cl. *Jo. Iac. Schudt* in Memorabilibus Judaicis Part. IV. Coutinuat. II. p. 17. & Part. II. lib. VI. c. 6. p. 74. ſq. ubi ſpeciatim variis exemplis oſtendit, Judæos illius amuleti uſum in flammis cohibendis ſæpe vanum deprehendiſſe, & M. *Davidis Theodori Lehmanni* Diſputationes duas de Clypeo Davidis Wittebergæ 1708. habitas, quarum prior diverſas illius ſcuti figuras ære expreſſas repræſentat. Exſtat & *Angeli Gabrielis Angviſciola* tractatus Italicus *della Hebraica Medaglia, detta Magben David & Abraham*, qui una cum amuleti ipſius uſu prohibitus eſt ſingulari decreto Inquiſitionis Romanæ 1621. 16. Martii, quemadmodum & ab eadem proſcriptum eſt folium unum, quod ſummam illius tractatus exhibet. Et vel ſic tamen eodem anno *Brachiani* in 4. prodiit *Caroli de Fabri* libellus ſub titulo; *Scudo di Chriſto, overo di David*, ubi idem amuletum explicatur, ſubjunctis vindi-

ciis

ciis contra ea, quæ in citato Inquiſitionis decreto reprehenduntur & damnantur. Confer *Bartolocc.* Bibliothecam Tom. IV. p. 165. & *Imbonatum* p. 212. b. qui *Raphaelis Aquilini* ſcriptum de hoc ſcuto Italicum & in forulis Biblioth. Urbinat. apud Vaticanum n. 1138. reconditum laudat, idque ab eo, quod Angelus Gabriel Angviſciola edidit, non diverſum eſſe ſuſpicatur. De aliis incendii reſtinguendi modis Judaicis lege Cl. *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. I. lib. VI. c. 6. §. 5. & 6.

Ad diverſa ejusmodi amuleta, ſecundum regulas artis conformanda, conſilia ſuppeditantur in libellis Judæorum variis, nominatim in libello שמוש תהלים, ubi Pſalmi Davidis profanæ ſuperſtitionis inſtrumentum eſſe jubentur, & in libris, qui ſub titulo סגולות ורפואות exſtant, de quibus infra inter Anonymos ſuo loco dicemus.

*Incantationes* quoque & *evocationes* ſeu *conjurationes* dæmonum Cabbalæ beneficio inſtituere audent. Multus noſtra ætate in his fuit quidam *Hirſch Frenckel*, Rabbinus Judæorum Onolsbacenſium, de cujus impiis in hoc genere conatibus narratio exſtat, publica auctoritate Onolsbaci an 1713. fol. edita & Electis Juris Publici Tom. VI. Part. IV. p. 225. ſqq. inſerta ſub titulo: Nachricht von denen bei Hirſch Fränckeln/ geweſenen Rabbinen der in Hochfürſtlichen Brandenburg-Onolzbachiſchen Landen angeſeſſenen Jüdenſchaft/ angetroffenen ſuperſtitioſe, oder/ wie es die Juden nennen/ practice Cabbaliſtiſcher/ auch andern Chriſti der Welt Heyland Göttliche Ehre und das gantze Chriſtenthum entſetzlich läſternden/ geſchriebenen und gedruckten Büchern. Excerpta quædam habes in Cl. *Schudtii* Memorabilibus Judaicis Part. II. lib. VI. c. 31. p. 197. ſq. qui & poſtea alia incantationum Judaicarum exempla profert. Confer Rev. *Io. Wülferum* in notis ad Theriacam Judaicam p. 57. ſq. *Schudtium* in Compendio Hiſt. Judaicæ lib. I. cap. 9. & in præfat. ad Judæum Chriſticidam, *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Part. I. c. 8. & Part. II. cap. 8. *Io. Henr. Mojum*, filium, in Bibliotheca Uffenbachiana paſſim, nuperam *Jo. Erneſti Floerckii*, J. U. D. Commentationem de Crimine conjurationis Spirituum, ejus proceſſu & pœnis, *Jenæ* 1721. 4. & M. *Davidis Richteri* Diſpp. IV. de conciliatione Spirituum, *Jenæ* 1716.

Non poſtremum Cabbalæ Practicæ præſidium Judæis creditur שם המפורש, h. e. nomen Dei ſanctiſſimum יהוה per varia alia nomina explicatum, a cujus pronunciatione multa miracula pendere exiſtimant. Vide hanc in rem *Io. Andreæ Eiſenmengeri* Iudaiſmum Detectum Part.

Digitized by Google

Part. I. c. 3. p. 154. ſqq. unde intelliges, qvæ ejus ſit ratio, qvantumqve illi tribuant Iudæi, & qvod ex ipſorum ſententia Moſes & CHRISTUS aliiqve illius beneficio ea præſtiterint, qvæ hominum admirationem excitarint. Adde B. *Lutheri* libellum ſingularem de hoc argumento Tom. VIII. Opp. Ienenſ. p. 108. ſq. *Brandan. Henricum Gebhardi* in Vindiciis Centum locorum N. T. contra Chiſſuck Emuna p. 164. & *Sigismundum Hosmannum* im Juden-Hertz p. 102. ſq. Confer item *Bartoloccium* Tom. IV. pag. 420. ſq. ubi idem ex *Ludov. Carreti* epiſtola exhibet meditationes ſuper nomen יהוה Cabbaliſticas doctrinæ Chriſtianæ conformes. Ex Iudæis nonnulli ſingulares commentationes de hoc nomine ſcripſerunt, qvas infra inter Anonymos ſuis locis recenſebimus.

Sic & diverſorum Angelorum nomina, a Cabbaliſtis præter Scripturam conficta, ad impios & ſuperſtitioſos auſus perficiendos adhibent Iudæi. Vide inprimis *Bartoloccium* Tom. I. p. 227. ſqq.

IV. His partim ineptiis, partim impietatibus, ſcatent libri Iudæorum Cabbaliſtici tum antiqviores, tum recentes v. c. *Sepher Raſiel*, qvem Adamo vindicare audent, מפתח שלמה i. e. *Clavicula Salomonis*, & plures alii, qvi manu exarati circumferuntur. Ejusmodi ego Codicem vernaculum in folio majoris formæ manu exaratum, & Cabbaliſticis ejusmodi conſiliis ac medicamentis refertum, vidi in Bibliotheca Venerab. Abbatis Loccumenſis, *Gerhardi Molani*. Plures non ſolum in Iudæorum forulis deliteſcunt, ſed & apud Chriſtianos hinc inde inveniuntur. Sic memini, ante annos non ita multos me videre Catalogum MSS. Magicorum & Cabbaliſticorum Latinorum, Italicorum & Germanicorum dimidia plagula in 8. a Kühtzio, Bibliopola Auguſtano, editum, ac 117. volumina exhibentem, & paulo poſt 21. voluminibus auctiorem recuſum. Codicibus illis 117. pretium 5000. florenorum dictum erat. Qvi apud nos, Hamburgi, 1702. in 8. prodiit tractatus vernaculus vom Philoſophiſchen Werck des Steins der Weiſen / an. 1574. durch eine Jungfer geſchrieben / is in calce exhibet Indicem MStorum Cabbaliſticorum, qvæ an. 1614. venalia pro 16000. Imperialibus Lipſiæ proſtitiſſe in frontiſpicio dicuntur. Eum hic repetere non puto ab inſtituto noſtro alienum. Habet ita:

Adami Protoplaſti Cabala. 2. Zepher Katulia, in qvo 7. tractatus & 7. libri. 3. Theodidactica ad omnem ſcientiam a Deo adipiſcendam. 4. Kabala divina & ſuper cœleſtis. 5. Cabala Salomonis. 6. Ca-

6. Cabala Angelica. 7. Cabala almadeliſtica major. 8. Minor, 9. Ara Cabaliſtica. 10. Cabala Abrahæ. 11. Cabala ſymbolica. 12. Cabala naturalis. 13. Cabala Revelatoria. 14. Magia Pythagorica. 15. Magia Verbalis. 16. Magia Realis. 17. Fragmentum Cabaliſticum ex traditione Tubalcain. 18. Cabala adepta. 19. Cabala Enoch. 20. Cabala Sephiroth, Semoth, Nekudoth. 21. Duo Cabaliſtica ſpecula ad omnia videnda. 22. Cabala Voarchadumica. 23. Notariaca. 24. Mathematica adepta. 25. Geometrica Cabbaliſtica. 26. Alia receptio de Monade, trigono, tetragono. 27. Cabala Anagogica. 28. Cabala Tardemach. 29. Magia Microcoſmica. 30. Magia Olymphica. 31. Glottophoria. 32. Catoptromantia. 33. Speculum Steganographicum. 34. Aſtralis Cabalæ perfecta traditio. 35. Alia quædam Magia aſtralis. 36. Aſtralis Cabaliſtica probata. 37. Commentarii cum obſervationibus ſecretis in cabalam. 38. Clavis myſtica Secretiſſ. aſtr. Cabal. 39. Oraculum Apollinis. 40. Magia Necromantica. 41. Magica quædam Teſiphonis & hydromantica naturalis. 42. Varii tractatus magico cabaliſtici. 43. Tractatus occulti magorum. 44. Secreta Salomonis Judæi. 45. Commentarius cujusdam Hieronymi & Sanct. Almadel, 1450. 46. Commentarius Apollinis ad omnium artium cognitionem, ex antiquiſſimis Ebræorum præceptis contractus. 47. Recapitulatio artis cabaliſticæ Monachi Thomæ. 1451. 48. Theophraſtica Magica quædam Mſo. ex Cabaliſtica practica. 49. Antidota quam plurima. 50. Magia Kiramidis. 51. Pelagii Eremitæ Præceptor. Libanii Cabbaliſtica Traditio. 52. Libanii Galli Præceptoris Trithemii Cabaliſtica & Magica. 53. Zoroaſtris antiquiſſimia Magica. 54. Magia Lampadum, Luminum, Speculorum, Lignorum, Sympathiarum, Harmoniarum contactuum. 55. Magia Mumiata. 56. Magia characteriſtica. 57. Magia Herculea. 58. Magia Militaris. 59. De combinationibus, rotationibus, commutationibus cabaliſticis & magicis. 60. De Synochia πολετηκεις, Cyclis, gradationibus, & figurationibus cabal. & magicis. 61. Cabala Gamachæa. 62. Anatron & Notariancon. 63. Cabala Malechim. 64. Theogina Magica. 65. De metatheſi diviſione & cogitatione cabalæ realis. 66. Zoargia Zometia & Zogonia magica. 67. Explicationes Acroamaticæ ſcriptor. Cabaliſt. & Magicorum. 68. 1. 2. 3. & 6. pars arbatel. 4. Magia Heſiodica & Homerica. 7. Apollonii Magia. 8. Ægyptica S. Hermetica Magia. 9. Sapientia prophetica clavis ſapientiæ Salomonis. 69.

Ppppppp Libri

Libri magici & Chymici Jo. Rudolph. Abbatis zu Campen in der Schleſien / autographum detinet L. Baro Præſes judici in Bauzein. Hucusque Catalogus ille.

*Chriſtoph. Arnoldus* in Mantiſſa ad Wagenſeilii Sota p. 1200. teſtatur, quendam de Pomis ſibi retuliſſe, tantam librorum de Magia Cabbaliſtica MStorum, cumprimis in Polonia, copiam redundare, ut hoſpitale cubiculum, in quod erat deductus, iſtos haud caperet.

V. De Magia iſta Cabbaliſtica præclare Judæorum multi ſentiunt, & magna eſt apud eos illorum exiſtimatio, quos pro illius artis gnaris habent, & quos nomine בעלי שמות appellant.

Nec mirum id cuiquam videbitur, qui noverit, quod modo monuimus, Judæos libellos, hujus ſuperſtitiones ſemina continentes, ipſis Patriarchis & Sanctis Viris adſcribere, imo, quæ per eos mira geſta ſunt, hujus artis beneficio præſtita exiſtimare. Salomonem ſpeciatim hujus diſciplinæ ſtudioſiſſimum fuiſſe nugantur. Vide loca Judæorum apud *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Part. I. p. 350. ſq. & Part. II. p. 440. & *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. II. lib. VI. c. 31. p. 191. ſqq. Neque tamen omnes his commentis vel faſcinati fuerunt, vel faſcinati videri voluerunt, ut non vel contemtum vel odium ſuum teſtarentur. Inter hos numerandus eſt *Maimonides*, cujus hæc leguntur verba in *More Nevochim* Parte I. c. 62. וכאשר מצאו האנשים הרעים הפתאים אלו הדברים התרחב להם הכזב והמאמר שיקבצו איזה אותיות שירצו ויאמרו שזה הוא שם יעשה ויפעל כשיכתב או כשיאמר על תאר כך ואחר כך נכתבו הכזבים ההם אשר בדאם הפתאים הראשונים ונעתקו הספרים ההם לידי הטובים רכי הלב הסכלים אשר אין אצלם מאזנים ידעו בהם האמת מן השקר והסתירום ונמצאו בעזבונותם ונחשב בהם שהם אמת וסוף דבר פתי יאמין לכל דבר:
i. e. interprete *Buxtorfio: Poſteaquam autem fatui & mali quidam homines ea, quæ de ſupradictis nominibus adduximus, invenerunt, anſam inde plura mendacia componendi arripuerunt, literas aliquas pro lubitu in dictionem unam colligentes, ac hominibus perſuadentes illam hoc vel illo modo dictam aut ſcriptam, talem vel talem habere operationem, & effectum. Mendaciis his ita ab iſto hominum genere confictis, cæperant illa in certos libros referri, qui cum ad manus bonorum alioqui, ſed nimis credulorum Virorum, qui ſolidum non habebant judicium, inter verum & falſum diſcernendi perveniſſent, & ab illis inter χειμή-*

λια

*ria ſua aſſervati & abſconditi fuiſſent, ſimplices poſteri illos invenientes, fidem eis tanquam veris adhibuerunt, & pro talibus receperunt, juxta id, quod Salomon ait: Stultus credit omni verbo.* Eo recentior R. *Joſeph Gecatilia*, Cabbaliſticis ſcriptis alioquin inter ſuos celebratiſſimus, nominum divinorum abuſum vehementer abominatur in שערי אורה pag. 2. col. 2. dicens כי אותם השמות והשמושים כולם מיני רשת ומכמורות לצודד בהם הנפשות וללכת לאבדון:

h. e. *ipſa illa nomina & eorum uſus ſunt inſtar retium & laqueorum, ad capiendos illis homines & ad devehendum in interitum.* Similia aliorum teſtimonia lege apud *Jo. Wulferum* in notis ad Theriacam Judaicam p. 65. Iſtis adde, quod *Chriſtoph. Arnoldus* in Appendice ad Wagenſeilii Sota p. 1199. narrat his verbis: *Hunc abuſum S. Scriptura & divinorum nominum Morenu R. Henoch Levi coram me ſerio improbabat, ex patre ſuo ſæpius ſe audiviſſe perhibens, pios ac ſanctos homines artem hanc parum decere, ſed potius Judæorum ultimos & inæſtimabiles viros. Imo pater meus, inquit, cum mortis oppetendæ tempus inſtaret, inter cetera vitæ honeſtioris monita, id quoque filiis ſuis accuratiſſime commendavit, ut ab iſtiusmodi artibus deſtudiis, per omnem vitam, ſedulo ſibi caverent. Alio autem tempore idem clarius oſtendit, ac probavit ex Sepher Chaſidim; cujus auctor ſanctiſſimus talia etiam morborum remedia diſuadet, abſterretque ægrotos, ne ſacris literis ac nominibus, in alium uſum a Deo prolatis, abutantur, ſed exitum morbi Deo potius permittant, & toleranter dolorem patiantur.* Ipſe ego ſimilia ex Judæis nonnullis audivi, inprimis poſt incendium, quod Iudæorum res Francofurti ad Mœnum an. 1711. valde adflixit. Illud enim Cabbalæ Practicæ, a Naphthali Cohen, quem maximi alias ob Cabbalæ ſcientiam faciebant, infeliciter exercitæ acceptum ferendum eſſe plerique ſtatuunt. Conf. Cl. *Schudtii* Memorabilia Judaica Part. II. lib. VI. c. 6. p. 71. ſq. Hoc minus itaque neceſſe eſt, noſtrum judicium de Cabbala Practica fuſe exponere. Summatim illud complexus eſt *Jo. Wulferus* ad Theriacam Judaicam p. 57. *Obſtupeſco certe*, inquiens, *& vox faucibus hæret, ſi animo mecum ea, ut appellant, Cabbaliſtarum miracula volvo, quæ ratione bene ſubducta, ipſos diaboli luſus ac magica portenta eſſe dico, ut miſeram gentem, quæ æterno Numini adeo impie nuntium mittit, præſtigiis illis effaſcinatam prōderet, ac in æternam perniciem impelleret.*

VI. Paucis nunc de *Cabbala Inartificiali*, pro inſtituti noſtri ratione, dicendum venit. Argumenta ejus ac capita & plura ſunt, & obſcurio-

riora, quam ut a nobis hic repræſentari poſſint. Solet illa utplurimum dividi in Opus *Mercava* & *Bereſchith*, quorum illud ad Theologicam & Methaphyſicam, hoc ad Phyſicam & naturam rerum perſpiciendam pertinet. Præcipuæ doctrinæ ſunt de ſemitis 32. ſapientiæ, de quinquaginta portis prudentiæ, de emanatione rerum, de Angelis & ſpiritibus, de quatuor mundis Cabbaliſticis, de decem Sephiroth, quæ in Arbore Cabbaliſtica repræſentantur, de Adam Kadmon, Or Haenſoph, literis cœleſtibus, Deique & Angelorum nominibus. Compendium antiquiſſimum ex mente Iudæorum exhibent libri *Jezira* & *Raſiel*, quorum principia fuſius deinde expoſita illis creduntur in libro *Bahir*, *Pelia* & *Kana*, inprimis vero in *Sohar*, & variis ejus Interpretibus ſua Cabbaliſtis recentioribus, qui illius veſtigiis magno numero inſtiterunt. Eorum omnium mentionem fecimus Parte I. qui etiam ex Indice ad eum reale cognoſci poterunt. Qui interim eos ſecundum temporis ordinem diſpoſitos videre geſtiat, ei conſulendum ſvaſerim Rev. *Io. Franc. Buddeum* in Introductione ad Hiſtoriam Philoſophiæ Hebræorum p. 179. ſq. & 294. ſqq. ac *Jac. Frideric. Reimmannum* in Introductione in Hiſtoriam Theologiae Judaicae cap. XV. Inter recentiores, inde a Sæculo XV. poſt C. N. numeratos, præcipui ſunt R. *Joſeph Gecatilia*, R. *Joſeph Karnitol*, R. *Iſaac Loria*, *Moſes Corduero*, *Chajim Vital*, *Abraham Galante*, *Schabtai Schaphtel Horwitz*, quo inprimis frequenter utitur Rittangelius in notis ad librum Jezira, ſed Roſenrohtio minus probatus, ideo, quod Maimonidæ amore deceptus Cabbaliſtas Orientales deſeruerit (vide ipſum Tom. I. Cabbalæ Derudatæ Part. II. p. 79.) R. *Naphtali Hirtz* &c. Adde *Jo. Reuchlini* locum apud *Mich. Neandrum* in calce Erotematum Linguæ Hebr. pag. 517. ſqq. ex quo præcipui Scriptores Cabbaliſtici, a Neandro aucti, cognoſcuntur. Codices Cabbaliſtici varii manu exarati exſtant in Bibliotheca R. Oppenheimeri, de quorum nonnullis infra inter Anonymos. Nec paucos habet præſtantiſſimus *Conrad. Zachar. ab Uffenbach*, quod patet ex Parte I. Biblioth. Uffenbachianæ in recenſione Codicis CXI. & CXXXVIII. p. 401. ſqq. Ex Chriſtianis nonnulli doctrinam Cabbaliſticam nunc in compendio nunc diſtinctius, repræſentarunt. Ad priorem claſſem pertinent *Joſ. de Voiſin* in notis ad Raymundi Martini Pugionem Fidei p. 27. *Jo. Bened. Carpzovius* in Introduct. in Theolog. Iudaicam cap. VI. qui R. *Ioſephi Caſtilienſis* & *Moſis Maimonidæ* theoremata, Reuchlini & ſuis verbis exponit, & *Jo. Franc. Buddeus* in Introductione aliquoties citata. Fuſius eadem opera perfuncti ſunt alii libris ſingularibus, v. c.

*Io.*

*Io. Reuchlinus*, *Io. Picus Mirandulanus*, *Paulus Riccius*, *Archangelus Burgonovenſis*, (quorum ſcripta nonnulla huc pertinentia uno volumine edidit Ioh. Piſtorius) *Henr. Cornel. Agrippa*, *Io. Steph. Rittangelius*, *Franc. Mercurius Helmontius*, *Robertus de Fluctibus*, *Henr. Morus*, *Chriſtianus Knorr Baro de Roſenrohe*, *Io. Georgius Wachterus*, & alii, quorum nomina paulo poſt diligentius laudabimus. De opere *Mercabba*, quod Cabbala ex ponit, legatur ſpeciatim B. *Io. Adamus Scherzerus* in Trifolio Orientali p. 109. ſqq. & *Io. Henricus Hottingerus*, Nepos, in notis ad Diſcurſum Gemaricum de Inceſtu, creatione & opere currus, inprimis p. 41. ſq. Num Cl. *Chriſtophorus Auguſtus Heumannus* genuinam Cabbaliſtarum quadruplici mundo *Aziluthico*; *Briathico*, *Ieziratico*, & *Aſiatico* in Actis Philoſophorum Tomo II. p. 236. detexerit aliorum eſto judicium. Lege de iisdem mundis *Thomæ Burneti* Archæologiam Philoſophic. p. 368. ſqq.

VII. Decem *Sephiroth* ספירות, quæ Arborem Cabbaliſticam (אילן הקבלה) conſtituunt, copioſis Judæorum & Chriſtianorum diſputationibus illuſtriores ſunt, quam ut a nobis ſilentio prorſus prætermitti poſſint. Quid illæ ſibi velint, adeo obſcurum eſt, ut nec de nomine ipſo ſatis conſtet. *Sephiram* plerique ex communi notione verbi ספר explicant per *numerationem*, quem ſignificatum cum alii ad rem non pertinere exiſtimarent, de *luce* potius & *ſplendore* ſeu *radiis* ex ספיר i.e. *Sapphirus* (b) hic cogitarunt. Sic auctor præfationis in שערי אורה Cabbaliſtas ait tradidiſſe nobis Proprietates divinas, easque vocaſſe ספירות על

שם הזכות והבהירות מלשון לבנת ספיר:

h. e. *Sephiroth a puritate & claritate ex ſignificatu*: opus lapidis ſapphirini, Exod. XXIV. 10. Approbat eandem ſignificationem liber *Bahir* pag. 6. a. R. *Schabhtel* in שפע טל & *Rittangelius* in notis ad librum *Jezira* pag. 176. & ad Preces Judæorum in Feſto novi anni receptas p. 437. poſt eum vero B. *Abrahamus Hinkelmannus* in Detectione Fundamenti Böhmiani p. 34. Iterum alii *ſphæras* hic videre ſibi viſi ſunt, quod de ipſo R. *Iſaaco Loria* ſuſpicatur *Henr. Morus* in epiſtola ad Compilatorem quæſtionibus in tractatum libri Deruſchim præmiſſa: *Ita ſane*, inquiens, *auctor philoſophatur*, *ac ſi Sephiroth numerationes non eſſent*, *ſed Sepharoth ſive Spharoth*, *i. e. Sphæra. Peneque orbes Ariſtotelicos cum ſuis intelligentiis pro antiqua Cabbala*

Ppppppp 3

(b) Hinc quidam malunt legi סַפִּירוֹת i. e. Saphiri & pretioſæ gemmulae dogmatum. Vide Cl. *Jo. Juſti Loſii* Bigam Diſſertatt. Diſp. II. p. 29.

*la myſteria reponere videtur.* Diſſenſus præterea obſervatur in delineatione & ordinatione illarum Sephirarum, adeo ut triplex nunc quidem diſpoſitio exſtet, prima vulgarior, quam exhibet B. *Pfeiferus* in Critica Sacra p. 215. *Carpzovius* in Introd. in Theolog. Iudaic. p. 82. & Diſp. de Vacca rufa p. 56. & alii multi; ſecunda ad mentem R. *Iſaaci Loria*, ac tertia denique ad principia Pythagorica accommodata, quæ *Henr. Mori* ingenio debetur. Tres illas tabulas exhibet & illuſtrat idem *Morus* Tom. I. Opp. Philoſophic. p. 423. & ad ejus exemplum Cl. *Buddeus* in Introdu-ctione in Philoſoph. Hebr. p. 278. ſqq. ubi & figuræ earum ære expreſſæ conſpiciuntur. Binas tabulas, alteram vulgarem, alteram in circulos ductam, habes apud *Jac. Basnage* in Hiſtor. Judaica Tom. IV. p. 818. ſq. Recentiores quidam illas Sephiroth ita diſpoſuerunt, ut vel *hominis* figuram, vel *Regis* throno inſidentis, *crucisque* ſchema referant. Vide quæ infra de *Vitringa* & Auctoribus Relationum Innoxiarum dicentur. Nusquam vero in hoc argumento copioſior diſputandi materies ſe obtulit, quam, ubi de genuino Sephirarum ſenſu fuit diſquiſitum. Alii eas ad Theologiam, alii ad Philoſophiam pertinere exiſtimarunt, & in Philoſophia nulla fere eſt diſciplina, ad quam Cabbaliſtæ reſpexiſſe quibusdam non videantur. Ad Theologiam referunt Judæi plerique omnes, qui ſpeciatim proprietates ſive attributa divina, quæ מדות vocant, hic ſignificari exiſtimant, unde recte quidem ex eorum mente Buxtorfius in Lexico Rabbinico p. 1535. Sephiroth illas ita definit, quod ſint *decem poſitiones primæ & myſticæ de proprietatibus, notionibus ſive attributis divinis, & conſtituant generalia fundamenta, ſuper quæ tota Theologia Cabbaliſtica aedificata eſt, & quorum recta cognitione ad intima Theologiæ Cabbaliſticæ ſtudioſi ejus penetrent.* Eorum veſtigia premere plerisque Chriſtianorum placuit, ut ſcilicet doctrinam diviniorem hic adumbrari exiſtiment. Ita poſt *Rittangelium* in notis ad librum *Jezira* & in lib. de Veritate religionis Chriſtianæ Parte I. *Henr. Morus* Tom. I. Opp. Philoſoph. p. 423. ſq. & 511. ſq. qui decem illas Sephiroth ita partiuntur, ut tres priores ad ſignandam perſonarum Trinitatem, poſteriores ſeptem vero ad Dei triunius attributa, quæ in regno naturæ, angelico & gratiæ conſpicua ſint, exprimenda pertinere cenſeant. In eadem hypotheſi ex ſcriptis Cabbaliſticis ac inprimis libro non edito, qui ספר פליאה vocatur, ornanda multus eſt B. *Abrahamm Hinckelmannus*, Prædeceſſor meus, in præſtantiſſima commentatione vernacula, quam Detectionem Fundamenti Böhmia-

Böhmiani inſcripſit, p. 20. ſqq. Nec alienus ab hac expoſitione eſt *Knorrius* in Cabbala Denudata, qui tamen tres divinitatis perſonas in *ſecunda*, *ſexta* & *ultima* Sephira adumbrari ſtatuit. Diſſenſum hic ſuum profeſſus eſt Cl. *Campegius Vitringa* lib. I. Obſervatt. Sacrarum cap. X. & XI. quando has cogitationes recentiorum tantum Kabbaliſtarum Hebræorum principiis reſpondere pronunciat, qui ſcilicet tres priores Sephiroth per Triadem Platonicam fere expoſuerint. Ei nonnulla opponit Cl. *Buddeus* in Introduct. in Hiſtoriam Philoſophiæ Hebræorum p. 340. edit. noviſſimæ in notis, qui & ipſe eam arboris Cabbaliſticæ expoſitionem amplectitur, qua tres primæ Sephiroth ad SS. Trinitatem, ſeptem vero poſtremæ ad œconomiam regnorum divinorum, & ſigillatim Meſſiæ referuntur. Vide eum in libro citato p. 337. ſqq. & compara ſimul ea, quæ *Io. Georg. Wachterus* deſtinata opera regerit in Elucidario Cabbaliſtico c. III. pag. 33. ſqq. ſtrictim refutatus a Buddeo l. c. p. 341. Confer tamen & Celeb. *Læſcherum* in Prænotionibus Theologicis p. 231. Præter hos etiam alii ad Trinitatem hæc accommodant, v. c. *Ioannes van der Waeyen* in diſſertat. de λόγῳ adverſus Io. Clericum, quam Libræ veritatis Rittangelianæ præmiſit, & *Io. Meyerus*, Theologus Harderovicenus, in Diſſertat. Theologica de myſterio SS. Trinitatis ex V. T. & veterum ac recentium Rabbinorum, præſertim Kabbaliſtarum monimentis illuſtrato, *Harderovici* 1712. 4. Adverſantur autem Auctor *Platoniſmi detecti* p. 88. ſqq. *Thomas Burnetus* in Archæologia Philoſoph. p. 365. ſq. *Guil. Henr. Vorſtius* in Bilibra p. 366. ſq. (contra quem nonnulla affert Cl. *Seb. Edzardus* in Diſſert. de Verbo Subſtantiali §. 56.) Cl. *Heumannus* in Actis Philoſoph. Tom. II. p. 241. Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tom. II. c. 14. p. 839.

Ad *Meſſiæ incarnationem* oculos hic intendiſſe Cabbaliſtas non indiligenter evincere conatur Cl. *Campegius Vitringa* in Obſervatt. Sacris lib. I. 10. p. 122. ſqq. hac inprimis ratione ductus, quod *Sephiroth* illas a Cabbaliſtis ita diſpoſitas videret, ut (c) *hominis* χῆμα & figuram, ſub qua ibidem exhibet, optime referrent. *Quam ob cauſam*, inquit is p. 123. *rem hanc nec myſteriis, nec ratione carere arbitratus, facile quidem deveni in illas cogitationes, quod hae Sephiroth Cabbaliſtica diſpoſita ſint juxta figuram corporis humani, quodque per illas veteres Hebrai nobis depinxerint myſterium incar-* *nationis*

(c) Ita *Kircherus* Tom. II. Oedipi Part. I. p. 356. decem Sephiras cum decem hominis membris præcipuis confert.

Digitized by Google

*nationis futuri Meſſiæ: quibus in cogitationibus valde confirmabar, quando animadvertebam, pleraſque haſce virtutes de Meſſia prædicari in Inſtrumento Veteri, & loca quædam ex Sacra Apocalypſi hinc haud inconvenienter illuſtrari.* Vide eum hoc argumentum curate perſequentem usque ad p. 163. ubi denique in his acquieſcit: *Si tamen quis exiſtimet, hasce Sephiroth reſpectum ſuum habere ad Divinam eſſentiam, ita ut tres ſuperiores Sacroſanctam Trinitatem, reliqua vero attributa divina ſignificent, cujus interpretamenti fundamenta videntur plurima eſſe in libro Iezira, & ſcriptis Kabbaliſtarum aliis, ſuo poterit judicio frui, modo mihi concedat, per meam expoſitionem myſterium longe majus in hiſce Sephiroth contineri, Scripturæ S. dictionibus multo evidentius ſatisfieri, Veritatem quoque de Chriſto multo clarius eſſe expoſitam, circa quam Kabbala omnis genuina debuit eſſe occupata.* Fundamentum hujus ſententiæ, ex *figura* ſcilicet deſumtum, probavit ſe præ ceteris doctiſſimis auctoribus der Unſchuldigen Nachrichten anni 1712. p. 360.

Sed iidem tamen ob dubia quædam, eodem in loco allata, aliud Schema formant, ita quidem comparatum, ut quinque ſuperiores Sephiræ exhibeant thronum, cui Rex inſideat, cujus caput *corona*, brachia *intellectu* & *Sapientia*, pedes *gloria* & *robore* ornetur, ſuſtententur & fulciantur: quinque autem inferiores *crucis* habitum repræſentent. Hoc itaque modo Meſſias delineabitur cum regno ſuo, altera quidem Sephirarum parte quod ad divinam naturam & gloriam cœleſtem; altera autem quod ad humanitatem & opera gratiæ plena, ſpeciatim perpeſſionem ſalutarem. Vide ibi ſchema ipſum, & rectius rem intelliges.

*Ioſ. Voiſinius* in notis ad prooemium Pugionis Fidei *Raym. Martini* p. 71. ſq. Sephiroth illas, in ſe & cauſa ſua ſpectatas, ipſa Dei attributa, relationes divinas & ideas divinas, cauſas rerum omnium exemplares exhibere ſtatuit, ſicut in effectis ſuis ſpectatæ concatenationem rerum creatarum cum cauſa prima inferant.

*Spiritus* decem a Deo proximos hic indicari contendit *Petrus Daniel Huetius* in Quæſtionibus Alnetanis lib. II. c. 4. pag. 132. *Multa hic*, inquiens, *pro more ſuo nugantur recentiores Iudæi; nam præter Sephiroth, decem nempe illos ſpiritus Deo proximos, Angelos his inferiores ponunt, bonos atque malos: & bonos quidem in diverſos diſpeſcunt ordines, Animalium rotarum, Prævalidorum, aliisque nominibus diſcretos &c.* Vide in contrariam ſententiam B. *Hinckelmanni* Detectionem Fundamenti Böhmiani pag. 35. Compara cum his *Athanaſ. Kircherum* Tomo II. Oedipi, Part. I. p. 290. ſq. ubi de decem ordinibus Spirituum. Theo-

Digitized by Google

Theologiæ Judaicæ ſincerioris capita, velut in X. locos diſtributa exhiberi hic videntur Cl. *Io. Iuſto Loſio* in Biga Diſſertationum Diſput. II. p. 28. ſqq. quos & ipſe delineat, & eadem opera profitetur p. 30. compendium illud recentiorum inſcitia aut malitia ita corruptum eſſe, ut Philoſophicum magis ipſis videri poſſit, quam Theologicum.

*Parmenidi* hanc Arborem cognitam fuiſſe nonnulli exigua veri ſpecie credunt ex eo, quod Deum *ςεφάνην* i. e. *coronam* vocat, teſte Cicerone de Natura Deorum lib. I. p. 7. Idem enim nomen fert prima Sephira, quæ vocatur כתר. Lege *Radulphum Cudworthum* in Syſtemate Intellectuali Univerſi lib. I. c. IV. §. 9.

IX. Inter eos, qui doctrinas quasdam *Philoſophicas* Sephiris illis ſubindicari autumant, alii de decem Prædicamentis *Logica* cogitant. Vid. Cl. *Ion. Conr. Schrammii* Introductionem in Dialecticam Cabbaleorum cap. III.

Alii ad *Phyſicam* pertinere, & rerum creationem innui eenſent. Ita *Ioſ. Voiſinius* ad procemium Pugionis Fidei p. 71. ex R. *Ioſeph Albo* in *Ikkarim* lib. II. cap. 11. cujus hæc ſunt verba: ויקראו העלולים ספירות ואמרו שהג׳ הראשונים הם דבר רוחני ויקראו אותם אור שאינו נתפס הז׳ אחרונים יחסו כל אחד מהם אל יום מז׳ ימי בראשית ויקראו את העשירי שבת לפי שהוא אחרון העלולי׳ i. e. *Vocant rerum creatarum principia Sephiroth, dicuntq;, tres primas intellectualium locum tueri; quas vocant lucem intellectu non adſequendam: ſeptem vero poſteriores ſingulas referunt ad ſingulos dies Hexaëmeri, & ſeptimam vocant Schabbath, quia ultimus eſt effectus.* Totam veterum Hebræorum Cabbalam ad rerum conditarum rationem & modum pertinuiſſe cenſet *Thom. Burnetus* in Archæologia Philoſoph. lib. I. c. 7. p. 337. *Si veniam damus,* inquit, *conjecturis, in illam opinionem facile deſcenderem, antiquam Cabalam Realem (nam verbalis eſt figmentum humanum) tractaſſe potiſſimum de rerum originatione & Gradationibus. Sive de modo productionis aut profluxus rerum a primo Ente & earundem rerum gradibus & deſcenſu a ſummis ad ima. Atque hæc per ſuos mundos, & Sephiroth: & perſonas & portas, per ſua lumina & radios, & vaſa & receptacula, & cortices alioſque modos, efferunt: qui veritatis ſpeciem aliquam aut umbram retinent.*

Ad *Aſtronomiam* Sphæras revocari a nonnullis ſupra obſervavimus, ubi de etymologia τῶν Sephiroth dictum fuit. Conf. *Athanaſii Kircheri* Oedipum Ægyptiac. Tom. II. Part. I. ubi tres primas cum cœlis

empyreo & cryſtallino, ac primo mobili, ſeptem poſtremas autem cum ſeptem planetis comparat. Et ſane expoſitio hæc firmari videtur diverſis appellationibus, quas Cabbaliſtæ, inprimis recentiores, in ſingulas Sephiras conferunt. Earum enim nonnullæ ita comparatæ ſunt, ut planetarum reſpondentium naturam aut uſum ſic ſatis clare inferant. Vide diverſa ejusmodi nomina collecta a B. *Hinckelmanno* in Detectione p. 25. ſqq. & Cl. *Jo. Henr. Majo*, Filio, in Biblioth. Uffenbachiana Part. I. p. 398. in recenſione Codicis Hebr. MS. qui de Sephiroth commentatur. Ita מַלְכוּת Lunam denotare videtur, ex eorum Cabbaliſtarum mente, qui eandem Sephiram לבנה & ירח vocant. Sephira תִּפְאֶרֶת ab aliis diſerte nominatur שֶׁמֶשׁ i. e. Sol. Vide *Hinckelmannum* p. 25. & 30. Et ſic de ceteris. Confer *Dethlevi Cluveri* Anmerckungen über die nützlichſten Sachen der Welt / an. 1706. p. 165. Hic *Kether* ſeu Sephiram ſupremam commode putat conferri poſſe cum cœlo Empyræo, *chochma*, cum Firmamento aſtrali, *Bina* cum Saturno, *Gedula* cum Jove, *Gebura* cum Marte, *Tiphereth* cum Sole, *Nezach* cum Venere, *Hod* cum Mercurio, *Jeſod* cum Luna, *Malcuth* autem cum mundo inferiore Elementari.

*Chymia* ac ſpeciatim *Chryſopœtices* myſteria hic tradi viſa ſunt aliis, quemadmodum idem ille *Cluverus* l. c. p. 172. teſtatur, in libro Hebr. אש מצרף Sephiroth huc trahi.

Ad *Aſtrologiam* & influxum corporum cœleſtium in inferiora accommodat *Robertus Flud a Fluctibus* de integro morborum myſterio pag. 306. & fuſius in Operibus Cabbaliſticis.

*Politica* Judaicæ ſummam & prærogativam, regnique bene conſtituti rationes hic delineari cenſet Cl. *Hermannus Hardtius*. Confer Unſchuldige Nachrichten an. 1712. p. 359. Non multum abit Cl. *Chriſtoph. Auguſtus Heumannus* in Actis Philoſophicis Part. II. p. 242. ſq. Is enim ideam Meſſiæ tanquam Regis ſæcularis, quem ſemper ſomniarunt Judæi, hic effictam putat, ita, ut ſuprema כתר coronam Regiam, ut inſigne majeſtatis Regiæ, reliquæ vero virtutes Regis & regni exponant. Eam vero effigiem Judæos ex ipſa Scriptura Sacra, ac potiſſimum ex *Proverbiorum* III. 19. 20. II. 6. *Pſalmo* CXLV. 3. & 1 *Chronic.* XXX. 11. repetiiſſe putat p. 244. ſq.

Alii *denario* illo Sephirarum ad *denarium* Arithmeticum, quo paſſim Judæi res nobiliores comprehendunt, alludi ſtatuunt. Vide quæ hanc

hanc in rem affert Cl. *Io. Iuſtus Loſius* in Biga Diſſertationum, Diſſert. II. p. 23. ſqq.

Alia aliorum cogitata paſſim in eruditorum Virorum commentationibus exſtant, quæ legi malim apud *Athanaſium Kircherum* in Oedipo Ægyptiaco Tom. II. Part. I. & *Io. Chriſt. Steebium* in Cœlo Sephirotico pag. 120. Ibi enim videbis, comparationem τῶν Sephiroth nunc cum decem Dei nominibus, nunc cum decem præceptis divinis, nunc cum decem principiis naturæ omnis & miſtionis, nunc cum harmonia novem Muſarum Muſica & Apolline inſtitui.

X. Has tam diverſas Arboris Cabbaliſticæ interpretationes, a Judæis vel Chriſtianis profectas, reſpiciens *Thomas Burnetus* in Archæologia Philoſophica cap. VII. pag. 366. totum hoc inſtitutum adunco naſo ſuſpendit & ridet, tandemque judicium ſuum his comprehendit verbis: *Deus bone, quæ ſtrues rerum & verborum? ſine calce & arena, ſine nexu, ſine ordine, ſine cognatione. Locutiones tralatitiæ, peregrinæ, obortæ. Expoſitiones promittunt, afferunt ænigmata, aut vaga ſomnia, & dum ſe profitentur Interpretes, cæcis ambagibus argumentum confundunt. Quid aliud hoc eſt, quam ludibrio habere mentem humanam, & pro veritate ſolida rerum umbras aut nuda figmenta proponere?*

Durior certe hæc eſt ſententia, ab eo inprimis profecta, qui totum hoc argumentum tralatitia tantum opera tractaſſe, nec genuinis in hanc rem præſidiis vel uſus fuiſſe, vel uti potuiſſe videtur: id quod vel inde intelligitur, quod vocem *Sephiroth* l. c. paſſim ut nomen ſingularis numeri adhibet. Cl. *Jac. Basnage* Tom. II. Hiſtoriæ Judaicæ cap. XIV. p. 822. fatetur, Cabbaliſtas his Sephiris divinas perfectiones adumbrare voluiſſe, ſed idem tamen eos hanc deſcriptionem ſuam tot diverſis coloribus pinxiſſe contendit, ut maximæ confuſioni anſam ſuppeditarint, inprimis cum allegoriis adeo hic indulgeant, ut ægre eos conſequaris, & de ipſis illis perfectionibus ita loquantur, ac ſi totidem eſſent diſtinctæ perſonæ.

Meo judicio res omnis majore laborat obſcuritate, quam ut lucem hic videre te certo confidere poſſis, cum antiquiores illi Cabbaliſtæ, quorum ſcripta ætatem tulerunt, paſſim nebulas hic offundant, nec ſibi ſemper conſtent, recentiores vero eorum veſtigia utplurimum deſerant, & in omnia alia deflectant. Itaque malim hic judicium meum ſuſpendere, quamvis non diffitear, me in eorum inclinare partes, qui divinioris doctrinæ capita quædam hic tradi arbitrantur.



Digitized by Google

XI. Supereſt, ut, more noſtro, præcipuos de hoc argumento Scriptores literarum ordine recenſeamus. Sunt illi:

*Æbolus* (Cæſar) Neapolitanus, in lib. de decem Sephiroth *Venet.* 1589. 4. apud Dominicum de Fartis.

*Aquinas* (Philippus) in Interpretatione Arboris Cabbaliſticæ cum ejusdem figura *Pariſ.* 1625. 8.

*Basnage* (Jacob) in Hiſtoria Judaica lib. II. c. 14.

*Buddeus* (Joh. Franciſcus) in Introductione in Hiſtoriam Philoſ. Hebræorum p. 277. ſqq. 336. ſqq. edit. recentiſſ. item in Tomo I. Obſervationum Halenſium Obſ. I.

*Burnetus* (Thom.) in Archæologia Philoſophica lib. I. cap. VII.

*Carpzovius* (Jo. Bened.) in Introduct. in Theologiam Judaicam, Raymundi Martini Pugioni Fidei præmiſſa pag. 82. & in Diſſert. de Vacca rufa Part. II. p. 56. ſq.

*Cluverus* (Dethlev) in Anmerckungen über die nützlichſten Sachen der Welt/ an. 1706. p. 161. ſq. 170. ſq. 177. ſq.

*Gundlingius* (Nicol. Hieron.) in Hiſtor. Philoſ. moralis Part. I. c. 7. p. 95.

*Heumannus* (Chriſtoph. Auguſt.) in Actis Philoſoph. Tom. II. num. II.

*Hinckelmannus* (Abrah.) in Detectione fundamenti Böhmiani p. 20. ſqq.

*Kircherus* (Athanaſ.) in Oedipo Ægyptiaco Tom. II. Part. I. p. 214. ſq. 290. ſq. & alias.

*Loſius* (Jo. Juſtus) in Biga Diſſertationum, *Gieſſæ* 1706. 4. edita, in cujus diſſert. II. cap. II. totum huc pertinet.

*Meyerus* (Johan.) in Diſſertat. Theologica de myſterio SS. Trinitatis ex ſolius V. T. libris demonſtrato, atque ex veterum & recentiorum Rabbinorum, præſertim Cabbaliſtarum, noviſſimis monimentis illuſtrato, *Harderovici* 1712. 4.

*Morus* (Henricus) in Operibus Philoſophic. p. 429. ſq.

*Olearius* (Gottfrid.) in Obſervationibus Sacris ſuper Matth. VI. p. 221. ſqq.

*Pfeifer* (Auguſt.) in Critica Sacra p. 214. ſqq.

*Rittangelius* (Io. Stephanus) in notis ad lib. Iezira, & in lib. de Veritate Religionis Chriſtianæ.

de *Roſenroht* (Chriſtianus Knorr) in Cabbala denudata paſſim.

*Schic-*

Digitized by Google

*Steudnerus* de myſterio Dei triunius p. 294. ſq.
*Vitringa* (Campegius) lib. I. Obſervatt. Sacrarum cap. X. & XI.
Unſchuldige Nachrichten an. 1712. p. 360. ſq.
*Voiſinius* (Ioſephus) in notis ad procemium Pugionis Fidei p. 71. ſq.
*Wachterus* (Io. Georg.) in Elucidario Cabbaliſtico cap. III.

Exſtant & variæ Iudæorum expoſitiones Arboris Cabbaliſticæ, quarum nonnullas infra inter Anonymos ſub פירוש על הספירות recenſebimus.

# CAPUT III.

## Variorum de Cabbala & Uſu ejus Judicia.

*I. Diverſa de Cabbala Judicia Judæorum. II. Chriſtianorum. III. De Chriſtiano Knorr a Roſenroht. IV. ejusque Cabbala Denudata. V. an Kabbaliſtæ Atheiſmi & Spinoſiſmi rei? VI. de Wachtero ſibi hic non conſtante. VII. de Chriſtianis quibusdam Cabbalæ patronis, eorumque adverſariis. VIII. de commodis Cabbalæ ſpecialibus, quæ nonnulli exſpectarunt, inprimis de Hermeneutico. IX. Dogmatico. X. Elenctico & Hiſtorico. XI. Epicriſis. XII. Scriptores de Cabbala potiores.*

I.

JUdæos tantum non omnes, qui literis initiati ſunt, de Cabbala, tam Theoretica quam Practica, magnifice ſentire ex iis intelligi potuit, quæ ſupra attulimus de ipſorum opinione, quod mira quæque, quæ in Sacro Codice de Moſe &c. relata exſtant, hujus artis ſcientiæ debeantur. Itaque non puto neceſſe, ut Iudæorum hanc in rem effata in hunc locum congerantur. Id tamen omittendum non eſt, tractationem Cabbalæ, ac inprimis arcanorum hujus doctrinæ, quæ vocant, explicationem cum periculo certiſſimo conjunctam illis videri. Ita *Roſenrohtius* in præfat. ad Tom. II. Cabbalæ Denudatæ teſtatur, Iudæos mortem duorum liberorum, quos ipſe, ſub initium vulgatæ illius commentationis Cabbaliſticæ, amiſerat, temerariæ illorum myſteriorum divulgationi, & excitatæ hoc modo divinæ vindictæ acceptam



Digitized by Google

retuliſſe. Hinc & doctores Cabbaliſtici diſciplinæ ſuæ alumnos jurejurando adigere ſolent, ut a communicanda cum aliis ſcientia ſua abſtineant. Interim tamen non exiſtimandum eſt, deeſſe inter Iudæos, qui in Cabbala quidquam deſiderent. Contrarium apparet vel ex præfatione ſecunda, quam R. *Naphthali Hirtz* præmiſit libro ſuo עמק המלך quippe quæ apologiam & vindicias Cabbalæ a criminationibus diverſorum complectitur. Tres ſcilicet familias commemorat, diverſa in hoc argumento ſentientes, & quarum *Moſes Corduero* quoque in אור נערב mentionem facit. *Alii* in vitio ponunt, & Philoſophiæ interpretantur abuſum, inquirere in Legis abdita, ex quibus Judæus quidam Italus aperte hæreſeos poſtulavit, qui huic doctrinæ generi ſe darent, dicens:

כל מי שהוא מאמין בסוד הגלגול הוא מין:

h. e. *quicunq; crediderit arcanum* גלגול, *is hæreticus eſt.* *Alii* cavere ab ea jubent quemque ob doctrinarum ſublimitatem, quas difficulter adſequi liceat, inprimis ſi idoneus doctor deſit, cum viciſſim in Philoſophiæ ſtudio feliciores progreſſus fieri poſſint. *Alii* denique facile hic errari & in Deum peccari poſſe monent. Has exceptiones elidere laudatus Naphthali conatur, ſed ita ut diffiteri non poſſit, cum maxima cura & ſolicitudine verſari hic quemque oportere. *Maimonides*, Cabbalæ alioquin non prorſus ignarus, eam rebus præclariſſimis nunc deſtitutam agnoſcere videtur, quando in More Nevochim Parte I. c. 71. hæc ſcribit: *Scito, multas egregias ſententias, quæ in gente noſtra olim fuerunt, de veritate iſtarum rerum, partim longinquitate temporis, partim infidelium & ſtultorum populorum in nos dominatione, partim etiam, quod non cuivis (ſicut expoſuimus) conceſſa erant myſteria, periiſſe, & in oblivionem deveniſſe.* R. *Mardochæum Corcos* contra Artem Cabbaliſticam, ac ſpeciatim contra X. Sephiroth ſcripſiſſe, atque hanc ſuam commentationem, ſi per Judæos licuiſſet, editurum fuiſſe teſtatur *Bartoloccius* Tom. IV. p. 56.

II. Chriſtiani multo magis, quam Judæi, in dicenda de Cabbala ſententia diverſas partes amplectuntur. Alii in ea parum vel nihil ſani invenire ſibi videntur. Huc pertinet *Thomas Burnetus*, cujus hæc ſunt verba in Archæologia Philoſophica lib. I. c. 7. p. 363. *Certumq; eſt, id, quantumcunq; fuit, ex illo tempore multis modis depravatum eſſe, & ſub nomine Cabbalæ, varia ingeniorum figmenta & nugaces methodos eruendi, neſcio quæ, myſteria, a maleferiatis Rabbinis, ſuis diſcipulis, quotidie obtrudi.* Deinde monet, ſi quid incorrupti in hodierna Judæorum Cabbala ſuperſit, eos, qui

ſpuria

ſpuria a genuinis diſtinguère velint, primo Cabbalam literalem, vel numeralem, vel Grammaticam, tum magica omnia & ſuperſtitioſa amputare, ac denique notiones vulgares, verbis non vulgaribus prolatas, non pro vera Cabbala habere debere. *Hûce autem*, ita pergit, *omnibus reſectis, exiguum eſt, quod ſupereſt de Cabbala Judaica.* Durius eo loquitur *Guilielmus Henricus Vorſtius* in Bilibra Veritatis & Rationis p. 360. *Nihil*, inquiens, *certi ac ſolidi habebit, in quo ſecure acquieſcat. Ejuſmodi ſunt baſes, quibus fulcitur liber Jezira, Pardes Rimmonim, Bahir, aliique, quos recenſes. Nihil enim futilius nec vanius occurrit in omni Scriptorum turba, quam ſecretiores Cabbaliſtæ. Quicquid enim promunt de ſuis Sephiroth, vel Numerationibus, de Aziloth ſeu Emanationibus, non niſi putidiſſima ſunt otioſorum hominum commenta vel deliria.* Non mitius ſentit *Paulus Bergerus* in Cabbaliſmo Judaico-Chriſtiano detecto. Is enim p. 13. Cabbalam *Artificialem* ſeu *Literalem* nugatoriam plane & ludicram artem, ſi ad myſteria divina explicanda adhibeatur, ait eſſe, ejuſmodi quippe fundamento ſuperſtructam, ex quo non difficile ſit, e falſo verum extorquere, & e Diabolo Deum facere. Conf. B. *Pfeiferi* Criticam Sacram p. 212. De Inartificiali vero ſeu Dogmatica p. 41. ita ſentit idem *Bergerus*: *Quanta, quanta autem hac Cabbala pars eſt, licet multum de ea hodie nonnulli jactitent, nil tamen, niſi doctrina eſt fanatica, & meris putiꝗ; figmentis, falſis hypotheſibus & nugis innititur, ex quibus ejuſmodi dogmata, tanquam ex impuro fonte, copioſe propullulant, quorum venenum quilibet vera pietatis & religionis cultor, omni mentis contentione jure meritoꝗ; averſetur.* Adde his ὁμόψηφον Celeberr. *Laſcherum* in Prænotionibus Theologicis p. 230. *Sane*, inquit is, *quem ex Superſtitibus Judæorum ſcriptis haurimus, Cabbaliſmus mixtura eſt multorum malorum, viedelicet dogmatum fanaticorum ex pagana philoſophia hauſtorum, ſuperſtitionumꝗ; creberrimarum, cum paucis bonis, nempe traditionibus de myſteriis fidei in S. Scriptura ſatis clare explicatis, ſed his ipſis utplurimum mire depravatis, & in falſum ſenſum detortis.* Nec deſunt ſpecialia quædam momenta, quæ nonnulli in hodierna Cabbala reprehendunt. Buxtorfius ad Coſri p. 318. obſcuritatem Cabbaliſtis exprobrat: *Cabbaliſtica hac doctrina*, inquiens, *abyſſus eſt imperſcrutabilis, Labyrinthus inextricabilis, nec introitum oſtendens, nec exitum: fructus ejus nullus. Adeo ut non inepte quidam, quid de Cabbala ſentiret, interrogatus, reſponderit: idem quod de Fabula.* Neminem inter Judæos ſe inveniſſe, qui Zohar, librorum Cabbaliſticorum primum intellexerit, teſtatur *Plantavitius* in Bibliotheca Rabbinica pag. 569. Ignorantiam in his ſtudiis ſuam non diffitetur B. *Wagenſeilius* in Telis Igneis Satanæ p. 353.

Hæ

Digitized by Google

Hæ tenebræ tantæ viſæ ſunt Cl. *Heumanno* in Actis Philoſoph. Part. II. p. 246. ut *Phædri* verba ex lib. IV. fab. 22. ad Philoſophiam Cabbaliſticam, inſtar commentarii cujusdam univerſalis, pertinere exiſtimet. Illa ita habent:

*Mons parturibat, gemitus immanes ciens,*
*Eratq; in terris maxima exſpectatio.*
*At ille murem peperit. Hoc ſcriptum eſt tibi,*
*Qui magna cum minaris, extricas nihil.*

Sic alii Cabbaliſtis nimios ingenii luſus, & otioſa figmenta, ineptias pueriles, inconſtantiam fluctuantem, contradictiones, diſſenſiones domeſticas, miſturam traditionis genuinæ & principiorum Philoſophiæ Gentilis, ſuperſtitionem item & alia, neſcio quæ, exprobarunt, ceu ex ante diſputatis facile intelligitur.

III. Cumque *Chriſtianus Knorrius, Liber Baro de Roſenrobt*, Principi Sulsbacenſi quondam a ſanctioribus conſiliis & Cancellaria, ſuperiori Sæculo, in Cabbala, ex *Zobar* & recentioribus quibusdam ejus Interpretibus illuſtranda, improbam operam collocarit, illius inprimis tum conſilium, tum ſtudium, diverſa & maximam partem ſiniſtra judicia expertum eſt. De vita & conatibus ejus diligentiſſime commentatur B. *Chriſtianus Theophilus Ungerus* in Novis Literariis Lipſienſibus Latinis an. 1718. p. 191. Ibi p. 195. de *Cabbala Denudata* hæc legis: *Præcipuum illius opus eſt Kabbala denudata, qua libri difficillimi verſionem Latinam ex parte dedit, ejusq; pellere tenebras adminiculis variis allaboravit. Tomis duobus abſolvitur: quorum prior Apparatum qvadruplicem, poſterior ſpecimen operis ipſius cum introductione præmiſſa & appendice ſcriptorum diverſorum Cabbaliſticorum, latine redditorum, continet. Laborem iſtum ſtupendum rerum gnari pleriq; maximis encomiis, aliqvi cenſuris ſic ſatis acerbis exceperunt: qvas poſtremas Vir Perilluſtris, ut Chriſtianum decebat, animo tranqvillo toleravit, dictitare ſolitus: ſe ſine ulla ſua moleſtia ab aliis contemni poſſe. Si qvas peculiares opiniones habuit de veterum Hebræorum dogmatibus Cabbaliſticis (habuiſſe vero omnino nonnullas videtur) nemini tamen eas obtruſit, neqve pervicaciter propugnavit, ſed tantum, ut problemata qvædam Virorum, in his ſtudiis exercitatorum, ulteriori diſqviſitioni ſubjecit; id unice votis ſuis exoptans, ut, argumentis ex ipſorum Judæorum monimentis vetuſtiſſimis accuratius adhibitis, aliqva ſaltem anima populi infeliciſſimi Chriſto lucrifierent.* Hæc B. *Ungerus*, Paſtor quondam apud Sileſios Herrnlaurſchützenſis (eum enim auctorem hujus narrationis eſſe ex ipſius literis mihi conſtat) Vir ſanguine quidem Knorrio junctus, ſed idem hujus ſtudii

Google

ſtudii apprime gnarus, pius item & veritatis amans, atque his literis nimis mature ereptus. Addit idem pag. 197. *Codicem Sacrum Hebraicum Knorrius integrum fere memoria tenebat, & nulla re magis, quam verbi divini meditatione ſedula delectabatur. Inde profluebant ſermones creberrimi de religionis Chriſtianæ capitibus interioribus, quibus omnia colloquia ſua ſuaviter condiens multos ex anfractibus periculoſiſſimis in tramitem ſinceræ pietatis reduxit. Peculiarem vero peritiam ejus in literis Rabbinicis & Cabbaliſticis ipſi Judæi ſuſpiciebant.* Ipſa illa Cabbala denudata in duos Tomos diſtincta prodiit quod ad Tom. I. *Soliſbaci* 1677. & 1678. quoad Tom. II. Francofurti ad Mœnum 1684. in 4. & fuſe recenſetur a Rever. *Buddeo* in Introduct. in Hiſtoriam Philoſophiæ Hebr. p. 232. ſqq. Librum *Sohar* idem in lucem protulit Soliſbaci an. 1684. Ea editio, quod *Ungerus* l. c. pag. 196. monet, curata eſt Sereniſſimi Principis, Helmontii & Knorrii ſumtibus tripartitis. Idem Helmontius auctor eſt Latinæ Dedicationis, qua Philoſophia veterum Hebræorum, venerabilis matronæ ſpecie, Sereniſſimi Principis favori commendatur. Hinc, puto, factum eſt, ut ipſa illa Cabbala Denudata Helmontio a nonnullis adſcriberetur, v. c. *Wachtero*, cujus vide Spinoſiſmum in Judaiſmo p. 75. 96. & 237. Confer B. *Martinum Diſenbachium* in Iudæo Converſo p. 145. in notis. Hinc recte Knorrio tribuitur ab *Imbonato* p. 332. ubi tamen librarii vel Typographi errore vocatur de *Ronſeroth*. Eum ad ſuſcipiendum hoc opus excitatum eſſe ab *Helmontio*, qui tamen ab ipſo in multis diſſentire ſe profeſſus ſit, teſtatur *Leibnitius* adud Fellerum in Miſcellaneis Leibnitianis p. 217. De morte, qua oppreſſus eſt an. 1689, imprudenter ab ipſo maturata, vide quæ narrat doctiſſimus *Gundlingius* in Hiſtoria Philoſ. Moralis Part. I. pag. 93. Confer tamen & Ungerum l. c. pag. 197.

In hoc, inquam, Viro alii alia reprehenderunt, quæ vel ipſum, vel Cabbalam, ejus cura inſtauratam, tangunt. Ita Rev. *Gerdeſius* in Diſputatione Inaugurali de Enthuſiaſmo cap. II. §. 9. auctorem Cabbalæ Denudatæ inter Fanaticos numerat. B. *Hinckelmanno* noſtro in doctrina de Chriſto & Juſtificatione, a veritate deflexiſſe viſus eſt in Detectione fundamenti Böhmiani p. 35. B. *David Clodius* eum hoc opere edito de Lapide Philoſophorum magis, quam de vera Judæorum veterum Cabbala laboraſſe & ſolicitum fuiſſe credidit, teſte B. *Diſenbachio* in Judæo Convertendo p. 97. Omitto opinionum monſtra, quæ ipſi, neſcio quam vere, exprobrantur in Actis ex MSS. erutis & a Cl. Struvio edi-



Digitized by Google

tis, Faſcic. VII. p. 80. Viciſſim alii in eo invenerunt laude digna. *Fidem & Herculeum laborem* in eo admiratur *Io. Wulferus* in notis ad Theriacam Iudaic. p. 57. & p. 388. eum in Europa unum ait fuiſſe, qui ferendo huic oneri (illuſtrando ſcilicet libro Sohar) par eſſet, uſus ſcilicet ipſis Judæis, Cabbaliſticæ ſcientiæ peritiſſimis, longoque rerum uſu & multo labore defunctus. Confer *Wagenſeilium* ad Tela Ignea Satanæ pag. 446. *Morhoſium* p. 113. Polyhiſtoris, & *Carpzovium* in Diſſert. de Vacca rufa p. 54.

IV. In Cabbaliſtico ejus Syſtemate, de quo inprimis amica inter ipſum & *Henr. Morum* fuit diſputatio, multa varii reprehenderunt. Vide inprimis B. *Laurent. Odhelium* in Synagoga Bifronte p. 38. Is cum hypotheſin Viri præcipuam de Cabbala ſua Denudata expoſuiſſet, p. 39. ſubjicit: *quæ num tuto admittenda ſit, & an non quædam contineat, quæ in favorem Socinianorum, Pontificiorum, imo Judæorum, paulo liberalius dicta eſſe videantur, quin examine Theologico diſquiri oporteat, non puto auctorem ipſum pro ea, quam aperte profitetur, pietate & ſinceritate, recuſare intendiſſe. Sane ſi ſic res haberet, quin liber Sohar pro Evangelio, R. Schimon vero & Cabbalæ revelator pro Evangeliſtis reciperentur, quid impediat, non video.* In ſequentibus idem pauca quædam dogmata, minus probanda, ex commentationibus ejus excerpit. Confer Cl. *Jo. Mich. Langii* Diſſertat. de charactere primævo Bibliorum Hebraicorum ſub præſidio Wagenſeilii habitam cap. III. & in Genealogiis nunquam finiendis p. 88. *Bergium* in Diſputat. de exiſtentia Philoſophiæ Antediluvianæ p. 19. ſq. & *Martin. Diſenbachium* in Iudæo Convertendo p. 96. ſq. ac Converſo p. 145. ſq. Quæ *Burnetus* in ea deſideret, ex Archæologia ejus Philoſophica lib. I. c. 7. p. 370. apparet, ubi de Cabbala Denudata, quam *laborioſum opus* vocat, diſſerit. Recte ex noſtratibus B. *Io. Henricus Majus* in Synopſi Theologiæ Judaicæ p. 8: *Cum judicio legi debet Illuſtris Auctor Cabbalæ Denudatæ, cum propter elogia nimis magnifica Cabbalæ, tum hypotheſes periculoſas, licet multum debeamus hac in parte incredibili ejus ſtudio.* Rev. *Io. Franc. Buddeus* in Introductione in Hiſtoriam Philoſophiæ Hebr. p. 244. vocat *vaſtum, confuſum & obſcurum opus, in quo neceſſaria cum non neceſſariis, utilia cum inutilibus confuſa ſint, & in unum velut chaos conjecta*, addens, præſtitiſſe, ſi Knorrius, omiſſis ſuperfluis, Cabbaliſticam doctrinam compendioſe & ordine exhibuiſſet. Inprimis id deſiderari a pleriſque ſolet, quod recentiorum Cabbaliſtarum veſtigia nimis incaute preſſerit. Sic B. Hinckelmannus in Detect. Fundamenti Böhmiani p. 35. *nunquam ſe probaturum ſcribit methodum Knorrii,*

*rii, qui non tam ex ſtercore & pulvere Cabbaliſtarum, a Deo derelictorum, vetus hinc inde diſperſum aurum collegerit, quam Iſaacum Loriam, & alios ei ſimiles pro Interpretibus agnoverit, qui tamen ea, quæ a majoribus ſuis ineptientibus acceperint, monſtroſis fanatici ſui cerebri fœtibus locupletarint.* Addit idem, in Lexico Cabbaliſtico, quod ex Pardes Rimmonim & Schaare Ora concinnatum eſt, ſæpius ea omiſſa eſſe, quæ e re Chriſtianorum præ ceteris futura fuiſſent. Sic *Io. Georgius Wachterus* Knorrium putat *non tam Cabbalam i. e. Philoſophiam Judæorum intemeratam, quam temeraria eorum commenta & aſſumenta denudaſſe* in præfat. ad Elucidarium Cabbaliſticum pagina 6.

V. Graviſſima & durior ceteris ſuſpicio ea eſt, in quam nonnulli Cabbaliſtas quosdam, inprimis recentiores vocarunt, eos ſcilicet *Atheiſmo* patrocinari. Vide hanc in rem *Henr. Mori* Fundamenta Philoſophiæ ſive Cabbalæ Aeto-pædo-meliſſeæ. Confer Celeb. *Val. Erneſti Læſcheri* Prænotiones Theologicas pag. 230. Speciatim illi *Benedicto Spinoſæ* impii Syſtematis auctores exſtitiſſe videntur. Præcipuus, qui hoc crimen illis impegit, fuit *Jo. Georgius Wachterus*, Prof. Philoſophiae Berolinenſis, contra Johan Petrum Speeth, a Chriſtianis ad Judæos infeliciter dilapſum, & inter eos nomine *Moſis Germani* appellatum. Is enim hoc egit in ſcripto ſingulari vernaculo, quo Judæi illius Apoſtatæ literas & ſuas reſponſorias comprehendit & edidit ſub titulo: Der Spinoſiſmus im Judenthum oder die von dem heutigen Judenthum und deſſen geheimen Cabbala vergötterte Welt an Mose Germano befunden und wiederleget Amſtelod. 1699. 8. Is non ſolum in præfatione pagina penultima profitetur, perverſam ejus mentem infelicem fuiſſe effectum doctrinarum Cabbaliſticarum, quas Helmontius cum ipſo longe alio conſilio communicarit, ſed & in tota ſcriptione hoc inprimis agit, ut Cabbaliſmi arcana in eum, quem diximus, errorem collineare oſtendat. Sed *Moſes* ſive *Speethius* ipſe hoc crimen a Cabbaliſtis & ſe ipſo amolitus eſt ſingulari ſcripto, quod dixit: *Diatribam de ortu & progreſſu facultatis & formali conſtitutione artis Medicinæ per Judæos: Conſequenter miſera abſurditas errantis ſapientiæ, (quam Philoſophiam vulgo vocant) extra legem Dei conſtitutæ ad conſiderandum data aliquot exemplis ex chimerico tractatu Theologico Politico Spinoſæ.* Wachteri hanc in rem argumenta in ſummam retulit Rev. *Buddeus* tum in Tomo I. Obſervatt. Halenſium Obſerv. XVI. §. 8. ſqq. tum in Introduct. in Hiſtor. Philoſophiæ Hebræorum p.388. ſqq. edit. noviſſimæ, & eadem opera utrobique confutanda aggreſſus eſt. Confer ſi placet, B. *Neumanni* diſputat.

 de

de Chriſtianiſmo Stoico, hodie redivivo p. 23. ſqq. & meam de Atheiſmi falſo ſuſpectis diſputationem, Wittebergæ an. 1710. habitam.

VI. Pœnituit poſtea inſtituti ſui *Wachterum* ex parte, idque profeſſus eſt in *Elucidario Cabbaliſtico ſive Recondita Hebræorum Philoſophiæ brevi & ſuccincta recenſione*, *Romæ* (ita titulus habet, rectius Roſtochii) an. 1706. 8. Eum libellum *Buddeo* inprimis oppoſiturus, in præfatione p. 13. erraſſe ſe quidem in eo profitetur, quod Spinoſiſmum tanquam Atheiſmi reum cum Cabbala, eandem propugnante cauſam, condemnarit. Accipe ipſius verba: *Ne vero præceps aliquem ſubeat cogitatio, me forte in hæreſin aliquam lapſum eſſe, totum, quod erravi, hoc eſt, quod in tractatu meo Amſtelodamenſi, contra Philoſophiam Hebræorum edito, ſub titulo:* Die vergötterte Welt; *atrociores, quam opus erat, querelas contra Cabbalam & Ebræos, immiſcui, quodque eandem Philoſophiam in Moſe Germano, ejusque parallelismum in Spinoſa (auctore, ut verum fatear, tum temporis cum ob ſubtilitatem, tum ob popularia præjudicia mihi perverſiſſime, imo minime intellecto) ſic impugnavi, ut impugnari viciſſim ab aliis jam merito poſſim.* Mutata igitur pugnæ facie, Cabbaliſtas cum Spinoſa omnino conſentire, contendit, ſed utrosque ab exprobrato Atheiſmi crimine ita liberare annititur, ut hanc inprimis philoſophandi rationem in Chriſtianorum ſcholas inferendam eſſe exiſtimet. Sed vide, quæ ei oppoſita ſunt tam ab ipſo *Buddeo* in notis ad editionem noviſſimam Introductionis p. 388. ſqq. & in Diſſert. de moderamine inculpatæ tutelæ in controverſiis Theologicis p. 76. quam a præſtantiſſimis Auctoribus der Unſchuldigen Nachrichten an. 1703. p. 52. & 1709. p. 417. nec non *Paulo Bergero* in Cabbaliſmo Judaico-Chriſtiano detecto p. 24. Adde *Dethlevi Cluveri* Hiſtoriſche Anmerckungen über die nützlichſten Sachen der Welt an. 1706. p. 178. ſqq. & 213. ſqq. ubi in hypotheſes Wachterianas inquiritur, ac inprimis pag. 215. Cabbalæ cum Spinoſiſmo conſenſus negatur.

VII. Ex his licet cognoſcere, quid in Judæorum Cabbala a Chriſtianis reprehenſione dignum fuerit habitum. Jam inſtitutum noſtrum poſtulat, ut ejusdem vindices & hyperaſpiſtas ex Chriſtianis recenſeamus. Eorum præcipui ſunt *Pet. Galatinus*, *Io. Reuchlinus*, *Io. Picus Mirandulanus*, *Archangelus Burgonovenſis*, *Claudius Duretus*, *Jo. Steph. Rittangelius*, *Franc. Mercurius Helmontius*, *Chriſtianus Knorrius a Roſenroht*, *Henr. Morus*, &, quem modo commemoravimus, *Jo. Georg. Wachterus*. Iis ſe ex parte junxit Rev. *Jo. Franc. Buddeus*, Profeſſor Theologus Ienenſis, primum quidem in Obſervationibus Selectis Halenſibus Tom. I. Obſerv. I. ubi Cabbalam

Digitized by Google

balam veterum Hebræorum delineat, & Obſerv. XVI. quæ recentioribus quibusdam ejus oppugnatoribus, *Thoma Burneto*, & *Jo. Georgio Wachtero* oppoſita eſt; deinde vero in Introductione in Hiſtoriam Philoſophiæ Hebræorum, *Halæ* primum 1702. 8. edita, & hinc cum notis ibidem 1720. 8. recuſa. In his ſcriptis id agit Vir doctus, ut Cabbalæ, & quidem purioris, originem a Moſe deducat, atque ex ſcriptis Cabbaliſticis tum Novum Teſtamentum in univerſum, tum inprimis Apocalypſin egregie illuſtrari poſſe contendat, & ipſam quoque Orationem Dominicam ex Arbore Cabbaliſtica ſeu decem Sephiroth derivet. Huic inſtituto ſe, procedente tempore, oppoſuerunt diverſi, nominatim *Paulus Bergerus* in Cabbaliſmo Iudaico-Chriſtiano detecto paſſim, B. *Frider. Chriſtian. Bucherus* in Menſibus Pietiſticis, Vener. *Jo. Andr. Schmidius* in Oratione Dominica hiſtorice & dogmatice propoſita & Iudaiſmo oppoſita p. 62. ſqq. Celeberr. *Gottlieb Wernsdorfius*, in Vindiciis Orationis Dominicæ, *Wittenb.* 1708. editis & ibidem 1714. 4. tertium recuſis & in diſputat. de Oſiandriſmo in Pretiſmo renato, ibid. 1717. 4. doctiſſimus *Valent. Erneſtus Læſcherus* in Prænotionibus Theologicis p. 228. ſq. & B. *Gottfrid. Olearius* in Obſervationibus Sacris ad Matthæum ſuper Orationem Dominicam. Regeſſit ad hæc laudatus *Buddeus* tum ipſe, tum aliorum opera, & alia quidem defendit, alia vel obſcurius vel liberius dicta emollivit. Huc ſpectant tum *Modemmen ejus inculpatæ tutelæ in controverſiis Theologicis Jen.* 1708. 4. editum & Introductioni in Hiſtor. Philoſophiæ Hebræorum editioni anni 1720. ſubjectum, tum notæ ad repetitam illius Introductionis editionem, præterea notæ ejus ad Inſtitutiones Theologiæ Moralis p. 386. ſq. & inprimis ſcriptum Apologeticum Relationibus Theologicis innoxiis vernaculo ſermone oppoſitum *Ien.* 1710. Atque in hoc quidem poſtremo p. 25. diſerte teſtatur, Cabbalam Iudaicam uſum tantum eum hodie habere, ut intelligatur, quomodo purior doctrina corruptelas paſſa ſit, & variarum hæreſium origo exſtiterit. In notis vero ad Inſtitut. Theologiæ Moralis p. 387. ita: *Qui aſſerit, convenientiam quandam inter doctrinam Sephirothicam Cabbaliſtarum & orationem dominicam dari, non ſtatim aſſerere tenetur, hanc ex illa deſumtam, ſed id tantum inde ſequitur, loquendi formulas, ſententiasque, quæ in Oratione dominica continentur, non ignotas fuiſſe veteribus Ebræis. Præterea, quæ de ſenſu doctrinæ Sephirothicæ Cabbaliſtarum hunc in finem attuli in medium, non alio, quam conjecturarum loco habenda eſſe res ipſa docet.* Scripſerunt vero & alii pro *Buddeo*. Cum enim Doctiſſ. *Wernsdorfius* Moderamini modo citato Programma Inaugura-



Digitized by Google

gurale, deinde vero Vindicias Orat. Dominicæ obvertiſſet, ac præterea Anonymus edidiſſet das unterſuchte Moderamen &c. prodiit in lucem Anonymi (is eſt Cl. *Jo. Jacobus Syrbius*, Prof. Philoſoph. Jenenſis) Ausführliche Abfertigung der unbefugten Beſchuldigungen / womit ein Anonymus Io. Franc. Buddei Diſquiſit. Theolog. de moderamine Inculp. tutelæ anzufallen / ſich unterwunden / wobey zugleich auch andern / inſonderheit Hn. D. Gottl. Wernsdorfen begegnet wird. *Ien.* 1709. 8. Ad hoc ſcriptum reſpondit Rev. *Wernsdorfius* im Gründlichen Erweiß / daß Hr. D. J. F. Buddeus in ſeiner ſo genannten Abfertigung der unbefugten Beſchuldigungen den von ihm wegen der Cabbalæ entſtandenen Verdacht nicht abgelehnet / ſondern vielmehr mit anſtößigen Lehren gehäuffet / auf der alten reinen Theologorum Beyfall ſich fälſchlich beruffen &c. *Witteberg.* 1709. 8. Totam hujus controverſiæ ſeriem expoſitam lege in Unſchuldigen Nachrichten an. 1709. p. 52. ſqq. (quibus anno 1710. Narrationem vernaculam oppoſuit Rev. *Buddeus*) & 812, nec non in *Jo. Chriſtoph. Coleri* diſſ. de D. *Wernsdorfii* meritis in rem ſacram & literariam p. 41.

VIII. Fuerunt & alii, qui ſingularia quædam commoda in Chriſtianos ex Cabbala Iudaica redundare ſtatuerunt. Quatuor vero inprimis *uſus* ſunt, quos in eruditorum Virorum ſcriptis celebratos vidi. Primum appellaverim *Hermeneuticum*, qui in interpretandis tum Veteris tum Novi Teſtamenti locis, illuſtrandisque Scriptorum Novi Fœderis phraſibus exſerere ſe exiſtimatur. Hunc inprimis commendavit Rev. *Jo. Franc. Buddeus*, ſæpe a nobis in hac cauſa excitatus, in Tomo I. Obſervatt. Halenſium Obſerv. I. ubi, ut Orationem Dominicam ſummam doctrinæ Cabbaliſticæ de 10 Sephiroth complecti ſtatuit, ita veſtigia Cabbalæ Dogmaticæ in epiſtola ad Coloſſenſes & Apocalypſi Joannea oſtendere allaborat. Vide, quæ huc monuerunt Cl. *Paulus Bergerus* in Cabbaliſmo Judaico-Chriſtiano p. 43. ſqq. & alii, quorum paulo ante in hac controverſia facta eſt mentio, unde intelliges, quomodo hæc ſua accipienda voluerit *Buddeus*. Quæ ex interpretationibus Judæorum Cabbaliſticis conſectaria duci, & in ipſos deinde Judæos converti poſſint, ſingulari diſſertatione oſtendit Rev. *Brandanus Henr. Gebhardi*, quam inſcripſit de *Uſu Kabbalæ ex tribus prioribus capitibus Geneſeos*, Gryphiswald. 1702. 4. plagulis ſex. Quid *Jo. Lightfootus* de ſubſidiis hinc petendis exiſtimarit, ex his ejus verbis Tom. I. Opp. p. 200. colligere datur. *Hi ſcilicet*, inquit, *magni eſſent Logiſtæ; occupatio enim ipſorum præcipue in numeris conſiſtit, ſed fructus ſtudiorum ipſorum nil niſi nugæ comperiuntur nullius numeri.*

Digitized by Google

*meri. Atbaſch eorum eſt mirabile commentum , longeque petitum ; Eorum Raſche & Sophe tevoth , eorum Noterikon & Gematria , an nominarim Cabbaliſtica, Maſorethica , an Phantaſtica , equidem ignoro.*

IX. Alter uſus vocari poteſt *Dogmaticus*, qui eo continetur , quod præcipuæ & fundamentales veritates doctrinæ Chriſtianæ , v. c. myſterium SS. Trinitatis , divinitas τῦ λόγυ , Incarnatio Meſſiæ &c. ex Cabbaliſticis inprimis monimentis probari poſſint. Ita doctrinam de SS. Trinitate ex hujusmodi ſcriptis demonſtrandam ſuſcepit *Joſ. Voiſinius* in notis ad *Raymundi Martini* Pugionem Fidei p.495. ſq. in Diſputat.Orthodoxa de SS. Trinitate , cui contemtum magis quam ſolidas rationes oppoſuit *Guil. Henricus Vorſtius* in Bilibra Veritatis p. 360. ſqq. Idem poſtea denuo egit *Jo. Meyerus* in diſſertatione de Myſterio SS. Trinitatis ex V. T. & ſcriptis potiſſimum Cabbaliſticis probando , *Pet. Allixius* in Judicio Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios , contranitente *Steph. Nye* in libro Anglicano, quem *Doctrinam de Trinitate* inſcripſit : & noviſſime *Andreas Norellius* in libro ſupra p. 1038. citato. Ad alia argumenta doctrinæ Chriſtianæ Cabbalam adhibuit anonymus auctor *Candelabri Typici in Moſis Tabernaculo juſſu divino erecti* , & *Wilhelmus Alabaſter* in Apparatu ad Revelationem. Præ ceteris vero hoc egit *Chriſtianus Knorrius de Roſenroht* in Cabbala Denudata paſſim , in qua tamen nonnulla Chriſtianiſmo maximopere profutura omiſſa eſſe teſtatur B. *Hinckelmannus* in Detectione fundamenti Böhmiani pag. 35. & in libro hactenus inedito , quem *Meſſias Puer* inſcripſit. De eo ita B. Ungerus in Novis Literar. Lipſienſibus Latinis an. 1718. p. 194. *Idiomate Rabbinico concinnavit de veritate Chriſtiana religionis librum* , Meſſias Puer , *dictum* , *quo myſteria fidei noſtræ teſtimoniis ex ipſis Cabbaliſticis monumentis erutis probare tentavit. Huc uſque tamen in tenebris deliteſcit eximius ingenii fætus , & lucem publicam vix usquam videbit.* Confer de eodem B. *Tentzelii* Monathliche Unterredungen an. 1689. pag. 482. 1260. & 1267. & anno 1690. p. 1145. *Meelführerum* in Acceſſionibus ad Almeloveenium p. 49. item B. *Martinum Difenbachium* in Iudæo Converſo p. 150. In eo is, teſte *Tentzelio* , omnem de Chriſto hiſtoriam inde ab Annunciatione Mariæ facta usque ad baptiſmum ejus , qualis ab Evangeliſtis traditur , ex Cabbaliſtarum potiſſimum ſcriptis dicitur illuſtraſſe. Adde his *Io. Stephani Rittangelii* Veritatem religionis Chriſtianæ in Articulis de Trinitate & Chriſto ex Scriptura Rabbinis & Cabbala probata , *Franequer.* 1699. 8. quod Specimen puto operis amplioris , quo idem omnia Chriſtianæ religionis capita , etiam minima , quoad ipſos

apices, ex antiquiſſimis Judæorum monimentis probaturus erat. Vide quæ de illius operis conditione dicta a me ſunt Parte I. p. 478. Similem commentationem molitus eſt *Io. Andr. Eiſenmengerus*, ceu patet ex Judaiſmo ejus Detecto Tom. I. cap. II. p. 147. Non minus huc pertinent *Rudolphi Martini Meelführeri* Conſenſus veterum Hebræorum cum Eccleſia Chriſtiana & *Io. Iuſti Loſii* Diſp. de Succeſſiva Iudæorum corruptionem & alia ejusdem de eo, quod *veteres Hebræi Chriſtum Scripturæ ſcopum ſtudioſe olim quæſiverint*. Horum, aliorumque qui huc pertinent, mentionem jam ſupra fecimus in Indice Scriptorum AntiJudaicorum. Memini quoque, *Aaronem Margalitham*, ExJudæum, monſtrare mihi commentationes quasdam ſuas manu exaratas, in quibus idem volvit ſaxum. Idem tractandum inter ExJudæos ante ipſum ſuſceperat *Elchanon Pauli* in *Myſterio Novo*, Helmſtad. 1580. quo 75. argumentis Cabbaliſticis probat, Chriſtum eſſe verum Meſſiam. Confer quæ de *Ludovico Carreto* dicta a me ſunt Parte I. p. 724. & a *Bartolocc.* Tom. IV. p. 420. In omnia alia abit *Io. Georg. Wachterus*, in Elucidario Cabbaliſtico pag. 33. *Quotquot enim*, inquiens, *Cabbalam hactenus tractandam ſuſceperunt, ejusque arcana ad Chriſtianam religionem accommodarunt, hoc errore correpti ſunt, ut in tribus Sephiris ſupremis arboris Cabbaliſticæ Sacroſanctam Triadem collocarent. Primus hujus conciliationis auctor exſtitit Picus Mirandulanus, Vir genere & eruditione inſignis, ſed horum myſteriorum magis pius opinator, quam certus & idoneus Interpres. Quem deinceps ſecuti reliqui, non conſiderantes, quid proferrent, ſed quid poſſent pro Chriſtianiſmo utcunque ſtabiliendo lucrari, cum tamen Chriſtianiſmus tam pauper non ſit, ut falſis præſidiis indigeat.* In ſequentibus longe alio is modo de tribus illis Sephiris philoſophatur. Contemtim de eadem argumentandi ratione ſentit *Vorſtius* in Bilibra Veritatis pagina 360. ſeq.

X. Tertium Uſum *Elenchticum* ſeu *Pædagogicum* dixeris, qui vel refutandis impiis Iudæorum erroribus, vel iisdem ad veritatem agnoſcendam perducendis, continetur. Magnifice de hoc ſenſit *Paulus Riccius*, quod ex præfat. in Iſagogen &c. apparet. *Nullum eſt*, inquit is, *Apocryphum & apud exteros dogma, quod Apoſtolicæ veritati tantum roboris teſtimoniique præſtet, & quod tam validum ſit, craſſam Judæorum ignorantiam refellere, quantum eruditio Cabbalæ.* Confer ſimile *Schickardi* judicium in Bechinath Happeruſchim p. 101. Ex recentioribus *Io. Wulferus* in notis ad Theriacam Judaicam p. 66. relato ſiniſtro Buxtorfii de Cabbala judicio, *Aliter*, inquit, *pene hic animatus ego ſum; & credam interim, antiquam Iudæorum*

*daorum Philoſophiam in Cabbala doceri, e qua ad credendum SS. Trinitatis myſterium facilius multo, quam ex Scriptura V. T. cujus loca mille modis eludere ſolent, convinci eos poſſe non indocti Viri arbitrati ſunt, & novi ipſe ego, celeberrimum quendam Virum non ſemel affirmaſſe, ſe Trinitatem e ſcientia Cabbaliſtica Judais demonſtraſſe, ut attoniti prorſus haſerint, nec, quid reſpondere potuerint, invenerint.* Quomodo *Proſper Ruggerius*, Ex Judæus, Davidem Tinctorem ex Cabbala ad Chriſti ſacra perduxerit, enarrat *Bartoloccius* Tom. IV. Biblioth. Rabbinic. p. 528. Alios, qui ex Cabbala vel tela ad oppugnandos Judæos, vel funiculos ad eosdem alliciendos peti poſſe cenſuerunt, laudat B. *Martinus Difenbachius* in Judæo Convertendo p. 93. ſqq. & Converſo p. 144. ſqq. Illis adde auctorem libri: *Adumbratio Cabbala Chriſtiana, i. e. Syncatabaſis Hebraizans, ſive brevis applicatio doctrina Hebraorum Cabbaliſtica ad dogmata Novi Fœderis pro formanda hypotheſi ad converſionem Judaorum proficua:* Francof. ad Mœn. 1684. 4. pp. 70.

Quartus uſus vocabitur *Hiſtoricus*, qui id efficit, ut intelligatur, quam exigua veritatis ſemina in immenſa figmentorum farragine reliquerint Judæi, quam longe a veritate deſciverint iidem, & quam infeliciter ingenii otioſi luſus cum ſolidis firmisque argumentandi rationibus permutarint, a ſcriptis divinis ad humana, inprimis Gentilium, diverterint, eademque opera aliis, eorum amore immaturo ducti, errandi fecerint occaſionem. Hunc uſum Cabbalæ nec illi dubium fecerunt, qui alioquin nihil inde commodi cum ratione exſpectari poſſe cenſuerunt.

XI. Noſtra ſententia de his uſibus ita fuerit ſtatuendum. Quod ad *Exegeticum* credo, majorem lucem Cabbalæ Judaicæ, qua bona eſt, ex Novo Teſtamento, quam huic ex illa afferri. Idem ſtatuere mihi videtur *Campegius Vitringa* in Obſervationibus Sacris lib. I. pag. 163. ubi ita: *Si autem iſti Kabbaliſta mea opinioni non adeo videantur favere, cogitet mecum id, quod certiſſimum eſt, Kabbaliſtas recentiores plurimum deflexiſſe a vera Parentum ſuorum fide & traditionibus priſcis. Cum enim fidem ſanam repulerint, mirum profecto non eſt, quod ineptiis plurimis ſe dederint. Ego autem ita ſemper exiſtimavi, veram veterum Kabbalam ex libris Novi Fœderis melius poſſe addiſci, quam ex recentierum Judaorum ſcriptis, ne dicam figmentis.* Similiter B. *Abrab. Hinckelmannus* in Detectione Fundamenti Böhmiani p. 36. *non meliorem ſe noſſe Cabbaliſtam*, ait, *quam Joannem: hujus ſtylum & doctrinam qvi norit, & analogia fidei gnarus ſit, eum plus boni in peſſimorum CHRISTI hoſtium i. e. Judaorum ore inventurum eſſe, quam antea crediderit.* Pari modo *Joachimus*

*Langius*, Prof. Halenſis, in Medicina Mentis pag. 153. *Novum Teſtamentum inprimis Epiſtolam ad Ebraos Kabbalam* ait *eſſe in Chriſto denudatam.* Judæo itaque magis quam Chriſtiano Cabbalam profuturam eſſe exiſtimo, ſi prior ille de genuino ejus ſenſu ſolicitus ad lectionem Novi Teſtamenti, lucem in tenebris quærens, adduci ſe patiatur.

Circa uſum *Dogmaticum* negare nolim, hinc inde divinæ veritatis documenta de variis doctrinæ Chriſtianæ capitibus apud Cabbaliſtas deprehendi. Sed eadem tamen obſcuritatis pulvere ita quaſi ſunt obtecta, ut & perſpicere ea difficile ſit, & ampla de genuino verborum ſenſu diſputandi materies naſcatur, vel ſaltem dubitari ſemper poſſit, num, quem ſenſum nobis, doctrina CHRISTI illuſtratis, verba aperte referre videntur, eodem ab iſtorum Scriptoribus fuerint prolata.

Hinc & perſpicitur facile, quid de Uſu *Elenctico* vel *Pædagogico* ſit ſentiendum. Vulgus Judæorum argumentationibus Cabbaliſticis non capietur; earum enim prorſus ignarum eſt, neque his ſubtilitatibus adſequendis idoneum. Inter eruditos vero & doctores pauciſſimi hodie hoc ſtudii genere ducuntur. Qui enim illi incumbunt, *Practica* magis, quæ ad hoc inſtitutum nihil facit, quam *Theoretica* ſe dare conſueverunt. Ceteri autem, ſi vel præſtantiſſimis Cabbaliſtarum teſtimoniis urgeantur in diſputando, ſemper habebunt, quo ſe recipiant. Nunc enim obſcuritatem prætexent, & verba aliter intelligenda eſſe contendent, inprimis, cum nunquam defutura ſit Interpretum, in diverſa abeuntium, copia. Nunc ad Philoſophiam aut Chymiam referent, quæ Theologiam ſapere nobis videntur. Nunc nova hæc eſſe dogmata & a majorum inſtitutis priſtinis aliena cauſabuntur, ac vel ex Philoſophorum area, vel Chriſtianorum hortis, petita. Hinc recte *Joach. Langius*, modo memoratus, in Medicina Mentis p. 155. *Sed hujus Dogmaticæ, magnaq; ex parte ſpuriæ Kabbalæ inveſtigatione ii, qui Evangelii lumine perfuſi ſunt, eo magis ſuperſedere poſſunt, quo eſt abſtruſior, intricatior ac corruptior. Quemadmodum enim laudabile eſt, penetraſſe aut adhuc penetrare quosdam in arcanam antiquorum Judæorum ſapientiam, & ex illis nucleum Evangelicum contra ipſos inprimis hodiernos Judæos, eruere, ſic ſupervacaneum, imo abſurdum eſſet Chriſtiano, pro ſe ipſo ac ſua cauſa mentem in perplexis Iudæorum ſcriptis fatigare, & bibere malle e lacunis, quam e limpidiſſimo Evangelicæ doctrinæ fonte.* Interim, ne quid diſſimulem, uſum hunc Polemicum ſpe non prorſus vana præcipi poſſe exiſtimo, præcipue, cum exempla adſint eorum, qui argumentis Cabbaliſticis ſe ad fidem permotos eſſe profeſſi ſunt. Vide,

quæ

quæ paulo ante de *Proſpero Ruggerio* ſunt admonita. *Hiſtoricus* denique uſus omnium certiſſimus eſt, quandoquidem Cabbala non inficiandum exhibet teſtimonium & cœcitatis, & ſuperſtitionis, & impietatis Judaicæ, atque adeo & judiciorum divinorum, quæ infeliciſſimam gentem in memoriam ſceleris nefandi, a majoribus in CHRISTUM perpetrati, & ab ipſis eorum poſteris hodie pertinaci σκληροκαρδίᾳ & conviciis horrendis continuati, reducere poſſint. Ceterum conferri hic velim Celeb. *Valent. Erneſtum Læſcherum* in Prænotionibus Theologicis p. 228. ſqq.

XII. Reſtat, ut potiores de Cabbala Judaica Scriptores cum ejuſdem oppugnatoribus & defenſoribus, literarum ſerie, recenſeamus. Sunt iſti:

*Agrippa* (Henr. Cornel.) in lib. III. Occultæ Philoſophiæ c. 30. & de Vanitate Scientiarum cap. XLVII.

*Alberti* (Frider. Chriſtianus) in Anmerckungen ad Heſſi Juden-Geiſſel pag. 538.

*Altingius* (Jacob) in Diſſert. de Cabbala Scripturaria, in Heptade V. Diſſertat. I. Tomo V. Opp.

*Andreæ* (Samuel) in Examine Generali Cabbalæ Philoſophicæ, Henr. Mori, *Herborn.* 1670. 4.

*Bartoloccius* (Julius) in Bibliotheca Rabbinica paſſim, quæ loca in ſuperioribus ſunt citata.

*Basbuyſen* (Henr. Jac. van) Diſputationes II. de Cabbala vera & falſa, *Hanov.* 1710.

*Basnage* (Jacobus) in Hiſtoria Judaica lib. III. c. 10. & ſqq.

*Berger* (Paulus) in Cabbaliſmo Iudaico Chriſtiano, *Vitemberg.* 1706. 4.

*Bucherus* (Frideric. Chriſtianus) in Menſibus Pietiſticis, Menſe IV.

*Buddeus* (Jo. Franc.) in Obſervationibus Halenſibus Selectis Tom. I. Obſ. I. & XVI. & in Introduct. in Philoſoph. Hebræorum. Confer ejuſdem tum oppugnatores tum Apologetas, de quibus ſupra p. 1237.

*de Burgonovo* (Archangelus) Ordinis Minorum, pro defenſione doctrinæ Cabbalæ contra Rev. D. Pet. Garziam, Epiſcopum Uſſelenſem, Mirandulam impugnantem, ſed minime lædentem, & Concluſiones Cabbaliſticæ numero LXXI. ſecundum opinionem propriam ejuſdem Mirandulæ, ex ipſis Hebræorum Sapientum fundamentis, Chriſtianam religionem maxime declarantes, per eundem Archangelum acutiſſime declaratæ & elucidatæ, *Baſil.* 1600. 8. In hoc libro

pag. 53. & 54. varia ſua ſcripta ad Cabbalam pertinentia, ſed non edita, recenſet.

*Ejusdem* Cabbaliſtarum ſelectiora obſcurioraque dogmata illuſtrata, *Venet.* 1569. 8. *Baſil.* 1587. in *Jo. Piſtorii* Scriptoribus Artis Cabbaliſt. p. 731. ſqq. recuſa. Eum hic omnia ſua ex Reuchlino de Arte Cabbaliſtica, ſi voculas quasdam mutatas exceperis, deſcripſiſſe, teſtatur *Carpzovius* c. VI. Introduct. in Theolog. Judaicam p. 21.

*Carpzovius* (Joh. Benedictus) in Introduct. in Theologiam Judaicam c. VI. &c.

*Colberg* (Ehregott Daniel) in Chriſtianiſmo Hermetico Platonico.

*Collangel* (Gabriel) in Diſſert. de Cabbala, cum ejusdem Polygraphia gallice edita, *Pariſ.* 1561.

*Dickinſon* (Edmund.) in Phyſica Vetere & Vera cap. IV. & XIX.

*Difenbach* (Martinus) in Judæo Convertendo pag. 94. & Converſo pag. 145. ſqq.

*Duretus* (Claudius) dans l' hiſtoire de l' origine des Langues c. 7.

*Fludd* (Robertus) a Fluctibus in Philoſophia Moſaica, & alibi paſſim.

*Gaffarellus* (Jac.) Abdita divinæ Cabbalæ myſteria contra Sophiſtarum Logomachiam defenſa *Pariſ.* 1623. 4. teſte *Leone Allatio* de Apibus Urbanis. *Ejusdem* tractatum de Cabbala, & in eum Merſenni notas MSS. in Biblioth. Peireſcii memorat *Colomeſius* in Gallia Orientali p. 154. Promiſit & Cribrum Cabbaliſticum.

*Galatinus* (Pet.) lib. I. de Arcanis Cathol. Veritat. c. 6.

*Garzia* (Pet.) vide ſupra *Archangelus Burgonovenſis.*

*Gaſtaldus* (Thom.) in libris de Angelica poteſtate paſſim de Cabbala Judaica egit, eamque confutavit, teſte Kirchero in Oedipo Ægyptiaico Tomo II. Part. I. qui paſſim ad eum provocat.

*Gerſon* (Chriſtian.) in Compendio Talmudis Part. I. c. 31.

*Glaſſius* (Salom.) in Philologia Sacra lib. II. Part. I. p. 302.

*Hackſpanius* (Theodoricus) in Brevi Expoſitione Cabbalæ Judaicæ, Miſcellaneis ejus Sacris ſubjuncta, p. 282. ſqq. qui ſpeciatim p. 341. ſq. fuſe de uſu Cabbalæ in Theologia diſſerit.

*Hebenſtreitius* (Jo. Bapt.) in Diſſertat. de Cabbala Log. Arithmo-Geometro-Mantica ſpargi nuper cœpta. *Ulm* 1619. 4.

*Henningius* (Jo.) in Cabbalologia ſive Brevi Inſtitutione de Cabbala cum veterum Rabbinorum Judaica, tum Poëtarum Paragrammatica, Lipſ. 1683. 8.

*Hoorn-*

Digitized by Google

*Hoornbeckius* (Jo.) in libris VIII. pro convincendis & convertendis Judæis lib. I. c. 2. p. 89. ſq.

*Hottingerus* (Jo. Henr.) in Theſauro Philolog. lib. I. c. 3. Sect. V.

*Hottingerus* (Jo. Henr.) Nepos, in notis ad diſcurſum Gemaricum de Inceſtu Creatione & opere Currus, p. 41. ſqq.

*Kircherus* (Athanaſ.) in Oedipo Ægyptiaco Tom. II. Part. I. fuſe.

*Knorr* (Chriſtianus) a Roſenroht in Cabbala Denudata Tom. I. Solisbac. 1677. & 1678. Tom. II. Francof. ad Mœn. 1684. 4. Vide Buddei Introduct. p. 281. ſqq.

*Langius* (Joach.) in Medicina Medicina Mentis p. 151. ſqq.

*Langius* (Jo. Mich. in Differt. de Charactere primævo Bibliorum Hebr. & in Comment. de Genealogiis Judaicis.

*Lebenwald* des Teufels Betrug in der Cabbala, Aſtrologia Judiciaria und Goldmachen. Sulsbac. 1680. 12.

*Leusdenius* (Jo.) in Philolog. Hebr. Differt. XXVI.

*Læſcher* (Valent. Erneſtus) in PrænotionibusTheologicis p. 228. ſq.

*Lobkovitz* (Jo. Caramuel a) Cabbalæ Theologicæ Excidium, qua ſtante in tota S. Scriptura ne unum quidem verbum eſſet de Deo. Vide *Imbonati* Biblioth. Lat. Heb. p. 96.

*Ejusdem* Specimen Cabbalæ Grammaticæ, *Bruxellis* 1642. 12.

*Mirandulanus* v. Jo. Picus.

*Moreſtelli* (Pet.) Academia Artis Cabbaliſt. Pariſ. 1621. 8. edita prorſus huc non pertinet, quippe quæ tantum de Arte Lulliana exponit.

*Morus* (Henr.) in ſcriptis variis, de quibus diligenter exponit Rev. *Jo. Franc. Buddeus* in Introduct. in Philoſ. Hebræorum.

*Mullerus* (Jo.) in Judaiſmo Prolegom. VI.

*Neander* (Michael) in calce Erotematum L. Hebr. p. 514. ſqq.

*Paſtritius* (Jo.) cujus tractatum MS. de Cabbala ejusque diviſione & auctoritate laudat *Imbonatus* in Biblioth. Hebræo-Latina p. 126.

*Picus* (Jo.) Mirandulanus, LXXII. Concluſiones Cabbaliſticæ & alia in Operibus ejus legenda. Concluſiones illæ integræ exſtant in Rev. *Buddei* Introduct. p. 230. ſq. Conf. *Archangelus Burgonov.*

*Piſtorius* (Jo.) Nidanus, in Tomo I. Scriptorum Artis Kabbaliſt. *Baſil.* 1587. fol. quo continentur *Pauli Riccii* lib. IV. de cœleſti Agricultura, & opuſcula nonnulla ejus alia: R. *Joſephi Caſtilienſis* Porta lucis, *Leonis Ebrai* de amore Dei dialogi tres: *Jo. Reuchlini* libb. 3. de

Arte Kabbaliſtica; item libb. 3. de verbo mirifico: *Archangeli Burgonovienſis* Interpretationes in ſelectiora obſcurioraque Cabbaliſtarum dogmata; & *Abrahami* liber Jezira. Lege de hac collectione *Buddeum* in Introduct. ad Hiſtor. Philoſ. Hebr. p. 221. *Rich. Simonem* in Bibliotheca Selecta Tom. I. pag. 322. ſqq. & *Pet. Balium* in Dictionario edit. recentiſſ. Tom. III. p. 2315. ſq.

*Reimmannus* (Jac. Frider.) in Conatu Introduct. in Hiſtoriam Theolog. Judaicæ lib. I. c. 15.

*Reuchlinus* (Jo.) in libris 3. de Arte Cabbaliſt. *Hagenoæ* 1517. 4. *Baſil.* 1550. & cum Galatino, *Francof.* 1672. fol. item in Piſtorii Scriptoribus Cabbaliſt. Baſil. 1587.

*Riccius* (Paulus) in libris IV. de cœleſti Agricultura & alias: vide Part. I. n. 1817. Conf. *Piſtorius.*

*Rittangelius* (Jo. Steph.) in notis ad lib. Jezira, & libro de Veritate Religionis Chriſtanæ.

*Roſenroht:* (v. Chriſtianus Knorr.)

*Scherzer* (Jo. Adamus) in Trifolio Orientali p. 109. ſq.

*Schickardus* (Guilielmus) in Bechinath Happeruſchim Diſſ. IV.

*Schottus* (Caſp.) in Technica Curioſa lib. XII. de Mirabilibus Cabbalæ.

*Schudt* (Io. Iac.) in Memorabilibus Iudaicis Part. II. lib. 6. cap. 31. pag. 188. ſqq.

*Sennertus* (Andr.) Diſſert. peculiari de Cabbala, Vitemb. 1655. 4. quæ recuſa eſt in Heptade II. Exercitatt. Philolog. num. III.

*Sperberus* (Iulius) Iſagoge in veram triunius Dei & naturæ cognitionem, concinnata An. 1608. nunc vero primum publici juris facta, in qua multa quoque præclara de materia lapidis Philoſophici ejusque mirabiliſſimo continentur, *Hamburgi* 1674. Hunc puto eſſe tractatum, in quo probaſſe ſibi videtur, artem Kabbaliſticam omnium artium eſſe nobiliſſimam: vide præfationem ejus ad Preces Cabbaliſticas.

*Ejusd.* Kabbaliſticæ Precationes Latine *Amſtelod.* 1675. 8. & *German.* eodem anno, Amſtelod. & Francofurti. Conf. *Godofredi Arnoldi* Hiſtor. Hæreſiologic. Part. III. p. 16. ſq.

*Voiſinius* (Ioſ.) in notis ad procem. in *Raym. Martini* Pugionem Fidei, & ad R. Iſraël, fil. Moſis, Diſputat. Cabbaliſt.

*Wach-*

Digitized by Google

*Wachter* (Io. Georg.) in Spinoſiſmo Iudaiſmi *Amſtelod.* 1699. 8. & Elucidario Cabbaliſtico, *Roſtoch.* 1706. 8.

*Walther* (Io.) in Officina Biblica, p. 523. ſqq.

*Waltonus* (Brianus) in Prolegom. VIII. ad Biblia Polyglotta §. 30-38.

*Zieroldus* (Ioh. Wilhelmus) in Introduct. ad Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. III. Ex Iudæis, qui hiſtorice de Cabbala præceperunt, potiores ſunt *Elias Levita* in Tisbi voce קַבָּלָה, R. *Moſes Corduero* in אור נערב R. *Naphthali* in præfat. ad עמק המלך & *Menaſſe ben Iſraël* in Conciliatione ſuper Exodum Quæſt. CXXV. p. 249. ſqq. edit. Hiſpanicæ.

# LIBER VIII.

## DE

# SCRIPTIS HEBRÆORUM ANONYMIS.

ס' אבא ואמא SEPHER ABBA VEIMMA, liber, qui dicitur *Pater & mater*, argumenti Cabbaliſtici, MS. in Bibl. Oppenh. in 4. unius digiti latitudinem æquans Volumen. 1

א"ב על פי הסוד ALPHABETUM ALPI HASSOD, h. e. de literis Hebraic. commentatio Cabbaliſtica, MS. in B. Oppenh. 4. tribus plagg. Ibidem vidi binos alios commentarios Cabbaliſt. in literas alphabeti in 4. 2

אבן גליון EVANGELIUM. Sub hoc titulo commemorat Bartoloccius Evangelium S. Matthæi hebraice, ſed inepte, translatum & corruptum ab impio quodam Iudæo vel Atheo, quod MS. ait exſtare in Bibl. Vatic. partim inter opera R. *Schem Tov Schiprut* (id eſt *Sprot*: vide Biblioth. Hebr. Part. I. n. 2157.) partim ſeorſim in forma quarti ordinis. B. *Gabr. Groddeckius* in Theatro Anonymorum Plac- 3

Placciano p. 680. non præter rationem ſuſpicatur, prius illud, quod inter opera R. *Schem Tov ben Sprot* exſtare dicitur, intelligendum eſſe de libro ab hoc auctore ſub tit. אבן בוחן i. e. *lapis lydius*, edito, de quo loco modo citato fuſius commentati ſumus. Auctor ש"י in Appendice p. 107. ſub eodem titulo ait, Evangelium ex Hutteri verſione Hebraice prodiiſſe *Norimbergæ* an. 1660. 4. & *Lond.* 1660. 8. Scilicet *Elias Hutterus* in Polyglottis ſuis N. T. Norimb. 1599. 2. voll. fol. & 4. voll. in 4. editis, ac 1602. in 4. recuſis, Hebraicam totius N. T. verſionem, annuo ſpatio abſolutam, cum aliis verſionibus edidit, quæ deinceps ſeorſim, *Guil. Robertſoni* cura aliquot in locis emendata, Lond. 1661. 4. lucem vidit. Conf. quæ ſupra p. 416. hujus Partis monuimus. De aliis verſionibus Hebraicis N. T. dictum eſt ſupra l. c. Adde infra tit. ברית חרשה ſeu *fœdus novum*. Ita enim rectius hebraice inſcribentur libri N. T. ut eadem opera occurratur impiis ſarcaſticis & futilibus Iudæorum paronomaſiis ac detorſionibus nominis, quando און גליון i. e. *vanitas voluminis*, (indignante, ſi credere fas eſt, R. Elia Germano in תשבי ſub voce גליון) vel עון גליון i. e. *iniqvitas libri* appellare ſolent. Confer *Bartoloccium* Tom. III. p. 388. *Jo. Andr. Eiſenmengerum* in Iudaiſmo detecto Parte I. p. 275. *Jo. Jac. Huldricum* in notis ad *Toldos Jeſchu* p. 115. & 118. *Job. Buxtorfium* in Lexico Rabbinico-Talmud p. 42. *Jo. Friſchmuthum* in diſſ. de Evangelio e Sione egreſſuro c. 1. §. 17. & *Jo. Henr. Hottingerum* p. 511. Theſauri Philolog.

4 אבן שתייה EVEN SCHETIIA vel SCHATIA vel SCHATTIIA, i. e. *lapis fundamenti*, titulus libri Theologici, in quatuor partes diſtincti, quarum I. de Dei eſſentia, II. de ejus providentia, III. de ſcientia Legis, & IV. de obſervatione præceptorum diſſerit. Hunc MS. olim in Bibliotheca Heidelbergenſi fuiſſe poſt Buxtorfium ſcribunt *Hottingerus*, ש"י & *Bartolocc.* qui poſtremus præterea monet, pro שתיה quod habet Buxtorf ſcribendum eſſe שתיא. Sed Buxtorfius extra cenſuræ hujus jactum poſitus eſt. Iudæi ſane ipſi nunc אבן שתיה nunc אבן שתיא ſcribunt. Vide *Toldoth Ieſchu* p. 6. ſq. edit. Wagenſeil. & Cod. Ioma c. 5. §. 1. Nec latuit Buxtorfium utraque iſta ſcribendi ratio, ceu patet ex Lexico ejus Rabbinico p. 2541. Confer Cl. *Theodori Haſæi* exquiſitam diſſertationem de אבן

Digitized by Google

שתה אבן ſeu lapide fundamenti, Erfurti & Lipſ. ed. in 4. p. 8. Ex eadem fuſe perſpicietur, quid de hoc lapide partim fabulentur, partim ex vero referant, partim ignorent Judæi. Certo ſcilicet lapidi hoc nomen tribuunt, cui olim arca fœderis fuerit impoſita, qua deinceps abducta remanſerit tribus a terra digitis altus. Confer præter notas Wagenſeilii ad locum citatum *Toldos Ieſchu*, Jo. Andr. Eiſenmengerum Parte I. Judaiſmi Detecti p. 155. ſq. Librum noſtrum MS. habet R. Oppenheimerus.

5 אגדות ſive הגדות AGGADOTH ſeu HAGGADOTH vocantur Hebræis narrationes ſive commentationes ſubtiles, allegoricæ & fabuloſæ. Vide *Buxtorfium* in Lexico Rabbinico-Talmud. pag. 1295. & R. *Aſariam* in Meor Enajim f. 77. a. Liber ejusmodi *Aggadoth* memoratur in libro *Zohar* ad Exodi Paraſcham וישמע יתרו col. 40. Talibus abundat Talmud Babylonicum: vide ſupra. p. 974. ſq.

6 אגודה AGUDDA i. e. *faſciculus*, ſive collectanea Talmudica, in quibus per compendium exhibentur inſtituta & ritus, qui in univerſo Talmudis corpore exſtant, cum indice in calce adjuncto. *Cracov.* 331. C. 1571. fol. pp. 250. per Iſaac ben Aaron Proſtitz. Auctores hujus collectionis diſcipulos R. *Aſcher*, ex cujus ore eam illi acceperint, faciunt Scriptor *Schalſcheleth*, p. 68. R. *Dav. Ganz* ad an. 5089. C. 1329. & Bartoloccius. At ש״י auctorem appellat R. *Alexandrum* Sacerdotem, qui cognominetur Rab זוסלן & per compendium literarum מר״זה i. e. *R. Suslan Cohen*.

7 אגודת אזוב AGUDDATH AESOBH, *faſciculus byſſopi* (ex *Exod.* XII. 22.) quo comprehenditur explicatio & ſumma legum ac inſtitutorum, quæ *Bava Metzia*, & *Bava Batra* continentur, ſecundum ordinem in *Choſchen miſchpath* obſervatum. Prodiit cum libro גדולות מרדכי *Hanov.* 375. C. 1615. fol. Vide Part. I. ſub nomine *Baruch b. David*.

8 אגרת האצטרולב IGGERETH ASTROLAB, *epiſtola de Aſtrolabio*, de cujus ſtructura & uſu diſſeritur. MS. in B. Vatic. teſte *Bartolocc.*

9 אגרת בעלי חיים IGGERETH BAALE CHAJIM, *epiſtola animantium*, ſeu dialogus inter hominem & feras, jumenta,

aves & reptilia, quo actiones ſingulorum illorum, item virtutes, vitia, proprietates ac tota indoles ita explicantur, ut homini ſemper prærogativa relinquatur. Scriptio verſibus rhythmicis conſtat ab ignoto auctore profecta. Hebraicum, quod exſtat, exemplum verſionis locum tuetur, quam ש״י a R. *Kalonymo* ex Arabico factam teſtatur. Confer quæ ſcripſimus Parte I. n. 1892. MS. habet R. Oppenheimer.

10 אגרת הויכוח בין התורה והחכמה IGGERETH HAVVICCVACH BEN HATTORA VEHACHOCHMA, *epiſtola diſceptatoria inter Legem & Sapientiam* Prag. 285. C. 1525. per Gerſon b. Bezalel, 2. plagg. in 8.

11 אגרת הויכוח IGGERETH HAVVICCVACH, *epiſtola Elenctica*, a Bartoloccio *ἀνωνύμως* affertur: tu vide Parte I., ſi placet, R. *Schem Tov bar Ioſeph ben Palkira*, qui ejus auctor eſt. Eodem modo Bartoloc. alia ſcripta *ἀνώνυμα* ejusdem tituli recenſet, quæ hic de induſtria omittimus, ſuis ſingula locis ſub Scriptoribus in parte priore laudata.

12 אגרת החמדה IGGERETH HACHEMDA, *epiſtola deſiderii*, ſeu *deſiderabilis*, ſcriptio Cabbaliſtica, quam laudat Bartoloc. Eſt illa R. Moſis Nachmanidæ, de quo ſuo loco. B. *Groddeckius* in Theatro Placciano p. 681. a. ait, ſe hujus tituli epiſtolam quondam in Biblioth. Regis Galliæ n. 176. vidiſſe, quæ de præſtantia libri *More Nevochim* egerit.

13 אגרת הטעמים IGGERETH HATTAAMIM, epiſtola de Accentibus, ubi auctor commentatur in זרקא & צינורת item in librum קומה MS. in Bibl. Oppenheim. 4. octo plagulis.

14 אגרת על יצירת האדם IGGERETH AL IEZIRAT HAADAM, i. e. *epiſtola de creatione hominis*, quam Arabica lingua, ſed literis Rabbinico Hebraicis ſcriptam Bartoloc. in Vatic. exſtare teſtatur, auctore non commemorato, & forte non Hebræo.

15 אגרת משפט IGGERETH MISCHPAT, *epiſtola judicii*, ubi agitur de judiciis, quæ Salomon Rex ediderit. MS. habet Oppenheimerus in 4.

אגרת

Digitized by Google

אגרת הסודות IGGERETH HASSODOTH, *epiſtola arcanorum ſenſuum.* Eam laudat paſſim *Galatinus*, in lib. de Arcanis Cathol. Veritatis, nec omittit ש״י ubi agere dicitur de rebus ad Meſſiam pertinentibus, ejusque characteribus. Plantavitius n. 19. obſervat, eam in Catalogo Pragenſi & Indice expurgatorio Romano librorum Rabbinic. laudari. 16

אגרת עקרים האמונה IGGERETH IKKARIM (vel rectius IKKARE) HAEMUNA, *epiſtola de articulis fidei*, quam ex Hottingero recitat Bartoloccius. 17

אגרות שלומים IGGEROTH SCHELOMIM, *epiſtola ſalutationum*, libellus de ratione ſcribendi epiſtolas præcipiens, & *Baſil* 363. C. 1603. in 8. apud Waldkirchium, annitentibus Judæis in uſum juventutis ſuæ editus. Atque hac quidem occaſione uſus Buxtorfius unam epiſtolarum illarum Decadem latine a ſe redditam & ſuccinctis ſcholiis illuſtratam apud eundem typographum excudi curavit, præmiſſa ad Jan. Druſium Dedicatione ſingulari, quam Jo. Buxtorfius, *Ioannis Iacobi* filius, Catalectis ſuis Philologico-Theologicis totam inſeruit p. 277. Ex ea intelligitur, aliam illius libri editionem, Baſileenſi priorem, exſtitiſſe, atque hanc puto eſſe *Cracovienſem* apud Nahum b. Moſe Meiſels curatam plagg. 3. quam vidi in Bibl. Oppenheim. Exſtat etiam MS. in Biblioth. Senator Lipſ. inter Codd. Wagenſeilianos in 4. quorum catalogus MS. n. 8. & 18. libellum putat ineditum, falſo quidem, niſi plures forte hujus tituli libelli, re ipſa diverſi, circumferantur. Decadis illius epiſtolarum a Buxtorfio editarum mentio fit a *Druſio* & *Scaligero* in epiſtolis ad Buxtorfium an. 1605. & 1606. ſcriptis, quas Buxtorfius ipſe aliquot annis poſt, nempe an. 1610. Inſtitutioni ſuæ epiſtolari præmiſit. 18

אגרת התומות IGGERETH TUMMOTH *epiſtola de perfectionibus*, MS. recenſetur in Catal. Bibl. Leidenſ. p. 285. n. 29. cui addita dicitur expoſitio Pſalmi CXIX. 19

אגרות IGGEROTH, *epiſtolæ* familiares variæ a Io. Buxtorfio, poſt Decadem illam unicam an. 1605. editam, de qua modo diximus, Inſti- 20

Inſtitutioni epiſtolari Baſil. 1660. 8. additæ ſunt, ita quidem, ut 50. earum punctis vocalibus inſtructæ & non minus latina verſione quam notis illuſtratæ ſint, quinquaginta aliæ ſine punctis & ſine verſione, ſi decem primas exceperis, (quæ forte ſunt illæ decem, quas anno 1605. editas diximus,) conſpiciantur. Accedit præterea Appendix epiſtolarum aliquot inſignium R. *Moſis Maimonidæ*, *Kimchii*, *Nachmanidæ*, *Bechai* & *Tibbonidæ*, itidem ſine verſione. Illam epiſtolarum Centuriam depromſit Buxtorfius partim ex libro מגלת ספר, quem pene totum in Inſtitut. ſua Epiſtolari latine ſe reddidiſſe ipſe ſcribit in Biblioth. Rabb. pag. 364. partim ex Volumine MS. epiſtolarum, quas varii Italiæ & Germaniæ Rabbini Baſileam miſere ad *Iſraëlem Sifroni de Gazolo*, Judæum, qui eo tempore, quo Talmud Baſileæ formis exſcribebatur, amoliendis operarum mendis vacabat. Vide ipſius Buxtorf. præfat. ad Inſtit. Epiſtol. Harum literarum editionem poſtulavit a Buxtorfio vehementer *Scaliger* p. 522. Epiſtolarum ſuarum ita ſcribens: *Volumen Epiſtolarum Iudaicarum a te nuper publicatarum cogit me, ut a te petam, quod jam occupavit facere Druſius noſter, ut juſtum aliquod corpus ejusmodi epiſtolarum a te collectarum edatur, una cum interpretatione & notis tuis.* Præteriteram fere monere, *Io. Buxtorfium* in Catalectis ſuis antea laudatis p. 379. epiſtolas 46. 47. & 48. Semicenturiæ poſterioris Buxtorfianæ latine verſas cum notis exhibere. De aliis Judæorum epiſtolis vide infra ſub יפה נוף & Parte I. ſub *Maimonide* p. 861. ſq. Collectio mutila epiſtolarum Hebraicarum cum reſponſoriis, tam proſa, quam carmine ſex tomis in 4. inter Codd. Pocockianos, in Biblioth. Bodlejana num. 74. in 4. Cum hoc volumine conjungendum proxime erat illud, quod n. 280. exſtat. Codicem epiſtolarum Hebraic. familiarium MS. memorat Catalogus Bibl. Medic. p. 168. b. n. 12. in 8. & alium n. 19. in 4. Volumen epp. Hebræarum, a Judæis ad B. *Wagenſeilium* ſcriptarum, manu exaratum exſtat in Bibl. Senator. Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. n. 19. formæ minoris. Inſignis ejusmodi epiſtolarum, a Judæis ad B. *Chriſt. Theophilum Ungerum* ſcriptarum, in hujus Bibliotheca adſervatur. Nec deſunt exempla epiſtolarum Hebr. a Chriſtianis exaratarum, v. c. *Munſteri*, *Schreckenfuchſii*, *Petri Coſti*, *Anteſignani*, *Schickardi*, *Philippi Iac. Fabricii*, *Bohlii*, *Varenii*, *Hulſii* (ad Abendanam) *Hug. Broughtoni*, *Iac. Altingii*, ut alios taceam.

Codex

Digitized by Google

Codex MS. formulas epiſtolicas Judaico-Germanicas, ex libro quodam Germanico depromtas exhibens, exſtat in Bibliotheca *Uffenbachiana*, quam vide Part. I. p. 226.

אגרת הטעמים IGGERETH HATTAAMIM, *epiſtola de accentibus*, neſcio cujus, exſtat in Bibl. Oppenheim. MS. in 4. 21 a

אגרת מים חיים IGGERETH MAJIM ÇHAJIM, *epiſtola aquarum vivarum*, MS. in B. Oppenheim. in 4. ubi commentatio inſtituitur ſuper librum תורת חטאת. Volumen idem complectitur expoſitionem ſuper Bechai, & latum eſt 3 digitos. 21 b

אגרת מתולידו IGGERETH MITTOLEDO, i. e. *epiſtola Synagogæ Judæorum Toletana*, quæ inſtar reſponſoriæ ad epiſtolas Synagogæ Hieroſolymitanæ de eo, quomodo CHRISTUM, Dominum noſtrum, morte affecerint, Toletanis miſſas, data eſt, & deinde Alphonſi VI. auſpiciis Hiſpanice verſa, ac eadem lingua una cum Italica verſione inſerta eſt Ephemeribus Italicis (*Galleria di Minerva*) Tom. I. p. 323. In illa Toletani teſtantur, ſe optima quæque de CHRISTO audiviſſe, quod ad innocentiam, integritatem &c. adeoque ſibi violenta illa conſilia diſplicere, cum fieri poſſit, ut ille ſit verus Meſſias. 22

Hæc epiſtola memoriam mihi refricat epiſtolarum, quas ab Hieroſolymitanis ad Iudæos, in Svevia commorantes, ſcriptas hinc inde memorant eruditi, eo quidem fine, ut ipſos certiores facerent de Jeſu ex vivis ſublato, eademque opera excitarent ad gratias Deo pro hoc opere agendas. Vide *Lehmannum* in Chronico Spirenſi lib. V. c. 37. pag. 472. Ejuſmodi Epiſtolam *Ulmæ*, Judæis inde anno 1348. ejectis, inventam tradit *Mart. Cruſius* Lib. V. Annalium Svevic. Part. III. p. 253. & *Sebaſt. Franckius* in Chronico Germanico p. 327. unde alii, nominatim *Conrad. Dietericus*, Part. II. Analyſ. Evang. Feſt. Paſchal. p. 13. & *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in Inſtitutione de dialecto Judæorum vernacula repetierunt.

Alii apud *Ratisbonenſes* Iudæos, anno 1519. in exilium pulſos, hujus tenoris literas deprehenſas fuiſſe referunt, quam in rem vide Rev. *Georg. Serpilii* Iudæum, Converſum & Perverſum pag. 20. & Cl. *Burchardi Gotthelf Struvii* Acta ex MSS. eruta Tom. II. Faſcic. I. p. 79.

Ad *Wormatienſes* Iudæos hujusmodi epiſtolam directam fuiſſe ſcribit *Grotius* ad Act. XXVIII. 22. Vide hanc in rem præ ceteris Cl. *Schudtium*

*tium* in Memorabilibus Judaicis lib. V. c. I. p. 328. ſqq. qui fidem omnium harum narrationum non prorſus in dubium vocandam cenſet. Wormatienſes Judæos inter ceteros ab Hieroſolymitanis, vel potius Rege Herode, conſultos, quid de Jeſu agendum ſit, reſpondiſſe, ut ſibi a cæde ejus caverent, tradit auctor mendaciſſimi libri *Toldos Ieſchu* a Cl. *Huldrico* editi, p. 80. quod ad veritatem non propius accedere videtur, ac cetera, quæ ibidem leguntur ab ea alieniſſima. Lege iterum Cl. *Schudtium* lib. V. cap. 11. p. 398. & *Jac. Basnage* lib. VI. c. 7. p. 1082. nec non B. *Wagenſeilium* in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 215.

Epiſtolæ aliæ, a Iudæis Hieroſolymit. itidem ſcriptæ, de ritibus & precibus apud ipſos receptis, ut & de ſepulchris ibi obviis lingua Hebr. germ. exſtant in Bibl. Oppenh. in 4. pp. 6. Titulus præ ſe ferebat nomen CPoleos; ſed typi alium locum credere jubent.

Excerpta quædam ex epiſtola, quæ a Iudæis *Cochinenſibus* ad Amſtelodamenſes ſcripta fertur, lege in V. C. *Iac. Basnage* Hiſtoria Iudaica Tom. IX. p. 1082. edit. noviſſimæ. Scribunt illi, ſe ad Indos confugiſſe inde ab eo tempore, quo Romani terram ſanctam in poteſtatem ſuam redegerint. Adde Cl. *Schudtium* l. c. lib. I. c. 4. p. 42. ſq. ubi integram habes epiſtolam ex Ephemeridibus Anglic. converſam.

De epiſtolis Rabbinorum Amſtelodamenſium, ad *Iurieum* ſcriptis, lege D. *Häberlini* diſſertationem de Chiliaſmo hodierno, fidei Chriſtianæ ruina & infidelitatis Iudaicæ firmamento e noviſſimis ſcriptis gallicis: *L' accompliſſement des Propheties, & lettres des Rabbins des Deux Synagogues* ſtrictim delineato. *Tubing.* 1688. 4.

אגרת epiſtola quædam Medici Itali Ex Judæi, *Mantuæ* an. 1630. circiter ſcripta, qua recenſet pœnarum genera ſingula, quæ ſingulis Iudæorum tribubus adhuc hodie, ob necem CHRISTO Servatori illatam, ſuſtinenda ſint. Narratio hæc exſtat germanice in calce *Narrationis de Ahasvero* Iudæo, quem vocant, immortali, per *Chryſoſtomum Dudulæum*, Weſtphalum, in 4. ſine loco & anno editionis vulgatæ. In Frontiſpicio tamen *Pauli Furſten*, mercatoris Norimbergenſis, nomen occurrit; in calce autem primæ relationis locus ſcriptionis nominatur *Revalia* addito anno 1634. 11. Martii. Repetiit eandem relationem Cl. *Schudtius* in Memorabilibus Iudaicis Parte II. lib. 6. c. 20. p. 344. ubi de re ipſa plura invenies. Conf. quæ in Supplementis ad Partem I. dicentur ſub פרנציסקוס, unde patebit, hoc eſſe Scriptoris epiſtolæ iſtius nomen.

האדרא

האדרא רבא קדישא ותמימה HAIDRA RABBA KADDISCHA UTEMIMA, libellus, quo utuntur (שלומרים) Sapientes & Doctores Hieroſolymit. poſt preces & textus biblicos, quos recitant in ſpelunca ſuper ſepulchrum Samuelis Prophetæ, *Venet.* in offic. Vendram. an. 461. 8. pp. 32. 23

האדרות הקדושות i. e. *Idra Rabba & Suta*, *Amſtelod.* 468. C. 1708. ap. Salom. b. Joſ. Probs in 8. pp. 25. 24

אוהל מועד OHEL MOED, *tentorium conventus.* Hujus tituli librum *expoſitionem articulorum fidei Iudaicæ* continentem, adeoque tertium poſt alios binos R. *Salomonis Urbinatenſis* & R. *Becbai*, eadem inſcriptione gaudentes, memorat Buxtorfius p. 309. Sed vereor, ne titulus אוהל מועד confundatur cum אוהל יעקב R. *Iac. Capel*, qui ſpectat ad illuſtrandum librum עקרים. 25

אולם וההיכל ULAM VEHAHECHAL, i. e. *atrium & templum* (ex 1 *Regg.* VII. 21.) comment. ſuper preces & ritum peccata confitendi, MS. in Vatic. in 8. B. *Gabriel Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 682. teſtatur, ſe ejusdem tituli librum in Bibliotheca Regis Galliæ n. 165. vidiſſe in quarti ordinis forma, qui compendium precum verſibus ſcriptum exhibeat. 26

אוילנספיגל *Eulenſpiegel*, hiſtioriæ Iudaicæ dialecto Hebræo-german. in 8. pp. 16. ſine loco notato. 27

אוצר היראה OZAR HAIIRAH, *theſaurus timoris*, liber moralis, MS. in Bibl. R. Oppenheimeri, qui ſcriptus dicitur a חכמי חמוסר i. e. Philoſophis moralibus. 28

אוצר עניים OZAR ANIIM, i. e. *theſaurus pauperum*; vide Parte I. חנין בן יצחק quem hujus tituli ſcriptum Medicum exaraſſe oſtendimus. Hic obſerva, *Bartoloccium* in Addendis ad Tomum I. p. 740. referre, mutuum ſe a *Nicol. Antonio*, cujus Bibliotheca Hiſpanica exſtat, accepiſſe hujus tituli librum, lingua Luſitanica, ſed characteribus Rabbinicis exaratum, & in 63. capita diſtinctum, quibus varii generis medicamenta tradantur, auctore מאישטרו גוליאן 29

ita

Digitized by Google

(ita enim mendoſam ſcriptionem corrigendam puto) i. e. *Magiſtro Juliano*. Forte hæc eſt verſio libri iſtius Hebraice ſcripti, cum quod ad argumentum cum illo conveniat.

30 אוצר לשון ערבי OZAR LESCHON ARABI, i. e. *Theſaurus linguæ Arabicæ*, ſeu dictionarium Arabico-Hebraicum, characteribus Rabbinicis ſcriptum. MS. in Vatic. 4.

31 אור אמת OR EMETH, i. e. *lux veritatis*, liber Criticus, cujus Hottingerus in Biblioth. Orientali Claſſe XI. p. 41. & ex eo Bartoloccius meminit. At enimvero legendum eſt אות אֱמֶת i. e. *ſignum veritatis*, de quo Parte I. ſub R. *Meir* באמבבשי diximus. *Hottingerus* quidem pag. 7. & 46. memorat itidem אות אמת tanquam ab altero illo diſtinctum, ſed cum nec R. *Schabtai* eum exhibeat titulum, nec aliis præter Hottingerum memorari videam, uterque autem ejusdem feratur eſſe argumenti, non dubito, ex uno hoc titulo, errore admodum obvio, binos illos conflatos eſſe.

32 אור הדת OR HADDATH, i. e. *lux legis*, ſiſtit explicationem libri Eſther, ceu Bartoloccius poſt Hottingerum monet.

33 אור החיים OR HACHAIIM, i. e. *lux vitæ*, continetur libro מאמר האחדות de quo vide Parte I. ſub R. *Ioſeph* יעבץ.

34 אור יקר OR IAKAR, ſive אור יקרות OR IEKAROTH, *lux pretioſa*, ſive *pretioſitatum*, (ex *Zachar*. XIV. 6.) Bartoloccius poſt Buxtorfium librum Cabbaliſticum eſſe ait, editum *Lublini* in fol. Non dubito eſſe hunc octavum librum, qui ſub hoc titulo inter R. *Mardochai Iaphe* לבושים exſtat, quique cum duobus aliis ejusdem operis libris prodiit *Lublini* an. 355. fol. Ceterum alius ejusdem inſcriptionis liber R. *Moſis Corduerii* in Zohar ſcriptus, adeoque Cabbaliſticus, citatur in libro קול בוכים.

35 אור הנפש OR HANNEPHESCH, *lux animæ* expoſitio commentarii R. *Aben Eſra* & R. *Nachmanidæ*, in Pentateuchum. Codex MS. in Vatic. A. M. 5198. C. 1438. fol. exaratus. Confer paulo poſt אות נפש.

אור

Digitized by Google

אור עיניים OR ENAIIM (Bartolocc. per typographi errorem habet ענוים i. e. ANIJIM) *lumen oculorum*, ex *Pſalm.* XXXVIII. 11. Buxtorfius p. 310. Cabbaliſticum eſſe, & Cremonæ in 4. editum refert, qui tamen ibidem monet, Iudæum quendam ſcribere, eſſe ספר קנין חכמות על תר"יג מצורת h. e. *librum ad comparandas artes per 613. præcepta.* Forte hic non eſt diſtinguendus a libro hujus tituli, quem ש"י R. *Elia Mantuano* tribuit, & explicationem Legis literalem complecti, Mantuæque prodiiſſe, teſtatur. 36

אור עניים OR ANIJIM, *lux pauperum*, Bartoloc. ex Buxtorfio quod ad nudum titulum repetit, ad quem etiam Plantavitius, nihil præterea de eo cognitum habens, provocaverat. Enimvero liber talis nullus exſtat, titulusque ejus ex mendoſa ſcriptione tituli non multum diverſi אור עינים effictus eſt, id quod ipſe Buxtorfius prudens agnovit, qui in poſteriore editione (nam in priore tantum legitur) expunxit, ejusque loco alterum illum modo dictum ſubſtituit. Neque tamen accuſandus eſt *Bartoloccius*, quod ſit in Theatro Placciano p. 683. a. quaſi titulum hunc ex Buxtorfio allegarit, in quo tamen nusquam legatur. 37

ספר אורה SEPHER ORA, *liber Lucis:* hunc *Plantavitius* n. 41. & ex eo *Bartoloc.* Tom. II. n. 383. Cabbaliſticum eſſe ait, multas figuras complexum, eumque ineditum, quem ipſe MS. habeat. Forte idem eſt, qui in Catalogo Bibl. Medic. Pluteo II. n. 41. MS. recenſetur, & de nominibus Dei agere dicitur, niſi potius is ſit, qui ſub eodem titulo ibidem num. 37. tanquam Cabbaliſticus commemoratur. 38

אורח חיים ORACH CHAIIM, *ſemita vitæ*, lib. Medicus MS. in Biblioth. Regia Pariſ. teſte Catal. MS. 39

אורח מישור ORACH MISCHOR, *via plana*; (ex Pſ. XXVII. 11.) quo libro oſtenditur ratio ſtudendi & recte vivendi. Additur is libro כריתות edit. Veronenſis an. 407. C. 1647. 40

אורחת צדיקים vide paulo poſt ארחות צדיקים.

אורים ותומים URIM VETUMIM, i. e. *lux & perfectio*, quo libro traditur ars cognoſcendi futura, eaque inveniendi be- 41

Uuuuuuu neficio

neficio literarum, quæ ſculptæ fuerant in pectorali Aaronis. Inventum illum in ſpelunca teſtatur ש״י in Spicilegio, p. 93. a. Sub eodem titulo librum habet MS. Oppenheimerus, eumque membranaceum in 12. latum duos digitos. Agitur ibi de forma hujus oraculi & ſingulis ejus lapidibus.

42 אות אמת OTH EMETH, *ſignum veritatis;* Vide, quæ ſcripſi paulo ante ſub אור אמת, & quæ ſcriptæ ſunt Parte I. ſub ר׳ מאיר במבנשי.

43 אות נפש OTH NEPHESCH, *ſignum animæ:* hunc librum tanquam elucidationem in *Aben Eſræ* commentarinm ex Buxtorfio Bartoloccius & inde forte R. *Schabtai* affert. Sed nullum apud me dubium eſt, eundem hunc eſſe librum, quem paulo ante ex utroque (Bartoloc. & ש״י) adduximus ſub titulo אות נפש, quippe qui itidem in Aben Eſram ſcriptus dicitur. Cum vero Buxtorfius pro אור legiſſet אות, bini illi hunc ſecuti ſunt, non memores, eundem librum ſub titulo nonnihil diverſo a ſe jam laudatum eſſe, quemadmodum nec Buxtorfius אור נפש recenſet. Ex eadem cauſa paulo ante vidimus librum אור עניים effictum fuiſſe ex אור עיניים. Vidi librum hunc MS. in Bibl. Oppenheim. de quo lege Partem I. p. 75. Ibi titulus effertur per אות נפש.

44 ספר האותיות SEPHER HAOTHIIOTH, *liber de litteris,* quo expoſitionem Cabbaliſticam Alphabeti Hebraici MS. in Bibl. Vatic. in 4. ait contineri Bartoloccius. ש״י Leidenſem nominat Biblioth. forte per errorem, ex Bartoloccio non recte inſpecto ortum. Idem Bartol. in Vatic. alium hujus tituli librum exſtare affirmat in 4. ubi poëtice deſcribatur contentio literarum, quæ inter ſe de primatu & dignitate diſputent, qua opera ſingularum virtutes ac proprietates deſcribantur, ut bellum Grammaticale dici poſſit.

Idem Bartol. alibi recenſet tanquam MS. Vatic. 4. num. 410. פירוש האותיות i. e. *expoſitionem literarum*, ſive tractatum Philoſophicum & Aſtrologicum, quo oſtenditur, ordinem univerſi ex vi literarum pendere, confirmaturque adeo influxus ſiderum in hæc inferiora, ex quorum adſpectu diluvium univerſale & huic ſimilia intelligi poſſint. Crediderim, hunc eſſe commentarium quem ש״י in librum האותיות R. *Akibæ* exſtare MS. teſtatur.

אותיות

אזהרות הקודש ASHAROTH HAKKODESCH, *admonitiones ſanctæ* ubi oſtenditur, quomodo ſancte ſit vivendum, *Francof. ad Oder.* in 12. 2 plagulis. 45

אזהרת התורה, ASHARATH HATTORA, *commonefactio de Lege*, ſive *increpatio Legis*, liber Iudaicus MS, isque in Chriſtianam religionem injurius, ex quo impiam quandam in Sanctiſſima Evangelia vocem refert Cl. *Ioh. Iacobus Huldricus* in notis ad *Toldos Ieſchu* p. 117. 46

ס׳ אחיטוב וזלמון SEPHER ACHITOV VESALMON, liber, neſcio cujus argumenti, MS. exſtat in B. Oppenheim. in 4. latus unum digitum. 47

אילה שלוחה AJIALA SCHELUCHA, i. e. *cerva emiſſa*, ex *Geneſ.* XLIX. 21. quem librum ſibi non viſum Buxtorfius & ex eo Bartoloc. aliorum fide teſtatur eſſe commentarium in 613. præcepta, ex quo *Chriſtianus Gerſon* aliquot ad evertendam fidem Judaicam teſtimonia protulerit. Ego non dubito, hunc eſſe eundem, quem Parte I. ſub *Naphthali ben Aſcher Altſchüler* commemoravimus, tanquam commentarium in totum Sacrum Codicem. 48

איל משולש AJIL MESCHULLASCH, *aries triennis*, ex *Geneſ.* XV. 9. (in Theatro Placciano p. 683. vertitur: *aries in cuſtodiam depoſitus*, minus recte) cujus ſolus titulus memoratur in ש״י diciturque profectus ab eo, qui ſcripſerit librum Medicum אף חכמתי רפואה, cumque nec hujus Scriptor nominetur, in ſolo titulo acquieſcere debemus. 49

אילן ILAN i. e. Arbor Cabbaliſtica cum comm. Anonymi, 2 plagulis in 4. item cum comm. alio R. *Joſeph ex Candia*, ſive Cretenſis, ac denique cum comm. R. *Oſer Mibbrath* ר׳ עוזר מבראט diſtinctis voll. in Bibl. R. Oppenheimeri MS. 50

אכלה ואכלה OCHLA VEOCHLA, *cibus & cibus*, titulus libri Maſorethici, ideo ſic appellati, quod ab his vocibus inciperet. Hunc laudat multum *Elias Levita*, in præfat. ſecunda ad *Maſoreth Hammaſoreth*, ubi, cum ſtudium ſuum in libris Maſorethicis in- 51

 qui-

Digitized by Google

quirendis ad emendandum textum Hebræum commemoraſſet, teſtatur, ſe inprimis ex libro iſto, de quo agimus, multa collegiſſe, canoneſque ejus adhibuiſſe, qui, mole quidem parvus, in re Maſorethica nullum ſibi habeat ſimilem. Confer *Wilh. Schickardi* Bechinath Happeruſchim p. 48. & Cl. *Jo. Andream Danzium* in Tractatu de Sinceritate Scripturæ vacillante p. 84. in notis.

52 אליהו זוטא ELIAS PARVUS, commentarius in illam partem libri מלבוש לבות quæ dicitur אורח חיים, editus cum novis ſpicilegiis Pragæ in 8. Ita ſe a catalogo Veneto edoctum ſcribit B. *Groddeckius* in Theatro Placciano p. 722. Quam in rem inquirendum amplius eſt, cum ש״ש nihil tale memoret, quamvis non omiſerit ſeparatam hujus partis editionem Pragenſem.

53 ספר אלים SEPHER ELIM, i. e. *liber planitiei*, (ex Exod. XV. 27.) quem titulum ſe in Catalogo librorum Hebr. Reginæ Sueciæ vidiſſe, in Bibliotheca vero ipſa librum non inveniſſe teſtatur Bartoloccius. Forte ille eſt *Joſephi Schelomo* Medici, cujus exſtat hujus inſcriptionis liber.

54 אלי מלך ELI MELECH, *Deus meus eſt Rex*, titulus libri, quem *Gilb. Genebrardus* in Catalogo libb. Rabbinic. Iſagoges Rabbinicæ pag. 204. edit. Ultraject. ſubjuncto, ſine mentione argumenti memorat.

55 אם הילד EM HAIIELED, *mater pueri*, ex *Exod.* II. 8. titulus libri Grammatici, quem tanquam ἀνώνυμον poſt Buxtorfium affert *Bartoloc.* Vide tu R. *Joſ. bar Elchanan Heilbrun.*

56 אמדיס די גאולה *Amadis Gallus*, i. e. narratio fabuloſa ſeu Fabula Romanenſis de diverſorum Heroum, nominatim Amadiſii, rebus geſtis & amoribus, permultis libris conſtans, quam alii *Gallice*, alii *Hiſpanice* primum ſcriptam putant. De auctore ejus, qui non conſtat, variisque Interpretationibus lege poſt *Jo. Jac. Friſium* in Supplemento ad Epitomen Biblioth. Geſnerianæ *Nicol. Antonium* in Noviſſima Scriptorum Collectione, Tomo II. Biblioth. Hiſpan. Novæ addita, p. 682. ſq. Vidi ego volumen formæ octavæ hujus

hujus fabulæ Hebraice ab Anonymo tranſlatæ in Biblioth. Oppenheimeri.

ספר אמונה SEPHER EMUNA, *liber fidei*, quo religio Chriſtiana cum ex Scripturæ dictis tum ex Rabbinorum ſententiis confirmatur, CHRISTUMque verum eſſe Meſſiam eundemque aliquando rediturum oſtenditur. MS. in Vatic. in 4. auctore neſcio quo elaboratum. 57

ספר אמנה ſeu אמונה SEPHER AMANA ſeu EMUNA, *liber de fide*, a Judæo quodam converſo, ſed Anonymo, ad demonſtrandam religionis Chriſtianæ veritatem ita compoſitus, ut novem capitibus præcipua religionis capita partim ex Scriptura Sacra, partim ex conſentientibus Rabbinorum teſtimoniis adſtruantur, confutatis ſimul præcipuis Judæorum exceptionibus. Ultimum caput de cauſis incredulitatis Judæorum exponit. Prodiit liber hebr. cum punctis, & Latine ex verſione *Pauli Fagii* ſub titulo: *Liber fidei ſeu veritatis, pretioſus, bonus & jucundus, quem doctus quidam Iſraëlites ſapiens & prudens ante multos annos edidit ad docendum & comprobandum in eo argumentis ſufficientibus & evidentibus, quod fides Chriſtianorum, quam habent in Deum Patrem, Filium & Spiritum S. atq; alia, perfecta, recta & indubitata ſit, collocata ſuper fundamentum Legis, Prophetarum & Hagiographorum: ideo vocavit nomen ejus Sepher Æmana i. e. liber fidei ſeu veritatis. Iſnæ* 1542. in 4. pp. 131. quod ad verſionem Lat. In præfatione Fagius teſtatur, librum illum nequaquam ſuppoſititium eſſe, ſed a nato Judæo conſcriptum, quod vel ſtilus ipſe teſtetur, qui plane purus Hebraicus ſit, & talis, qualem nemo, niſi in ipſa lingua educatus, facile exhibere poſſit. Idem ibidem infirmitatem argumentorum nonnullorum ex eo, quod auctor Judæus ſit, excuſat his verbis: *Porro ſi qua argumenta, quibus hoc in libello contra Iudæorum cæcitatem pugnatur, infirmiuſcula eſſe, & Iudaiſmum nonnihil ſpirare videbuntur, memineris, bone Lector, ea a Judæo profecta eſſe, validiora nimirum, ſi ab homine Chriſtiano in fide Chriſti & educato & bene inſtructo, tractata fuiſſent.* Idem repetitur in allocutione ad Lectorem ſub finem libri pag. 129. ubi etiam excuſat neglectum in vertendo Latinitatis ſtudium, ideo, quod Hebraiſmo accedere propius voluerit, in gratiam ejus ſtudioſorum, propter quos etiam Hebræa punctis inſtruxerit. Pollicetur vero ipſe librum quendam Hebr. *in quo ordine tractentur* 58

*præcipua & potiſſima argumenta, quæ pugnant contra Iudæorum cæcitatem & perfidiam una cum illorum præcipuis objectionibus & idoneis ſolutionibus,* Sed hic, quod ſciam, non prodiit. Reſpondet auctor paſſim ad objectiones in Nizzachon veteri exſtantes, unde patet quodammodo ætas ejus. Illum librum bis recenſet Bartoloc. ſemel quidem Tomo I. p. 370. ubi eundem MS. ſe habere teſtatur, (quod & facit Buxtorfius) iterumque inter Anonymos Tomo IV. pag. 301. Ceterum parum abeſt, quin ſtatuam, alterum illum ejusdem tituli librum, quem proxime ante hunc ex Bartoloc. tanquam MS. in Bibl. Vatic. recenſui, ab hoc non eſſe diſtinguendum.

59 ספר האמונה והבטחון SEPHER HAEMUNA VEHABBITTACHON, *liber fidei & fiduciæ*, ubi de ſpe & fiducia in Deum collocanda. MS. in Bibl. Vatic. 4. Forte hic eſt liber R. *Moſis Nachmanidæ*, de quo Parte I.

60 אמרה נגד היהודים AMARA NEGED HAJIEHUDIM, *tractatus contra Judæos* de adventu Meſſiæ fruſtra ab illis exſpectato, Anonymi in B. Vatic. MS.

61 אמרות טהורות AMAROTH TEHOROTH, *eloquia pura*, (ex Pſ. XII. 7.) hunc librum conciones in Legem complecti ſecundum ordinem Paraſcharum, Plantavitii fide, teſtatur Bartoloc. quæ vereor ut recte tradantur. In ש״י enim duo quidem hujus tituli libri memorantur, quorum alter eſt R. *Abrah. Haijun*, qui de pœnitentia præcipit, alter autem Cabbaliſticus, R. *Benjaminis Wolf*, qui voces libri *Zohar* difficiliores ordine alphabetico exponere dicitur: uterque typis expreſſus. Cum itaque *Hottingerus* in Biblioth. Orient. p. 32. hujus tituli librum Cabbaliſticum eſſe dicat, præterea vero Catalogus Biblioth. Hinckelmannianæ p. 46. eundem librum tanquam Cabbaliſticum rariſſimum, & Buxtorfio ignotum, recenſeat, malim dicere, noſtrum, de quo hic agimus, ab Hinckelmanniano non eſſe diſtinguendum, qui tamen ab utroque iſto, quem ש״י memorat, differt, cum poſterior, Cabbaliſticus ille, *Lublini*, an. 405. 8. Hinckelmannianus vero neſcio quo loco, quove anno (utrumque enim in Catalogo tacetur) in folii forma prodierit. Plan-

Digitized by Google

Plantavitii narrationi non multum tribui poteſt, cum ipſe librum ſibi viſum non eſſe indicet.

אמרי נעים IMRE NAIM, *verba jucunda*, ut ex Plantavitio Bartoloc. appellat: vide ſupra Parte I. ſub *Jacobo* רילישקאש. 62

אמת תורת משה EMETH TORAT MOSCHE h. e. veritas Legis Moſaicæ declarata per dialogos hiſpan. MS. in Biblioth. Sarraſiana inter libros in 4. p. 10. ubi ex eo dicitur elucere non mediocris controverſiarum inter Chriſtianos & Judæos notitia. Fortaſſe idem eſt cum ſimilis tituli tractatu R. *Sam. Levi Mortera*, de quo ſuo loco, & qui ibidem p. 8. num. 86. MS. laudatur. 63

אסטסולוגיאה ASTROLOGIA, Anonymi Cabbaliſtæ tract. de influxu cœleſtium in hæc inferiora MS. in Biblioth. Senatoria Lipſienſi inter Codd. Wagenſeilian. n. 17. minoris formæ. 64

אף הכמותי רפואה APH CHACHAMTI REPHUA, *ſapui etiam Medicinam*, titulus libri Medici, ab *Hottingero* in Bibl. Orient. Claſſe X. & *Bartoloccio* ac ש״י commemorati, ac, ſi poſtremo credimus, ab eodem auctore profecti, qui איל משולש exaravit. Hinc puto factum, ut Bartoloc. qui illius jam Tomo I. pag. 424. fecerat mentionem, tanquam tituli, iterum in Appendice tanquam nomen Auctoris recenſeret. Video etiam in Theatro Anonymorum Placciano p. 684. n. 62. erratum eſſe vitio librarii, qui ea, quæ ad n. 63. pertinebant, ad n. 62. proxime antecedentem perperam retulit. Quæ enim poſt verba: (*vide* איל משולש) ſcripta ſunt, ad num. 63. rejici debent, id quod conferenti patebit. Neque enim ש״י librum, de quo hic agimus, tribuit R. *Abraham Saſon*, ut ibi mendoſe traditur, ſed alterum illum, qui ſequitur ibi, ſub titulo אפריון שלמה, de quo nos ſub nomine *Abraham Saſon* diximus. 65

ארגוזה ARGUSA, i. e. *irritatio*, hymni de re Medica, cum comment. & animadverſionibus Averrois, quos MSS. in Bibl. Vindobon. memorat ש״י. 66

ארחי

67 ארזי לבנון ARSE LEBANON, *cedri Libani*, (ex *Pſ.* CIV. 26.) liber ab incerto auctore collectus, & variis diverſorum Scriptorum tractatibus conſtans. Primus dicitur מִדְרַשׁ כּוֹנֵן ex *Proverb.* III. 19. i. e. commentatio allegorica in locum Proverbiorum citatum, unde ipſe titulus eſt deſumtus. II. סֵפֶר הָאֱמוּנָה וְהַבִּטָּחוֹן, *liber fidei & ſpei*, de quo ſub R. Nachmanide. III. סֵפֶר הַנִּקּוּד ubi de myſteriis punctorum vocalium, de quo ſub R. Joſeph Gecatilia. IV. סוד חַשְׁמַל de quo ſub eodem Gecatilia. V. מַעְיַן חָכְמָה *fons ſapientiæ*. VI. פִּרְקֵי הֵיכָלוֹת de quo ſub R. *Iſmaël* & VII. כְּלָלֵי מִדְרַשׁ רַבָּה vide R. *Abraham Akra.* Prodiit hæc collectio *Venet.* 361. C. 1601. ap. Jo. de Gara pp. 50. & *Cracov.* 408. C. 1648.

68 ארח חיים ORACH CHAJIM, *ſemita vitæ*, ex *Proverb.* V. 6. canticum morale hebr. germ. *Furthi* ſine anno in 8. una plagula.

69 ארחות צדיקים ORCHOTH ZADDIKIM *ſemita juſtorum*, ex *Prov.* II. 20. liber moralis, qui alias vocatur סֵפֶר הַמִּדּוֹת liber *de virtutib.* de virtutibus præcipiens, & in 28. capita diſtinctus, editusq; *Prag.* 341. C. 1581. plagg. 15. 4. tum *Frf. ad Mœn.* 447. C. 1687. plagg. 11. (vide Acta Erudit. Lipſ. Tom. II. Supplem. p. 44.) poſtea *Sulsbaci* an. 449. pp. 268. & 451. in 12. ubi accedunt nonnulla de ritibus precibusque Judæorum. *Germanice* prodiit *Iſnæ* an. 302. C. 1542. in 4. pp. 100. & Francof. ad Mœn. an. 452. C. 1692. 4. ap. Jo. Wuſt pp. 54. & ib. 456. 16. pp. 246. nec non *Furthi* apud Joſ. Schnior præmiſſa Tephilla: tum *Cothenis* 1718. 16. Eadem lingua recuſus eſt *Hanov.* 1710. 4. 13. plagulis & pp. 52. cura V. C. *Henr. Iac. van Bashuyſen.* Eum Latine conversum in lucem proferet Cl. *Wincklerus*, Lipſienſis. R. Schabtai in ש״י monet, librum hunc citari a Maimonide in commentar. ad lib. IV. *Pirke Avoth* ſub tit. סֵפֶר הַמִּדּוֹת i. e. liber de virtutibus. Legitur locus ille ad lib. IV. §. 4. pag. 450. Tomi IV. Miſchnæ Surenhuſ. At enimvero *Laur. Odhelius* p. 72. Synagogæ Bifrontis recte monuit, librum illum moralem, a Maimonide laudatum, diſtinctum eſſe a noſtro, quippe in quo multa ex Maimonide ad verbum ſint deſcripta, qui & diſerte nominetur cap. IX. p. 60. edit. Sulzbacenſis. Libellus iſte alioquin familiaris

miliaris & in magno pretio eſt Judæis, agitque ſpeciatim de ſuperbia, modeſtia, pudore, protervia, timore, odio, miſericordia, crudelitate, gaudio, &c. *Bartolocc.* eum Tomo I. p. 96. & 469. ſub ארמע commemorat. In Theatro Placciano p. 685. a. confunditur hic liber cum alio ejusdem argumenti, ſed tituli nonnihil diverſi, qui dicitur אָרְחוֹת חַיִּים. Hunc enim Buxtorfius in Bibl. Rabb. p. 317. dicit eſſe librum parvum moralem, a R. Elieſere ſcriptum, non vero noſtrum illum ארחות צדיקים, ad quem in Theatro laudato hæc referuntur, & de quo Buxtorfius eadem pagina meminit.

אש דת ESCH DATH, *Ignis edicti* ex Deuter. 33. 2. liber Anonymi contra Nechemja Chaija חיון ſcriptus & Lond. 475. C. 1715. 8. ap. Thom. איליף editus. Conſtat pp. 38. 70

אש מצרף ESCH MEZAREPH, *ignis purgans*, ex *Malach.* III. 2. liber neſcio cujus Scriptoris, quem *Cluverus* in Obſervationibus de rebus in mundo utiliſſimis, vernaculo ſermone editis, an. 1706. p. 172. ſq. allegat, & ex eo oſtendit, quomodo Judæi decem illas *Sephiroth* Cabbaliſticas ad Chryſopœiam accommodent. Idem teſtis eſt, Judæos tanti facere hunc librum, ut Chriſtianorum neminem dignum cenſeant, qui hunc librum legat. 71

ס׳ האשפירה קטון *liber de ſphæra* MS. in 4. in Bibl. Oppenh. in eo Volumine, quod primo exhibet R. *Schemuel* illuſtrationem Bechai. 72

אשרי תמימי דרך ASCHRE TEMIME DERECH i. e. *beati vitæ integri*, ex Pſ. 119. 1. liber Karæi neſcio cujus, quo Lev. Warnerus uſus eſt ad collectanea ſua Karaitica congerenda, quæ in Bibl. Leidenſi n. 13. vel 1127. p. 409. Catalogi exſtant. 73

## ב

באר שבע, BEER SCHEBHA liber germanicus Anonymi MS. in fol. conſtans partibus ſeptem, quarum I. dicitur *Gan Eden* II. *Gehinnom.* III. גלות i. e. *captivitas.* IV. תשובה *pœnitentia.* V. 74

 גאולה

גאולה *liberatio.* VI. עולם הבא *ſeculum futurum* , & VII. תחית המתים reſurrectio mortuorum : MS. in Bibl. Oppenheimeri.

75 בגידת הזמן BEGIDATH HASSEMAN , *perfidia temporis*, ſcriptum *ἀνώνυμον* , in quo de calamitatibus piorum & fiducia in Deum collocanda carmine diſſeritur. *Prag.* 284. C. 1524. & Amſtelod. 410. C. 1650. 8. item *Offenbaci* prope *Francof. ad Mæn.* 1714. 8. Agitur ibi inprimis de eo , cur Deus calamitates piis immittat. Habet hujus tituli libellum MS. Oppenheim. in 4.

76 בדיקות BEDIKOTH , de ritu in explorandis mactatis animalibus obſervando Anonymi tractatus , ad Synagogas *Moguntinenſem* & *Colonienſem* accommodatus, exſtat MS. in Biblioth. Uffenbachiana, quam vide p. 132.

77 בו חשבון BO CHESCHBON , h. e. *in eo numerorum ratio* liber Arithmeticus. Prag. in 8. ſine anno.

78 בוך דיר ורצייכונג *Buch der Verzeichung* , h. e. collectio variorum locorum Scripturæ , quæ de futura Iudæorum liberatione exponunt : libellus Hebræo-Germanicus *Amſtelod.* an. 474. C. 1714. in 16. pp. 36.

79 ביאור המרכבה שנייה BIVR HAMMERCAVA SCHENIJA , *explicatio currus ſecundi* , R. Iſaac Loria , liber diffuſus , tanquam MS. laudatur in fine libri נובלות חכמה pag. 195. b.

79b ביאור הפטרות יחזקאל BIVR HAPHTAROTH JECHESKEEL MIMMAASE HAMMERCAVA, h. e. *expoſitio Haphtararum Ezechielis de opere currus* , MS. in Bibl. Oppenheim. 4.

80 ביאור סתרי תורה BIVR SITRE TORA , *explicatio libri* סתרי תורה MS. citatur in fine ejuſdem libri *Noſeloth Chochma* p. 195. b.

81 ביאור הרוח תשוב BIVR HARVACH TASCHVB , *explicatio Spiritus reverſuri* , quem librum Cabbaliſticum eſſe , neſcio cujus fide , refert Bartoloccius. Titulus videtur deſumtus ex *Eccleſiaſt.*

Digitized by Google

cleſiaſt. XII. 7. argumentum vero ad doctrinam de immortalitate animæ referendum.

ביאור שם המפורש BIVR SCHEM HAMMEPHORASCH, *explicatio nominis* יהוה, laudatur a Bartoloccio, cujus tituli & argumenti ſcripta varia, auctorum ignotorum manu exarata, inter Judæos exſtare idem monet. 82

ביאורי שם העצם BIVRE SCHEM HAEZEM, *explicationes Nominis Proprii vel Subſtantivi*; ut explicat Plantavitius, qui ait eſſe librum Cabbaliſticum Romæ in Bibl. Medic. MStum. Equidem non ſatis tituli hujus rationem aſſequor. Crediderim fere pertinere has commentationes ad expoſitionem nominis Dei eſſentialis. 83

ביאור על שיר השירים BIVR AL SCHIR HASSCHIRIM, *illuſtratio Cantici Canticorum*, MS. Cabbaliſt. in Biblioth. Senator. Lipſienſi inter Codices Wagenſeilianos obvium, n. 17. formæ minoris. 84

ביאורים על התורה BIVRIM AL HATTORA, *illuſtrationes Legis*, i. e. notæ Cabbaliſticæ in Pentateuchum, codex membranac. & ineditus in eadem Biblioth. inter Codd. Wagenſeil. in 4. num. 13. 85

ביאורים BIVRIM, illuſtrationes Anonymi in Ordines *Jore Dea*, & *Choſchen Miſchpath* MS. in Bibl. R. Oppenheimeri, in 4. Volumen 3. digitos latum. 86

באורים על אבן עזרה *illuſtrationes ſuper Aben Eſram*, neſcio cujus, vel quorum, laudantur MSS. in Catal. libb. R. Moſis Raph. de Aguilar p. 19. n. 13. 87

ביאור BIVR ſuper *Legem* Anonymi MS. exſtat in Bibl. Oppenheim. in 4. una cum R. *Joſ. Bruda* Biur ſuper Orach chajim in 4. Vol. latum 2 digitos. 88

ביאור BIVR ſuper Exodum MS. ibid. in 4. Codex membranac. 5. digg. latus pp. 587. dimidiis. Vocatur in titulo נפלא h. e. *mirabilis* 89



Digitized by Google

*bilis*, & tribuitur Anonymo ſub tit. צאן מפורסם ופומיה מחכים ומסתיר עליו. Videbatur mihi commentarius maxime Cabbaliſticus.

90 בית אבות BETH AVOTH, *domus Patrum*, liber neſcio cujus vel auctoris, vel argumenti, MS. in Bibl. R. Oppenheimeri, in 4.

91 בית אלהים BETH ELOHIM, *domus Dei*, commentarius in *Medraſch Rabba*, teſte R. Schabtæo, qui auctorem tacet, nec locum aut annum editionis memorat, ut pro non edito habendus videatur.

92 בית ישראל BETH ISRAEL, *domus Iſrael*, quem *Jo. Henr. Hottingerus* in Compendio Theologiæ Judaicæ, quod in Enneade Diſſertationum ejus Theologg. exſtat, p. 219. commemorat, tanquam Locum Theologicum de Scriptura, Deo & providentia duodecim tractatibus perſequentem, quos idem recenſet p. 220. Quis hic liber ſit, dicere non habeo: exſtat alioquin alius ſub titulo בית ישראל & עין ישראל, quem conſtat eſſe compendium Talmudicum, cum noſtro hoc non confundendum.

93 בית מדות BETH MIDDOTH, *domus morum*, liber moralis, qui tanquam *ἀνώνυμος* citatur in libro ראשית חכמה p. 103. R. *Schabtai* tribuit R. *Aben Eſra*, neſcio quam recte. Ejusdem tituli librum, qui conſvetudines bonas probosque mores præſcribat, *CPoli* an. 285. 4. editum, ex Catalogo, a Judæo Veneto ſibi miſſo, teſtatur B. *Gabr. Groddeck* in Theatro Anonymorum Placciano p. 722. Forte hic a noſtro non eſt diſtinguendus.

94 בית מועד BETH MOED, *domus conventus*, liber legalis, a Plantavitio & Bartoloc. tanquam *ἀνώνυμος* commemoratus. Eſt ille R. *Salom. ben Adrath*, *ſive Addereth*, qui per compendium רשב"א dicitur, & conſtituit partem alteram libri ejus עבודת הקודש, de quo ſuo loco diximus.

95 בית נאמן BETH NEEMAN, *domus ſtabilis* ex 1 *Regg.* XI. 38. conciones ab Anonymo editæ, *Theſſalonic.* 307. C. 1547. ſecundum Plantavitium, a quo ש"י in eo abit, quod annum 306. numerat.

בנין

בנין בית המקדש BINJAN BATH HAMMIKDASCH, i. e. *de ſtructura ſanctuarii*, Lingua Hebr. germ. in 8. 1. plag. 96

בקבוק ſive ספר בקבוק BACBVC, ſive, SEPHER BACBVC, i. e. *baucalium* ſeu *lagena vinaria*, quo nomine librum in octava forma, ſine loco temporeve editionis notato, excuſum, quem ipſe poſſederit, recenſet *Plantavitius* n. 102. teſtaturque in eo ſub confícti Prophetæ בקבוק perſona deſcribi ſtilo obſcuro & Cabbaliſtico bellum *Carmi ben Zerach*, qui futurus ſit Iudæorum & familiæ Beeri Rex: unde ipſe ſuſpicatur, innui hic Meſſiæ regnum a Iudæis exſpectatum, ut per imperium *Carmi* Meſſiæ regnum, per *Beeri* vero Reges gentiles ſignificentur. Enimvero Bartoloccius rectius obſervat, ludicrum potius ſcriptum eſſe, quo Judæi feſtum *Purim* hilari animo obire ſoliti, ad hujus feſti ſolennitatem, inter pocula & luſus celebrandam excitentur, id quod tum ex tota ſcripti ſerie, tum ex Nominibus Propriis, iisdemque confictis, & ad hunc tantum finem relatis, apparet. Quemadmodum enim בַּקְבּוּק *baucalium*, ita כַּרְמִי *vineam meam* & בארי *puteum meum* denotat, inferuntque adeo hæc, quod bellum a lagena vinaria (*Bacbuc*) inferri debeat puteo aquarum, (*Beeri*) defendi vero viciſſim vini uſus (*Carmi.*) Monet denique *Bartoloc.* eundem libellum ſub tit. מַסֶּכֶת פּוּרִים MStum exſtare in Biblioth. Vatic. ſicut & in Bibl. Medicea ex fide catalogi a Cl. *Fabricio* editi, p. 168. deprehenditur. Plantavitius quoq; n. 380. eundem tractatum *Maſſechet Purim* memorans, ait, librum eſſe jocoſum, Hebræorum convicia, quæ ſimili feſto (i. e. *Purim*) inter eos fieri ſoleant, miris dicteriis & nugis deſcribentem. Vidi ego מַסֶּכֶת פּוּרִים editum *Venet.* 312. 8. C. 1552. qui an τῷ בקבוק penitus reſpondeat, dicere non habeo. Titulus ita habet: מְגִלַּת סְתָרִים מַסֶּכֶת פּוּרִים Ibi primo loco legitur narratio fabuloſa, quæ ita incipit: חבקבוק קבל תורה מכרמי illa conſtat plagg. 4. Tunc ſequitur libellus ludicrus alius ſub titulo: ס' חבקבוק הנביא על שגיונות לקרא בו בעת רצון בימי פורים i. e. *liber Chabacbuc Prophete* (ex *Habac.* III. 1.) *ut legi poſſit tempore jucundo, feſto Purim.* Conſtat 97

pp. *6*. Excudit Dan. Adelkind fil. Cornelii. Conſpexi quoque aliam editionem ſine loco impreſſionis anni 455. C. 1695. in 8. pp. 7. Idem omnino libellus eſt, quem *Wagenſeilius* in fine præfat. librum *Sota* Pſeudo Talmudicum de feſto Sortium vocat, quemque *Venetiis* ante 100. & amplius annos editum, a Judæis autem deinde ſuppreſſum, ſe ex Vaticano & proprio ſuo Codice manu exarato, emendatius editurum recepit. Conferatur idem in notis ad Sota p. 592. & 1071. Exſtat nunc hic Codex in Biblioth. Senatoria Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. n. 8. in charta exaratus. Video etiam memorari Maſſecheth Purim MS. qui in heredum Wagenſeilianorum manibus verſetur, in Vita & catal. ſcriptorum Wagenſeilii a Cl. Rothſcholzio ed. p. 20. Habet ſub eodem titulo, hunc tractatum MS. Celeberrimus nobisque amiciſſimus *Uffenbachius* per Miſchnam & Gemaram, alternis vicibus collocatas diſpoſitum, quem cum verſione Latina integrum exhibet Cl. amicus noſter *Jo. Henr. Majus* in Bibliotheca Uffenbachiana Part. I. p. 179. ſqq. qui p. 225. ex productis a Wagenſeilio ſui tractatus ſpeciminibus recte colligit, exemplum ejus ab Uffenbachio iſto plane diverſum eſſe, atque adeo plures dari ejusdem tituli ſcriptiones, diverſo tempore & a diverſis auctoribus concinnatas. Talis forte fuit codex membranaceus, ex quo commentationem de Feſto *Purim* cum verſione ſua & notis prelo paratam habere dicitur *Aggæus Oſterbroeck*, Batavus, J. V. D. in Holmia Literata Part. V. p. 88. Judæis ipſis hanc ſcriptionem non ſatis probari vel ex eo apparet, quod ש״י nullam ejus fecerit mentionem. Inſtitutum tamen ipſum vix mireris in Judæis, cum illi ex ſententia majorum, *Megilla* cap. I. p. 7. b. promulgata, in die *Purim* eo usque vino ſe ingurgitare debeant, ut inter phraſes ארור המן, *maledictus ſit Haman*, & ברוך מרדכי *benedictus ſit Mardochæus*, diſtingvere non poſſint. Hanc bacchantium Judæorum inſolentiam ex Bartoloc. Burmanno, & aliis deſcripſit Vener. & doctiſſimus *Georg. Serpilius*, in Vitis Scriptorum Biblicorum, Parte VI. p. 458. ſqq. qui & p. 462. auctores alios huc facientes affert. Compara *Scipionis Sgambati* Archiva V. T. p. 388. ſq. & diligentiſſimum *Jo. Jac. Schudtium* in Memorabilibus Iudaicis Parte II. lib. 6. c. 35. p. 315. & 316. unde intelliges, Iudæos illo feſto Purim Comœdiis agendis tempus fallere ſolitos.

Ceterum

Ceterum de ſimili ſcripto, quod in epiſtolæ forma ſub nomine R. *Leon de Valentibus* MS. laudat Bartoloc. Tom. IV. diximus Parte I. ſuo loco n. 1355.

ספר הבריאה SEPHER HABBERIA, *liber de creatione*, Cabbaliſticus, MS. in Biblioth. Oppenh. uno alphabeto conſtans. 98

ברית חדשה BERITH CHADASCHA, *Novum Fœdus*, vel ut R. *Elias Levita* in *Tubi* appellari poſſe cenſet תּוֹרָה חֲדָשָׁה *Lex nova*, in Hebræam linguam translatum. Vide ſupra p. 416. & hic tit. אונגליון. 99

ברית הלוי BERITH HALLEVI, *fœdus Levi*, tanquam comment. in Leviticum, ab *Hottingero* memoratur p. 4. Biblioth. Orient. qui paulo poſt p. 12. ejusdem tituli librum pro commentario in c. 4. Deuteron. venditat. Vereor equidem, ne ex uno libro duos fecerit Hottingerus & ejus exemplo Bartoloc. Unus enim tantum ſub hoc titulo liber in ש״ש laudatur, ad *Deuter.* III. 23. explicandum pertinens, auctore *Elia ben Abrab. Levi*, ſub cujus nomine plura vide. 100

סדר הברכה SEDER HABBERACHA, *Ordo* ſive *ratio benedictionum* ſecundum ritum Synagogarum Italicarum, Venetiis & alibi ſæpius ed. 101

ברכת המזון BIRCOTH HAMMASON, *preces pro cibo*, ante & poſt cœnam pronunciandæ, prout vel temporis, vel prandii conditio poſtulat. Eæ ſæpius tum hebraice tum dialecto Hebræo-germanica prodierunt, v. c. *Francof. ad Mœn.* 442. C. 1682. 4. 471. C. 1711. 4. & 473. C. 1713. *Francof. ad Viadr.* 459. C. 1699. 4. *Wilmersdorf.* 437. C. 1677. 4. & *Dyrenfurti* 1709. 4. tum vero *Amſtelod.* 452. C. 1692. 4. ap. Moſ. b. Abrah. 462. C. 1702. 4 apud R. Salom. b. Joſ. Probs pp. 72. ubi præter ipſas illas benedictiones leguntur זמירות ac præterea Haggada Schel Peſach hebr. & a latere germanice: item *Prag.* 463. C. 1703. & 473. 4. per nepotes Judæ nec non *Wilmersdorf.* 473. 4. & alias. R. *Schabtai* laudat edit. Hebræam Venetam 363. C. 1603. eamque inſtructam commentariis R. *Nathan Spira*, & R. *Salom. Luria*, ut & Cracov. 343. C. 1583. 4. quam edit. vidi in Bibl. Oppenh. Cum comm. R. Nathan b. Schimſchon Spira prodiit etiam *Lublin.* 335. 4. per Kalon. b. Mordechai pp. 16. Mo- 102

Monet idem, cum omnibus hymnis Sabbaticis variis in locis, ſpeciatimque *Cracov.* in 4. lucem vidiſſe. Prodiit etiam *Baſil.* 1561. 8.

103 ברכת נהנין BIRCOTH NEHENIN, *benedictiones pro rebus, quibus frui veſciq; homo poteſt*, Hebr. germanice ſine loco & anno pp. 17. in 12. *Hebraice* Venet. ap. Io. Vendramin. 397. C. 1637. in 12. pp. 20. ubi dicitur vocari alias רב ברכות.

104 ברכות BERACHOTH ſive *benedicendi formulæ* ſuper variis rebus, v. c. odoratu, certis annis ætatis &c. in folio amplo expanſo, germ. ſine loco & anno edit.

105 סדר ברכת המזון וקריאת שמע זמירות ברכת לבנה SEDER BIRCOTH HAMMASON UKERIATH SCHEMA, SEMIROTH, BIRCOTH LEVANA, i. e. *Ordo benedictionum circa cibos & ſub Keriath Schema* adhibendarum, hymni item Sabbatici, & benedictiones tempore Novilunii, *Dyrenfurti* in 12. ſine mentione anni. In calce accedit farrago benedictionum breviorum, quæ eo pertinent, ut gratiæ Deo agantur pro vino, pomis, frugibus, leguminibus, aromatibus, floribus, apparente iride &c. Confer Buxtorfii Lexicon Rabbin. ſub radice הנא. Ceteroquin preces illæ pro cibis quatuor conſtant benedictionibus, quarum I. Moſi, II. Davidi, III. Salomoni, & IV. Rabbinis tribuunt Judæi: vide *Scip. Sgambati* Archiva Vet. Teſt. pag. 287.

106 ברכת מהרם BIRCOTH MAHARAM, i. e. *Benedictiones R. Meir*, liber de ratione precandi ſive benedicendi præcipiens, *Tridenti* an. 319. C. 1559. 8. Compendium illud literarum מ"הרם in Theatro Anonymorum Placciano pag. 687. explicatur per מהרבי משה i. e. *per R. Moſen:* minus recte, nam intelligendus eſt R. *Meir Rotenburgenſis*, quod vel ex Indice Scriptorum alphabetico in ש"י patet.

107 בראנטשפיגל BRANDSPIEGEL, titulus Hebræo-Germanicus libri moralis, eadem lingua ſcripti, auctore R. *Moſe Henocho* (העניכס) ſub quo Parte I. plura diximus. Hic monemus, Bartoloccium eum tanquam *ἀνώνυμον* recenſere, titulumque minus recte efferre per

per *Barnatſpiegel*, quem & ſequitur *Hendreichius* in Pandectis Brandenburgenſ. p. 421.

בשר על גבי גחלים BASAR AL GABBE GECHALIM, *caro ſuper prunis*; titulus libri Hebraici, in quo explicantur ritus varii Judaici, eorumque ratio redditur. R. *Schabtai* in ש״י tribuit illum R. *Sam. Levitæ*, eadem vero opera monet, alios illum adſcribere R. *Tam*, alios, & nominatim R. *Jacobum Levitam*, in libro rituali, מהר״יל dicto, R. *Biv*, alios vero (inter quos eſt auctor libri רוקח n. 227.) R. *Jehuda Gaon*. 108

ג

גאלת הגר, GEULLATH HAGGER, *redemtio peregrini*, titulus libri, a quodam ex familia R. *Meir Rotenburgenſis* ſcripti, quo continentur expoſitiones Targum ſive Chald. paraphraſeos in quinque Megilloth, ita ut interdum quoque contextus ipſe illuſtretur. *Prag.* 374. C. 1614. 4. 109

ספר גורלות SEPHER GORALOTH, *liber de ſortibus*, *Venet.* 417. C. 1657. 12. liber divinatorius. Eum commemorat B. *Groddeckius* in Theatro Placciano p. 722. b. omiſit vero ש״י. *Gilb. Gaulminus* in notis ad libr. de Vita & morte Moſis p. 305. monet, ſe de hoc oraculi genere per ſortes integrum tractatum MS. ex *Philippi Aquinatis*, Præceptoris ſui, *κειμηλίοις* deſcripſiſſe. Obſervat etiam, גורל non ſolo caſu, aut projectis in urnam ſortibus, perfici, ſed etiam per cognita Dei nomina conjunctasque in rei poſitæ ac dubiæ reſponſum literas. Exſtat & in Biblioth. Celeb. Uffenbachii ejusdem tituli liber MS., qui primo ſigna Zodiaci exhibet, ſub quibus certæ ponuntur quæſtiones: hinc ſequitur conſpectus perſonarum omnium ſub dictis ſignis quærendarum, Patriarcharum puta, Ducum, Prophetarum &c. tum reſponſa leguntur ad quæſita, ita quidem, ut ſub quovis illorum Patriarcharum, Ducum, Regum, Vatum duodecim collocentur reſponſa. Vide Bibl. Uffenbach. Part. I. p. 121. ſq. Habet etiam R. Oppenheimerus. Prodiit talis liber גורלות Amſtelod. apud Imm. Athiam an. 461. C. 1701. pp. 11. Duo libri גורלות 110

Yyyyyyy MSS.

MSS. in Bibl. Oppenh. in 4. una cum aliis diverſi argumenti. Totum volumen latum eſt 5. digitos. Librum ejusmodi integrum hebraice cum Latina verſione exhibet Cl. *Majus* in Bibliotheca Uffenbachiana Part. I. p. 343. ſqq.

111 ספר גורל dialecto Hebr. germ. in 16. ſine die & conſule editum vidi in Biblioth. Oppenheim.

112 סדר גטין SEDER GITTIN ex more Synagogæ Francof. ad Mœn. MS. in Biblioth. Oppenheim. in 12. oblongo.

113 גי הנום וגן עדן ביכל GE HINNOM VEGAN EDEN BUCHEL, libellus Hebr. germ. de valle Hinnom & Gan Eden, ubi agitur de conditione hominis poſt mortem, 8. plagg. ſine notato loco, apud *Moſen Menachem b. Jehuda.*

114 גליא רזיא GALE RASAJIA, *revelans arcana*, ex *Daniel* II. 29. liber a *Petro Galatino* in libro de Arcanis Cathol. Veritatis ſub nomine *Rabbenu Hakkadoſch* i. e. Magiſtri noſtri Sancti, tanquam auctoris, laudatus, ſed aliis, Galatino antiquioribus, ex nonnullorum judicio vix viſus, quemadmodum is hoc etiam nomine a pluribus, ſpeciatimque *Morino*, Exercitatt. Biblic. lib. I. Exerc. I. cap. 2. p. 9. malæ fidei poſtulatus eſt. *Iſtius*, inquit Morinus, *libelli pater, quicunq; ille ſit, de myſterio Trinitatis adeo dilucide & diſtincte diſſerit, ut S. Athanaſio verborum perſpicuitate & expreſſione vix cedat, ceteriq; Patres ante Concilium Nicenum, ſi cum iſto omnium Judaeorum magiſtro* (nempe Rabbenu Hakkadoſch) *& infenſiſſimo Chriſtianorum hoſte comparentur, obſcure admodum de tanto myſterio locuti fuerint. Raymundus & Porchetus iſtum admirabilem myſteriorum Epopten cum omnibus Judæis ignoraverant.* Idem eſt judicium *Jac. Philippi Mauſſaci* in Prolegomenis ad Pugionem Fidei a Joſ. Voiſinio editum §. 4. Nimia illa & ab ejusmodi Scriptore non exſpectanda teſtimoniorum de maximis myſteriis perſpicuitas alios etiam adduxit, ut de ejusmodi allegationibus abjectius ſentirent, aliis mitius eas interpretandas, nec penitus in dubium vocandas cenſentibus. Inter priores numerandus eſt *Laur. Wegerus*, Profeſſor quondam Regiomontanus, in diſſert. de Verbo Dei §. 3. *Guil. Vorſtius* in Bilibra Veritatis pag. 87. 112. 349. & 376. & anteutrum-

utrumque *Joſephus Scaliger* ep. 93. & 241. Poſterioribus ſe junxit *Mich. Neander* in teſtimoniis Judæorum de Meſſia, Erotematibus Linguæ Hebr. ſubjunctis p. 297. ubi cum retuliſſet, auctorem libri hujus, qui ante Chriſti tempora vixerit, a Spiritu Sancto afflatum ita plane cuncta Domini noſtri JESU CHRISTI myſteria aperuiſſe, ut non futura prædixiſſe, ſed res geſtas, tanquam Evangeliſta narraſſe videatur, non tam negat, librum unquam exſtitiſſe, quam fraude Judæorum ſublatum eſſe, & adhuc celari contendit. Sic & *Eduardus Pocockius* mitius ſe, quam plerique ſolent, ſententiam de Galatino ferre profitetur in notis ad Portam Moſis pag. 307. qui ſuſpectus videatur multis, quod auctores laudet Hebræos, qui jam in Chriſtianorum manus non perveniant. Hoc enim conſilio & fine eos ſcripta ſua ait celare. Adde conſentiens B. *Jo. Adami Scherzeri* teſtimonium in Programmatibus p. 34. & *Chriſtophori Helvici* in Tractatu de Paraphraſibus Chaldaicis p. 12. 30. & 67. Bartoloccius cum his facit, inſuperque ad illud argumentum, quod Morinus inter cetera urget, veri non videri ſimile, illum Rabbenu Hakkadoſch, primum Miſchnæ architectum, & ceremoniarum Judaicarum ſtudioſiſſimum, tam luculentum de Chriſtianæ religionis interiori doctrina commentarium compilaſſe, reſpondet Tomo I. p. 726. binos fuiſſe ejusdem nominis in ultima antiquitate Judaica doctores, quorum alteri, a Miſchnæ compilatore diſtincto, *Gale Razaia* tribuendum veniat. At enimvero nec ſatis is binos illos *ὁμωνύμυς* adſtruxit, cum ipſe fateatur, locum Talmudicum, quo R. *Aſarias* in *Imre Bina* c. XXII. p. 92. in hanc rem uſus eſt, nihil efficere; nec etiam, ſi illi admittantur, vel ſic omnis cauſa pro fide Galatini, negandaque libri iſtius interpolatione, perorata foret. Ita igitur potius ſtatuendum puto, fuiſſe omnino inter Iudæos hujus tituli argumentique ſcriptum, idque indiciis, ad Meſſiam ejusque regnum ſpirituale pertinentibus, non magis deſtitutum, quam complura alia, inprimis Cabbaliſtica, Judæorum monimenta, ſed ætatis longe recentioris, quam ut illam Rabbenu Hakkadoſch attingat. Ab eo tamen Galatinianum illum ita puto diſtinctum, ut vel totus ad ejus exemplum confictus, vel certe ſive ipſius Galatini, ſive alterius, quod magis crediderim, manu interpolatus fuerit. Galatino ipſi hoc, quicquid eſt, vix tribuerim, cum, qui in ceteris vel *Porcheti* vel *Raymundi* ſcrinia compilare pulchrum putavit, idem

vix videatur illo vel ingenio, vel doctrina, vel animo præditus fuiſſe, ut nova quædam de ſuo confingeret. Neque vero temere affirmo, inter Judæos hujus tituli ſcriptum & exſtitiſſe olim, & adhuc circumferri, cum in *Jalkut Rabeni Haggadol* ſæpius citetur, v. c. p. 70. a. & 75. a. Imo fuit e noſtris B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius*, in cujus manus incidit, ut ex p. 222. notarum ad Tela Ignea Satanæ apparet. *Gale Razaia*, inquit is, *etſi a multis eruditorum id vocatum fuit in dubium, longe diverſus tamen ab eo, quem Galatinus nobis ſuppoſuit, exſtat omnino in natura rerum MS. & nos illum cum Judæorum pauciſſimis a Polono exſule emtum poſſidemus.* Ibidem is locum ex illo Codice integrum de ſolemni precum formula עלינו לשבח tanquam a Joſua concinnatam affert. Sic & *Wilh. Schickardus*, egregius quondam Hebraiſmi ſtator, in *Bechinat Happeruſchim* pag. 32. non omnem de hoc libro, quem *chriſtianiſſimum* vocat, ſpem abjecit, nec aliis de eo, a cœca gente ſuppreſſo, ceteriſque nondum viſis deſperandum eſſe cenſuit. Ceterum Codex Wagenſeilianus in inſtructiſſimam Biblioth. Senat. Lipſienſis tranſiit, n. 7. charta in 4. ex Codice Polonico deſcriptus. Confer Cl. *Gottfr. Chriſtiani Gœtzii* Programma ſingulare, quo publicum & communem illius Bibliothecæ uſum eruditos illius loci ſpecare jubet p. 21. Vidi etiam MS. in Biblioth. R. Oppenheimeri, & apud Judæum quendam Hamburgenſem quoque exſtare audio. Optandum ſane erat, ut aliquis MS. ejusmodi exemplar cum teſtimoniis, partim in *Jalkut Rubeni Gadol*, partim in *Galatini* opere citatis, diligenter conferret, manifeſtumque adeo redderet, utrum & quousque Codices illi ad ſe invicem accedant. Cl. *Gœtzius* l. c. teſtatur, fragmenta in *Jalkuth Rubeni* allata cum Codice Wagenſeiliano optime convenire. Ne quid ego diſſimulem, probabile mihi fit, *Gale Razia*, in *Ialkuth Rubeni* citatum, non tam pro antiquiore illo, quod exſtitiſſe olim ſuſpicor, quam recentioris Cabbaliſtæ ſcripto habendum eſſe. R. *Schabtai* enim in ש״י teſtatur, exſtare hujus tituli librum ab *Abrahamo*, R. Iſaaci Luriæ diſcipulo, exaratum, nec dum excuſum, eumque Cabbaliſticum, de quo ſupra Parte I. ſub *Abrahamo* diximus. Nec audiendus videtur Buxtorfius, quando in Bibliotheca Hebræa p. 328. Galatinianum illud *Gale Razaia* memorans, obſervat, recentem quendam Scriptorem Hebræum illud tribuere R. Abrahamo ex diſcipulis Luriæ. Nam recens ille Judæus procul dubio de alio

*Gale*

*Gale Raſaia* cogitavit, quam quo uſus eſt Galatinus, quippe qui ipſo *Iſaaco Luria*, nedum quodam ejus diſcipulo, cui Gale Raſaia tribuitur, antiquior eſt. Repetam hic, quæ fide Judæi Buxtorfius in recentiore iſto Gale Razaia exſtare teſtatur, nempe דברים נוראים ſeu res ſtupendas, interque alia ſcribi in eo: שתתחדשות העולם יש מאין אינו אלא מיובל הגדול ליובל הגדול שהם מ"ט אלף שנים אבל משמטה לשמטה אינו אלא יש מיש: Cum hoc noſtro *Gale Razaia* nihil præter titulum commune habet Arabicus Codex, literis Syriacis exaratus, & inter Codices MSS. Bodlejanos n. 2908. obvius, qui dicitur: *Liber detectionis ſecretorum, quibus impoſtores & fraudulenti inſinuatores homines decipiunt, & earum opes fruſtra conſumunt.* Hic enim liber, ſi quid video, ad Chymicos, &, quam ex iis nonnulli audacter oſtendant, Chryſopœiam ſpectare cenſendus eſt.

Non magis huc trahendus eſt *Iulii Conradi Ottonis*, famoſi impoſtoris, *Gale Raſia Norimb.* 1605. 4. & *Stetini* 1613. editus, de quo ſub ipſo auctoris nomine Parte I. diximus.

ס׳ גמטריאות על התורה SEPHER GEMATRIOTH AL HATTORA i. e. *obſervationes Cabbaliſt. ſuper Legem*, MS. in Bibl. Oppenheim. in fol. in Volum. quod præterea obſervationes in Jore Dea & Even Eſer complectitur, & latitudine 5 digitos æquat. 115

ספר הגן SEPHER HAGGAN, *liber horti*, comment. in Legem MS. teſte ש"ו. 116

גן המלך GAN HAMMELECH, *hortus Regis*, comm. in librum Zohar, ex ſcriptis R. *Iſaaci Luriæ* collectus, ſed MS. ſecundum ש"ו. 117

ס׳ על גירוש היהודים SEPHER AL GERUSCH HAIIEHUDIM, *liber de exſilio Iudæorum* ex Hiſpania ejectorum illiſque, quæ eis evenerunt, calamitatibus, quem ſibi viſum teſtatur *Imman. Aboab* in Nomologia ſua p. 296. Similis commentatio de calamitate Judæis *Ratisbonæ* an. 1513. oblata MS. exſtat in Biblioth. Uffenbachiana, cujus catalogum vide Part. I. p. 176. 118

דבק

# ד

119 דבק טוב DEBEC TOBH, *junctura bona*, ex *Ieſ.* XLI. 1. Bartoloccius ait, eſſe explicationem Geneſeos ab Anonymo factam, & *Venetiis* excuſam. Rectius dicturus erat, pertinere ad Raſchii commentarium in Legem, & profectum eſſe a *Simeone Aſchenburg*, ſub cujus nomine vide quæ ſcripſi.

120 דבר בעתו DABHAR BEITTO, *verbum tempore ſuo*, ex *Proverb.* XV. 23. i. e. פִּזְמוֹנִים ſeu *cantiones* ad varia argumenta accommodatæ, quibus utuntur Itali, v. c. tempore *circumciſionis*, *ſponſaliorum*, &c. item preces ſuper mortuos & pro lugentibus *Liburni* an. 413. C. 1653. in 16. pp. 54. apud Jedidja b. Iſaac Gabbai.

121 דברי הימים של משה DIBHRE HAJIAMIM SCHEL MOSCHE, *Verba dierum ſeu res geſta Moſis*, liber hiſtoricus, qui primus eſt in collectione variorum libellorum ſimilis argumenti, quæ primum *CPoli* 278. C. 1518. tum *Venet.* 304. C. 1544. 8. iterumque ibidem an. 365. C. 1605. in 8. prodiit. Libelli iſti hoc ordine leguntur poſt *vitam Moſis* ſive דברי הימים של משה 1) פְּטִירַת משֶׁה i. e. de obitu Moſis. 2) פְּטִירַת אַהֲרֹן de obitu Aaronis. 3) ס׳ טאבי בֶן טוֹבִיאֵל *liber Tobia.* 3) ס׳ אֶלְדַּד הַדָּנִי *liber Eldadis Danita.* 4) מִשְׁלֵי סַנְדָּבָאר *Parabola Sandabaris.* 5) מַעֲשֶׂה שֶׁל יְרוּשַׁלְמִי *hiſtoria cujusdam Hieroſolymitani.* 6) ס׳ חֲנוֹךְ *liber Enochi.* 7) חִידוֹת אִיזוֹפִּיטִי, *fabula Æſopi*, & 8) מְשָׁלִים שֶׁל שְׁלֹמֹה הַמֶּלֶךְ i. e. *parabola Salomonis Regis.* Vidi edit. Venet. an. 365. in 8. ap. Jo. de Gara curatam per נִסִּים שׁוֹשָׁן in Biblioth. Oppenheim. ſed mutilum ab initio & fine. Conſpexi ibidem aliud exemplum, edit. ut ſuſpicor Venetæ, ſed itidem mutilum, quod proceſſerat usque ad משלי שלמה & conſtabat pp. 79. Binos priores hujus collectionis libros, qui de vita & morte Moſis exponunt, una cum דרש לפטירת משה quem tertium ipſe numerat, i. e. *explicatione obitus Moſis*, Hebraice cum Latina ſua verſione notisque, varia doctrina refertis, edidit *Gilb. Gaulminus* Pariſ. 1629. 8. Qui libellus cum rarior tem-

temporis decurſu effectus eſſet, optimo conſilio verſionem Latinam cum notis Gaulminianis & aliis quibusdam opuſculis recudi curavit amiciſſimus doctiſſimusque *Io. Albertus Fabricius*, *Hamburgi* 1714. in 8. prout ſpem fecerat antea in Codice Pſeudepigrapho Vet. Teſt. pag. 835. Recentioris ævi eſſe fabulæ multæ manifeſtum faciunt, quas compactas aut interpolatas ex Talmude Babylonico, Siphre, Debarim Rabba, aliisque quibusdam libris oſtendit *Eduardus Bernbardus* in notis ad Joſephum pag. 321. Unde nec Judæis ita probavit fidem ſuam, ut non ſapientiores eum, ut ſpurium, rejicerent. Vide nominatim Aben Eſram ad *Exod.* III. 22. Hinc *Gaulminus in præfat. Rabbinicum opus, id eſt, nullius auctoritatis ſed maxima antiquitatis ſcriptum* vocat, additque, *ſaltem traditionum vetuſtatem inficias non ibit qui Michaëlis cum Samaele contentionem Iudæ Apoſtolo cognitam advertet.* Idem in notis p. 175. obſervat, librum de Vita Moſis maxime a nuperis Scriptoribus tractatum, qui ſæpius eum & iisdem pene verbis deſcriptum citent. In exemplum affert *Ezechiam* in commentario, qui dicitur חזקוני, *Iarchium* & *Aben Eſram*. Pro inedito habuit *Ianus Druſius* in notis ad difficiliora loca Exodi cap. LII. Manu exaratum poſſedit una cum quinque aliis opuſculis, in memorata illa collectione occurrentibus, B. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius*, quod teſtatur in epiſtola de infundibulo ſuo p. 40. ubi ex libro de Vita Moſis locum affert, in quo MS. ſuum ab edit. Gaulminiana quod ad unam vocem differt, & quidem ejus judicio in melius. Confer ejusdem notas ad Nizzachon in Telis Igneis Satanæ p. 389. ubi locum affert cum Gaulminianis conſentientem, ſed nihilominus tamen ex ingenio reſtituendum. Idem reliquos libellos præter eos, quos Gaulminus edidit, pro ineditis habuit: v. c. *de morte Aaronis* in epiſt. de Infundibulo ſuo p. 40. & *Parabolas Sandabaris* in epiſt. de hydraſpide ſua p. 19. Libelli iſti, quos dixi, adhuc MSS. exſtant inter Codd. Wagenſeilianos MSS. in Bibliotheca Senatoria Lipſ. n. 8. formæ minoris. Hebræus liber de vita Moſis noſter hic eſt, quem, a *Conr. Pellicano* latine verſum, Tiguri in Biblioth. Carolina manu exaratum, exſtare memorat *Hottingerus* p. 394. Smegmatis Orientalis. Conf. *Antiqua & nova orbis literati*, germ. edita Tiguri, Part. I. p. 54. ubi traditur, *verba dierum Moſis*, *item Aaronis* & librum *Eldad Danitæ* latine verſa MSS. exſtare in Biblioth. Tigur. R. *Aſarias de Rubeis* non videtur, quod mireris, vidiſſe librum de Vita Moſis

Moſis editum. Nam is in *Meor Enajim* c. 35. p. 109. b. eum citans provocat ad Jalkuth, in quo ſæpe allegetur. R. Schabbatai in ש״ש collectionem hanc aliquoties memorat ſub diverſis ſcilicet opuſculorum, quæ ipſi hic recenſuimus, titulis. Ibi obſervavi, editionem CPolitanam anni 278. in 4. memorari, quæ in aliis locis, v. c. ſub דברי הימים של משה in 8. dicitur. Plantavitius n. 121. & 424. hanc collectionem recenſens omittit duos priores libros, & librum חנוך ait agere *de Chiromantia*, quod inde factum puto, quia hunc librum cum alio *ὁμωνύμῳ* R. *Gedaliæ* confudit. De ſingulis hujus colllectionis opuſculis diximus ſuo loco, quæ editurus junctim fuiſſe videtur B. *Gabriel Groddeckius*. Ea enim intelligo per ſcripta Judæorum pſeudepigrapha, quæ ſe ex MS. publici juris facturum eſſe pollicetur in Theatro Placciano Anonymorum p. 708. b. Confer Nova Literaria Maris Balth. an. 1700. p. 37. ubi idem nunciatur in Belgio editurus Anepigrapha Judaica ſive 12. tractatus Judaicos antiquiſſimos & apocryphos, cum verſione Lat. & notis.

122 דברי מלכי בית שני *res geſta Regum* Iſraëlis ſub templo II. vide Partem I. Bibliothecæ hujus p. 40.

123 דברי נגידים DIBHRE NEGIDIM, *verba Præſidûm* ſeu *anteceſſorum*, i. e. conciones Sabbaticæ, teſte R. *Schabtai* in ש״ש qui nec auctoris, nec editionis meminit.

124 דברי נועם DIBHRE NOAM, *verba jucunda*, (forte ad imitationem *Proverb.* XV. 24.) ſunt conciones in Legem, eodem teſte, qui nec hic plura habet.

125 דברי השירה DIBHRE HASSCHIRA, *verba Cantici*, ex *Deuter*. XXXI. 19. quo comprehenduntur carmina & rhythmi in exſilium Judæorum, Francofurto ad Mœnum ejectorum, Amſtelod. 408. 8. C. 1648.

126 דברי שמואל DIBHRE SCHEMUEL, *verba Samuelis*, eſt, ut in titulo exponitur fuſius, *Jalkuth* novum, ad ſupplendas alias ejusmodi collectiones pertinens. Vol. in 4. pp. 400. conſtans, & ordine literarum diſpoſitum. MS. in Biblioth. Oppenheimeri.

דברים

דברים עתיקים DEBHARIM ATIKIM *res antiquæ*, ſive 127
*obſoletæ 1 Chron.* IV. 22. quibus verbis ſingularem librum ſignificari Vulgatus Interpres ſtatuiſſe videtur *Sixto Senenſi* pag. 130. Biblioth. S. quoniam vertit: *hæc autem verba vetera.* Equidem non video, quomodo conjectura *Sixti Senenſis* in verbis ipſis fundamentum inveniat, quæ non minus in verſione quam in hebraico contextu id volunt, quod hæ res in ultima hominum memoria geſtæ ſint. Proinde nec audiendus eſt liber *Quæſtionum Hebraicarum*, ubi his vocibus liber ſingularis, qui cum libro *Ruth* idem ſit, innui traditur. Conf. *Hottingeri* Theſaurum Philologic. p. 530.

ספר דור הפלגה SEPHER DOR HAPHLAGA, *Sæculum* 128
*diviſionis*, liber Cabbaliſticus MS. inter Codices Huntingtonianos n. 525. in 4. Hebr. In eo explicantur X. Sephiroth, omnia nomina divina, & tredecim proprietates ſive attributa. Codex vetus eſt & partim membranaceus, partim chartaceus. Ita Catal. MS. Cl. *Gagnerii.*

ס' דינים SEPHER DINIM, *liber de ritibus*, qualem bis in membrana accepit a *Bourgveto* B. *Ungerus*, ſemel nude, ſemel cum figuris 8. MS. Inter Codd. Huntingtonianos aliquoties libri ejusmodi rituales occurrunt, v. c. n. 121. 428. 501. & 460. & 501. 129

דיני מילה DINE MILA de ritibus in circumciſione obſervandis tractatus Anonymi, &, ut videtur, Judæi Germani, MS. in Bibliotheca Uffenbachiana, quam vide Part. I. p. 333. Accepit ejusmodi libellum B. *Ungerus* a Cl. Bourgveto. 130

דינים של פסח על פי הסוד DINIM SCHEL PE- 131
SACH AL PI HASSOD h. e. *ritus Paſchales ſecundum myſticam & interiorem ſuam rationem traditi*, MSS. in Biblioth. Oppenheim. in 4. pp. 200.

דיני תפלות DINE TEPHILLOTH, ritus circa preces varias, 132
nominatim קרית שמע / שמונה עשרה &c. MS. in Bibliotheca Uffenbachiana, cujus vide Partem I. p. 383.

133 דעת ומועצה DAATH VMOAZA, *ſcientia & conſultatio*, ſive, ut integer habet titulus, דעת ומועצה דברי חכמים וחידותם מוסרי נבוכים וסודותם Codex Mareſchalli in Biblioth. Bodlejana num. 101. quo continentur. 1) obſervatiunculæ quædam de Arabibus. 2) phraſes Rabbinicæ. 3) Rabbini cujusdam interpretatio in Joſuæ cap. I. 4) Proverbia quædam Aly Imperatoris Muslimici &c. 5) nomina menſium Chaldæorum, Arabum & Perſarum. 6) obſervationes quædam Joſ. Scaligeri de Stellis. 7) Colloquium inter Judæum, nomine *Abdiam*, & Mahometem, quod habitum eſt in civitate Almedina, ex lingua Luſitanica in Latinam per D. G. F. V.

134 דקדוקי רשי DIKDVKE RASCHI, *Grammaticalia Raſchii*, i. e. expoſitio locorum, quæ Grammatice explicavit Iſaacides in commentariis ſuis, *Venet.* 320. C. 1560. 4. R. *Schabtai* ait eſſe compendium libri אליהו מזרחי. In Catalogo R. Oppenheimer. vidi memorari editionem Tridentin. ejusdem anni.

135 דקדוקים DIKDVKIM, *Grammatica* variorum, nempe ספר מאזני לשון הקודש & ספר פתח דברי, המלך R. *Abrab. ben Eſra* junctim prodierunt uno volumine, *Venet.* 306. C. 1546. 8. Grammaticæ, quæ titulum habet פתח דברי auctor incertus eſt ſecundum *Morinum*, quem ש״י *Moſen Kimchium* putat. In Catalogo Grammaticorum Hebræorum ſupra Parte I. repræſentato p. 340. num. 29. memoratur idem liber ſub titulo: *Ianua verborum*, vindicaturque Sapienti cuidam, cujus nomen ignoretur, quique vixerit an. 5100. C. 1340.

136 דקדוק DIKDVK, *Grammatica* Anonymi inter Codd. Huntingtonianos n. 477. In ſuperſtite folio primo citatur R. *Iehuda*, qui vocatur המורא הראשון *doctor primus*. Agitur ibi de verbis Quieſcentibus, & Duplicantibus ſecundam radicalem, habetque auctor illorum verborum catalogum talem, qualis exſtat in R. Jehud, ſed pleniorem & accuratiorem, quippe qui voluit ſupplere ea, quæ deſunt in catalogo R. Jehudæ. Auctor videtur antiqvus. Citat præter R. Jehud. & R. Jonam folio penultimo

timo quendam R. Iſaac ben Gecatilia ad vocem צוק. Ipſe codex quamvis chartaceus, antiquæ eſt ſcriptionis. Nullibi citatur R. *Aben Eſra*, neque recentior alius. Forte auctor eſt R. Levi בן אלתאבן de quo egi Parte I. p. 726. & titulus libri videtur fuiſſe ספר מפתח. Idem ad radicem אכל confutat R. Samuelem Nagid, & ad rad. אמר R. Moſen Sacerdotem translatorem Grammaticæ R. Iudæ opponit Judæ ipſi. Hæc ex Catalogo MS. Cl. Gagnerii.

*Grammatica* Hebr. Anonymi MS. inter Codd. Wagenſeil. in Biblioth. Senator Lipſ. n. 21. formæ minoris. Varia Grammaticalia Hebræa MSS. una cum tractatu de Nominibus Propriis Scripturæ S. memorantur in Catal. Biblioth. Medic. p. 168. a. n. 9. Ibidem col. b. n. 21. & 22. Grammat. Hebr. MS. Codex Hebræus continens præcepta nonnulla Grammaticæ ſcripta manu Caradacii in fol. memoratur a Neſſelio in Catal. MSS. Or. Vindobon. n. 38. Grammatica variorum auctorum Anonymorum opuſcula MSS. exſtant in Bibl. Regia Berolin. in 4. 137

דרוש התנינים DERVSCH HATTANNINIM, ubi agitur de Serpente antiquo, MS. in 4. in Bibl. Oppenh. plagg. 7. 138

דרך ארץ DERECH ERETZ, *via terre*, i. e. ratio cum hominibus conſveto more verſandi. Tractatus eſt Talmudis Babylonici, ab antiquis quidem Doctoribus illis non profectus, ſed recentioris ætatis, qui una cum aliis quibusdam Corpori illi, ut ſuo loco, videbimus, adjunctus eſt. Agit ille de moribus recte formandis, & in duas partes diſtinguitur, quarum altera רַבָּא ſeu *major*, altera זוטא ſeu *minor* vocatur. Seorſim cum capitulis *Ben Azzai* excuſus eſt idem libellus *Rivæ Tridenti* 321. C. 1561. 16. ſed alio ordine, quam quo in Talmude diſpoſitus exſtat. Prior libellus conſtat pp. 5. poſterior pp. 4. B. *Wagenſeilius* in Inſtitutione vernacula de dialecto Judæorum germanica literis Rabbinico-Germanicis exhibet הִלְכוֹת דֶּרֶךְ אֶרֶץ *Regiomonti* 1699. 4. Commentarium Anonymi Hebr. in hunc libellum MS. in Vaticana in fol. exſtare teſtatur Bartoloc. De compendio, ex hoc & aliis ſimilibus libellis facto, dicemus infra titulo הלכות ריעות. Ceterum in Biblioth. 139

Zzzzzzz 2 inſtru-

inſtructiſſima Celeb. *Uffenbachii* exſtat ejusdem tituli liber, miſcellanea moralia complexus, & plerumque diverſus a Talmudico iſto. Inter cetera reperitur in eo diſſert. de formatione fœtus, quam Wagenſeilius notis ad Codic. *Sota* p. 71. ſqq. inſeruit. Confer omnino Bibliothecam Uffenbachianam Part. I. pag. 128.

140 דרך זקנים DERECH SEKENIM, *via Seniorum*, liber MS. in fol. apud R. *Oppenheimerum*, de ratione vitæ Virorum Synagogæ Magnæ.

141 דרכי ציון DARKE ZIION, *via Sionis*, libellus, qui oſtendit vias, peregrinantem ex quacunque regione ad terram Sanctam ducentes, & conſuetudines ac ritus in ea receptos. *Amſtelod.* an. 410. C. 1650. 4. Confer Biblioth. Hebr. ſub nomine R. Moſe ben Iſr. Naphtali.

142 דרכי חלוקים DARKE CHILLUKIM, i. e. *modi diſſenſionum*, liber lingua Hebr. Germanica in 4. Codex latus unum digitum MS. in Bibl. Oppenh.

143 דרישה פרישה DERISCHA PERISCHA, i. e. *expoſitio accurata*, lib. MS. in 4. continens 260. quæſtiones circa varia Legis ritualia, quibus reſponſio ampla ſubnectitur, & Raſchi præſertim explicatur. Ita Catal. MSS. B. Hinkelmanni n. 162. qui Codex nunc cum ceteris in Biblioth. Rev. amiciſſimique Collegæ mei, *Joach. Morgenwegii*, exſtat.

144 דרשות DERASCHOTH, *conciones*, quas Judæi Hiſpani habuerunt in initiationem Synagogæ Hiſpanorum, quæ illis *Talmud Tora* appellatur, junctim Hiſpano ſermone editæ an. 1675. ex quibus nonnulla refert V. C. *Jac. Basnage* Tom. V. Hiſtor. Jud. p. 2095. & Tom. IX. ed. ultimæ p. 995. ſqq. Conciones illæ habitæ ſunt ab *Iſaaco Aboab*, *Salom. de Olivera*, *Iſaaco Sacuto*, *Iſaaco Neto*, *Elijahu Lopez*, *D. Iſaaco Vellozino* & *D. Davide Sarpathi*: teſte Dan. Levi de Barrios in *Govierno Popular* Judaico p. 33. Prodiit liber *Amſtelod.* ap. Dav. de Caſtro Tartas an. 435. C. 1675. 4.

דרשות

דרשות DERASCHOT AL PI KABBALA, h. e. commentationes Cabbaliſt. ſuper עץ נוף MS. in B. Oppenh. in fol. Volumen unius digiti craſſitiem adſequens. 145

דרשות על התורה DERASCHOTH AL HATTORA, conciones in Legem, MS. in 4. latum 4. digitos, in B. Oppenh. 146

דתי המלך DATE HAMMELECH, *Jura Regis*, ex *Eſther*. III. 8. agit de Juribus Regum & tributis, quæ eis ſolvi debent. Vide *Plantavit*. n. 142. qui provocat ad Catalogum Pragenſem. Memoratur etiam in ש״י. 147

ה

הא הידיעה HE HAIEDIA *He demonſtrativum*, libellus, ad modum formamque precationis, pro obtinenda liberatione ab exſilio compoſitus, & 2000. amplius vocibus conſtans, cujus literæ omnes ab ה incipiunt, teſte *Schabtai* in ש״י. Prodiit in 8. 148

ספר האולם וההיכל SEPHER HAOVLAM VEHAHECHAL, *liber de atrio & templo*, ubi agitur de caſibus ad officium canendi & preces faciendi pertinentibus. MS. in B. Vatic. in 8. ספר האורה SEPHER HAORA, vide ſupra אורה. 149

הגדה של פסח HAGGADA SCHEL PESACH, (ſeu ut in nonnullis editionibus vocatur מה נשתנה ab initio cantici cujusdam in illa ſolennitate recepti,) i. e. *Narratio hiſtorica & jucunda de Paſchate*, ſive de ritibus in Paſchali feſto rite celebrando receptis inſtructio, quæ ſub initium feſti Paſchatos publice in Synagogis prælegi ſolet. Auctor fruſtra forte quæritur, cum ampliſſimus commentator *Iſaac Abarbanel* de eo taceat. Exſtat illa tum in libris precum plerisq; inter מועדים i. e. *feſta*, tum in סִדּוּר מְבָרְכָה i. e. *Ordine benedictionis*, aliquoties edito. Prodiit vero etiam ſeorſim ſæpius, *Prag*. 287. C. 1527. ap. Gerſon. Cohen, & ibid. 366. C. 1606. cum comm. שערל Moſche b. Abrah. *Mant*. an. 310. C. 1550. per Joſ. b. Jac. cum figuris & ib. 328. C. 1568. german. *Amſtelod*. an. 466. 12. pp. 213. apud Moſ. b. Dias, & ibid. 472. C. 1712. apud Sal. b. Ioſ. Probs pp. 40. item 406. 4. apud Vri Veibs. tum cum comment. Abarbanelis 150

זבח פסח, *Riva Trid.* 321. C. 1561. fol. per Jac. Marcaria. *Venet.* 369. C. 1609. fol *Hebr.* & *ital.* apud Joh. de Gara cum deſignatione miraculorum in Ægypto patratorum, quæ per figuras repræſentantur. Verſio illa italica accepta fertur *Leoni Mutinenſi* a Bartoloccio Tom. IV. p. 306. *Hebr.* & *Ital.* cum figuris & commentario צלי אש lucem quoque vidit *Venet.* 455. C. 1695. in fol. apud Bragadinos. Editionem Venetam *Hebrao-Germanicam* anni 369. C. 1609. poſt Buxtorfium laudat Bartoloccius. R. *Sabbataus* itidem Venetam *Hebrao-Germanic.* & recte quidem recenſet, anni 424. C. 1664. fol. apud Bragad. figuris ornatam ac commentario צְלִי אֵשׁ (*aſſatus igne*) inſtructam, qui Abarbanelis in illam Haggada commentationem, quæ dicitur זבח פסח, in compendio ſiſtit. Prodiit præterea *Hebrao-germ.* cum figuris miraculorum, tabula Geographica & commentario Abarbanelis hinc inde paraphraſtice explicato, *Amſtelod.* 472. C. 1712. fol. apud Salom. ben Joſ. Probs, in fol. pp. 31. Accedunt quædam ab auctore libri מעשה יהוה, tum ex מטה אהרן & ex חבל בני יהודה Et antea *Hebrao-germ.* an. 455. C. 1695. apud Aſcher Anſchel ben Eliezer cum Abarbanelis comment. ad latera, & alio, neſcio cujus, qui concinnatus eſt עַל פִּי הַסּוֹד h. e. *myſtice*, cura R. *Moſis filii Ioſeph.* Conſtat pp. 26. Editio *Francofurt. ad Mœnum* additum habet comment. מטה אהרן an. 470. C. 1710. fol. pp. 44. Omitto perplures alias editiones, v. c. *Amſtelod.* 471. 4. apud Aaronem b. Vri Lipman. *Deſſavienſem* ejusdem anni fol. *Sulsbacenſem* ejusdem anni fol. per Aaronem b. Vri Lipman. *Pragenſem* 473. C. 1713. Alias Pragenſes, annorum 447. & 458. C. 1687. & 1698. In Catalogo MSS. Angl. & Hibern. n. 3339. inter Codices Seldenianos recenſetur ritus celebrandi Paſcha apud Judæos hebraice cum verſione Hiſpanica, ſed characteribus Hebraicis exarata, & picturis. Venet. 1629. MS. etiam habet Celeb. *Uffenbachius* in 8. cum precibus, quæ Sabbatis & diebus feſtis receptæ ſunt. Bibliotheca Regia Berolinenſis Benedictiones & preces hoc feſto uſitatas cum punctis vocalibus MSS. exhibet. Hebr. germ. & Latine per tres columnas ſibi invicem oppoſitas edidit *Ioh. Steph. Rittangelius*, Ex Judæus, *Regiomonti* an. 1644. 4. Textus hebr. cum verſione Latina deinde recuſus eſt *Franequer.* 1698. 8. cum ejusdem *Libra Veritatis*. Vide quæ dicta ſunt ſupra Parte I. p. 477.

Ante

Digitized by Google

Ante Rittangelium ſimile quid præſtitit D. *Thomas Murner* eo libello, cujus hæc eſt inſcriptio: חֻקַּת הַפֶּסַח *Ritus & celebratio Phaſe Iudaeorum cum orationibus eorum & benedictionibus menſæ ad literam interpretatis, cum omni obſervantia, uti ſoliti ſunt ſuum Paſcha extra terram promiſſionis ſine eſu agni paſchalis celebrare per egregium Doctorem Th. Murner ex Hebr. in Latinum traducta eloquimur.* Francof. 1511. 4. 4. plagulis in 4. additis figuris, & inſertis hinc inde annotationibus textum illuſtrantibus. Illa editio in pleriſque convenit cum Haggada Rittangelii, in nonnullis tamen ab ea abit, omiſſæ etiam ſunt preces quædam & hymni. Interpres in præfat. ait, ſibi ab Ordinis ſui (qui erat *Minorum*) Sociis hunc tractatum cum aliis, numero 23, interpretandum miſſum eſſe.

Ante hunc *Io. Pfefferkornius*, Ex Iudæus, tractatum germ. edidit de ratione, qua Judæi Paſcha ſuum comedant, *Aug. Vindelic.* 1509. 4. 3 plagulis. In calce agitur de nonnullis eorum erroribus & iniquo in Chriſtianos animo.

Hymnos binos ludicros, quos decantare ſolent Judæi in hoc feſto, quorum alter incipit: אחד כי יודע Eins / das weiß ich &c. alter incipit: חד גדיא Ein Zicklein &c. exhibet Wagenſeilius in Inſtitutione germanica de dialecto Judæo-Germanica p. 105. ſq. & 108. ſqq. idemque p. 99. ſq. myſticam quandam Rabbini recentioris interpretationem affert. Confer etiam *Frid. Alb. Chriſtiani*, Ex-Iudæi, librum vernaculum *de ritibus Iudaeorum in feſto Paſchali.* Lipſ. an. 1677. in 8. plagg. 5. & *Bartoloccium* Tom. II. p. 736. ſqq. ubi de ritibus Iudæorum Paſchalibus antiquis & recentioribus commentatur, & p. 750. ſq. ſpeciatim contra Scaligerum diſputat. *Scaliger* ſane & ejus exemplo *Lud. Cappellus* in Cenſura Diſſertationis Buxtorfianæ mox citandæ *Haggada* illa uſus eſt ad ritus Paſchales exponendos, eamque ſub Canonis Ritualis titulo allegavit lib. VI. de Emendat. Tempor. p. 572. Hujus vero commentationem examinat *Buxtorfius* in diſſ. Philologico-Theologicis diſſ. VI. p. 289. ſq. & inprimis p. 389. canonem, quem Scaliger tanquam inter Judæos receptam produxerat, ſuppoſitum eſſe, nec ullibi vel in Talmud vel Judæorum ritualibus libris his verbis reperiri conſtanter affirmat, cum tamen collatio editionis Rittangelianæ manifeſte oſtendat, Scaligerum ad hanc Haggada reſpexiſſe. Sic & Rittangelius in Scaligeriana iſta de Paſchate commentatione varia deſiderat & reprehendit in prolegomenis ſuis ad *Feſtas Iudaeorum ſolennitates,* germ.

germ. deſcriptas L. 3. ſq. Ex noſtratibus B. *Seb. Schmidius* ritus Judæorum Paſchales ex Tractatu Talmudico de Paſchate, Maimonide, Arba Turim, Schulchan Aruch & libro Minhagim diligenter expoſuit in ſingulari Tract. de Paſchate Francof. ad Mœn. 1685. 4. edito.

151 הגדת שמואל, HAGGADATH SCHEMUEL, *ſermo myſticus Samuelis*, qui etiam vocatur מְדְרַשׁ שְׁמוּאֵל רַבְּתָא. Sunt tredecim parvi ſermones antiquiſſimi Auctoris, qui dicuntur פַּרְשִׁיּוֹת. Primus ſermo explicat Pſ. CX, 126, ultimus 2. Sam. XXIV. Prodiit *Venet.* 306. C. 1546. Hæc ex Bartolocc. Tom. II. p. 765. Adde, quæ inferius dicentur ſub מדרש שמואל רבתא.

152 הגדות התלמוד HAGGADOTH HATTALMUD, *hiſtoria Talmudica*, cum expoſitione vocum difficiliorum, *CPoli* 271. C. 1511. fol.

153 הגהת מיימוניות HAGGAHOTH MAIMONIJOTH, *annotationes in Maimonidæ Iad chaſaka*, quæ in nonnullis editionibus contextui ipſi adduntur. In auctore earum definiendo diſſentiunt Scriptores, aliis eorum tribuentibus R. *Meir Rotenburgenſi*, f. *Baruch*, (ex cujus quæſt. & reſponſſ. pleraque petita ſunt) inter quos eſt *Buxtorfius* p. 332. Bibl. Rabb. aliis cuidam hujus diſcipulo anonymo vindicantibus, quod fit in editione Veneta operis Maimonidei, an. 310. C. 1550. in qua ipſæ illæ notæ exſtant, inde recuſæ in noviſſima edit. Berolinenſi: aliis denique *Mardochao* cuidam acceptas ferentibus. Confer *Schalſcheleth* p. 58. b. & quæ infra dicentur ſub R. *Meir Rotenburg*, & R. *Meir Cohen.*

154 ספרי הגיון והטבע SIPHRE HIGGAJON VEHATTEVA, i. e. *Logica & Phyſica*, per quæſtiones & reſponſ. digeſta, MS. apud Oppenh. in 4. Codex latus unum digitum.

155 הדרת קודש HADRATH KODESCH, *decor ſanctitatis*, ex Pſ. XXIX. 3. liber Cabbaliſticus, auctore R. *Simeon f. Samuelis*, quod nomen vide. Confer titulum ארם שכלי, a quo hunc librum non diſtinguendum eſſe videbis.

הורית

Digitized by Google

הורית הקורא HORAHATH HAKKORE, *demonſtratio lectoris*, liber Grammaticus, qvi de recta ratione legendi & pronunciandi linguam Hebr. ceterisqve rebus Grammaticis ac inprimis de accentibus præcipit, & ex Arabico a R. *Menachem ben Nathanael* converſus, hebraice exſtat MS. in Bibl. Vatic. Citatur in R. *Iudæ ben Bileam* טעמי המקרא *de accentibus Scripturæ*, ed. Pariſ. 1623. 4. & in præfat. tertia R. *Eliæ Levitæ*, ad librum *Maſoreth Hammaſoreth*, p. 44. verſ. Lat. Munſteri, ubi is auctorem ſe ignorare fatetur. Locus ille evincit, auctorem libri, qvicunqve ſit, accentuum Biblicorum originem a Deo repetiiſſe. Eundem locum ex Elia attulit *Io. Morinus* Exercitt. Biblic. p. 499. Bartoloccius libelli hujus bis meminit, ſemel qvidem ſub *Menachem ben Nathanael* Tom. IV. p. 301. tum ejusdem Tomi p. 522. inter Anonymos, & priori qvidem loco legit הוראת הקורא, minus recte, poſteriori vero ita, ut nos cum ש״י & aliis ſcripſimus. Videtur is duplex ſcriptum ex uno formaſſe. Meminit ejusdem iterum Tom. III. p. 38. 156

היכל יהוה HECHAL ADONAI, *templum Dei* ex 1 *Sam.* I. 11. qvem librum *Wagenſeilius* in epiſtola de hydraſpide ſua p. 19. teſtatur ſe hucdum ineditum a Judæo emiſſe, in qvo, a fine qvidem trunco, ceteroqvin inæſtimabili, ritus & cerimoniæ ſacræ veteris Eccleſiæ Judaicæ deſcribantur. Editionem ejus eodem in loco ſperari jubet, qvæ tamen facta nondum eſt. Codex ipſe nunc exſtat in Biblioth. Senatoria Lipſienſi inter MSS. Wagenſeiliana, in qvorum Indice dicitur complecti antiqvitates Judaicas, totamqve rationem Liturgiæ in templo Hieroſolym. cum figuris, qvales a Judæo proficiſci potuerunt. Exſtant & bini alii ejusdem inſcriptionis libri, de quibus ſub R. *Iechiel*, & R. *Iacobo f. Ruben* dicemus. 157

הלכות אסור והיתר HILCOTH ISSUR VEHETER, *deciſiones de rebus licitis & illicitis*, qvem librum MS. ſe poſſidere in fol. teſtatur *Plantavitius* n. 173. Biblioth. Rabb. 158

הלכות גדולות HALACHOTH GEDOLOT, *deciſiones ſeu conſtitutiones magnæ*, variorum caſuum, ſecundum Talmud Babylonicum. Citantur illæ paſſim in *Toſephoth*, librisqve ritualibus, & tribuuntur variis. *Maimonides* in præf. ad lib. *Iad chaſaka*, in univerſum 159

 memo-

memorat, Geonæos diverſis temporibus ejusmodi הלכות compilaſſe. R. *Iehudæ*, Geonæo, adſcribit R. *Moſes Cotſenſis* in præfat. libri *de præceptis*, & diſcipulus ejus R. *Mardochai* in fine capitis III. Cod, *Moëd*, quod incipit ואלו מגלחים, nec non *Gantius* in Zemach David ad an. 4500. R. *Abrah. ben Dior* in libro קבלה, R. *Gedalja* in Schalſcheleth f. 35. b. R. *Aboab* in Nomologia p. 263. R. *Schabtai* in ש״י, *Buxtorfius* item, *Plantavitius* & *Bartolocc.* tribuunt R. *Simeoni Kaira*. *Schabtai* aliis R. *Ioſephum Tov Illem* auctorem videri teſtatur. R. *Iehuda Levita* *b. Iſaac* in præfatione brevi ad ipſum hunc librum variorum de auctore ſententias colligit, at nihil ipſe definit. Confer, quæ Parte I. dicta ſunt ſub R. *Schimon* קיירא. Prodiit liber *Venet.* 305. C. 1545. (non 308. ut habet ש״י,) apud M. A. Juſtinian. pp. 144. fol. Bartoloc. poſt Plantavitium n. 153. CPolitanam edit, laudat ſine anno notato curatam.

160 הלכות דיעות HILCOTH DEOTH, libellus Ethicus, ex Maimonidæ libro ejusdem tituli, ut & ex *Hilchoth derech eretz*, *Abhkat Rochel*, & *Chaije Olam* collectus, & breviter digeſtus. *Cracov.* 355. C. 1595. 4. De libro Maimonidæ vide ſuo loco.

הלכות דרך ארץ HILCOT DERECH ERETZ; vide ſupra דרך ארץ.

161 המון רבה HAMON RABBA, *copia magna*, ex *Job.* XXXI. 34. eſt Index textuum Biblicorum, qui in Medraſch Rabba ſunt expoſiti, juxta ordinem librorum Biblicorum an. 404. C. 1640. pp. 22. 4. ap. Salom. Franco per Abrah. Franco.

162 הצעה על אודות הגט HAZZAA AL ODOTH HAGGETH, h. e. *tractatio occaſione libelli repudii*, quem *Samuel cognomine* ווינטורוצו *dedit*, *Venet.* in 4. pp. 76. ubi ſimul tota materia de dandis libellis repudii ediſſeritur.

163 הקדמות מלוקטות מפרושי התורה i. e. *commentationes excerptæ ex commentariis in Legem*, MS. in Biblioth. Oppenh. Volumen latum 1 digit. in 4.

הנהגת

הנהגת המלכים HANHAGOTH; vide infra ſub נ ubi & alii hujusmodi tituli libri occurrunt.

הפטרות HAPHTARÆ; v. infra ſub פ.

הרוגי מלכות HARUGE MALKUTH, *occiſi regni*, de quo libro ita *Gilb. Gaulminus* p. 281. ad tract. de vita & morte Moſis: *De Martyribus Bether liber nondum, quod ſciam, editus. Lulianus Cæſar Sapientes ad mortem damnaverat, R. Iſmaël cœlum adſcendit, de illa, an a Deo eſſet, ſententia ſolicitus, ſtatimq; pronunciatione divini illius nominis aſſumtus eſt.* Vide omnino Bibliothecam Uffenbachianam Parte I. p. 127. 164

ס׳ התחלת SEPHER HATCHALATH, inſtitutio epiſtolaris ad modum libri עט סופר Francof. ad Mœn. 466. C. 1706. 8. pp. 8. 165

ו

ווי העמודים VAVE HAAMMUDIM, *uncini columnarum*, ex *Exodi* XXXVIII. 28. Titulum hunc ex Catalogo Biblioth. Reginæ Sveciæ affert *Bartoloc.* dubius hærens, utrum titulus libri ſit, an minus, cum eodem modo appellari etiam ſoleant Codices Legis in Arca Synagogæ reconditi, atqve ita ſcripti, ut omnes columnæ a litera ו incipiant. Enimvero eſſe librum hujus inſcriptionis apparebit ex iis, qvæ ſub *Schabtai Schaphtel* & *Jeſchaja ben Abraham* Parte I. dicta ſunt. 166

וידויים VIDDUIIM, confeſſiones peccatorum Judaicæ, *Dyrenfurti* germ. prodierunt 1695. 8. cum libello פתרון חלומות. 167

ויגש יהודה VAIIGGASCH JEHUDA, *& appropinquavit Iuda* ex *Gen.* XLIV, 18. liber qvv. & reſpp. in 4. MS. in Biblioth. Oppenheim. latus unum digitum. 168

ויכוח VICCUACH, (a) *Diſputatio* inter Judæum, Anonymum & Chri- 169

Aaaaaaaa 2

(a) Recenſebo in hac occaſione Diſputationes a Chriſtianis nonnullis Hebraice, more Academico, ad ventilandum propoſitas, ſecundum eorum nomina, quibus debentur. Sunt illi: *Samuel Bohlius*, Prof. Roſtochienſis, cujus exſtant Diſputationes Hebr. exhibentes brevem commentarium ex linguæ proprietate, contextu, locis parallelis, & vi argumentorum ſuper Malachiam, *Roſtoch.* 1637. 4. Earum ego ſex vidi, quarum ultima pertinet ad verſus 10-12, capitis I. *Meno Hanneckenius*, Prof. L. S. Marpurgenſis, in Diſpu-

Chriſtianum, qvi Judæi exceptionibus ſatisfacit, ed. *Pariſ.* à *Gilb. Genebrardo*, ſub tit. *Objecta Hebræorum* ex ipſorum vernaculis Latina facta & confutata, cum argumentis R. *Ioſeph Albo* an. 1566. 8.

170 ויכוח VICCUACH, *Diſputatio* inter Judæum & Chriſtianum, de Meſſia, MS. in B. Vatic.

171 ויכוח VICCUACH, *Diſputatio* inter Judæum & Anaſtaſium Chriſtianum, de adventu Meſſiæ, dialogi forma, MS. Lat. ibidem, converſa a *Paſchale de Roma*.

172 ויכוח VICCUACH, *Diſputatio* Chriſtiani cum Judæo de Meſſia Chriſtianorum & Judæorum, de qva ſcripſi ſub *Sebaſt. Munſtero*.

173 ויכוח הדת VICCUACH HADDATH, *Diſputatio de Lege*, de qva Hottingerus Theſauro Philologico p. 48. allegat *Conſtant. Lempereur* in not. ad *Bava Kama* pag. 70. Idem Lempereur hunc libellum latine ſe vertiſſe teſtatur in epiſtola ad Chriſtoph. Schraderum, Prof. qvon-

tationibus 3. Hebræo-Theologicis de hominis creatione, corruptione ac converſione *Marpurgi* 1628 4. *Chriſtoph Helvicus*, in Acad. Gieſſenſi, ſub cujus præſidio *Cæleſtinus Mulenta* Gieſſæ Hebraice diſputavit, quod frequenter ab eo factum eſſe, Judæis ipſis in arenam cum eo procedentibus, teſtatur B. *Schuppius* Part. II. Operum p. 214. Confer *Difenbachii* Judæum Converſum p. 61. & Cl. *Schudtii* Memorabilia Judaica Part. II. lib. 6. p. 69. *Jo. Henr. Majus* in Acad. Gieſſenſi, quo præſide *Rudolphus Mart. Meelführerus* hebraice diſputavit de Benedictione Sacerdotali, 1697. 4. *Cæleſtinus Mulenta* in Academia Regiomontana, *Balthaſar Scheidius* in Academia Regiomont. & Argentoratenſi, teſte Pfeifero de Uſu L. Sanctæ Catholico p. 24. Habeo in manibus Diſputationes ejus Hebraicas tres in Geneſin, Regiomonti habitas, quarum tertia de nomine יהוה commentatur. *Auguſtus Varenius* in Academia Roſtochienſi. Conf. Cl. *Schudtium* Part. II. Memorabilium Judaicorum lib. 6. c. 16. p. 205. Jungam his Orationes nonnullorum Hebraicas, quæ maximam partem lucem viderunt. Ita *Jo. Jac. Grateri* Oratio de belli atrocitate Hebraica Argentorati 1645. prodiit; *Jo. Matthiæ Ravii* Panegyricus Hebr. de L. Hebr. auſpiciis Cl. Henr. Jac. van Bashuyſen, Hanov. 1706. habitus cum Latina verſione. *Joſ. Robuſtelli* Oratio Hebr. de Protoplaſtorum medicina, adventu Meſſiæ, & Spiritus S. effuſione, Hebr. & Lat. Romæ 1653. 4. Vide Imbonatum p. 135. *Balth. Scheidii* auſpiciis habitæ ſunt & prodierunt Orationes Hebraicæ *Laur. Broderi* de Spiritus S. donis immenſis, Regiom. 1640. *Wolfg. Roſtenſcheri* de Jeſu Nazareno, vero Meſſia, ibid. 1641. *Chriſtiani Waltheri* de gentium gaudio ob Salvatorem Jeſum ipſis natum, ibid. 1641. *Oſtwaldi Schreckenfuchſii* Orat. in obitum Sebaſt. Munſteri, Baſil. 1533. 8. *Matthiæ Wasmuthi* conſiliis morem hebraice perorandi in Academia Kilonienſi quondam viguiſſe evincit ejus Programma invitatorium Panegyris Hebræo-Oratoriæ, Kilon. 1666. 4. editum.

Digitized by Google

qvondam Helmſtad. quam V. C. *Henr. Chriſtoph. Rittmeierus* præfationi ſuæ ad Clavem Gemaricam ſubjunxit. B. *Ioh. Mullerus* in præfat. ad Judaiſmum Detectum ait, ſe illius libri copiam nanciſci non potuiſſe.

ס׳ ויכוח תשובה למינים SEPHER VICCUACH, TESCHUVA LAMMINIM, i. e. *diſputatio, qua reſpondetur hæreticis* i. e. Chriſtianis, MS. in Bibl. Oppenh. in 8. 174

In Codice qvodam MS. Uffenbachiano bina folia Chriſtianis oppoſita, & locos quosdam Scripturæ Sacræ detorqventia, leguntur, qvæ recenſentur in Bibliotheca Uffenbachiana Part. I. pag. 146. ſq. ubi Cl. Majus pag. 169. non præter rem ſuſpicatur, folia iſta ex libro vaſtiore, qvem Judæi ſolicite adſervent, transſcripta eſſe.

ויכוח *Diſputatio* Judæi cum Philoſopho Chriſtiano Colonienſi, de Incarnatione perſonæ alicujus divinæ in Bibl. Senator. Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. n. 17. formæ minoris. 175

ויכוח *Diſputatio* contra eos, qvi Maimonidem reprehendunt, eo qvod ſacrificia Judæis ideo a Deo conceſſa affirmat, ut ab iis eo facilius avocarentur. MS. in Vatic. in 4. 176

ויכוח *Diſputatio:* ita appellare placet librum MS. titulo carentem, cujus auctor probare conatur, Evangelia Evangeliis contradicere, qvo fine veritati Evangeliorum varias objectiones opponit ad eum fere modum, qvo idem fit in Parte II. τῦ *Chiſſuck Emuna.* Opus 32. foliis in 4. abſolvitur, charactere minuto ſcriptis, ita ut ſatis prolixum cenſeri qveat. Poſſidet Codicem Vir doctiſſ. *Dan. Erneſt. Jablonsky*, qvod ex ejus ad me literis percepi. 177

Apud eundem eſt prolixa diſputatio inter Judæum & כומר ſeu Sacerdotem Chriſtianum, fol. 52. Subjiciuntur ei teſtimonia plura pro unitate Dei, Lactantii, Ciceronis, Ariſtotelis, Zenonis, Platonis &c. In fine כומר ille appellatur *Don Selvano Tzere.* Præmittitur vero operis frontiſpicio indiculus qvarundam vocum, apud Chriſtianos ſacrarum, ſed a Judæo blaſphema alluſione ſive parodia detortarum. Exemplo ſint ſeqventia:

ישׁ״ו · ימח שמו וזכרו

מְרוּנָה׳ ריב ומדון lis, & contentid.

אֶוֶנְגִּלְיוֹן און גיליון iniqvitatis revelatio.

אַלְטַאר אל טהור non purum.

מִיסָה מיתה mors.

In ejusdem Viri præſtantiſſimi ſcriniis aſſervatur Opuſculum, qvod tituli loco imaginem habet in frontiſpicio, qvæ Angelos, laureas tenentes, inferius vero Simſonem, qvi Leonem diſcerpit, repræſentat. Continet 30. qvæſtiones Chriſtianis oppoſitas, qvæ p. 1. nude & breviter proponuntur, in ipſo autem tractatu uberius illuſtrantur & explicantur, nullo tamen reſponſo addito, quod auctor exiſtimaret, nudis his quæſtionibus *ἀναποκρίτοις* rem confici, Chriſtianisqve os obturari poſſe. Sunt eæ rhythmice conceptæ, ſed de qvibus dubites, magisne frivolæ ſint an ineptæ. Ecce tibi ſpecimen:

אלו שלשים תשובות מצאתי כתוב נגד הנוצרים

א׳ אם אדם נקנס במיתת הנפש בעד עונינו״

למה נקנסו נפשות בניו

ב״ למה לא לקח האל מעץ החיים, להחיות את נפשם:

ואל יביא עמו באשמם:

ג׳ למה הביא האל עצמו ביגון ואנחה,

ובידו הסליחה:

ד״ אם לכפר מיתה בולדת מיתה לא יכשר״

ימית מלאך או אדם ישר:

ה״ למה נכנס במקום מלא בושה״

והכתוב אומר אל תגשו אל אשה

In Catalogo Biblioth. *Guil. Anslarii* pag. 36. recenſetur MS. liber *ἀκέφαλος*, continens diſputationes Judæi Anonymi ad loca controverſa N. T. in 4.

Collectio integra diſputationum & tractatuum Judaicorum contra Chriſtianos memorabitur infra ſub כְּלִמָּה. Diſſert. Rabbini cujusdam Anonymi cum Cardinali *Petro de Luna* de peccato Originis exſtitit MS. in Bibliotheca *Caroli de Montchal*, Archi Epiſcopi Toloſani: vide Labbei Biblioth. Nov. MSS. p. 208.

30.

Digitized by Google

*Jo. Cocceji* Conſideratio Reſponſionis Judaicæ ad 23. qvæſtiones, & qvæſtionum repoſitarum, exſtat recuſa in Operibus ejus Tomo VII. p. 1. ſq. Propoſitæ erant hæ quæſtiones a Pontificio qvodam homine, ad qvas reſponderat Judæus *Luſitanice* eademqve opera qvæſtiones 46. viciſſim repoſuerat. Hæ, ex Luſitanico latine converſæ, excuſæ ſunt cum reſponſione primum an. 1644. in 4. deinde vero in Operibus Cocceji repetitæ.

Rev. *Wulferus* p. 269. ad Theriacam Judaicam teſtatur ſe Venetiis ab Archiſynagogo Orientalium Judæorum legendum mutuo accepiſſe librum Anonymi MS. Hebr. in qvo is primum peccatum Originale, tum SS. Trinitatis myſterium argumentis Socinianis uſus confutare conatus ſit.

Qvisnam fuerit liber Judaicus, qvi occaſionem dedit B. Luthero, ſcribendi præſtantiſſimum librum *de Judæis & eorum mendaciis*, hactenus me latet. Ille, ceu ex limine ipſius tractatus patet, dialogi modo comparatus fuit, in qvo loca Scripturæ de Chriſto, Domino noſtro & Maria matre ejus agentia, pervertantur. Lutheri liber ſeorſim prodiit *Witteberg.* 1543. 4. & inſertus eſt Tomo VIII. Opp. Altenburg. p. 208. ſq.

Reliqva, qvæ huc pertinent, ſcripta Judæorum Anti Chriſtiana ſupra a me recenſita ſunt, p. 1048. ſqq.

## ז

זבח פסח SEBHACH PESACH, *ſacrificium Paſchatis*, ubi explicantur præcepta de ratione immolandi victimam Paſchalem. Hunc libellum Bartoloc. Tom. IV. pag. 316. ait citare in libro שבט יהודה *Salom. ben Virga*, tribuiqve *Emanueli Brundo.* Locum illum ego fruſtra qvæſivi. Diſtingui hic debet ab ὁμωνύμῳ Abarbanelis ſcripto, qvod commentarium ſiſtit in הגדה של פסח de qvo diximus Parte I. 178

זהר חדש SOHAR CHADASCH, *Sohar novus*, liber Cabbaliſticus, ejusdem cum antiqviori Zohar conditionis, qvi varias Legis & aliorum libellorum ſacrorum explicationes, qvæ in veteri illo non leguntur, ex antiqviſſimo Codice, ut titulus habet, ex terra ſancta advecto, depromtas, complectitur. Confer, qvæ de eo dixi Parte I. p. 1144. Illuſtr. *Chriſtianus Knorr a Roſenroht* in præf. ad Tomum II. Cabbalæ denudatæ pag. 9. ita recenſet: *Sohar novus, in quo continentur ea, quæ in impreſſis exem-* 179

*exemplaribus libri Zohar non exſtant. Ejusq; partes ſunt quatuor :* 1) *ipſe textus Zohar, cui inſertum eſt multis in locis ſupplementum tractatus* מדרש הנעלם. 2) תיקונים חדשים, *ſupplementa nova.* 3) זהר שיר השירים *expoſitio in Canticum Cant. ad librum Zohar pertinens. &* 4) זהר איכה i. e. *Sohar in Threnos.* Ex מדרש הנעלם loca nonnulla de vocalibus & accentibus Hebræorum agentia affert Buxtorfius tum in Theſauro Grammatico & alibi.

180 זה השער ליהוה SE HASSCHAAR LADONAI *hac eſt porta Domini*, Pſ. 118. 20. liber MS. Judæi Anonymi de 70. hebdomadibus Danielis, de qvo dicam in Supplementis ad Part. I. Bibl. Hebr. p. 166.

181 זהר יהוה SOHAR ADONAI, *ſplendor Domini*, comment. in Pentateuchum MS. in Bibl. Vatic. in 4. incerti Scriptoris, qvem a R. *Simeonis ben Iochai* libro Zohar, qvi itidem ad Pentateuchum interpretandum pertinet, multum differre teſtatur Bartoloc.

182 זהר על הרפואה SOHAR AL HAREPHUA, *Splendor Medicinæ*: titulus libri Medici, de curando morbo ex calculo, *Venet.* 1497. una cum Raſi ad Almanſorem editi, teſte Geſnero.

183 הזהרת הלוין HASHARAT HALLAVIN, liber paræneticus comitantium ad fugiendum malum, & ſectandum bonum, MS. in B. Vatic. reperiri teſtatur Bartoloc. Vereor ego vehementer, ne is titulum Hebr. minus recte expreſſerit latine, qvem ita putem eſſe vertendum: *admonitio per præcepta negativa.* Notum enim eſt, Hebræos לאוין vocare præcepta negantia ex particula לא.

184 זולתות SULATOTH i. e. certæ qvædam precandi formulæ, qvibus utuntur Judæi Germani tempore, inter feſtum Paſchatos & 7. hebdomadum interjecto, cum comm. vocum difficil. juſſu Iſaaci מו"א & *Schimon Levi Gonsburg*, edd. *Thiengæ* an. 354. C. 1594. apud Steph. Surman.

185 זיבן וויזי מייסטר פון רום SIEBEN WEISE MEISTER VON ROM, *Septem ſapientes Magiſtri Romani*, libellus Rabbino-Ger-

Germanicus, continens hiſtoriam Imperatricis Pontianæ, cui unicus erat filius. Ita ש"ר. Interſperſæ ſunt variæ illorum ſapientum ſententiæ morales. *Amſtelod.* 423. C. 1663. 8. item ib. 437. C. 1677. 8. pp. 50. & *Berol.* 1707. 8. plagg. 4. pp. 30. *Hiſpanice* ſub titulo *Libro de los 7 ſabios de Roma*, *Burgos*; memoratur in Catal. libb. R. Moſ. Raph. de Aguilar p. 32. n. 73. Idem libellus exſtat gallice ſub hoc titulo: *Les Sept Sages de Rome*, hiſtoire de Pontianus Empereur, & de ſon fils unique nommé Diocletien, qu' il remit aux ſept Sages de Rome, pour l' inſtruire en bonnes moeurs & ſciences. Comment ſa mere alla de vie a trespas. Et auſſi comment l' Empereur ſe remaria à la fille du Roy de Caſtille & vesquirent longuement enſemble ſans avoir enfans, dont ils etoient fort dolents. Et comme elle ſceut, qve l' Empereur avoit un fils, leqvel il avoit commis a ſept maitres, pour le nourrir & apprendre, pour etre Empereur apres luy: a *Lyon* 1666. 8. pp. 140. Ex præfatione Interpretis apparet, verſionem hanc ex fonte Latino eſſe derivatam.

זכות אדם SECHVT ADAM, *innocentia*, ſive *meritum Adami*, MS. in B. Vatic. in 4. quem librum de merito hominis præcipere ait Bartoloc. *Hottingerus* p. 17. Bibl. Orient. poſt Buxtorfium ejusdem tituli librum commemorat, teſtaturque, auctorem ejus peccatum Adami, ex vetita arbore edendo commiſſum, excuſare, imo penitus tollere. Poſteriori hoc modo libellum etiam deſcribit ש"ר. 186

זכרון דברים SICHRON DEVARIM *memoria verborum* commentatio ſuper cap. I. Jevammoth ſine loco & anno ed. in 4. pp. 6. 187

זכרון חרבן הבית SICHRON CHORBAN HABBAIIT, *memoria excidii templi*, *Cremon.* 326. C. 1566. in 8. apud Vinc. Conti pp. 12. 188

זכרון ציון SICHRON ZIION, *memoria Sionis*, ſunt variæ preces ex lib. Schene Luchoth habberit excerptæ, *Prag.* pp. 10. in 8. Pertinent illæ ad ſomnia, quæ quis habuit. 189



Digitized by Google

190 זכרון התלמוד SICHRON TALMUD, *Memoriale Talmudis*, i. e. compendium operis Talmudici, quod Plantavitius n. 174. recenſuit. Vide Part. I. ישמעאל הכהן.

191 ספר זכרונות SEPHER SICHRONOTH, *liber memorialis* ſive recordationum, MS. cujus meminit Labbeus in Biblioth. MSS. nova p. 274. Vide, quæ dicta ſunt ſub *Elia Levita*, Parte I. Ab hoc diſtinctus eſt ὁμώνυμος liber, de quo diximus ſub *Iſaac ben Jacob Jeſchurun.*

192 ספר זכרונות בית דוד SEPHER SICHRONOTH BETH DAVID, *liber Chronicorum domus David*, in quo multa referuntur de Judæo *Boſthenai* i. e. Hortenſio, cui tandem Jezdegerdis filia in uxorem ceſſit. Refert rem Schickardus in *Tarich Perſarum* p. 212. ſq. ubi etiam ad hunc librum provocat. Non dubitandum eſt, Schickardum eam hic narrationem velle, quæ cum מעשה ירושלמי prodiit, de qua Parte I. ſub *Abrahamo ben Maimon* diximus.

193 זמירות ושירים SEMIROTH VESCHIRIM, *cantiones & hymni*, Plantavit. & Bartoloc. ut ἀνώνυμον libellum recenſent, quem ego non puto diverſum ab eo, cujus mentio a me facta eſt ſupra Parte I. ſub R. *Akiba* Francofurtano.

194 זמירות SEMIROTH, *cantiones*, MSS. in Bibl. Senator, Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. in forma minori, membranac. Inter illa carmina quædam in uſu ſunt apud Orientales.

195 זמירות פורים SEMIROTH PVRIM cantica ad feſtum Purim accommodata, *Hamb.* 475. C. 1705. 8. pp. 12.

196 זעקת סדם SAAKAT SEDOM, *clamor Sodomæ*, ex *Geneſ.* XVIII. 20. liber Anonymi de hiſtoria everſionis Sodomiticæ, *Theſſalonic.* in 8. *Plantavit.* n. 176. & ש״ר.

197 זקוק SIKKVK, *expurgatorium*, h. e. liber, quo 480. & plures Hebræorum libri a mendis, erroribus & exſecrationibus in Chriſtianos conjectis purgantur. Compoſitus is eſt a Capucino quodam Neophy-

phyto, *Mantuæ* A. C. 1596. & exſtat MS. in Bibl. Vatic. & Cardinal. Barberini in 4.

לזקק הכסף LESAKKEK HAKKESEPH, liber de purgando argento, & emolliendis lapillis, MS. in B. Vatic. & Cardin. Barberin. in 4. 198

זרעו לצדקה SIRV LIZDAKA, *ſeminate ad juſtitiam*, ex *Hoſ.* X. 12. Hottingerus in Bibl. Orient. Claſſe XI. p. eum ait agere de Jure Hebræorum, quod Bartoloc. repetit, tacente de libro hoc R. Schabtæo in ש״י. 199

על חיבוט הקבר AL CHIBBUT HAKKEBER, *de percuſſione ſepulchri*, tract. MS. in B. Bodlej. inter Codd. Huntingtonianos n. 351. in 4. cujus initium facit R. Joſ. b. Abrah. liber שערי צדק. 200

## ח

חבור מעשיות vide infra מעשה.

חדושים CHIDDUSCHIM, *obſervationes novellæ.* Multas earum in Codices varios Talmudicos exſtare MSS. in Bibl. Vatic. teſtatur Bartoloc. Tom. II. pag. 839. 201

חדושים על כל עשרים וארבע CHIDDUSCHIM AL COL ESRIM VEARBA, *novellæ obſervationes ſuper integram Scripturam S.* MSS. citantur in נובלות חכמה p. 195. 202

חדושים ממסכת יום טוב ומס׳ יבמות CHIDDUSCHIM MIMMASSECHETH JOM TOV VIEVAMMOTH *obſervatt. ſuper Tract. Jom Tov & Jevammoth* una cum expoſitione aliorum quorundam capitum ex veteribus libris quibusdam, v. c. הר״ם i. e. R. *Meir* & R. *Baruchi Moguntini* depromtæ, prodierunt *Baſil.* apud *Conr. Waldkirchium* pp. 50. in 4 ſine anno addito. 203



Digitized by Google

204a חדושי מגלה CHIDDUSCHE MEGILLA, *novas obſervationes in Megilla*, Sapientis cujusdam Narbonenſis, qui fuerit Diſcipulus Mardochæi, allegat *Menachem de Lonzano* p. 26. a. libri תורה אור.

204b חדושים CHIDDUSCHIM in varios Codices Gemaræ, quas, ut titulus fert, collegit unus מגאוני ארץ i. e. ex illuſtribus Doctoribus, adhibitis omnibus Interpretibus antiquioribus. Collectio hæc conſtat amplis voll. in 4. Primum pertinent ad *Berachoth* II. ad Schabbath. III. ad Beza, MöedKaton, Taanith, Bava Mezia, Bathra, Sanhedrin, Chullin, Ketuvoth, Kidduſchin, Truma, Para, Jadajim, Eruvin. *Ejusmodi obſervationes* in Codd. *Schabbat*, *Eruvin*, *Peſachin*, *Joma*, *Succa*, *Roſch haſſchana*, *Beza*, *Taanith*, *Megilla*, *Chagiga*, *Moed Katon*, *Bava Kama*, *Bava Bathra*, *Jevammoth*, & *Sanhedrin* auctorum Anonymorum, octo diſtinctis, voluminibus MSS. exſtant in Biblioth. Oppenheimeri, in fol. Ibidem in alio Volumine leguntur obſervationes in *Chulin*, *Schevuoth*, *Kerithut*, *Arachin*, *Avoda Sara* & *Horajoth*.

205 חדושי גפ״ת i. e. novellæ expoſitiones in Talmud MSS. in Bibl. Oppenh. in fol. Volumen latum quatuor digitos.

חדושי דינים CHIDDUSCHE DINIM, obſervationes novellæ ſuper Cod. *Schabbath*. MS. in Biblioth. Oppenheim. latus codex 4. digg.

206 חדושים ſuper *Bava Kama*, Mezia & Bathra, item ſuper Jevammoth & Ketuvoth MS. in cod. membranaceo vetuſto admodum & amplo in 4.

207 חדושי פוסקים CHIDDUSCHE POSEKIM, *Novellæ obſervationes Deciſorum* in rebus ritualibus MS. in 4. ibid. Chidduſchim ſuper *Gittin* & *Kidduſchin*. MS. in eadem Biblioth. in 4. pp. 281. *Chidduſche Toſephoth* ſuper *Gittin* ib. MS. in 4. pp. 170. *Chidduſche Poſekim* in 4. ib. Cod. unum digitum latus. *Chidduſchim* Anonymi ſuper *Alphes*, MS. ibid. in. 4. pp. 187.

208 חדושי דינים וחדושי הלכות שבת CHIDDUSCHE DINIM VECHIDDUSCHE HILCOT SCHABBAT, i. e. *nova*

*nova obſervationes in ritus & conſtitutiones ſuper Codicem Schabbath* Anonymi MSS. in Bibl. eodem in 4.

חדושים על יד CHIDDUSSCHIM ſuper *Jore Dea* & reſponſa nonnulla ſuper *Even Eſer* MS. vol. 5. digitorum in eadem Bibliotheca fol. 209

חדושים על בק *Obſervationes in Bava Kama*, MSS. ibid. in 8. 210

חורבן בית המקדש CHORBAN BETH HAMMIKDASCH i. e. *de excidio templi Hieroſol.* liber a Judæis ſcriptus, cujus Latinam verſionem promittit *Jo. Saubertus* in præf. ad verſionem Latinam Paraſchæ I. Geneſeos, Rabbinicis interpretationibus illuſtratæ. Vide pag. antepenultimam. 211

חטאה CHATTAA, *peccatum*, h. e. de ſacrificio pro peccato, ſive de expiatione peccati juxta Scripturam & Talmudicas deciſiones quem librum fide Catalogi Pragenſis *Cracoviæ* editum teſtatur Plantavit, & Bartoloc. Cum vero Schabtai hanc titulum non memoret, & ex aliis mihi exemplis conſtet, Catalogum Pragenſem fraudi fuiſſe Plantavitio, vereor vehementer, ne liber ille fictus ſit. 212

חידות CHIDOTH, *ænigmata*, quæ germanice רעצל *raetzel*, appellantur: cujus generis ex Scriptura Sacra depromta & in codice quodam MS. Uffenbach. obvia affert Cl. *Majus* in Bibl. Uffenbach. P. I. p. 170. 213

חיי עולם CHAIJE OLAM *vita æterna* liber Ethicus de vita præſente ita Judæorum more agenda, ut futuræ ſpes ſit, lingua Germanica, *Friburgi Briſgojæ* 343. C. 1583. 4. Hebraice quoque prodiit *Venet.* 312. C. 1552. 12, pp. 8. per Dan. Adelkind. R. Schabtai vocat ס׳ חַיֵּי עוֹלָם הַבָּא i. e. *librum vitæ ſeculi futuri.* Eum MS. habet Celeb. Uffenbachius, cujus vide Catalogum Parte I. p. 39. & pag. 132. ut & Oppenheimerus in 4. decem plagulis. 214

חכם הרזים CHACHAM HARASIM, *Sapiens* ſive *gnarus abſconditorum*, titulus libri, qui paſſim citatur in *Ialkuth Rubeni Gadol*, v. c. p. 83. a col. 1. & p. 89. a. &c. 215



Digitized by Google

216 חכמת האלהות CHOCHMAT HAELAHUT, *ſapientia de divinis rebus*, lib. ἀνώνυμ☉. MS. in Biblioth. Oppenheim. 4. conſtans uno alphabetho, neſcio cujus argumenti.

217 חכמת המזלות CHOCHMATH HAMMASSALOTH, ſcientia aſtrorum, Solſtitiorum, Noviluniorum, omniumque, quæ ad Calendarii Judaici rationem (b) Aſtronomicam pertinent: Titulus integer ita habet: חכמת המזלות בתקופות ומעוברות והקביעות id eſt, *Kalendarium Hebræum opera Seb. Munſteri ex Hebræorum penetralibus jam recens in lucem editum, quod non tam Hebraice ſtudioſis, quam Hiſtoriographis & Aſtronomiæ peritis ſubſervire poterit. Baſil* apud Joh. Froben an. 1527. 4. Ibi primo occurrit brevis doctrina de ratione numerandi Hebræorum, tum de computatione Hebræorum a principio mundi, latine, usque ad p. 9. Sequitur *Seder Olam Sutha* hebr. & Lat. p. 10-41. Poſtea tractatio Munſteri de Anno & menſibus Hebr. latine usque ad p. 55. Tum tractatus Hebræus Judæi Anonymi cum Lat. Verſ. ſub tit. ספר למצא מולדות ותקופות i. e. tractatus *de inventiono neomeniarum & æquinoctiorum*. Ita autem incipit: תניא בתוספת׳ בעם נתקשרו השמים: usque ad p. 107. Poſt hæc legas computationem mediarum conjunctionum juxta Latinorum Aſtronomorum canones, & de Neomeniis Hebr. latine usque ad pag. 135. Hinc

(b) De rationibus Kalendarii Judaici lege *Johannis Salpii* Kalendarium diſpoſitum; brevibusque illuſtratum Vitteb. 1697. 4. *Ægid. Strauchii* Diſſert. de Computo Talmudico-Rabbinico, Witteb. 1661. 4. *Jul. Bartoloccium* Tom. II. Biblioth. Rabbin. p. 392. ſqq. & p. 550 ſqq. *David Nieto*, Rabbinum Londinenſem, in מטה דן Diſſ. V. p. 82. ſqq. & *Immanuel Aboab* in Nomologia p. 90. ſq. Calendario Judaico Anglicano ab Iſaaco Abendana Oxon. 1695. in 16. edito, addita eſt, præter brevem commentationem de precibus & Liturgia Judæorum, expoſitio ipſius Kalendarii, quoad potiores partes. Exſtat & *Calendarium anni Domini 1677. non ſolum ſecundum Chriſtiana ſed & Judaica Eccleſiæ olim hodieque receptam conſuetudinem juxta hypotheſes Maimonidæ & Calviſii*, Jenæ in 4. De Kalendario Hebraico, quod molitus eſt *Bartholomæus Scultetus* vide libellum Epiſtolarum de Bibliis Eliæ Hutteri p. 27. ſq. Plura huc pertinentia lege apud Cl. *Fabricium* in Menologio p. 17. ſq. Utinam prodiret in lucem Cl. *Jo. Henrici Lederlini*, Profeſſ. Argentoratenſis, commentarius in Kalendarium Judaicum, quem prelo paratum eſſe teſtatur Cl. *Schudtius* in Memorabilibus Judaicis Parte IV. p. 354. qui & ipſe Parte I. p. 240. & Parte IV. p. 353. de fraudibus & malitia Judæorum, in Kalendariis hodiernis prodi ſolitis, nonnulla obſervat.

Hinc occurrit tract. heb. & lat. de רחיות וקביעות h. e. de *translationibus & fixionibus* usque ad p. 152. Poſtea עבור קציב דרב נחשון i. e. *Canones feſtivitatum R. Nachſon*, tantum hebr. p. 153. ſq. Deniqve legis Kalendar. Hebræorum cum Romano comparatum, ut & tract. Lat. de Eclipſibus luminarium usqve ad finem libri. In Theatro Anonymorum Placciano p. 711. traditur, eſſe hunc Munſteri tract. ipſum librum עברונות R. *Jac. Markariæ*. Ceterum Lambec. Tom. I. Comment. de Biblioth. Vindob. p. 178. memorat MS. libellum elegantem Aſtronomic. hebr. verſum. Merito huc refero tract. de ratione annorum Judaicorum, cui ſubjuncta eſt tabula eandem explicans, facta anno Iudaico 5313. C. 1553. qvæ MS. in fol. memoratur in Catal. Bibl. Medic. Pluteo I. n. 8. Suſpicor fere, Codicem hunc non diverſum eſſe a libro עברונות qvem R. *Iac. Markaria* Riv. Trid. an. 321. C. 1561. 4. edidit, de qvo ſupra Parte I. num. 1078. Ex Chriſtianis Aſtronomiam & Algebram Hebræam inchoatam in MS. reliqvit B. *Io. Nicol. Cnollen:* vide Relationes Innoxias an. 1710. p. 363. Confer infra עברונות.

ספר חכמת המספר SEPHER CHOCHMAT HAMMISPAR, *liber Arithmeticus*, duplex, ab uno auctore ſed recente an. 1711. ſcriptus, & ad hodiernas Arithmetices rationes accommodatus, MS. in Biblioth. *Uffenbachiana*, cujus vide Partem I. p. 390. Arithmetica Anonymi inter Codd. Pocockianos n. 187. 218

חלוקה דרבנן CHALUKA DERABBANAN, *diviſio Rabbinorum*, eſt rituale Paſchatis, cum excerptis libri שְׁנֵי לוּחוֹת הַבְּרִית, item מַטֵּה אַהֲרֹן R. *Aaronis Teummim* & כְּתֹנֶת פַּסִּים R. *Ioſeph b. Moſche* concionatoris Amſtelodam. apud *Dav. Tartas* an. 455. C. 1695. 4. pp. 52. Textus *Haggadæ* Paſchalis hebr. qvadratis & punctatis iisqve majoribus literis in medio, commentarii vero minoribus qvadratis exprimuntur. 219

חלוק הקראים עם הרבנים CHILLUCK HAKKARAIM IM HARABBANIM, *controverſia Karaorum cum Rabbanitis*, qvem librum MS. habuit *Jac. Triglandius*, qvod ex catalogo Bibliothecæ ejus apparet. Idem in diſſert. ſua de Karæis eum frequenter ad 220

ad partes vocat, v. c. p. 164. 165. 169. 171. 189. 221. 242. 250. 251. 280. editionis illius, qvam una cum diſſert. R. *Mardochai* Karæi fieri curavi Hamb. 1714. 4.

221 חמשים משלים CHAMISSCHIM MESCHALIM, *quinquaginta proverbia*, ſive ſententiæ morales Philoſophorum, MSS. in Bibl. Vatic. 4.

222 ס׳ חנוך קטון SEPHER CHINNUCH KATON, *inſtructio pro pueris*, i. e. vocabularium Hebr. germanicum: *Deſſau* 12. pp. 12.

223 חסדי דוד CHASDE DAVID, *benignitates Davidis*, ex *Jeſ.* LV. 3. liber neſcio cujus, vel auctoris vel argumenti, MS. in Bibl. Oppenh. in 4. pp. 200.

224 חפץ השלום CHAPHETZ HASSCHALOM, *deſiderans pacem*, ex Pſ. XXXV. 27. liber Medicus, Arabice ſcriptus & a R. *Meſchullam ben Jona* hebr. translatus, MS. in Biblioth. Vindob. Vide Partem I. ſub אלצרבי.

225 חקות הדיינים CHUKKOT HADDAIIANIM, *inſtituta* ſive *officia Judicum*, ubi Judicibus agendi regulæ præſcribuntur. In auctore definiendo diſſentiunt Judæi: alii enim R. *Meir* Rotenburgenſi cum ש״י, alii cum R. *Salom. Duran* in *Juchaſin* p. 133. b. R. *Jom Tov* אשבילי, alii cum *Schalſcheleth* & *Juchaſin* l. c. R. *Salomoni f. Tzarat*, diſcipulo Hariſchba, acceptum ferunt.

226 ספר החקירה *liber inveſtigationis* felicitatis hominis, ſive de hominis beatitudine, MS. in Bibl. Vatic. in 4.

227 חרבן בית אלהינו CHORBAN BETH ELOHENU, *excidium templi Dei*, ubi ea exhibentur, quæ in Gittin de excidio templi Hieroſol. leguntur, & qvidem illuſtrata commentario Raſchii; ſine loco notato an. 425. C. 1665. 8. pp. 10.

228 חרבות ירושלים CHORBOTH JERUSCHALAIM, *devaſtationes Hieroſolymorum*, ex *Jeſ.* LII. 9. auctoris Anonymi libellus, qvo exponuntur calamitates, qvas Judæi Hieroſolymitani a Turcis perpeſſi ſunt. Prodiit *Venet.* an. 396. C. 1633. 4. pp. 12. In fine occurrunt teſtimonia & approbationes variorum Rabbinorum, v. c. Schem Tov לרוייאר, Schemuel ben סיר, Aſarja זאבי, Aaron b. Moſche b. Machir, Jac. Romani, Jehuda Arje Mutinenſis, Nechemja סאראוואל, Schemaja b. Moſche de Medina, Aſarja b. Ephraim, Schemuel מכעיר.

229 ס׳ החשק SEPHER HACHESCHECK VESEPHER RASIEL, VESEPHER HAMMALBUSCH, tractatus, ad Cabbalam Practicam pertinentes, MSS. in Bibl. Oppenheim. in 4. Volumen ſex digitos latum. Ibidem in alio Volumine vidi partem libri החשק conſtantem 14. plagg. in 4.

230 חשק שלמה, CHESCHEK SCHELOMO, *deſiderium Salomonis*, 1 *Regg.* IX. 19. Hunc Anonymi librum ש״ו teſtatur ad editionem curatum eſſe a R. *Gedalja Corduero*, additqve idem, eſſe expoſitionem vocum in lingua vernacula (לעז) h. e. ut interpretor Hiſpan. ſecundum ordinem librorum Biblicorum, *Venet.* 377. 4. C. 1617. Vidi librum in Bibl. Oppenheim. apud Bragadin. ed. & conſtantem pp. 93. Methodus hæc eſt. Ponuntur verba Scripturæ Hebr. cum adjecta ſtatim interpretatione Hiſpan. hoc modo: בראשית ברא *in principio de crear*, תהו ובהו vanidad ò vaguidad: hebraicis literis, (qvibus ſemper expoſitio exprimitur) ואנידאת או ואגוידאת. Et ſic pergitur usqve ad finem Sacri Codicis, non omnia ordine vertendo, ſed ex ſingulis Paraſchis vel capitibus difficiliora decerpendo. Textus ſacer literis Hebr. punctatis; verſio vero Hebraicis qvidem literis, ſed non punctatis, exhibetur.

## ט

231 סדר טבילה SEDER TEVILA, *ordo lotionis*, ubi præcipitur de eo, qvomodo in lotione rituali verſandum ſit, additis ordinariis precibus. *Prag.* in 8. ſine anno.

232 טעמי חגים TAAME CHAGGIM, *rationes feſtorum:* tractatum hunc Plantavitius fide Catalogi Pragenſis, in qvo nec auctor, nec annus editionis notatus ſit, memorat, magnæqvæ apud Judæos auctoritatis eſſe tradit.

233 טעמי המסורת TAAME HAMMASORETH, *ratio Maſora*, i. e. expoſitio obſervationum Maſorethicarum ſecundum ordinem libb. Biblic. MS. in Bibl. Oppenheim. in 8.

234 טעמי שלשה ספרי אמת TAAME SCHELOSCHA SIPHRE EMETH, i. e. de accentibus trium librorum אמ״ת ſeu *Iobi, Proverb.* & *Pſalm.* ab Hottingero inter Anonymos refertur, qvi eſt R. *Judæ ben Bileam*, qvem vide.

ט״מ i. e. טַעֲמֵי מִצְוֹת libri nomen, cujus auctor eſt R. *Menachem Rekanati*, qvem vide Parte I.

235 טעמים TAAMIM, ſeu rationes Cabbaliſt. præceptorum qvorundam, ut & literarum alphabeti Hebr. MS. in Bibl. Oppenh. in 4.

## י

236 יד אליהו העדני JAD ELIIAHU, *manus Eliæ*, i. e. carmina duo rhythmica ſub tit. כתר תורה & רשות האזהרות pp. 14. in 8. ſine loco & anno. Vidi in Bibl. Oppenheim.

237 ס׳ יד רפאל SEPHER JAD RAPHAEL, *manus Raphaëlis*, MS. in Bibl. Oppenheim. in 4. complectitur varias interpretationes Cabbaliſticas ex *Gematria* petitas.

238 יד שערים JAD SCHAARIM, *manus portarum*, Anonymi, qvi de Calendario Judæorum & Chriſtianorum differit, undecim capitibus, qvæ his argumentis abſolvuntur. Cap. I. oſtendit modum cognoſcendi, utrum menſes cavi an perfecti ſint, vel etiam ſeqvantur ordine proprio. II. agit de numero dierum & hebdomadum anni currentis inveniendo. III. de inveniendo die Novilunii. IV. de inveſtigandis diebus feſtorum mobilium & jejuniorum. V. de die menſis, qvo legendæ ſint Paraſchæ. VI. qvæ Haphtharoth Paraſchis reſpondeant, & ubi apud Prophetas inveniantur. VII. de inveniendis Tekuphis. VIII. de Noviluniis. IX. de inveniendo initio anni planeta-

netarum. X. de Chriſtianorum Kalendis. XI. de loco Lunæ ad datum diem inveniendo. Prodiit liber *Romæ* 307. C. 1547. 12. apud *Sam. Zarpathi* i. e. *Gallum*. R. *Schabtai* illius non meminit in ש"ש.

ספר ידיעת האלהות SEPHER JEDIAT HAELAHUT, *liber Cabbaliſt. de cognitione divinitatis*, MS. in B. R. Oppenheimeri fol. ubi initium facit Voluminis, variis aliis tractatibus conſtantis. 239

ספר יוחסין *liber Juchaſin*, neſcio qvis, qvem R. *Jochanan* docere noluit R. *Samlai*, teſte Abrah. Zacuto in Iuchaſin p. 105. b. Bartoloc. qvidem Tom. III. p. 695. b. ad locum hunc provocans librum Magicum fuiſſe ait, neſcio qvo argumento ductus, cum Juchaſin nihil tale referat. Fuit procul dubio ejuſdem argumenti, qvalis erat, qvi in *Peſachim* f. 62. periiſſe dicitur. Vide Guſſeti refutationem Chiſſuk Emuna in limine. Confer, qvæ ſcripſi Part. I. p. 105. 240

יום כפור קטון JOM KIPPUR KATON, *dies expiationis minor*, h. e. de ritibus & precibus die Novilunium antecedente receptis. *Amſt.* 443. C. 1683. 16. *Prag.* 473. C. 1713. 8. apud nepotes Moſis. *Tephillos* ſive preces ejus diei, *Sulzbac.* in 8. pp. 40. ſine anno. Preces eædem hebr. & germ. *Prag.* 452. C. 1692. apud nepotes Moſis 2½ plagg. in 8. *Germanice* ſolum, *Amſtelod.* 462. C. 1702. 8. 241

ספר יוצרות SEPHER JOZEROTH, *liber hymnorum*, qvi dicuntur *Jozeroth* a Judæis Germanis, ideo, qvod in media precatione, qvæ incipit יוצר אור in qvibusdam feſtis tempore matutino cantantur. MS. in Bibl. Vatic. fol. & in B. R. *Oppenheimeri* cum comm. Anonymi in fol. Hujusmodi hymni multi & pro varietate regionum varii exſtant, & in libris precum leguntur, imo etiam a ceteris ſejuncti in publicum exſtant. Sic ש"ש commemorat יוצרות ſecundum morem & ritum Judæorum Germanorum, cum comm. R. *Aſcher fil. Ioſephi Cracov.* in 4. Annum is non affert neqve is exſtat in exemplo Oppenh. In Bibl. ejusdem exſtat Cracovienſis an. 349. C. 1589. Item ex more Polonorum, germ. translat. *Pragæ* in 4. ſemel per filios Jacobi ſine anno notato, deinde per *Jacob. b. Gerſchon* ibidem an. 365. C. 1605. in 4. plagulis 46. Vidi etiam edit. curatam per Moſen b. Bezalel pp. 99. in 4. Jozeroth cum comm. qvem fecerunt R. *Zevi b. Cha-* 242



Digitized by Google

*noch*, qvi vocatur alias R. Hirſch R. Sundels (זונדלש) & R. Mordechai b. Abrah. Germanus, qvi vocatur alias Mordechai Koppelmans in 4. plagg. 28. anno & loco, neſcio qvo: titulus enim deerat. Legi alicubi, cum comment. *Hirſch Mendel* prodiiſſe *Cracov*, 352. C. 1592. Plantavitius n. 227. fide catalogi Pragenſis teſtatur, totum librum eſſe Cabbaliſticum, de qvo ex dictis judicium ferri poteſt. Jozeroth in membrana MSS. in Bibl. Oppenh. in 4. Ibidem alius Codex cum comment. eleganti, itidem in membrana in fol.

243 יורשת השבע JORESCHETH HASSCHEBA, *poſſidens ſatietatem*, liber Grammaticus, ex qvo varia in librum חִבּוּר הַקִּנִּים transtulit *Simſon Hannakdan*. Vide ſupra Part. I. n. 2208.

244 על ייחוד השם AL JICHUD HASSCHEM, *de Deo, ejusq; unitate*, MS. inter Pocockianos Codices in Biblioth. Bodlejana n. 53.

245 ס׳ ייחוסי האמוראים והתנאים SEPHER JICHUSE HAAMORRAIM VEHATTANNAIM, *liber de ſucceſſionibus Gemaricorum & Miſchnicorum*, MS. in Biblioth. Oppenh. in 4. Codex latus qvatuor digitos, qvo præterea obſervationes qvædam novæ in Legem comprehenduntur.

246 ילקוט JALKUTH, titulus Lexici Hebraici MS. qvod habet Cl. *Uffenbachius*: vide Bibliothecam Uffenbachian. Part. I. p. 376. ſq. Ibi a Cl. *Majo* monetur, titulum Lexici hujus fuiſſe qvoqve פרחון, ſub qvo alias Dictionarium R. *Salomonis b. Abrah. Happarchon* memoretur, a qvo tamen noſtrum hoc diſtinctum eſſe ibidem oſtenditur. Compendium eſſe, ex *Kimchii* libro Radicum factum, exempla varia, ibidem propoſita, evincunt.

247 ילקוט חדש JALKUTH CHADASCH, *Pera nova*, i. e. Loci Communes, qvos recens, ſed ignotus auctor, ex optimis qvibusqve libris ordine literarum ita congeſſit, ut concionatoribus inſervire poſſint, qvi ex Jalkuth hoc tanqvam ex Indice cognoſcunt, qvi auctores & qvo in loco de ſingulis argumentis commentati ſint. In privatum uſum hæc excerpta conſcripta primum fuiſſe videntur, nec in magno apud Judæos pretio ſunt. Prod. *Lublini* 408. C. 1648. *Amſtelod.* 419.

419. C. 1659. pp. 179. apud Zevi b. Abrah. Kalonymus *Amſtelod.* 419. C. 1659. apud Uri Veibs b. Aaron pp. 202. & cum acceſſionibus ſub titulo: ספר שכחת לקט i. e. *Spicilegium*, *Prag.* 417. C. 1657. pp. 159. & ibid. 447. C. 1687. apud nepotes Moſis, ac denique *Wilmersdorf.* 433. C. 1673. 4. Plures ſunt hujus tituli libri, de quibus ſub collectorum nominibus ſuo loco diximus Parte I.

ילקוט קדמון JALKUT KADMON, *Pera antiqua*, allegatur a R. *Aſaria* in *Meor Enajim* lib. 3. c. 35. pp. 114 b. & c. 19. p. 85. b. ubi teſtatur, illud ſcriptum fuiſſe an. 5070. C. 1310. 248

ס' ילקוט של תהלים *liber Ialkuth in Pſalmos*, an. 288. manu exaratus fuit in Biblioth. R. Moſis Raph. Aguilar, quod patet ex catalogo librorum ejus p. 18. n. 4. in fol. 250

ימין יהוה רוממה JEMIN ADONAI ROMEMA, *dextra Domini elata*, ubi de ritibus in agitatione *Lulaf* tempore Feſti Tabernaculorum obſervandis. *Venet.* in 4. 251

ימין משה JEMIN MOSCHE, *dextra Moſis*, liber Anonymus, argumenti mihi quidem ignoti, quem ש"י *Venet.* 357. C. 1597. prodiiſſe teſtatur. *Mantuana* editio 384. C. 1624. exſtat in Biblioth. Oppenheim. 252

ספר יסירה SEPHER JESIRA, *liber correctionis*, Plantavitio laudatus, fide Catalogi Pragenſis, qui de correptione fraterna agat. Sed titulus neſcio quid monſtri alere mihi videtur, & forte ex libro *Iezira* per metamorphoſin effictus eſt. 253

ס' יצירת אדם JEZIRATH ADAM, *liber de formatione hominis*, ubi agitur de miraculis a Deo in gratiam Adami factis, ex hebr. germ. 254

ס' יצירת הולד SEPHER IEZIRATH HAVVALAD, *liber de formatione fœtus*, MS, in Biblioth. Oppenh. 8. in membrana. 255

256 סֵפֶר הַיִרְאָה SEPHER HAJIRA, *liber timoris*, ubi agitur de eo, quomodo homo adverſus Deum & proximum gerere ſe debeat, MS. in B. Vatic. Forte hic liber non eſt diverſus ab eo, qui in libro *Eliezeris Methenſis*, qui dicitur סֵפֶר הַיְרֵאִים primo loco *de timore* exſtat, niſi cum eo potius comparandum cenſeas, qui in R. *Jona Gerundenſis* libro שַׁעֲרֵי הַתְּשׁוּבָה *Venet.* 304. edito, ſub finem legitur. Conf. B. *Groddeckium* in Theatro Anonymorum Placciano p. 699.

257 עַל עִיר יְרוּשָׁלַיִם AL JIR IERUSCHALAJIM, *hiſtoria urbis Hieroſol.* MS. in fol. inter Codices Pocockianos n. 362.

258 ספר ישועות ונחמות SEPHER JESCHUOTH VENACHAMOTH, *liber ſalutum & conſolationum*, ex אבקת רוכל & aliis ſimilibus tractatibus excerptus, & de ſpe liberationis, ex præſenti exſilio, Judæis imminentis, exponens, *Hanov.* 380. C. 1620. per Jac. b. Meſchullam pp. 10. & *Amſtelod.* 409. C. 1649. 4. pp. 7. Itemque *Furthi* 451. C. 1691. 8. 3. plagulis.

259 יָשִׁיר מֹשֶׁה JASCHIR MOSCHE *cantabit Moſes*, canticum Anonymi ſuper Megillath Eſther in 8. pp. 17. ſine loco & anno.

260 יֶשַׁע יָהּ JESCHA JAH, *ſalus Domini*, explicatio vocum in libro *Zohar* occurrentium, ſecundum ש"י ubi tamen nec locus nec annus editionis memoratur. In B. R. Oppenheimeri exſtat editio *Veneta* anni 400. C. 1640.

261 סֵפֶר יָשָׁר SEPHER IASCHAR, *liber recti*, ex *Ioſ.* X. 13. ab incerto auctore exaratus, & a R. *Ioſeph* fil. *Samuelis Parvi* (הקטון) editus, qui in præfatione fertur tempore Excidii Hieroſolymitani in ſcriniis Senis cujusdam inventus, ac deinceps Hiſpalin, permittente quodam Titi Veſpaſiani Duce, in Bibliothecam quandam translatus, ex qua lucem deinceps viderit. Ibidem dicitur alio nomine vocatus תולדות אָדָם, *generationes Adami.* Recenſentur in eo hiſtoriæ & fata, quæ obtigerunt Patriarchis V. T. inde ab Adamo usque ad tempora, exitum ex Ægypto proxime conſecuta. Nonnullæ quoque res geſtæ in libro Numerorum, Deuteronomii & Ioſuæ recenſitæ afferuntur, ita quidem, ut non ſine admiſtis fabulis ad recentiora Iudæorum exſilia &

& calamitates accommodentur. Inde etiam intelligitur, fictam eſſe eam, qvæ venditatur, antiquitatem, cum inter cetera in limine Lombardorum in Italia bellum memoretur. Prodiit liber *Venet.* 385. C. 1625. apud Bragad. pp. 160. *Cracov.* 388. C. 1628. 4. plagg. 21. & *Prag.* 428. C. 1668. 4. quas editt. habet ש״ו. Bartoloc. omiſſa *Pragenſi* & *Cracov.* *Neapolitanam*, neſcio quam recte, ſine anno memorat, quibus adde *Amſtelodamenſem* an. 1707. 8. & *Francofurt. ad Mæn.* 1706. *Scipio Sgambatus* Neapolitanam primam facit omnium, p. 265. Archiv. V. T. ubi & alia de hoc libro memorat.

*Germanica* ejus verſio cum acceſſionibus prodiit cura R. *Iacobi f. R. Ieremiæ Matathiæ* Levitæ, *Francof. ad Mæn.* 434. C. 1674. 8. pp. 210. ſub titulo תָּם וְיָשָׁר *integer & rectus.* In fine ſingularum Paraſcharum legitur illarum epitome cum monitis moralibus & figuris. In calce vero libri ex libro *Iuchaſin* & חרדים afferuntur hiſtoriæ variæ & formulæ precandi. *Hottingerus* in Compendio Theologiæ Judaicæ, quod exſtat in calce Enneadis Diſſertationum p. 295. librum hunc pro commentario hiſtorico Chronolog. brevi tamen & paraphraſtico magis, quam exegetico habet, de qua aſſertione ex dictis ferri poteſt judicium. Confer de libro iſto Rev. *Io. Georg. Abicbtii* Diſſertat. de Libro Recti p. 21. ſqq. ubi præfatio ejus maximam partem Latine exhibetur, eadem que opera oſtenditur, eum perperam a nonnullis pro iſto haberi, qui in Scriptura S. ſub hoc titulo affertur.

כוכבא דשבט COCHBA DESCHEVETH, *ſtella ſceptri*, liber 262
Anonymi, cujus titulus deſumtus eſt ex verbis דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל Levit. XXIV. 17.

Hujus & aliorum Scripturæ verſuum, qui hebr. proponuntur, occaſione varia monita moralia inprimis contra ſuperbiam traduntur, & quidem Lingua German. *Amſtelod.* 444. C. 1685. 4. pp. 31.

ספר כוונות SEPHER CAVVANOTH, *liber intentionum* ſeu 263
*conſtitutionum*, neſcio quis, qui MS. memoratur in Catalogo MSS. Bibl. Bodlej. n. 6051. Credo hunc eſſe librum *Iſaaci Loriæ*, de quo Parte I. ſuo loco. Exſtat & alius liber כוונות ibidem inter Codd. Huntingtonian. n. 412. in 4.

כוונות

264 כוונות ישרות CAVVANOTH JESCHAROCH, *intentiones rectæ*, libellus Anonymi, a R. *Iehuda Iſaac b. Iacob* editus, & quatuor pagellis in 8. conſtans, *Amſtelod.* 410. C. 1650. apud Iehuda b. Mordech. Gimpel. Eo exhibentur interpretationes allegoricæ & myſticæ paucorum quorundam Scripturæ locorum, ex *Medraſchim* depromtæ, & ad mores formandos utplurimum pertinentes.

265 כוונות השופר CAVVENOTH HASSCHOPHAR, *intentiones tubæ arietinæ*, MS. memoratur in נובלות חכמה p. 195.

266 ספר כל בו SEPHER COL BO, *omne in eo*, qui liber olim vocatus eſt teſte Schabtæo סֵפֶר הַנַּיָר *liber papyri*, ab auctore ignoto ſcriptus, quem alii quendam ex diſcipulis R. *Perez Cohen*, alii *Bar Schéſchath* fuiſſe volunt. Vide *Schalſcheleth* p. 58. a. Explicantur in eo præcepta Legis omnia, eademque opera inſtituta & cerimoniæ Judæorum illuſtrantur. B. *Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 699. monet, ſe libellum hunc cum ſcriptis Maimonidæ ritualibus comparantem deprehendiſſe, illum cum iſtis, etiam quod ad verba, adeo conſpirare, ut altera commentatio ab altera deſcripta cenſeri debeat. Prodiit liber *Venet.* 322. C. 1572. fol. quam ad quarti ordinis formam refert Buxtorfius, & antea 307. C. 1547. ap. M. A. Juſtinian. pp. 158. & 327. C. 1567. apud Georg. de Cabali pp. 158. tum vero *Arimini*, per Gerſonem Soncinatem, plagg. 108. *& CPoli* 280. C. 1520. quem vidi in B. Oppenheimeri, per R. *Iom Tov Sichri b. Raphaël.* Bartoloccius libri prorſus non meminit. MS. habet Oppenheim.

267 ס' על כל כחות הבעלי חיים i. e. *liber Philoſophicus de facultatibus animalium* MS. in Biblioth. R. Moſis Raph. de Aguilar, in 4. ceu patet ex catalogo librorum ejus *Amſtelod.* 1680. ed. pag. 20. n. 33.

268 כלי נחושת KELI NECHOSCHETH, *vas æreum* ex *Lev.* VI. 21. neſcio cujus auctoris; comm. eſt in More Nevochim MS. in 4. Bibl. Oppenheim.

269 כלי הרועים KELI HAROIM, *inſtrumentum Paſtorum* ex *Zach.* XI. 15. comment. in Ialkuth, quod ſe ex aliis intellexiſſe ait R. *Schabtai.*

כלי

כללי הדקדוק KILLE HADDIKDUK, *ſumma capita Grammatica*, Venet. 425. C. 1665. apud Bragadin. in 4. pp. 3. 270

כללי הרפואות KILLE HAREPHUOTH, *regulæ* ſeu *conſilia Medica*, quam vaſtam collectionem MS. eſſe ait ש"ו ſine auctore memorato. Habuit hunc librum MS. in fol. R. Moſes Raphael de Aguilar, ut patet ex ejus Catalogo librorum p. 18. n. 7. Vidi etiam in B. Oppenheim. in fol. Volumen 2. digitos latum. 271

כלל קצר KELAL KAZER, h. e. *epitome ſuccincta* תשעה סוגי למודים *novem claſſium ſcientiarum* prodiit *CPoli*, anno ut titulus habet עשתי עשר i. e. undecimo regni Sultani Solimanni apud Gerſon b. Moſe Soncinatem plagg. 5. in 4. Conſtituuntur ibi novem claſſes ſcientiarum, nempe, Scripturæ, Talmudis, Maſoræ, Grammaticæ &c. quæ deinde ſuccincte explicantur. 272

ספר הכלמה SEPHER HAKKELIMMA, *liber opprobrii*, tractatus Polemicus, in quo de fide Chriſtiana per certa capita diſputatur, allegatus a R. *Joſ. ben Schem Tov* in commentar. ad epiſtolam R. *Peripoth Ephodaei*. Ita ש"ו. In Catalogo Bibliothecæ Lugduno Bat. pag. 289. n. 62. inter Codices Warnerianos video memorari ſequentem collectionem: סֵפֶר הַכְּלִמָּה *liber opprobrii Epiſtola Inpourpet*, (hic alias vocatur פריפוט) cum comment. *Joſ.* filii *Schem Tov* Epiſtola *Eſtrick* ex Judæo Chriſtiani ad *Anſchaltbiel Bonfos*; Epiſtola *Schelomo Bonfed*. *Nachminidæ* diſputatio cum *Prifolo*, Judaicæ fidei deſertore, in palatio Barcinonenſi, coram Rege & Magnatibus. Epiſtola *Joſuæ Lorki* ad Don Schelomo *Hallevi* amplexum religionem Chriſtianam in urbe Avenionenſi. Literæ *Don Schelomo Levitæ* ad Don Meir Aloudilam. Expoſitio epiſtolæ *Inpourpet* cum refutatione dogmatum Chriſtianorum. Ex hac Codicis inſcriptione forte non præter rationem collegeris ספר מלמה non tam ſingularis commentationis inſcriptionem eſſe, quam generalem titulum variorum illorum tractatuum, unico illo volumine comprehenſorum, qui omnes ad idem argumentum pertineant. Confer ſupra Parte I. פריפוט דורן. & quæ in Supplementis dicentur. 273

274 כנסת הגדולה KENESETH HAGGEDOLA, *Synagoga Magna, Concilium magnum*, ſeu *Senatus Eccleſiaſticus*, conſtans ex membris ſeu Collegis, quos Iudæi אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה vocant, eorumque Præſidem conſtituunt *Eſram*. Hos ajunt ex Babylonico exilio egreſſos Hieroſolymam perveniſſe, ibique Eſræ auſpiciis operam dediſſe, ut Iudæorum res inprimis ſacra, hactenus mirum quantum inclinata, non ſolum a variis corruptelis liberaretur, ſed & priſtinæ vindicaretur integritati. Illius itaque Concilii frequens eſt in Judæorum ſcriptis, etiam antiquiſſimis, & Talmude ipſo mentio. Sic in Talmude Hieroſolymitano Codice *Megilla* cap. III. in fine כיון שעמדו אנשי כנסת הגדולה החזירו את הגדולה ליושנה: i. e. *poſtquam excitati ſunt Viri Synagogæ Magnæ, reſtituerunt magnificentiam in priſtinum.* Idem pronunciatur in Babylonico *Joma* fol. 69. 2. למן נקרא שמן אנשי כנסת הגדולה שהחזירו עטרה ליושנה: i. e. *cur vocatur nomen ipſorum, Viri Synagogæ Magnæ? eo quod reſtituerunt coronam priſtino nitori.* Ab his devenit hæc perſvaſio ad Judæorum Hiſtoricos, *Abrahamum ben Dior* in libro Kabbalæ fol. 25. col. 4. ubi poſt commemoratos *Haggæum, Zachariam* & *Malachiam* ſubjungit: *Prophetæ* (ſcilicet illi tres) *tradiderunt eam* (Legem) *viris Synagogæ magnæ, qui fuerunt Serubabel filius Schealtiel, filii Jechoniæ Regis Judæorum, & qui cum Serubabele venerunt, Ieſchua, Nechemja, Scheraja, Realja, Mordechai &c. qui fuerunt capita Concilii Magni.* Confer *Iuchaſin* fol. 13. b. *Schalſcheleth* p. 22. & *Zemach David* ad an. 4413. Inter hos *Abraham* citatus tres Prophetas ultimos non annumerat Viris Synagogæ Magnæ, quod reliqui fere, & eorum exemplo, *Abarbanel*, facit in præfat. ad librum נחלת אבות ubi appellat viros Concilii magni, Haggæum, Zachariam, Malachiam, Sorobabelem, Mordechai Bilſchan, Eſram Jeſchuam, Serajam, Realjam, Miſpar filium ejus, Rachum Baana, & Nechemja. *Hi ſunt*, addit idem, *duodecim primores nominibus ſuis expreſſi, qui ex Babylonia Hieroſolymam aſcenderunt in principio Templi II. quibus præterea adjuncti fuerunt Sapientes alii ex præcipuis populi Iſrael, uſque ad complementum viginti & centum Virorum, qui vocati ſunt Viri Concilii magni, & appellati ſunt ita, quod congregati fuerunt ad ordinandum Conſtitutiones bonas, ad recte dirigendum populum, & inſtaurandas rupturas Legis.* Iſtis, ab Abarbanele appellatis, Maimo-

nides

nides addit *Chananjam*, *Miſchael* & *Aſariam*, quos Abarbanel, ob rationes l. c. ab eo allatas, omittere maluit. Ultimum omnium Judæi faciunt *Simeonem Iuſtum*, qui Alexandro, Hieroſolymæ mala minanti, obviam proceſſit. Hinc *Maimonides* in præfat. ad *Jadchaſaka*: בית דינו של עזרא הם הנקראים אנשי כנסת הגדולה והם חגי זכריה ומלאכי וכו׳ והרבה חכמים עמהם תשלום מאה ועשרים זקנים האחרון מהם הוא שמעון הצדיק והוא היה מכלל המאה ועשרים: h. e. *Domus judicii Eſræ fuerunt, qui vocantur alias Viri Synagogæ Magnæ nempe Haggæus, Zacharias & Malachias &c. & plures Sapientes cum iis usq. ad complementum 120. Seniorum, quorum poſtremus fuit Simeon Iuſtus*, teſte *Ganzio* l. c. *unus ex ſumma iſtorum centum viginti*. His plerique Judæorum unam adſignant ætatis æram, ut *Maimonides* præf. in Miſchnam, & *Abarbanel*; at *Abraham ben Dior* in plures diſtinguit.

Huic collegio accepta feruntur permulta, ſpeciatim libri aliquot ſacri: atque ii omnes, qui ſub *Ezechielis*, Prophetarum Minorum XII. & *Eſthera* nominibus exſtant: vide *Bava Bathra* fol. 15. 1. & quæ nos ſupra ſuo loco de ſingulorum Scriptoribus diximus. Ab iisdem ſacrum Codicem recognitum, integritati reſtitutum, & eo, qui nunc eſt, canone comprehenſum fuiſſe, multi ſunt, qui ex Judæis & Chriſtianis ſibi perſvaſerunt: vide ſupra p. 3. Summatim ea omnia, quæ Eſræ alias in hoc negotio tribuuntur, ab aliis Synagogæ Magnæ, cui Eſra præfuiſſe creditur, vindicari conſveverunt. Non minus huc referunt *Precum* & *Benedictionum* ritum. Ita *Maimonides* in *Hilcoth Keriath Schema* cap. I. §. 7. ברכות אילו עם שאר כל הברכות הערוכות בפי כל ישראל עזרא הסופר ובית דינו תקנום ואין אדם רשאי לפחות מהם ולא להוסיף עליהם: h. e. *Benedictiones has cum ceteris omnibus benedictionibus a toto Iſraele adhiberi ſolitis, Eſra Scriba, & Synedrium ejus conſtituerunt, nec habet ullus homo poteſtatem demendi illis quidquam, aut addendi.* *Ganzius* in Zemach David ad an. 4413. idem ut probet, provocat ad capita Talmudica הקורא & המגלה. Sunt & תקנות ſeu conſtitutiones aliæ, quarum originem ab hoc Conſeſſu repetunt. Sic *Iuchaſin* l. c. ſcribit; *Eſræ decem Conſtitutiones tribuuntur præ ceteris, uti dicitur in Bava Kamma, capite* מרובה, *quamvis multo plures ediderit. Nam cum abſolute aliquid dicitur haberi ut Takkana*, (i. e. conſtitutio,) *intelligitur id conſtitutum ab Eſra ejusque*

 *ſociis*,

*ſocii, qui Synagoga Magna vocantur.* Confer in hanc rem *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 433. ſqq.

Enimvero de Senatu hoc ejusque inſtitutis diverſa exſtant Chriſtianorum hominum judicia. Alii enim Judæos hic preſſe ſeqvuntur, alii commentis Judaicis omnem iſtam narrationem abſolvi contendunt. Poſterius qui affirmant, eorum nomina ſupra in medium protulimus p. 3. ſq. Illis adde Rev. *Guſtavum Georg. Zeltnerum* in Tract. de Bircat Hamminim p. 9. *ubi ancipitem ait eſſe illam Synagogæ Magnæ conſtitutionem, & fidei plane incertæ Guilielmum Henr. Vorſtium* ad Zemach David an. 4413. p. 245. *Fuiſſe*, inquit hic, *Viros Synagogæ Magnæ totidem numero, atque iis nominibus inſignitos, Rabbinorum eſt commentum, vetus quidem (quia etiam in Targumim ſæpius eorum occurrit mentio,) ſed nulla ratione ſubnixum; tantum eo fine hoc Concilium fabricarunt, ut inde auctoritatem conciliarent traditionum propagatoribus. Cur enim* 12. *& non potius* 70. *juxta Sanhedrin numerum ſtatuunt? Quo jure etiam tres poſteriores Prophetas calculo vatum expungunt?* Nemo vero in diruenda hujus Concilii ſtructura operoſior fuit quam *Io. Morinus* in Exercitationibus Biblicis lib. II. Exercit. V. c. 2. pag. 279. ſqq. *Monſtrum quoddam*, inquit is, *ſibi finxerunt vegetum admodum & vivax, cui nomen impoſuerunt* כנסת הגדולה Synagogæ Magnæ. *Cœtum ajunt fuiſſe* 120. *virorum palmarium, quorum præcipui erant Aggæus, Zacharias, Malachias, Zorobabel, Nehemias, Eſdras, Mardochæus, Simeon Iuſtus. Trium adhuc aut quatuor nomina edunt, ceteros ſilentio involvunt, ſolo communi Synagogæ Magnæ eos enunciantes. Nihil eſt apud Iudæos omnes & Talmudicos, & poſteriores, hoc cœtu celebrius, nihil in ore eorum & ſcriptis volitat frequentius. Illum faciunt primum magnæ partis traditionum ſuarum inventorem. Quicquid a liberatione captivitatis Babylonicæ ad annum Chriſti prope milleſimum finxerunt, aut ſerii aut ludieri, huic cœtui a poſterioribus, ut auctori, imputatur.* In ſequentibus idem, ut, quicquid hujus eſt, pro commentis habendum efficiat, urget inprimis tum *Ioſephi*, Judæorum Hiſtorici, tum *Hieronymi*, rerum Judaicarum alioquin & ſtudioſi & gnari, de cœtu hoc ſilentium, quod multum valere ipſi videtur, quia, ſi unquam exſtitiſſet, illius mentio ipſi facienda fuiſſet ſuper Jeſaiæ VIII. 14. Hinc confici poſſe putat, fabulam iſtam poſt Rabbinos, qui Hieronymum docuerant, fuiſſe confictam, aut ſi fictio præceſſerit, Judaicum orbem tunc nondum pervaſiſſe, cum Judææ & finitimarum Provinciarum eminentiſſimi Rabbini eam ignoraverint. Addit idem, conſtantem eſſe Judæorum ſententiam, Viros illos CXX, omnes uno & eodem tempore vixiſſe, & in commu-

ne

ne conſuluiſſe. *Hinc*, pergit idem, *quid mirandum ſeu potius monſtroſum conſurgit, tot homines tribus mundi Monarchiis coætaneos fuiſſe, Babylonicam occidentem vidiſſe, Perſicam orientem, florentem & exſtinctam, Macedonicam orientem. Hac videre non potuit, niſi qui trecentorum annorum ætatem attigerit. Quis credat tot homines, aut eorum majorem partem ad hanc ætatem perveniſſe?* In his quidem Morinus aliquid Judæis tribuit, tanquam communi omnium conſenſu receptum, quod tamen nonnullis eorum non probatur. Neque enim omnes ætatem 120. Virorum in idem tempus referunt. Lege *Zemach David* ad an. 4413. & 4448. Interim vel ſic cauſæ ſatis eſt, cur, ſi non omnem hunc Senatum, certe & membra ejus pleraque & alias ejus circumſtantias confictas putemus. Tacent Judæi plerorumque ex illis CXX. quos pro Collegis habent, nomina, nec afferunt ullum, niſi de quo ex S. Codice, in quo tamen Collegii hujus memoria nusquam invenitur, conſtat. Nonne ipſi ea, quia nunquam fuerunt, ignoraſſe credendi ſunt? Præterea iſtis Collegis res tribuunt, de quarum genuinis auctoribus aliis non eſt dubium. Quis cum ratione, &, prout verba ipſorum jubent, libros *Ezechielis* & Prophetarum minorum huic cœtui tribuat? Præterea ipſi, qui hæc tradunt, inter ſe, in variis capitibus antea commemoratis, diſſentiunt. Lege interim de hoc Collegio præter ſupra p. 4. citatos *Buxtorfium* in Tiberiade cap. X. p. 93. *Bartoloccium* in Biblioth. Hebr. Parte IV. pag. 2. ſqq. & *Scipionem Sgambatum* in Archivis Vet. Teſtamenti p. 433. ſqq.

ספר כרתות SEPHER KERETHUT, liber Anatomicus & Chirurgicus, qui etiam de animalibus prohibitis agit, MS. in B. Vatic. 4. 274

ספר כתובה SEPHER KETHUBHA, *Scriptura*, ſive inſtrumentum matrimoniale, complectens omnia, quæ ad inſtitutionem hujusmodi contractus ſpectant, ubi præterea exponuntur ritus in cerimoniis Iudæorum adhiberi ſoliti. *CPoli* in 8. ſine auctoris nomine, teſte *Plantavitio*, n. 262. qui exemplum ejusmodi inſtrumenti Hebr. & Lat. exhibet. 275

כתבי יושר KITBE IOSCHER, *ſcripta recta*, libellus neſcio cujus vel auctoris vel argumenti, MS. in Bibl. Oppenheim. 4. Vol. 2. digg. latum. 276

277 כתובות שטרות KETHVVOTH SCHETAROTH, *formularium inſtrumentorum*, MS. in B. Vatic.

278 כתיבת השם KETHIVATH *H*ASSCH*E*M, Cavvanoth, ſive meditationes Cabbaliſticæ de ratione ſcribendi nomen divinum quatuor literarum, MS. 3. plagg. in 4. in Bibl. Oppenheim.

279 כתר מלכות KETHER MALCVTH i. e. *corona regni*, liber MS. qui inter Codd. Warnerianos recenſetur in Catal. Biblioth. Leidenſ. pag. 285. n. 34. Non puto hunc eſſe diſtinctum ab eo, qui ibidem p. 276. n. 2. vocatur *Corona Regis*, diciturque eſſe liber Synonymorum, literarum ordine conſtructus.

280 כתר שם טוב KETHER SCHEM TOV *corona boni nominis*, expoſitio decem Sephiroth, MS. in B. Vatic. in 4.

281 כתר שם טוב KETHER SCHEM TOV, *corona boni nominis* MS. pertinens ad illuſtrandum *Moſis Nachmanidæ* commentarium, quam in rem ש״ש videri jubet נובלות חכמה p. 195.

*Andreas Maſius* in Indice Scriptorum, commentario in Joſuam ſubjuncto, ait, ſe librum hujus tituli MS. poſſidere ſine Scriptoris nomine, exiguum illum quidem, ſed reconditæ eruditionis.

## ל

282 לבנת הספיר LIBHNAT HASSAPPIR, *pavimentum ſapphirinum*, ex *Exod.* XXIV. 10. liber Cabbaliſt. in Legem, ſed MS. teſte ש״ש. Extat in Bibl. Oppenheimeri in membrana.

283 לוח LVACH, *tabula*, qua dicta Rabbinorum ex libro *En Iſrael* in compendio exhibentur. Venet. 393. C. 1533. 8.

284 לוח הדקדוק LVACH HADDIKDVK, *tabula Grammatica*, qua potiora Grammaticæ capita exhibentur. *Venet.* teſte ש״ש In B. Oppenheimeriana extat libellus hujus tituli ex editione *Pragenſi* an. 358. C. 1598. 8. pp. 24. Agitur ibi de ratione flectendi verba regularia & irregularia.

לוח

לוח החיים Lvach Hachajim *tabula vitæ*, liber Medicus Anonymi, gente Poloni, ut ex p. 87. apparet, ubi regiones Poloniæ & Ruſſiæ tanquam eas, in quibus commoretur, laudat. Paſſim is voces Germanicas adhibet, in univerſum autem de ratione tuendæ valetudinis conciſa & rhythmica dictione præcipit, tum ex ſcriptis Medicis, tum ex ſermonibus præceptoris ſui, itidem Medici, R. *Elieſeris Cracov.* ceu in procemio profitetur. Vidi ego in ſcripto ipſo allegari *Galenum* p. 88. *Maimonidem* aliquoties p. 80. 82. & 90. *Bechai* p. 82. & אליה דוכס p. 97. Prodiit libellus cum alias, tum *Cracov.* A. C. 1669. & recuſus eſt a *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilio* Exerc. II. quæ eſt inter Exercitationes ſex argumenti varii, hebr. & Latine, qua editione in hac recenſione uſus ſum. Non memoratur ab ullo B. Rabbin. Scriptore. *Wagenſeilio* ad exemplum ſcholæ Salernitanæ ſcriptus videtur, quippe cujus monita varia referat.

לחות Lvchoth, *tabulæ Aſtronomicæ*, & de anno Judaico, hebr. 285
MS. in B. Bodlejan. n. 6263. Ibidem inter *Huntingtonianos* num. 327. in 4. exſtat codex membranaceus, continens tabulas Aſtronomicas plusquam ducentas, minio eleganter deſcriptas, de anno ſolari & Lunari eorumque ſupputationibus, de emboliſmis item, menſibus, Epochis, annis, menſibus Arabum, Ægyptiorum, Romanorum &c. Secundum hypotheſes Albatenii, Ptolemæi & aliorum: quæ tabulæ omnes breviter, ubi opus eſt, explicantur indicato ſimul earum uſu. Videntur quædam ab initio & fine deeſſe. Hæc ex Catal. MS. Cl. *Gagnerii*. Sic & Anonymi cujusdam tabulæ Aſtronom. hebr. in Catalogo MSS. B. Vindobon. Neſſeliano n. 96. recenſentur. Conf. Lambec. Tom. I. Bibl. Vindob. p. 179. Liber MS. de motu Solis & Lunæ cum Tabulis Aſtronomicis memoratur in Catal. Bibl. Medic. pag. 168. b. n. 51.

לוחות השנים Lvchoth Hasschanim, *Tabulæ annorum* i. e: 286
*Feſti* ſeu Calendaria, qualia permulta exſtant, vel pro lubitu in ſingulos annos ſcripta, vel cyclum annorum 19. complectentia. Solent illa in forma 12. vel 16. exhiberi, id quod Dyrenfurti, Francofurti & alibi noſtra memoria factum eſt ſæpe, & adhuc fit. Conf. infra עברונות & ſupra חכמת המולות.

לקשים

Digitized by Google

287 לוח ſeu, *Calendarium*, inde ab anno 419. ad 459. i. e. C. 1659. uſque ad 1699. *Amſtelod.* an. 418. C. 1658. 4. ap. Vri Veibs.

288 ליבשבט Liebſchaft von Floris und פלנקפלער i. e. Flancfler, i. e. hiſtoria amorum Floris &c. Offenbach. 474. C. 1714. 8. pp. 12.

289 ליד Lied, canticum vel hymnus, cujus generis lingua Hebræo-germanica plures exſtant: v. c. *Tora lied*. i. e. hymnus in laudem Legis: *Targum Scheni lied*, hymnus in Targum ſecundum ſuper Eſther: *Schwediſch Lied* ſuper calamitatem obſeſſionis Pragenſis a Rege Sveciæ factæ: *Klaglied* ſuper obitum Leopoldi, Imperatoris, una cum צואה ſive teſtamento ejus in 8. Canticum de incendio *Francof.* & *Altenau*, 472. C. 1712. in 8. Canticum epanorthoticum Hamb. 471. 8. C. 1711. Cantilenæ ejusmodi, rhythmis Judaico Germanicis conceptæ, exſtant in codice quodam MS. Biblioth. Uffenbachianæ, quam vide Part. I. p. 226.

ספר לקוטים Sepher Likkutim, *liber collectaneorum*, neſcio quis, allegatur a R. *Aſarja in Meor Enajim* p. 102.

290 לקוטים על עשרים וארבע Likkutim Al Esrim Vearba, i. e. *collectanea in Scripturam*, MSS. in B. Oppenheim. pp. 366. 4.

291 לקוטי דינים Likkute Dinim, *collectio rituum* ſeu *inſtitutorum*, ex Arba Turim, MS. in Bibl. Oppenheim. in 4.

292 לקוטי זהר Likkute Sohar, *collectanea Sohar*, Buxtorf. & hinc Plantavit. n. 286. recenſet, qui poſterior in catalogo Pragenſi ſe hunc librum inveniſſe ſcribit.

293 לקוטים על הזהר Likkutim Al Hassohar, *Collectanea in Sohar*, ib. MSS. 4. pp. 130.

294 לקוטים מכתיבת ספר תורה Likkutim Mikketivat Sepher Tora h. e. *collectanea de ſcriptione libri legis*, MS. in B. Oppenheim. pp. 5. in 4.

לקוטים

לקוטים Likkvtim, Collectanea varia MSS. in ead. Bibl. in 4. pp. 410. 295 a

לקט הפרדס Leketh Happardes, *collectio Pardes*, Codex MS. allatus Hieroſolymis in Bibl. Oppenh. in 4. conſtans pp. 124. 295 b

לקוטי שושנים Likkvte Schoschannim, *collectiones liliorum*, complectitur collectanea in aliquot libros Biblicos, ex R. *Iac. Berav*, R. *Meir Arama*, R. *Obadia Sphorno*, & R. *Iſaac Gerſon. Venet.* 362. C. 1602. 4. Conf. R. *Moſes* במהורה. 296

לקוטי שושנים Likkvte Schoschannim, *collectiones liliorum*, tanquam liber MS. allegatur in נובלות חכמה p. 195. a. 297

לקוטים Likkvtim, *collectanea* varia in Codice Huntingtoniano 559. Bibl. Bodlej. Ibi occurrit 1) commentarius Philoſophicus in quendam רב ſeu Doctorem, qui ſcripſerat librum in 50. capita diviſum, in quem Anonymus hic commentatur. Conſtat foliis 18. 2) Reſponſio Sapientis ad quæſtiones a diſcipulo propoſitas de hoc loco: אנכי ארד עמך מצרימה & de aliis locis pluribus foliorum 24. 3) quædam R. Salom. Franco, & Abrahami אלטאביב de quibus in Supplementis ad Partem I. ſuo loco. Debeo hæc catalogo MS. Cl. *Gagnerii.* 298

לקוטי חכמות הפילוסופים Likkvte Chochmat Happilosophim, *collectanea Philoſophica*, quæ allegat *Salomo fil. Elijakim* p. 20. Clavis Gemaricæ. 299

לקוטים נאים על תורה LIKKVTIM NAIM AL TORA, *collectanea luculenta ſuper Legem*, in MSS. B. Oppenheim. in 4. volumen ampliſſimum. 300

לקט קציר לסוד העבור LEKETH KAZIR LESOD HAIBUR, *collectio meſſis de myſteriis computi*, quem librum Hebr. ſine 301

 aucto-

auctoris nomine laudat *Kircherus* Oedipi Ægypt. Tom. II. Parte II. pag. 268.

302 לשון זהב Leschon Sahabh, *lingua aurea*, ex *Joſ.* VII. 24. libellus parvus, quo pueri rationem ſcribendi epiſtolas edocentur. *Cracov.* 421. C. 1661. 8.

303 לשון חמודים Leschon Chamudim, *lingua deſiderabilium*, commentarius in Gemaram, quem ש"י editum memorat ſine auctoris locive mentione facta. In Theatro Anonymorum Placciano p. 701. minus recte titulus effertur per לְשׁוֹן חֲמוֹרִים i. e. *lingua aſinorum*, quem titulum Judæus libro alicui feciſſe vix videtur.

304 לשון ערומים Leschon Arumim, *Lingua prudentum*, ex Jobi XV. 5. i. e. inſtructio, quomodo variæ epiſtolæ eleganter ſcribi debeant, ſive illæ nunciatoriæ ſint, ſive reſponſoriæ, quarum exempla ibidem leguntur. *Francof. ad Viadr.* 451. C. 1691. 8. 3½ plagg.

## מ

305 מאה ברכות Mea Berachoth, *centum benedictiones*, i. e. formulæ variis rebus benedicendi, *Amſtelod.* an. 448. C. 1688. 12. pp. 303. dimidiis apud Albertum Magnum, Francof. ad Mœn. an. 473. C. 1713. apud Kelnerum. Pleræque illæ preces vocalibus ſunt inſtructæ. Vidi quoque edit. *Venetam* 466. C. 1706. 16. apud Bragadin. & 453. C. 1693. 12. pp. 64. *Hiſpanice* opera *Moſis Sacut* prod. *Venet.* 423. C. 1663. 12. pp. 80. ap. Ant. Rezini.

306 מאה דפין Mea Dappin, *liber centum foliorum*, liber Medicus, ex Talmude collectus, teſte Buxtorfio & ש"י.

307 מאה שערים Mea Schearim, *centum portæ*, quem ut *ἀνώνυμον* librum memorat ש"י. Vide Parte I. R. *Iſaac fil. Eliæ.* Plantavit. n. 295. ait, Catalogum Pragenſem teſtari, librum hunc a veteribus Rabbinis ante confectum Talmud ſcriptum eſſe, & a Judæis Orientalibus magni fieri.

מאור

מאור עניים Meor Anijim, *lumen pauperum:* titulum ſolum 308
memorat Buxtorfius: at Plantavitius, neſcio qua fide, num. 297. ex Catalogo Pragenſi addit, librum eſſe moralem, qui de paupertatis bonis & commodis in conſolationem pauperum exponat. R. Schabtai librum hunc non habet.

מאזני העיונים Mosne Hajiunim, *bilances contemplationum*, 309
quem librum Andr. Maſius MS. habuit, quod ipſe in catalogo Auctorum, commentario in Joſuam ſubjuncto, profitetur, ubi ita eum deſcribit; *neq; iſte liber fere diſtinguitur in Cabbaliſtarum Philoſophia, ſed ipſum creatorem & res creatas contemplatur, qualis ſit cuiq; indita natura.*

מאזני צדק Mosne Zedeck, *bilances juſtæ*, ex *Levit.* XIX. 36. i. e. 310
Pſalterium hebr. cum duplici comment. Rabbinico. In ſingulis paginis mediis exſtant Pſalmi, characteribus quadratis excuſi, ab utroque vero latere leguntur commentarii typis minutiſſimis deſcripti: alter quidem ſub titulo רוממות אל *exaltationes Dei*, quo R. *Moſis Alſchech* expoſitio in Pſalmos compendioſe repræſentatur; alter ſub tit. מאזני צדק qui continet obſervationes R. *Iſaaci f. R. Iiſſachar Berel Zoreph*, incolæ Cracovienſis, *Dyrenfurti* 1707. 12. cum textu efficit plagg. 20. Confer Pinacothecam Novorum librorum germanice editam Lipſ. Parte IX. p. 709.

מאזני צדק Mosne Zedek, *bilances juſtæ*, ex *Levit.* XIX. 36. ubi 311
de ratione & examine computationis anni intercalaris, MS. teſte ש״י.

מאמר על מביאת משיח Maamar Al Meviath 312
Maschiach, *tractatus contra Iudæos, de adventu Meſſiæ*, quem MS. in Bibl. Vatic. exſtare monet Bartoloc.

מאמר המאמרות, Maamar Hammaamaroth, *tractatus tractatuum*, liber neſcio quis, cujus meminit catalogus Venetus, 313
ſine auctoris & argumenti deſignatione, ut teſtatnr *Plantavit.* n. 307.

מבוא אל אותיות עבריוה Mabho El Othioth 314
Ibriioth, *introductio ad literas Hebræorum*, *Piſauri* apud Hier. Soncinatem, 1510. in 8. teſte *Bartoloccio* Tom. IV. p. 336. n. 1626.

315 מבחר המאמרים Mibchar Hammaamarim, *delectus ſententiarum*, i. e. celebriora veterum Rabbinorum apophthegmata Anonymi cujuſdam, ceu refert ex Catalogo expurgatorio Scriptorum Judaicorum Romano *Plantavitius* n. 310. Adde quæ dicta ſunt Part I. ex Andr. Maſio ſub R. נתן.

316 מבחר הפנינים Mibchar Happeninim, *ſelectus gemmarum*, MS. in B. Vatic. membranac. in 8. & papyrac. in fol. tanquam liber anonymus memoratur a Bartoloccio Tom. IV. pag. 317. Ex deſcriptione ibidem data patet, non diſtinguendum eſſe a libro ſimilis tituli R. Jedajæ, de quo Part. I.

317 מביאת משיח Meviath Maschiach, *de adventu Meſſia* contra Judæos Anonymi, MS. in Biblioth. Vatican. in 4. num. 4265. Ibidem alius de eodem argumento tractatus Anti-Judaicus, teſte Bartoloc. T. IV. p. 336. n. 1627.

318 מגדל ישועות Migdal Jeschvot, *turris ſalutis*, ex Pſ. XVIII. 51. MS. in B. Oppenheimeri in 4. Leguntur ibi hiſtoriæ de גאולה i. e. ut interpretor de liberatione ex exſilio.

אנטיאוכוס מגלת vide Parte I. אנטיאוכוס.

319 ס׳ המגיד של בית יוסף Sepher Hammagid Schel Beth Joseph, liber neſcio cujus auctoris vel argumenti, MS. in Biblioth. Oppenh. in 4. ſex plagulis.

320 מגלת ספר Megillath Sepher, *volumen libri*, vel מגלת הכתבים Megillath Haccetabhim, *volumen ſcriptorum*, quo continentur epiſtolæ 113. ſtilo eleganti exaratæ *Mantuæ* & *Cremon.* 326. 8. C. 1566. quinque plagulis. Eum librum fere totum Latinum fecit, & ſcholiis illuſtravit *Buxtorfius* in Inſtitut. Epiſtol. Hebr. cum Centuria epp. edita Baſil. 1610. 8. Confer ipſas Inſtitutiones cap. I. & VIII. Plantavitius editionem Venetam memorat ſine anno; qui eſt 312. C. 1552. apud Dan. Adelkind f. Cornel. quæ editio exſtat in R. B. Oppenheimeri, conſtans plagulis ſex.

**מגלת סתרים** MEGILLATH SETARIM, *liber abſconditorum*, 321
de quo libro in *Halichoth Olam* hæc legas: *A diebus Moſis, qui legem accepit e monte Sinai oretenus, ad Magiſtrum noſtrum Sanctum* (Judam) *nullus liber de lege orali conſcriptus fuit. Hac autem olim erat in Iſraële conſuetudo & lex. Sapientes alii ab aliis accipiebant, & viva voce diſcebant ſtatuta, quemadmodum tradita fuerunt, niſi quod diſcipuli iſtis δευτερώσεσι ſigna quadam apponerent, eoq́; ne oblivio in multis obrepens invaleſceret, conſcriberent: qua tamen occultabant, &* מגלת סתרים *appellabant.* Conf. *Hottingeri* Theſaurum Philolog. p. 525. & 81.

**מגלת סתרים מסכת פורים**, MEGILLATH SETARIM, MASSECHETH PURIM, i. e. *Volumen occultorum, tractatus de Purim*; vide ſupra ſub בקבוק. 322

**מגלת תענית** MEGILLATH TAANITH, *Volumen afflictionis* 324
ſive *jejunii*, libellus diſtinguendus a מַסֶּכֶת תַּעֲנִית ſive tractatu *de Iejuniis*, qui exſtat in Corpore Talmudico Ord. *Moed* Cod. X. Hic enim de quo nunc agimus, tractatu illo Talmudico antiquior eſt, quippe in quo cap. II. ſect. VIII. is allegatur ſub titulo מְגִלַּת תַּעֲנִית. Hunc libellum *Dan. Lundius* in notis ad Cod. Talmud. *Taanith* p. 27. putat ex antiquis conſtitiſſe traditionibus, & dies indicaſſe, qui Numinis miraculis beneficiisque ſingularibus in Judæos collatis ſint illuſtres. Lingua Aramæa conſcriptum ex fragmentis colligit, nec ante Templi II. in literas relatum credit, quia auctores חכמים vocantur.

Noſtri hujus tractatus auctor a plerisque ſtatuitur ר' חנניה R. *Chananja* f. *Chiskija* f. *Garon*, qui ſub Templo Secundo vixit, Sanctiſſimo SERVATORI noſtro forte æqualis. Alii pluribus acceptum ferre malunt, qua de re vide, quæ Parte I. ſcripta ſunt ſub *Chananja f. Chiskija.*

**מגלת תעניתא** MEGILLATH TAANITH, *volumen afflictionis*, ſive *jejunii*, a *Maſſecheth Taanith*, tractatu Talmudico & *Megillath Taanith* modo memorato, diſtinctum, ætatis recentioris, quem librum *Buxtorfius* uterque, *Genebrardus*, *Bartoloc.* imo & *Schabbataus* in ש" י omiſerunt, ſolus vero Plantavitius in B. Rabb. n. 319. ex *Jo. Morini* Exercitatt. Biblicis lib. I. Exerc. VIII. c. 3. §. 1. ſibi cognitum deſcripſit. 325

Poſtea eruditiſſimus *Seldenus* in opere præſtantiſſimo *de Synedriis Hebræorum* lib. III. p. 137. ſq. plenius illum deſcripſit, variaque de feſtis Judæorum diebus, ibi memoratis, Latine inſtar ſpeciminis inde repræſentavit. Codicem is ſuum editum ait cum *Seder Olam Sutha*, *Cabbala Abrahami ben Dior*, & Chronico Templi II. in 4. ita ut ſtatim ſubjectus ſit, quoad ordinem τῦ *Seder Olam*, nec alium habeat præter ſimplicem ſui titulum, nec reliquis titulus ejusmodi ſit, ex quo cognoſcere potuerit, ubi & quando fuerit impreſſus. Vix dubitarem dicere, editionem, quam Seldenus habuit, fuiſſe *Mantuanam* an. 273. C. 1513. 4. quam præ manibus ipſe habeo, niſi hæc præter libellos, a Seldeno memoratos, etiam *Seder Olam Rabba*, cujus non meminit Seldenus, complecteretur. Cum tamen ceteri characteres omnes in *Mantuanam* edit. exacte quadrent, dici forte debebit, exemplum Seldenianum a limine, in quo ſcilicet *Seder Olam Rabba* exſtat, mutilum fuiſſe. Quod ſi tamen *Mantuana* non fuit, *Venetam* fuiſſe neceſſe eſt, quæ an. 370. C. 1610. 4. apud *Marcum Ant. Juſtinianum* eodem modo, quo *Mantuana*, curata proſtat, ut præter Seder Olam Rabba & Suta noſtrum *Megillath Taanith* & librum Cabbalæ cum Chronico Templi II. comprehendat. Quicquid hujus erit, liber ipſe lingua Hebraica, ſed crebris Chaldaiſmis diſtincta, ſcriptus & in duodecim capita diſtinctus, ſecundum ordinem 12. menſium recenſet dies feſtos omnes, (quorum multi in Calendariis conſuetis non leguntur) addita ratione, quæ celebrari illa feſta juſſerit. Hac feſtorum recenſione abſoluta, una pagella recenſentur dies Jejunii, & ſic toti tractationi, undecim pagellis conſtanti, finis imponitur. Hanc itaque *Megilla* diſtinctam eſſe a *Megillat Taanith* antiquiore, quam diximus R. *Chananja* eſſe, ex eo patet, quod in Megilla hac noſtra aliquoties v. c. cap. II. citetur *Megillat Taanith* & cap. XI. *Megilla* ſimpliciter, ſine addita voce *Taanith*, quæ tamen, cum eo in loco de luctu & jejunio agatur, omnino ſubintelligenda eſt. Imo vero in calce diſerte quæritur, quisnam ſcripſerit *Megillat Taanith*, quem locum ſupra Parte I. ſub *Chananja f. Chiskija* attulimus. Unde non vane ſuſpicatur *Seldenus* l. c. p. 145. noſtram Megillath Taanith, quæ adhuc exſtat, *Medraſch* ſeu expoſitionem codicis vetuſtioris ejusdem tituli eſſe, qui vel a *Chanina*, vel ab alio quocunque ſit exaratus.

Ex dictis emendari ea poſſunt, quæ in Theatro Anonymorum Placciano p. 703. de hoc libro afferuntur. Ibi enim præter rem dicitur

tur Seldenus *Megillath Taanith* tantum MS. habuiſſe, cum diſerte teſtetur, editum eſſe, ſed ſine anni locive mentione. Deinde idem immerito reprehenditur, quod librum *Megillath Taanith* a Talmudico libello ſimilis tituli diſtinxerit, quod recte eum feciſſe ex inſpectione utriusque cuicunque apparebit. *Reineſius* ſane olim factæ confuſionis reus actus eſt a B. *Carpzovio* in notis ad *Schickardum* de Jure Regio Hebr. p. 431.

מגן אבות MAGEN AVOTH, *clypeus Patrum*, diſputatio de fide Turcarum, Caræorum & Chriſtianorum, MS. teſte ש״י. 326

מגן אברהם MAGEN ABRAHAM, *clypeus Abrahæ*, MS. memoratur in Catal. librorum R. Moſis Raph. de Aguilar p. 19. n 20. tanquam qui Cabbaliſtice exponat de figura literarum Hebr. על צורת האלף בית. 327

מגן אברהם MAGEN ABRAHAM, *clypeus Abrahæ*, ubi agitur de miraculis Abrahamo a Deo factis, ex hebr. germanice una plag. in 8. 328

מגני ארץ MAGINNE ERETZ, *clypei ſive defenſores terræ*, ex Pſ. XLVII. 10. quo libro comprehenduntur obſervationes trium Rabbinorum in *Orach chajim*, quæ eſt pars *Schulchan Aruch*, ita quidem, ut contextu in media pagina poſito, alterum marginem impleat R. *Dav. Oſtrenſis* מָגֵן דָּוִד *ſcutum Davidis*, de quo ſuo loco diximus; alterum occupet R. *Abraham Segel* מָגֵן אַבְרָהָם *clypeus Abrahæ:* in extrema vero ora conſpiciatur R. *Menachem Mendel* עֲטֶרֶת זְקֵנִים *corona Senum. Dyrenfurti* 1692. & 1701. fol. pp. 342. 329

על מדות התורה AL MIDDOTH HATTORA, liber de 13. modis interpretandi legem inter MSS. Warneriana memoratur in Catal. Bibl. Leidenſis p. 285. n. 34. 330

על מדות AL MIDDOTH, *de menſuris* in Lege tam ſcripta quam orali memoratis earumque quantitate, inter Codd. Pocockianos in 4. n. 186. 331

ספר

332 ספר המדות SEPHER HAMMIDDOTH, i. e. *liber Arabicus de virtutibus*, ſeu Ethica, cujus caput I. agit de anima. II. de ratione החסידות i. e. pietatis & חסיד i. e. pii. Codex a fine mutilus in capite de amore Dei. Capite II. citatur *Abrab. b. Eſra*: Sequitur liber R. *Salomonis b. Gavirol*, de quo dictum a me eſt Part. I. n. 1966. Exſtat MS. in Bibl. Bodlej. inter Codd. Huntingtonianos n. 382. in 4.

333 מדרשים MEDRASCHIM, i. e. commentarii in Scripturam allegorici, qui literalibus ſive τοῖς פירושים opponi ſolent. Habent ſcilicet Judæi quatuor inprimis in Scripturam commentandi rationes, quas *Camero* p. 163. ita proponit: *Dicunt quatuor eſſe genera interpretandi, quibus utuntur* מפרשים *Interpretes, nempe primum* דרך הפשט *ſive ſenſum literalem, ſecundum* דרך מדרש *i. e. ſenſum inquiſitorium, qui ſenſus eſt, quem Latini Theologi allegoriam vocant. Tertium ſenſum intelligentiæ,* דרך השכל *ſpiritulem, cum eruunt non tam allegoricum ſenſum, ſed latentem & abditum. Cujus locutionis exſtat exemplum Apocal.* 13. 18. & 17. 9. *hic eſt intelligentia, hoc eſt, ſunt iſta interpretanda* על דרך השכל. *Nam, ut monuimus alibi, non abhorret Spiritus S. in Scriptura a locutionibus, uſitatis in Eccleſia. Quartum* דרך הקבלה *cum ex literis dictionum colligunt, quis ſit Scripturæ ſenſus.* Quinque interpretandi modos memorat R. *Aben Eſra* in præfat. ſua generali in Scripturam, ubi tertium facit illorum, qui omnia in allegorias transformant, neglecto ſenſu literali, quos ipſe Aben Eſra averſatur; quartum eorum, qui homilias allegoricas ſeqvuntur, & ex apicibus & literis in numeros reſolutis, aut transpoſitis arcanos ſenſus eliciunt, quæ commentandi conſuetudo eſt Iudæorum in terris Græcorum & Edomæorum degentium. Confer *Hottingeri* Theſaurum Philologic. p. 74. *Wilh. Schickardum* in Bechinath Happeruſchim, & *Jo. Leusdenium* in Philologo Hebræo-mixto Diſſ. XVI. & XVII. Schickardus ſpeciatim p. 114. hanc inter *Medraſchim* & *Peruſchim* differentiam recenſet: *Illi*, inquit de *Medraſchim, longius evagantur, lectorem fabuloſis narrationibus demulcent, ut ſcilicet tædium tam diuturni exilii levius ferant, imo crebro quoq; in noſtram religionem invehantur; hi vero textum preſſius ſeqvuntur, ſingula verba excutiunt, linguæ idiotiſmos explicant, parallelas phraſes adducunt, per illas genuinum contextus ſenſum eliciunt* &c. Ceterum nec *Medraſchim* unius ſunt gene-

generis, quod patet ex iis, quæ *Aben Eſra* in limine commentarii ſui ſuper cap. 1. Threnorum affert. Confer etiam R. *Aſariam* in Meor Enajim fol. 75. 2. & *Buxtorſium* in Lexico Talmudico-Rabbinico pag. 584. Aſarias l. c. triplices conſtituit allegorias: quasdam ait eſſe גוזמא i. e. *hyperbolas*; alias appellat hiſtorias miraculoſas; alias denique, quarum intentio ſit explicare Scripturam omnibus modis, quibus explicari unquam poteſt. Sapientioribus Judæis Medraſchicam hanc commentandi rationem non probari patet ex judicio, quod Aben Eſra in præfat. ſua generali, *Jarchius* in Jeſaiæ XXVI. 11. & *Abarbanel* in Jeſaiæ XXVI. 7. itemque R. *Aſarias* l. c. de Medraſchim tulerunt. Ex Chriſtianis ſiniſtre de *Medraſchim* ſentit *Jo. Morinus* in Exercit. VIII. p. 347. ubi eos appellat commentarios antiquorum Rabbinorum allegoricos & anagogicos, vel potius fabellarum & anilium ſermunculorum in S. Scripturam collectionem. Poſtquam hæc generatim monuimus, neceſſe eſt, ut nunc ordine perſequamur illas expoſitiones librorum quorundam Biblicorum, quæ nomen מדרשים ſecum ferunt. Ita

**מדרש אבכיר** MEDRASCH ABHCHIR allegatur a R. *Aſaria* in Meor Enajim lib. III. c. 15. pag. 78. a. cum Peſikta & Jelammedenu. 334

**מדרש דבי אליהו** MEDRASCH DE BE ELIIAHU, i. e. *expoſitio domus Eliæ*, qua continentur allegoriæ & hiſtoriæ Talmudicæ, teſte *Hottingero*. 335

**מדרש וידשע** MEDRASCH VAJOSCHA h. e. *expoſitio: & ſervavit*, ubi agitur de reductione ex Ægypto, *CPoli* an. 284. C. 1524. in 4. cum aliis quibusdam opuſculis, ut libello *Ben Sira*, libello *Serubabel* &c. prodiit. Vidi ego *Hebræo-germ.* verſum, & ſine loco & anno notato ſex paginis in 4. editum. 336

**מדרש חזית** MEDRASCH CHASITH, pertinet ad Canticum Canticorum & Eccleſiaſten, incipiens a verſu חזית איש מהיר unde etiam nomen accepit. Vide quæ dicta ſunt Parte I. ſub R. *Schimon b. Jochai* in recenſione ס׳ זוהר. MS. eſt in B. Vaticana in 4. n. 381. 337

Fffffffff מדרש

338 מדרש כהנים MEDRASCH COHANIM, *expoſitio de Sacerdotibus*, R. Akibæ, i. e. commentarius in Levit, qui alias dicitur *Mechilta*, ſub quo titulo vide quæ ſcribemus.

339 מדרש כונן שמים בתבונה MEDRASCH CONEN SCHAMAIIM BITBHVNA, titulus libri deſumtus eſt ex *Prov.* III. 19. ad quod comma illuſtrandum libellus refertur, qua opera myſtice & ſubtiliter diſſeritur de cœlis, terris, menſuris orbis terrarum, paradiſo terreſtri, inferno &c. Prodiit *Venet.* 361. C. 1601. 4. in Collectione plurium opuſculorum ſub titulo ארזי לבנון. Sæpe quoq; allegatur in *Jalkuth Rubeni Gadol.*

340 מדרש משלי MEDRASCH MISCHLE, Medraſch in Proverbia Salomonis, quod exſtat in fine ꝯ *Medraſch Tehillim* edit. *Venet.* 306. C. 1546. Exhibet vero, teſte *Bartoloccio*, veterem eamque eximiam expoſitionem Anonymi, refertam variis de CHRISTO teſtimoniis, quæ hodiernis Iudæis obverti poſſint. In Theatro Anonymorum Placciano p. 703. mutila eſt hujus libri recenſio, quæ hinc ſuppleri poteſt. Conf. paulo poſt *Medraſch Schocher Tov.*

341 מדרש הנעלם MEDRASCH HANNEELAM, *expoſitio abſcondita*, ſuper Ruth. Prodiit *Venet.* 423. C. 1663. 4. & cum זהר חדש *Cracov.* 363. C. 1603. Hoc Medraſch in Sohar ſub תולדות יצחק verſu: ויצא הראשון allegari monet Meor Enajim lib. 3. pag. 139. a. med.

מדרש רבות MEDRASCH RABBOTH: v. infra רבות.

342 מדרש רות והשיר MEDRASCH RUTH VEHASSCHIR, i. e. *expoſitio libri Ruth & Cantici*, ex quo excerpta MSS. leguntur in Biblioth. Vindobon. v. Catal. MSS. Oriental. Neſſelii n. 65.

*Medraſch* in Proverbia, Danielem & 5 Megilloth ex Rabboth excerptum hebr. MS. inter libros Seldenianos n. 102. in Catalogo MSS. Angliæ n. 3314. Medraſch *Ruth* R. Nachmanidæ MStum habere ſcribit *Plantavitius* in Bibliotheca n. 327.

343 מדרש שוחר טוב MEDRASCH SCHOCHER TOV, i. e. *expoſitio: ſurgens diluculo ad bonum;* quod eſt libri exordium, deſumtum

tum ex *Proverb.* XI. 27. expoſitio allegorica Pſalmorum, librorumque Samuelis & Proverbiorum, Tanaitæ cujusdam, ut videtur. Editio CPolitana an. 272. C. 1512. pp. 72. exſtat in Biblioth. Oppenh. iisdem typis excuſa, quibus Rabboth. Prodiit *Venet.* 306. C. 1546. fol. apud Bomberg. iterumque *Pragæ* cum additionibus & expoſitione vocum, auctore R. *Iſaaco ben Simſon* an. 373. C. 1613. fol. cura R. Jac. Gerſchon, in qua editione titulus generalis *Schoeber Tov*, explicatur ſpeciatim per *Medraſch Tehillim umiſchle Rabbetha im Medraſch Schemuel Rabbetha.* Poſt Medraſch in Pſalmos legitur pag. 70. ſq. *Matatja* היצהרי comment. in Alphab. Tum pag. 78. ſqq. Medraſch Schemuel usque ad p. 86. Notæ & additiones R. *Iſaaci bar Schimſchon* parentheſi ſunt incluſæ. Bartoloc. Tom. IV. p. 319. MS. tantum memorat ex Codice Vatic. membranaceo in fol. præterea vero minus recte ait ſpectare ad illuſtrationem Pſalmorum, Proverb. & Cantici. Hujus enim poſtremi nulla in edito eſt mentio: ubi viciſſim libri Samuelis a Bartol. omiſſi, illuſtrari recte dicuntur. Titulum libri ab aliis mendoſe afferri videas. Poſt *Buxtorfium* enim *Plantavitius* n. 682. Vener. *Daſſovius* in præf. elegantiſſimi tractatus de Reſurrectione, *Storrius* item in Indice Auctorum, quem libro Vernaculo, *Vis Fidei Evangelicæ* inſcripto, ſubjunxit, Medraſch שחר טוב i. e. *munus bonum*, litera ר in ד, qui facilis lapſus eſt, mutata, appellant. In Catalogo librorum *Jac. Triglandii* p. 5. n. 39. Orientalium video afferri exemplar edit. *Venetæ Medraſch Tehillim* in cujus margine *Conſt. l' Empereur* et *Alardus Uchtmannus* non pauca annotarint. Hoc exemplum exſtat nunc in Bibliotheca inſtructiſſima Vener. *Io. Frider. Winckleri*, Collegæ mei conjunctiſſimi. In limine illius ab *Alb. Uchtmanni* manu legi notatum, quod Pſ. CXIX. lit. כ mentio fiat ארחת ישמעאלים i. e. *morum Iſmaelitarum*, unde novitas & ætas hujus commentarii ſatis appareat, quæ etiam ex terminis Philoſophicis intelligitur. Alia manus, quam Lempereurii puto, notaverat, poſt abſolutum Talmud exaratum eſſe, id quod conſtet ex nota ad Pſalm. I. p. 3. col. c. in fine. Exemplar hujus commentarii MS. usque ad Pſ. 74. decurrens, antiquo charactere ſcriptum exſtat in Biblioth. Uffenbachiana num. 21. de quo vide Catalogum Part. I. p. 26.

מדרש שמואל רבתא MEDRASCH SCHEMUEL RABBETHA, *expoſitio allegorica magna Samuelis*, compilata ex dictis vete- 344

 rum

rum Rabbinorum, & in 32. ſectiones diviſa, quaſi totidem ſermones, quorum thema plerumque textus eſt, ex alterutro Samuelis libro deſumtus, unde forte a Samuele nomen tulit. Prodiit hoc Medraſch Venet. 306. cum *Schocher tof*, de quo paulo ante, & conſtat pp. 12.

345 מדרש תהלים MEDRASCH TEHILLIM, *expoſitio in Pſalmos:* vide *Medraſch Schocher tof*. Hic obſervare fas eſt, loca hujus Medraſch varia a *Io. Viccarſio* in Decaplis ſuis converſa eſſe, & nonnulla, quidem infeliciter, quæ caſtigata vide a *Carthwrighto* in Mellific. Hebr. V, 1.

Præter hæc Medraſchim citantur alias MSS. nonnulla eundem titulum præ ſe ferentia. Sic in præfat. ad librum שלטי גבורים allegantur מדרש ישעיה *expoſitio Ieſajæ*, מדרש ויסעו expoſitio, quæ forte incipit a verbo ויסעו, item מדרש אסתר *expoſitio libri Eſther*, nec non מדרש בן שוע.

R. Schabtai in ש״י monet, exſtare præterea מדרש חמורה שיעור קומה item משנת משכן & פרקי היכלות. Ceterum Medraſchim ejusmodi Judæi ſolent tantam antiquitatem tribuere, ut proxima faciant Miſchnæ, qua de re quid habendum ſit, ex iis judicari poteſt, quæ antea attulimus, & quæ infra ſub רבות commemorabuntur. Quod enim de his exiſtimandum eſt, id cadit etiam in reliqua. Ex Judæis ipſe R. *Aſarias* in Meor Enajim c. 19. affirmat, in Medraſchim Rabbinis abſurda tribui, quæ idem a recentiori manu profecta ſtatuit. Eodem loco tradit, totam narrationem in Medraſch Eſther de ſomnio Mardochæi, ejusque & Eſtheræ precatione, de verbo ad verbum deſumtam eſſe ex Joſephi Judæorum i. e. Pſeudo Gorionidæ illius cap. III. Ex Medraſch *Koheleth* MS. locum affert Menachem de Lonzano in שתי ידות fol. 50. col. 1. & inde *Buxtorfius* in Exercitationibus ſuis p. 263.

Omiſeram fere commemorare libellum manu exaratum, qui exſtat in Biblioth. Cl. *Uffenbachii*, Francofurti ad Mœnum ſub titulo.

346 מדרש אלה אזכרה i. e. MEDRASCH ELLE ESKERA h. e. *illorum recordabor*, titulo ex Pſ. XLII. 5. deſumto. Legas hic copioſam narrationem de decem, quos Iudæi vocant, martyribus, nominatim R. *Simeone b. Gamaliel* juniore, *R. Iſmael*, Pontifice Max. *R. Akiba* f. *Ioſephi* R. *Chanina f. Tardijon*, R. *Iuda ben Baba*, R. *Iuda ben Dema*,

R. *Chaz-*

R. *Chazpat Hammeturgeman*, R. *Chanina ben Chachinai*, R. *Ieſchibba Scriba* (חסופר) ac denique R. *Elieſere b. Schemua.* Sunt illi, quorum mentionem fecimus inter Scriptores Miſchnicos ſub titulo הרוגי מלכות quem vide. Confer Biblioth. Uffenbachianam Parte I. pag. 126. ſq. Exſtat hic libellus etiam in Bibl. Oppenheim. in 4.

מדרש על שירת אז ישיר MEDRASCH AL SCHIRAT AS JASCHIR, h. e. comm. allegorica ſuper Canticum אז ישיר & ſuper decem præcepta, MS. in Bibl. Oppenheim. 12. plagulis in fol. 347

מדרשים קצרים MEDRASCHIM KEZERIM, h. e. *Medraſchim breviora*, quibus juncta ſunt לִקּוּטִים חֲדָשִׁים i. e. *collectiones novæ*, MSS. in Bibl. Oppenheim. in 4. pp. 139. 348

ספר מוסר SEPHER MUSAR, liber inſtitutionum moralium, neſcio quis, cujus verſio Arabica *Ioſephi* cujusdam exſtat MS. inter Codd. Huntingtonianos n. 488. in volumine, quo Saadiæ commentarius in Liturgiam Iudaicam continetur. Conſtat liber ille capitibus 50, & totidem regulis. Prima eſt, cavendum eſſe a mundo & ejus fallaciis. II. non differendum eſſe bene agere. III. non dandum eſſe oblivioni, quod ratio aliquando ſit reddenda. Deſcripſit Joſ. bar Iapheth die 13. Adar an. 1779. Debeo hæc Catalogo MS. Cl. *Gagnerii.* Non convenire is mihi videtur cum aliis hujus tituli libris, de quibus dixi Parte I. cujus Index, velim, conſulatur. 349

מוסרי הפילוסופים MUSARE HAPPILOSOPHIM, *doctrinæ morales Philoſophorum.* MS. in Vatic. 4. ἀνωνύμως a Bartoloc. recenſetur. Non dubito, eundem eſſe librum, de quo diximus Parte I. ſub *Chananja ben Iſaac.* 350

מורה צדק MORE ZEDECK, *doctor juſtitiæ*, i. e. Index 613. præceptorum, unde intelligitur, ubi illa in Talmud, Siphra, Siphre, Mechilta & alibi explicentur. *Amſt.* apud Moſen b. Abrah. 8. pp. 34. ſine anno: liber recens. 351

ספר מזכה הרבים SEPHER MESAKKE HARABBIM, *purificans multos*, MS. in Bibl. *Oppenheimeriana*, bis: Conſtat partibus ſeptem, & pertinet ad explicandum Sohar. Codex unus latus eſt 352

tres digitos in fol. In calce dicitur ſcriptus *Mantuæ* an. 363. C. 1603. Auctor non nominatur.

353 מחזור MACHSOR, *Cyclus*, i. e. liber precum & cantionum, maximam partem rhythmicarum, quibus Judæi utuntur diebus Sabbati & feſtis aliis, hoc nomine appellatus, שחזר חלילה לכל השנה *quod quotannis in circulum redeat*, teſte *Ganzio* p. 40. Bartoloccius *Breviarium*, voce, Eccleſiæ Romanæ in ſimili argumento recepta, appellat: Hottingerus ex Græcæ Eccleſiæ ritu *Euchologium*, alii *Liturgiam* eodem ſenſu. Illæ preces cantioneſque adeo obſcuræ ſunt, ut a pauciſſimis Judæis intelligantur, quod fatetur Scriptor libri לב זהב cap. I. p. 14. monet quoque *Buxtorfius* Bibl. Rabb. p. 367. Auctores illarum precationum varii ſunt tum ex antiquis tum ex recentioribus, ex quibus ש"י poſt Ganzium ad an. 3833. memorat R. *Elieſer Hakkalir*, Doctorem Miſchnicum, (qui utrum R. *Elieſer* f. *Hyrcani*, an. fil. *Jacobi* ſit, non conſtat) tum R. *Iſaacum ben R. Iehuda ben Geath*, (Schalſcheleth p. 53.) R. *Amnon* (ex eodem Schalſcheleth p. 57. ubi is dicitur in uſum Germanorum elaboraſſe ונתנה תוקף & ותא שמע. Precationi in feſtum Novi Anni adſcriptum eſt nomen *Jecuthiel bar Moſche*, & *Benjaminis bar Schemuel*. Plurimæ earum nomen R. *Simeon bar Iſaac Haggadol* præ ſe ferunt. Illam vero, quam in memoriam 613. præceptorum recitant in feſto Pentecoſtes, compoſuit R. *Elias Senior*. Omitto reliquorum nomina.

Hæc in univerſum de auctoribus *Machſorim* ex mente Judæorum dici poſſunt, ſpeciatim vero notandum eſt, varia illorum exemplaria exſtare pro varietate regionum, v. c. *Italiæ, Germaniæ* &c. diſtincta cum non iisdem precibus diverſæ Judæorum Synagogæ utantur, ſicut nec ritibus iisdem. Hujus diverſitatis cauſam, ſed minus idoneam, reddunt Judæi in *Jalkuth Chadaſch* titulo תשובה num. 123. quem locum vide apud *Joh. Wulferum* ad Theriacam Iudaicam pag. 290. Ajunt ſcilicet, in cœlo duodecim eſſe portas pro numero XII. Tribuum: vias autem illas & portas ſibi invicem non eſſe æquales, nec alteram cum altera convenire. Non itaque eſſe mirum, quod certæ precum ſint conſuetudines, cum nemo norit, utrum ex hac tribu ſit, an ex alia, & num preces ſuæ non niſi hoc ordine adſcendant & audiantur. Confer quæ infra de diverſitate τῶν Tephilloth ſub תפלות dicentur.

מחזור

מחזור כמנהג פולין MACHSOR ex ritu Judæorum Polonorum, Ruſſorum, Lithuanorum, Bohemorum & Moravorum recenſebo hic diſtinctius ex editione Amſtelodamenſi an. 468. C. 1708. in 4. apud Salom. ben Joſ. Probs cum commentario curatum. Conſtat illa edit. pagg. 370. & ſequentia complectitur. Poſt שחרית i. e. preces & cantiones matutinas legis p. 18. brevem inſtitutionem de ritibus Novi anni, cum matutinis (יוצר) & *completoriis* precibus (מוסף) ad binos Novi Anni dies pertinentibus usque ad pag. 86. Hinc occurrunt preces ad Sabbatum, *Feſtum Expiationis* proxime antecedens, pertinentes (יוצר לשבת תשובה) usque ad pag. 89. cum precibus veſpertinis pro *Feſto* eodem item שיר הייחוד usque ad p. 111. Inde preces omnes ad idem pertinentes usque ad p. 181. ubi agmen claudit תְּפִלַּת נְעִילָה pag. 185. Hinc prævia admonitione de ritibus ad *Feſtum Tabernaculorum* ſpectantibus habes preces omnes huc relatas, una cum precatione pro pluvia (תפלת הגשם) usque ad p. 240. Seqvuntur preces לְשִׂמְחַת תּוֹרָה *pro gaudio ſuper Legem*, i. e. nono die Feſti hujus in memoriam latæ legis celebrandæ usque ad p. 247. Dehinc expoſitis breviter ritibus Paſchalibus precationes *Paſchales* usque ad p. 324. porro *Pentecoſtales* usque ad finem ſeu paginam 370. Singulis his precibus & cantionibus immiſcentur ſemper ſectiones Biblicæ, in Feſtis recitari & prælegi ſolitæ. Textui quadratis ac punctatis literis expreſſo, ſubjicitur perpetuus & luculentus commentarius, qui vocatur הדרת קודש isque literis Rabbinicis exſcriptus. Auctorem is habet R. Iſaacum b. Jac. Jusbal, de quo diximus Part. I. n. 1209. In hac vero editione acceſſit, Typographi cura, aliunde præmonitio de ſingulis Feſtis rite celebrandis, literis quadratis minoribus excuſa, & ex מעגלי צדק atque aliis ejusmodi libris excerpta, quemadmodum in commentario ſubſtrato loca Scripturæ, ad quæ reſpicitur, ubi invenienda ſint, diſerte allegantur. Ex hac editione ſequentes æſtimare & judicare licebit.

Exſtat ſcilicet Machſor ex eodem Polonorum ritu, una cum ſerie precum omnium, Jozeroth item, Selichoth, Kinoth, & capitibus Biblicis, addito commentario הדרת קודש *Venet.* 314. C. 1554. fol.

*Idem* cum expoſitione vocum & commentario rituali מַעְגְּלֵי צֶדֶק additis *Selichoth*, Paraſchoth item & Haphtharoth, *Venet.* 328. C. 1568. fol.

*Idem*

*Idem* cum comment. *Zevi Hirſch R. Sundels*, *Lublini* 339. C. 1579. fol.

*Idem* cum expoſit. & acceſſionibus R. *Nathan Spira*, *Cracov.* 368. C. 1608. 4.

*Idem* cum eodem commentario, ad quem nonnulla acceſſerunt opera R. *Moſis ben Joſ. Bezalel*, *Pragæ* 373. C. 1613. & alias.

*Idem* cum parte commentarii הדרת קודש *Amſtelod.* in 4.

*Idem* cum eod. comment. & parte מעגלי צדק *Amſtelod.* 430. C. 1670. fol.

*Idem* cum commentario, & cum expoſitione R. *Hirtz* ſub initium ſingugularum Sectionum, *Wilmerdorf.* 433. C. 1673. fol.

*Idem* præterea lucem vidit

*Amſtelodami* 430. C. 1670. f. apud Uri Veibs an. 442. C. 1682. ap. eund. in 8. 448. C. 1688. 8. apud eundem: an. 468. C. 1708. apud Salom. b. Ioſ. Probs in 4. de qua editione paulo ante fuſius.

*Berolini* 460. C. 1700. cura Löw b. Iac. Hena, in 12. majori.

*Dyrenfurti* 453. C. 1693. 8. cum expoſitione vocum & 467. C. 1707. fol. apud Ioſ. fil. Schabtai.

*Francof. ad Mœn.* 359. C. 1599. 8. 425. C. 1665. 4. 433. C. 1673. 8. & 468. C. 1708. in 4.

*Francof. ad Viadr.* 460. C. 1700.

*Lublini* ſine anno in fol. & ibid. 322. C. 1562. in fol. apud Kalonymum b. Mordechai.

*Pragæ* an. 309. C. 1549. cum commentario brevi apud Mordechai & Moſche b. Gerſon: an. 345. C. 1585. apud Iſaac b. Aaron Proſtitz 356. C. 1586. ap. eund. 363. C. 1603. 366. C. 1606. 376. C. 1516. apud Iſ. b. Aaron 380. C. 1620. cum comment. מעגלי צדק 408. C. 1648. ap. Menachem Nachum b. Moſche Meiſels: 425. C. 1665. per Iudam b. Iac. Back: 439. C. 1679. fol. apud nepotes Iudæ: 444. C. 1684. cum comm. apud Ioſ. b. Iuda Back & ibidem ſine anno: item 450. C. 1690. per filios Iudæ Back cum comment. 463. C. 1703. apud nepotes Moſis כ״ץ cum comment. 467. C. 1707. apud nepotes Iudæ Back: & 470. C. 1710. fol.

מחזור אשכנזי MACHSOR GERMANORUM, quod a R. *Benjamine* inſtructum, ac a Iochanane טריוס commentario expoſitum tradit *Schabtæus* ex *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 65. ubi tamen nihil aliud invenio, quam quod *Jochanan* ille ſcripſerit in Machſor Italicum (שלאיני) quod ipſum idem monuerat p. 56. b. ubi etiam *Benjaminis*, tanquam

in

in Italia commorati, mentio fit, ſed ſine commemoratione Machſor Italici ab eo diſpoſiti.

*Machſor* ex hoc ritu magnum *CPoli* & *Venetiis* editum, ſed ſine annis notatis, teſtatur *Plantavitius* n. 345. parvum vero *Cracov.* & *Venetiis* in 8. & 12.

Lucem id vidit cum tota ſerie *Tephilloth* ſive precum, *Jozeroth* item & *Selichoth*, ſectionibus Biblicis & Haggada Paſchali, addita expoſitione vocum difficiliorum & inſtitutione rituali per Benjamin Meir Levitam, Norimbergenſem, *Theſſalonicæ* apud fratres Salom. & Ioſ. Iebetz in fol. ſine anno, quem in exemplo Oppenheimeriano fruſtra quæſivi; item *Sabionetæ* an. 323. C. 1563. in 4. cum comment. מעגלי צדק apud Tobiam Pua, pag. 392. Schabbatæus in ש"י ſignat annum per יקראו i. e. 317. Ego vero in exemplari Oppenheimeriano conſpexi expreſſum ויקראו. Præterea vidi editiones

*Amſtelodam.* 406. *C.* 1646. 4. apud Imman. Benbeniſte: 423. *C.* 1663. 4. 470. *C.* 1710. 12. ap. Sal. Probs

*Auguſt. Vindelic.* vide paulo poſt.

*Berolinenſ.* 473. *C.* 1713. 8.

*Cracovienſ.* 358. *C.* 1598. 8.

*Denbuſianam:* v. paulo poſt.

*Dyrenfurtenſem* 465. *C.* 1705. fol.

*Francofurt. ad Mœn.* 450. *C.* 1690. & 446. *C.* 1686. cum verſione Germanica 472. *C.* 1712. 4.

*Francofurt. ad Viadr.* 417. *C.* 1675. fol.

*Pragenſem* 346. *C.* 1586. fol. cum brevi commentario: 373. *C.* 1613. 380. *C.* 1620. fol. 455. *C.* 1695. 8. 470. *C.* 1710. 8. 458. *C.* 1698. cum comm. הדרת קודש.

*Sulsbacenſem* 469. *C.* 1709. fol. apud Aaron b. Uri Lipman, Partibus II, quarum I. paginis 254, II. pp. 306. conſtat, & noviſſime 477. *C.* 1717. fol. cum commentar. apud eundem.

*Wilmersdorfenſem* an. 433. *C.* 1673. fol.

Hic obſervandum eſt, nonnullas harum editionum eadem opera ad aliarum quoque regionum, quæ in titulo ſimul commemorantur, mores & conſuetudinem accommodatas eſſe. Sic

Machſor *Polon. & Germanorum* prodiit *Amſtelod.* 466. *C.* 1706. in 4. apud Moſen b. Abrah. Mendes & ibid. 473. 4. apud Chajim b. Iac. Chajim,

jim, cum expoſitione Germanica ſub textu, & cum eadem ibidem apud Salom. b. Joſ. Probs an. 473. C. 1713. 4. ubi Pars I. paginis 294. II. pp. 261. abſolvitur. Ibidem legitur Eccleſiaſtes, Ruth & Canticum Canticorum, itemque libellus ארחות חיים.

Hujus *Machſor* Germanorum præ ceteris rara editio eſt *Auguſtana Vindelicorum*, in membrana, apud Chajim b. David שחור quam vidi in Bibl. Oppenh. In titulo quidem annus per ſequentes voces expreſſus erat בריח ניחוח ארצה ſine addita nota, quod alias fieri ſolet, quibus literis annus indicaretur. Si priores duæ in computum aſſumendæ ſint, annus prodiret 302. C. 1542. ſin una tantum illa, tertia, ceu ſuſpicor, ארצה annus erit 296. C. 1536. fol. Conſtat paginis 255. Non minus rara eſt editio *Machſor* Germanorum *Danbuſii*, Sveviæ vico, curata, de qua ſupra diximus p. 957. Eam vidiſſe ſe negat Cl. *Jo. Wulferus* ad Theriacam Judaicam p. 360. Exſtat autem omnino, & his oculis a me viſa eſt in Bibliotheca inſtructiſſima R. Oppenheimeri & conſtat paginis 234. in 4. Adeſt ſimul expoſitio vocum: corrigendi operam ſuſtinuit *Iſaac* מזיא. Locus vocatur טנהיזן Annus editionis non eſt expreſſus, qui creditur 1592. fuiſſe ex ſupra p. 957. commemoratis.

Quænam ſit editio τῆ *Machſor* an. 359. C. 1599. 8. ſine loci indicio, per Jacob b. Abrah. פאלק Bibliopolam in ריוי ex Synagoga מעזריטש vulgata, dicere non habeo. Vidi eam apud Oppenheim.

Machſor hoc *Germanice* dialecto Judæo German. cura R. *Avigador f. Moſis*, cui cognomen eſt איצמונש, converſum prodiit *Cracov.* 331. C. 1571. fol. ac præterea cum commentario ejusdem *Avigador*, Scribæ Eiſenſtadenſis, *Cracov.* 354. C. 1594. Lucem quoque vidit *Prag.* 423. C. 1663. fol. *Wilmersdorf.* 430. C. 1670. *Francof.* 434. C. 1674. 8. *Dyrenfurti* 1709. 8. & *Francof. ad Mæn.* 470. C. 1710. 4.

Aliam ejusmodi verſionem a R. Aſcher Anſchel, fil. Joſeph Mardochæi, Posnanienſis, curatam eſſe, legiſſe ſe teſtatur Schabtæus in שפ׳ p. 42. ad n. 139.

*Machſor* parvum ex ritu Synagogæ Francofurtenſis anno רשמחלע i. e. 454. C. 1694. apud Joſ. Trier.

Machſor שֶׁל שָׁלשׁ רְגָלִים i. e. *trium feſtorum*, Cracov. 368. C. 1608. 4. apud Iſaac b. Aaron pp. 60. per R. Nathan b. Schimſchon Spira.

Mach-

Machſor lingua Hebræo Germanica pro mulieribus ſcriptum, & preces pro *Novo anno* ac *Feſto Expiationis* continens, MS. in fol. in Biblioth. Vatic. memoratur a Bartoloccio Tom. IV. p. 323.

Expoſitio dictionum difficiliorum Machſoris Germanorum MS. B. Vatic. membran. in 4.

מחזור הספרדיים MACHSOR ex ritu HISPANORUM partim a *Salomone ben Gavirol*, partim a R. *Jebuda Hallevi* & *Aben Eſra* ordinatum, teſte Schabtæo in ש"י ex Schalſcheleth Hakkabbala. Deſcribemus illud fuſius verbis Bartoloccii ex Parte IV. Biblioth. Rabbin. p. 323. ſq. juxta editionem pleniorem *Venetam* anno 426. C. 1666. in 8. editam, & tribus partibus diſtinctam. Ita vero ille pag. 323. ſq. *Hoc Machſor Hiſpanicum in tres partes diviſum auctius ſubinde prodiit etiam in eadem Typographia Bragadina Venetiis, ut anno 426. C. 1666. item in 8. per Chriſtoph. Ambroſium. Cum enim contineat preces Judæorum, quas cantillant vel recitant in Synagogis, & extra, & quædam pro libito, uti ſunt cantiones pro diverſitate dierum vel rerum, eas plures congerunt, & modo iſtam, modo illam adhibent ad tollendum tædium. In eo genere ſunt* קינות Lamentationes, *quæ quotidie ante Auroram ſub finem noctis ab iis, qui pii videri volunt, recitantur pro deſtructione Templi &c. aliisq; horis pro jejuniis, vel calamitatibus Judaici populi: poſt iſtas ſunt* סליחות *pro remiſſione peccatorum*, בקשות, Poſtulationes, *quæ in aurora, vel initio lucis dicuntur; ſed & in aliis horis; hora prima diei* זמירות Cantiones, *quia depoſito luctu lætior cantus editur, & inde incipit fere publicum officium, cum Miniſtro dicto Meſammer* (מְזַמֵּר) *hac de cauſa antecedentes cantiones non habentur initio Machſoris, exceptis* בַּקָּשׁוֹת. Kinoth *collectæ ſunt in II. Parte, ubi de quatuor Jejuniis*: Selichoth *& Confeſſiones in III. Parte, ubi* Roſch haſſchana, *licet aliquæ intermiſceantur inter Bakkaſchoth. Iſtarum ergo plures additæ ſunt. Additæ præterea quæ ſolent legi diebus quibusdam infra hebdomadum Feſtivitatem, vel Jejuniorum, ut infra Peſach* Canticum Cantic. *Hebraice primum, deinde Targum Chaldaice, tum idem Hiſpanica lingua, characteribus tamen Hebræis, præter Pirke Avoth: infra Pentecoſten ſeu* שבועות Hebdomadarum *præter* האזהרות *de 613. præceptis, quibus ſcholia adjiciuntur ad vocum difficilium intelligentiam, liber* Ruth *inſeritur. In Jejunio* תשעה באב *habetur liber* Job. *In Jejunio & Feſto Expiationum* כפור *adjicitur* כתר מלכות Corona Regni, *ejusdem R. Salomonis ben Gebirol, cujus ſunt Haasharoth. Et hæc ad commodiorem recitantium utilitatem.*

*Ordo Precum quoad præcipua colligitur ex titulis trium Partium, quas commemoravimus. In prima enim quotidianum incipit Officium, quod habet tria tempora,* שַׁחֲרִית matutinum מִנְחָה poſt meridiem, *&* ערבית veſperas, *reſpondentq; Sacrificio matutino, veſpertino, & oblationi quæ dicebatur* Mincha, *ante Veſperas, & videtur ea eſſe, quæ* Nona *dicitur in Actis Apoſtol.* c. 3. *Judæi contendunt, ſe ſacrificiis, quæ peragere nequeunt, ſubſtituere labiorum ſacrificia. Unde cum ad quotidianum & juge ſacrificium aliquo die Lex Moſaica jubebat offerri aliud pro additamento, ipſi recitant* מוסף Additamentum, *& habent pro præcipua Officii parte. Ceterum hujusmodi diviſio trium Temporum pro precibus erat etiam, cum ſacrificabant Hebræi, adeoq; antiqua. Eam enim innuit David in Pſalm.* LV. 18. & *Daniel c. VI.* 19. *Diebus vero feſtis & ſolemnioribus Officium Judæis incipit a Veſperis* ערבית, *deinde Matutinum eſt* שחרית, *tum Mincha,* מנחה, *& aliquando Veſperæ ſecundæ, ut in Sabbato. Aliquando etiam additur nocturnum, v. c.* ליל פסח Lel Peſach, *& ſunt preces, quæ noctu recitantur, reſponderq; noſtro Completorio, licet ante cubitum quotidie recitent quædam, quæ ſunt illi ſimilia. Poſt feriale ſequitur Officium pro Sabbato, & pro duobus diebus Fer. II. & V. pro* ר״ח *Roſch chodeſch, Neomenia, ſeu capite Menſis, quod alio die celebrant, quam die Novilunii veri, quod ab ipſis dicitur* מולד *ut conſtat ex iis, quæ fuſe diximus Parte II. p.* 396. *& ſqq. Aſcendit deinde ad alia feſta, nempe 1) Officium pro* חֲנוּכָּה *Encæniis, ubi habetur* מגלת אנטיוכוס *volumen Antiochi, a nobis exhibitum cum Notis ſub hoc titulo Part. I. p.* 383. *n.* 279. *referturq; miraculum de lecytho olei miraculoſo 2) pro feſto* Purim *ſeu Eſtheris, de quo in eadem Part. I. p.* 693. *num.* 360. *in* בקבוק. *Quibus completis adjiciuntur communia per totum annum, nempe* עירובים *Mixtiones tum atriorum tum ciborum pro die Sabbati,* מֵאָה בְּרָכוֹת *Centum Benedictiones, Confeſſiones* & *quæ ſpectant* ad אֲבֵלִים, *ad Menſam, ad jugulationem animalium* &c. *Tandem* 72. *verſiculi pro totidem Dei nominibus, preces in* מַלְקוּת *ſeu flagellatione, & aliæ particulares.*

*In Parte II. quæ eſt in duas ſubdiviſa, in priore* למועדים *pro tribus feſtivitatibus, ſtatuto tempore ſervandis, & hoc nomine* מוֹעֲדִים *appellatis, alias* רְגָלִים *eſt primo loco Officium* סוכות Tabernaculorum, *Græcis* σκηνοπηγίας, *ubi continetur infra Octavam* הוֹשַׁעְנָא רַבָּא *&* הושענות *cum ſuis* הַקָּפוֹת *nec non pro* שְׁמִינִי עֲצֶרֶת *ſeptima die retentionis cœtus, & pro octava* שִׂמְחַת תּוֹרָה

*Læti-*

*Lætitia Legis.* 2) *Pro feſto & octava* Paſchatis, *ubi Canticum Canticorum & Capitula Patrum.* 3) *Pro feſto & octava* Pentecoſte *ſeu Hebdomadarum, ubi* הָאַזְהָרוֹת 613. *præceptorum. In poſteriore parte hujus Tomi Officium eſt pro* 4. תעניות *Jejuniis, ſupra memoratis, & ubi eſt liber Job.*

*In Parte III. eſt Officium pro menſe Tiſri, cum annum incipiunt Iudæi in Luna Septembris, vocantq;* ר"ה *Roſch Haſſchana, Caput anni, ante quod habentur quædam* בקשות *&* סליחות *cum Pſalmis, unde deſumuntur etiam, quæ aliis temporibus recitare placet. Poſt feſtum initii anni ſequitur Officium pro decem diebus* תְשׁוּבָה *pœnitentiæ. Deinde pro jejunio & feſto* כִּפּוּר *Expiationum.* Hucusqve Bartoloccius.

Prodiit itaqve Machſor Hiſpanorum

*Amſtelodami* 449. C. 1689. 8. apud Joſ. Athias: 460. C. 1700. apud Salom. b. Jol. Probs, cum commentario & ibidem 466. 8. apud Iſaacum b. Jac. de Corduba 466. 8. לְיָמִים נוֹרָאִים.

*Venetiis* juſſu Bragadinorum 399. C. 1639. in 8. per Jo. Colleonem, tribus partibus: & ex ead. Typographia Bragadina 426. C. 1666. 8. de qva paulo ante: item apud Vendramini 453. C. 1693. 8.

*Idem* cum commentario Cabbaliſtico R. *Moſis Corduero* MS. teſte Schabbatæo in ש"י.

Voces peregrinas Machſor Hiſpanice explicavit *Gedalia*, de qvo vide Part. I. Bibliothecæ hujus p. 278.

MACHSOR ex more Judæorum in ITALIA ac ſpeciatim Synagogæ Romanæ ſæpius editum deſcribemus verbis Bartoloccii Tom. IV. p. 304. Is vero ita: *Machſor ſecundum ritum Synagogæ Romanæ dividitur in duas partes. In I. Parte ea, quæ ſeqvuntur, hoc Ordine continentur: 1) Centum benedictiones. 2)* LXXII. *verſiculi juxta numerum 72. nominum Dei, auctore Rambam. 3) Pſalmodia ferialium dierum. 4) Preces dictæ* יוצר *feriales. 5) Octodecim precatiunculæ aliæ pro diebus ferialibus. 6) Eadem pro feriis 2. & 5. 7) Preces veſpertinæ. 8) Preces pro inſomniis. 9) Pro veſpere Sabbati. 10) Completorium Sabbati. 11) Preces Calendarum. 12)* יוצר *pro Sabbato. 13) Preces pro Encæniis. 14) Preces pro Jejuniis tempore Jejuniorum recitandæ. 15) Pro Feſto Eſther. 16) Pro Feſto Paſchatis. 17) Capitula Patrum recitanda poſt Paſcha. 18) Haazaharoth R. Salom. b. Gebirol. 19) Pro Feſto Pentecoſtes. 20) Pro die 17. Jejunii Tamuz.*

In Parte Secunda hæc continentur :

1) *Tachanunim, Deprecationum qvarundam preces.* 2) *Preces pro initio anni.* 3) *pro die Jejunii Gedaliæ.* 4) *pro die Expiationum.* 5) *pro Feſto Tabernaculorum.* 6) *Hoſanna Rabba.* 7) *Schemini Azareth*, *ſeptima die retentionis cœtus.* 8) *Simcha Thora pro lætitia Legis.* 9) *Tempore Jejunii, quod univerſa Synagoga propter aliquam magnam calamitatem indicitur.* 10) *Ordo ſervandus, quando indicitur Jejunium pro præſentibus infirmis.* 12) *Super Pœnitentem, qvando qvis facti pœnitens revertitur ad Judaiſmum.* 13) *Confeſſio facienda ſuper infirmum.*

Prodiit partibus duabus *Bononiæ* teſte Bartoloc. an. 301. C. 1541. fol. cum commentario, qvem *Buxtorfius* in Appendice ad Bibliothecam Rabb. credit eſſe R. Jochananis טריויש, ſub titulo קמחא דאבישונא de qvo Parte I. num. 814. Accedit libellus *Pirke Avoth* cum commentariis *Maimonidæ* & *Obadiæ Bartenoræ.* Hanc inter præſtantiſſimas editiones numerat B. *Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano pag. 704. ubi eam refert, neſcio qvam recte, in a. 307. C. 1547. Eandem laudat *Geſnerus* in Pandectis p. 42. a. ſub titulo: *Machſorim, opus magnum ex Romania.* In hac editione multa in Chriſtianam religionem injuria, alias in editis omitti ſolita, legi poſt Buxtorfium teſtatur Bartoloccius Part. IV. p. 326.

*Venet.* 386. C. 1626. 8. tribus voluminibus, (pro qva in Theatro Placciano forte affertur 426. C. 1666.) apud Bragadinos, iterumqve apud *de Gara* & ſæpe alias. Aliam anni 314. C. 1554. itidem *Venetam* laudat *Io. Andreas Eiſenmengerus* in Indice ad Judaiſmum Detectum. Vidi ego *Venetam* an. 416. C. 1656. 8. in Commiſſaria Vendraminiana per Jo. Imberti curatam, qvæ conſtat paginis 402. & additum habet libellum *Pirke Avoth* hebraice, cum punctis, & cum interpretatione Italica a latere.

Exſtant & verſiones qvædam τῶ *Machſor.*

De *Hebræo-Germanicis* diximus antea, ubi de Machſor Germanorum.

*Hiſpanice* exſtant aliqvot, de qvibus ita habe.

Machſor *Hiſpanice* prodiit ſub titulo : Orden de Oraciones de mes Arreo ſin boltar de una a otra parte. Y la orden de Hanucca, Purim, y Paſcuas de Peſah, Sebuoth y Sucoth con mucha diligentia emendada y las Bakkaſſot al principio en ladino con la pronunçiaçion Hebrayca

Digitized by Google

brayca eſcrita en Heſpannol. Amſtelod. 378. C. 1918. 8. pp. 251. integris. Singulare iſtud habet hæc editio, qvod complures precationes non ſolum hiſpanice, ſed & hebraice literis tamen Hiſpanicis, repræſententur. Verſionis auctor non memoratur.

Machſor aliud *Hiſpanice* converſum per Menaſſe ben Iſraël prodiit *Amſtelod.* 410. C. 1660. ex officina filii ejus *Schemuel b. Iſraël Jajro* in 8. ſub titulo: *Machſor de las Oraciones de l' anno, parte primera contiene las Thephilloth cotidianas, de Sabbat, Ros hodes, Hanuca, Purim, y del Aynno del Solo, diſpueſto y ordenado por el Hacham Men. ben Iſraël.* Ibi in præfatione monetur, primum illarum orationum interpretem verbis inhæſiſſe, ſenſum autem non expreſſiſſe, & ſibi videri nec voces nec ſenſum intellexiſſe, unde & ipſe verſionem infinitis in locis correxerit, & in majorem lucem precum ſententiam collocarit.

In calce Partis I. exſtat Calendarium Judaicum cum Chriſtiano collatum. Seqvitur deinde סדר ברכות ſive *ordo benedictionum*, ex more Hiſpanorum. Continetur 13. plagulis. Pars II. eodem anno ibidem excuſa hanc inſcriptionem præfert: *Tephillos de los cinco aynnos del anno*, i. e. *Preces in quinq; Jejuniis anni recepta*, nempe *Tebet*, *Eſther*, *Tammuz*, *Tiſchabeabh* & *Gedalja.* Denique exſtat ordo τῶν סליחות. Conſtat plagulis 12.

Ante hoc *Machſor* Hiſpan. prodiit *Moguntiæ* aliud ſub hoc titulo: מחזור Orden de Ros Haſanah y Kipur, traſladado en Eſpannol, y de nuevo emendado: y annadido el Selihoth, el qval ſe dice qvarento dias antes del dia de Kipur en las madrugadas. Eſtampado por induſtria y deſpeſa de Yahacob Yſrael a 20. de Adar anno de 5344. Et in calce: Eſtampado y acabado la preſente orden de Ros haſanah y Kipur a lor del Dio en Maguntia a 16. de Yiar, de 5344. h. e. *Ordo Feſti Novi Anni, & expiationis, Hiſpanice converſus, & denuo emendatus, una cum Selichoth ſive deprecationibus, quæ recitantur quatuordecim diebus ante diem expiationis horis matutinis. Impreſſus cura & ſumtibus Jacobi Iſraël die 20. Ianuar. an.* 5344. (i. e. C. 1584.) *Impreſſ. & abſolutus eſt præſens Ordo Feſti novi anni & Expiationis in gloriam Dei Moguntiæ 16. menſis Ijar anno* 5344. *Conſtat alphabeto uno & 18. plagulis.*

*Latine* varia carmina ex Machſor exhibet *Theodorus Ebertus* in Poëtica Hebræorum. Plura autem ex Machſor Hiſpanico *Gilbertus Genebrardus*, quæ exſtant in calce Chronographiæ ejus v. c. precatio in memoriam Symboli fidei Judaicæ, Officium lugentium, & precationes in quibus

bus invocant Sanctos. Ex his *Supremum Lugentium Officium* eodem Interprete ſeorſim prodiit *Pariſ.* 1575. in 8.

*Germanice* partem τῦ Machſor converſam edidit *Jo. Stephanus Rittangelius* Ex Judæus in libro: Hochfeirliche Solennitäten, Gebete und Collecten an ſtatt der Opfer/ nebſt andern Ceremonien/ ſo von der Jüdiſchen Kirche am erſten neuen Jahrs-Tage/ Vormittag in ihren Synagogen hochfeirlich gebetet/ und abgehandelt werden müſſen. Regiomonti 1652. 4. In lingua Germanica pura hic exhibentur cantica, preces, & Lectiones Biblicæ, Judæis die primo Feſti Novi anni horis antemeridianis receptæ, atque adeo ea omnia, quæ in *Machſor* Polonorum edit. *Amſtelod.* anni 1708. inde ab initio usque ad p. 64. leguntur: Reliqua, quæ ad cultum dici ſecundi pertinent, omiſit Rittangelius, qui præterea in notis ſuis interdum diffuſioribus lucem affudit obſcurioribus precum locis, & de ritibus quoque varia monuit. Confer, quæ dicta ſunt Part. I. pag. 477.

Verſiones has & commentationes in *Machſor* nemo mirabitur, qui noverit, preces illas, maximam partem rhythmicas, tam obſcuro & difficili dicendi genere conceptas eſſe, ut a paucis Judæorum nunc intelligantur. Lege *Rittangelii* Dedicationem ad librum modo laudatum, ubi monet, nihil difficilius intelligi, quam preces Judæorum feſtas, quippe quæ brevibus, allegoricis impeditisque phraſibus de induſtria ſint conceptæ. Confer *Lambecium* Tom. I. pag. 138. Commentar. de Bibliothec. Vindobon. & adde ex Judæis Auctorem libri לב טוב pag. 14.

Ceterum varii Codices Machſor MSS. in variis Bibliothecis exſtant, v. c. in Cæſarea *Vindobonenſi*. Sic *Lambecius* Tom. I. Comment. ſui pagina 183. recenſet Codicem *Machſor* rarum, pretioſum, at induſtriæ ſimul ac elegantiæ incredibilis, antiquo vetuſto charactere cum punctis vocalibus & accentibus exaratum in membrana, in 4. In *Bodlejana* Machſor exſtat, de quo vide Catal. MSS. Anglican. n. 1017. In Regia *Berolinenſi* Codex unus eleganter ſcriptus & punctis inſtructus; in *Vaticana*: vide *Bartolocc.* Tom. IV. p. 322. in *Uffenbachiana*, Francofurti ad Mœnum, de qua paulo poſt & *Oppenheimeriana* Hanoveræ, ut de aliis non dicam.

In Biblioth. Senatoria *Lipſienſi* inter Codd. Wagenſeilianos n. 6. in fol. exſtat, ceu Catalogus MS. me docuit, Machſor vaſtæ molis ſummæ elegantiæ, uncialibus literis ſcriptum, quod ſumtibus forſan totius



Digitized by Google

alicujus cœtus factum eſt. Multas ille precationes complectitur, quas Iudæi in excuſis libris non exprimunt, ſed ſcriptas tenent, & ſecreto in Synagogis muſſitant. Nonnunquam ex infimo margine Codicis aliquid reſectum eſt, phylacteriis forte exarandis, ſententia tamen ſemper illæſa.

Bibliotheca *Norimbergenſis* inſignem prorſusque eximium oſtentat Codicem, quem Rev. *Jo. Wulferi* verbis, per literas ad me exaratis, deſcribam: Codex eſt in membrana ſcriptus, ingentis molis & magnitudinis, in forma majore & regia. Continet is preces Iudæorum, in Feſtis ſolemnioribus recitari ſolitas. Textus ipſe ubique punctatus. A latere habet prolixum commentarium Rabbinicum non plane contemnendum, & ad melius eruendum ſenſum utiliſſimum, ſummopere tamen, quod dolendum, in IESUM Salvatorem noſtrum Sanctiſſimum injurium, & plurimis blaſphemiis refertum. Hic ipſe tamen commentarius non ſingulis & quolibet folio, ſed potiſſimis additus eſt precibus, iisque maximam partem, ubi venenum aliquod aut anguis in herba latet. Reperiuntur etiam in hoc ipſo Codice illæ preces magno numero, quæ ſpeciali apud Judæos nomine *Slichos* appellari conſuevere. Feſtorum omnium principia auro picta, Codexque ipſe elegantiſſime atque nitidiſſime exaratus eſt. Leguntur etiam in eo libelli Eſther, Canticum, Threni, &c. cum textu Chaldaico interjecto, & commentariolo aliquo, qui maximam partem ex Raſchio eſt depromtus.

Ad finem Codicis hujus hæc latina verba adſcripta ſunt: Liber ingens omnium lectionum & precationum, quæ in Synagogis Iudæorum ſunt uſitatæ, magnis ſumtibus olim conſcriptus, & propter vetuſtatem ducentorum annorum in catalogum librorum hujus Bibliothecæ receptus. In frontiſpicio eadem hæc verba recentiori manu ſunt repetita, his additis verbis: Hæc inſcriptio anno 1605. Dn. Chriſtophoro Furero, Seniore Reip. Dnumviro primario &c. renovata eſt. Huc usque doctiſſimus *Wulferus*. Idem ad hoc *Machſor* ſæpe provocat in notis ad *Salomon. Zevi* Theriacam Judaicam p. 305. ſqq. Cum enim *Sam. Frider. Brentz*, Ex Judæus, in *Leberide* ſua *Judaica*, (*Jüdiſchen Schlangenbalg*) cap. V. ex Machſor Judaico varia in CHRISTUM & Chriſtianos injuria protuliſſet, a *Zevi* illo negata, in eandem ſententiam differendum pluribus cenſuit Wulferus, præcipue ex Codice iſto MS. nunc quidem defendens Judæos, nunc oppugnans, & redarguens, eademque opera ex eodem & aliis Codd. inter ſe collatis varias precationes,

 in

in vulgatis exemplaribus mutatas vel interpolatas reſtituens & integritati ſuæ vindicans. Sic ſpeciatim precationem מלכותם miris lacunis in editis deformatam inde reſtituit p. 349. ſq. Ibidem p. 351. aliam precum formulam, Feſto Expiationis receptam & in editis omiſſam affert, quod de ſimili alia fit p. 353. Brenzius ille in Leberide Judaica c. V. nominatim contra Judæos urſerat, ipſos ſolere in Machſorim ſuis vacua ſpatia relinquere, quibus blaſphemæ voces phraſesque inſcribi poſſint: id vero hac de cauſa fieri inficiatur *Zevi* in Theriaca c. V. §. 5. p. 302. aliam hujus inſtituti cauſam afferens: ſed vide in contrariam ſententiam Cl. *Wulferum* pag. 344. ſuarum ad dictum librum Animadverſionum. *Buxtorfius* p. 119. Bibl. Rabb. obſervat, *in Venetis exemplaribus* ꝫ *Machſor multa eſſe correcta, quæ contra Chriſtianos & regnum Romanum ſint directa, quæque in aliis pleriſque ſint impreſſa, vel adſcribantur a Judæis ad marginem, quale exemplar aliquando ipſe habuerit, ex quo multa deſcripſerit.* Talem editionem *Venetam* anni 328. a *Jo. Andr. Spiegelio*, Præpoſito Pyrbaumenſi, accepit Cl. *Wulferus*, in qua non tantum, quæ in libellis precum vulgaribus abſunt, manu adjecta fuerunt, ſingulis lacunis expletis, ſed & quandoque integræ precatiunculæ additæ, quas typis exprimere auſi non ſunt. Vide notas ejus ad *Salom. Zevi* Theriacam p. 346. Sic Cl. *Jo. Henr. Majus* in Bibliotheca Uffenbachiana Part. I. p. 66. ſqq. ex Machſorim MSS. Bibl. Uffenbachianæ varia vel reſtituit, vel illuſtrat, quæ in editis aut non habentur, aut obſcurius exprimuntur.

In ipſa enim illa Bibliotheca Viri de re literaria meritiſſimi, varii Codices MSS. exſtant, qui Machſor vel integrum vel ex parte exhibent. Eos ex Catalogo MSS. Parte I. p. 31. ſqq. ſtrictim hic commemorabo:

Preces novi anni, feſti expiationis & Tabernaculorum, charactere quadrato cum punctis, additis a recente manu expoſitionibus virulentis, cod. membranac. in fol. pp. 219. n. 26.

*Machſor* elegantiſſime cum punctis ſcriptum in membrana in fol. pp. 176. ibid. n. 27.

Preces Sabbaticæ, paſchales, feſti expiationis & Tabernaculorum, cum punctis membranac. in fol. pp. 292. ib. n. 28.

Preces ad varias Paraſchas, item in Sabbato magno, Paſcha, Feſto Pentecoſtes & Tabernaculorum recitandas: membranac. in fol. pp. 92. Ibidem n. 29.

*Machſor*

Digitized by Google

*Machſor* bona pars, cod. membranac. in fol. maximo pp. 231. antiquiſſimæ fidei & punctatus. Ibidem n. 30.

*Machſor* initio carens & a feſto Purim ad Expiationis procedens membranac. in fol. pp. 373. Ibid. n. 31.

*Machſor* initio carens & comprehendens preces novi anni, feſti expiationis, Tabernaculorum, nonique diei menſis *Abh*: membranac. in fol. pp. 337. Ibid. n. 32.

*Machſor* initio & fine mutilum; inſertis hinc inde Paraſchis & Haphtaris, legendis feſtis diebus cum integro libro *Coheleth*; membranac. in fol. pp. 584. Ibid. n. 33.

Preces Paſchales cum Paraſchis & Haphtaris, item Cantico Salomonis, punctis & accentibus inſtructo: membranac. in fol. pp. 192. Ibidem n. 34.

*Machſor* quod ad preces novi anni, feſti expiationis & Tabernaculorum, membranac. in fol. pp. 180. Ibidem n. 35.

Preces Paſchales cum libro Ruth, Cantico Salomonis, Paraſchis item & Haphtaris, Codex ab initio & fine mutilus, ſed membranac. in fol. pp. 113. Ibidem n. 36.

Preces feſti expiationis, novi anni & Tabernaculorum, codex membranaceus in 4. pp. 196. Ibid. n. 37.

Preces Sabbaticæ, Noviluniorum, Paſchales, Pentecoſtales & tabernaculorum, novique anni: codex membranaceus in 4. pp. 185. elegantiſſime ſcriptus & figuris in margine ornatus. Ibid. n. 41.

Preces matutinæ & veſpertinæ, Sabbaticæ, Paſchales, novi anni, feſti expiationis & tabernaculorum cum tribus primis capitibus libelli *Pirke Avoth*, membranac. in 4. pp. 157. Ibid. n. 42. & 43.

Preces matutinæ & veſpert. item feſtorum Purim, Paſchatis, Pentecoſtes &c. membranac. in 4. pp. 242. Ibidem n. 44.

Preces feſtis diebus & negotiis privatorum v. c. deſponſationi, nuptiis, circumciſioni &c. deſtinatæ: membranac. in 4. majori pp. 235. Ibidem n. 45.

Preces Paſchales & Pentecoſtales: cod. membran. in 8. pp. 104. Ibid. n. 46.

Preces Sabbaticæ & feſtorum dierum in Sabbata incidentium, item nuptiales, & ad circumciſionem ſpectantes: cod. membran. in 12. pp. 150. Ibid. n. 47.



Digitized by Google

Preces Sabbaticæ, Sabbati magni, Paſchales & Pentecoſtales, item novi anni: membranac. in 12. fol. 281. Ibid. n. 48.

Ritus Paſchales cum Haggada ſchel Peſach, ac precibus ad Sabbatum, diem encæniorum & Tabernacul. pertinentibus: membranac. in 8. pp. 158. Ibid. n. 49.

Preces matutinæ, Sabbaticæ, in Novilunio, Purim, Paſchate, &c. cum opuſculis variis aliis, de quibus ſuo loco: cod. membranac. in 4. pp. 382. Ibidem n. 50.

Preces Judæorum præcipuæ mane & veſperi, item feſtis diebus receptæ: membranac. in 8. fol. 102. Ibid. n. 51.

Preces novi anni, diei Expiationis, Feſti Tabernacul. & Paſchatis cum Orach chajim: membranac. in fol. pp. 208. Scriptus A. C. 1469. Ibid. n. 52.

Precum codex membranac. in fol. pp. 74. conveniens cum codice 29. Ibidem n. 53.

Pars *Machſor* ibidem n. 99. vide catalogum p. 233.

Preces Paſchales cum tractatu *Pirke Avoth* precibusque novi anni ibidem cod. 112. item *precationum* liber ibidem cod. 113. De utroque lege Catalogum p. 326. Alium precum librum habes cod. 117. item cod. 118. p. 330.

Subjungimus his commentarium in preces, feſto Expiationis, novi anni & Tabernaculorum receptas, qui eſt membranaceus in fol. pp. 47. Ibidem n. 54.

Commentarius alius in preces matutinas, veſpertinas, Sabbaticas, Paſchales, Novi Anni, Feſtique Tabernaculorum: codex membranac. in fol. pp. 45. Ibid. n. 55.

Expoſitio Arabica τȣ̃ *Machſor* pro diebus feſtis, per totum annum, inter Codd. Huntingtonianos in Biblioth. Bodlejana n. 465. in 4. teſte Cl. Gagnerio in Catalogo MS. In edito enim MSS. Anglicanorum Catalogo dicitur eſſe Calendarium Judaicum.

Commentar. in Machſor MS. non editum, & a Iudæo ſecum communicatum laudat *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Jndice Auctorum ad Judaiſmum Detectum.

In Bibl. *Oppenheimeriana* vidi Machſor luculente ſcriptum an. 116. G. 1356. 2. voll. in fol. per librarium *Schelomo ben Abraham*.

In *Upſalienſis* Academiæ Bibliotheca Machſor MS. membranaceum in 4. majori ita deſcribit Cl. *Ericus Benzelius* in Catal. MS. *Machſor*, (*vel potius*

*potius pars quadam libri Machſor) elegantiſſime a R. Aſcher filio Meir deſcriptum. Unum folium ab initio deeſt. Inſtructus eſt hic liber precibus* יוצר זולתות , *nec non* שבת נחמו. *Adfert etiam* הושענות *&* מעריבות. *Si denique nuptiæ & circumciſionis ritus in Sabbatum cadunt, varias quoque precum formulas tunc obſervatas hic leges, quas alioquin in* סדרי תפלות *invenire licet. Omnia eo fere ordine diſpoſita ſunt, ut feſtis ipſis ac Sabbatis totius anni reſpondeant, adeo ſingulas omnino preces, tam e libro* תפלות *quam* מחזור *deſumtas, ad ſuos refert dies ſuaque Sabbata. Preces quaſdam in margine videas ab aliena manu, recentiore admodum, deſcriptas. Scriptus eſt Codex an. 305. C. 1545.*

מחזור הפסח MACHSOR HAPPESACH, *Cyclus Paſchalis*, liber Aſtronomicus, qui de curſu plenetarum, teſte ש״ש exponit & ab eodem tribuitur R. *Simcha* ex urbe *Vitri*, ſine mentione editionis: at Munſteri Kalendarium Hebræum auctorem vocat R. *Nachſchon*, quod monetur in Theatro Anonymorum Placciano, p. 705. 354

ספר מחזיק אמונה SEPHER MACHASICK EMUNA, 355
*liber confirmans fidem*, diſput. inter Judæum & Chriſtianum, qua Judæus Chriſtianam religionem oppugnat. MS. in Bibl. Vatic. in fol. V. Parte I. R. Mordechai ben יהוספה.

מחקר הסודות MECHKAR HASSODOT, *ſcrutatio arcanorum*, liber Cabbaliſticus, citatus a *Galatino* lib. I. c. 3. de Arcanis Cathol. Verit. teſte Plantavitio n. 349. 356

ספר מטעמים SEPHER MITTAAMIM, *liber de accentibus*, Anonymi, in quo mentio fit libri antiqui Grammatici הוריות הקורא, teſte *Bartoloccio*. 357

מחזרתא MACHASARTA, ut libri Maſorethici titulus affertur in ש״ש pag. 85. col. a. ex R. Eliæ Levitæ שברי לוחות. 358

מי המרים ME HAMMARIM, *aquæ amaræ*: ſolum titulum habet Buxtorf. in Biblioth. Rabb. quem alibi nusquam memoratum video. 359

מכילתא MECHILTA, id eſt, ut *Johannes Morinus* p. 348. Exercitatt. Biblic. vertit, *jus & conſuetudo Judæorum*, ſeu liber, in quo de 360

Hhhhhhhh 3 illo

illo jure agitur, ſiſtit commentarium in aliquot Exodi capita, ita ut incipiat a cap. XII. 1. & non interrupta ſerie pergat usque ad cap. XXIII. 20. Hinc, omiſſis, quæ interjecta ſunt, capitibus, commentatur liber in Exod. XXXI. 12 17. iterumque in cap. XXXV. 1-4. Commentandi ratio ſuſcepta eſt ſecundum tredecim modos ſeu regulas exegeticas, quæ R. Iſmaeli acceptæ feruntur, pertinetque ad illuſtrandos varios Hebræorum ritus, legesque cerimoniales itemque loca Biblica diverſa &c. ut antiquitatum Judaicarum ſtudioſis uſui eſſe poſſit. Hinc judicium ferri poteſt de aliorum recenſionibus hujus libri. *Plantavitius* n. 353. venditat pro commentario in quatuor poſteriores Moſis libros, *Buxtorfius* generatim pro commentario in Exodum habet; rectius præcipiente *Bartol.* qui tamen in eo labitur, quod ante ſectionem ויקהל i. e. Exod. 35. deſinere dicit, cujus verſus tres priores adhuc illuſtrat. Propius ad veritatem rei accedit *Morinus* p. 348. modo caveas tibi ne credas, quod ceu ipſi perſvaſum fuiſſe videtur, omnia capita, quæ inter XII. & XXXV. exſtant, illuſtret.

De auctore libri diſſentiunt Iudæi, quorum alii plures, alii unum ſtatuunt. R. *Abrah. ben Dior* in lib. Cabbalæ in fine doctorum Miſchnicorum ait R. *Chijam*, R. *Hoſchajam* & R. *Simeonem ben Rabbi* ſcripſiſſe *Baraithoth* & *Mechiltoth*, fuiſſeque ultimos Tannaitarum. Auctor *Iuchaſin* p. 29. b. lin. ult. memorat, ſe vidiſſe Mechilta R. *Iſmaelis*, inde a verbis החודש הזה i. e. Exod. XII. 2. ad verba לא תבערו אש i. e. Exod. XXXV. 3. pertingentem quam diſtingvit a Mechilta, cujus auctor ſit בן עזאי ſuper Exodum & reliquos libros Legis usque ad finem, & a *Mechilta*, quam ſcripſerit R. *Akibba*. Conferatur R. *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 32. b. qui tamen in eo a *Iuchaſin* diſcedit, quod Mechilta Iſmaelis inde ab Exodo per reliquos Pentateuchi libros vagari tradit. Eidem Iſmaeli vindicat inſcriptio libri ipſius Venetiis &c. editi, & liber מבוא גמרה p. 223. ſicut & R. *Schelomo Ailon* in approbatione ſua, editioni hujus libri Amſtelod. præmiſſa, affirmat ad Mechilta provocari, quotieſcunque in Talmude dicatur תנא דבי ר' ישמעאל. Unus R. *Menachem Serachides* in præf. ad צדה לדרך adſcribit τῷ *Rav*, qui fuit auditor R. *Iehuda Sancti* & R. *Chaja Rabba*. Tutius forte neutri ex his adſcribetur. Certe ad Iſmaelem referri non poteſt, quoniam in eo p. 52. b. & 54. b. dogmata diſcipulorum ejus afferuntur, præterea vero citantur Doctores eorumque inſtituta, quorum ætas Iſmaele recentior eſt, v. c. R.

*Meir*

Digitized by Google

*Meir*, R. *Iehuda*, R. *Ioſe* &c. quam in rem vide, quæ diſſeruntur a B. *Adamo Andrea Cnollenio* in Relationibus Innoxiis an. 1713. p. 782. ſq. qui ibidem ſtatuit, Mechiltam noſtram facili puraque ut plurimum, interdum tamen peregrinis Græciſque vocibus diſtincta dictione ad eam quidem ætatem proxime accedere, qua Miſchna compilata eſt, ſed nihilominus tamen poſt Talmud Hieroſolymitanum, longe autem ante Talmud Babylonicum, ab Anonymo elaboratam eſſe. Ex quo patet, B. *Cnollenium*, qui id p. 785. diſerte affirmat, ea, quæ in Talmude occurrunt cum Mechilta noſtra conſpirantia, ex Mechilta putare primum deſumta, tantum abeſt ut ex Talmude in Mechiltam derivata cenſeri debeant. Sed non video, quomodo hæc ſententia conciliari poſſit cum diſerta Gemaræ Talmudis Babylonici allegatione, quæ occurrit ad Paraſcham וישמע יתרו ſect. 3. his verbis: מנין שידחה ת"ל ירה ומנין שאם מת בדחיה יצא וכו' הג' במסכת סנהדרין בפ' נגמר הדין תנו רבנן מנין שבדחיה תל' ירה ומניין שבסקילה ת"ל סקול ומניין שבסקילה ודחיה ת"ל או סקל יסקל או ירה יירה וכו' i. e. ex verſione *Morini* p. 348. Exercitatt. Biblic. *Unde eſt, quod dejicitur! diſcitur hoc hoc ex dictione* ירה *Unde eſt, ſi in dejectione mortuus fuerit, egredietur &c. Gemara in tractatu Sanhedrin, capite quod incipit* נגמר הדין *ſic tradit: Docent Rabbini: Unde illud de dejectione? hoc explicat verbum* ירה, *& unde hoc de lapidatione? Docet hoc verbum* סקול, *lapida. Et unde hoc de lapidatione & dejectione? docent hoc verba iſta:* או סקול יסקל או ירה יירה *i. e. aut lapidibus lapidetur, aut dejiciendo dejiciatur.* Hæc, obſervante eodem Morino, leguntur in Gemara *Sanhedrin* cap. 6. fol. 45. p. 1. In ejusdem Paraſchæ ſect. 1. ad v. 1. c. 19. Exodi idem Morinus vocem Gothicam aut Longobardicam invenire ſibi videtur, quando, ibi legit בורגמים & בורגסים i. e. ut ipſe interpretatur, *vicos & pagos*, quæ vox conſpirat cum voce בורגן *Bourghen*, quam *Aruch* per *Burgo* interpretatur vocem a Gothis &c. ad Italos & Gallos derivatam. Lege ibidem alia, fabulas Talmudicas ſapientia, & hiſtorias, quæ in ſæculum medium poſt C. N. incidunt, hic autem adeo depravate referuntur, ut credi non poſſint ab auctori profectæ, cujus ætas tempori, quo contigerunt, adeo propinqua fuerit. Patet itaque, jactatam illam remotiſſimam Mechiltæ antiquitatem non ſolum dubiam eſſe, & incertam, ſed plane conclamatam, niſi dicere velis, quod infra de *Rabboth* affirmabimus, ejusmodi loca a recentiori manu pedetentim eſſe inſerta.

Prodiit

Prodiit liber teſte, Buxtorf. & Plantavitio *CPoli* 1512. Schabbatæus in ש״י ponit annum רעב 272. C. 1512. Ego in Biblioth. Oppenheim. vidi notatum annum edit. per הר״עח i. e. ſi לפ׳ ה in computo omittas 278. C. 1528. per Eſtrock de Toulon, Provincialem. Recuſus idem liber eſt apud Bomberg. *Venet.* 305. C. 1545. fol. ac non ita pridem: *Amſtelod.* 472. C. 1712. fol. apud *Sam. Probs* foliis 67. cum commentario R. *Moſis* Francofurt. *filii R. Simeonis* Aaronitæ, qui textum huc usque miſere de pravatum paſſim tum ex ingenio tum ex aliis libris reſtituit, ſenſum vero luculenta illuſtratione aperit. Recenſetur hæc editio in Actis Erudit. an. 1713. p. 527. fuſius autem in Relationibus Innoxiis an. 1713. p. 777-813. Hic monere adhuc fas ſit, Buxtorfium a B. Cnollenio l. c. p. 784. & in Theatro Placciano p. 705. a. præter rem reprehendi, quod Mechiltam hanc, quæ Iſmaeli tribuitur, & quæ Venetiis edita eſt, diſtinxerit ab alia, quæ itidem commentarium in Exodum ſiſtat. Recte enim id fecit Buxtorfius, & quidem ad exemplum ſ Juchaſin, cujus locum ſupra attulimus.

361 מכירת יוסף MECHIRAT JOSEPH, *venditio Joſephi*, i. e. hiſtoria de Joſepho a fratribus vendito, ad modum Comœdiæ dialecto Judæo-Germanica rhythmice ita deſcripta, ut Joſeph fratresque ejus & Jacobus pater loquentes introducantur. Prodiit *Francof. ad Mæn.* 8. pp. 30. ſine mentione auctoris vel anni, quo prodiit, quem tamen 1712. fuiſſe audio. Conf. Cl. *Schudtii* Memorabilia Iudaica Parte II. lib. VI. c. 35. p. 314. Parte III. p. 226. ſq. & Parte IV. Contin. III. pag. 6.

362 מכלל יופי MICHLAL JOPHI, *perfectio pulchritudinis*, ex Pſ. MS. memoratur in Catal. libb. R. Iſaaci Avuhav p. 17. n. 12. & dicitur eſſe comm. in Eccleſiaſten. Quatuor exſtant hujus tituli libri, ſed quorum nullus in hunc librum commentatur, unde vel pro quinto eſt habendus, vel catalogus erroris arguendus eſt.

363 ספר המלבוש SEPHER HAMMALBVSCH, liber Cabbaliſticus ut MS. citatur in נובלות חכמה p. 195. a.

364 מכתם לדוד MICHTAM LEDAVID ex Pſalmo XVII. 1. MS. in B. Oppenheim. argumenti ritualis in 4. conſtans pp. 150.

מלחמות

מלחמות יהוה MILCHAMOTH ADONAI, ex *Num.* XXI. 365
14. *bella Domini*, ubi illicita judicantur ab Italis qvibusdam Judæis certa balneorum genera ad lotiones rituales adhiberi ſolita, *Venet.* 8. Huic oppoſitus eſt liber alius ſub tit. מַשְׁבִּית מִלְחָמָה i. e. *componens bellum*, de qvo ſuo loco dicemus. Noſter ille citatur in כנסת גדולה. Confer Part. I. ſub R. Nathanael טריבותי.

מלחמות השם MILCHAMOTH HASSCHEM, *bella Domini*, 366
ex Num. XXI. 14. ut MS. *ἀνώνυμον* de Deo, mundo ſuperiori & inferiori agens recenſetur in Catal. MS. Bibl. Reg. Pariſ. Suſpicor ego, eſſe librum R. *Levi ben Gerſon*, cujus ſcriptum ſingulare ſub hoc titulo proſtat. Vide Parte I. ſuo loco.

מליצה MELIZA ſive ספר המליצה SEPHER HAM- 367
MELIZA, *liber interpretationis*, ex *Prov.* I. 6. in Catalogo Veneto memoratus, qvem Cabbaliſticum eſſe R. *Juda Leo Mutinenſis* monuit, teſte *Plantavitio* n. 361. Ejusdem tituli librum memorat *Hottingerus*, qvem tamen ait eſſe *Rhetoricum*.

ס׳ מליצות SEPHER MELIZOTH, i. e. *facetiæ* ſeu ingenioſe 368
dicta cum reſponſis ſimilibus in fol. inter Codd. Pocockianos n. 341.

מליצות MELIZOTH, ſapienter & acute dicta argumenti Phi- 369
loſophici, qvæ ex tractu Fluvii Sambatjon allata feruntur, MSS. extant in Biblioth. Oppenheim. in codice membr. in 8. cujus initium facit libellus ספורי מעשים.

מליצה למשכיל MELIZA LEMASKIL, *facetiæ pro inge-* 370
*nioſo*, vel ut in libello ipſo vocatur מִשְׁלֵי עָפָר *proverbia pulveris*. Eſt ſcriptio rhythmica ludicra ſuper Purim pp. 10. ſine nomine auctoris, loco & anno.

מלכות השמים MALCUT HASSCHAMAJIM, *regnum* 371
*cœlorum*, lib. MS. in Bibl. Vatic. incerti auctoris, qvi de vita æterna octo capitibus diſſerit. Vide Partem I. ſub *Abrah. ben Meir Aben Eſra* inter ſcripta Theologica titulo: חי בן מקיץ.

372 מלכיאל MALCHIEL, ut *Buxtorfius* recte, vel מלאכיאל, ut *Bartoloccius*, qvi perperam pro auctoris nomine habet, cum libri ipſius titulus ſit a *R. Chiskija bar Abraham* ſcripti, cujus nomen vide Parte I.

373 ספר מנהגים SEPHER MINHAGIM, liber *de ritibus Judæorum*, ſæpius editus, qvo docentur Judæi, qvomodo in toto Dei cultu partim ſingulis diebus, partim Sabbato, partim Feſtis cujuscunqve generis agere debeant. Exſtat hebr. *Amſtelod.* 439. C. 1679. 8. *Dyrenfurti* 452. C. 1692. 4. item *Amſtelod.* 422. C. 1662. 4. cum לוח ſive Calendario Judaico *Salom. fil. Todros* in an. 422. usqve ad 435. Vidi aliam edit. *Amſtelod.* ſine anno, apud Uri Veibs una cum Calendario in 70. annos, ſine anno notato. Confer qvæ ſcripſi ſub R. טירנה i. e. *Tirna* ubi plures editiones partim Hebr. partim Germanicas reperies.

Minhagim ejusmodi interdum cum libris precum prodierunt: vide infra תפלות.

Exſtant & מנהגים R. *Abraham Clausner* (קלויזנר) de qvibus ſub ejus nomine dixi. Hic tantum obſervandum eſt *Tirna* Minhagim ad Judæorum Polonorum, Lithuanorum &c. *Clausneri* vero ad *Germanorum* inprimis ritus deſcribendos referri. Seorſim exſtant

*Minhagim* Bohemorum & Polonorum, *Amſtelod.* 467. *C.* 1707. 8.

*Minhagim* Germ. & Polon. Francof. ad Mœn. an. 450. *C.* 1690. 8. apud Joſ. Trier, item ib. 468. *C.* 1708. apud Seligman ריז. *Venet.* 376. *C.* 1616. apud Jo. Cajum.

*Minhagim Germanice* Venet. 353. *C.* 1593. 4. in ædibus *Ioh. de Gara.* In frontiſpicio juxta figuram exſtat nomen *Schimon Gonsburg Levi.* Conſtat pp. 80. & in fine accedit Calendarium in 60. annos, inde ab anno 353. *Francof. ad Mœn.* per Joh. Kelner an. 475. *C.* 1715. 8. item *Francof. ad Oder.* 467. *C.* 1707. in 4. Amſtelod. 453. *C.* 1693. 4.

Minhagim hebr. MS. in Bibl. Oppenh. in 4. cum comm. item in Biblioth. Uffenbachiana, cujus vide Part. I. p. 101. *Ibid.* MS. lingua Hebræo-Judaica p. 226.

Librum מנהגים Venet. 360. *C.* 1600. editum germanice convertit Chriſtoph. Wallich, Ex Iudæus, qvæ interpretatio ex Mayeriana Bibliotheca tranſiit in Uffenbachianam, cujus vide catalogum Part. I. pag. 389.

*Io. San-*

Digitized by Google

*Io. Saubertus* in præf. ad Verſionem ſuam Latinam Paraſchæ I. Pentateuchi Rabbinicis interpretationibus illuſtratæ, pagina antepenultima optat, ut occaſio daretur librum illum מנהגים latine edendi, cujus ipſe exemplum poſſideat partim manu exaratum, partim Lublini excuſum.

Tractatum MS. Hebræo-Arabicum de ritibus ſacris memorat Catal. MSS. Anglican. Tom. II. n. 7352.

De precibus ac ritibus Judæorum MS. Arabic. in B. Bodlej. inter Codd. Huntingtonianos n. 374. Codex ab initio & fine mutilus incipit in parte capitis IV. in quo agitur de ſonitu tubarum. Cap. V. exponit de Feſto Expiationis, ubi citatur R. *Saadias Gaon*, R. *Hai*, R. *Nitronai*, R. *Amram Gaon*. Seqventia autem de ceteris feſtis, ubi ſimul preces in ſingulis adhibendæ & cerimoniæ receptæ deſignantur & explicantur. Citatur & R. Temach Haggaon. Hæc ex catal. MS. *Gagnerii*. Alia ejusmodi ſcripta laudavimus ſupra ſub דינים.

Alios Scriptores, qui ſub aliis titulis de ritibus & inſtitutis recentiorum Judæorum expoſuerunt, laudavimus ſupra p. 1083. ſqq.

מנהגי קראים MINHAGE KARAIM, *ritus Karæorum*, cujus 374
tituli librum *Buxtorfius* in Append. Bibl. Rabb. editum teſtatur, quod ne ſine teſte aſſeratur, veretur *Groddeckius* in Theatro Anonym. Placciano p. 706. R. Schabbatæus in ש״י hunc titulum itidem recenſet, ſed de editione, annove ejus & loco nihil habet, videri autem jubet אַדֶּרֶת אֵלִיָּהוּ (qvi eſt princeps librorum Karaiticorum, ab *Elia Byzantino* ſcriptus) & librum Coſri tractatu III. ubi itidem de Karæis exponitur, p. 191. ſq. edit. Buxtorfianæ. Mihi qvidem veri videtur ſimile, tractatum ejusmodi, de Karæorum ritibus inſcriptum, vere formis expreſſum exſtare, cum & liber precum, ab illis receptarum, prodierit. Vide præfationem meam ad R. Mardochæi Notitiam Karæorum.

מנהג אבות MINHAG AVOTH, *ritus* ſive *conſuetudo Patrum:* 375
liber moralis de vita ad exemplum & morem veterum Patrum bene inſtituenda. Plantavitius n. 363. ex Catalogo Pragenſi. Eundem hunc puto eſſe cum מִנְהַג בָּתֵּי אָבוֹת i. e. *ritus familiarum paternarum*, qvem Buxtorf. in Append. Bibl. Rabb. *Venetiis* editum teſtatur.

376 מנהג חדשה MINHAG CHADASCHA, *inceſſus* ſive *ritus novus*, liber a Plantavitio n. 364. memoratus tanqvam commentarius in *Pirke Avoth*, qvem *Samuel Uzeda* in ſuis ad eundem librum notis ſæpe laudet. Procul dubio hic titulus effictus eſt ex altero valde affini מִנְחָה חֲדָשָׁה qvi eſt comm. in *Pirke Avoth*, ſcriptus a R. *Iechiel ben Iedidja* & editus *Lublini* 363. in 4. Qvamvis enim *Plantavitius* n. 371. poſteriorem hunc titulum itidem memoret, librum tamen ipſe non vidit, adeoqve diſtincta ejus notitia caruit, cum provocet tantum ad fidem catalogi Veneti.

377 מנהיג עולם MANHIG OLAM, *dux* ſive *director mundi*, liber ritualis, oſtendens modum obſervandi legem per omnes mundi partes; ita n. 367. qvi non meminit, utrum aut qvo in loco liber ſit editus. Non dubito, eundem hunc eſſe librum, de qvo ſupra dixi ſub R. *Abraham b. Nathan Iarchi*.

378 מנורה MENORA, *candelabrum*, expoſitio myſtica candelabri Moſaici MS. qvam ex parte habet Cl. *Uffenbachius*, nomine auctoris non inſtructam. Scriptus videtur Codex an. 295. a librario *Moſe b. Iſaac*. Vide Biblioth. Uffenbachianam Part. I. p. 120.

379 מנורה הטהורה MENORA HATTEHORA, *candelabrum purum*, liber MS. in Bibl. Oppenheimeri, de conditione & ornamentis candelabri ſacri agens in 4.

380 מסכת פורים MASSECHETH PURIM, *tractatus de Purim*: vide ſupra בקבוק.

381 מנחת עני MINCHAT ANI, *oblatio pauperis*, eſt oratio ſupplex qvam Judæi תְּחִנָּה vocare ſolent; dialecto Hebr. germ. plag. 1. in 8.

382 מנין שנים MINIAN SCHANIM, *Epocha annorum*: Hebræi cujusdam Anonymi de Aeris ſive intervallis regnorum, & diverſis gentium annis ac menſibus, tractatus & ſcriptum Saraceni cujusdam ſimilis argumenti cum Meſſahalæ libro de Elementis & orbibus cœleſtibus Latine prodiit cura Joach. Halleri, *Norimberg*. 1549. 4. Scriptum Hebræi conſtat paginis 9. & capitibus V. qvorum primum de æris ſive

ſive intervallis regnorum & gentium agit, ultimum vero tabulas ærarum annorum & menſium exhibet.

מסורת התלמוד MASORA TALMUDIS, Index ſuper Talmud Babylon. CPoli 283. C. 1523. apud Don Jehuda de domo Gedalja. Index ejusmodi in Talmud Hieroſolymit. exſtat, de qvo vide ſub Jehuda b. Moſche Gedalja. In edit. Talmudis Veneta anni 309. iisqve, qvæ hanc ſunt ſecutæ, exſtat in altero paginarum margine ſub tit. מסורת התלמוד index, qvi oſtendit, in qvibus tractatibus foliisqve dicta Talmudica in Gemara citata exſtent. 383

מסורת התרגום MASORETH HATTARGUM, *Maſora in Targum:* librum hujus tituli Elias Levita, de Targum Onkeloſi loqvens, citat in præf. III. ad librum Maſoreth Hammaſoreth p. 25. 384

מסך הפתח MESECH HAPPETACH, *crama oſtii*, libellus Hebr. germanicus, qvo continetur inſtructio, qvomodo Parentes idiotæ liberos ſuos in legendis Bibliis inſtruere poſſint etiam ſine præceptore. Amſtel. ap. Sal. Probs. an. 470. C. 1710. 12. pagg. 9. 385

מסכת סופרים MASSECHETH SOPHERIM: v. ſupra in calce recenſionis Talmud. ubi tractatus omnes ordine alphabetico recenſentur. 386

מעגלי צדק MAAGELE ZEDEK *orbita juſtitiæ*, ex Pſ. XXIII. 2. MS. in B. Oppenh. in 4. duobus alphabetis: jungitur parti libri Cabbaliſt. qvi dicitur ס׳ החשק. Neſcio an hic idem ſit cum commentario, qvi ſub hoc tit. exſtat in librum Machſor. 387

ספר מעלות SEPHER MAALOTH, *liber graduum*, qvi de gradibus primarum qvalitatum omnium herbarum, plantarum & ſtirpium a cedro ad hyſſopum, ex mente Galeni, ut & de ſignis indicantibus vitam vel mortem ægroti differit. MS. in Bibl. Vatic. in 4. Hunc librum Theatrum Anonymorum Placcianum p. 706. b. tribui vult R. *Bezaleeli* fil. *Eliæ*, *fil. R. Zedekiæ* præter rationem, qvod Parte I. ſub *Bezaleelis* nomine oſtenſum eſt. 388

389 ספר המעלות SEPHER HAMMAALOTH, *liber graduum*, in qvo per tria capita ſententiæ Scripturæ Sacræ conciliantur cum Philoſophorum Sententiis. MS. in Bibl. Vatic. in 4. Hic videri poterat tribuendus R. *Salomoni b. Abrah. Avigador*, cujus exſtat liber ejusdem inſcriptionis.

390 ס׳ המעלות על הרפואה SEPHER HAMMAALOTH, AL HAREPHUA, *liber de utilitate medicinæ*, MS. in fol. fuit in Biblioth. R. Moſis Raph. de Aguilar; vide catal. librorum ejus p. 18. n. 7.

391 ספר מעמדות SEPHER MAAMEDOTH, *liber ſtationum*, ſecundum ſeptem hebdomadæ dies, h. e. collectio dictorum S. Scripturæ & canticorum, qvæ Levitæ in Sanctuario ex Judæorum mente recitare ſolebant, qvæqve Judæi recentiores itidem cum Gemara & Aggada recitant qvotidie in memoriam ſacrificiorum olim oblatorum. Lectionis itaqve ſeries hæc eſt, ut poſt partem aliqvam textus Biblici aliqvid ex Miſchna & Gemara cum precibus legatur & recitetur. Exſtant illæ in plerisqve precum libris, v. c. editionis *Amſtelodam.* 441. C. 1681. in 4. apud Uri Veibs, ſeorſim vero *Venet.* 334. 16. ap. Jo. de Gara per *Jo. Cajun*, pp. 52. juſſu Jacobi Cohen רילה מאן iterum ibid. ex offic. Vendram. per Franc. ונירי in 16. ex ead. officina an. 447. C. 1687. 12. pp. 112. & ib. 455. C. 1695. 12. tum *Venet.* 377. C. 1617. 8. & *Amſtelod.* 412. C. 1652. 8. ap. Joſ. ben Iſraël, cum commentario R. *Abrah. b. Löw Sarval*, qvi textui qvadrato & punctato ſubſtratus eſt literis Rabbinicis, & ad literalem interpretationem vocum difficiliorum potiſſimum refertur. Vidi præterea edit. *Amſtelod.* 406. C. 1646. cum expoſitione vocum pp. 149. item aliam *Amſtelod.* an. 424. C. 1664. apud Uri Veibs b. Aaron Levi: nec non *Cracovienſem* an. 385. C. 1625. ſexta vice in 8. per Abrah. b. Jekuthiel. R. *Schabbatæus* in ש״י legi jubet שלטי גבורים clypeo I. p. 109. Collectorem illarum lectionum & totius officii R. *Simeonem Jazija* fuiſſe ait *Plantavitius* n. 388. Confer infra R. *Schimon* יציה. De his מעמדות *Buxtorfius* in Biblioth. Rabbin. p. 273. ita: *Ex quo templum dirutum, & Sacerdos cum omnibus ſacrificiis ceſſarunt, loco ſacrificiorum realium inſtituerunt ſacrificia labiorum, cum commemoratione tantum priſcorum ſacrificiorum. Nam perſuaſi*, (Judæi) *recordatio-*

Digitized by Google

*dationem hic tantundem valere, quantum oblationem ipſam, ordinarunt triplicatas lectiones ſingulis diebus ſeptimanæ, ex Bibliis, ex Miſchna & Gemara, quas, qui ſanctiores eſſe volunt, quotidie recitant.* Addiderunt huic officio excellens hoc elogium כל האומרם מובטח לו שהוא בן הע"ב i. e. *quicunq; dicit iſta* (qvotidie) *perſuaſum ipſi ſit, ſe eſſe filium vitæ æternæ.* Conf. *Buxtorfii* Lexicon Rabbin. rad. עמר & *Scaligerum* de Emendat. Temporum, ut & in Canonibus Iſagogicis p. 297.

Prodiit liber מעמדות ex verſione Rabbinico-German. *Amſtelod.* 452. C. 1692. 8. pp. 34. apud *Aſcher Anſchel*, *Francof. ad Mœn.* an. 464. C. 1704. 8. pp. 45. apud Jo. Wuſt; item *Hanov.* 470. C. 1710. 8.

*Maamadoth*, hebr. & hiſpan. ex adverſo, *Venet.* 369. C. 1609. in 16. apud Jo. de Gara pp. 333. In fine accedit compendium שחיטת ובדיקה per *Dav. Levi.*

Vidi etiam infra תהלים ומעמדות MS. fuit in Biblioth. *Caroli de Montchal*, Archi Epiſcopi Toloſani: vide Labbei Biblioth. Nov. MSS. p. 202. Elegantiſſimus qvoqve codex deprehenditur inter MSS. Hinckelmanniana (qvæ nunc poſſidet Rev. amicus noſter *Joach. Morgenweg*, Paſtor Orphanotrophei Hamburg.) Pſalmis Hebr. ſubjunctus in forma octavi ordinis.

מענה לשון MAANE LASCHON, *reſponſum linguæ*, ex *Proverb.* XVI. 1. liber Grammaticus *Amſtelod.* 417. C. 1657. 8. apud Menaſſe fil. Joſ. Iſraël pagg. 16. ſine nomine auctoris. In illo de nomine, verbo & particulis exponitur. Recuſum *Amſtelod.* an. 470. C. 1710. 8. apud Salom. Probs. 392

מענה לשון MAANE LASCHON, *reſponſum linguæ*, ex *Proverb.* XVI. 1. preces & orationes ſuper ſepulchris Parentum recitandæ, lingua Germanica & literis Rabbin. ſæpius editæ, teſte ש"י, qvi eas diſtinguit ab altero ejusdem tituli & argumenti libro, qvem tribuit R. *Elieſer Lieberman*, de qvo ſuo loco diximus. Prodiit libellus tum alibi, tum *Prag.* 375. C. 1615. 8. ap. Abrah. Lemberg, 418. & 447. item *Amſtelod.* 438. C. 1678. apud Uri Veibs, 459. C. 1699. 8 pp. 83. 475. C. 1705. 8. apud Sal. b. Joſ. Probs, & *Francof. ad Mæn.* 469. C. 1709. 393

1709. 8. *Francof. ad Oderam* 458. C. 1698. & 467. C. 1707. apud Mich. Gottſchalck, pp. 114. Preces ſunt in univerſum 38, qvæ ſingulæ certum habent argumentum, v. c. *educationem liberorum*, *victum* &c.

394 מענה רך MAANE RACH, *reſponſio mollis*, ex *Prov.* XV. 1. quo libro comprehenduntur preces & orationes pro ſingulis diebus, ſtilo eleganti *Prag.* in 8. 2½ plagulis.

395 ספר המעשה SEPHER HAMMAASE, *liber hiſtoriarum*, qvi etiam appellari ſolet מַעֲשֶׂה בּוּך *Maaſeh Buch*, qvo trecentæ & plures (ita ſcribit ש"י ſed in edit. Amſtelod. 1701. apud *Aſcher Anſchel* pp. 120. curata 254. tantum leguntur) hiſtoriæ ex *Gemara*, *Rabboth*, libro חסידים, libro *Muſar* & aliis collectæ continentur, dialecto & literis Rabbino-Germanicis expreſſæ, *Baſil.* 362. C. 1602. 4. Hæc editio fuit in Bibliotheca B. D. *Jo. Frid. Mayeri*, cujus exemplar *Sam. Bohlii*, *Jo. Quiſtorpii* & *Steph. Maſii* notas ad marginem ſcriptas exhibuit. Vide Catalogum illius p. 451. Prodiit & *Praga* ac *Wilmersdorf.* ut & *Dyrenfurti* 1706. *Amſtelod.* 461. C. 1701. 4. *Francof. ad Mœn.* apud Jo. Wuſt. pp. 123. *Francof. ad Oder.* 464. C. 1704. 4. & 425. C. 1665. 4. *Wilmersdorf.* apud Jehuda b. Löw Joſeph in 4. 463. C. 1703. *Berol.* 1709. 4. & alibi ſæpiſſime. Narrationes hujusmodi nonnullas, in linguam Germanicam puram converſas, cum explicatione vocum Hebræarum, qvas Judæi dialecto ſuæ Hebræo-Germanicæ immiſcere interdum ſolent, in παρενθέσει addita, edidit B. *Chriſtoph. Helvicus* ſub titulo: *Hiſtoria Iudaica* (*Iüdiſche Hiſtorien*) h. e. *Talmudica, Rabbinica & inſolentes fabulæ, quæ a Iudæis ut vera & ſancta hiſtoria in feſtis & ſabbatis leguntur, partibus duabus Gieſſæ* 1611. 8. & recuſ. ibidem 1617. 8. Pars prior continet hiſtorias 46, pp. 199. Pars poſterior autem hiſtorias 57. pp. 179. qvæ præterea notas qvasdam adjunctas habet, qvæ vanitatem harum fabularum & alias Judæorum φιλυαρίας manifeſtas faciunt. Singulis fabulis additur locus Talmudis, vel alterius libri Judaici, ex qvo ſint deſumtæ. Ita *Frider. Albertus Chriſtiani*, Ex Judæus, libro סור מרע *Lipſiæ* 1683. 8. edito, addidit Appendicem variarum hiſtoriarum Talmudicarum, Hebr. & Germanice.

396 מעשה יהודית MAASE IEHUDITH, *Hiſtoria Iudithæ*, libellus iſte apocryphus, Hebraice Venet. apud Vendramin, per Jo. Im-

Imberti pp. 8. in 8. Deinde ſeqvitur מעשה דניאל hiſtoria ſcilicet ἀπόκρυφος Danielis.

397 מעשה ר׳ יוסי MAASE R. IOSE, *hiſtoria de R. Joſe & R. Chanina filio ejus*, Wilmersdorf. Hebr. germ. una plag. ſine anno.

398 מעשיות התלמוד MAASIJOTH HATTALMUD, *hiſtoria Talmudicæ*, ab Anonymo collectæ, & hebr. editæ, *Venet.* 304. C. 1644. 8. cum *Ben Sira*. In Catalogo librorum Hebr. Erpeniano in 4. inveni collectionem librorum Hebraicorum tredecim *CPoli* editam, in qua *Ben Sira* & hæ מעשיות התלמוד leguntur.

מַעֲשִׂיּוֹת ſive *hiſtorias* ejusmodi ediderunt etiam R. *Schemuel* ben עטר & R. *Iſaac Leon Venet.* in 8. de quibus ſuo loco; ut & R. *Moſe Raphael de Aguilar*, ſed quæ MSS. latent teſte ש״י. Confer paulo poſt מראה מוסר.

De מַעֲשֵׂה יְרוּשַׁלְמִי vide Partem I. ſub *Abrah. ben Maimon*, & R. *Iſaac b. Abrab.* עקריש ut & דברי הימים של משה.

399 ספורי מעשים SIPPVRE MAASIM, *narrationes hiſtoriarum*, MSS. in Bibl. Oppenheim. in volumine, quod plures tractatus complectitur in 8. Codex membranaceus. In eodem exſtabat etiem מעשה יהודית hiſtoria de Juditha.

400 חבור מעשיות CHIBBVR MAASIJOTH, *collectio hiſtoriarum*, ex Medraſchim & Aggadoth quarta vice edita per Joſ. ריקיטי *Veron.* 407. C. 1647. 12. plagg. 6. ubi accedit מעשה ירושלמי & בוסטנא. Curata eſt hæc editio apud *Franc. Roſſi*, eademque in titulo vocatur quarta. Vidi etiam in B. Oppenh. ed. *Ferrar.* an. 314. C. 1554. 8. ap. Abrah. Oſchke pp. 36. tum *Venetam* an. 365. C. 1605. 8. pp. 56. quæ curata eſt a R. Samuele b. עטר de quo vide Partem priorem.

401 מעשים *hiſtoriæ variæ*; codex chartaceus MS. in 4. Cl. *Uffenbachii* n. 4. lingua Judæo-Germ. rhythmice exaratus, conſtans foliis 101. Ibi legas hiſtoriam de Rege Ægypti Scheſchacko, de Salomone, Nabuchodonoſore, Sennacheribo, fatisque populi Judaici ſub horum imperio, tum vero hiſtoriam *Mordechai*, Hamanis & Eſtheræ. Scriptus eſt liber an. 371. C. 1611. In *Jac. Triglandii* Catalogo libb. Oriental. p. 24. in 4. lit. K. MS. recenſetur hiſtoria, ut videtur, Iudæorum,

rerumque, quæ illis contigerunt, lingva Arab. primum ſcripta, deinde vero Hebr. translata. Sententiæ de actionibus & geſtis mundi, ex variis Scriptoribus, præcipue Aben Eſra, collectæ MSS. memorantur in Catal. Bibl. Medic. p. 168. b. n. 17.

402 מעשים *hiſtoria jucunda*, dialecto Iudæo-German. quarum pars I. pp. 36. conſtans complectitur narrationes ſeptem *Amſtelod.* 1715. 8. Ex præfat. patet, Interpretem transtuliſſe ex libro Belgico, ante 100, ut ait, annos edito.

403 מעשה אשמודי MAASE ACHMODAI, *hiſtoria Asmodai*, Dæmonum principis, i. e. fabula de Asmodæo a Salomone Rege capto. MS. in Vatic. teſte *Bartoloc.*

404 מעשה בראשית MAASE BERESCHITH, *hiſtoria de creatione*, tractatus allegoricus de operibus ſex dierum, capp. 15. MS. in Vatic. in fol. exaratum A. C. 1295.

405 מעשה הגדול MAASE HAGGADOL, *factum illuſtre* i. e. hiſtoria de virgine quadam per milites in Bello Polonico an. 466. C. 1706. abducta. *Francof.* in 8. plag. dimidia Hebr. germ.

מעשה MAASE ſive hiſtoria de eo, quomodo primum Judæi *Pragam* delati ſint, hebr. germ. Francof. plag. 1. in 8.

406 מעשה הגט MAASE HAGGETH, *opus libelli repudii*, liber *Mantuæ* ed. teſte Plantavitio n. 392. ex Catalogo Veneto.

407 מעשי יהוה MAASE ADONAI, *opera Domini*, liber ἀνώνυμος laudatus in נובלות חכמה p. 195. b.

408 מעשה ישו והילני המלכה ואפוסטולי i. e. *hiſtoria Jeſchu & Helenæ Reginæ*, & *Apoſtolorum*: Vide infra תולדות ישו.

409 מעשה מרכבה MAASE MERCAVA, *opus quadrigæ*, quo explicantur viſiones Jeſaiæ & Zachariæ, cum oratione Habacuci, MSS. in Vatic. fol. A. C. 1295. ſcript. Forte non differt hic Codex ab illo, quem ſub eodem titulo MS. habet *Oppenheimerus* in 8. argumenti Cabbaliſtici, cui jungitur expoſitio 72. nominum Dei. Plantavitius n. 393.

393. ſimilis tituli librum affert, eumque ait eſſe Cabbaliſticum de divina providentia agentem, quem ipſe non viderit.

מעשה צופר MAASE ZOPHAR hiſtoria de Viro, cujus nomen fuit *Zophar*, prodiit *Theſſalon.* pp. 20. in 4. apud *Abrah. Bath Scheba.* 410

מעשה הרוח מניקלאסבורג MAASE HARVACH MINNICLASBVRG i. e. *hiſtoria Dæmonii Niclasburgenſis*, quod ex Judæo, quem occupaverat, ejectum eſt, literis & lingua Judæo-German. *Francof. ad Mœn.* 1698. Conf. Part. I. R. *Moſes Pragenſis.* Hiſtoria hæc belgice & ex parte hebr. & belgice exſtat in *Frider. Ragſtat de Weile* Vertoog van de Wangeſtalte des Jodendoms. 411

מעשה שושן MAASE SCHVSCHAN, *hiſtoria miraculi facti in Suſan*, prodiit hebr. *Conſtantiæ* ac deinde hebræo-german. *Furthi* 458. C. 1698. 8. una plagula. 412

מעשה השם MAASE HASSCHEM, *res geſtæ Dei*, libellus Hebræo-germ. quo recenſentur miracula facta a variis Cabbaliſtis, *Simeone b. Jochai*, *Iſ. Luria*, *Vital* &c. Pars I. *Francof. ad Viadr.* 467. C. 1707. 8. pp. 72. Ejusd. libri pars II. ſub titulo; ein ſchön neu Sepher חלק שני ממעשה השם prodiit *Furthi* apud *Joſ. b. Salman Schnior*, ſine anno in 8. hebr. & germ. Leguntur ibi ſectiones variæ ex libris Cabbaliſt. v. c. Zohar chadaſch, Emeck hammelech &c. deſumtæ. plagg. 14. 413

מעשה תלוי MAASE TALVI, *hiſtoria de ſuſpenſo*, liber Judæorum blasphemus, & conviciorum in Dominum noſtrum & Servatorem CHRISTUM plenus, de quo vide infra ſub תולדות ישו. 414

מעשה תורה נאמרה על יד רבינו הקדוש MAASE TORA, NEEMERA AL JAD RABBENV HAKKADOSCH, *opus Legis dictum per Rabbenu Hakkadoſch*, editum eſt cum *Ben Sira*, tum alias, tum *Amſtelod.* 457. C. 1697. 12. ubi ex Gemara hinc inde collecta ſunt veterum pronunciata de momentis aut rebus tribus, quatuor, quinque &c. usque ad decem, quæ idem prædicatum patiuntur, 415



Digitized by Google

tur, qualia etiam in Proverbiis & Siracide, itemque in *Pirke Avoth* capite poſtremo occurrunt.

416 אין שין מעשה פון ריטר ווידוווילט hiſtoria de Equite *Wieduwilt*, ſæpius dialecto Hebræo-Germanica prodiit, ut *Francof. ad Mæn.* & *Amſtelod.* in 8. Extat etiam in Wagenſeilii Inſtitutione de ratione legendi dialectum Hebræo-Germ.

417 מעשה סיגמונד MAASE SIGMVND, i. e. fabula de Equite Sigismundo & Magdalena, Offenbaci an. 474. C. 1714. 8. $1\frac{1}{2}$ plagulis.

418 מפרש חטאים MEPHARESCH CHATTAIM, *exponens peccata*, confeſſionem magnam peccatorum ex libro ברית אברהם (de quo ſupra ſub *Abraham Horwitz*) extractam continet. Prodiit *Pragæ*, *Venet.* 349. C. 1589. *Amſtelod.* apud Vri Veibs in 8. pp. 4. & *Ferrar.* 351. C. 1591. itemque *Furthi* 451. C. 1691. in 12.

419 מפרש הסבה MEPHARESCH HASSIBBA, *liber explicans cauſam*, cur Moſes terram Canaan ingredi voluerit & optarit. MS. in Vatic. in 4.

420 ספר מפתח SEPHER MAPHTEACH, *liber aperturæ*, i. e. clavis ſeu introductio in doctrinam de decem Sephiroth, MS. teſte ש״י.

421 מפתח MAPHTEACH i. e. *clavis*, liber Maſorethicus, qui per compendium vocari ſolet מ״פ teſte ש״י p. 85. a. Vide Part. I. R. *Levi* ספרדי.

422 מפתח הזהר MAPHTEACH HASSOHAR, *clavis Sohar*, i. e. index alphabeticus rerum & argumentorum Cabbaliſticorum quæ in libro *Sohar* & *Tikkunim* continentur, *Amſtelod.* 470. C. 1710. 8. tribus philyris. In præfatione dicitur, indicem hunc a R. Abrahamo חיון Hieroſolymis allatum eſſe.

423 מפתח חכמות האר״י MAPHTHEACH CHOCHMAT HAARI, i. e. *clavis ſapientiæ R. Iſaaci Loria*, quem librum ἀνώνυμον MS. ſe habere ait R. *Schemuel* in calce libri *Noflos Chochma* pag. 195.

ספר

ספר מצדיק הרבים SEPHER MATZDICK HARAB- 424
BIM, *liber juſtificans multos*, ex *Dan.* XII. 3. pag. 195. argumenti moralis, auctoris, neſcio cujus, MS. in fol. in B. Oppenheimeri.

ספר מצות SEPHER MIZVOTH, *liber præceptorum*, quo præ- 425
cepta omnia tam affirmativa quam negativa, quæ efficiunt 613, * recenſentur. Præmittuntur illa R. *Moſis Cotſenſis* libro, qui dicitur ספר מצות גדול. *Venet.* 307. C. 1547. fol. ſecundum edito. Exſtant etiam ſeorſim ſub titulo סֵפֶר אֵלֶּה הַמִּצְוֹת *Amſtelod.* 473. C. 1713. 12. una cum quatuordecim fundamentis ſive שרשים, quæ Maimonides 613. illis præceptis præmiſit, ut ex illis æſtimari poſſint. His fundamentis, quadrato charactere ſcriptis, adjiciuntur diverſæ aliorum de iis opiniones, literis Rabbinicis expreſſæ. Deinde ſequuntur præcepta ipſa 613. ſecundum ordinem librorum Biblic. ex quibus deſumta ſunt; ab altero latere notæ numerorum, præcepta affirmativa deſignantes, ab altero vero negativa computantes, collocantur. Ipſa præcepta ſtylo Biblico concepta & literis quadratis expreſſa ſunt: his vero interdum brevis Rabbinorum expoſitio, ſed Rabbinicis literis, ſubjicitur. Exſtant quoque præcepta illa, ex R. Maimonidæ mente conſignata, cum duobus commentariis, a latere ſibi oppoſitis, altero quidem R. *Moſis Nachmanidæ*, altero R. *Iſaaci fil. Elieſer fil. Salomonis*, qui collectus eſt ex libro ejus מְגִלַּת אֶסְתֵּר, *Amſtelod.* 420. C. 1660. 4. Prodierunt etiam *Cracov.* an. 310. C. 1550. 8. plagulis 3. apud Iſaac b. Aaron. Verſibus Hebraicis rhythmicis comprehenſa prodierunt *Cracov.* 341. C. 1581. teſte ש"י p. 92. Hebraice & Latine edidit *Seb. Munſterus Baſil.* 1533. 8. apud Henr. Petri ſub tit. מִצְוֹת לֹא תַעֲשֶׂה וּמִצְוֹת עֲשֵׂה עִם פֵּירוּשֵׁיהֶם קְצוּרִים i.e. *præcepta Moſaica 613. cum ſuccincta & plerumque mirabili ac ſuperſtitioſa Rabbinorum expoſitione.* Illa præcepta una cum expoſitione petita ſunt ex R. Moſis Cotſenſis סמ"ג, ita ut pro lubitu inde excerperet auctor, quæ maxime idonea videbantur: ſicut & utrique parti præmiſſa eſt præfa-



* Numerus 613. præceptorum elicitur ex voce Hebraica דברות cujus literæ efficiunt 612. Huic numero ſi addatur vox ipſa, prodit ſumma 613. Ita תורה efficit 611. Adde duo præcepta, quæ Judæi ex ore Dei audiverunt, & naſcentur 613. Hæc affert, *Dan. Levi de Barrios* p. 84. tractatus, quem inſcripſit *Eternidad de la Ley Moſaica.*

tio Cotſenſis. Addidit deinde in calce Munſterus ipſa illa præcepta Latine, ſed ſine expoſitione *Hebr. & Lat.* Eadem leges apud *Jo. Leuſdenium* in calce Philolog. Hebræi p. 365. *Latine* vero leguntur in *Genebrardi* Chronographia, ſub finem p. 74. ſqq. edit. Lugdun. in fol.

*Philippus Ferdinandus*, Ex Judæus, eadem latine verſa ex *Abr. bar Ketanni* libro, *Vox Dei*, ediderat *Cantabrig.* 1597. unde iisdem verbis repetiit *Jo. a Lent* in Theologia Moderna Judaica. Hic ſingulis præceptis, quæ hodie in communi uſu apud Judæos eſſe deſierunt, adſcribuntur verba: *Non obſervatur.* Adduntur etiam loca Pentateuchi, ex quibus ſingula ſunt deſumta. תרי״ג מצות i. e. 613. præcepta lingua Judæo-vernacula, *Amſtelod.* 450. C. 1690. 8. apud Moſen b. Abraham pp. 65.

426 ספר מצות נשים SEPHER MIZVOTH NASCHIM, *liber præceptorum ad feminas pertinentium*, v. R. *Benjamin de Ardono.*

427 פירוש על מצות ש״א PERVSCH AL MIZVOTH 301. *comment. in præcepta 301.* MS. in Vatic. Compendium (commentarii, ut puto, forte ספר מצות קטון) de præceptis affirmat. & negativ. exſtat MS. in Bibl. Bodlej. teſte Catal. MSS. Anglic. n. 3184.

428 על מציאות השם AL MEZIVTH HASSCHEM, *de exiſtentia Dei*, liber, quem ex Arabico Hebraice convertit Anonymus Hiſpanus: MS. in Vatic. fol.

429 מציל ממות MAZZIL MIMMAVETH, *eripiens ex morte*, libellus Anonymi Hebræo-vernaculus, Prag. in 8. 1. plag. ubi de fatis hominis poſt mortem agitur.

430 מציל נפשות MAZZIL NEPHASCHOTH, *liberans animas*, ex *Prov.* XIV. 25. liber Medicus, dialecto et literis Rabbinico-German. ſcriptus, & editus *Prag.* & *Amſtelod.* 411. C. 1651. 4. pp. 8. ap. Judam b. Mordechai, ubi auctor vocatur R. Juda Iſaac b. Jac. ex Synag. הענטשין.

435 מקדש מעט MIKDASCH MEAT, *ſanctuarium parvum*: expoſitio rituum quorundam & conſuetudinum. MS. teſte Buxtorfio & ש״י.

מקום

Digitized by Google

מקום אברהם MEKOM ABRAHAM, *locus Abrahami*, i.e. loci communes ſub certis titulis juxta Alphab. MS. in 4. apud Oppenheim. pp. 310. 432

מקור חיים MEKOR CHAJIM, *fons vitæ*, ex Pſ. XXXVI. 10. liber Cabbaliſticus Anonymi, adductus in præfat. libri Zohar, ed. Mantuanæ in 4. 433

מקור חכמה MEKOR CHOCHMA *Fons Sapientiæ*, ex *Prov.* XVIII. 4. MS. argumenti Cabbaliſtici in Biblioth. Oppenheimeri in 4. octo plagulis. 433

מקור השכל MEKOR HASSECHEL, *fons intellectus*, explicatio decem Sephiroth MS. teſte ש״י. 434

ס׳ המקנה SEPHER HAMMIKNE, *liber peculii* MS. in Bibl. Oppenheim. in 8. in Codice membranaceo, qui in limine exhibet ספורי מעשים i. e. narrationem variarum hiſtoriarum. 435

ס׳ מקרא דרדקי SEPHER MIKRA DARDEKI i. e. *liber lectionis parvulorum* MS. Biblioth. Oppenheim. in 4. mediocri volumine ad pueros inſtruendos pertinens. Prodiit etiam hujus tituli liber *Venetiis*, teſte ש״י qui prima pietatis elementa tradit. 436

מקרי דרדקי MIKRE DARDEKI, *lectio pravulorum*. Eſt Lexicon Hebraicum, ſecundum literarum ſeriem diſpoſitum, ita ut vox Hebræa explicanda exprimatur literis quadratis majuſculis, addita explicatione cum adjecto loco Biblico, qui ubi inveniatur in altero lalatere dicitur. Auctor nonnunquam expoſitionem in lingua peregrina (בל״עז) addit, & in præfatione profitetur ſe inſiſtere veſtigiis Kimchii. Prima vox eſt אב, ultima תשר. Locus non memoratur, quem credo eſſe CPolin. Annus vero exprimitur per רחם i. e. 248. C. 1488. fol. Conſtat uno alphabeto. Vox אב ita explicatur: אב מיורי 437

מוזר כמו וישימני לאב לפרעה ופי׳ רשי לשון פטרון (ויגש) וכן ספר אבי דבר גדול הנביא דבר פי׳ ר״שי לשון ארון: Confer שורשים infra.

438 מראה מוסר MAREH MVSAR, *viſio correctionis*, ſeu *diſciplinæ*, liber dialecto Rabbinico-German. exaratus, & dictus *Zucht-Spiegel*, quo Anonymus parabolas omnes & ingenioſa dicta, quæ in Gemara exſtant, collegit. Editionis curam geſſit R. *Avigador fil. R. Elieʒer Lipman*, Hildesheimenſis, *Prag.* 370. C. 1610. & 438. C. 1678. per filios Iudæ, 10. plagulis; item *Lublini* 400. C. 1640. 4. Noviſſime prodiit *Offenbaci* 476. C. 1716. 8. & antea Francof. ad Mœn. 440. C. 1680. 4. cum præfat. *Seligman Ulma.* Eundem librum *latine* prodiiſſe teſtatur ש״י in calce ſub titulo מראה מוסר, ſed nec Interpretem, nec locum nec annum editionis memorat.

439 מראה מקום על התלמוד MARE MAKOM AL HATTALMVD, index Talmudis, quo cognoſcitur, quæ loca Scripturæ S. ubi in Talmude explicentur. MS. in Biblioth. Oppenh. in 4. $1\frac{1}{2}$ alphab.

440 מראה מקום דינים MAREH MEKOM DINIM, *index rituum, ubi fundentur*: Cracov. 407. C. 1647. 8.

441 מראות אלהים MAROTH ELOHIM, *viſiones Dei*, ex *Ezech.* I. 1. comment. in *Rabboth*, citatus in libro כפתור ופרח fol. 38. *Plantavitius* n. 409. fide Catalogi Pragenſis teſtatur, *Venetiis* etiam prodiiſſe.

442 ספר המרקחים SEPHER HAMMERCACHIM, liber Medicus ab Arabibus ſcriptus, quem MS. habuit R. Moſes Raph. de Aguilar: v. Catal. librorum ejus p. 18. n. 7. in fol.

443 משאת מלך MASATH MELECH, *onus Regis*, quem librum fide Indicis Expurgatorii Romani librorum Hebraicorum Plantavitius n. 417. affirmat complecti commentarium in librum *Eſther* editum *Venetiis*. Non inveni alibi eum memorari. Exſtat quidem ſimilis tituli

tituli liber משא מלך ſed diverſiſſimi argumenti, de quo diximus ſub R. *Joſeph ben Iſaac Aben Eſra.*

משבית מלחמה MASCHBITH MILCHAMA, *componens bellum*, ex *Pſalm.* XLVI. 10. liber nomine Judæorum Italorum editus ad componendas controverſias, quæ circa lotiones & balnea uxorum immundarum coortæ erant. Oppoſitus is eſt libro מִלְחֲמוֹת יְהוָה *bella Domini*, Venet. 366. C. 1606. in 4. Vide ש״ש. *Buxtorfius* in Append. B. Rabb. tribuit R. *Iſraëli*, & ait eſſe ritualem. Fieri potuit, ut R. *Iſraël* quidam libellum hunc nomine Judæorum ceterorum literis conſignaret. 444

ספר למשומדים SEPHER LAMMESCHUMADIM, *liber contra Apoſtatas*, ſive contra eos, qui a Judæis ad Chriſtianos tranſierunt. Memoratur a Bartoloccio. 445

משכן העדות MISCHCAN HAEDUTH, *tabernaculum teſtimonii*: R. *Schabtai* non niſi titulum affert, & conſuli jubet librum נובלות חכמה p. 195. 446

משכן שילה MISCHKAN SCHILO, *tabernaculum Schilo*, MS. apud Oppenheimerum de eo, quomodo tabernaculum & inprimis propitiatorium fuerit fabrefactum. 447

ספר משלים SEPHER MESCHALIM, *liber parabolarum* ſeu *fabularum*, quo fabulæ quædam Æſopi, & Judæorum propriæ nonnullæ dialecto Judæo-German. exhibentur, *Francof. ad Mæn.* 1687. 4. 448

משלים חמשים MESCHALIM CHAMISSCHIM: vide ſupra חמשים משלים. 449

Agam hic breviter de Proverbiis, Sententiis, Adagiis & Apophthegmatibus, qvæ inter Hebræos exſtant, & vel ab Hebræis, vel a Chriſtianis Scriptoribus collecta aut illuſtrata ſunt. Primum hic locum tuetur Codex Sacer, in eo vero inprimis *Pſalmi* & *Proverbiorum* liber Salomoneus, ex qvibus Sententias latius acceptas congeſſit, ſecundum literarum ordinem diſpoſuit, latine vertit & brevibus notis illuſtravit *Jo. Plantavitius*, Pauſanus,



Digitized by Google

ſanus, Epiſcopus Lodovenſis, in amplo Volumine, qvod inſcripſit *Florilegium Biblicum*, complectens omnes utriusqve Teſtamenti ſententias Hebraice & Græce cum verſione Latina & brevi juxta literalem ſenſum commentario illuſtratas, *Lodovæ* 1645. fol. Ante eum ex Salomone & Siracide idem præſtiterat *Io. Druſius* ſub titulo: *Proverbiorum Claſſes duæ, in quibus explicantur Proverbia Sacra & ex Sacris literis orta, item Sententiæ Salomonis, Allegoriæ* &c. *Franequ.* 1590. 4. recuſ. tum in poſtremo Tomo *Criticorum Sacrorum*, tum in calce Apparatus Waltoniani ex edit. Tigur. an. 1673. in fol. Proximi his ratione antiqvitatis libelli ſunt *Siracides*, Eccleſiaſticus, & Sententiæ *Ben Sira*, de qvibus expoſui Parte I. Biblioth. Hebr. n. 410. Accedit ad hos liber Adagiorum pleniſſimus, & Talmudi deniqve inſertus ſub titulo פרקי אבות, de qvo in recenſione librorum Miſchnicorum, unde de variis ejus verſionibus & editionibus conſtabit: ut taceam, ipſum corpus Talmudicum amplam ejusmodi ſententiarum ſegetem ſuppeditare. Eadem locupletari poteſt ex libris Medraſchicis, nominatimqve ex *Rabboth*, tum vero ex libris Hebræorum moralibus, v. c. R. *Bechai* כד הקמח, R. *Iſaaci Avuhaf*, מנורת המאור, itemqve ex R. Elieſeris Metenſis ספר יראים, tum ex חובת הלבבות, ספר המוסר, ספר חסידים, ארחות חיים, בחינת עולם, ראשית חכמה, ספר הישר, & aliis, de qvibus ſuo loco in Parte I. Biblioth. & inter Anonymos diximus. Denique locum hic quoque merentur libelli fabulares & carmine ſcripti, nominatim R. Immanuelis ספר המחברות, item מבחר הפנינים, porro משל הקדמוני & משלי שועלים, libelli de Septem Sapientibus, & *Artus hof*, qui vernacula lingua inter Judæos exſtant, quales etiam in Collectione illa leguntur, quæ *CPoli* & *Venetiis* prodiit, & cujus initium facit *Vita Moſis*. Nec omitti debet R. *Hai Gaon* מוסר השכל, de quo diximus Parte I. Bibl. Hebr. n. 451. Ex his libris Chriſtiani quidam in cumulum congeſſerunt apophthegmata & proverbia Hebræorum. Ut enim de *Paulo Fagio*, qui editis *Pirke Avoth* & libro Sententiarum *Ben Siræ* bene de hoc argumento meruit, nihil dicam, induſtriam ſuam in hoc campo exercuit *Mich. Neander*, qui Erotematibus ſuis Linguæ Hebr. pag. 333. ſqq. ſubjecit *apophthegmata, Oracula, Proverbia ac Sententias Hebræo-Latinas veterum Hebræorum, Patrum ac Theologorum, qui Patrum ac Prophetarum diſcipuli fuerunt, doctrinas pias, commonefactiones utiles, præcepta ſobria, ſancta & ſalutaria de pietate, de morum gubernatione, ex variis ac antiquis aliquot Hebræorum libris.* Ibi usqve ad p. 369. omnia ex *Pirke Avoth* Hebr. &

& Lat. cum brevi expoſitione exhibentur. Hinc ſeqvuntur aliæ ſententiæ paræneticæ promiſcuæ, proverbiales ac incertorum auctorum latine tantum usque ad p. 373. Denique ſeqvuntur ſententiæ qvædam ex comment. Hebræo in Sententias Ben Siræ itidem latine, paucis admodum hebr. inſertis.

Neandri veſtigia ex parte ſecutus eſt *Iohannes Druſius*, edito libro ſingulari, ſub titulo: *Apophthegmata Hebræorum ac Arabum ex Avoth R. Nathan, Ariſtea, libro Selectarum margaritarum & aliis auctoribus collecta, Latineq; reddita cum brevibus ſcholiis, Franequ.* 1591. 4. iterumque ibid. 1612. 4. *Hamburgi* una cum libro de Vita & Morte Moſis cura Cl. *Io. Alberti Fabricii* an. 1714. 8. Hæc apophthegmata in tres diſtinguuntur libros, quorum I. continet ſententias ex Pirke Avoth non omnes, ſed quæ nomen hoc mereri videbantur, una cum Sententiis Ben Siræ: II. exhibet acute & ſapienter dicta τῶν LXX. quæ in hiſtoria Ariſteæ leguntur. III. denique ſiſtit Apophthegmata ex libro מבחר הפנינים qui inter Judæos ex Arabico hebraice converſus exſtat. Omnia iſta latine ibi tantum occurrunt. Spectant huc ejusdem *Sententiæ centum veterum Sapientum triplici charactere, Hebraico, Latino & Græco ſecundam antiquam ſcribendi conſuetudinem*, Alphabeto Hebraico Veteri ſubjunctæ, *Franequ.* 1587. & 1609. 4. Illæ petitæ ſunt ex Proverbiis Salomonis, ex Ben Sira & Pirke Avoth. Sunt breves admodum, & ſine commentario. Ejusdem *Adagiorum Hebraicorum* Decuriæ aliquot nunquam antehac editæ una cum Proverbiis Ben Siræ latine converſis & ſcholiis illuſtratis. *Franequ.* 1597. 4.

Druſio in hoc laboris genere proximus eſt *Iacobus Ebertus*, Profeſſor quondam Linguæ Hebr. Francofurtenſis an. 1595. defunctus. Reliquit is collectionem apophthegmatum ejusmodi, quæ filius ejus *Theodorus Ebertus* in lucem protulit ſub titulo ſequente: *Iac. Eberti Electa Hebræa ſeptingenta quinquaginta e libro Rabbinico Mibchar Happeninim excerpta & Latine reddita, ac punctis inſignita, notis vero politioribus illuſtrata a Theod. Eberto*, Francof. ad Oder. 1630. in 4. Quod ad librum *Mibchar Happeninim* in præfat. monetur, Druſium uſum eſſe edit. Cremonenſi, *Ebertum* vero edit. *Veneta*: illum inſigniora tantum excerpſiſſe, Ebertum dare integrum; illum quoad ſenſum; hunc etiam quod ad Hebraiſmos, atque adeo de verbo ad verbum: illum ſine textu, hunc cum textu Hebræo: illum apophthegmata 299, hunc 750. Confer quæ ſupra dicta ſunt Parte I. num. 677. Idem Lat. vertit R. *Hai Gaon* מוסר השכל de quo diximus Parte I. ſuo loco. Ejusdem Centuria II. *Scitorum Talmudicorum*,

 quæ

quæ apophthegmatum rationem obtinent, per filium *Theodorum* prodiit Francof. ad Oder. 1627. 4. Hujus libri exemplar, manu *Lempereurii* & *Uhtmanni* notatum exſtitit in Biblioth. *Guil. Anslarii*, quod patet ex catalogo ejus p. 123. Sex Centurias Scitorum Talmudicorum, a Patre ſuo relictas, edendas in ſe recepit filius Theodorus pag. 81. de Poeſi Hebr. Confer de utroque, Patre & filio, *Io. Chriſtoph. Beemannum* in Notitia Univerſit. Francofurt. p. 116. ſqq. & in Catalogo ejusd. Biblioth. p. 92. item *Meelfuhrerum* in Prodromo Germ. Orient. p. 6. & Cl. *Io Mollerum* in Homonymoſcopia p. 667.

Eberto ſucceſſit *Io. Plantavitius*, Pauſanus, Epiſcopus Lodovenſis, edito *Florilegio Rabbinico*, Lodovæ 1645. in fol. una cum Bibliotheca Rabbinica in calce. Diſpoſuit is ſententias varias ſecundum literarum ordinem, ita quidem, ut eas hebr. literis Rabbinicis exhibeat ſine punctis, tum vero ſtatim easdem literis quadratis & punctis, adjecta verſione Latina cum brevi illuſtratione, in qua auctores ſententiarum interdum laudari ſolent. Addidit quoque eas ſententias, quas ipſe aliquando ex Græcis & Latinis Hebræis exercitationis cauſa fecerat. Confer de noſtro *Colomeſium* in Gallia Orientali p. 182. *Imbonatum* in Biblioth. Lat. Hebr. p. 130. & *Pet. Baelium* in Dictionario Hiſtor. Critico Tom. III. p. 2451. ubi nonnullos *Morerii* errores emendatos leges.

*Io. Buxtorfius* denique in lucem protulit *Florilegium Hebraicum continens elegantes ſententias, Proverbia, Apophthegmata, Similitudines, ex optimis quibusq;, maxime vero priſcis Hebræorum Scriptoribus collectum, & ſecundum locos communes ordine alphabetico diſpoſitum.* Baſil. 1648. 8. Congeſtæ illæ ſententiæ ſunt ſub titulis Latinis, literarum ſerie collocatis: exhibentur vero hebr. cum vocalibus & verſione Latina, libris, unde hauſtæ ſint, ſemper additis, & adjecta interdum, quamvis raro, illuſtratione Latina. Præter Talmud, *Pirke Avoth*, *Mibchar Happeninim*, *Cad Hakkemach*, *Sepher Hammechabberoth*, & *Rabboth* utramque paginam faciunt: de quibus libris ipſius auctoris præfatio conſuli poteſt.

Præter hos non prorſus omittendus eſt *Caſp. Seidelius*, qui Portulæ ſuæ Grammat. *Hamb.* 1637. 4. editæ tres Centurias Sententiarum ſubjunxit, quarum duæ priores ſententias Biblicas, tertia Rabbinicas, cum nominibus auctorum in margine poſitis, addita Latina verſione, exhibent. In ejusdem Tribus Manipulis Linguæ Sanctæ præter compendium Grammat. Sententiæ Bibl. & Rabbin. ex parte a prioribus diverſæ, vel ſaltem alio ordine diſpoſitæ una cum carmine morali R. *Hai Gaon* exſtant.

Ex

Ex parte quoque huc pertinent *Sebaſt. Curtii* Radices L. S. Biblicis moralibus ſententiis, adagiis, particulis hiſtoricis aliiſque elegantioribus e S. Codice depromtis loquendi formulis eo compendio expreſſæ, ut non ſolum primitiva, ſed & pleraque vocabula derivata cum genuinis ſuis ſignificationibus exiguo temporis ſpatio addiſci queant, *Geümariæ* 1642. 4. Jo. Salomon, Ex Judæus, libello ſuo, quem dixit שלשה שושנים inſeruit adagia quædam Hebræa hebr. & germ. p. 12. ſqq. Sic *Chriſtoph. Cartwrightus* in Mellificio Hebraico, quod & Criticis Sacris inſertum eſt lib. V. cap. 12. quædam Hebræorum adagia exhibet. Nonnulla eorum attulit *Jo. Mich. Dilherrus* in Atrio Linguæ Sanctæ cum verſ. Lat. p. 98. ed. Norimb. 1659. De Adagiorum Opere ex Talmude & aliis libris a *Davide Cohen de Lara* collecto, vide *Meelfübreri* Acceſſiones ad Almeloveenii Biblioth. Promiſſ. & Latent. p. 55. cujus tamen relationi quid tribuendum ſit, inde patet, quod apud B. *Edzardum* tale ſcriptum nunquam fuit. Confer Part. I. p. 319. *Georg. Hier. Velſchium* Ideam operis Adagiorum Panglotti editurum fuiſſe teſtatur *Almeloveenius* pag. 115. Biblioth. promiſſæ & latentis. Scriptores de aliarum gentium Proverbiis & adagiis recenſet Cl. *Jo. Albertus Fabricius* Tom. IV. Biblioth. Græc. p. 494. ſqq.

משלי עלי MISCHLE ALI, *Proverbia Aly Imperatoris* a Judæo Anonymo in dialectum Hebræo-Rabbinicam translata anno 1643. MS. in Biblioth. Bodlej. inter Codices Mareſchalli num. 118. una cum verſione Latina, ex MS. a quodam Golii diſcipulo ſuppeditato, deſcripta. 450

משלי חכמים MISCHLE CHACHAMIM *Proverbia*, ſive *ſententioſa dicta Sapientum*, ſunt reſponſiones LXX. Sapientum Regis cujusdam, qui ab eo interrogati ſinguli reſpondent, qua reprobari vel explorari homo poſſit. Libellus carmine Hebr. & Rabbinico-German. expreſſus, *Amſtelod.* 417. C. 1657. 8. apud Imman. Benbeniſte, per Hirſch b. Schemuel Papenheim pp. 15. ubi deinde ſequitur תחבולה לר׳ אברהם בן עזרה אחוי, ut & canticum Hebræo german. Prima edit. eſt *Venetæ* an. 326. ultima ſine loco notato per Uri b. Abrah. Cohen plag. 1. Eadem lingua Hebræo-Itala, *Amſtelod.* 352. C. 1592. 8. 451

452 משלי חכמים וחידותם MISCHLE CHACHAMIM VECHIDOTAM, *parabolæ Sapientum & ænigmata eorum*, ſunt quinquaginta ænigmata propoſita a Philoſophis, & cum ſolutione edita. *Venet.* 279. C. 1519. fol. teſte *Bartoloc.*

453 משלי שלמה MISCHLE SCHELOMO, *Parabolæ Salomonis Regis*, ſeu narratio rerum, quæ Salomonis tempore geſtæ feruntur, prod. cum libro דברי ימים של משה, *CPoli* 278. C. 1518. & *Venet.* 365. C. 1605. Conf. Part. I. Biblioth. Hebr. p. 1049.

454 משמרת החודש MISCHMERETH HACHODESCH, *obſervatio menſis*, liber precum & canticorum, pro veſpera Novilunii ex uſu Judæorum. *Venet.* 420. C. 1660. 4. Vide Theatrum Anonymorum Placcianum p. 708.

455 שלש משמורות SCHALOSCHA MISCHMOROTH, i. e. inſtructio quid in tribus illis vigiliis legendum & precandum ſit: Hebræo-germ. 446. C. 1686. 8. ſine loco notato.

456 ס׳ מתחיל SEPHER MATCHIL Anonymi, commentatio ſuper Geneſin Cabbaliſt. MS. in Bibl. Oppenheim. in fol. pp. 283.

ג

457 ספר הנהגת במדות החסידים SEPHER HANHAGATH BEMIDDOTH HACHASIDIM, i. e. *liber de vita ad mores piorum componenda*, tractatus Moralis Anonymi, MS. in Biblioth. Vatic. in 4.

458 הנהגת חסידים ואנשי מעשה HANHAGAT CHASIDIM VEANSCHE MAASE, *ratio vivendi piorum, & recte agentium*, ubi agitur de confeſſione peccatorum & de precatione *Keriath Schema* *Francof. ad Mœn.* 460. C. 1700. in 24.

459 הנהגת המלכים HANHAGAT HAMMELACHIM, *inſtitutio Regum*, liber in gratiam Regis Galliæ ſcriptus, & de moribus Regum ac Principum, eorumque liberis erudiendis & formandis præcipiens. Memoratur in ש״י tanquam MS. Extat is inter Codices War-

Warnerianos in Biblioth. Leidenſi, cujus Catalogum vide pag. 284. Ibi Sapiens quidam Germanus librum hunc Regi Galliæ compoſuiſſe dicitur.

נזל מים Nesel Majim, *fluxus aquæ*, MS. in Catal. Biblioth. Leidenſ. pag. 288. ſine argumenti vel auctoris mentione recenſetur: forte tamen tribui debet *Abrahamo Schamſullai*, Hiſpano, ad quem alia quædam ſcripta, in eodem Codice exſtantia, ſpectant. 460

נחלת יעקב Nachalath Jaacob, *hereditas Jacobi*, ex *Jeſaia* LIV. 17. liber de eloquentia, & elegantia, ac acumine dictionis comparanda. R. *Schabtaus* in 4. ait editum, neque tamen vel auctorem vel locum annumve editionis memorat. In Theatro Anonymorum Placciano p. 709. dicitur agere de interpretationibus. Neque tamen id vult R. Schabtai in ש״י ad quem provocatur, quando ait eſſe librum במליצות. Prodiit *Amſtelod.* 412. C. 1652. 461

ספר הנייר Sepher Hannajiar, *liber papyri*, quo nomine vocatus olim eſt liber ille, qui deinceps nomen כל בו accepit. Vide ſupra כל בו. 462

ס׳ נעומות vide paulo poſt ספר נעומות.

ספר הנפש Sepher Hannephesch, *liber de anima*, ſcriptum Anonymi Medicum, quod Bartolocc. perperam tribuit R. *Abrahamo ben Chasdai*, quippe qui illum tantum Arabice convertit, unde Hebraicus factus eſt a R. *Juda fil. Salomonis*, *Venet.* 379. C. 1619. Exſtat quoque latine, ſi credimus R. *Schabtai* qui ait, dialogum eſſe inter Galenum & Moriam. 463

ספר נפש Sepher Nephesch, *liber de anima*, neſcio cujus, MS. in Bibl. Oppenh. in 4. plagulis ſex. In titulo dicitur שכל החכמה לקרות טוב דעת ומזמות h. e. *quod totus ſit ſapientia, doctrina bona, ſcientia & meditatio.* Plura exſtant hujus tituli ſcripta, nec ſcio, quodnam illorum pro noſtro habendum ſit. 464

על הנפש Al Hannephesch, *liber de anima*, ubi ejus præ brutis præſtantia oſtenditur. MS. in B. Vatic. in 4. Dividitur in 3. partes. 465

על

Digitized by Google

466 על מהות הנפש Al Mehvt Hannephesch, *de eſſentia animæ*, Arabice ſcriptus & converſus hebr. a *Zarachia Levita*. MS. ibid. in 4. Tr. hebr. *de anima* eumque MS. recenſet *Lambec.* Tom. I. comm. de Biblioth. Vindobon. p. 179.

467 נפתולי אלהים נפתלתי ונתחברתי *luctam Dei luctata ſum, & prævalui*, ex *Geneſ.* 30. 8. titulus commentarii in *Geneſin*, neſcio cujus, qui prodiit *Ferrar. an.* 316. C. 1556. 4. pp. 39. ap. Abrah. Oſchke.

468 נפתולי אלהים Maphtvle Elohim, *luctationes Dei*, ex *Geneſ.* XXX. 8. quem titulum *Plantavitius* n. 451. affert & per *abſtracta Dei* vertit, non memor loci Biblici, quem diximus. Addit idem, eſſe librum concionum de divinis attributis Anonymi, qui *Ferraræ* ſit excuſus. Non dubium eſt, eſſe hunc R. *Naphthali Treves* commentarium ſuper *Bechai*, de quo diximus Parte I. ſuo loco. Eum enim Plantavit. non viderat, ſed ex aliorum ſermonibus cognitum minus recte deſcripſerat.

469 a ס' נצחון *liber Nizzachon*: de variis hujus tituli libris vide Parte I. ſub ליפמן.

469 b ספר הנקוד *liber punctationis*, quem *Bartoloc.* ex Hottingero memorat tanquam de punctandi per vocales arte ſcriptum. Hunc Theatrum Anonymorum Placcianum pag. 709. eundem eſſe putat cum ספר נוח *libro quietis* R. Jehudæ Chiug. At enimvero diſtincti hi ſunt libri, ſed uterque a R. Juda exarati, quod apparebit ex iis, quæ Parte I. de R. *Jehuda Chiug* diximus.

470 ספר נקיון Sepher Mikkajon, *liber immunitatis*, tanquam liber Medicus Practicus, neſcio cujus auctoris MS. in fol. in Catal. R. Moſis Raphael de Aguilar memoratur p. 17.

471 הנרבוני Hannarboni, a Bartoloccio Tom. IV. p. 260. & 333. tanquam libri titulus, nulla citationis fide allata, recenſetur, addita conjectura, a patria auctoris, & forte R. *Mair*, qui Narbona Toletum vene-

venerit, ita dictum videri. De hoc R. *Meir* lege Juchaſin p. 163. b. lin. 4. ubi dicitur Legem docuiſſe *Toleti* usque ad A. C. 1264.

נר מצוה NER MIZVA ex *Proverb.* VII. 22. *lumen præcepti*, index 472
locorum Scripturæ omnium, quæ in Gemara afferuntur. *CPoli* in 4.

נתן נביא NATHAN NAVI, *Nathan propheta*, titulus libri 473
MS. ampliſſimi in fol. apud R. Oppenheimerum, in quo de *Schabbatai Zevi*, Pſeudo Meſſia Judæorum, agitur. Titulus videtur deſumtus a *Nathane*, quem Schabbatai ille præcurſorem habuit. Vide Parte I. ſub שבתי צבי. Niſi forte alludatur ad ipſum Schabbatai, quem Deus *dederit Prophetam*, quod bina illa verba itidem ſignificare poſſunt.

ס

סיבוב קברי הצדיקים SIBBVBH KIBRE HAZZADDI- 474
KIM, i. e. *viſitatio Sepulchrorum Patriarcharum* ſeu *Sanctorum*, *Mant.* hebr. an. 436. C. 1676. deinde *germ.* ſine loco & anno, una plagula in 8.

ספר הסבות SEPHER HASSIBBOT, *liber de cauſis* MS. in 475
Vatic. in 4.

ספר סגולות העשבים SEPHER SEGVLLOT HA- 476
ASABIM, *liber de proprietatibus herbarum*, MS. ibid. in 4.

ספר סגולות ורפואות SEPHER SEGVLLOT VREPHV- 477
OTH, *liber de proprietatibus ſeu virtutibus* (herbarum &c.) & *medicinis*, libellus Medico-Magicus, e variis libris Cabbaliſticis & דרך ישרה collectus, & in duas partes diſtinctus, quarum prior 82. conſilia Medica exhibet, lingua Hebræo-Germanica exarata, poſterior vero, Hebraice ſcripta, ſeptendecim conſiliis abſolvitur: liber Magiæ & ſuperſtitionis plenus. Prodiit *Prag.* 454. C. 1694. 8. $1\frac{1}{2}$ plagg. *Amſtelod.* 1703. 8. ap. Caſp. שטען. Specimina aliquot exhibet V. C. *Georg. Eliezer Edzardus*, in exquiſitis notis, quibus caput II. *Avoda Sara* illuſtravit p. 351. ſq. Idem hic libellus tribus in octavi ordinis forma philyris ſine anno & loco editionis memorato recuſus eſt, quam editio-

tionem *Dyrenfurti* curatam eſſe pro certo affirmatur in Pinacotheca novorum librorum germanice edita (Neuer Bücher-Saal) Parte IX. p. 708. Confer quæ ſupra de Cabbala Practica ſcripta ſunt.

478 ספר סגולות וקמיעות בקבלה SEPHER SEGVLLOTH VKEMEOTH BEKABBALA. Vide, quæ ſcribam in Supplementis ad Partem I. ſub *Adamo* de libro *Raſiel*.

479 סדר אליהו רבא וזוטא SEDER ELIJAHV RABBA VESVTHA, *Ordo Eliæ major & minor*, eſt liber ille, de quo diximus Parte I. ſub אליהו, ubi oſtenſum eſt, tribui *Anani*, qui ea acceperit ab Elia Propheta, ipſi frequenter apparente. Confer ר' ענן.

480 סדר ארבע תעניות SEDER ARBA TAANIIOTH, *Ordo quatuor jejuniorum*, h. e. de precibus, quatuor diebus jejunii ſolemnibus recitandis. *Amſtelod.* apud Joſ. Athiam in 8.

481 סדר ברכות SEDER BERACHOTH, *Ordo benedictionum*, hebr. cum verſione Hiſpan. *Amſtelod.* 447. C. 1687. 12. apud Alb. Magnum Vide *Benjam. Sebnior Godines.*

482 סדר הושענות SEDER HOSCHANVT, *Ordo precum, quæ a Judæis recitari ſolent*, die XV. *Septembr.* in ſolemnibus Tabernaculorum, quæ *Hoſanna Rabba* vocantur. *Venet.* in 12. ſine anno notato: quod exemplum poſſediſſe ſe teſtatur *Plantavitius* n. 464.

483 סדר יום כפור קטון להשבית קטרוג של שטן SEDER JOM KIPPVR KATON LEHASCHBITH KATROG SCHEL SATAN, i. e. *ritus diei expiationis minoris ad amoliendas Satanæ accuſationes*, h. e. preces ſingulis novilunii veſperis recitandæ, *Dyrenſ.* in 8. ſine mentione loci & anni.

844 סדר עבודה SEDER AVODA, *ordo cultus* ſive *ſacrificii*, liber legalis, complectens capita octodecim, de ritibus omnibus, qui in ſacrificiis offerendis obſervari debeant, ab auctore Anonymo editus, *Venet.* in 16. ſine anno notato, cujus editionis exempla duo ſe poſſidere ſcribit *Plantavit.* n. 468. In Catal. Bodlej. n. 153. video memorari

Digitized by Google

memorari *Ordinem cultus* ſecundum ritum Hiſpanorum, quo contineatur precatio ad Deum italice, *Venet.* 1602. 8.

486 סדר עולם הבריאה SEDER OLAM HABBERIA, *ordo mundi creationis* argumenti Cabbaliſt. MS. in B. Oppenheim. 4. duodecim plagg.

487 סדר עולם רבא וזוטא SEDER OLAM RABBA VESVTHA: vide Parte I. ſub ר' יוסי בן חלפתא.

488 סדר קריאת ותקון בלילי חג השבועות והושענה רבא SEDER KERIATH VETIKKVN BELELE CHAG HASSCHEVVOTH VEHOSCHANNA RABBA i. e. *Ordo Keriath* (ſeu lectionis & precationis) *obſervandus in noctibus feſti hebdomadum & Hoſchanna Rabba*, ex libro שני לוחות הברית una cum כוונות הא"רי i. e. *ſacris meditationibus R. Iſaaci Luria* excerptus, & ſectione ex Sohar ad noctem Hoſchanna Rabba: *Amſtelod.* apud Salom. ben Joſ. Probs, 468. C. 1708. 8. pp. 68.

489 סדר השלחן ודרך סעודה SEDER HASSCHVLCHAN VEDERECH SEVDA, h. e. inſtructio quomodo ad menſam & in prandio agi debeat: prod. *Francof. ad Mæn.* apud Jo. Wuſt in 12. an. 432. C. 1672. plagg. 2.

490 סדר תנאים ואמוראים SEDER TANNAIM VAAMORAIM, *Ordo ſive catalogus Miſchnicorum ac Gemaricorum Doctorum.* Eum allegat R. *Aſarias* in Meor Enajim lib. III. c. 22. p. 91. 2. quem ſibi ait videri ſcriptum eſſe anno O. C. 4647. C. 887. Ibidem affert hunc ex eo locum: חגי זכריה ומלאכי מסרוה לעזרה ועזרה לאנשי כ"ה והם זרובבל ישוע נחמיה וכו' ואנשי כ"ה לשמען הצדיק: i. e. *Haggæus, Zacharias & Malachias tradiderunt eam* (ſc. Legem) *Eſra & Eſras Viris Synagogæ Magnæ, qui ſunt Zerubabel, Jeſchua, Nehemias, &c. & Viri Synagogæ Magnæ Simeoni Juſto.* Videri poterat hæc ſcriptio, quam R. Aſarias חבור appellat, eadem cum epiſtola R. *Scherira Gaon*, quæ de eodem argumento exſtat in lib. *Juchaſin*



Digitized by Google

p. 107. ſqq. ſed nec locus hic in ea exſtat, nec tempus elaborationis, quod illi adſignat R. *Aſarias*, cum ejus ætate (quæ in annum 4727. incidit) conſpirat; præterea vero Aſarias in eodem libro aliquoties, v. c. p. 136. a. & 139. a. epiſtolam illam diſerte ſub titulo *reſponſionis R. Scheriræ* allegat, ut proinde סדר hic ab illa diſtingui debeat.

491 סדר תפלות למועדים SEDER TEPHILLOTH LAMMOADIM, ordo precum, quibus diebus feſtis utuntur Iudæi: *Amſtelod.* 421. C. 1661. apud *Joſ. Athiam.* Confer infra תפלות.

492 סדור הפרשות והפטרות SIDDVR HAPPARASCHOTH VEHAPHTAROTH, *Ordo ſectionum Legis & Prophetarum*, ſecundum ritum Hiſpanorum & Germanorum, *Venet.* 358. C. 1598. 32. charactere minutiſſimo: teſte *Plantavit.* n. 456. Habet ejusmodi inſtructionem MS. Nobiliſſimus *Uffenbachius*, cujus vide catalogum Parte I. p. 174. Recenſentur ibi feſti dies cum ſectionibus Biblicis in iis recitandis, annotato etiam termino, quousqve vel Sacerdos, vel Levita, vel Iſraelita, legere debeat. Similis deſignatio, ad ritum Synagogæ Moguntinæ inprimis facta, memoratur ibidem p. 132. In editis Bibliis paſſim Paraſchæ & Haphtharæ ordine enumerantur, quæ indicavimus ſupra p. 43. ubi de diſtinctione Pentateuchi in Paraſchas; & infra ſub lit. פ titulo הפטרות.

493 סדור מברכה SIDDVR MIBBERACHA, *ordo benedictionum*, ex ritu Synagogarum Italicarum, quo libro, indice *Plantavitio* n. 457. comprehenduntur varii Pſalmi, hymni & preces in quoſcunque uſus publicos & privatos. Prodiiſſe ait *Venet.* 366. 8. C. 1606.

494 סדור עם פיר׳ ר׳ חירץ SIDDVR IM PERVSCH R. CHIRATZ, Ordo precum cum commentario R. Chiratz, *Prag.* in uſum Judæorum Germanorum, *Plantavit.* n. 458. Vide, quæ ſcripſimus Part. I. ſub חירץ.

495 סדור הגדול SIDDVR HAGGADOL, *Ordo precum*, orationum & canticorum magnus per totum annum ſecundum ritum Hiſpanorum. *Venet.*

סדור

סדור הקטון SIDDUR HAKKATON, *Ordo parvus*, ſecundum Hiſpanos: ibid. 496

סדור של השם מ״ב אותיות SIDDVR SCHEL HASSCHEM מ״ב OTIIOTH: *Ordo nominis Dei 42. literis conſtantis*, liber Cabbaliſt. Anonymi, teſte eodem *Plantav.* n. 461. qui & n. 462. recenſet ſcriptum Anonymi Cabbaliſt. non editum ſub titulo: סדור של השם ע״ב אותיות i. e. *ordo nominis divini 72. literarum.* 497

סוגיות חלוקים SVGIIOTH CHILLUKIM, liber neſcio cujus argumenti MS. in Bibl. Oppenh. in 8. Cod. latus 2. digit. 498

סוגיות התלמוד SVGIJOTH HATTALMUD, *formulæ Talmudicæ* Vid. R. *Moſes ben Daniel* in Supplementis ad Partem I. Biblioth. Hebr. a 499

סוד האגוז וקליפות SOD HAEGOS VKELIPHOTH *myſterium nucis & corticum*, ſcriptum Kabbaliſticum manu exaratum in Bibl. Uffenbachiana n. LXXX. Vide Catalogum p. 106. b 499

סוד ברכות אבות SOD BIRCOT AVOTH, *Secretum benedictionum Patrum*, liber Cabbaliſt. inſtar comment. in Pſalmum ſuper exitum Iſraëlis. MS. in Biblioth. Reg. Pariſ. 500

סודות חגים SODOTH CHAGGIM, *arcanæ rationes feſtorum*, liber Cabbaliſticus inter Codices Huntingtonianos in B. Bodlejana n. 520. in 4. Ibi auctor abditas rationes feſtivitatum Judaicarum methodo Cabbaliſtica inveſtigat, & fol. 1. a. incipit a מלקות f. 7. exponit de Novo Anno: f. 15. de Sabbato; f. 16. de Feſto expiationis: f. 20. de feſto Tabernaculorum, & ſic pergit usque ad feſtum Hebdomadum. Hæc ex Catalogo MS. Cl. *Gagnerii.* 501

סוד דרכי הנקוד והצירוף ושאר סודות נפלאות SOD DARKE HANNIKKVD VEHAZZIRVPH VSCHEAR SODOTH NIPHLAOTH, h. e. *abditæ rationes punctationis & combinationis literarum Cabbaliſticæ*, atque *alia admirationis plena*, liber Cab- 502

Cabbaliſticus, MS. memoratur in calce libri *Noſlos chochma* p. 195. b. סוד הזווג i. e. *arcana rationes conjugii* MS. ib. p. 195. Plura ibidem inveneris p. 195. a. v. c. סוד היבום והתפלים והמזוזות והצלם i. e. *arcana rationes Leviratiønis*, *Tephillim* & *Meſuſoth*, tum סוד העבור והגלגול i. e. *abdita rationes intercalationis & revolutionis*, nec non סודות שֶׁבִּתְּפִלּוֹת ר״ה וי״כ i. e. *arcana & myſtica, quæ latent in precibus ſub Novum annum & Feſtum Expiationis receptis:* item סוד התפלות וכוונתה מקבלת האר״י *interiora precum ſecundum Kabbalam R. Iſaac Loria* &c.

503. סוד יהוה SOD ADONAI, *ſecretum Domini*, expoſitio Tetragrammati Cabbaliſtica, per nomina alia, quæ conſtant vel 12, vel 24, vel 72. literis, MS.

504 סוד המרכבה SOD HAMMERCAVA, *arcanum currus*, ubi de myſteriis currus Ezechielis, horti Eden & Gehennæ. MS. laudatur in ש״ש. MS. habet R. Oppenheimerus. Credo quoque, eundem hunc eſſe librum, qui ſub hoc titulo MS. exſtat in Bibl. Guelferbytana. V. B. *Tenzelii* Bibliothec. curioſam an. 1704. p. 437. *Dan. Schwenterum* Prof. Altorfinum MS. habuiſſe teſtis eſt Buxtorfius. Habet *Oppenheimerus* Codicem ſimilis argumenti MS. ſub tit. סודות מַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית וּמֶרְכָּבָה i. e. *arcana operis creationis & currus*, in 4. pp. 18. Anonymi.

505 סוד המנורה SOD HAMMENORA, *arcanum candelabri*, liber Cabbaliſticus, candelabrum ſacrum templi myſtice exponens: MS. in Biblioth. Senator. Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. num. 17. forma minori.

506 סוד ספירות העומר SOD SEPHIRUTH HAOMER, *arcanum numerationis manipuli*, i. e. *cabbaliſtica enarratio, præcepti de numerandis ſeptem diebus ſeptem vicibus* לספור שבעת ימים שבע פעמים i. e. de feſto Pentecoſtes, de quo Exod. XXIII. MS. in B. Bodlejana inter Codd. Huntingtonian. num. 352. cujus initium facit R. Joſ. b. Abraham שערי צדק. Continet capp. 5. & folia duo. Confer infra ספירת העומר.

סוד

סוד פרקי אבות SOD PIRKE AVOTH, *Arcana libri Pirke Avoth*, i. e. Comment. Cabbaliſt. in dictum librum, 20. circiter foliis conſtans, MS. in Biblioth. Bodlejana inter Codices Huntingtonian. n. 352. quo R. Joſ. b. Abraham liber שערי צדק continetur. 507

סוד הצמצום SOD HAZZIMZUM, *arcanum conſtrictionis*, lib. Cabbaliſt. MS. in B. Oppenh. in fol. 508

סודי שם המיוחד SODE SCHEM HAMMEJUCHAD, *arcana nominis Dei proprii ſeu eſſentialis*, MS. laudat Hottingerus: forte idem liber eſt, qui ſub eodem titulo R. *Nechonja ben Hakkana* tribuitur, de quo ſuo loco. 509

סוד התמונה SOD HATTEMUNA, *ſecretum ſimilitudinis*, liber Cabbaliſt., quem MS. ſe habere in 4. ſcribit *Plantavit*. n. 457. Eſt is vel laudati modo *Nechonja*, vel R. *Iſmaelis ben Eliſa*, quem utrumque hujus tituli librum ſcripſiſſe Parte I. vidimus. 510

על סימני וכו׳ AL SIMANE &c. liber de ſignis terræ motus, tonitruum & pluviæ, de Eclipſibus, ſternutationibus, & auguriis &c. MS. in B. Vatic. fol. 511

סולת נקיה SOLET NEKIJA, *ſimila pura*, i. e. de eo quomodo olim paratum ſit Mincha, MS. apud Oppenheimerum in 4. 512

סליחות SELICHOTH, quo nomine illæ Judæorum preces & cantiones appellantur, quibus expetere ſibi peccatorum veniam ſolent tum jejunii diebus, tum pœnitentialibus, vel ſub novum annum, vel ſub Feſtum Expiationis celebrandis. Libri, qui eas complectuntur, non minus ac *Machſor* pro varietate regionum, in quibus degunt, nonnihil a ſe invicem diſtinguuntur, in eo vero conveniunt omnes, quod punctis inſtructi ſint. Quemadmodum vero in ceteris ſuis precibus Judæi animum odii & invidiæ plenum in Chriſtianos diſſimulare non poſſunt; ita nec in his veſtigia mali animi deſiderantur, quæ tamen in exemplaribus manu exaratis frequentiora ſunt, quam in editis. Tale fuit, quod *Scaliger* MS. reliquit in membranis; tale etiam in quod incidiſſe ſe ſcribit *Buxtorſius* p. 388. Bibl. Rabbin. in quo amarulenta 513

rulenta quædam contra CHRISTUM & Chriſtianos deprehendantur, in impreſſis omiſſa. Sic B. *Sigism. Hosmannus* p. 145. ſcripti vernaculi *de Judæis difficulter convertendis* ſcribit, relatum ſibi eſſe a Judæo, quod prius, quam in Feſto Expiationis *Selichoth* pronunciari ſoleant, precandi formula longa recitetur, contra *Goiim* i. e. Chriſtianos directa, & nunquam edita. In Bibliotheca Senatoria Lipſienſi inter Codd. Wagenſeilianos num. 7. in fol. exſtat Codex סליחות egregius, nulla ſui parte mutilus, qui multas precationes continet, quas in excuſis exemplaribus fruſtra quæras. Codicem pulcherrimum vocalibus inſtructum exhibet Biblioth. Regia Berolin. Quatuor Codd. MSS. habet Nobiliſſ. *Zach. Conrad ab Uffenbach*, de quibus vide Catalogi Part. I. pag. 90. ſq. item p. 234. De binis aliis membranaceis lege ibidem p. 390. Exemplum earum membranaceum vetus, idque nitide in 4. exaratum, vidi in Biblioth. Oppenheimeri. Nos ad recenſendas varias editiones properamus.

סליחות ex ritu Judæorum *Bohemorum*, *Moravorum*, & ex parte *Polonorum* prod. ſæpius *Prag.* in fol. v. c. an. 440. cum comm. pp. 136. fol. item *Deſſav.* apud Moſ. b. Simcha 456. C. 1696. 8. *Amſtelod.* 471. ap. Sal. Probs 467. C. 1707. 8. *Francof. ad Mœn.* 457. C. 1697. 4. & *Francof. ad Oder.* 453. C. 1693. fol. pp. 49. *Berolini* 475. C. 1715. 8.

*Polonorum* & *Bohemorum* Prag. 469. C. 1709. *Amſt.* 467. C. 1709. 8. ap. Moſ. b. Abrah. Mendes Cotinja.

*Polonorum Amſtelod.* 471. C. 1711. 4. ap. Salom. Probs pp. 88. & *Wilmersdorf.* apud Iſr. b. Iuda ſine anno notato.

Cum verſione *Germanica* a latere *Cracov.* in fol.

Cum alia verſione *R. Jacobi b. Elijahu Levi Teplicenſis*, *Prag.* in fol. *German.* quoque exſtant *Francof. ad Viadr.* 443. C. 1693. fol. & alias.

Ex ritu *Poloniæ* majoris & minoris, *Ruſſiæ* & *Moraviæ*, cum comment. R. *Moſis Bezalel Lublin.* 400. C. 1640. fol. Sine commentario *Dyrenfurti* 1709. in fol. & in minori forma ibidem aliquoties. Cum commentario autem ibidem 1691. fol. cum Selichoth 20. die menſis Sivan recitari ſolitis, de quibus vide paulo poſt; & iterum cum acceſſionibus 1705. fol.

*Prag.* ſine comm. an. 455. C. 1695. per Moſche כ״ץ fol. pp. 60. ubi accedunt סליחות ופזמונים R. *Elieſeris Germani* pp. 7. Cum comm. ibid. ſine anno notato per בער חזן.

Seli-

Selichoth *Poloniæ minoris*, *Prag.* 470. C. 1710. fol.

סליחות ex more Judæorum *Lithuaniæ*, cum comment. R. *Mardochai* מארדוס & generi ejus *Zevi ben Chanoch*, qui illum commentarium perfecit. *Lublini* 403. C. 1643. fol.

Cum comment. & acceſſione variarum precum R. *Schabtai* (qui librum שפתי כהן ſcripſit) quibus utuntur per totam Poloniam, die 20. menſis *Sivan*, ob calamitates & exſilia, quæ in Ucrania illis obtigerunt. *Amſtelod.* 411. C. 1651. ap. Imman. Benbeniſte pp. 133. & ibidem 431. C. 1671. fol. pp. 134. item *Dyrenfurti* 1702. 8.

סליחות ex more Judæorum *Germanorum*, *Francof. ad Mœn.* 385. C. 1625. 4. ibid. 425. C. 1665. apud Joſ. Trier. 4. 457. C. 1697. 4. ap. Jo. Hene. 458. C. 1698. ap. Joſ. Trier. 466. C. 1706. & 471. C. 1711. *Hanov.* 376. C. 1616. 8. *Amſtelod.* 410. C. 1650. 448. C. 1688. 466. C. 1706. ap. Moſ. b. Abrah. Mendes 471. C. 1711. 4. ap. Moſ. ben Dias. *Wilmersdorf.* 474. C. 1714. 4. cum comm. pp. 114. per Typographum R. Hirſch b. Chajim.

Editio *Hedernheimenſis* (הידרנוים) per Meir Patavinum an. 306. C. 1546. pp. 117. in 4. curata, inprimis rara eſt, & in Bibliotheca Oppenheimeriana obvia. Vide Cl. *Schudtii* Memorabilia Judaica in Appendice ad Part. I. p. 581. & quæ nos in hac Parte p. 957.

*Selichoth* ex more *Germanorum* cum comm. Mardochæi מארדוס *Pragæ* 343. C. 1583. fol.

Cum aliis expoſitionibus *Venet.* 360. C. 1600. in fol. apud Jo. de Gara. In fine accedunt ritus jejunii ex Joſ. Karo & in limine וידוי.

Cum comment. R. Juſpa Joſ. Moſche (קאשמאן) Casman, qui dicitur מסביר *Amſtelod.* apud Salom. b. Joſ. Probs. an. 472. C. 1712. 4. pp. 146.

Cum explicatione vocum difficiliorum, *Venet.* 308. C. 1548. in 4. pp. 133. apud Cornel. Adelkind.

Exſtant & *Selichoth* ex ritu Synagogarum quarundam particularium, v. c.

*Posnanienſis*, cum commentario *Abrahami fil. Judæ*, Prag. 368. C. 1608. & alibi ſine loco & anno in 8.

*Colonienſis* (קיילין) Francof. ad Mœn. 454. C. 1694. 4.

*Pragenſis*, Pragæ 365. C. 1605. cui editioni titulus eſt: סליחות כסדר בית הכנסת הישנה, & *Dyrenfurti* 1706. fol.

Nnnnnnnn *Fran-*

*Francofurtenſis*, diſponente *Elijakim ben Jacob*, Amſtelod. 448. C. 1688. in 4. apud Moſen Kasman pp. 79. in 4. & antea *Baſileæ* 360. *C*. 1600. 8. per Jac. b. Abrah. מעזריטש (*Mesritſch*)

Selichot MSS., ex ritu Synagogæ *Wormatienſis*, in Codice quodam Uffenbachiano. Vide Catal. Bibl. Uffenbachianæ Part. I. pag. 407. פסוקים ſive textus Biblici, quos præmittunt ταῖς Selichoth in cœtu *Wormatienſi*, MSS. exſtant in Biblioth. Oppenheim. in 8. tribus plagulis.

Selichoth ex more Judæorum in *Turcia* (לפי מנהג טורקיא) MSS. in Bibl. Oppenheim. in 4. ubi leguntur preces, quibus utuntur inde a novo anno usque ad Feſtum Expiationis.

*Selichoth* in eorum uſum, qui mortuorum curant cadavera, 15. die menſis *Caslev* pronunciandæ, *Halæ* 469. *C*. 1709. apud Moſen b. Abrah. pp. 14. in 8.

*Selichoth*, tempore anni intercalaris uſurpandæ, Hebr. & Germ. cum comm. R. *Elchanan Cohen Proſtitz*, Berol. 1712. 12. pp. 4.

*Selicha* ſpecialis, quæ quotannis in Polonia recitari ſolet in memoriam exſilii, cui in ea die 20. menſis Sivan obnoxii facti ſunt, ſeorſim prodiit duabus plagulis in 4. ſine loco & anno notato. Conſpicitur eadem in nonnullis editionibus τῶν *Selichoth* ex uſu Judæorum Polonorum ſupra memoratis.

סְלִיחוֹת לְשׁוֹבְבִים ת"ת i. e. preces pœnitentiales, quibus utuntur in anno intercalari, in quo poſt lectam Paraſcham ואלה שמות per octo hebdomades, ſingulis diebus Jovis jejunare & has preces pronunciare ſolent. Voces binæ שובבים ת"ת indices ſunt Paraſcharum, quæ tunc legi conſueverunt: *Lublini* 404. *C*. 1644. in 4. pp. 4.

De *Selichoth* a R. *Simeone*, Archi Synagogo Pragenſi, an. 1648. editis, dixi Parte I. ſub R. *Simeone*.

Ex tam copioſis τῶν Selichoth editionibus inter præcipuas numerant Judæi *Pragenſem* anni 347. *C*. 1587. in fol. apud Mordechai b. Gerſchon pp. 90. & *Francofurtenſem ad Mœnum* an. 425. *C*. 1665. in 4. curatas.

514 סם המות SAM HAMMAVETH, *aroma mortis*, de venenis, vel tactu, vel odoratu, vel cum animalibus, herbis, vel mineralibus, metallis vel lapidibus interficientibus. MS. in B. Vatic.

ספירת

ספירת עומר SEPHIRATH OMER *numeratio manipuli*, i. e. modus numerandi ſeptem hebdomadas, quæ inter Paſcha & Pentecoſten interjiciuntur. MS. habet Nobiliſſ. Uffenbachius in 4. v. Bibl. Uffenbachianam Part. I. p. 174. Prodiit etiam hujus tituli liber *Prag.* 463. C. 1703. 24. & *Amſt.* eod. anno & ib. 1713, ubi dies ſinguli numerantur cum ſubjecto voto. Conf. paulo ante titulum סור ספירות העומר. 515

סמיכת זקנים SEMICHATH SEKENIM, *fulcimentum ſenum:* diſputatio duorum Rabbinorum de præceptis ritualibus. *Venet.* 516

סעודת לויתן SEUDATH LIVIATHAN, *convivium Leviathanis,* differt. Hebr. MS. ubi de convivio, quod Judæi ſibi Meſſiæ temporibus pollicentur, agitur. Vide *Wagenſeil.* pag. 202. ad Tela Ignea Satanæ. 517

ספר נעימות *liber elegantiarum* ſeu *ſuavitatum*, qui ſine auctoris nomine, tanquam liber Karaiticus isque MS. laudatur inter ceteros Codd. Warnerianos in Catalogo Biblioth. Leidenſis p. 284. n. 21. ſicut & Triglandius eundem poſſedit, quod patet ex ejus Catalogo MSS. Oriental. p. 24. Hunc ego credo eundem eſſe cum eo, qui in *Mardochai* Karæi tractatu, quem ſub titulo *Notitia Karaeorum* edidi, p. 139. vocatur ספר נעימות diciturque alias appellari סֵפֶר זִכְרוֹן הַדָּתוֹת i. e. *liber memorialis doctrinarum* ſeu *ſectarum*, qui ibidem tribuitur R. *Japheto Levita* Karæo. 518

ספור מארץ קושן SIPPUR MEERETZ KOSCHEN, *narratio de regione Koſchen*, ubi referuntur, quæ ſcriptor vidit apud Judæos in dicta terra. Prag. ſecunda vice prodiit an. 448. C. 1688. in 8. 519

ספור דברים SIPPUR DEVARIM, *narratio rerum*, MS. in Bibl. Oppenh. 8 Volumen latum 1. digitum. 520

ספורי התורה SIPPURE HATTORA, *narrationes Legis*, liber manuducens ad notitiam doctrinæ Talmudicæ, & de uſibus ex ſingulis Pentateuchi ſectionibus percipiendis. MS. in Bibl. Vatic. in 4. 521

ספרא SIPHRA, *liber:* per eminentiam ita vocatur liber antiquiſſimus, de cujus auctore variæ ſunt ipſorum Judæorum ſententiæ. 522

tentiæ. Illius una cum altero, qvi dicitur ספרי, mentio fit in Tract. *Kidduſchin* cap. II. fol. 49. 2. Alii auctorem vocant רב (Rav) qvi diſcipulus fuit R. *Chaja* & R. *Iuda* Sancti, unde & alias vocari liber ſolet ספרא דבי רב, teſte ש״י. In hac ſententia ſunt *Maimonides* præfat. in *Iad chaſaka*, *Abarbanel* præf. ad *Nachaloth Avoth*, R. *Menachem* præf. ad *Zeda Ladderech*, & R. *Meir Aldabi* in *Schevile Emuna*, ſemita VIII. Alii autem adſcribunt R. *Iehuda* bar אלאעי (*Elai*) quod facit *Iuchaſin* p. 30, 36. & 60. *Zemach David* p. 44. ed. Hebr. & p. 110. ed. Lat. (qvi tamen conſideratione adhuc opus eſſe ait) & R. *Aaron ben Chajim* in commentario ſuo ad hunc librum, qvem קרבן אהרן dixit. Auctor *Schalſcheleth* pag. 28. b. ex ſententia R. *Akiba ben Ioſeph* ſcriptum ait his verbis: ספרא ספרי ותוספתא כלם הם אליבא דר׳ עקיבא בן יוסף i. e. *Siphra, Siphri & Toſaphta ſingula ex ſententia & conſenſu R. Akiba ben Ioſeph* (ſcripta ſunt). Ex his itaqve veri maxime eſt ſimile, qvod hic liber a diſcipulis *Iehuda Elai*, ex cujus ore hanc doctrinam illi hauſerant, in literas relatus ſit, ſive *Rav*, ſive alius qvicunqve hanc operam perfecerit. Hoc ut credamus, ſuadet *Iuchaſin* p. 30. quando ait: *Videtur Rav compoſuiſſe Siphra, conſenſu R. Iuda ben Elai, ſicut Rabbi Miſchnajoth obſignavit ex conſenſu R. Meir.* Plantavitius n. 490. tribuit R. *Iuda Hakkadoſch*, ſtudio RAV diſcipuli ejus, 220. poſt C. N. annis vulgatum, qva in re *Iehudam ben Elai* cum *Iehuda* Sancto confundit.

Qvod ad argumentum libri attinet, refertur is ad *Leviticum*, in qvem commentatur, unde & appellari ſolet תּוֹרַת כֹּהֲנִים *Lex Sacerdotum*, qvia ſcilicet potiſſima Sacerdotum officia & munia exponuntur. Prodiit liber *Venet.* 305. *C.* 1545. fol. apud *Dan. Bombergium* una cum *Siphra* & *Mechilta*, ita qvidem, ut Mechilta, qvod primum tenet locum, conſtet pp.      . *Siphra* pp. 59. & *Siphri* pp. 63. ſeorſim vero cum comment. הר״אבר R. *Abrah. b. David*, *CPoli* in fol. & *Furthi* 458. *C.* 1698. fol. Novam illius una cum ספרי editionem promiſit nuper *Ioſ. Probs*, typographus Judæorum Amſtel. in edit. & מכילתא. Ex Siphra Vener. *Theod. Daſſovius* ea edenda in ſe recepit in Novis Literariis Maris Balth. an. 1705. p. 91. *qua ad holocauſta, victimas pro peccato & pro reatu caſas, ut & victimas ſalutares explicandas pertinent, ubi caſus conſcientiæ circa has res oborti eleganter deciduntur, & ſingula ex textu Scripturæ probantur. Opus prolixum, & ex ſcholiis* Aaron ben Chajim *ita in ordinem redactum, ut omnia ſint plana & perſpicua.* Scholia illa *Aaronis ben Chajim* petenda ſunt ex commentario ejus ſingulari in hunc librum,

librum, qvi ſub titulo קָרְבַּן אַהֲרֹן *oblatio Aaronis*, lucem vidit *Venet.* 369. *C.* 1609. fol. In hoc commentario monetur, exſtare in eundem librum commentarium R. *Abraham Sutra* & R. *Ieſaiæ Primi* itemqve *Hillelis*.

ספרי SIPHRI, liber itidem antiqviſſimus, & priori (Siphra) tum in loco *Kidduſchim* antea citato, tum in editione Veneta junctus, qvi ad libros *Numerorum* & *Deuteronomii* illuſtrandos pertinet; ut tradit *Samuel Hannagid* in מבוא הגמרה *Introductione in Gemaram*, qvæ libro *Halichoth Olam* addita eſt. R. *Schabtai* in ש"י tradit, commentarium hunc inde a Paraſcha נשא i. e. Numer. IV. usqve ad finem Legis decurrere. Tribuitur ille communiter R. *Simeoni b. Iochai.* Propterea *Iuchaſin* p. 36. ita: סתם ספרא ר"ל תורת כהנים ר' יהודה סתם ספרי ר' שמען: h. e. *abſolute* Siphra i. e. Torath Cohanim, ſignificat R. *Iehudam*; *abſolute* Siphri indicat R. *Simeon b. Iochai.* At in libro *Halichoth Olam* p. 6. tribuitur R. *Iſmaëli* Sacerdoti magno; qvod tamen ex eo tantum factum eſſe ſuſpicatur Bartoloccius, qvia ipſum opus a voce ישמעאל incipit. 523

## ע

סדר עבודה SEDER AVODA: vide ſupra ſub סדר.

עבודת מצריים AVODAT MIZRIJIM, *liber de cultu divino Ægyptiorum* allegatur a Maimonide in *More Nevochim* paſſim, v. c. lib. III. c. 3. 524

ספר עברונות SEPHER EVRONOTH; i. e. *Calendarium Judaicum.* Duo vidi exempla MSS. in Bibl. Oppenheim. in 4. Tria habet Nobiliſſ. *Uffenbachius*, cujus vide Catalogum Parte I. pag. 111, 174. & 250. ubi Cl. *Majus* poſtremo loco usque ad p. 300. integrum Kalendarium Chriſtianorum, calumniis & injuriis in Chriſtianos refertiſſimum, cum verſione Latina notisqve ſuis & confectariis, ex toto Kalendarii habitu deductis, exhibet. De alio ſimili ejusdem Bibliothecæ codice vide ibidem p. 394. ſq. Ex his Cl. *Maji* obſervationibus intelliges, in Calendariis Judæorum manu exaratis plura & craſſiora, qvam in editis, Judaicæ levitatis, ſecuritatis & impietatis in Chriſtianos eorumque res exſtare documenta, quando ſcilicet nomina Sanctorum, 525

rum, Feſtorum, & aliarum rerum, qvæ in Calendariis commemorari ſolent, ridiculis modis, levicula facta mutatione, in ſiniſtrum ſenſum detorqvere conſueverunt. Sic v. c. קְדֹשִׁים i. e. *Sanctos*, appellant קְדֵשִׁים i. e. *ſcortatores*. B. *Ungerus* a Bourgueto redemit Calendarium Judaicum MS. cum tabulis variis in charta, in 8. Confer, qvæ de Kalendario Judaico dicta ſunt ſupra ſub חכמת המולות & לוחות.

526 ספר העיבור SEPHER HAIBBUR, i. e. libellus de computo Aſtrologico & recto Kalendarii conficiendi modo. MS. in Biblioth. Uffenbachiana, cujus vide catalogum Part. I. p. 384.

527 עגלות רעיונות AGALOTH RAIONOT, liber a Turca exaratus, qvi continet ſeptem qvæſtiones & reſponſiones Philoſophicas, qvem Arabice & Hebraice exſtare ſcribit *Buxtorfius* ac *Schabtai*. Qvid ſibi titulus velit, non ſatis adſeqvi me fateor: interpretatio enim, qvæ in Theatro Anonymorum Placciano p. 712. affertur per: *vitulæ vireſcentes*; nec linguæ Hebrææ, nec libri argumento ullo modo reſpondet. Præterea titulus non habet עגלות רעננות, de qvo cogitavit Interpres, ſed עגלות רעיונות, qvod legerim ego עֲגָלוֹת רַעְיוֹנוֹת i. e. *plauſtra cogitationum*. Vox רעיון enim apud Chaldæos *cogitationem*, apud Hebræos vero *adflictionem mentis*, qvæ notio huc non admodum qvadrare videtur, denotat.

528 עולם משולש OLAM MESCHULLASCH *de mundo triplici*, liber Hebraicus, Græcus & Latinus, de triplici mundo vel potius tribus mundi ætatibus, inde ab Adamo ad Anti Chriſtum, agens, & hominum in iis conditionem exponens, tertiamqve ætatem a Chriſto auſpicans, dicitur in Hiſpania anno 1243. imperante in Caſtilia Ferdinando, a Judæo in petra inventus, cujus lectio permoverit Judæum ad amplectendam fidem Chriſtianam. Vide Alb. Cranzium lib. VIII. Metropolis p. 218. Henr. de Knygthon lib. II. de eventibus Angliæ c. 16. & ex iis Cl. *Schudtium* in Memorabil. Judaicis Parte I. pag. 136. Res refertur qvoqve in *Fortalitio fidei* lib. III. Conſid. X. pag. 171. b. Locum habes ſupra p. 1121.

ענג

עונג שבת ONEG SCHABBAT i. e. *deliciæ Sabbati*, ex *Jeſ.* LVIII. 529
13. Alibi minus recte converſum vidi *delectans Sabbato*. Continet tractationem Alphabeticam de ritibus & inſtitutis Sabbaticis, *Francof. ad Viadr.* in 4. Prodiit etiam *Prag.* 460. C. 1708. 16. pp. 72.

עזרת נשים ASARATH NASCHIM, *atrium mulierum*, MS. 530
apud R. Oppenheimerum in fol. ubi de conclavi mulierum agitur, qvæ olim in Sanctuario miniſtrarunt.

עין משפט EN MISCHPAT, *fons judicii*, ex *Geneſ.* XIV. 7. 531
compendium rituum, qvi in Ordine *Choſchen miſchpath* traduntur, rhythmis comprehenſum. *Prag.* 380. C. 1620. pp. 69. 8. apud *Abrah. b. Schimon Heida*, qvi etiam præfatus eſt. Conſtat pp. 70.

עין משפט EN MISCHPAT, eſt index, qvi in Talmude ed. 532
Venet. 1549, & iis, qvæ hanc ſunt ſecutæ, in altero foliorum margine exſtat, eo fine, ut inde intelligatur, ubi loca parallela in Maimonide, Moſe Cotſenſi, in ס'מג & Arba Turim legantur.

עין הקורא EN HAKKORE, *fons invocantis*, ex *Iudic.* XV. 19: 533
ſecundum qvem locum hoc modo verti debet: qvod ſi vero libri argumentum & forte etiam Scriptoris, qvi titulum fecit, mentem reſpicias, approbanda fuerit interpretatio Buxtorfii, qvi *oculus legentis* vertit. Grammatica eſt Hebraica, qvam allegat *Elias Levita* in calce libri *Maſoreth hammaſoreth* inter Abbreviaturas in יהב"י. MS. ſe habere ſcribit Buxtorfius. Vide Part. I. n. 1286. ſub R. *Jehuthiel Cohen b. Iehuda.*

עמודי תורה AMMUDE THORA, *columnæ legis*, liber Cab- 534
baliſticus, neſcio cujus auctoris, MS. ap. Oppenheimerum in fol.

עמק החרוץ EMECK HECHARUTZ, *vallis exciſa*, ex *Hoſ.* I. 5. 535
Grammatica Hebr. MS. qvam memorat Buxtorfius pag. 462. & ש"י ubi titulus mendoſe ſcribitur עמק החריץ. MS. habet Oppenheimerus.

ס'

Digitized by Google

536 ס' ענוי הנפש ורפואתו SEPHER INNUI HANNEPHESCH VREPHUATO, Liber de adflictione *animæ & medicina ejus*, ubi agitur de morte & percuſſione ſepulchri. *Furthi* in 8. ſine anno pagg. 8.

537 ס' עניני המנורה INIENE HAMMENORA, *de abditis ſenſibus candelabri* lib. Cabbaliſt. MS. in fol. in Bibl. Oppenh. in Volumine variis aliis tractatibus referto.

538 עניני גן עדן והנום INIENE GAN EDEN VEHINNOM; *interiores rationes Gan Eden & Hinnom*, libellus argumenti Cabbaliſt. MS. in Bibl. Oppenh. in Vol. membranac. in 8. cujus initium conſtituunt ספורי מעשים.

539 עץ הדעת דעת טוב ורע ETZ HADDAAT DAATH TOV VERA i. e. *arbor ſcientiæ, ſcientia boni & mali*, in acceſſionem & explicationem libri *Bechinat Olam* R. Jedaja, via מליצה cum addita expoſitione ad exemplum *Iedaja*, *Venet.* 464. *C.* 1704. 4. pp. 38. apud Vendramin. Auctor nomen ſuum tacuit.

540 עקרים IKKARIM, *articuli fidei Iudaicæ*, num. 13. Eos exhibet *Gilb. Genebrardus* in calce Chronographiæ ſuæ, Latine una cum expoſitione Maimonidæ, p. 65. ſq. ed. Lugdunenſ. 1609.

541 ערוגת הדקדוק *ordinatio Grammatica*, libellus, in qvo omnes formæ verborum & conjugationum in compendio exhibentur. Vidi eum ſine loco & anno notato in Bibl. Oppenh. in 4. pp. 12.

542 ערמת חטים AREMATH CHITTIM, *acervus tritici*, ex *Ruth* III. 7. ubi carmine Hebraico laudantur omnes literæ alphabeti Hebr. MS. in B. Vatic. 4. Alius ejusdem tituli liber ibidem MS. legitur, qvi explicat comment. Aben Eſræ in Exod. XII. *Menſis ipſe principium menſis vobis.*

543 על עשו *liber de* ESAU, qvem ſe *Bononiæ* MS. vidiſſe ſcribit V. C. *Bernhardus de Montfaucon* in Itinerario ſuo p. 407. ubi dicitur hoc ejus eſſe initium: אני הצעיר.

עשר

עשר הויות ASAR HAVAJOTH, *decem ſubſtantiæ* ſive *eſſentiæ*, liber neſcio cujus argumenti, qui MS. in Biblioth. Regis Gall. recenſetur a Labbeo Biblioth. Nov. p. 295. 544

עשרה גליות ASARA GELUIOTH, *decem captivitates Iudæorum*, quæ cum Latina verſione exſtant in calce Joſippi de Bello Judaico a Seb. Munſtero editi, & cura *Sebaſt. Lepuſculi* recuſi, p. 276. ſq. 545

עשרת הדברות ASERETH HADDEVAROT, *decem præcepta*, cum comment. Aben Eſræ hebr. & Lat. exſtant cum eodem Joſippo. Vide Parte I. *Abrah. b. Meir Aben Eſra.* 546

עשרה הדברות ASARA HADDEVAROTH i.e. *Decem præcepta* una cum כְּלָלֵי הַדִּקְדּוּק præceptis Grammatic. 3. pagg. ſine loco & anno, in 4. ed. 547

ס׳ העתים SEPHER HAITTIM, *liber temporum*, ſeu Chronologia Hebr. Anonymi MS. laudatur a *Lambecio* Tom. I. Comm. de Biblioth. Vindobon. p. 178. Huc refero ſcriptum Anonymi Hebr. de Aeris, neſcio quod cujusve, quod *Norimb.* 1549. in 4. editum laudat Catalogus Bibl. Bodlej. p. 9. Quis ſit tract. ille hebr. *de Tempore*, qui exſtat in Biblioth. Medicea, *ἀνωνύμως* editus, Pluc. II. n. 44. non dixerim. 548

## פ

פטירת אהרון PETIRAT AHARON, *de obitu Aaronis*, qui liber una cum דברי הימים של משה & aliis ejusmodi ſcriptis prodiit *Venet.* 304. C. 1544. 8. & antea *CPoli* 278. C. 1518. in 8. Nihilominus tamen B. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in epiſtola de Infundibulo ſuo pag. 40. & 96. itemque p. 58. ad *Sota*, nec non p. 474. notarum ad *Tela Ignea Satanæ* (ubi tamen dubie hoc affirmat) pro inedito habet, ſimul vero manu exaratum ſe habere ſcribit. Imo p. 58. & 240. ad Sota totum tractatum cum verſione & notis ſuis editurum ſe pollicetur, ſicut ibidem, ut & in locis ceteris, quos adduximus, ex eodem ſpeciminis cauſa quædam affert. B. *Groddeckius* in Theatro Anonymo- 549



Digitized by Google

rum Placciano p. 713. recte ſuſpicatus eſt, exſtare librum hunc in Collectione illa ſcriptorum, quam diximus.

550 פטירת משה PETIRAT MOSCHE, *de obitu Moſis*, qui libellus exſtat in eadem collectione, quam adduximus, de qua ſupra ſub דברי הימים. Seorſim quoque lucem vidit germ. *Amſtelod.* 453. C.1693.& *Furthi* eodem anno, ubi præterea legitur hiſtoria de obitu Mirjam & Aaronis 4. plagg. in 8. apud *Ioſ. b Salman Schnior*. Germanicam ejus verſionem Pragæ prodiiſſe teſtis eſt R. *Schabbatai* in ש"י, ubi tamen annus editionis non memoratur. Ab eo diſtinctus eſt tractatus Hebr. ejusdem tituli פטירת משה, idemque ab illo, qui *CPoli & Venetiis* prodiit, valde diverſus, quem ex MS. hebr. cum verſione ſua edidit & alteri illi ſubjunxit *Gaulminus*. Ab utroque paſſim abit tractatus ejusdem inſcriptionis dialecto Hebræo germanica exaratus, nec dum editus, quem in Bibliotheca Uffenbachiana Part. I. pag. 143. ſq. diligenter recenſet doctiſſimus *Io. Henr. Majus*.

551 פיוטים ופזמונים ותפלות ותחנות ובקשות

PIIVTIM, VPHISMONIM, VTEPHILLOTH, VTECHINNOTH, VVAKKASCHOTH i. e. cantiones & carmina, precesque varii generis, MSS. in fol. in B. Oppenheimeri. Expoſitio τῶν פיוטים quibus Judæi in Gallia inter precandum uti ſolent, MS. in B. Vatic. in 4.

552 הפטרות HAPHTAROTH, *Lectiones Propheticæ* Lectionibus Legis reſpondentes ſæpius cum Pentateuchis prodierunt, v.c. cum eo, qui *CPoli* 312. C. 1552. cum quinque Megilloth & verſione Barbaro-Græca &c. lucem vidit, item cum eo, qui *Venet.* 284. *Baſil* 366. C. 1606. & *Cracov.* in fol. cum *Raſchio*, *Chaſſekuni*, &c. vulgatus eſt, ubi & acceſſit Kimchii in eas commentarius. Prodierunt etiam cum ſuccinctis notulis in fine Pentateuchi Hebr. cum Targum Onkelos editi, *Amſtelod.* 1701. 12. In noviſſima editione Bibliorum Rabbinicorum *Berolini* 1705. in 8. quinque voluminibus curata ſingulis voluminibus ſubjunctæ ſunt Haphtharoth, ad ſingulos Pentateuchi libros pertinentes, addito *Kimchii* commentario. Cum eodem hoc commentario leguntur etiam in Pentateucho cum Targum & quadruplici commentario Wilmersdorfii

ſii an. 1713. in fol. editæ in calce, cum benedictionibus ante & poſt earum lectionem recitandis. In pervulgato commentario Hebræo-German. qui dicitur צאינה וראינה legitur explicatio τῶν Haphtharoth.

Seorſim quoque exſtant cum Targum in Haphtharoth dierum feſtorum, & benedictionibus ante & poſt earum lectionum pronunciandis. *Venet.* 1591. 4.

Haphtharoth ex uſu Judæorum *Hiſpanorum* & *Germanorum Venet.* 1543. 4. & *Ant.* in 4. Confer Catalogum Bibl. Bodlej. p. 321.

Haphtharas cum expoſitionibus Rabbinorum latine verſis editurus erat *Jo. Saubertus*, filius, ceu promittit in præf. ad verſ. Lat. Paraſchæ I. Pentateuchi, pag. antepenultima. De ratione legendi Haphtharas & Paraſchas vide ſupra ſub סדר.

סדר פיטום קטורת SEDER PITTUM KETORET, 553

de ratione parandi ſuffitus olim in Templo recepta, ejusque hodie per preces celebrandi. *Prag.* 350. C. 1590. 8. pp. 11.

פירושים PERUSCHIM, *Commentarii*, quo nomine illæ Judæorum commentationes in Scripturam appellantur, quæ literales ſunt & Grammaticæ, ac de eruendo ſimplici genuinoque Scriptorum Sacrorum ſenſu laborant. Vide huc inprimis *Guilielmi Schickardi* Bechinath Happeruſchim, & quæ ſupra ſub מדרשים a me allata ſunt. Hujus generis commentarii varii vel junctim uno volumine editi exſtant, vel manu exarati, & ab Anonymis profecti latent. Iſtos hic recenſebimus ſecundum ordinem librorum Biblicorum, ad quos explicandos referuntur. 554

Collectio IV. commentariorum in Pentateuchum, qui ſunt R. *Sam. Almoſnino*, R. *Iacobi Kaniſal*, R. *Moſis Albelda*, & R. *Aaronis Abualdavi* una cum expoſitione commentarii Nachmanidæ in Pentateuchum, prodiit *CPoli* in fol. Vide quæ Parte I. de ſingulis auctoribus diximus, & quæ in hac Parte II. p. 385. ſqq. de ſpecialibus Pentateuchi editionibus monita ſunt.

Collectio commentariorum variorum in Scripturam S. in qua præter ceteros Interpretes ineditos continentur annotationes in Pſalmos, li-

 brum

brum Jobi, & Prophetas majores ac minores, exſtitit in Biblioth. *Guil. Anslarii*, cujus catalogum vide pag. 36. Codex fuit membranaceus.

Collectio MS. commentariorum variorum in Vetus Teſtamentum, per *Aben Eſram* aliosque doctiſſimos Hebræos ſcriptorum, nec adhuc editorum, recenſetur in Catalogo librorum *Adriani Iunii*, Lugd. Batav. 1669. in 4. edito p. 69. Codex eſt in forma ordinis quarti.

Comm. Anonymi in totum Codicem Hebr. MS. in Biblioth. Academica Lipſienſi, in quo difficiliores voces omnes gallice vertuntur, & loco quodam parallelo, interdum etiam brevi expoſitione illuſtrantur. Eum B. *Ioach. Fellerus* p. 215. Catalogi MSS. Bibliothecæ illius *Gloſſarium vocum difficiliorum in univerſis Bibliis* vocat. Locum quendam inde affert V. C. *Io. Georg. Abicht* in differt. de quibusdam verſibus Joſuæ libro reſtituendis p. 19.

Comm. in totam *Scripturam S.* MS. literalis allegoricus &c. in fol. in Bibliotheca Oppenheimeri. Is in titulo valde laudatur.

Commentarii in *Legem Proverbia*, *Pſalmos*, *Ieremiam*, *Threnos*, & lib. *Ruth* MSS. in 4. in Biblioth. Oppenheimer. Codex latus eſt tres digitos.

Quis ſit commentarius *Cabbaliſticus*, ex autographo Biblioth. Franequeranæ deſcriptus, quem cum verſione & notis prelo paratum habere Aggæum Oſtbrœckium, Batavum, J. V. D. *Holmia Literata* p. 88. teſtatur, non dixerim.

555. פירוש על תורה PERUSCH AL TORA, *commentarius in Legem* ſeu *Pentateuchum* non unus hinc inde in Catalogo MSS. Angliæ memoratur. Recenſebo hic eos, quorum ampliorem notitiam Cl. *Gagnerii* beneficio nactus ſum. Sic in Bibl. Bodlej. inter *Huntingtonianos* n. 147. qui nunc eſt, exſtat comment. Hebr. in Legem in fol. ab initio & fine mutilus. Initium eſt: ויש מן הבהמם שאינו מטמא פרט: Ibi ſinguli verſus breviter exponuntur, inprimis ex Talmude.

Ibidem n. 454. occurrit comment. in *Pentat.* prolixus, ſingulas Paraſchas perſequens, in quo tamen contextus vix explicatur: adeo omnia moralibus conſtant. Non citatur niſi Talmud.

Comm.

Comm. brevis *Cabbaliſticus* in Legem a Paraſcha I. ad eam quæ exſtat *Deuteron.* XVI. 18. ibidem inter Codd. *Huntington.* n. 569. 4. Incipit a quæſtione: cur Lex incipiat a ב & non ab א ?

Comm. in *Legem* alius ibidem n. 577. in codice chartaceo recente, male exarato, & ab initio duobus foliis mutilo, ut & a fine fol. 82.

Ibidem n. 609. 4. comm. Cabbaliſt. in poſteriores libros Legis. Codex eſt chartaceus recens, in quo præter titulum & præfationem deſunt folia priora 18. Incipit ab Exod. XXI. 1. & deſinit in *Deuter.* 33. 1.

In eodem Codice ſequitur comm. in Legem i. e. Cabbaliſtica expoſitio capitis I. Geneſeos, conſtans foliis 15.

Comm. ſeu *conciones* in Legem MSS. in Biblioth. Medicea Pluteo II. n. 49. & alius ibidem n. 43. in 8. item alius n. 20. in 4.

Comm. *Cabbaliſt.* in *Pentateuchum* Anonymi MS. in Bibl. Vatic. in fol. teſte *Bartoloccio.*

Comm. in *Pentateuchum* in charta ſcriptus, ſed initio & fine mutilus, & in medio mancus, inter Codd. Wagenſeilianos in 4. n. 2. & Notæ Cabbaliſticæ Anonymi ſuper Pentateuchum ineditæ, ibidem n. 3. deficiente initio. Uterque Codex hodie eſt in Bibliotheca Senatus Lipſienſis.

Comm. in *Pentateuch.* ab initio mutilus, isque multam quidem doctrinam, ſed & inſignem petulantiam & acerbitatem adverſus Chriſtianos ſpirans, exſtat MS. in Biblioth Nobiliſſ. *Zacharia Conr. ab Uffenbach,* n. 18. in 4. maximo, foliorum 255. ex quo excerpta habes in catalogo Biblioth. Uffenbachianæ Part. I. p. 16. Compoſitus is eſt A. C. 1240. quod videbis ibi obſervatum p. 18.

Comm. perbrevis in difficiliora Pentateuchi loca, ſed inconditus ibidem n. 19. in 4. foliorum 25. Vide Catalogum p. 24.

Comm. in *Pentat.* Cabbaliſticus ibid. n. 23. volumen chartaceum in 4. pp. 100. ſcriptum A. C. 1628. Vide Catalogum p. 28.

Comm. amplus Anonymi in Legem & 5. Megilloth literalis allegoricus, myſticus &c. MS. in fol. in Biblioth. Oppenheim.

Comm. Cabbaliſt. in *Legem* ibidem in 4. paucarum plagularum.

Comm.

Comm. in Legem ibidem in 4. Volumen duos digitos latum.

Comm. in Legem amplus ibidem in 4. Codex membranaceus, qui in limine exhibet תקון סופרים.

Notæ in Pentateuchum MS. in Bibl. Bodlej. inter Codd. Laudanos num. 1532.

556 Comment. in *Geneſin* in Bibl. Bodlejana, inter Codices *Huntingtonianos* n. 391. in 4. qui ita incipit: בראשית אמר יצחק לא היה צריך להתחיל התורה אלא וכו' Liber a fine mutilus in Paraſcha Exod. I. acquieſcit. Auctor ſatis videtur antiqvus, quia nullum recentiorem Scriptorem citat præter Talmudicos: diligens inprimis eſt in computo annorum. Debeo hanc notitiam Catalogo MS. Cl. *Gagnerii*.

Ibidem n. 301. Comment. in *Geneſin* Samaritani cujusdam, Arabicis literis ſcriptus. Deeſt ſub initium unum itemque alterum folium. Laudatur paſſim *Scheich Elmakin Abul Kaſen Alſuri*, cujus commentarius in Pentateuchum exſtat Codice Huntingtoniano 24.

Comm. in *Geneſin* brevis MS. in Bibl. Oppenh. in 8.

557 Comm. in *Exodum* Arabicus MS. inter Codd. Huntingtonianos n. 376. in 8. ubi Grammatice & Talmudice explicatur contextus. Citatur paſſim R. *Seadja Gaon*. Primum folium exhibet finem tantum commentarii in *Geneſin*.

Ibidem alius in *Exodum* comm. itidem Arabicus in 4. n. 497. Incipit ab Exodi I. & deſinit in Exod. XXX. 11. Opus diffuſum, multis quæſitis & reſponſis diſtinctum, ſubjunctis hiſtoriolis Talmudicis.

Ibidem in *Exodum* num. 397. Codex ab initio & fine mutilus. Incipit a Paraſcha Exodi X. 1. Non multum differt quoad ſcribendi characterem a commentario in *Geneſin*, quem ibidem n. 391. exſtare modo monuimus. Eadem quoque methodus & cura in computandis annis hic obſervatur.

Comm. in *Exodum* MS. in Bibl. Oppenh. in fol. plagulis 12.

558 Comm. in octo capita *Levitici* MS. Latinus in catalogo librorum *Jo. van der Waeyen* pag. 8. recenſetur n. 34. ubi memoratur Codex, qui præter edita varia complectatur tractatum non editum, & refertum expoſitionibus, ex Raſchi, Ramban & Aben Eſra collectis.

559 Comm. in *Numeros* ſub tit. במדבר סיני MS. inter Codd. Huntingtonianos n. 389. in 4. Videtur pars majoris commentarii in Pentateu-

teuchum. In eo citatur R. *Moſes Haddarſchan*, & R. *Pinchas ben Jair*, & R. *Jehuda ben Schelomo*.

Comm. in *Numeros* inter Huntingtonianos n. 411. in 4. Codex membranaceus, eleganter ſcriptus, ab initio & fine mutilus, ſed tamen 200. circiter foliis conſtans. Incipit a Geneſ. XXV. Citatur ibi *Raſchi*.

Comm. in *Numeros* & *Deuteronom*, ibidem n. 496. in 4. 560

Comm. in *Deuteronomium* ibidem n. 415.

Comm. recentis Scriptoris in *Deuteronom*, & V. Megilloth ac Haphtharoth MS. in 4. in Biblioth. Uffenbachiana num. 24. inde a fol. 53. Codicis ad 65. Conf. Catalogum p. 29.

Comment. in *Decalogum* MS. Arabice in 4. ibidem num. 402. Libellus conſtat 12. foliis & 10. capitibus.

Comm. in *Prophetas priores* Judæi Galli, quem MS. ſe poſſidere ſcribit 561
*Meelführerus* p. 7. Acceſſionum ad Almeloveenii Biblioth. Promiſſam & Latentem. Forte hic idem eſt cum

Comm. Hebr. MS. Rabbini Galli, quo difficiliores voces *Prophetarum* explicantur. Fuit is in Bibliotheca B. *Spizelii*, ceu patet ex catalogo ejus inter MSS. n. 204. Codex dicitur membranaceus.

Comm. in *Prophetas priores* in Catal. MSS. Angliæ, inter Codd. Huntingto- 562
nianos n. 137.

Comm. in *Prophetas* in Biblioth. Medicea Pluteo II. n. 17.

Comm. in *Prophetas Majores* & *Minores* Arab. in 4. inter Codd. Huntingto- 563
nian. n. 206. Eſt mera paraphraſis Arabica iſtorum Prophetarum a Judæo facta ex Hebræo, teſte Cl. *Gagnerio* in Catal. MS.

Comm. in *Prophetas* MS. allegat B. *Wagenſeilius* in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 383. item comm. antiqvum in *Jeſaiam* p. 531. & 461.

Comm. in Jeſaiam, Ezechielem, XII. Prophetas Minores, Jobum & Can- 564
ticum Cantic. MS. in Bibl. Oppenheim. in 4. Volumen amplum, eadem manu nitide exaratum, cujus initium facit liber הפרחון.

Comm. in *Jeſaiam* dictione partim *Rabbinica*, partim *Judæo vernacula* MS. in Bibl. Uffenbachiana, cujus vide Catalogum Part. I. p. 339. Ibidem exſtat tergemina expoſitio ejusdem Prophetæ.

Comment. in *Ezechielem* MS. in Biblioth. Regia Pariſienſi in 4. 565

Comm. in eundem in B. Bodlejana, inter Codd. *Huntingtonianos* n. 18. ſecundum Catalogum MSS. editum.

Comm. in viſionem Ezechielis ibidem n. 25. in 4.

Comm.

Comm. ſuper *Currum Ezechielis* MS. in Bibl. Urbinat. Romæ. Alius citatur in *Nofeloth Chochma* p. 195. b. Confer ſupra סוד המרכבה & ביאור.

Comm. in *Danielem* & *Eſram* inter Codd. *Huntingtoni* n. 225. in 4. Codex eſt membranaceus.

566 Comm. antiqui in *Joelem* & *Amoſum* fragmentum MS. in Biblioth. inſtructiſſima Nobiliſſ. Uffenbachii; vide Part. I. Catalogi p. 397.

567 Comm. *in Haphtharoth* MS. in Biblioth. Medicea Pluteo II. n. 24. in 4.

Comm. in *Haphtharoth*, *Jobum* &c. MS. in Biblioth. Uffenbachiana, cujus vide Partem I. p. 26.

Comm. in *Haphtharoth* MS. in B. Vatic. in 4.

Comm. in *Haphtharoth* MS. in Bibl. Bodlejana n. 3730.

568 Comm. in *Pſalmos*, *Jobum* & *Proverbia* MS. in 4. in Bibl. Bodlejana inter Codices Pocockianos n. 268. Liber ἀκέφαλ☉ & μείκρ☉.

Comm. in *Haphtharoth*, *Iobum*, libellum *Eſther*, *Threnos*, *Eccleſiaſten* & *Canticum*, volumen membranaceum, vaſtæ molis, in fol. in Biblioth. Uffenbachiana, cujus vide Catalogum Part. I. p. 26. Eum Codicem paſſim laudat & adhibet *Io. Henr. Majus*, Vir doctiſſimus nobisque amicus in Obſervationibus Sacris lib. III. p. 11. 49. 71. 110. 118. &c. item lib. IV. ſubinde.

569 Comm. in *Jobum*, Lingua partim Rabbinica, partim Judæo-Germanica ex *Raſchio* potiſſimum depromtus, MS. in Bibl. Uffenbachiana. Vide Catalogum Part. I. p. 333.

Comm. in *Iobum* in Bibl. Medicea Plateo II. n. 45. in 4.

570 Comm. in *Pſalmos* antiqvus, in Biblioth. Medic. Plut. II. n. 13.

Ibidem in *Pſalmos* alius, n. 39. in 8.

Comm. in *Pſalmos* MS. in Bibl. Regia Pariſ. in 4.

Comm. in *Pſalmos* MS. citatur in *Nofeloth Chochma* p. 195. a.

Comm. in *Pſalmos* partim verbis *Raſchii*, partim lingua Judæo-Germanica conceptus, in Bibliotheca Uffenbachiana, cujus vide Part. I. pag. 236.

Comm. in *Pſalmos* usque ad Pſalmum, cujus titulus eſt למנצח על הנחילות inter Codices Huntingtonianos num. 342. Codice eo, cujus initium facit commentarius *Iſaaci Aboab* in Pentateuchum.

Comm. in *Pſalmos*, inde a Pſ. XXXII. ad LXVII. MS. in Biblioth. Uffenbachiana, cujus vide Catalogum pag. 173. In eo voces obſcuriores per Gallicas antiquas ad exemplum Raſchii explicantur.

Comm.

Comm. in *Pſalmos*, ac ſpeciatim eos, qui *Graduum* vocantur, MS. in 4. in Bibl. Oppenheimeri.

Comm. in partem Pſalmi CXIX. MS. ibidem: vide Catalogum p. 136.

Comm. in *Pſalmos* aliquot, & tredecim attributa Dei, MS. in Bibl. Vatic. in 4.

Comm. in *Proverbia* Salomonis Hebraicus moralis MS. inter Codices 571
Huntingtonianos n. 407. Codex initio & fine mutilus, ac 200. fere foliorum: teſte Cl. *Gagnerio* in Catal. MS.

Comm. in *Prov.* ſtylo partim Rabbinico, partim Judæo-Germanico, ex Raſchio, in Bibl. Uffenbachiana, Part. I. p. 331.

Comm in quinque *Megilloth*: vide paulo ante, ubi de *Jobo* n. 568. 572

*Alius* in Bibl. Bodlejana inter Codd. *Laudanos* n. 1532.

*Alius* in Bibl. Oppenheimeri in 8. Codex latus 4. digitos.

Comm. in *Eccleſiaſten* amplus, necdum editus in Biblioth. *Adriani Iunii*, 573
cujus vide Catalogum p. 69. Codex chartaceus.

Comm. in *Eccleſiaſten* Arabicus in 4. in B. Bodlejana inter Codd. Huntingtonian, num. 616. Codex chartaceus, ab initio & fine mutilus. Textus Grammatice explicatur. Præter Talmudicos nemo citatur. Primus locus, qui illuſtratur, eſt ראו״ה ראיתי תחת השמש ultimus: מעשה אלהים יבא.

Comm. in *Canticum Cant.* cum verſione Arabica, inter Codd. *Huntingtonianos* n. 496. 574

Comment. in *Ruth* MS. in Biblioth. Medic. cujus vide Catalogum a Cl. 575
*Fabricio* in calce Prodromi Hiſtor. Literar. Lambeciani ed. p. 168. b. n. 11.

Comm. ſuper *Raſchi* in Pentateuchum MS. in Vatic. 576

Comm. ſuper *Raſchi* in *Pentateuchum*, qui in cap. XVI. Deuteronomii definit, MS. in Biblioth. Uffenbachiana n. 22. in fol. pp. 182. Codex vetuſtus. Vide Catalogum Part. I. p. 27. ubi habes Specimen.

Comm. ſuper *Raſchii* in priores quatuor Moſis libros MS. chartaceus in 4. foliorum 132. minuto charactere ibidem n. 25. Vidi Catalogum Part. I. p. 30.

Comm. in *Aben Eſram* ſuper Pentat. MS. in B. Vatic. in 4. 577

Comm. ſeu expoſitio vocum peregrinarum in Targum *Eſther* priore ex- 578
ſtantium MS. in Biblioth. eadem: vide p. 177.

Expoſitio ſimilis vocum obſcuriorum in Targum *Cantici*, ibid. p. 178.

Comm. in Medraſch *Threnorum*, MS. in B. Vatic. in 4. teſte *Bartoloc.*

Seqvuntur *commentarii* in ſcripta ſeu argumenta alia:

579 פירוש על אדרא רבא, PERUSCH AL IDRA RABBA, *comment. in Idra Rabba* (de quo vide Part. I. ſub R. *Simeon b. Iochai*) MS. in Bibl. Oppenheim. in 4. In eadem vidi & alium comment. huc pertinentem in 4.

Comment. alium diffuſum ſuper *Idra Rabba* & *Sutha*, aliaque argumenta Cabbaliſtica MS. citat R. *Schemuel* in נובלות חכמה p. 195. b.

Comm. in *Idra Suta* in Bibl. Oppenheimeri in 4. pagg. 52.

Comm. in *Idra Kaddiſcha de Naſcha*, ex libro אמת ליעקב MS. in Bibl. Oppenheimeri in 4. Volumen latum duos digitos.

580 פירוש על אותיות PERUSCH AL OTHOTH, comm. ſuper librum R. *Akiba* de literis Alphabeti MS. citatur in נובלות חכמה p. 195. a. Sic & Bartoloccius Tom. IV. p. 320. ſimilis tituli librum memorat, aitque eum oſtendere, quod ordo Univerſi ex vi literarum pendeat, & exponere de influxu ſiderum, & quomodo hinc pependerit diluvium univerſale, exitus Judæorum ex Ægypto, eorum commoratio in deſerto, ſtructura item Templi utriusque: MS. in Vatican. in 4. n. 410. Ibid. memoratur alia expoſitio Alphabeti Aſtrologica, MS. papyrac. in fol. B. Vatican.

581 פירוש על הזהר PERVSCH AL HASSOHAR, *comm. ſuper lib. Sohar*, MS. in 4. in Biblioth. Oppenheimeri pp. 175.

Comm. in *Sohar* MS. neſcio cujus, habuit *Iſaac Avuhab*, ut patet ex Catalogo librorum ejus p. 17. n. 8.

Comm. in *Sohar* quod ad librum *Eſther*, MS. allegatur in נובלות חכמה p. 195. a.

Comm. ſuper *Sohar*, quod ad Paraſcham *Iethro* ibidem citatur p. 195. a.

582 פירוש על חד גדיא PERVSCH AL CHAD GEDIA, commentatio Cabbaliſt. in hymnum Paſchalem, qui incipit חד גדיא MS. in 4. in B. Oppenheimeri.

583 פירוש על עבודת יום כפור PERVSCH AL AVODATH JOM KIPPVR, *comm.* ſuper celebrationem Feſti Expiationis, *Venet.* apud Jo. de Gara pp. 40. ſine anno.

פירוש

Digitized by Google

פירוש על מחזור PERUSCH AL MACHSOR, comm. in *Machſor*, MS. in Bibl. *Oppenheimeri* in fol. Volumen latum tres digitos. Ibidem vidi alium comm. latum quatuor digitos. Comm. alius in Machſor Germanorum in Vatican. in 4. 584

פירוש על מסורת PERUSCH AL MASORETH, *comm. in Maſoram*, cui additur libellus de Prophetia, item כונות ſeu *meditationes* profundiores ſuper Pſalmos. MS. in B. Oppenh. in 4. 585

פירוש על ספר מצות קטון PERUSCH AL SEPHER MIZVOTH KATON, *comm. ſuper librum præceptorum parvum*; item de fermentato, Encæniis, & Megillath Eſther, MS. in Vatic. in 4. 586

Comm. in præcepta 248. affirmativa MS. in Vatic. in 4. Sic & in Bibl. Regia Berolin. Anonymi in præcepta Aff. & Negat. exſtat commentatio, nitidiſſime ſcripta, quæ incipit: לידע שאותו & alia, cujus eſt initium: כשברא הק״בה העולם.

פירוש על מסכתות PERUSCH AL MASSICHTHOTH, i. e. *Commentarii* variorum Auctorum ſuper Tractatus nonnullos Talmudicos nempe *Schabbath*, *Sanhedrin*, *Avoda Sara*, *Gittin*, *Maccoth* & *Kidduſchin*, in Bibl. Bodlejana inter Codices Huntingtonianos n. 252. Ibi in fine tractatus *Schabbath* dicitur eſſe ex commentariis R. *Perachja*. Titulus commentarii in *Sanhedrin* habet nomen *Iehuda Haccohen*, tanquam Interpretis: in *Maccoth* laudatur, ut auctor, R. *Iehuda*, forte idem cum priore: in *Gittin* ſub initium tribuitur commentarius R. *Saccai*: in *Kidduſchin* vero R. *Chananel*. Hæc ex catalogo MS. Cl. *Gagnerii*. Sic in Vaticana quoque ejusmodi commentarii in nonnullos Tractatus Talmudicos, v. c. Berachoth, exſtant, teſte Bartoloccio Tom. IV. p. 312. Omitto *Oppenheimerianam*, tales itidem ſuppeditantem. a587

פירוש על מורה נבוכים PERUSCH AL MORE NEVOCHIM, comm. in librum Maimonidæ, hujus tituli, MS. in Vatic. in 4. b587

פירוש על הספירות PERUSCH AL HASSEPHIROTH, *comm. in X. Sephiroth*, MS. citatur in *Nofeloth Chochma* p. 195. b. 588

Plures ejuſmodi *commentarii* in Sephiroth memorantur a Labbeo p. 259. Bibliothecæ Novæ MSS. item in catalogo MSS. Magicorum & Cabbaliſticorum dimidia plagula in 8. Auguſtæ Vindelicorum edito.

589 פירוש על הפיוטים PERUSCH AL HAPPIIUTIM, comm. in hymnos in Gallorum Synagogis receptos: MS. in 4. in Biblioth. Vatic.

590 פירוש על פרקי אבות PERUSCH AL PIRKE AVOTH, *comm. ſuper librum Pirke Avoth*, MS. in Bibl. Oppenheim. in 4. Codex membranaceus.

591 פירוש על ספרא צניעותא PERUSCH AL SIPHRA ZENIUTHA, MS. in 4. in Bibl. Oppenheimeri.

592 פירוש על שם בן מ״ב וע״ב אותיות PERUSCH AL SCHEM BEN XLII. & LXXII. OTIIOTH, i. e. *expoſitio Cabbaliſt. nominis Dei* 42. & 72. *literarum* MS. in *B.* Vatican.

593 פירוש על התפלה PERUSCH AL HATTEPHILLA, commentar. *ſuper Preces*, MS. in *B.* Oppenheimeri, in eo Codice, qui præter *Maarechheth Haelahuth* exhibet librum *Chovath Hallevaveth*.

פיר׳ על תפלת ראש השנה PERUSCH AL TEPHILLA ROSCH HASSCHANA, *comment. Cabbaliſt. ſuper preces Novi Anni*, & Die Expiationis receptas, MS. in *B.* Openheimeri in 4.

594 פירוש על י״ב חרוזים PERUSCH AL XII. CHARUSIM, *expoſitio* 12. verſuum, qui in parte Aquilonari Synagogæ Toletanæ marmoreo lapidi inſculpti erant: MS. in *B.* Vatic.

Commemorabo hic collectiones variorum commentariorum Rabbinicorum in Scripturam S. aut libros ejus ſpeciales, qui vel Hebraice tantum, vel Hebraice & Latine, vel ex Latina tantum verſione prodierunt, editorum nominibus ſecundum literarum ſeriem collocatis:

*Io. Georgius Abicht*, Linguarum Orientalium quondam *Lipſiæ*, nunc *Gedani* Theologiæ Profeſſor, edidit *Selecta Rabbinica*, quæ continent *Trifolium Orientale* Jo. Adami Scherzeri, de quo paulo poſt, ac præterea comment. R. Sa-

R. *Salomonis Iarchii* in Paraſcham II. Geneſeos & comm. R. *Aben Eſra* in Haggæum cum verſione, emendationibus, & allegationibus Talmudicis ac Rabbinicis. Lipſ. 1705. 4.

*Ludov. Henricus Aquinas* R. Salom. Iſaacidæ ſcholia in lib. *Eſther*, cum excerptis quibusdam ex Talmude & *Ialkuth* in eundem librum Pariſ. 1622. 4. apud Thom. Blaiſe pp. 35. hebr. & Lat. Confer Part. I. Biblioth. Hebr.

*Sam. Bohlius* protulit *Malachiam* cum commentariis *Aben Eſra*, *Iarchii* & *Kimchii*, itemque Targum, hebraice: interſperſis notis Latinis, ſed ſine verſione commentariorum ipſorum, additis ſex diſpp. Hebr. in Malachiam habitis, *Roſtoch.* 1637. in 4.

*Georg. Chriſt. Burklinus* in uſum prælectionum Academic. curavit edi *Ionam* expoſitum per Targum, Maſoram utramque, Jarchium, Aben Eſram, Kimchium, Salom. ben Melech, Abendanam & Abarbanelem, Francof. ad Mœn. 1697. 4. cum textu bibl. ſine ulla verſione; pp. 44.

*Frid. Alb. Chriſtiani*, Ex Judæus, *Ionæ* prophetiam cum Maſora & commentariis Jarchii, Aben Eſræ, Kimchii & Abarbanelis ed. Lipſ. 1683. 8. v. Bibl. Hebr. Part. I. p. 989.

*Io. Bened. Carpzovii*, Profeſſ. Lipſienſis, Collegium Rabbinico-Biblicum in librum Ruth, XII. olim Diſputationibus usque ad cap. II. 10. editum, nunc ex Collegio *B.* Auctoris MS. continuatum, & ad finem perductum a M. *Io. Bened. Carpzovio* filio & nepote, Lipſ. 1703. 4. Ibi textus Hebræus cum verſione Latina per verſus exhibetur, ſubjunctis poſt *Targum* & Maſoram utramque Hebr. ac Latine *Raſchii*, *Aben Eſra* & *Aben Melechi* expoſitionibus integris cum verſione Latina, quas deinde excipit uberior Auctoris expoſitio. Recudi hæc, omiſſis diffuſioribus illis Annotationibus, curavit *Adrianus Relandus* cum brevi Introductione in Grammaticam Hebræam Altingianam, *Trajecti ad Rhenum* 1710. 8.

*Guilielmi Coddæi* Hoſeas Propheta Hebr. & Chald. cum duplici verſione Lat. *Pagnini* ex hebr. & *Alph. de Zamora* ex Chald. & comm. trium doctiſſimorum Judæorum (*Iarchi*, *Aben Eſra* & *Kimchii*,) ac annotationibus ſuccinctis ipſius Coddæi. Lugd. *Bat.* 1621. 4.

Verſio commentr. Rabbinic. eſt Jo. Merceri, de qua mox, & ſingulorum Rabbinorum vitæ ex deſcriptione *Arn. Pontaci* præmiſſæ ſunt. Commentariis ex adverſo oppoſita eſt verſio La tina, textus autem ſacer



Digitized by Google

præmittitur, adeoque nihil omnino Coddæi eſt in hac editione, præter notas pauciſſimas, in quibus loca nonnulla textus Rabbinici emendantur, & verſio interdum corrigitur.

*Ludov. Mich. Crocii* Specimen Philologicum, quo *Obadias* Hebr. Chald. Syr. & Arab. cum comm. Rabbin. Jarchii, Kimchii & Aben Eſræ, adjecta verſione Lat. & notis quibusdam in fine annexis, exhibetur. *Brem.* 1673. 4.

*Gilb. Genebrardi*, Profeſſoris Linguarum Regii, & deinde Archiepiſc. Aquenſis *Joël*, cum annotatt. & verſione trium Rabbinorum *Aben Eſra, Kimchii* & *Jarchii*, itemque Chald. Paraphraſes, Pariſ. 1563. 4. Obiit is an. 1597. fere ſexagenarius. Lege plura apud Imbonatum in Bibl. Lat. Hebr. p. 54. ſqq. *Pet. Dan. Huetium* de Claris Interpr. pag. 235. *Ant. Teiſſerium* Tom. II. pag. 267. ſq. & Tom. III. p. 411. ſq. Thom. Pope Blount in Cenſura Auctorum pp. 559. & inprimis apud Paul. Colomeſ. p. 87. Gall. Orient.

*Anton. Giggæi* vel *Giggeji* commentarii trium Rabbin. *Raſchii, Aben Eſra* & *Gerſonidæ* in Proverbia Salomonis, *Mediol.* ex Typographia Collegii Ambroſiani 1642. 4. ſecundum *Imbonatum* p. 7. Biblioth. Latino-Hebr. vel ſecundum Königium in Biblioth. V. & N. an. 1620. Vide de eo Pet. Paul. Boſcam de origine & ſtatu Biblioth. Ambroſ. & *Picinelli* Athenæum Mediolanenſe pag. 44. Vidi ego edit. Mediolan. an. 1620. (ut altera illa 1642, niſi forte repetita ſit editio, pro ficta haberi debeat,) & quædam in Gerſonidæ commentario omiſſa eſſe deprehendi.

*Herm. von der Hardt:* v. Jo. Mercerus.

*Jo. Leusdenius*, Prof. quondam L. Hebr. Ultraject. an. 1699. menſe Octobri defunctus, cujus exſtat *Jonas Illuſtratus*, per paraphraſin Chaldaic. Maſoram magnam & parvam, cum comm. *Jarchii, Aben Eſra* & *Kimchii*, quorum textus Hebr. punctatus & Latine verſus eſt, ſubjectis notis Philologicis, præmiſſis etiam diſſertatt. ſex Philologicis, de textu Hebræo, de Paraphraſ. Chald. de Maſora, commentariis Rabbin. & ſpeciatim de neceſſitate eos legendi, itemque de methodo lectionem Rabbin. cum fructu ſuſcipiendi. Traj. ad Rhen. 1656. 8. iterumque 1692. 8. ubi acceſſit commentarius in *Jonam* ex *Michlal Iophi*, ſine punctis, ſed cum verſ. Lat. omiſſis viciſſim diſſertatt. illis præliminaribus, ex quibus ultima ſolum retenta eſt.

Exſtat

Digitized by Google

Exſtat ejusdem *Ioël explicatus* eodem prorſus modo, quo Jonas cum verſ. & notis, niſi quod hic commentarii Rabbinorum non punctati exſtent. Accedit in calce *Obadias* Hebr. & Chald. una cum Maſora utraque & commentariis trium illorum Rabbinorum, ſine verſione ulla. *Ultraj.* 1657. 8. *Imbonatus* p. 110. Biblioth. Latino-Hebr. affert *Leusdenii* Obadiam & Sophoniam illuſtratum, ubi poſteriorem illum procul dubio *Ioeli* ſubſtituit. Sophonias enim a Leusdenio illuſtratus non datur. Lege de noſtri in rem Hebræorum meritis *Gerbardi de Vries* Orat. Funebr. an. 1699. in eum habitam.

*Jo. Frid. Loſcani*, Cuſtrinenſis Neomarchici, Pentaphyllum Rabbinicum i. e. commentationes quinque Rabbinorum, Raſchii, Aben Eſræ, Baal Hatturim, Chaskuni, & Raſchbam ſuper cap. XLIX. Geneſeos, Latine verſæ, ſine textu Hebr. *Francof. ad Viadr.* 1710. in 4. pp. 64. *Raſchbam* ille eſt R. *Schemuel ben Meir*, ex proſapia Raſchii oriundus, cujus commentarius primum e Bibliotheca R. *Dav. Oppenheimeri* prodiit *Berolini* 1709. 8. in Pentateucho Hebr. variorum commentariis illuſtrato.

*Iohannes Mercerus*, Prof. literarum Hebr. Pariſ. an. 1570. defunctus, edidit cum commentario ſuo in *Hoſeam*, *Ioelem*, *Amoſum*, *Obadiam* & *Ionam* commentationes Kimchii, Aben Eſræ & Jarchii, Latine *Genev.* in fol. ſine anno notato. Ceterum illa hujus collectionis verſio Latina nata eſt ex Hebraica, quæ debetur primum Roberto Stephano, qui quinque illos Prophetas Hebr. & Chald. cum dictis commentariis ſine verſ. Lat. edidit *Pariſ.* 1556. 4. Inde primum ſuam *Hoſea* edit. recognovit *Coddæus* Lugd. B. 1621. a. cum Lat. Merceri verſione, (de qua paulo ante) ejusque exemplum ſecutus Cl. *Hermannus Hardtius*, Prof. Helmſtad. an. 1702. 4. Helmſtadii, ſine verſione Lat. de qua in præf. teſtatur, ſe eam Mercero ſuppoſitam putare, cum nec eruditionem ejus & peritiam Rabbinic. nec ſtylum referat; tyronis potius fuiſſe verſionem, inſcitam & a mente Rabbinorum alienam. Nemo non idem ſtatuet, qui vel obiter interpretationem iſtam inſpexerit. Eam tamen vel ſic ſeorſim quoad quinque illos Prophetas recudi curavit *Georg. Chriſtianus Burcklinus*, Gieſſ. 1695. 4.

Ejusdem libellus *Ruth* cum ſcholiis Maſoræ ad marg. & & ſuccincta in eundem expoſitione, cujus auctor in MS. exemplari fertur R. *Dav. Kimchi* Pariſ. 1563. in 4.

Ceterum lege de Mercero noſtro *Paul. Colomeſium* in Gallia Orient. p. 47. ſq. *Imbonatum* p. 120. ſq. *Ant. Teiſſerium* Tom. I. p. 347. ſq. *Thom. Pope*

*Pope Blount* in Cenſura p. 491. ſq. *Ludov. Eliam Dupin* Tom. XVI. Bibl. *Rich. Simonem* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. III. c. 14. *Adrian. Bailletum* Tom. III. Iudiciorum p. 424. & ex noſtratibus Vener. *Georg. Serpilium* in Vitis Scriptorum Biblicorum Tom. VII. Part. II. p. 317.

*Simeon Muiſius*, ſeu *de Muis*, (quem *Imbonatus* p. 266. & ejus forte exemplo *Relandus* in prolegom. ad Analecta Rabbin. * * 7. *de Muſis*, neſcio quam recte, cum ipſe nunquam ita nomen ſuum ſcripſerit, appellat) Profeſſor Regius literarum Hebr. Pariſ. *commentarios Kimchii & Raſchii in Malachiam toga Latina induit*, (hebr. & Lat. prod. Pariſ. 1618. 4.) *& ſeorſim Aben Eſra Kimchii & Raſchii notas in Pſ. 19. Latine Pariſiis edidit, daturus integram verſionem commentariorum Kimchii in Pſalmos, quam pollicebatur in epiſtola præf. Gramm. Bellarmini*, quæ verba ſunt Relandi in prolegom. ad Anal. Rabb. l. c. Lege de noſtro *Imbonatum* pag. 266. *Rich. Simonem* in Hiſt. Crit. V. T. lib. III. c. 12. & c. 18. itemque Colomeſium in Gallia Orientali.

*Sebaſtianus Munſterus*, Profeſſor L. Hebr. Baſil anno 1552. 23. Mart. defunctus, cujus *Ieſaias* Hebr. & Græce cum duplici Lat. verſione & ſuccincto comment. Rabbin. ex R. *Dav. Kimchio* potiſſimum collecto, prodiit apud Henric. Petri in 4. Lege de eo *Imbonatum* p. 247. *Melch. Adami* in Vitis Philoſoph. p. 66. *Teiſſerium* Tom. I. Elogg. p. 50. ſqq. *Thom. Pope Blount* in Cenſura p. 408. *Rich. Simonem* Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. c. 9. & in Biblioth. Critic. Tom. IV. ep. VII.

*Arnold. Pontacus*, Burdegalenſis, Epiſcopus denique Vaſatenſis, qui per typographi errorem ab Imbonato p. 8. vocatur *Pontanus*, an. 1605. defunctus, edidit Prophetias *Obadiæ*, *Ionæ* & *Zephaniæ*, cum Chald. paraphraſi & commentariis Jarchii, Aben Eſræ & Kimchii, Pariſ. 1566. 4. pp. 123. omnia tantum Latine, ſicut & textus ipſe Prophetarum tantum Latine exhibetur. Idem in epiſtola ad *Gilb. Genebrardum*, quæ exſtat in hujus Chronographia Pariſ. 1585. edita, ita: *Adjiciam meas ex Hebræo commentar. Rabbin. e Sal. Iarchio, Ab. Eſra & Dav. Kimchio in novem minores Prophetas converſiones.* Quem locum procul dubio reſpexit *Paulus Colomeſius*, quando in Gallia Orient. p. 106. teſtatur, Pontacum promiſiſſe verſionem Lat. commentariorum Rabbin. in Prophetas minores. Confer de noſtro *Thom. Pope Blount* in Cenſura pagina 626. *Joſ. Scaligerum* ep. 104. *Iſaac Caſaubonum* ep. 333. & 496.

*Balthaſ. Scheidius*, Profeſſor Linguarum Or. Regiomontanus, ac deinde Argentoratenſis, edidit Pſalmum CXIX. Hebr. Chald. Syriace & Arab. cum commentariis Hebr. Iarchii & Aben Eſræ, poſita e regione verſione textuum iſtorum (quod etiam de Rabbinorum commentariis accipiendum eſt) Latina & notarum Maſoreticarum. *Argentor.* 1700. 4. recuſ. Vide noſtri Vitam in *Herm. Wittenii* Vitis Philoſoph. Dec. IX. p. 550. ſqq. & *Rud. Mart. Meelführerum* p. 95. Acceſſion. ad Almeloveen.

*Io. Adamus Scherzerus*, Profeſſor primum LL. Gr. deindæ Theologiæ in Acad. Lipſ. anno 1683. defunctus, cujus *Trifolium Orientale*, i. e. comment. *Abarbanelis* in Haggæum, R. *Sal. Iarchii* in Paraſcham I. Geneſ. & *Moſis Maimonidæ* Theologia cum ſpecimine Theologiæ Hebræorum Mythicæ ita prodiit, ut textus Hebr. (qui tamen Abarbanelis commentario deeſt) oppoſitam ſibi habeat verſionem Latinam, ſubjectasque hinc inde annotationes. *Lipſ.* 1663. in 4. Eadem collectio ſine acceſſionibus recuſa eſt ibid. an. 1672. 4. ſub titulo *Opera Pretium*, cum augmento vero iterum an. 1705. cura Vener. *Io. Georg. Abicbtii*, ſub titulo *Selectorum Rabbinicorum*. Is vero præter cetera, de quibus in limine hujus recenſionis ſupra diximus, in recognita hac editione bene meruit tum de textu Hebræo Rabbinorum, quem inprimis in Raſchio, quod ad voces exoticas, accuratius edidit, tum de interpretatione B. Scherzeri Latina, quam expolivit, emendavit, & illuſtravit. Lege vitam noſtri in *Wittenii* Memoriis Theologorum Decad. XVI. p. 2127. ſqq.

*Haquinum Stridtzbergium*, Profeſſorem Ll. Oo. Londinenſem in Scania, in memorata Academia *Iarchii*, *Aben Eſræ* & *Kimchii* commentarios Latine cum notis edere anno 1706. cœpiſſe memoratum alicubi memini.

*Matthias Wasmuthus*, Profeſſor Kilonienſis Ll. Oo. anno 1688. 18. Nov. defunctus, cum adhuc *Jenæ* commoraretur, in uſum prælectionum edidit *Obadiæ* Prophetiam Hebr. & Chald. cum Maſora utraque & tribus Rabbinis *Iarchio*, *Aben Eſra* & *Kimchio* ſine verſione Lat. *Ienæ* 1678. in 8. Lege Vitam noſtri in Vener. *Henr. Pippingii* Sacro Decadum Septenario Dec. II. n. 10.

De aliis ejusmodi collectionibus commentar. Rabbinicorum, quales exſtant in Bibliis Bombergianis & Buxtorfianis item in nonnullis

Pentateuchi editionibus, dictum eſt ſupra in recenſione editionum Biblicorum Hebraicorum.

595 פנים במשפט PANIM BAMMISCHPATH, *facies in judicio*, liber Aſtronomicus Anonymi ex Arab. converſus hebraice a R. Salom. fil. R. Abrah. Avigador, teſte ש״י.

פנקס של קהל וורמיזה i. e. liber, in quo nomina Judæorum Synagogæ Wormatienſis conſignata erant, MS. in Bibl. Oppenheim. in 4. Codex latus unum digitum.

פסיקתא זוטרתא PESIKTA SOTARTA: v. Parte I. ר׳ טוביה.

פסיקתא רבתא PESIKTA RABBETA: v. Part. I. *Rav Cohana & R. Jebuda* אלעאי.

596 פענח רזא PANEACH RASA, *revelatio Secreti*, ubi duo vel tria loca obſcuriora ex qualibet ſectione Pentateuchi explicantur, quod ipſum etiam fit de quinque *Megilloth*, MS. in Vatic. in 4. Ita *Bartoloc.* Tu vide ſupra R. *Iebuda Iſaac bar Iebuda Levita.*

597 פרדס אמונים PARDES EMUNIM, *paradiſus fidei*, quem librum de articulis fidei agere & Sabionetæ editum fide Catalogi Pragenſis teſtatur *Plantavitius* n. 578. At vix ego dubitem, Plantavitium pro פרדס רמונים qui eſt commentarius in *Aggadoth* quasdam Talmudicas, quem *Schem Tov ben Sprot* Sabionet. 314. in 4. edidit, legiſſe פרדס אמונים.

598 פרדס החכמה PARDES HACHOCHMA, *paradiſus ſapientiæ*, expoſitio ſuper Legem Anonymi, ex Medraſchim & aliis variorum commentariis collecta. Codex in 4. latus quinque digitos.

599 פרח הרפואה PERACH HAREPHUA, *flos medicinæ*, tractatus Medicus Anonymi MS.

600 פרי היגון PERI HAJIAGON, *fructus laboris*, liber, neſcio cujus argumenti, quem *Gilb. Genebrardus* ſimpliciter ut editum memorat in calce

calce Iſagoges Rabbinicæ a Cl. *Adr. Relando* in Analectis Rabbinic. recuſæ p. 206.

פרפרת PARPERETH, *obſonium*, ſive *cupediæ* R. *Iacob, Baal Hatturim*, memorat Plantavitius, tanquam compendium libri *Arba Turim* ed. *CPoli.* Alibi non video memorari. 601

פרפראות PARPERAOTH, *collectionem rerum ſubtilium* Gilb. Genebrardus ſine argumenti locive mentione inter libros editos recenſet, quorum catalogus exſtat in calce Iſagoges ejus Rabbin. pag. 203. edit. Relandinæ in Analectis Rabbinic. Forte hic liber eſt R. *Abrahami fil. Iechielis Porto*, qui dicitur חות יאיר, de quo ſuo loco. Hoc enim פרפראות i. e. varias ſubtiles explicationes vocum Cabbaliſticas contineri recte monet *Hottingerus* p. 34. Bibl. Orient. 602

פרקים על האמונה PERAKIM AL HAEMUNA, *capita de fide & fiducia in Deum collocanda*, MS. in Bibl. Vatic. 4. quem librum eundem puto cum eo, de quo ſupra ſub titulo האמונה והבטחון. 603

ל״ו פרקים h. e. XXXVI. capita de variis argumentis MS. in Bibl. R. Moſ. Raph. de Aguilar in fol. V. Catal. libb. ejus p. 18. n. 8. 604

פרקי שירה PIRKE SCHIRA, *capitula cantici*, hymni Anonymi cujusdam, quos aves, jumenta & beſtiæ in univerſum in honorem Conditoris ſui ſingulis diebus decantare finguntur, quorumq; origo ad *Davidem* & *Salomonem* refertur. Libellus Judæis multum æſtimatus, unde & aliquoties prodiit. Exſtat etiam editus *Venet.* & *Cracov.* in 8. cum rhythmis german. eo pertinentibus: itemque cum duplici commentar. *Iſaaci* & *Simeonis Wolf*, filiorum R. *Meir Niclaſburg*, Pragenſis, quorum prior dicitur שִׂיחַ יִצְחָק *meditatio Iſaaci*, poſterior vero שַׁעַר שִׁמְעוֹן *porta Simeonis*, *Venet.* 424. C. 1664. 4. apud Hier. Bragadin. pp. 114. Commentarius uterque cingit textum ab utroque latere. Lucem præterea vidit *Mantuæ* an. 421. C. 1661. 8. majori cum commentario itidem duplici, altero, qui dicitur מְסַפְּרִים תְּהִלּוֹת יְהוָה i. e. *enarrantes laudes Dei*, auctore R. *Chananja* מסונצליטי *labia ſonora* ex *Pſ.* 63. 9. Scriptore R. *Gamliel filio Chananjæ*. Illi commen- 605

mentarii per duas columnas ſibi ex adverſo ſunt oppoſiti, textu ipſo *τῶν Pirke* medium occupante. Conſtat totum volumen pp. 195. ſine computatis Indicibus. Ipſa capitula cantici ſunt ſex & octoginta, & abſolvuntur duabus paginis. Ultimum canticum eſt *canis*. Prior *Chananjæ* comment. pertingit tantum usque ad hymnum 83. & paginam libri 113. Auctor enim morte præventus abſolvere commentarium hunc non potuit. Accedunt hinc inde animadverſiones quædam ab Editore, cujus nomen latet. Dicitur in titulo curata editio apud *Joſuam* מפרשה i. e. forte *Peruſinus*, per filium ejus *Juda Samuel*. Cum verſione Germanica prodiit hic libellus Amſtelod. 452. C. 1692. 8. pp. 16. Hunc librum procul dubio innuit Plantavitius, quando n. 582. פרק שירה memorat, additque, eum laudari in Catalogo Pragenſi, ſine auctoris & argumenti mentione videri: vero ſibi vi tituli de re metrica agere. MS. habet Oppenheimerus.

606 פרקי התשובה PIRKE HATTESCHUVA, *capita pœnitentiæ*, ubi de præſtantia & utilitate pœnitentiæ diſſeri teſtatur *Buxtorfius*.

607 פשטים PESCHATIM i. e. expoſitiones literales variorum Scripturæ locorum MSS. in Biblioth. Oppenh. 4. Vol. unum digitum latum.

608 פתח אוהל PETACH OHEL, *janua tentorii*, ex Exod. XXXIII. 9. lib. Cabbaliſt. & ritualis, MS. apud R. Oppenheimerum in 4.

609 פתח דברי PETACH DEVARAI, *janua* ſive *initium verborum meorum*, Grammatica Hebræa, quam Schabtæus in ש״י *Moſi Kimchio*, *Buxtorfius* vero, *Plantavit.* n. 588. & *Bartoloc.* Anonymo tribuunt, ſicut *Io. Morinus* Exercit. IV. in Pentateuchum Samarit. c. 6. & in Exercitatt. Biblicis p. 415. auctorem Hiſpanum, ſed cetera incognitum, appellat, unde & in titulo Collectionis Grammaticorum Venetæ, anno 306. C. 1546. curatæ, hæc legis פתח דברי מיוחס לאחד מחכמי הספרדיים הקדמונים: i. e. *liber Petach Devarai adſcriptus cuidam Sapientum Hiſpanorum veterum.* Sic & in Catalogo Grammaticorum veterum, quem Parte I. exhibuimus, p. 340. ita legitur: *Sapiens quidam, cujus nomen ignoramus*, (in hebr. אברנו שמו) *ſcripſit librum, qui vocatur Ianua verborum an.* 5100. C. 1340. *Morinus* p. 415. Exercitatt. Biblic. ad eundem

dem catalogum provocans ita: *Catalogus MSS. Grammaticorum, poſitus ante librum Iudæ de quieſcentibus, illi aſſignat annum 100,* (lege 5100.) C. 340. (lege 1340.) *ſed nomen indicat.* In poſtremis verbis excidiſſe videtur particula *non*: cum paulo ante liber ignoto auctori tribuatur. Prodiit libellus cum *Eliæ Levitæ* notis, *Ferrar.* 267. C. 1507. & *Venet.* in collectione Grammaticorum 306. C. 1546. 8. teſte ש״י p. 63. n. 108. imo, ſi eundem p. 18. n. 30. audias, *Auguſtæ Videlic.* (איוגסבורג) an. 281. C. 1521. *Moſi Kimchio* ideo putem a Schabtæo adſcriptum eſſe, quia eodem Volumine ejus ספר מהלך שבילי הדעת comprehenditur. Habet libellum hunc MS. R. Oppenheimerus in 4. Codex latus eſt 2. digitos.

610 פתח שער היראה PETACH SCHAAR HAIIRA, *janua portæ timoris*, de providentia Dei in creaturas: liber diviſus in dies triginta, pro exercitiis quotidianis per menſem continuandis. MS. in Bibl. Colleg. Neophyt. in 4.

611 ס׳ פתרון חלומות SEPHER PITRON CHALOMOTH, *liber de interpretatione ſomniorum*, germanice editus *Dyrenfurti* 1695. 8. una cum ווידויים i. e. *confeſſionibus* peccatorum inter Judæos receptis ſermone itidem German. Non dubito eſſe verſionem Germanicam libri פתרון חלומות R. *Salom. Almoli*, de quo vide ſuo loco.

612 פתרון ספר אמונות PITRON SEPHER EMUNOTH, *interpretatio libri de fide*, MS. in membrana in Bibl. Oppenheim. 4. latum 2 digitos. Neſcio, cujus ſit ille de fide liber, utrum R. *Schem Tov ben Schem Tov*, an R. Meir Rotenburgenſis, cujus commentatio Cabbaliſt. ſub hoc titulo exſtat.

## צ

613 צוף דבש ואמרי נועם ZUPH DEVASCH VEIMRE NOAM, *favus mellis & eloquia jucunda*, ex *Proverb.* XVI. 24. i. e. de arte Rhetorica & vanitate mundi, liber ab Anonymo compoſitus an. 201. C. 1441. & MS. in Bibl. Vatic. in 4.

614 ס׳ על צורת האדם SEPHER AL ZURAT HAADAM, *liber de forma hominis*, MS. Cabbaliſt. in Biblioth. Vatic. in 4. ubi de membris corporis humani, quæ ad Deum referuntur, & de nomine יהוה.

615 צורת אותיות ZURATH OTIIOTH, *de figura literarum*, MS. in Noſlos Chochma p. 195. b.

616 צורת הארץ ZURATH HAARETZ, *figura terræ*, lib. Anon. MS. in Bibl. Ducis Parmenſis, qui forte non diſtinguendus eſt ab illo, quem ſub eodem titulo R. *Abrah. Chaija* ſcripſiſſe ſupra oſtendimus.

617 צורת מנורה ZURAT MENORA, *figura candelabri*, ex Pſ. LXVII. deſcripta, cujus verſiculi ita diſpoſiti ſunt, ut candelabrum illud exhibere videantur. Eo quidem Judæi ſuperſtitioſe abuti ſolent. Deſcribit fuſius *Bartoloc.* Tomo IV. p. 328.

618 צח שפתים ZACH SEPHATAIIM, *nitidus labiis*, liber *ἀνώνυμος*, ab *Elia Levita* citatus, qui a nonnullis ipſi Eliæ perperam tribui ſolet. Vide quæ ſub ejus nomine diximus.

619 על צחוק שח *de ludo Scacchico* libellus, quem B. *Wagenſeilius* in tract. ſuo de urbe Norimberga p. 168. citat MS. tanquam viſum ſibi Senis apud Præſidem Synagogæ: Vide Part. I. p. 406.

620 צפוני ציוני ZEPHUNE TZIIONI i. e. *abſcondita Sionæi*, liber Cabbaliſt. MS. in quo teſte *Schabtai* explicantur nomina הקליפות h. e. מסטרא דמסאבא *malorum dæmonum.* Eum laudatus *Schabtai* in ש״י p. 65. ut *ἀνώνυμον* memorat, in Indice vero alphabetico tribuit R. *Menachem* ציוני, cujus commentarium Cabbaliſt. Parte I. ſuo loco recenſuimus. Exſtat ille in Biblioth. Oppenheim. MS. in 4. 12. plagulis.

621 צפוני ריקאנטי ZEPHUNE RAKANATI, *abſcondita Racanatenſis*, liber Cabbaliſt. MS. teſte Buxtorfio, quem cum proxime antecedente eundem eſſe vix crediderim, quamvis id ſuſpicetur Theatrum Anonymorum Placcianum p. 714.

צורת

Digitized by Google

צפחת המים ZAPPACHAT HAMMAIIM, *lagena aquæ*, allegatur in libro כנסת הגדולה. 622

צפנת פענח ZOPHNATH PANEACH, *revelator arcanorum*, continet indicem capitum Talmudic. alphabeticum, unde cognoſci poteſt, quod caput in quo tractatu inveniatur. *Prag.* apud Moſ. b. Joſ. Bezalel in 4. pp. 4. 623

צפנת פענח ZOPHNATH PANEACH, *revelator arcanorum*, comm. ſuper *Tikkune Sohar*, MS. neſcio cujus auctoris in Bibl. Oppenh. in 4. pp. 305. 624 a

ספר צרורות SEPHER ZERURUTH, *liber faſciculorum*, qui laudatur in libro בית יוסף teſte ש״י. 624b

צרי הנפש ZERI HANNEPHESCH, *balſamum animæ*, ordo confeſſionis pro ægrotis, & deprecationes pro iis, qui exſpectant meliorem mundum. *Venet.* 1639. in 8. quem librum non niſi in Catalogo Bodlejano p. 212. notatum inveni. Puto hunc diſtinctum eſſe a ſcripto *ὁμωνύμῳ*, de quo diximus ſub R. Joſeph גויבנר. 625

## ק

ספר קבוצים SEPHER KIBBUZIM, *Collectanea* ex Talmude Judæorum, quæ fabuloſe dicta videntur, v. c. de *Leviathan*, *Behemoth* & *Ziz Sadai*, MS. in Vatic. 626

ספר קבוצים SEPHER KIBBUZIM, *liber collectaneorum*, citatus a *Galatino* lib. III. c. 5. de Arcanis Cathol. Verit. qui ex eo affert teſtimonium de Meſſia, ex Pſ. CX. Exſtare eum adhuc inter Judæos, ſed ſtudioſe occultari, teſtatur *Chriſtoph. Helvicus* in calce tractatus de Paraphraſibus Chald. provocans ad *Matthiam Heunium*, qui librum hunc Venetiis MS. viderit. En ipſa *Helvici* verba! *Librum* Kibbuzim *comperio adhuc exſtare Venetiis manuſcriptum. Ibidem enim illum & vidit & concrectavit Matthias Heunius Holſatus, SS. Theologiæ ſtudioſiſſimus, & Hebr. Linguæ fidelis cultor, apud vetulum quendam Rabbinum, qui diu tergiverſatus ægre tandem oſtenderat.* 627

קבלח

Digitized by Google

628 קַבָּלָה KABBALA, Theologia & Philoſophia Judæorum arcanior, de qua ſupra lib. VII. toto diſputavimus. Hic ſcripta quædam Cabbaliſtica *ἀνώνυμα* manu exarata recenſebimus:

Liber Cabbaliſticus Theoreticus variorum argumentorum ex R. *Iſaaci Luriæ* ſcriptis, ceu auctor p. 37. b. profitetur, excerptus, & forte a R. *Chajim Vital* compoſitus, in Biblioth. Uffenbachiara num. 77. in 4. Vide Catalogum p. 102.

Liber Cabbaliſt. Practicus in 8. foliorum 5. ibidem num. 79. Vide p. 104.

Liber Cabbaliſt. Theoreticus in 12. foliorum 23. ex *Iſaaco Loria* ibidem n. 81. Vide p. 106.

Collectio XV. ſcriptorum Cabbaliſticorum varii argumenti, MS. vetus, memoratur in R. Moſis Raphael de Aguilar Catalogo librorum p. 20. n. 2. in 8.

MS. Theologicum Cabbaliſticum recenſetur in catalogo MSS. Erpenii Hebraicorum num. IV.

Volumen Cabbaliſticum de variis argumentis in Biblioth. Oppenheimeri in 4.

Simile volumen aliud ibidem in 4. quo inter cetera continetur commentarius brevis in *Sohar* & commentarius R. *Ioſuæ*, Rabbini quondam Cracovienſis, ſuper *Aſara Maamaroth*.

Proximus illi erat Codex alius in 4. variis libellis conſtans, v. c. מִדְבַּר יְהוּדָה plagularum ſex. Cetera ex R. *Iſaaco Loria* erant petita, & quædam ad varia loca *Sohar* illuſtranda ſpectabant.

Ibidem דְּרוּשִׁים נָעִים ſeu *diſſertationes* Cabbaliſticæ variæ in 4. volumen amplum.

Ibidem Codex alius, in cujus limine legitur comment. in Canticum Sabbaticum, ut alios taceam. Confer ſupra titulum פירוש & ביאור. Addam his Indicem commentationum Cabbaliſticarum Latine nunc cum, nunc ſine auctoris nomine ſcriptarum, quæ exſtant in B. Vaticana MSS. in fol. n. 189. & 190. Eorum tituli a Bartoloccio Tom. IV. p. 314. ita referuntur: *Tractatus Cabbaliſtici varii de Anima myſteriis: de voce Domini ad Toldam: de hominis generatione: de myſteriis unitatis fidei: de felicitate juſtorum.* Ex Cod. 190. ſive *libro*, qui dicitur, *Combinationum: de attri-*

*attributis divinis*, *de punctis literarum*: *de* 231. *revolutionibus literarum Alphabeti*: *undecim quæſtiones in X. Sephiroth*: *Fons aquæ vivæ*, *vel Fons vitæ*: *de expoſitione pretii* יוצר, *de actu & potentia*: *de Prophetia.* Ex Tertia Parte, quæ dicitur Monimenta Vitæ: *Secretum Secretorum Legis*; *de vera laude*: *de Influentia*: *de innovatione nominis*: *de opere ſex dierum*: *de cœlis & terra*; *de impoſitione nominis*: *de lapidibus marmoreis*: *de aquis ſuperioribus*: *de paradiſo & arboribus*, *item de ſolennitatibus.* Porro: *Expoſitio X. Sephiroth*: *de Sapientia & reliquis muneribus*: *Liber Portarum Juſtitiæ*; *liber ſecretorum quorundam præceptorum Dei*: *Secretum benedictionis*; *Myſteria operis Geneſeos*: *Secretum Animæ*, *poſtquam creata*, *& de corpore*: *Secretum pœnarum animæ & de Gebenna*: *Secretum venturi ſeculi*: *de reſurrectione mortuorum*: *de fundamento fidei & religionis*: *de ſecreto phylacteriorum*: *de Sabbato & ſolennitatibus*: *de umbraculis*: *de palma & citro*: *de Circumciſione*: *Secretum de Caſeis & Lacte*: *de Lucernis & Candelabro*: *de Benedictionibus*.

קבלה האמתית HAAMITTITH, *traditio fidelis*, MS. in Vatic. in 4. Iudæi alias hoc nomine appellant doctrinam omnem, quæ rationibus probatur, & fide digna eſt. 629

קבלת שבת KABBALAT SCHABBAT, *receptio Sabbati* i. e. *de precibus & ritibus*, *quibus excipitur Sabbatum*, germ. in. 4. pp. 7. ſine loco & anno. 630

קדוש השם KIDDVSCH HASSCHEM i. e. *hiſtoria martyrii* R. Matatjæ, R. Pinchas & R. Abrahami, qui religionis cauſa occiſi dicuntur in Polonia: ſine loco & anno prod. in 8. una & dimidia plagula. 631

ספר הקדמוניות SEPHER HAKKADMONIIOTH, *liber Antiquitatum*, quem ex *Joſippon* ſeu *Ioſepho*, (qui ad differentiam *Ioſippon Hebraici* appellatur,) e verſione Latina translatum eſſe ait ש״י, additque, in libro *Meor Enajim* (B. Aſariæ) ſæpe citari, ibique vocari ס׳ הקדמוניות R. *Iedidjæ Alexandrini*, ſive *Philonis* Judæi, cujus libri pars prior recenſeat res inde ab Adamo usque ad Davidici imperii finem geſtas, quæ ex Græco ſit converſa; pars poſterior vero ex Joſepho de Bellis Judaicis ſit deſumta, inter quem & *Ioſippon* Judaicum 632

 magna

magna ſit differentia. Si R. *Schabtai* non aliam habuit rationem, (quam vereor ut habuerit) cur hæc diceret, atque adeo ſoli, ut videtur, R. *Aſaria* allegationi innixus ſit, dubitandum adhuc videtur, num inter Judæos verſio Ioſephi Hebr. de Bellis Iudaicis exſtet. Quæ enim Aſarias in *Meor Enajim* ex Joſepho Græco citat, ea hauſit ex Latina ejus verſione, quemadmodum plura ſcripta Latina & alias in libro iſto ſuo ad partes vocat, quod Parte I. ſub עזריה oſtendimus: imo ipſum *Philonis* librum, qui dicitur *de Temporibus*, ex Latino ſermone (neque enim græce unquam exſtitit, ſed a recentiore Scriptore Latino illi ſuppoſitus eſt) Hebraicum inſeruit operi ſuo *Aſarias*. Confer, quæ Parte I. dicta ſunt de *Ioſepho*.

633 קול חתן KOL CHATAN, *vox ſponſi*, lib. MS. in Bibl. Oppenheimeri in 4. de eo, quomodo olim ſe geſſerint ſponſus & ſponſa.

634 קול הנגידים KOL HANNEGIDIM, *vox anteceſſorum*, quem titulum ſe alicubi legiſſe ſcribit R. Schabtai. *Plantavitius* n. 625. ex Catalogo Pragenſi teſtatur eſſe librum concionum.

635 קול שמחה KOL SIMCHA, *vox gaudii*, ex *Ierem*. IV. 31. cantilena longa de Sabbato, cujus ritus exponuntur. *Proſtitit* in Moravia an. 304. C. 1604. 4. plagg. 2.

636 ספר הקומה SEPHER HAKKOMA, *liber ſtaturæ*, lib. Cabbaliſt. MS. teſte ש״י. MS. habet Oppenheimerus.

637 קושין KOSCHEN, *deſcriptio regionis Koſchen* Hebræo germanica, ubi recenſentur, quæ Judæus ibi inter Judæos vidit: *Prag.* ſecundum ed. an. 448. C. 1688. in 8.

638 ספר קינות SEPHER KINOTH, *liber lamentationum*, quæ a Judæis Germanis recitari ſolent in memoriam templi everſi, & variarum Synagogarum diverſis temporibus dirutarum. MS. in Vatic. in fol. Non dubito cantiones has lugubres eas eſſe, quas canere ſolent nono

nono die menſis *Abb* in memoriam Templi Hieroſolymitani everſi, quæ ipſæ cum libris תפלות edi ſolent.

קינות i. e. lamentationes ex ritu Polonorum, Bohemorum, Moravorum, Ruſſorum & Lithuanorum cum amplo comment. *Chajim Chaſan fil. Iſaac Leibſchütz* lucem viderunt *Lublini* 377. C. 1617. in 4. iterumque ex eorundem conſuetudine, ut & ex ritu Germanorum Judæorum in calce libri, cum comm. R. *Aſcher b. Joſeph. Cracov.* 345. C. 1585. 4.

*Kinoth* ex ritu Germ. & Polon. *Amſtelod.* 411. C. 1651. 8. ap. Imman. Benbeniſte & 466. C. 1706. 8. ap. Salom. Probs it. 417. C. 1657. 8. Francof. ad Mœn. 457. C. 1697. 8º. *Prag.* 469. C. 1709. 4. ap. nepotes Moſis.

*Kinoth* hebr. & germ. *Deſſav.* apud Moſ. b. Simcha an. 458. C. 1698. in 4. & Prag. 469. C. 1709. 4.

*Kinoth* cum expoſitione Germanica *Löw ben Chajim*, Pragæ 463. C. 1703. in 4. pp. 54.

*Kinoth* ex ritu Judæorum cujuscunque gentis *Venet.* an. 376. C. 1616. 8. apud Bragadin.

Solent Iudæi adhuc hodie in caſus lugubres קינות ejusmodi conſcribere. Sic in Vatic. MSS. exſtant lamentationes in memoriam Iudæorum tredecim, Trecis in Gallia an. 1288. combuſtorum, gallice. Lugubre carmen, quo, neſcio quis, immaturum R. *Salom. b. Jachija* obitum proſecutus eſt, exſtat in *Schalſcheleth* p. 59. b. Incendium Francofurtenſe Plateæ Judaicæ, an. 1711. 14. Januarii obortum, lamentatione ejusmodi, dialecto Rabbinico-German. concinnata, ſed inficeta admodum proſecutus eſt Judæus rudis & ineptus, quam leges, ſi placet, in Cl. *Schudtii* Memorabilibus Judaicis Parte III. p. 63. ſqq. Edita etiam eſt *Halæ* 1712. 8. R. *Elieſerem fil. Kalir* lamentationes ejusmodi 21. ſcripſiſſe ex libro מה״ריל monet ש״ש p. 67. n. 35.

Exemplar τῶν קינות MS. in membrana in 4. foliorum 76. in Bibliotheca Uffenbachiana n. 39. inter quas fol. 41. b. exſtat precatio, Francofurtanæ Synagogæ calamitates exponens. Ibidem n. 40. aliud exemplum in membrana in fol. pp. 109. initio mutilum, cum parte Threnorum Jeremiæ, item Jobi libro integro & 23. prioribus capitibus Jeremiæ. Vide Catalogum p. 36. 37.

Non præter rem huc retulero collectionem carminum variorum lugubrium, maximam partem *Hiſpanicorum*, aliquot vero *Luſitanicorum* &

paucorum Latinorum, a variis Judæis in memoriam binorum Judæorum *Abrahami Nunez de Bernal*, & *Iſaaci de Almeida Bernal* compoſitorum, quorum prior Cordubæ an. 415. C. 1655. 3. Maji, poſterior Compoſtellæ in Gallicia eodem anno vivi ob religionem combuſti ſunt. Titulus collectionis hic eſt: *Elogios, que Zeloſos dedicaron a la felice memoria de Abraham Nunez Bernal &c.* ſine anni locive editionis mentione, quæ tamen curata videtur Amſtelodami. Conſtat pp. 172. in 4. Initium facit Sermo *Iſaaci Aboab* hiſpanicus, quem deinceps variorum Judæorum carmina excipiunt usque ad p. 125. ubi occurrit Narratio de vivicomburio *Iſaaci Bernal* cum carminibus. In fine totius Voluminis exſtat R. *Jac. Abendane* ſermo in utrumque pronunciatus.

קיניג ארטוס הוב vide Part. I. ארטוס.

639 קן צפור KEN ZIPPOR, *nidus avis*, ex *Deuter.* XXII. 6. compendium libri כנפי יונה, MS. Anonymi laudatur in ש״י. Exſtat in Bibl. Oppenh. una cum alio libello סדר א״ב i. e. *ſeries alphabeti* in 4. vol. unius digiti latitud. æquans. Ibidem vidi adhuc ſemel in 4. & iterum in 4. 12. plagg. Iterum in 4. pp. 33.

640 ספר קנטיר SEPHER KANTIR, liber incantationum magicus & idololatricus, cujus ſæpe meminit Maimonides in *More Nevochim*. Ita Bartoloccius. *Gaffarellus* in Curioſitat. Inaudit. pag. 223. librum hunc ab Ægyptio de arte Magica ſcriptum teſtatur, cujus partem ipſe Hebr. viderit.

641 קצורי דיני פרי חדש KIZZVRE DINE PERI CHADASCH, *compendium rituum & inſtitutorum circa fruges recentes*. MS. in B. Oppenheimeri in 4.

642 קצור הלכות שחיטה KIZZVR HILCOTH SCHECHITA, h. e. *compendium doctrinæ de ratione mactandi Francof. ad Mœn.* 1712. 12. & 1714. apud Hanſtet.

643 קצור זהר KIZZVR SOHAR, *compendium libri Zohar*, a Buxtorfio memoratur.

קצור

קצור דיאליקטיקה KIZZVR DIALECTICA, i.e. *compen-* 644
*dium Dialecticæ*, quod ex Muſeo ſuo deſcribit *Bartolocc.* Tom. IV. p. 106. ſq. ita ut intelligas, prorſus ad methodum Ariſtotelicam de tribus intellectus operationibus in eo diſſeri, & nomina diverſorum Modorum in tribus Figuris ſyllogiſtice ratiocinandi v. c. *Barbara*, *Celarent* &c. hebr. per בארבארא &c. exprimi. Videtur itaque ex Latino aliquo compendio a recente Scriptore (ætas enim ſcriptionis 228. annos non ſuperat, judicio Bartoloccii) hebr. converſum.

קצור מעבר יבוק v. infra רפואות נשמה.

קרית ספר KIRIATH SEPHER, *civitas libraria*, ex *Joſ.* XV. 15. 645
cujus tituli libros tres affert Buxtorfius, binos quidem, quorum auctores non ſunt ignoti, tertium vero *ἀνώνυμον* & MS. argumenti Maſorethici. Hujus auctorem Theatrum Anonymorum Placcianum p. 715. ſuſpicatur eſſe *R. Eliezerem ben* R. *Joſ. Galilæi* non alio, puto, argumento, quam quod ש״י p. 68. hujus tituli librum, de cujus argumento tacet, adſcribit ראב״יה i. e. R. *Elieſer ben Ioſe Haggalili*, ubi ſimul conferri jubet præfationem ad Talmud Babylonicum.

קרובץ KRVVATZ, vox per ראשי תיבות ſive literas initiales tan- 646
tum ſcripta, atque ita interpretanda: קוֹל רִנָּה וִישׁוּעָה בְּאָהֳלֵי צַדִּיקִים i. e. *vox exſultationis & ſalutis in tentoriis juſtorum* ex Pſ. CXVIII. 14. Ita enim nonnullos ex Judæis interpretari docet *Buxtorfius* tum in Abreviaturis Hebraicis, tum in Lexico Chaldaico p. 2124. Quæ vero hac appellatione denotantur, ſunt cantiones rhythmicæ, quas Judæi Germani in Synagoga diebus Sabbatis & feſtis cantillant. Alii vero ſcribere malunt קרובות, idque nominatim faciunt R. *David Kimchi*, ſub radice עתר & *Elias Levita* in Tisbi ſuo loco, nempe ſub קרובץ, ubi exiſtimat, Judæos Gallos voci huic ita ſcriptæ per pronunciationem minus idoneam occaſionem dediſſe. Cum enim ipſi eas cantiones proprie vocarent קרובות a verbo קרב i. e. *adjectitias*, propterea quod מַקְרִיבִים אוֹתָם h. e. *adjungunt eas precibus ordinariis;* factum tamen eſſe, ut cum illi (Galli) *τὸ* צ & ת raphatum eodem ſono efferre ſoleant, Germani indoctiores vocem ipſam per צ ſcri-

 ben-

Digitized by Google

bendam temere putarent. Quod itaque vox iſta ex commate Pſalmi laudato non ſit petenda, Elias l. c. inde etiam evincit, quia ו primum non pertineat proprie ad dictionem iſtam, cum ſequens litera ב ſit dageſſata; deinde vero, quia per alterum quoque ו ſcribatur, & קרובוץ non קרובץ dicatur, cum tamen in verbis illis Pſalmi nullum ſit ו, quod huic reſpondeat. Ceterum tribuuntur illæ cantiones R. *Elieſeri Hakkalir* tum a R. *Aſcher* in cap. V. Cod. *Berachoth*, tum in *Toſephoth* Avoda Sara cap. I. fol. 8. itemque in *Vajikra Rabba*, paraſcha XXX. unde eandem rem repetunt *Juchaſin* p. 34. b. initio, & R. *Nathan* in *Aruch* voce קרוב & פייט, ubi tamen quædam emendanda ſunt in textu, ex ſententia Buxtorfii in Lexico Talmudico l. c. *Kimchius* allegato loco horum carminum auctores recentiores ideo reprehendit, quod ſtilo Biblico abutentes licentius novas vocibus notiones tribuant, eosque, qui his cantionibus utantur, peccare cenſet. Prodierunt *Prag.* 389. C. 1629. ap. filios Jac. Bock ibid. 423. C. 1663. germ. item ib. 417. C. 1657. ap. filios Jac. Bok. *Amſtelod.* 431. C. 1671. fol. ap. Vri Veibs. *Wilmersd.* 430. C. 1670. per Iſaac b. Löw Judlas ib. 441. C. 1681. *Cracov.* 402. C. 1642. per Nahum b. Moſche Meiſels. *Francof. ad Oder.* 462. C. 1702. ap. Mich. Gottſchalck.

647 ספר קרנים SEPHER KARNAIIM, *liber duorum cornuum*; quem titulum ſe alicubi legiſſe teſtatur *Schabtai*: ego eundem allegari video in *Jalkuth Rubeni Gadol* p. 11. a. col. 2. & pag. 83. b. 165. a. & alibi paſſim: præterea vero a. R. Ruben filio Hoſchke in libr. דבר שבקרושה fol. 7. col. 1.

648 קרבן תורה *oblatio Legis vel ſecundum Legem*; קָרְבַּן אָשָׁם *oblatio pro delicto*, קָרְבַּן עוֹלָה *oblatio in ſacrificium* קָרְבַּן חַטָּאת *oblatio pro peccato*, קָרְבַּן שְׁלָמִים *oblatio eucharistica*, קָרְבַּן נָזִיר *oblatio Naſiræi*, קָרְבַּן מְצוֹרָע *oblatio leproſi*, exſtant juncta uno volumine amplo in fol. neſcio cujus auctoris, MSS. in B. Oppenheimeri.

649 קשת נחושת KESCHETH NECHOSCHET, *arcus æneus*, ex Pſ. XVIII. 33. quem *Plantavitius* ex Catal. Pragenſi ſine mentione argumenti memorat n. 631.

ספרי

ר

ספרי ראזי SIPHRE RASE, *libri arcanorum*; memoratur *Plantavitio* n. 492. tanquam liber Philoſophicus & non excuſus; forte ejusmodi hic ſcriptum intelligendum eſt, quod alias (v. c. in *Ialkut Rubeni Gadol*, de quo vide Part. I.) ſub titulo *Gale Raſaia* aut *Sode Raſa* allegari ſolet. 650

ס׳ הרזים SEPHER HARASIM, *liber arcanorum*, Anonymi tribus foliis in 4. MS. in Biblioth. Cl. Uffenbachii. Ibi nomina Angelorum, ſingulis menſibus præfectorum, & pro proſpera fortuna invocandorum, recenſentur. Forte eſt pars libri *Raſiel.* Vide Catalogum Parte I. p. 118. 651

רבות RABBOTH, i. e. *magnæ*, ſcilicet *expoſitiones* in Pentateuchum & quinque Megilloth, quarum ſingulæ a prima ſingulorum librorum, quos illuſtrant, voce appellantur, ita ut expoſitio in Geneſin dicatur *Bereſchith Rabba*, in Exodum *Schemoth Rabba* &c. & ſic in ceteris. Expoſitio in Threnos vocatur Echa Rabba, quia Threni Judæis nomine איכה inſigniuntur. *Magnarum* expoſitionum ſeu *Rabboth* nomine veniunt ideo, quod diverſæ ac potiſſimum myſticæ expoſitiones ibi collectæ exſtant, quæ antiquioribus doctoribus vel affinguntur, vel acceptæ feruntur. Simul tamen reſpici videtur ad nomen collectorum qui venditantur, quorum alter *Hoſchaja Rabba*, alter *Rabba bar Nachmani*, vocatur. *Varia Sacra* forte appellaveris vel *Variorum notas*, ſi φράσει, noſtra ætate recepta, uti placuerit. De collectione earum Judæi conſentiunt, ſi Auctorem præfationis ad librum רוקח exceperis, qui R. *Hoſchajam Rabba* Bereſchith Rabba feciſſe ſcribit. Sed is ſibi ab homonymia non cavit. Duo enim exſtiterunt olim libri ſub titulo eodem *Bereſchith Rabba*; alter R. *Hoſchaja* illius, qui pertinet ad illuſtrationem Miſchnæ (vide Biblioth. hanc Parte I. ſuo loco) alter ille de quo hic agimus. Hunc cum ceteris *Rabboth* Judæi omnes acceptum ferunt *Rabba filio Nachmani*, Præfecto Scholæ Pumbeditanæ in Babylonia, cujus ætatem referunt in A. M. 4060. C. 300. Huic inquam commentarios iſtos tribuit *Abraham ben Dior* in libro Cabbalæ his omnino verbis: רבה בר נחמני היה ראש ישיבה כ״ב שנים והוא חבר בראשית רבה ושאר הרבות: 652

i. e. *Rabba ben Nachmani fuit caput Scholæ 22. annis, & ille elaboravit Bereſchith*

*reſchith Rabba,* & *reliquas Rabboth.* Eum ſequuntur *Gedalias* in Schalſcheleth p. 34. b. *Zemach David* ad an. 4060. qui provocat ad conſenſum auctoris צרה לדרך in præfatione libri ſui, quibus jungendus quoque eſt R. *Iiſſachar fil. Naphthali* in præf. ad commentarium ſuum ſuper Rabboth. Auctor & Zemach l. c. objicit quidem auctoritatem Raſchii in commentario ſuo ſuper Paraſcham מקץ i. e. *Geneſ.* XLI. 1. teſtantis, quod Bereſchith Rabba ſit אגרת ארץ ישראל i. e. *ex terra Sancta* profecta. Cum itaque Rabba Nachmani in Babylonia fuerit, conſequi, putat, eum pro auctore haberi non poſſe. Sed reſpondet idem, Rabbam iſtum, etiamſi in Babylonia commoratus ſit, comportare tamen potuiſſe omnes Aggadoth terræ Iſraëliticæ. Hæc eſt Judæorum de collectore atque adeo etiam de ætate *τῶν* Rabboth ſententia. Hæc vero ſe minus probavit Scriptoribus Chriſtianis, inprimis illis, qui adhibito acumine Critico, expoſitiones has de jactata illa tantæ antiquitatis prærogativa deturbandas cenſuerunt. Nemo majorem hic induſtriam exercuit quam *Ioannes Morinus*, cujus diſquiſitio de hoc argumento digna eſt, quæ legatur in Exercitatt. ejus in Biblicis Exerc. IX. c. 2. p. 350. ſqq. Oſtendit is in Rabboth fieri mentionem *Miſchna* & Talmudis ſeu Gemaræ v. c. in Vajikra Rabba ſect. 7. ubi inter cetera dicitur: ואתם מתעסקים במשנה כאלו אתם מקריבים קרבן h. e. *vos Miſchna ſtudentes idem facitis, quod illi, qui oblationem offerunt.* Sic ibidem ſect. 13. memoratur משנה תלמוד הליכות ואגדות i. e. *Miſchna, Talmud, Halichoth* & *Aggadoth.* Confer hunc locum cum ſimili alio qui ibidem legitur ſect. 21. & 22. ubi poſteriore loco recitantur מקרא משני הליכות תלמוד תוספות אגדות i. e. *Scriptura, Miſchna, Halichoth, Talmud, Toſephoth* & *Aggadoth*, ubi ſimul ſtudium Talmudicum ſingulariter commendatur, inprimis eo nomine, quod omnia hæc Moſi in monte Sinai tradita ſint. Hinc ſane ſequitur, judice Morino, Rabboth poſt compoſitum integrum Talmud, qvod ille ad Seculum VII. refert, collocandum eſſe. Occurrunt inſuper in his voluminibus dictiones Gothicæ & Longobardicæ, quas in plebe nonniſi anno a C. N. 600. invalere potuiſſe cenſet. Talis eſt in *Bereſchith Rabba* ſect. 36. vox בורגר per quam explicatur hebraicum איש ארמה hoc modo: איש ארמה בורגר לשום בורגרותא i. e. *Vir terra dicitur Bourgar propter Bourgerotham.*

Ibi

Ibi itaque agricola vocatur *Bourgher* quaſi paganus, agricultura autem *Bourgerotha* a Burgo, dictione Italica & Gallica, ſed ab antiquis Germanis, Gothis & Longobardis derivata. Confer Vajickra Rabba ſect. 8. Ita recentius urbis nomen *Cartagena* in *Bereſchith Rabba* ſect. 44. occurrit. Romanum Imperium Chriſtianum in Vajikra Rabba ſect. 13. vocatur מלכות ארום *regnum Edom*, quod argumento eſt, eum, qui ita ſcripſit, non pauco tempore poſt Conſtantinum vixiſſe, inprimis cum ad Majorum traditionem ſimul provocet. Videas ibidem recenſeri res, quæ poſt A. C. 300. acciderunt, v. c. in Bereſchith Rabba ſect. 63. de *Diocletiano*, & ibidem ſect. 64. de inſtauratione Templi, auſpiciis *Juliani*, qui regnare cœpit A. C. 361. item ſect. 8. de Baſiliſco Imperatore, qui rebus præfuit A. C. 474. Atque illæ quidem hiſtoriæ cum recenſeantur ut antiquæ, admiſtis fabulis & ineptiis, fieri non poteſt, quin auctor longe recentior ſtatuatur illis temporibus, quibus hæc evenerunt. Accedit farrago variarum fabellarum & portentorum hiſtoricorum, quorum nonnulla Talmudicis ſimillima, alia vero ex Talmude ipſo, h. e. Gemara, depromta ſunt. Tales narrationes exſtant in *Bereſchith Rabba* ſect. 8. 42. & 98. in *Schemoth Rabba* ſect. 20. *Vajikra Rabba* ſect. 22. &c. Hæc in compendio recitat Morinus l. c. cap. III. Idem p. 350. hanc τῶν *Rabboth* faciem exhibet: *Modus interpretandi, quem affectant, eſt allegoricus & anagogicus, aliquando moralis, vix unquam literalis. Si quando literalis, tum ſæpe fabellarum monſtra & portenta enarrat, ad quæ Scripturæ Sacræ verba vult referri. Univerſim vero tota narratio & ſermocinatio fabellis & dictis de Rabbinis ſuis & eorum geſtis velut luminibus & margaritis amplificatur & ornatur. Omneſque iſti vix unquam de ſe vel nomine ſuo aliquid proferunt, ſemper aliquem Rabbinum antiquiorem inducunt, aut fingunt interpretationis monſtrificæ & fabellulæ auctorem.* Ex his patet, Morinum tum de ætate, tum de conditione τῶν Rabboth tanquam levi admodum minus præclare ſentire, neque id quidem ſine fundamento, niſi quod in alterum extremum nimis inclinet animum, quod in eo non mireris, qui res Judæorum omnes ipſumque Codicem Hebræum deprimere conſvevit. Alii volumen τῶν Rabboth Talmude ſtatuunt antiquius, quia v. c. Elle Schemoth Rabba citatur in tractatu Berachoth. Vide עין יעקב fol. 5. 2. edit. in 8. quem locum indicavit mihi Cl. *Schœtgenius*. Idem Dioeletianum & Gordianum memorari in *Schir Haſſchirim Rabba* f. 19. b. obſervavit. Meo quidem judicio tota hæc collectio diverſis auctoribus accepta ferenda eſt, atque iis quidem, qui diverſis tempori-

Sſſſſſſſ bus

bus vixerunt, quorum alii Miſchnicis, alii Gemaricis Scriptoribus propiores aut ab iisdem remotiores fuerunt. Horum deinde obſervata in unam farraginem congeſta ſunt, vel ſaltem ſenſim magis magisque amplificata. Hoc confirmari videtur ipſa dictionis varietate, quæ in his commentationibus obſervatur. Sane ex vocibus illis peregrinis, ac recentiorem ætatem ſapientibus, non ſine periculo totius commentationis ætatem recentiorem æſtimes: Interim fatendum & hoceſt, pro antiquitate rei alicujus demonſtranda non ſatis tuto ad Rabboth provocari poſſe, cum nullo argumento conſtet, quo tempore hæc vel illa narratio aut expoſitio ſubnata ſit.

Reſtat, ut de editionibus variis nunc dicamus. Prima omnium eſt *CPolitana* an. 272. C. 1512. per Ioſ. Gabbai & Abrah. Jeruſchalmi pp. 230. Cl. *Chriſtianus Schœtgenius* per literas nunciavit mihi, eſſe apud ſe fragmentum ꝫ Medraſch ſuper 5 Megilloth ed. Soncinenſis an. רעט 279. *C.* 1519. fol. curatæ, in cujus calce hæc legantur: נדפס במרינת איטליא על ידי צעיר המחוקקים זרע ישראל איש שונצינו נודע ביהודה ובישראל שמו שנת חמשה אלפים ורע״ט לבריאת עולם:

Addit idem eadem, ſi varietates quasdam lectionum exceperis, occurrere, quæ in Rabboth. Prodierunt præterea *Venet.* an. 306. C. 1546. fol. apud Juſtinian. ibid. 1566. ap. Georg. de Cabali. Cum commentario R. *Iiſſachar Behr b. Naphthali*, qui dicitur מתנות כהונה i. e. *dona Sacerdotii*, lucem vidit hæc collectio *Praga* 384. *C.* 1624. fol. item *Cracov.* 1582. ap. Iſaac b. Aaron & 1608. apud eund. *Amſtelod.* 401. *C.* 1641. ap. Imman. Benbeniſte pp. 303. & ſuper Megill. p. 130. *Wilhelmsdorf.* 433. *C.* 1673. & *Francof. ad Viadrum.* 457. *C.* 1697. In hoc comm. textus paſſim ex variis exemplaribus emendatur, voces difficiliores explicantur, ſenſuique ipſi lux affunditur. Bartoloc. Tom. IV. p. 319. memorat edit. *Theſſalonic.* anni 354. C. 1594. apud Abrah. Joſephum בתשבע per duos fratres, filios R. *Matatja Bathſcheba*, cum comm. R. *Jehuda Gedalja bar Moſis Gedalja* & R. *Jiſſachar Behr* b. Naphthali מתנות כהונה.

*Rabboth* cum comm. *Raſchii* & R. אבא i. e. *Abraham bar Aſcher* ſuper Bereſchith Rabba ſub tit. מערני מלך *Venet.* 321. *C.* 1561. vel potius 328. *C.* 1568. vide Partem I. Biblioth. hujus ſub *Abrah. ben Aſcher.* Super *Schemoth Rabba* MS. exſtat hujus comment. in Biblioth. Vatic.

*Rabboth*

*Rabboth* cum comm. R. *Schemuel Japhe* ſuper ſingula Volumina diverſis annis ed. vide Partem I. Biblioth. hujus num. 1086. ſub Schemuel Japhe.

*Rabboth* cum comm. *Noach Daijan ben Peſach*, ſuper *Schemoth Rabba*, *Cracov.* 394. *C.* 1634. fol. vide Part. I. n. 1686. ſub *Noach.*

Noviſſima editio eſt Francof. ad Viadr. an. 464. C. 1704. fol. apud Mich. Gottſchalck.

De aliis ſcriptis, ad Rabboth pertinentibus, vide quæ dicta ſunt ſub R. *Abrah. bar* עקרא, ubi de כללי מדרש רבה item ſub *Menaſſe b. Ioſ. b. Iſraël*, ubi de פני רבה, nec non ſub R. *Meir Benbeniſte* ubi de אות אמת.

Commentarium R. *Abrah. ben* בוניט in Rabboth & Tanchuma MS. memorat ש״ו.

In Biblioth. Jenenſi exſtat editio Veneta cum notis MSS. Judæi cujusdam, in quibus voces difficiliores a Lexicographis omiſſæ explicantur, quas inde exhibet *Beckius* in Cocollariis diſſertat. 2. de nomine Edom adverſus Abarbanelem. Medraſch in Proverbia, Danielem & 5. Megilloth ex Rabboth extractum MS. exſtat inter libros Seldenianos n. 102. in Catal. MSS. Angl. n. 3314. Ex Medraſch *Kobeleth* MS. locum affert Menachem de Lonzano in שתי ידות fol. 50. & inde *Buxtorfius* in Exercitatt. ſuis p. 263.

*Rabboth* in Pentateuchum integrum Lat. vertit *Conradus Pellicanus*; vide *Meelführeri* Acceſſ. ad Almeloveen. Biblioth. p. 79. Excerpta ex Rabboth ſuper *Ruth* & *Eſther* Lat. ed. *Seb. Snellius*, Altorfii 1650. in 4. plagg. quatuor, ſub titulo: *Excerpta e commentario perveteri in libros Ruth atque Eſtheris latine tranſtulit cum annotatis Sebaldus Snell.*

Rabboth in Eccleſiaſten ex verſione Latina & notis ejusdem habuit B. Wagenſeilius: vide Meelführeri Acceſſ. ad Almeloveen. l. c. p. 102.

Rabboth in *Ruth* latine ſe vertiſſe, & aliquando editurum ſcribit *Io. Bened. Carpzov.* in prolegomenis ad Collegium Biblico-Rabbin. in Ruth. pag. 19.

*Marci Marini* Cenſuræ in Rabboth MSS. exſtant Romæ in Collegio Neophytorum, teſte *Imbonato* pag. 156. Biblioth. Latino-Hebr.

רוזינגרטין *Roſengarten*, i. e. *hortus roſarum*, libellus Hebræo-germanicus, ubi agitur de rebus ſub & cum adventu Meſſiæ eventuris, *Prag.* 369. C. 1609. 8. 653

654 רוח חן RUACH CHEN, *ſpiritus gratiæ*, liber Phyſicus, ab Anonymo Arabice conſcriptus, deinde vero a R. *Jebuda Aben Tibbon* Hebr. converſus, & aliquoties editus, quo in compendio recenſentur ea, quæ in *More Nevochim* Maimonidæ ad hoc argumentum ſpectant. Ita ſtatuit ש״י. At *Jo. Iſaacus Levita* in præfat. ad verſionem ſuam Latinam putat, ipſum *Tibbonidem* ex Arabico More Nevochim compendium hoc feciſſe: quod idem Buxtorfius cum Plantavitio affirmat. Maimonideum certe ſcriptum huic libello occaſionem feciſſe ex ipſa auctoris præfatione patet, cujus hæc prima ſunt verba: רוח חן מחמאמר הנכבר מורה הנבוכים וחלות על פני: i. e. *pergratum quendam ſpiritum* (h. e. animi voluptatem) *cepi ex tractatione bonorati More Nevochim* &c. ex quibus verbis ſimul patet, quod ex primis duabus vocibus præfationis titulus iſte toti ſcriptioni ſit impoſitus. Addit deinde Tibbonides, ſe libri illius Maimonidoi, utpote difficilioris, lectione permotum eſſe, ut quædam, quæ ad ejus intelligentiam facerent, præmoneret, quam in rem & ſuis meditationibus & aliorum ſcriptis uſus ſit. Hinc intelligitur, ſcriptum hoc non tam compendium eſſe libri Maimonidei, quam potius introductionem ad illius lectionem feliciter inſtituendam, quod ipſum inſpicienti ad oculum patebit. Exhibet enim principia generalia tam Logica quam Metaphyſica, quibus expoſitis diligentius in Phyſica exponenda verſatur. Prodiit liber *Venetiis* 304. C. 1544. in 12. oblongo apud filios Iſaaci b. Jechiel in ædibus Franc. ברוצילו pp. 30. quæ editio eſt apud R. Oppenheimer: *Cremonæ* 316. C. 1566. 4. pp. 20. & cum duobus commentariis *Pragæ* 354. C. 1594. pp. 22. (quas editiones forte alterius libri, eodem titulo inſigniti, eſſe præter rem ſuſpicatur quidam in Bibl. Rabbin.) ac *Lublini* 380. C. 1620. apud *Zevi fil. Abrab. Kalonymum* pp. 22. Nomen loci in titulo quidem impreſſum non vidi, quem tamen typi ſatis indicant, ut de Schabtæi teſtimonio in ש״י non dicam. In Bibliotheca Oppenheimeriana invenitur codex MS. in fol. duobus illis, quos diximus, commentariis inſtructus. In eadem vidi פירוש שְׁלִישִׁי commentar. tertium in eundem librum, & quidem MS. in 4. ſex plagulis. Lucem præterea vidit contextus libri hujus Hebraicus, punctis inſtructus, cum verſione Latina *Jo. Iſaaci Levitæ*, qui Hebraicis loquendi formulis mire elegantibus Scriptorem uti ex merito affirmat, *Colon.* 1555. in 8. minoris formæ pp. 157. Accedit in calce Mai-

Maimonidæ epiſtola de Aſtrologia pp. 35. Verſio illa elegans eſt, id quod putem deberi *Johanni Habichhorſtio* Monaſterienſi, Prof. Gymnaſii Colon. quem verſionem ſuam minus latinam emendaſſe Interpres ipſe (*Jo. Iſaacus Levita*) in epiſtola dedicatoria profitetur. Ceterum *Bartoloccius* librum hunc *Moſi Hiſpano* (i. e. Maimonidæ) tribuit, non alia puto de cauſa, quam quod ejus More Nevochim huic libello ſcribendo occaſionem fecit. MS. habet Cl. *Uffenbachius* in 4. codice chartaceo, qui præterea Kalendarium Judaicum adjunctum habet.

655 רחמי יוסף RACHME JOSEPH, *miſericordia Joſephi*, preces variæ dialecto Hebr. German. in 8. pp. 4.

656 רעיא מהימנא RAIA MEHEMANA, *Paſtor fidelis*, quo nomine *Buxtorf.* in Abbreviaturis p. 185. vocari ait auctorem, qui ſcripſerit additamenta in Sohar. Tu vide Parte I. *Schimon ben Iochai.*

657 ספר הרפואות הגנוז SEPHER HAREPHUOTH HAGGANUS, *liber medicinarum abditus*, quem a Salomone ſcriptum, & ab Ezechia optime occultatum tradunt Talmudici c. 4. *Peſachim.* Locus ita habet: *Dixerunt Magiſtri noſtri: Sex res fecit Ezechias Rex. Tres laudem obtinuerunt: tres reliquæ non item. Laudatum eſt, quod Patris acta reſciderit, ejusque oſſa per urbem trahi juſſerit, quod ſerpentem aneum confregerit, quod denique librum de Medicina occultaverit.* Salomoni ut librum hunc adſcriberent, adducti videntur loco 2 Regg. IV. 33. Lege etiam *Albardum Uchtmannum* in notis ad *Bechinat Olam* p. 299

658 רפואות נשמה *medicina animæ*, compendium libri מעבר יבוק de quo Parte I. n. 180. Prod. Wilmersdorf. 474. C. 1714. pp. 30. per R. Hirſch b. Chajim. Vocatur alias קצור מעבר יבוק.

659 ספר רפואות הראש והחזה SEPHER REPHUOTH HAROSCH VEHECHASE, *liber de morbis capitis & pectoris cum remediis eorum*: MS. in Bibl. Vatic.

660 ספר רפואות SEPHER REPHUOTH, *liber de medicina* Anonymi, ubi de virtutibus herbarum ad uſum Magiæ & Alchymiæ, ſpeciatimque de Chryſopœia, MS. in Vatic. in 4.



Digitized by Google

Varios ejuſmodi Codd. Medicos MSS. habet R. Oppenheimer. Sic vidi in ea סֵפֶר הָרְפוּאוֹת *librum Medicum* in membrana, trium digitorum latitudinem æquantem. In illius calce hæc leges:

זה ספר קבלנו מאת צורים
ואל תטה לבך לחכמי נוצרים
כי יש בהם שקרים:

In eadem Biblioth. exſtat alius liber Medicus, latus 3. digitos in fol. Anonymi. Ibidem vidi ספר רפואות וסגולות i. e. librum medicinalem Anonymi in 4. Codex latus eſt quatuor digitos.

Ibidem exſtat aliud Volumen Medicum, latum tres digitos in 4. & iterum aliud latum quatuor digitos.

Ibidem occurrit adhuc aliud Volumen membranaceum dialecto Hebr. germ. in 8. pp. 29. in cujus calce exſtat tractatus Aſtronomicus de planetis כוכבי לכת.

661 Opus *Medicum* duplex MS. Hebr. in Biblioth. Bodlejana; vide Catalogum MSS. Anglican. n. 366. 367.

Codex Ebraic. ad Medicinam ſpectans MS. Bononiæ in Cœnobio Canonicorum Regular. S. Salvatoris: vide *Montfauconii* Diarium Italicum pag. 406.

Medica varia exſtant quoque in Biblioth. *Medicea*: vide Catalogum ejus p. 168. b. n. 35-38. item 48. & 49.

Liber *Tzoriba Gupb* ſive Corpus Medicinæ ἀκέφαλον in Bibl. Bodlej. Hebr. MS. in fol. n. 3758. item Liber peculiarium receptorum & ſecretorum in Medicina ibid. n. 1537. In Catalogo MSS. Biblioth. *Leidenſis* p. 276. n. 2. laudatur Codex Scaligerianus Hebræus, repletus 21. tractatibus Medicis, qui ex auctoribus Arab. & Græcis converſi dicuntur, nominatim Ibn Zohar, Ibn Sina, Raſi, Ibn Rusjd, Abul Walid Ibn Rusjd, Muhamed f. Rusjd, Ali Ibn Ruswan, Honain f. Iſaac, Hippocrat. Galen. Hnain f. Iſaac Iſagog. in Medic. & Schelomo Hiſpan. Ibidem pag. 278. n. 16. recenſentur varii tractatus MSS. itidem ex auctoribus Arab. Græc. & Lat. translati, v. c. de Synonymis herbarum, de morborum remediis, de facultatibus medicamentorum, de inſpectione urinæ, de medicamentorum proprietatibus &c.

Libellus Medicus MS. *de temperamentis* recenſetur in Catalogo MSS. Hebr. Erpenii in 8.

ספרי על:

Digitized by Google

ספרים על הרפואה Libri Medici varii MSS. memorantur a Lambecio in Comment. de Biblioth. Vindobon. p. 180. ſq. v. c. de compoſitione medicamentorum, de pulſibus, de diverſis experimentis Medicis, Nomenclatura quorundam ſimplicium: tum p. 182. experimenta quædam Magica & Medica, lingua partim Arab. partim Hebr. ſed charactere Hebr. 8. item Praxis Medica, ſeu methodus medendi omnibus morbis, capp. 150. & elegantiſſimo charactere Hebr. exarata in membrana in 4. Præterea Anonymi tract. de Chirurgia capp. 60. de judicio urinarum capp. 39. de pulſibus capp. 20. ut & de conſervanda ſanitate. Ibid. p. 184. Anon. de Urinis: tractatus aliquot de pulſibus: inſuper de medicamentis ventrem ſolventibus: de gradibus ſimplicium. Confer *Neſſelii* Catal. MSS. Or. Vindob. n. 78. 99. & 136. 662

## ש

שאלות ענין נשמה SCHEELOTH INIAN NESCHAMA, 663
i. e. *quæſtiones de anima*, *Lublini* 323. C. 1563.

שאלת הנשמה SCHEELOTH HANNESCHAMA, *quæſtiones* 664
*de anima*, libellus germanicus, *Prag.* in 8.

שאלות ותשובות מהגאונים, *quæſtiones & reſponſiones Geoneorum.* Vide Part. I. n. 438.

שו"ת על גיטין SCHELOTH VTESCHVVOTH AL 665
GITTIN, i. e. Index quæſt. & reſponſionum ſuper *Gittin*, ubi ſcilicet ab auctoribus variis, qui ad quæſita reſponderunt, agatur de argumentis ad Gittin pertinentibus. Collectio MS. in Bibl. Oppenh. in 4. quatuor plagg.

שאלות ומשיבות נגד היהודים SCHEELOTH 666
UMESCHIVOT NEGED HAIIEHUDIM, *quæſtiones & reſponſiones contra Judæos*, ſive diſputatio inter Eccleſiam & Synagogam, teſte Bartoloc.

שו"ת SCHEELOTH VTESCHVVOTH i. e. Collectio quæſtio- 667
num & reſponſionum a R. Jac. מולין ad R. Jac. ווילא inter Codd. Hun-

Huntingtonian. in B. Bodlej. n. 221. Codex a variis varie ſcriptus, & vacuis hinc inde paginis refertus eſt. Tractat de univerſo Jure Judaico ex Talmude, de rebus licitis & illicitis, de libello repudii, de ritu mactandi &c. Caſus aliquis in medio fere libro proponitur, qui acciderit an. 1578. Moguntiæ.

668 שאלות ותשובות SCHEELOTH VTESCHVVOTH i. e. quæſtiones & reſponſiones, quæ inter CHRISTUM duodecennem & Doctores Judæorum reciprocatæ finguntur, excuſæ *Pirnæ* in 8. ſine anno, ſub hoc titulo: Des zwölfjährigen JEſu von Nazareth Verſtand in Fragen und Antworten / darüber ſich die Juden im Tempel zu Jeruſalem verwundert / von einem Rabbi, der dabey geweſen / in Hebræiſcher Sprache beſchrieben / nachmahls von einem Griechiſchen Chriſten / unter dem Titul: Σύνεσις καὶ Ἀπόκρισις Ἰησοῦ, überſetzt / welche unlängſt in der Bibliothec zu Ofen gefunden worden / pp. 81. ubi deinceps alia opuſcula, v. c. epiſtola Pauli ad Laodicenſes &c. ſeqvuntur.

669 שבע חכמות SCHEVA CHACHAMOTH, *ſeptem ſcientiæ*, MS. neſcio cujus argumenti in Bibl. Oppenheim. in 4. Codex latus eſt duos digitos.

670 ספר שבעים אנפין תקונים SEPHER SCHIUIM ANPIN TIKKUNIM, liber Cabbaliſticus, qui allegatur in Indice librorum, *Ialkut Rubeni Haggadol* præmiſſo, ut & in ipſo libro ſæpe.

671 שבעים תמרים *Septuaginta palmæ* ex *Exod.* XV. 27. Cabbaliſticus Anonymi tractatus MS. in Bibl. Oppenh. in 4. volumen 3 digitorum latitudinem æquans. Diſtinguendus ab ejusdem tituli libro, de quo in Supplementis ad Part. I. ſub *Ruben David Teble.*

672 שומרים לבקר SCHOMERIM LABBOKER, *cuſtodes matutini*, ex Pſ. CXXX. 6. preces & ſupplicationes, quas quotidie tempore matutino recitare ſolent Judæi, ſæpius editæ in 8. v. c. *Venet.* 398. 8. ap. Joh. Caleoni, pp. 71. & *Lublin.* 442. C. 1682. 8. Exſtant & cum comment. *Lublini* in 8. Inter noviſſimas editiones ſunt *Francof. ad Viadr.* 456. C. 1696. 8. *Prag.* 452. C. 1692. 8. *Amſtelod.* 452. C. 1692. 8. apud Aſcher Anſchel in 8. & *Dyrenfurt.* 1709. 8. ſub tit. אשמורת הבקר prodiit *Amſtelod.* an. 467. C. 1707. 8.

Scho-

Schomerim labboker juxta ritum Judæorum Orientalium, *Venet.* apud Pet. Abrah. & Laur. Bragad. in 12. pp. 52.

Verſio libelli *Germanica* a femina Judaica, nomine עלוש, elaborata in itinere, quod anno 1704. cum marito ſuo R. *Aarone fil. R. Aliki Getz* in Terram Sanctam ſuſceperat, cum textu Hebr. prodiit *Francof. ad Viadrum* 1704. in 8. ap. Mich. Gottſchalck, plagg. 7.

שום שכל SUM SECHEL, *afferendo intelligentiam*, ex *Nehem.* VIII. 8. liber MS. Grammaticus de vocalibus, accentibus & literis *Begadkephat*, in Vatic. in fol. 673

שושן סודות SCHOSCHAN SODOT, *lilium rerum abditarum*, argumenti Cabbaliſt. in Bibl. Oppenheim. in 4. Conſtat pp. 314. 674

שחור על לבן זכר לחרבן SCHACHOR AL LABAN SECHER LECHORBAN, i. e. *nigrum ſuper albo eſt memoria deſolationis* libellus *Francof. ad Mœn.* dialecto Rabbinico-Germ. editus an. 1715. quo auctor rationem reddere vult diuturni exſilii, ſuosque de eo conſolari. 675

שחיטה ובדיקה SCHECHITA UBEDIKA, germ. *Dyrenf.* 455. C. 1695. 12. *Schechita ubedika* in compendio una cum quæſt. & reſpp. in quibus idem argumentum quaſi catechetice exponitur, per typograph. Schem. b. Moſe Zarpati pagg. 32. in 16. ſine loco & anno edit. 676

שחיטה ובדיקה והלכות אסור והיתר SCHECHITA UBEDIKA VEHILCHOT ISSUR VAHETER i. e. *inſtituta de mactandis & inquirendis animalibus &c.* ex מרדכי גדול *Venetiis* per Corn. Adelkind pp. 28. 677

Relationem vernaculam de ratione mactandi &c. Judaica edidit *Chriſtoph. Paulus Meier* Ex Judæus Witteb. 1677. 4.

ספר על שחיטה ובדיקה SEPHER AL SCHECHITA UBEDIKA i. e. *de ratione jugulandi & mactandi animalia*, MS. in Vatic. Forte eſt celebris ille inter Judæos *Jacobi Veil* de hoc argumento liber. 678

679 ס׳ על שחיטה AL SCHECHITHA, *de mactatione animalium*, MS. Arab. in Bibl. Bodlejana inter Codices Huntingtonianos n. 345. in 4. In præfatione præter Talmud citatur Ariſtoteles, item *Hermes* (הרמס) in libro *natura creaturarum*. Liber ipſe abit in decem capita, quorum I. agit de iis, quæ ſub naquaque ſpecie comprehenduntur. Capite I. citatur Targum *Onkelos*, & Miſchna, f. 18. R. *Jehuda b. Bileam*, R. *Scadja*, R. *Iona*, R. *Hai*, *Samuel b. Chophni*, Abubeker Mohamed ben Abas &c. Nullibi laudatur Maimonides, aut recentior alius, unde de auctoris ætate judicari poteſt. Ipſe Codex a fine mutilus eſt, & caret aliquot foliis capitis ſeu Tractatus decimi.

680 ספר שטרות SEPHER SCHETAROTH i. e. libellus varias formulas contractuum & inſtrumentorum Iudaicas comprehendens MS. 4. in Bibl. Vindobon. Vide Catalogum Neſſel. n. 155.

681 שירים SCHIRIM, *cantica Philoſophica & Theologica*, verſibus hebr. cum comment. Anonymi, MS. in Bibl. Reg. Pariſ. in fol.

682 שירים SCHIRIM, liber hymnorum in ſingulos dies hebdomadis, non editus, nec in uſum deductus, ſed MS. in Vatic. fol. teſte Bartoloc. T. IV. p. 316. Scriptus eſt Codex A. C. 1320. ab Alariele b. Avi Haezari.

683 שיר היחוד SCHIR HAJICHUD, *carmen de unitate Dei*, quod filii Moſis, i. e. Iſraëlitæ, qui trans fluvium *Sambatjon* habitare finguntur, quotidie cantare Judæis creduntur. Legitur illud in ſingulis precum libris & Cabbaliſtico more confectum eſt. MS. habet Oppenheim. Prodiit etiam ſeorſim pp. 28. in 16.

684 שיר בחג הפורים SCHIR BECHAG HAPPURIM, *Canticum in feſto Purim*, pro pueris, italice, *Mant.* 379. C. 1619. 8. pp. 4.

685 שיר על פורים SCHIR AL PURIM, *carmen in memoriam feſti Purim* MS. in Biblioth. Uffenbachiana, quod totum vide in ejus catalogo Part. I. p. 136. ſq.

686 שיר על תחלת הפילוסופיה SCHIR AL TECHILLAT HAPPILOSOPHIA, *canticum in laudem Philoſophiæ*, MS. in Vatic. 4.

שכל

שכל טוב SECHEL TOV, *intelligentia bona*, ex Pſ. CXI. 10. commentar. Anonymi MS. in Legem, teſte ש״ר. Exſtat ille in Biblioth. Oppenheim. MS. fol. 2. digitorum ſub hoc titulo: שכל טוב שחבר חד מן קמיא חכמי ונבון שמו קמירה שמיא גליא Hunc credo eſſe librum, qui ſub titulo *Sechel* ſuper præcepta allegatur MS. in Labbei Bibl. MSS. p. 259. 687

ספר על שכל במעשי ועיוני SEPHER AL SECHEL MAASI VEHUNI, *liber de intellectu practico & theoretico* (Bartoloc. vertit per *intellectum agentem & poſſibilem*) MS. in Vatic. in 4. 688

שלחן ערוך SCHVLCHAN ARUCH AL PI HASSOD, *liber Schulchan Aruch myſtica & ſublimiori ratione expoſitus* MS. in Bibl. Oppenheim. 4. pp. 254. 689

שלשה ספרים SCHELOSCHA SEPHARIM, *tres libri*; volumen quo continetur 1) ס׳ הַיִּרְאָה *liber de timore*. 2) אִגֶּרֶת הַמּוּסָר *epiſtola moralis, ſeu parænetica*, ac 3) דַּת הַנָּשִׁים *lex mulierum*, *Cracov* 369. C. 1609. fol. & 372. C. 1612. 690

שם המפורש SCHEM HAMMEPHORASCH, *Nomen Dei tetragrammaton expoſitum*, per alia ſcilicet nomina, quæ conſtant duodecim, quadraginta duabus & ſeptuaginta duabus literis. Librum illum *Andr. Maſius* in Indice Scriptorum Iudaic. commentario in Joſuam ſubjuncto, habere ſe teſtatur, qui ſit Cabbaliſticus, & ab Anonymo mirabiliter ſcriptus. Habet etiam MS. Oppenheimerus. Meminit ejusdem *Munſterus* in præfat. in Sphæram Hebraicam. 691

שם עולם SCHEM OLAM, *nomen mundi*, liber germanicus rhythmicus, quo agitur de morte Moſis ex Medraſchim, *Francof. ad Viadr.* 438. C. 1678. MS. habet Oppenheimerus. 692

שמות גיטין SCHEMOTH GITTIN, *nomina libelli repudii*, ſecundum ordinem alphabet. digeſta, hebr. & german. ex Seder Gittin R. *Ieſaiæ* fol. MS. in Bibl. Oppenheimeri ſex plagulis. i. e. inſtructio, quomodo Nomina Propria in libellis repudii ſcribantur. 693



Digitized by Google

694 שמות העשבים והסמים SCHEMOTH HAASAVIM VEHASSAMMIM, *nomina herbarum & aromatum* ad Medicinam ſpectantium, ſerie literarum: MS. in Bibl. Vatic. 4.

695 שמוש תהלים SCHIMMUSCH TEHILLIM, *uſus Pſalmorum*, liber ſuperſtitioſus, quo oſtenditur, quomodo Pſalmi toties vel toties pronunciati, aut membranæ inſcripti, & de collo ſuſpenſi, adſcito certi Angeli nomine, quod Cabbaliſtarum more ex Pſalmo deducitur, & certa precatione invocatur, adhiberi poſſint ad varias res ſuperſtitioſe perficiendas. Sic v. c. Pſalmus I. pergameno mundo inſcriptus, cum nomine Angeli אלהד, abortum mulierum impedire hominibus male ſedulis creditur. Vide plura apud *Buxtorf.* p. 415. Bibl. Rabbin. *Hottingerum* Part. V. Hiſtor. Eccleſ. p. 657. Theſaur. Philolog. pag. 451. *Gub. Voëtium* Parte II. Diſpp. Select. p. 83. *Bartolocc.* Tom. IV. p. 328. ubi occaſione ſcripti צורת המנורה, quo Pſalmus LXVII. Cabbaliſtice in forma candelabri deſcriptus, ſuperſtitioſo uſui accommodatur, nonnulla exempla ex Schimmuſch Tehillim affert. Addo illis Vener. *Georg. Serpilium* Parte IX. Vitarum Scriptorum Biblicorum p. 637. *Athanaſ. Kircherum* Oedipo Ægypt. Tom. II. Part. II. pag. 474. & Cl. *Io. Henr. Majum* in Biblioth. Uffenbachianæ Parte I. p. 10. Prodiit libellus hic *Venet.* 331. C. 1571. junctus ipſi Pſalmorum libro, ſicut & in editione Pſalmorum *Amſtelodamenſi*, quæ adjunctum habet Kimchii commentarium, an. 1681. 4. in calce legitur. Lucem etiam vidit *Lublini* in 4. & *Amſtelod.* 412. C. 1652. 8. apud *Uri Veibſch* plag. una; item apud eundem 418. C. 1658. in 24. pp. 8. Editionem *Sabionetenſem* in 8. vidi in Bibliotheca Cl. *Georg. Eliezeris Edzardi.* In Bibl. Oppenheim. exſtat שמוש תהלים MS. in 4. in eo volumine, quod comprehendit librum הפרחון & commentarios in varios libb. Biblicos, de quo dixi ſupra ſub פירוש.

Memini hac occaſione *Pſalterii Magici* i. e. Pſalterii Davidis cum naturalibus, Magicis & Cabbaliſticis influxibus MS. quod video memorari in Catalogo MSS. Magicorum dimidia plagula in 8. Auguſtæ Vindelic. edito.

696 שמוש התורה SCHIMMUSCH HATTORA, *uſus Legis*, libellus ejuſdem farinæ, qui ſimilem Legis uſum ſuperſtitioſum commonſtrat, quemque MS. tantum exſtare ſcribit Bartoloccius. Habet eum *Oppenheimerus*.

שמושי

Digitized by Google

שמושי רבא SCHIMMUSCHE RABBA, librum hunc in Scriptoribus deciſionum ritualium afferri ſcribit ש״י, qui ſit collectus ex Geonæis, & præcipiat de ratione *Tephillin* & *Meſuſa*, eorumque, quæ huc pertinent. 697

שמחת הנפש SIMCHATH HANNEPHESCH, *gaudium animæ*, liber moralis & conſolatorius, vernacula lingua editus, *Francof. ad Mœn.* apud *Matthiam Andream* in 4. 698

שמחת פורים SHIMCHAT PURIM, *gaudium feſti Purim*, libellus de ſolennitate & ritibus dicti feſti præcipiens, *Gluckſtad.* an. 410. C. 1650. 8. pp. 7. 699

שמע דוד SCHEMA DAVID, *fama Davidis*, liber a Dan. Levi de Barrios p. 37. in *Triumpho del Govierno Popular* allegatus, tanquam talis, in quo memoretur, quomodo Judæi ex Gallia in Poloniam pervenerint. 700

שנות חיים SCHENOTH CHAJIM, *anni vitæ*, (*Prov.* III. 2.) liber *Venetiis* an. 453. C. 1693. fol. editus, neſcio cujus vel auctoris, vel argumenti, quem in Biblioth. Eliſabeth. Vratislav. exſtare inter libros Springerianos ſcribitur in Pinacotheca librorum novorum Parte IX. pag. 703. in not. Confer quæ Parte I. de ſimilis tituli libro ſcripſi ſub *Chajim*. 701

שער האגדה SCHAAR HAAGGADA, *porta allegoricarum hiſtoriarum*, liber, quo omnes Rabbinorum hiſtoriæ, quæ fabuloſæ videntur, allegorice explicantur ab Anonymo. MS. Bibl. Vatic. fol. Vide de argumento ipſo ſupra p. 793. 702

שער אורה SCHAAR ORA, *Porta lucis*, liber Cabbaliſticus, Reuchlino plurimum laudatus, in charta MS. fuit in Biblioth. Adriani Junii, in fol. ceu patet ex Catalogo librorum ejus p. 69. 703

שער היחוד SCHAAR HAJICHUD, *porta unitatis*, ubi de unitate Dei, & ejus exiſtentia, item de facultatibus animæ rationalis, ut & contra Ariſtotelem de mundi æternitate falſo credita agitur. MS. in Vatic. in 4. 704

705 שער היסוד SCHAAR HAJIESOD, *portæ fundamenti*, laudatur MS. in *Noſlos chochma* p. 195. b.

706 שער הכוונה SCHAAR HACCAVVANA, *porta intentionis*, ubi de intentionibus Cabbaliſtarum circa materiam Cabbalæ. MS. in B. Urbinat.

707 שער המתג SCHAAR HAMMETEG, *porta freni*, h. e. Grammatica, quam Seb. Munſterus in præf. Inſtitutt. Hebraic. a quibusdam *Davidi Kimchio* tribui affirmat.

708 שער הנגינות SCHAAR HANNEGINOTH, *porta accentuum*, quæ exſtat in calce Bibliorum Buxtorfianorum hebraice, latine vero converſa prodiit cum notis, cura Cl. *Io. Georg. Abichtii* in limine libri ejus de Accentibus Hebræorum, qui in fine monet, auctorem ejus eſſe antiqvum, cum in Maſora allegetur ad *Exod.* XXI. 35. quod ipſe Abichtius antea §. 12. oſtenderat. Obſervat etiam, auctorem hunc accentuum omnium rationes ex uſu *Muſico* vel *Lectorio* petere.

709 שער הסודות SCHAAR HASSODOTH, *porta myſteriorum*, MS. in Bibl. Urbinat. Romæ. Agitur ibi de neceſſitate legis oralis.

710 שער פרטי חמשה עולמות SCHAAR PERATHI CHAMISSCHA OLAMOTH, *i. e. introductio in quinque mundos*, tract. Cabbaliſticus Anonymi de mundo Aenſophico, Azilutico, Briathico, Jeziratico & Aſiatico. MS. in Biblioth. Uffenbach. cujus vide catalogum Part. I. p. 106.

711 שער הצלחה SCHAAR HAZLACHA, *porta felicitatis*, i. e. Pſalmi pronunciandi, ut homo ſit felix, cum comment. brevi, prout eos invenit collector Anonymus in שמוש תהלים, *Pragæ* 444. C. 1684. in 7. pp. 3.

712 שער השם *porta Dei*, conciones *CPoli* editæ, ceu Plantavit, & ש״י teſtantur.

713 שער תמורה SCHAAR TEMURA, *porta permutationis Cabbaliſt.* ubi de ſpecie illa Cabbalæ Theoreticæ Artificialis, quæ *Temura* voca-

Digitized by Google

vocatur, teſte *Plantavitio* n. 703. qui tamen vereor, ne falſus ſit, cum ipſe non viderit, nec dicat, quo indicio ſciat.

שער התקונים SCHAAR TIKKUNIM, *porta ordinationum*, 714
i. e. conſtitutiones in nocte Feſti Pentecoſtes de *Hoſchanna Rabba* obſervandæ, *Venet.* in 8. ubi oſtenditur, quid ea nocte ex Scriptura, Miſchna & Gemara legi debeat.

שערי האר״י SCHAARE HAARI, i. e. *liber portarum R. Iſaaci* 715
*Luriæ*, quem Scriptoris Anonymi librum MS. ſibi ad manus eſſe ſcribit R. *Schemuel* in fine *Noſelos chochma* p. 195. a.

שערי הגמול SCHAARE HAGGEMUL, *portæ retributionis*; 716
commemorat *Genebrardus* in Indice libb. Rabbinic. ſubjuncto ejusdem Inſtitutioni Rabbin. ex quo ut librum *ἀνώνυμον* repetit *B*artoloc. Non dubito ego, eſſe hunc librum *Moſis Nachmanidæ*, cujus שער הגמול partem conſtituit librum ejus תורת האדם, præterea vero ſeorſim editus eſt *Ferraræ*. Vide Part. I. ſub R. *Moſe b. Nachman.*

שערי דעה SCHAARE DEA, *portæ ſcientiæ*, liber Cabbaliſt. 717
non editus, teſte Plantavit. n. 707.

שערי חיים SCHAARE CHAJIM, *portæ vitæ*, liber argumenti 718
Cabbaliſt. MS. in Bibl. Oppenheim. in 4. pp. 36.

שערי יצירה SCHAARE JEZIRA, *portæ formationis*, comm. 719
in lib *Jezira*, quem Plantavitius ſolus, ſed ut ſibi non viſum n. 708. commemorat.

שערי ירושלים SCHAARE JERUSCHALAJIM, *portæ Hieroſolymorum*, ex Jer. I. 15. ſunt preces pro ſeptem diebus hebdomadis 720
*Venet.* an. ואנית i. e. 467. ap. Bragad. pp. 40. In fine accedit סדר תקון סעודה לחגים ולזמנים i. e. ut in titulo exponitur קראי מועד i. e. inſtructio prandii in feſtis & ſolennibus diebus pp. 8.

שערי צדק SCHAARE ZEDECK, *portæ juſtitiæ*, ex *Pſ.* CXVIII. 721
19. comment. Anonymi in Sephiroth, allegatus in lib. *Noſelos chochma* p. 195.

שערי

Digitized by Google

722 שערי צדק SCHAARE ZEDECK, *porta juſtitiæ*, ex Pſal. CXVIII. 19. MS. in Biblioth. Oppenheim. in 4. ſiſtit commentarium in Paraſchas usque ad Seder נשא i. e. *Num.* IV, 21. Volumen 3 digitorum latitudinem adſequens in 4.

723 שערי ציון SCHAARE ZIION, *portæ Sionis*, ex Pſ. LXXXVII. 2. lib. MS. in Biblioth. Cl. *Uffenbachii*, qui explicat הלכות בדיקות i. e. *inſtituta explorandi animalia*, ex conſuntudine variarum Synagogarum: Titulum hunc ideo libro fecit, quod eum diviſit in octo portas, quot ſunt literæ vocum שערי ציון. Conf. Bibliothecam Uffenbachianam Part. I. p. 131.

724 שערי רחמים SCHAARE RACHAMIM, *portæ miſericordiarum*, lib. Cabbaliſt. in Bibl. Senatoria Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. n. 17. formæ minoris.

725 שערי תורה SCHAARE TORA, *porta legis*, comm. de decem Sephiroth MS. quem ſe habere ſcribit *Plantavit.* num. 710. recenſetur etiam in ש"י. Crediderim hunc eſſe, qui in *Ialkuth Rubeni Gadol* aliquoties allegatur.

726 שערי תורה לקבלה וע"ג שערי בינה לרוקח SCHAARE TORA LEKABBALA, & LXXIII. SCHAARE BINA LEROKACH i. e. portæ Legis ſecundum Cabbalam & 73. portæ intelligentiæ ex mente Auctoris libri רוקח, MS. in B. Oppenh. in 4. Codex latus unum digitum.

727 ספר שעשועים SEPHER SCHAASCHVIM, *liber deliciarum*, ſermo rhythmicus, quo de variis agitur argumentis, nominatim de officiis femineis דיני אשה, de voto viduæ, de medicis &c. Prodiit ſine indicio auctoris, anni locive in 8.

728 שפאנישי היידן *Spaniſche Heiden*, h. e. gentiles Hiſpani, ſeu *Cingari*, qui dialecto Hebræo germ. deſcribuntur, *Amſtelod.* apud Chajim in 8. pp. 20.

729 שפתי דעת SIPHTE DAATH, *labia ſcientiæ*, ex *Proverb.* XIV. 7. quem tanquam ignoti auctoris & argumenti librum memorat *Bux-*

Digitized by Google

*Buxtorf.* Non dubito, eum eſſe librum concionum, quem ſub hoc titulo edidit R. *Ephraim Lundſchitz*, de quo Parte I.

שר שלום SAR SCHALOM, *princeps pacis*, ex *Jeſ.* IX. quem ut 730
librum homiliarum ſolo titulo notum memorat *Bartoloccius*. Eſt is, ni fallor, liber, quem ſub hoc titulo edidit R. *Samuel fil. Iſaac Arepol*, quem vide.

שרשי אמונה SCHORSCHE EMUNA, *fundamenta fidei*, h. e. 731
quatuordecim articuli fidei Judaicæ ex cap. X. Sanhedrin ſeorſim ed. per Jo. Bened. Carpzov. Lipſ. 4to. C. 1661. 8. 1 plag. Confer de iisdem ſupra עקרים.

ספרי שורשים SIPHRE SCHORASCHIM, *libri Radicum* Ano- 732
nymi varii exſtant, v. c. Dictionarium Hebr. & Arab. vetus & utile MS. inter Codices Ed. Bernardi: vide Catal. MSS. Anglican. Tom. II. n. 7353.

Ibidem Lexici Hebr. Pars I. usque ad literam מ incluſive inter Codd. *Jo. Mori*, Epiſcopi, n. 9829.

Radices L. Sanctæ MSS. in Biblioth. Medic. cujus vide catalogum p. 168. b. n. 15.

Lexicon Hebr. e Kimchio aliisque contractum, MS. in Biblioth. Bodlej. vide catalogum MSS. Anglic. num. 180. inter Codd. Huntingtoni. Ibidem Vocabularium Hebræum hebr. explicatum n. 178.

Inter Pocockianos n. 511. Gloſſarium ſeu Lexicon Hebræo-Arabicum in 4. Inter *Huntingtonianos* n. 218. Vocabularium Hebraicum in 4. quod ita incipit: אתחיל לכתוב ספר הרדקי: אב בלשון לעז מיור (Major) כמו וישימני לאב לפרעה ופי׳ רשי לשון פטרון: לא׳ פאדרי כמו בן חכם ישמח אב ובן התלמיד קורא לרבו כמו אבי אבי רכב ישראל לא וילונטאר: Scilicet exhibetur hic vocabularium omnium vocum Scripturæ cum variis ſignificationibus & interpretatione Hiſpanica, oppoſitis locis Scripturæ S. & expoſitione Raſchii: In fine codex dicitur ſcriptus an. creationis חשצר i. e. 394. Hæc ex Catalogo MS. Cl. Gagnerii. Conf. ſupra tit. מקרי דרדקי.

Ibidem n. 292. Lexicon Hebr. ex Kimchio contractum in 4.

Ibidem num. 621. Lexicon Hebræo-Arabicum in 4. codex chartaceus vetus, eleganter ſcriptus, ſine titulo præter ſequentia: גל עיני והביטה



Digitized by Google

ודביטח נפלאות מתורתך. Scriptus eſt Codex per Salom. b. David b. Benjamin anno 5153.

Vocabularium *Hebræo-Arabicum* inter Codd. Eduardi Bernardi in Bibl. Bodlej. C. 1. 14. 64. in 4. Codex a capite & calce imperfectus, ſed vetus.

733 שרשים מספרי קבלה SCHORASCHIM MISSIPHRE CABBALA, *fundamenta* (radices) *librorum Cabbaliſtic.* liber ab *Andr. Maſio* in comment. in Joſuam citatus, qui in Indice Scriptorum, eidem commentario ſubjuncto, auctorem non nominari affirmat.

734 ספר השתן SEPHER HASSCHATAN, *liber de urina*, & quomodo ex ea de morbis judicari poſſit. MS. in Bibl. Vatic. in 4. Judæi Germani tractatum Hebr. *de urinis* ut MS. recenſet Lambecius comm. de Biblioth. Vindobon. p. 179. Ibidem p. 182. affertur alius tract. de *judicio* ex urina capp. 39. & p. 184. iterum alius de eodem argumento. Adde Neſſelii Catal. MSS. Orient. n. 96. & 136. Confer ſupra tit. רפואה.

ת

735 תבת הלוי TEVATH HALLEVI, *arca levi*, conciones in Legem, quas, neſcio quo auctore, *Venetiis* editas teſtatur ש"ו.

736 ס' תהלות SEPHER TEHILLOTH, *liber de laudibus*, MS. inter Huntington. n. 513. in 4. & dicitur eſſe liber Cabbaliſticus in catalogo MS. quem Cl. *Jo. Gagnerius* cura ſua erudite confectum mecum communicavit.

737 ס' תהלים ומעמדות SEPHER TEHILLIM UMAAMADOTH, *liber Pſalmorum & ſtationum ſacrarum*, *Dyrenf.* 1700. 12. Ibidem *Pſalterium* Hebræo-German. cum ritu ſtationum 1704. 8. Pſalterium Hebræo-Germanic. ſeorſim ibidem 1697. 12. Ex eadem officina lucem quoque vidit סדר תפלות *liber precum totius anni*, cui itidem *Pſalterium* Hebræo-Germanicum additum eſt. Vide ſupra ſub מעמדות.

738 תולדות חכמים TOLEDOTH CHACHAMIM, *generationes* ſive *hiſtoria Sapientum*, liber citatus in *Muſcati* commentar. ad libr. *Coſri* p. 2.

p. 2. col. 4. eo loco, qui ibi affertur ex libro חשב אפור. Confer edit. Buxtorf. p. 7. unde patebit, tradi ibi, Hermetem eſſe Enochum antiqvum, qvi varias Leges reliqverit, juxta conſuetudines Deorum terrarum, & fixerit feſtum in principiis menſium juxta phaſin Lunæ: & perfectionem ejus celebrem fuiſſe in diebus illis, maxime in Sapientia divina.

תולדות ישו TOLEDOTH JESCHU, *Generationes* ſive *hiſtoria Ieſu*, ſcriptum exſecrabile perditiſſimi Judæi, neſcio cujus, quo ineptæ & ſcurriles, ſed malignitatis pleniſſimæ fabulæ de Sanctiſſimi Servatoris noſtri ortu, vita & factis afferuntur. Eum ex MS. primus cum verſione Latina edidit *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in Telis Igneis Satanæ, eademque opera erudite confutavit. In Theatro Anonymorum Placciano pag. 718. traditur, latine primum hunc librum produxiſſe in lucem *Raymundum Martinum* Parte II. Pugionis Fidei c. XIII. unde paulo poſt *Porchetus Salvaticus* transſcripſerit, hinc vero germanice repetierit B. *Lutherus* noſter in Tomo VIII. Jenenſi. Enimvero id primo quidem non de libro integro ſed aliqua tantum ejus parte, ſpeciatimque de fabula, quam de *Schembamphoraſch* afferunt, intelligendum eſt, quemadmodum nec *Raymundus* l. c. p. 362. ed. Lipſ. librum iſtum ſub hoc titulo *Toldoth Ieſchu* affert, ſed ſimpliciter appellat *librum, in quo commenti ſint fabulam*, quæ deinceps recenſetur. Deinde vero ipſe Wagenſeilius p. 25. not. ad libellum peſſimum monet, librum, ex quo ſua afferat *Raymundus*, non prorſus eundem eſſe cum illo, quem ipſe ediderit, id quod ad oculum, facta comparatione, oſtendit. 739

Buxtorfius quoque, (qui editionem ejus promittere videtur pag. 421. Bibl. Rabbin.) in Lexico Talmudico tum alibi, tum p. 2541. ex *Toldoth Ieſchu* locum affert, qui itidem abit ab exemplari Wagenſeiliano, quod patet ex notis Wagenſeilii p. 6. Proxime a *Raymundo* & *Porcheto* nefandi hujus libelli meminit *Pet. Niger* in tract. contra perfidos Judæos de conditionibus Meſſiæ p. 64. his verbis: *Nam quendam libellum compoſuerunt, qui intitulatur per eos ſeſer toldoth Ieboſchua Hanozeri i. liber generationis Ieſu in ſtabilis: in quo libello nuſquam niſi impium ac ſceleratum eum nominant, quem & aſſerunt a menſtruata matre per adulterium conceptum, ac a quodam alio actum ſodomiticum paſſum.*

Allegatur quoque a *Seb. Munſtero*, in notis ad Evangelium Matthæi, *Antonio Margaritha*, (qui ejus refutationem promittit in Declaratione c. 53. Jeſaiæ p. 80.) & *Io. Druſio* lib. 3. de Sectis. Sic & *Io. Reuchlinus* in libro: *Augenſpiegel* fol. B. p. 2. & prout ab *Herm. Hardtio* Parte II. Hiſtor. Literar. Reformat. recuſum eſt, p. 21. ait, ſe duos tantum libros Judæorum blaſphemos legiſſe, nempe *Nizzachon* & *Toldos Ieſchu*, additque, ſe in aula Friderici III. Imp. audiviſſe, quod Judæi hos libros aboleverint, & ſuos eorum lectione interdixerint.

Quod ad ſummam rei & caput fabuloſiſſimæ narrationis attinet, omnes, qui ad hunc librum provocant, probe inter ſe conveniunt: unde conjectura aſſequi licet, fabulam origine antiquiſſimam a recentioribus Judæis, procedente tempore, magis magiſque interpolatam & commentis aliis auctam fuiſſe. De ſuo exemplari *Wagenſeilius* affirmat, non fuiſſe, nec eſſe in toto orbe librum, qui minorem ſpeciem veri, majorem autem declarationem falſitatis impietatiſque habuerit, habeatque. Fabulas hujus libri in compendio refert Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tom. V. p. 254. ſq. ed. ſecundæ. Exemplar MS. ſe habere teſtatur doctiſſimus *Georg. Eliezer Edzardus* in notis ad cap. II. Avoda Sara pag. 313.

740 Ejuſdem tituli librum, ſed a Wagenſeiliano diverſum V. C. *Io. Iacobus Huldricus*, Tigurinus, edidit *Lugduni Batav.* 1705. in 8. cum Latina verſione & notis. In præfatione teſtatur Editor, ſe librum accepiſſe a Judæo, viderique illum ab eodem Judæo conſcriptum, qui a Wagenſeilio in Confutatione *Toldoth Ieſchu* pag. 43. concinnaſſe dicatur ſcriptum flagitioſum, cui nomen ſit מעשה תולע i. e. מעשה תלוי *hiſtoria ſuſpenſi*. In eo enim ſcripto duo memorari, quæ nec in Wagenſeiliano *Toldos* nec in Talmude, nec alibi, præterquam in hoc ſuo *Toldos* occurrant. Alterum eorum eſt fabula de SERVATORE pila ludente, &c. quam cum ex libro iſto *Sam. Frider. Brentz* Ex-Judæus, in *Leberide Iudaica* p. 2. Judæis objeciſſet, Apologeta *Salman Zevi* in *Theriaca Iudaica* p. 14. negat, ſe librum hunc מעשה תולע, ad quem MS. provocaverat *Brentz*, unquam vidiſſe, ſuſpicaturque, ſi ſcriptus exſtet, ab Ex Judæo quodam, ut Judæis ægre faceret, exaratum. Interim, cum id, quod *Brentzius* ille ex *Maaſe Tola* profert, ex aſſe reſpondeat narrationi *Toldos* Huldriciani, videri ſane poterat non ſolum unus idemque utriuſque ſcripti auctor, ſed alterum ſcriptum ab altero non niſi titulo diſtinctum. Ceterum

Cl.

Cl. *Wulferus* in notis ad Theriacam Judaicam p. 49. monet, ſe noſſe Rabbinos, librorum contra Chriſtianos ſcriptorum alioquin ſtudioſiſſimos, qui tamen librum illum ſe vidiſſe, aut ulla opera nanciſci potuiſſe, pernegarint. Vnde nec dubitat, Brenzium mendacii arguere, cum in *Toldos Ieſchu* nihil tale legatur. At enimvero non cogitabat Vir doctiſſimus, exſtare plura hujus tituli vel ſcripta vel exempla, quam illud, cujus edendi ſpem tunc temporis fecerat Wagenſeilius, & quod cum *Buxtorfiano*, *Reuchliniano* & *Vorſtiano* prorſus convenire ſibi idem perſvaſerat, ſed præter rationem, ceu ex dictis patet. *Brenzio* itaque ſua in his conſtat fides, quæ adhuc magis confirmatur teſtimonio *Ioannis a Lent*, qui in *Theologia Iudaica moderna* p. 125. librum quendam Judæi Anonymi virulentum ſub titulo : מַעֲשֵׂה תָלוּי memorat, & ex eo locum integrum affert. Hoc *Maaſe Talui* Judæos nocte, Solemnia Natalitiorum Sanctiſſimi SERVATORIS noſtri antecedente, legere ſolere teſtatur idem *Brentz* l. c. quod propria experientia edoctum ſe profitetur *Io. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto Parte I. p. 564.

Sed revertimur tandem ad librum *Toldos Huldricianum*. Hujus compilator impudentiſſimus anſus eſt illud referre ad R. *Iochanan ben Saccai*, per putidum & manifeſtum mendacium, cum & res referantur, ætate Jochananis longe inferiores, & præterea ſtilus æquabilis ac perſpicuus recentioris ætatis indicia ſecum ferat. Auctorem ipſam hiſtoriam Evangelicam evolviſſe ex Scripto leviſſimo facile patet : eundem Germanum fuiſſe Cl. *Huldricus* p. 109. non præter rem ſuſpicatur ex eo, quod a Simeone, quem JESV diſcipulum fingit, alphabetum immutatum eſſe mentitur, ita quidem, ut ſono cum alphabeto Germanico conveniat. Summam & refutationem fabulæ hujus impudentiſſimæ habes apud Cl. *Jac. Basnage* Tom. V. Hiſtor. Judæorum p. 261. ſqq.

Præter hæc bina exempla, formis exſcripta, exſtat tertium manu 741
exaratum in exquiſita Bibliotheca doctiſſimi *Danielis Erneſti Jablonskii*, ſub titulo מעשה ישו והילני המלכה ואפוסטולי i. e. *hiſtoria Jeſu & Helenæ Reginæ, & Apoſtolorum.* Deſcribam illud ipſis celeberrimi Poſſeſſoris verbis, per literas ad me exaratis : *Liber in Italia ante annos 20. deſcriptus, ſed (ut titulus habet) ex veteri & eleganti archetypo :* והעתקתי אותו מספר כ״י ישן יפה על מאד : *Is cum Wagenſeiliano* תולדות ישו *& cum Huldriciano ejusdem nominis multa habet communia, in multis tamen etiam*

*eſt diverſus: e. g. Joſephus (utroque illo ceu adulter, ganeo, ac plane improbus deſcriptus) hic Vir pius, Deum timens, fidelisq; R. Simeonis Setachidæ diſcipulus repræſentatur; ipſa Maria, prout hoc in libro depingitur, nihil ſanctius, verecundius nihil cogitari poteſt. Novi Teſtamenti libros ſubdolus auctor ſibi habuit cognitiſſimos, atq; ex iis longe plurima adducit, Chriſtum ita loquentem eaq; Prophetarum vaticinia ſibi applicantem introducens, prout Evangeliſtæ faciunt. Qua in re aſtutiam infernalis illius Serpentis, imitantis Scripturas, easdem ut perverteret & extorqueret, cum indignatione admiratus ſum. Dixeris, Diabolici hujus fœtus in Wagenſeiliano libro rudimentum primasq; lineas craſſo penicillo ductas, in Huldriciano eundem plenius formatum & vivis coloribus expreſſum, in meo, extrema manu perpolitum, omnibusque numeris abſolutum comparere. Quamvis vero ſubtiles fallendi artes Veterator verſatiſſimus ubivis adhibuerit, craſſos tamen anachroniſmos atque* ἀνιστορησίαν *pro more gentis effugere non potuit, vel hoc pacto mendacem calamum prodens, ſeq; Lectori deridendum propinans. Ita initio libri hæc contigiſſe dicuntur Herode Rege, & Tiberiano Imperatore, tempore tamen mortis Chriſti, juxta auctorem, regno potiebatur Helena Regina, non obſcura aliqua Adiabenorum regina, ſed quæ eadem Conſtantini Imp. conjux diſerte nominatur: in cujus manu relictum fuerit regnum poſt Nebucadnezarem R. Babelis, idq; 70. annis ante deſtructionem templi. Nihilominus tamen Joſephus, maritus Mariæ, diſcipulus fuiſſe dicitur Simeonis Setachidæ, quem ſub Johanne Hyrcano floruiſſe annales tradunt, ſed eundem ipſum Jeſus anno ætatis 30 graviter offendiſſe dicitur. Et quod merito mireris, eodem illo tempore, Magiſter JESU diſcipulis prælegebat* מסכת נזיקין. *Plurima ibi occurrunt talia, nec minus craſſa, ſed hæc ſpeciminis loco ſufficiant. Notatu dignum eſt, folia diabolici illius ſcripti, quod quidem more ſueto comparatum eſt, inter ſeſe commixta & confuſa eſſe, ita ut priora quædam poſteriore, poſteriora priore loco abſque ordine compareant. Ea res me initio fefellerat, ut librum ceu defectibus laborantem aliquot annos neglexerim. Cum tamen eundem paulo diligentius inſpexiſſem, obſervavi folia transpoſita quidem eſſe, adeſſe tamen omnia, fuiſſe vero primum e volumine exciſa, & poſtea eidem rur-*

*ſus*

Digitized by Google

*ſus inſerta, ſed ordine, ut dixi, neglecto, quod caſu acciderit, an induſtria commiſſum ſit, fateor me non aſſequi.* Hucusque Cl. *Jablonskj.*

Ejusdem furfuris liber fuit, quem auctor *Fortalitii fidei*, de quo diximus Parte I. n. 323. & in hac Parte fuſius pag. 1115. memorat lib. II. Conſider VI. fol. 55. edit. Norimberg. Hic cum retuliſſet, Alvarum, Fernandi Medicum, ex *Didaco Gomeſio*, Baccalaureo quodam, intellexiſſe, Scripturas eſſe pro populo, & in ſcripto quodam *Hebræo* extare longe alia, quam quæ in iſtis leguntur, ſubjicit, quæ Baccalaureus ex ſcripto illo retulerit, his verbis: *Reſpondit ei* (ſc. Baccalaureus) *quod hæc erant ſecreta rerum præteritarum, ſive quis fuit Abraham & adhuc Chriſtus, & quis Machometus, & quos ſpiritus habuerunt quilibet eorum, & quod mirabantur de gentibus, qui credunt tot inſipientias, ſicut dicunt, quod Abraham quærebat Spiritum, qui reſponderet ſuis petitionibus & non inveniebat. Quadam vero die Abraham exiſtente nudo in quodam circulo, convocando ſpiritum, qui ei reſponderet, nihil vidit, de quo poſſet ſanguinem extrahere, niſi de virga virili ſua, & circumcidit ſe & cum cecidit ſanguis, ſtatim reſpondit ſibi ſpiritus Saturni, & quod totum aliud erat deriſio quædam. Et dixit ei Spiritus, quod in annis Saturni ſunt octoginta puncta, & quod, quicquicquid diceret, ſic erit, & quod illa puncta revelavit ſpiritus Abrahæ & Abraham filiis ſuis, & ſic per illa puncta prophetabant Prophetæ. Dixit enim, quod Jeſus Chriſtus habuerat ſpiritum Mercurii, & quod addiſcebant cum uno magno Rabino ipſe Jeſus & Judas Scarioth, ac alii Judæi, & quod Jeſus fuit filo captus de quadam juvencula Judæa, quod cum cognovit ille Rabinus, poſuit excommunicationem ſuper Jeſum Chriſtum per decem dies, & in octavo die dilatavit excommunicationem per viginti & deinde dilatavit per triginta dies. Et cum hoc vidit Jeſus Chriſtus, receſſit, & ſeparavit ſe ab illo Rabino, & quod incepit prædicare contra Magiſtrum ſuum, & quod ſic ambulando appropinquavit unus prædictorum octoginta punctorum Saturni, & dixit, quod poſuit ſe Jeſus Chriſtus ad ſervandum punctum illum per partem ſuam, & Rabinus ille per ſuam, & Judas ſimiliter. Et dixit, quod Rabinus ille & Judas dormierunt, & quod Ieſus Chriſtue vigilavit optime, & cum venit ille punctus, dixit, quod dixit Jeſus Chriſtus: Domine Deus, miſerere omnium, qui me audierint, & in me credent. Et in hoc excitatus eſt Rabinus: Tace, mala morte moriaris tu & tui credentes. Excitatus etiam Judas dixit: male finiam ego, ſi de te non dedero malum finem, & dicit, quod ſic totum impletum fuit. Et tot & tanta dicebat iſte teſtis, quod habebat in ſcriptis, quod plus videbantur ſtulta figmenta compoſita malitioſe & ex invidia, & pejora, quam dixerunt Ariani & Mani-*

*chæi*

Digitized by Google

*chai. Dicebant etiam, quod per artem Ieſus Chriſtus fecerat in morte ſua terræ motum, & quod propter talia Prophetæ fuerant occiſi, quia utebantur malis artibus &c. &c.*

In his impietatis documentis recenſendis longior fui, quod liber ille Fortalitii fidei rarior eſt, nec ubique obvius. Plura ex eodem recitat huc pertinentia eruditiſſimus amicus meus *Maturinus Veyſſiere La Croze* in Diſſertationibus de diverſis argumentis hiſtoricis gall. editis p. 330. ſqq. qui etiam p. 334. ſuſpicatur, librum hunc Hebraicum occaſionem feciſſe provehendis iis, quæ de libro de tribus impoſtoribus circumferuntur. Adde librum III. Conſiderat. IV. p. 81. ed. Norimberg. ubi hæc legis: *Compoſuerunt igitur* (Judæi) *libellum, in quo contra Chriſtum talem mentiti ſunt fabulam. Tempore inquiunt Helam regina i. Helena, quæ univerſæ terræ Iſraël dominabatur, Ieſus Nocri i. Jeſus Nazarenus venit Hieruſalem, invenitque in templo Domini lapidem, in quo ſedebat olim archa domini, & erat in eo ſcriptum Sembameſuras i. e. nomen Dei expoſitum. Quicunque vero illius nominis literas addiſcebat, & ſciebat, poterat facere quicquid, volebat.* Seqvuntur ibi plura ejusmodi, in quibus præcipue animadvertas frequentem locorum Propheticorum de Chriſto in N. T. allatorum recenſionem, & alia veſtigia, ex quibus conjectura mihi fit, Codicem Jablonskianum, de quo paulo ante dixi, cum iſto libello peſtilentiſſimo egregie conſpirare. Totus ille locus affertur ibi ex Pugione Fidei (ſcil. Raymundi Martini) Parte II. c. 8. quemadmodum a B. Luthero ex Porcheti Victoria Part. I. cap. XI. germanice converſus præmittitur libro ſuo de Judæorum Schemhamphoraſch, ac deinceps breviter confutatur. Adde notas Voiſinii ad Martini Pugionem.

Calumnias his ſimiles & in CHRISTUM ac Chriſtianos injurias obſervavit Cl. *Io. Henr. Majus* in commentario Anonymi MS. ſuper Pentateuchum, cujus excerpta leges in Bibliotheca Uffenbachiana Parte I. p. 15. ſqq. Adde p. 300. ſq. ubi ex Kalendario quodam Hebraico cento quidam ex impiiſſimis in Servatorem calumniis conſarcinatus exhibetur.

B. *Io. Mullerus*, Senior quondam Miniſterii Hamburgenſis meritiſſimus, in epiſtola ad *Iohannem Buxtorfium* filium, quæ in Nepotis, *Io. Buxtorfii* Catalectis Theologico-Philologicis p. 443. exſtat, hæc ſcribit: *Interea adeptus ſum arcana Iudæorum MSS. in quibus religio noſtra, imprimis N. T. & Chriſti Deitas, genealogia, familia, doctrina, miracula, vaticinia, vita acerrime*

Digitized by Google

*rime impugnantur.* Quænam illa arcana ſcripta ſint, ex præfat. ad Judaiſmum Confutatum apparet, ubi præter *Iſaaci b. Abraham* חזוק אמונה in promtu ſibi eſſe ait dialogum Latinum, inter Judæum Hiſpanum Anonymum & Theologum Chriſtianum *Middelburgi* habitum, quo peſſima quæque convicia in CHRISTUM, Apoſtolos & Novum Teſtamentum eructari affirmat, ac præterea ſuſpicatur, plures exſtitiſſe illius dialogi auctores, Aut valde ego fallor, aut *Menaſſe ben Iſrael*, Chriſtianis ſpecie externa familiaris, ſed re vera acerbiſſimus eorum hoſtis, in laboris ſocietatem hic venit. In eadem præfatione queritur B. Mullerus, ſe nec *Toldos Ieſchu*, nec *Nizzachon* &c. nanciſci potuiſſe. De aliis Iudæorum hujus farinæ ſcriptis vide Parte I. ליפמן, item *Ferdinand. Philip. Engelsberger*, qui, Judæus ad ſuos poſtliminio reverſus, ſub titulo *Toldos Ieſchu* ſcriptum contra Chriſtianos exaraſſe nonnullis creditur, quod ſupra monuimus.

Putidam ejusmodi de glorioſiſſimo SERVATORE noſtro fabulam ex Iudæis a ſe auditam memorat *Sandys* in Itinerario ſuo pagina 320.

תולדות שלמה TOLEDOTH SCHELOMO, *Generationes Salomonis*, liber MS. in fol. Bibliothecæ Oppenheimerianæ, qui de liberis & uxoribus Salomonis exponere dicitur. 743

ס׳ תולדות השמים והארץ TOLEDOTH HASSCHAMAIIM VEHAARETZ *liber creationis cæli & terræ*, Tractatus Aſtronomicus de Sphæra in 4. conſtans undecim foliis. In calce exſtat una & altera pagina, continentes pauca ex libro Ariſtotelis שמע הטבעי Codex MS. in Biblioth. Bodlejana inter Codd. Mareſchalli n. 81. 744

תומת ישרים TVMMAT IESCHARIM, *perfectio rectorum*, liber collectionem ſiſtens variorum librorum ritualium editus a R. *Benjamine b. Arab. Motal*, in qua comparent 1) אהלי תם pp. 114. 1) דרך תמים pp. 120. 3) תמים דעים pp. 14. 4) כללי שמואל pp. 66. de quibus libris ſingulis ſuo loco diximus ſub auctoribus, quos habent. Prodiit Volumen hoc ampliſſimum & rariſſimum Venet. 382. C. 1622. fol. apud Pet & Laur. Bragadinos. 745

746 ס׳ תוספי יומא SEPHER TOSEPHE JOMA, i. e. collectio variarum novarum commentationum in Codicem Talmud. *Joma*, a variis auctoribus, qui in textu ipſo nominantur, profectarum, MS. in Bibl. Oppenheimeri. Conſtat volumen 2. digitis in fol.

747 תוספות TOSEPHOT, *additiones*, quæ a recentioribus Rabbinis Gemaræ additæ ſunt. Præcipui eorum hi nominantur: ר״ת R. *Tam*, qui plene vocatur R. *Iac. Tam* מאורלײנש, ריב״ם i. e. R. *Iſaac b. Meir*, Aurelianenſis, ſcriptor quæſtionum & reſpp. הר״יץ Rabbenu *Iſaac ben Geath*, רי״בש R. *Iſaac b. Schemuel*, qui & dicitur R. *Iſaac Senior*: præterea vero רשבא, R. *Schimon Miſſchantz fil. Abraham*, מהר״שק R. *Schimſchon Mikkenon*; diſcipuli R. *Elieſer* טוך *Tuch*, unde vocantur *Toſephoth Tuch*, ריצ״בא i. e. R. *Iſaac bar Abraham*, הר״ף R. *Perez Sacerdos* fil. R. *Iſaac*. Hæc ex ש״י voce תוכפות, ubi additur, plures adhuc exſtare earum auctores, de quibus etiam conſuli poteſt liber *Halichoth Olam*, & *Ganzius*.

748 תוספתא TOSAPHTA, *additio*, a *Toſephoth* diſtincta, quæ libro אלפס ſubjungi ſolet. Hanc R. *Chaje* deberi teſtatur *Ganzius* f. 44. innitens teſtimonio *Maimonidæ* ex præfat. in Ordinem Seraim. *Juchaſin* f. 84. & 91. R. *Chajam* & *Oſchajam* auctores conſtituit. R. *Jeſchua Hallevi* in Halichoth Olam p. 26. Toſaphtam abſolute dictam R. *Nehemiæ* vindicat, & a Miſchna R. *Chije* diſtinguit p. 223. R. *Abraham ben Dior* filio *Cappare*, alii vero generatim diſcipulo cuidam R. *Jehudæ* adſcribunt. Vide omnino Ganzium ad annum 3979.

749 תורת האדם TORATH HAADAM, *lex hominis* ex 2. *Sam.* VII. 19. liber Cabbaliſticus, qui allegatur MS. in נובלות חכמה pag. 195.

תורת כהנים TORATH COHANIM, *Lex Sacerdotum*, idem cum libro *Siphra*, de quo ſuo loco.

750 תורת כהנים TORATH COHANIM, *Lex Sacerdotum*, titulus generalis duorum commentariorum in *Choſchen miſchpat*, quorum prior dicitur מאירת עינים, poſterior שפתי כהן. Vide Partem I. ſub R. *Schabtai b. Meir Cohen*.

תורת

Digitized by Google

תורת המנחה TORAT HAMMINCHA, *lex oblationis* ex Levit. VI. 7. comm. in Numeros & Deuteronom. hebr. inter Codd. Huntingtonian. n. 476. 4. quod me edocuit catalogus MSS. a Cl. *Gagnerio* confectus. 751

תורת נתן TORAT NATHAN, *Lex Nathanis*, liber neſcio cujus, ex quo לקוטים ſive *collectanea* habet Oppenheim. MSS. in 4. pp. 40. Ibidem vidi alium Codicem itidem ſub tit. Likkutim ex eodem libro ſuper Codices quosdam על פי הסור MS. in 4. pp. 108. 752

תחלות חכמה TECHILLOTH CHOCHMA, *initia ſapientiæ*, quem librum, ut *ἀνώνυμον*, recenſet & ſibi ad editionem in promtu eſſe ſcribit *Schemuel* in fine libri *Nofelos chochma* p. 195. 753

תחנונים TACHANVNIM, *ſupplicationes*, quibus utuntur Judæi Romani, *Soncin.* an ר"מז 247. pp. 30. cum vocal. in 4. 754

סדר תחנון SEDER TACHANVN, ratio *precum ſupplicum* qua uſi ſunt Judæi Germani menſe Edul, Veronæ an. 424. prod. *Mant.* 433. C. 1673. in 8. pp. 4. 755

תחנה ירח יעקב TECHINNA JERACH JACOB, *Amſtelod.* 459. C. 1699. 8. 4. pagg. a 756

תחתי איל ראמלי TACHTI EL RAMELI, titulus libri Arabicus de ſortibus projiciendis Latine ſcripti & literis Rabbinicis exarati, MS. in B. Vaticana, in 4. b 756

סדר תחנות SEDER TECHINNOTH, *Ordo deprecationum*, *Amſtelod.* ſine anno in 8. pp. 16. in 4. apud Joſ. Athias b. Abrah. pp. 14. ſine anno ib. 410. apud. Iehud. b. Mordech. & Schemuel b. Moſche Levi 4. pp. 12. *Furthi* an. 453. C. 1693. in 8. minori, lingua Judæis vernacula: *item* Francof. ad Mœn. 456. 8. pp. 24. apud Joſ. Trier. 757

ספר תלאות משה SEPHER TELAOTH MOSCHE, *liber laborum Moſis*, deſcriptio totius mundi, ſpeciatim decem tribuum Iſraelis, *Amſtelod.* niſi potius *Hale*, dialecto Iudaico-vernacula 1712. in 758

Xxxxxxxx 2 pp.

Digitized by Google

pp. 24. apud Moſen b. Abrah. Collectas ibi leges Judæorum variorum v. c. *Gedalja*, *Perizoli* & aliorum de decem tribubus Iſraëlitarum earumque ſede & loco fabulas: auctor enim totum pervagatur orbem eo conſilio, ut inveniat locum illis proprium. Confer Cl. *Schudt* Memorabilia Judaica Parte I. lib. V. p. 517.

759 תמיד השחר TAMID HASSCHACHAR, *ſacrificium perpetuum matutinum* MS. in Biblioth. Oppenheim. in 4. Codex latus duos digitos.

760 תפוחי זהב TAPPVCHE SAHAV, *mala aurea*, ex Proverb. XXV. 11. comment. in Pſalmos usque ad Pſ. XLI. incluſive, קורונגישמי juxta CPolin in 4. ſine anno, apud Moſen אלציך per Joſ. b. Iſaac Aſcaloni. In fine dicitur eſſe completum plagg. 19½. Exſtat in B. Oppenheim.

761 סדר התפלות מכל השנה SEDER HATTEPHILLOTH MICCOL HASSCHANA, *Ordo precum per totum annum*, quo comprehenduntur preces illæ, quibus tum quotidie tum in ſabbato & aliis feſtis (*) utuntur, ſicut מחזור & סליחות potiſſimum in tribus feſtis præcipuis adhibent Iudæi. Hæ quoque precum collectiones pro varietate regionum, (**) in quibus Judæi commorantur, variæ ſunt, variis in locis ſæpiſſime editæ, ut proinde in editionibus præcipuis & nobilioribus recenſendis acquieſcere debeamus. Acceptas eas ferunt Iudæi *Viris Synagogæ Magnæ*, v. c. *Haggæo*, *Zachariæ*, *Malachiæ & Esdræ* &c. Clara ſunt Maimonidæ verba in Hilcoth Keriath Schema cap. I. §. 7. ברכות אלו עם שאר כל הברכות הערוכות בפי כל ישראל עזרא הסופר ובית דינו תקנום ואין אדם רשאי לפחות מהם ולא להוסיף עליהם: i. e. *Benedictiones has*, (quæ Schema antecedunt & ſeqvuntur) *cum reliquis omnibus benedictionibus ore totius Iſraelis recitari ſolitis, Eſras Scriba & Synedrium ejus ordinarunt, nec fas eſt ulli aliquid illis demere, aut addere.* Eadem ſententia non nova eſt, ſed tradita

(*) Notandum eſt, libros τῶν *Machſorim* nonnullas earum, quoque precum exhibere, quæ in libris *Tephilloth* occurrunt, ſed paucæ illæ ſunt & raræ.

(**) Differentia illa inter Judæos *Germanos* & *Polonos* exigua eſt; major vero inter *Germanos* & *Italos*, maxima inter eosdem & *Hiſpanos*. Inprimis vero tum ritibus, tum eo continetur, quod aliæ preces aliis ſubſtituuntur. Confer hanc in rem *Chriſtophori Arnoldi* Mantiſſam ad Wagenſeilii Sota p. 1221. & ſqq.

Digitized by Google

dita jam in *Berachoth* f. 33. a. l. 29. ſq. a Doctoribus Talmudicis, quos recentiores ſequuntur plerique omnes, v. c. *Abarbanel* ad Ieſ. VI. 3. R. *Bechai* in Kad Hakkemach, f. 79. col. 4. & alii. Neque diſcedere ab iis exiſtimandi ſunt, qui cum *Raſchio* ad l. c. Berachoth acceptas ferunt Eſdræ. Nam ſub ejus nomine Synagogam M. comprehendi ſupra a nobis obſervatum eſt ſub כנסת הגדולה. Ad eos itaque referunt inprimis precationem, octodecim benedictionibus conſtantem, a quibus שמונה עשרה Schemon Eſre vocatur. Iis recentiori ætate additam ajunt decimam nonam, quam ברכת המינים (de qua paulo poſt) appellant, quamque a Samuele Katon conceptam a Rabban Gamliele vero approbatam volunt Iudæi. Vide quæ diximus Parte I. ſub שמואל קטן unde ſimul patebit, nonnullis Chriſtianorum Paulum adhuc Iudæum illius formulæ auctorem videri. Sunt vero inter Iudæos, qui altius repetunt precum nonnullarum originem. Huc pertinent *Scipionis Sgambati* verba ex lib. II. Archivorum V.T. p. 198. *Triplex*, inquit is, *Hebræis eſt precum Ordo, Matutinus, pomeridianus, veſpertinus ex illo Pſalmi præſcriptus:* Veſpere & mane & meridie narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam. *Matutina Abrahami, pomeridiana Iſaaci, veſpertina Jacobi. Nec omittendum, quod in capitibus R. Elieſer, & in Medras eſt, Hebraos dicere, Iſaacum eo tempore, quo a Patre jamjam immolandus, ecſtaſi quadam mortuum fuiſſe; cumq; paulo poſt ad ſe rediiſſet, & quodammodo revixiſſet, ſtatim eam orationem dixiſſe, quæ incipit:* ברוך מחיה מתים, *Benedictus, qui vivificat mortuos. Elieſeris* locus, ad quem hic provocat *Sgambatus*, exſtat cap. XXXI. p. 74. edit. Lat. Confer in eandem ſententiam *Salomonis b. Juda* Scheveth Iehuda, quem librum *Gentius* ſub titulo Hiſtoriæ Iudaicæ Latine edidit, p. 394. & inprimis *Maimonidem* in Hilcoth Melachim cap. IX. §. 11. & Hilcoth Tephilla c. I. §. 7. ex Chriſtianis autem Cl. *Campeg. Vitringa* de Vetere Synagoga lib. I. pag. 278. ſqq. Cl. *Zeltnerus* in diſſ. de *Bircat Hamminim* pag. 7. verba Iudæorum non tam de formula ipſa, quam de precandi periodis intellecta cupit Formulam Iudæis frequentatam & adverſus Chriſtianos directam עלינו לשבח *Ioſua* adſcribunt Iudæi, & hoc ipſum urgent, ubi illam ad idololatras ſpectare credi volunt.

Tot exſtant τῶν *Tephilloth* editiones, ut numerum fere ſuperent. Nonnullæ earum atque illæ pleniſſimæ præter ordinarias precandi formulas varia alia adjuncta habent v. c. *Haggnda*, *Tikkun Schabbath*, librum

 cura-

*Minhagim* R. Iſaac Tirna &c. Eæ, prout plus minusve continent, pro eo *Tephilla magna* (groſſe Tephilla) vel *parva* (kleine Tephilla) Iudæis Germanis vocantur. Apponemus hic titulum Tephillæ magnæ ex editione Tephilloth *Amſtelodamenſi* ex more Polonorum, Ruſſorum, Lithuanorum, Bohemorum &c. anno 441. C. 1681. in 4. apud *Uri Veibs ben Aaron Levi* curatam. Titulus ita habet: סדר תפלות מכל השנה עם פירוש כמנהג פילין רייסן ליטא פיהם מערהעין עם פרשיות פשוטות מעריבית עם פי׳ ויוצרות וסליחות עם פיר׳ ושיר הייחוד והתהלים עם פי׳ ר״דק ומעמדות עם תרגום פרשת המן עם פי׳ וקינות עם פי׳ מנהגים ותיקון שבת עם פי׳ המשניות פרק שירה תפלות שמתפללים על החולאים עם פדיון השם כפי איש אלקי׳ קדוש יאמר לו מהר״ר יצחק לוריא ז״ל שערי ציון נחלק כ״א על מקומו הראוי לו ווידוי גדולה מספר ויחל משה ושאר תפלות מספר שני לוחות הברית ומשאר ספרי קודש הטבת חלום מן מה״רי i. e. Ordo Precum totius anni cum commentario ſecundum ritum Polonorum, Ruſſorum, Lithuanorum, Bohemorum, Moravorum, cum Paraſchoth precibus veſpertinis cum commentario, Iozeroth item & Selichoth cum comment. Cantico de exiſtentia & unitate Dei, Pſalmis, cum commentario, Minhagim (libro rituali R. *Iſaac Tirna*) Tikkun Schabbath cum commentario, item precibus, quas ſuper mortuis pronunciant & ſuper redemtione filii, ex præſcripto Viri divini & Sancti R. Iſaaci Loria, item Confeſſione peccatorum magna ex libro Vajachel Moſche, ac aliis precibus ex libro Schene Luchoth Habberith, ceterisque libris Sanctis.

Totum volumen in duas abit partes, quarum I. conſtat pp. 178. II. pp. 290. Ceterum utraque Pars ita comparata eſt, ut textus precum & lectionum literis quadratis majoribus, commentarius vero a latere minoribus & Rabbinicis ſit expreſſus. In Parte itaque prima occurrunt (שַׁחֲרִית וּמַעֲרִיב) preces quotidianæ matutinæ & veſpertinæ usque ad p. 41. Hinc תִּקּוּנֵי שַׁבָּת R. *Iſaaci Loria* a pag. 41. ad 60. Poſtea legis preces veſpertinas & matutinas (יוצר של שבת) Sabbato receptas usque ad p. 72. Tum מוּסָף שֶׁל שַׁבָּת acceſſiones ad preces Sabbaticas usque ad p. 75. dehinc מִנְחָה שֶׁל שַׁבָּת i. e. preces in Sabbato tempore pomeridiano in Synagoga recitandas usque ad pag. 79. ac denique preces Sabbaticas ſub exitum veſpera adhibendas (מַעֲרִיב שֶׁל מוֹצָאֵי שַׁבָּת)

*Hagga-*

Digitized by Google

uſque ad p. 83. Agmen claudit Hallel (הַלֵּל) uſque ad p. 85. Poſtea occurrit מוסף ad Novilunium & לְשָׁלשׁ רְגָלִים i. e. *ad tria feſta* item *Haggada* Paſchalis uſque ad p. 103. cum *Pirke Avoth* uſque ad pag 116. Deinde Preces pro Novo Anno uſque ad p. 125. pro Feſto Expiationis ad pag. 130. Hinc הושענות & הושענא רבא uſque ad pag. 142. & לשמחת תורה ad pag. 144. Conſpiciuntur poſt hæc preces *Paſchales* vulgares uſque ad pag. 154. VII. hebdomadum ſeu *Pentecoſtales* ad 157. *Feſti Tabernaculorum* ad 163. Deinde שיר היחוד canticum de exiſtentia & unitate Dei ad pag. 173. tum 72. verſus cum tribus תְּחִנּוֹת ſeu ſupplicationibus uſque ad pag. 178. Et ſic clauditur Pars I. Eam excipiunt in Parte II. Paraſchæ & Haphtharæ nonnullæ illis diebus, de quibus antea preces ſuppeditatæ ſunt, adhibendæ a p. 1. ad 24. una cum *Selichoth* nonnullis uſque ad p. 38. & *Iozeroth* quibusdam uſque ad pag. 112. Eas inſeqvuntur aliæ *Iozeroth* aliis occaſionibus uſurpandæ per paginas 24. Hinc ſuperiores paginæ, quæ in p. 112. deſinebant, confirmantur, ita ut a p. 113. incipiat שִׁמּוּשׁ תְּהִלִּים *uſus Pſalmorum Cabbaliſticus & ſuperſtitioſus* (vide hunc titulum ſuo loco) deinde liber *Pſalmorum* integer cum commentario Kimchii, ac סֵדֶר הַמַּעֲמָדוֹת ſecundum 7. dies hebdomadæ cum commentario R. *Abraham ben Iehuda* סרוואל & precibus nonnullis novis ex Schaare Zijon uſque ad p. 268. Deinceps inveniuntur קִינוֹת nono die menſis *Ab* recitandæ uſque ad p. 290. Calcem occupat liber *Minhagim* R. Iſaac Tirna cum commentario a latere uſque ad pag. 32. & ſic finit totum volumen.

*Tephilla parva*, ſive liber precum minor, qualis v. c. *Berolini* an. 473. C. 1713. ſub titulo: תפלה דרך שיח השרה prodiit in forma octavi ordinis, exhibet poſt preces quotidianas matutinas & veſpertinas, formulas precandi Sabbati diebus, item Feſto Novi Anni & Expiationis receptas, una cum libro *Pirke Avoth*. Talis quoque lucem vidit *Amſtelodami* an. 1678. in 4. pp. 14. minutiſſimo charactere & ibidem an. 1642. 1645. in 12. apud Imman. Benbeniſte: item *Pragæ* an. 1710. 12. oblongo. & 1713. 12. ac *Offenbaci* 1714. 8. Vidi etiam *Hanovienſem* anni 1628. 8. paginarum 10. per R. *David ben Menachem Haccohen*.

Liber *Tephilloth* ex more Iudæorum GERMANORVM *Baſileæ* 339. C. 1579. 8. apud Ambroſ. Frobenium: *Auguſtæ Vindelicorum* an. 1534. per R. *Chajim*: vide Cl. Schudtii Memorabilia Iudaica Part. II. lib. 6. c. 31. p. 246.

*Hano-*

Digitized by Google

*Hanoviæ* 383. C. 1623. in 12.
*Venetiis* 359. *C.* 1599. 12. apud Io. de Gara, & ibid. 331. *C.* 1571. item 443. *C.* 1683. 8. apud Vendraminum & apud eundem 459. *C.* 1699. in 12.
*Pragæ* 296. *C.* 1536. 4. in membrana per Gerſon b. Schelomo. 453. C. 1693. in 16. 470. *C.* 1710. in 16.
*Francof. ad Mœn.* 434. *C.* 1674. in 8. 456. *C.* 1696. 464. apud Io. Wuſt in 8. cum obſervationibus Grammaticis ad lectionem recte inſtituendam: & 468. *C.* 1708. in 16. cum Pirke Avoth.
*Amſtelodami* 409. *C.* 1649. 8. apud Imman. Benbeniſte, & 418. *C.* 1658. 8. apud eundem: 437. *C.* 1677. apud Uri Veibs b. Aaron; 438. apud Dav. Tartas in 4. 440. *C.* 1680. ap. eundem 445. apud Ioſ. Athias; 458. *C.* 1698. apud Aſcher Anſchel 463. *C.* 1703. apud eundem: 465. *C.* 1705. apud Sal. b. Ioſ. Probs: 466. 468. & 472. in 8. apud eundem 475. *C.* 1715. apud Moſen Dias & Sim. Schammaſch in 12. & 469. *C.* 1709. ſub titulo: בית תפלה וספר דברי הימים.
*Berolini* 457. *C.* 1697. in 12. 467. *C.* 1707. in 16. 473. *C.* 1713. 8. cum obſervationibus Grammaticis pro recta lectione per *Aſariel ben Moſcbe*, de qua editione plura dicemus in Supplementis ad Partem I.
*Hala* 1714. in 8. per Moſen b. Abraham ſub tit. תפלה למשה.
*Sulsbaci* 461. C. 1701. in 4. & 472. C. 1712. 4. apud Aaronem ben Uri Lipman.
*Wilmersdorfii* in 16. ſine anno.
*Deſſaviæ* 456. *C.* 1696. & 464. *C.* 1704. in 16.
*Dyrenfurti* 1690. in 4. de qua edit. paulo poſt; 1703. in 24. iterumque in 48. 1704. in 4. 1709. in 4. & 8. & ſine anno notato in 12.
Tephilla GERMANORUM cum Germanica verſione a latere cura *Iechiel Michel Epſtein* Francof. ad Viadr. 463. *C.* 1703. in 4. ſub titulo: תפלה דרך ישרה & *Francof. ad Mœn.* apud Matthiam Andream an. 467. *C.* 1707. in 4. cum Pſalmis Hebr. & German.
*Eadem* cum expoſitione Germanica in margine per R. *Elijakim* ben Iacob כ"ץ i. e. ex genere Sacerdotali, *Amſtelod.* 463. *C.* 1703. 8. majori, ubi in fine accedit סדר תחנות.
*Eadem* cum German. verſione ex adverſo *Venet.* 359. *C.* 1599. in 4.
Eadem *Germanice* ſine Hebræo in uſum feminarum Francof. ad Mœn. 444. *C.* 1684. 8. & 447. *C.* 1687.

*Amſte-*

Digitized by Google

*Amſtelod.* 1650. in 4. *Pragæ* 1688. 4. per nepotes Moſis Bock.
*Hamburg.* 470. *C.* 1710. 8. apud Iſaac Chiskija de Corduba.
Preces ex ritu German. & Bohemorum cum verſ. German. interlineari per Michel b. Abrah. מרקערליב *Wilmersdorf.* 1718. fol.
Germanica precum harum verſio MS. ſub titulo קרובץ exſtat in Bibl. Uffenbachiana, cujus vide catalogum Parte I. p. 88. ſq.
Tephilla cum commentario R. *Joſephi b. Moſche*, Lesnenſis ſub titulo כתר יוסף *Berolini* 1700. 4.
Tephilla GERMANORUM & POLONORUM cum verſione Germanica ex adverſo *Sulsbaci* 461. C. 1701. 8. & *Amſtelod.* an. 1705. apud Moſ. b. Abraham Mendes.
Sine verſione *Amſtelod.* 1645. ap. Imman. Benbeniſte in 12. & 1714. 12. item *Deſſav.* 1700. 8. & 1696. in 4. per Moſen b. Simcha Bonem: item *Baſileæ* literis majuſculis an. 1610. 8. apud Conr. Waldkirch.
Tephilla ex ritu *Polonorum*, *Moravorum*, *Lithuanorum*, *Venetiis* apud Jo. Cajun an. 376. C. 1516. in 4. cum Minhagim.
*Amſtelod.* 1642. in 4. 1663. & 1667. 8. majori apud Joſ. Athias: 1647. apud Imman. Benbeniſte: ibidem an. 1711. 8. apud Salom. b. Joſ. Probs & 1713. apud eundem cum Minhagim, item 441. C. 1681. 4. apud Uri Veibs, cum commentario, & Minhagim R. Iſaac Tirna, de qua editione ſupra diximus: nec non 448. C. 1688. apud Dav. Tartas: an. 1685. 8. 1689. in 12. apud Moſen Casman & 1712. 8. per Schelomo Salman Londinenſem apud Moſen ben Dias.
Ibidem apud eundem an. 474. C. 1714. 8. & eodem anno apud eundem cum verſione Germanica in margine exſtante; & eodem anno ibidem apud Salom. b. Joſ. Probs itidem cum verſ. German. pagg. 270. & 136.
Preces ex ritu *Polonorum* & *Germanorum* germanice translatæ per R. *Avigador*, Scribam Eiſenſtadenſem, *Cracov.* 354. C. 1594. & *Prag.* in 4. item *Francof. ad Mœn.* 434. C. 1674. 8.
Ibidem 472. C. 1712. in 8. apud Moſen Dias, cum inſtructione quod ad ritus ex variis פוסקים ſeu Scriptoribus ritualibus per *Moſen Raphael* Londinenſem: pp. 396. & 97.
*Berolini* an. 1701. in 12. 1708. in 4.
*Wilmersdorfii* 478. C. 1718. 4.
*Dyrenfurti* an. 1696.
*Deſſav.* 1696. 12. oblongo ſub tit. תפלה למשה.

Eædem preces cum commentario R. *Zevi ben Chanoch*, qui alias vocari ſolet R. *Hirſch R. Sundels* (זונדלש) & R. *Abrahami*, qui vocatur R. *Mardochai Cappelmans*, Lublini 331. C. 1571. & *Cracov.* 366. C. 1606. 4.

Cum Comment. מִנְחָה בְלוּלָה *Amſtelod.* 474. C. 1714. in 4. apud Moſen b. Dias, & 475. C. 1715. in 12. apud Simeonem Schammaſch.

Cum alio Commentario Cabbaliſtico R. *Naphthali Hertz* Thiengæ 320. C. 1560. in 4. & *Berolini* additis in calce Minhagim an. 1703. in 4.

Cum obſervationibus R. *Schabtai Premulienſis* Dyrenfurti 1690. in 4. ubi p. 41. R. Iſaaci Loriæ תקוני שבת & in calce R. *Iſaaci Tirna* Minhagim leguntur.

Cum Commentario *Jeſchajæ Hallevi Horwitz* ſub titulo שַׁעַר הַשָּׁמַיִם *porta cælorum*, de quo in Supplementis ad Partem I. dicemus.

*Tephilloth* ex ritu ITALORVM cum Pſalmis, *Veronæ* 409. C. 1649. in 16. & 358. C. 1598. in 24. apud Jo. de Gara cum Pſalmis & libro Maamadoth.

*Tephilloth* ex ritu *Romanorum*, *Venet.* 307. C. 1547. 12. apud Marc. Anton. Juſtinianum: *ibid.* 397. C. 1637. 12. per Joh. Martinelli 456. C. 1696. 12. pp. 188. ex officina Bragadina & 459. C. 1699. in 12. ex officina Vendramin. cum Paraſchis, Pirke Avoth, Pſalmis, & libro *Maamadoth*.

*Tephilloth* ex more HISPANORVM, *Amſtelod.* 423. C. 1663. 12. apud Dav. Caſtro Tartas, & eodem anno apud Joſ. Athias in 16. ibidem 438. C. 1678. 12. apud Uri b. Aaron Levi, literis rubris & luculentis: ibidem apud Imman. Athias an. 464. C. 1704. in 12. & 463. C. 1703. in 16.

*Venetiis* in Officina Vendramin. per Anton. Rezini 423. C. 1663. in 12. una cum סֵדֶר מֵאָה בְּרָכוֹת i. e. *ordine centum Benedictionum*, quæ alias vocantur ברכות המזון ibidem 445. C. 1685. apud Bragadinos & apud eosdem 432. C. 1672. in 16. & 424. C. 1664. apud Jo. Calleoni in 8. pp. 231.

Preces ex more *Hiſpanorum* in Feſtis *Amſtelod.* 463. C. 1703. in 16. & antea *Venetiis* an. 1614. 8. apud Jo. Bragadin.

Exſtant quoque precum formulæ, certis temporibus aut feſtis receptæ, ſeorſim, v. c. precatio יום כפור קטון *Deſſav.* in 8. hebr. & german. ſine anno.

Tephilla ראש חודש ſive in Novilunio cum *Pirke Avoth* & Bircoth Hammaſon *Prag.* 1713. 8. *Deſſav.* 1698. 8. Francof. ad Oder. 1703. in 4.

Preca-

Precatio ſub *veſperam Novilunii*, *Venet.* 1643. apud Anton. Calleoni in 8. pp. 16. item an. 1614. apud Jo. Cajun in 8.

Quænam ſint preces illæ celebriores, e Bibliis Hebraicis, Græcis & Latinis, adjectis benedictionibus, canticis & aliis ejusdem generis, de quibus Catalogus Thuaneus Part. I. p. 191. exponit, non ſatis adſequor. Eædem procul dubio ſunt, quæ ſub titulo: *Anonymi precationes celebriores* &c. Pariſiis 1554. 8. editas memorat *Imbonatus* p. 311.

Series precationum totius anni juxta uſum congregationum Judæorum Germanorum Latine ex verſione *Franc. Taylori* MS. in Biblioth. Bodlejana; vide Catalogum MSS. Angliæ & Herberniæ p. 58. n. 803.

Precationes *Hebr.* & *Latinas*, quibus in Feſtis ſolennioribus Judæi Germani, cum accumbunt menſæ, utuntur, per *Paulum Fagium* memorat Geſnerus in Pandectis p. 40. a.

Quotidianas Judæorum preces, quibus præ ceteris tum domi, tum in Synagoga utuntur, *Germanice* converſas exhibet *Philippus Wolf*, Ex Judæus, in libro vernaculo, quem dixit *Speculum Judæorum*, Gedani 1554. in 4. editum.

Officium Judæorum Hiſpanorum Hebraice cum interlineari verſione Hiſpanica in 8. MS. in Catal. MSS. Angliæ n. 3003. memoratur.

Verſio Precum Judaic. *Hiſpanica* a R. *Iſaaco ben Schem Tov* profecta & *Venetiis* edita prohibetur in Indice Expurgatorio Caſp. a Quiroga p. 69. b.

Pars harum Tephilloth *Hiſpanice* converſa, & *Amſtelod.* apud Davidem de Caſtro Tartas 426. C. 1666. 12. edita, exſtat ſub hoc titulo: *Orden de lo que ſe deve leer cada dia y noche, para diſponer ſe el hombre al ſervicio de ſu Criador y noſſea acepto para mereſcer y gozar el bien de Ieruſalaim*, i. e. *Series illorum, quæ legi debent noctu & interdiu, eo fine, ut homo ad divinum cultum idoneum ſe reddat, dignusque evadat fruitione boni Ieruſalem.* Conſtat paginis 164.

De precationibus Judæorum feſtis, ex parte *Germanice* a Jo. Stephano Rittangelio converſis, diximus ſupra ſub מחזור.

Verſiones Judæo-Germanicas paulo ante in recenſione librorum Precum, ex ritu Judæorum Germanorum, memoravimus.

Codices harum Precum manu exarati varii in Judæorum & Chriſtianorum Bibliothecis exſtant, iique editis ſubinde pleniores, & in ſacra noſtra paſſim injurii. Talem habet nunc Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis in 4. inter Codices Wagenſeilianos num. X. Membranaceus is eſt & antiqvus, ſed ab initio & fine mutilus, & interdum a ve-

a vetuſtate injuriam paſſus, cetera talis, qui varia plenius exhibeat, quam in vulgaribus editionibus leguntur. Precatio עלינו לשבח a Judæo quodam lacerata eſt. Ibidem num. XI. alius occurrit Codex membranaceus, ſequioris generis, ſed utraque parte mutilus.

In Biblioth. Bodlejana inter Codices Huntingtonianos num. 448. & 449. in 4. occurrit Codex ab initio & fine mutilus, cum commentario Arabico, uncialibus literis, & vetuſtate fere obliteratis, ſcripto. Ibidem n. 481. ſecundum catalogum MSS. editum, exſtat Liturgia Judaica, qui Codex, indice Cl. *Io. Gagnerio* in Catalogo MS. mihi benevole tranſmiſſo, ab initio & fine mutilus eſt, & tantum partem commentarii in Pentateuchum ac partem Liturgiæ exhibet foliorum 28. Ibidem n. 484. Codex membranaceus habet partem *τῶν Selichoth.*

In Biblioth. Academ. *Upſalienſis* hodie eſt Codex Precum membranaceus in 4. literis majuſculis ſcriptus, ſed ab initio & fine mutilus, cetera a ceteris Precum libris non diverſus, niſi quod notas Anonymi Cabbaliſticas in margine ſecum ferat. Debeo hujus notitiam Rev. doctiſſimique *Erici Benzelii* Catalogo MS. benevole ad me miſſo.

In Biblioth. *Durlacenſi* ex legato *Io. Reuchlini* tria ſunt exemplaria libri Precum, quorum duo in folii forma ſcripta ſunt, tertium in 4. ſed manu, quam difficulter adſequaris, exaratum.

Ex his Codicibus formulæ in Chriſtianos directæ, quas in impreſſis hodie omittunt Judæi, ſuppleri poſſunt, judice Cl. *Io. Henr. Majo* in Vita Reuchlini p. 538.

Præſtantiſſimus, & non minus de literaria quam civili, in patria, Republica egregie promeritus, *Zach. Conradus ab Uffenbach* varios Precum Codices manu exaratos poſſidet, de quibus Cl. *Majus* Part. I. Catalogi diligenter exponit. Lege Indicem, & confer, quæ ſupra ſub מחזור allata ſunt.

Illuſtris *Petrus Daniel Huetius* Tom. II. Diſſertationum variarum, ab Abbate Tilladeto gallice editarum, pag. 205. Codicem quendam ſuum Precum memorat, calamo eleganter in membrana ſcriptum, in quo carmen, quod titulum habet יוצר שבת וחנוכה deſideretur.

Commentarii in Preces manu exarati varii exſtant. Talis eſt Arabicus R. *Seadjæ* in Biblioth. Bodlejana n. 6056. inter Codices Huntingtonianos hodie n. 488. Inter eosdem num. 486. exſtat, ut titulus habet, commentarius Arabicus in Maimonidæ, qui ſub nomine רבנו citatur, Liturgica. Auctor in præfatione loquitur de inſtitutione precum, & nar-

narrat, quomodo in Captivitate Babylonica preces ab Eſra in ordinem ſint redactæ. Deinde cap. I. agit de ברכות ubi citatur *Hai Gaon*: cap. II. citatur liber *Sohar* & *Maimonides* ſæpe: cap. VII. R. *Zadock*, & *Rabbenu Tanchum* in initio commentarii ſui in Proverbia Salomonis: cap. IX. R. Chananel & Rabbenu *Moſche Gaon*: cap. XIII. & XV. ipſe auctor citat librum ſuum יקר חמדות item *Aben Eſram* & *Kimchium*. Debeo hæc catalogo MS. Cl. *Gagnerio*, qui & obſervat, ibidem n. 447. exſtare commentarium in Liturgiam Judaicam Arabicum, cujus auctor vocetur רבינו. Laudat is ſæpe librum ארחת חיים ex quo loca bene longa adducit.

Nec mirum eſt Judæos de illuſtrandis per commentarios precibus ſuis cogitaſſe, quippe quæ hinc inde adeo obſcuræ ſunt, ut nec a doctis ſatis, nedum plebejis capiantur, ac paſſim quoque commoda interpretatione in ſenſum tolerandum deferri debeant. Vide hanc in rem Aben Eſram in Eccleſiaſt. V. 1. & VIII. 10. & Cl. *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. II. p. 229. ſqq. qui & ridiculas quasdam precum formulas affert, quæ ſcilicet exemplum ſiſtunt *βαττολογίας* a Sanctiſſimo Servatore noſtro illis pridem exprobratæ.

Judæos precibus ſuis varia impie in CHRISTUM, ſacra ejus, Chriſtianos & eorum inprimis Magiſtratus, immiſcere jampridem obſervatum eſt in Fortalitio Fidei, & aliis veterum ſcriptis, contra Judæos exaratis. Præcipue de hac injuria teſtati ſunt Ex Judæi, rem ſcilicet experientia edocti. Inter ceteros huc ſpectat *Joannes Adrianus ab Embden*, cujus epiſtola monitoria vernacula ſub titulo: Send- und Warnungs-Brief/ *Witteberga* 1609. in 4. edita, convicia ejusmodi exhibet. Adde *Friderici Samuelis Brentz* Jüdiſchen Schlangenbalg c. V. & confer quæ in defenſionem affert *Salman Zevi* in Theriaca Judaica, parum quidem ſolide, ceu in eruditis ſuis limatisque ad eam notis oſtendit *Jo. Wulferus*. Præ ceteris vero lege Cl. *Jo. Jac. Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part II. lib. VI. c. 33. p. 231. ſqq. ubi, allatis in rem præſentem exemplis oſtendit, Judæos precibus ſuis exſecrari & petere *Ex Judæos*, *Magiſtratus Chriſtianos*, *Chriſtianos* in univerſum, & CHRISTUM ipſum. Confer, quæ ſupra in Obſervationibus Miſcellaneis de Judæis quod ad hoc argumentum allata ſunt p. 1104. & quæ paulo ſuperius de Machſorim occurrunt. Adde *Sigism. Hosmanni* ſchwer zu bekehrendes Juden-Hertz p. 145. ſq. & B. *Aug. Pfeiferi* Apellam Obtrectatorem, in Theologia Judaica Exercitat. V. recuſum.

Speciatim huc pertinet ſolemnis eorum & quotidiana formula, quæ a primis verbis appellatur עלינו לשבח *Olenu leſchabbeach.* In ea paulo poſt initium poſt vocem המונם in libris precum vel vacuum ſpatium relinqvunt, vel circello aut aſteriſco quodam indicant, aliquid hic deeſſe. Verba autem deſiderata ita tum in Codicibus manu exaratis, tum in uſu ipſo ita ſupplent: המשתחוים להבל וריק ומתפללים ללא יושיע h. e. *inclinantes ſe coram vanitate & nihilo, & precantes ad eum, qui non ſalvat.* Ibi poſtrema voce ad JESU nomen alludere merito exiſtimantur, quemadmodum &, indice *Brenzio* in Jüdiſchen Schlangenbalg/ vocem וריק eo conſilio adhibent, ut per Gematriam Cabbaliſticam, juxta quam וריק & ישו eundem numerum, nempe 316. efficiunt, JESUM innuant. Atque hujus quidem ſceleris Judæos amplius convincunt complures, inprimis *Wülferus* ad Theriacam Judaicam p. 345. ſqq. & p. 42. ſq. ad Codicem שקלים *Sigismundus Hosmannus* im ſchwer zu bekehrenden Juden-Hertz p. 133. ſqq. *Jo. Jac. Schudt* in Memorabilibus Judaicis Part. II. c. 33. p. 236. ſqq. & Cl. *Jo. Henr. Majus* in Bibl. Uffenbachiana Part. I. p. 66. ſqq. Utuntur illi in argumentum antiquis quibusdam editionibus, in quibus allegata verba diſerte leguntur, tum Codicibus manu exaratis, & commentariis in eos non editis, ac denique Chriſtianorum antiquiorum, (*) & quorundam Ex Judæorum teſtimoniis. Hinc & factum eſt, ut Sereniſſimus Boruſſiæ Rex, Fridericus, glorioſiſſ. memoriæ, *Franciſci Wentzelii*, Ex Iudæi, denunciatione excitatus, an. 1703. ſingulari edicto cavit, ne verba iſta, in CHRISTUM injuria, in formula *Olenu leſchabbeach* pronunciarentur. Edictum hoc integrum repetitum eſt a Cl. *Lehmanno* in Obſervationibus Hiſtoricis vernaculis Tom. V. p. 354. Vener. *Georg. Serpilio* in Iudæo Perverſo & Converſo pag. 42. ſq. & Cl. *Schudtio* in Memorabil. Iudaicis Part. III. p. 198. ſqq. Laudatur vero ex merito in Unſchuldigen Nachrichten an. 1704. p. 130. ſqq. Confer & Nova Literaria Germaniæ 1703. p. 401. & Nova Literaria Maris Balthici 1704. & 1705. p. 77. ubi binæ diſſertationes *Chriſtiani Waltheri* de precibus Iudaicis עלינו לשבח & ולמלשינים *Regiomonti* 1704. & 1705. habitæ recenſentur.

Sin-

(*) Sic in Fortalitio Fidei lib. III. Conſiderat. VII. p. 149. ex *Alphonſi*, Ex Judæi, libro de Bellis Dei cap. 44. hæc verba afferuntur: *Adhuc eſt intentum aliquorum eorum, quando orant qualibet die, quod gentiles adorant & obediunt ebel berith* (lege hebel verick) *quod ſonat nihil & vanitas.* Habes ipſiſſima verba המשתחוים להבל וריק.

Singularis in hoc capite eſt B. *Wagenſeilii* ſententia, quam partim in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 216. ſqq. (ubi & in univerſum de hac precatione ejusque auctore, quem Iudæi Ioſuam faciunt) partim in ſingulari commentatione de eadem precandi formula *Relationibus* ejus (Be nachrichtigungen) *de rebus Judaicis* Lipſ. 1705. in 8. inſerta, profeſſus eſt. Eo ſcilicet judice & tota formula, & inprimis verba iſta, quæ in ſuſpicionem vocantur, crimine in ſe vacant, & tum in ſe, tum ex intentione primi Auctoris, CHRISTUM non tangunt, ſed ex Sacro Codice, cum quo per omnia confert, depromta ſunt. Vide p. 29. Interim tamen idem pag. 13. ſq. vult & ſuadet, ut Iudæi illis verbis uti prohibeantur, ideo, quod ea in CHRISTUM & Chriſtianos ſcripta arbitrentur.

Exſtat inter Iudæorum precationes adhuc alia, qua quotidie Chriſtianis & Ex Iudæis male imprecantur. In precatione enim matutina, quam שמנה עשרה vocant, hæc legis: ולמלשינים אל תהי תקוה וכל הזדים כרגע יאבדו וכולם מהרה יכרתו ותכניעם במהרה בימינו: i. e. *detractoribus non ſit ſpes, & omnes arrogantes momento pereant, ac omnes cito exſcindantur: tu vero dejice eos in diebus noſtris.* Eadem imprecatio, ſed nonnihil mutata, legitur in iisdem Precum libris ſub יוצר לפורים. Hæc verba & plenius & clarius Codices quidam manu exarati exhibent, interque eos Uffenbachianus unus membranaceus in fol. n. L. ex quo Cl. *Majus* in Parte I. Catalogi pag. 68. ita ea ex p. 12. recitat: ולמשומדים אל תהי התקוה וכל המינים כרגע יאבדו וכל אויבי עמך מהרה יכרתו ומלכות זדון מהרה תעקר ותשבר ותמגר ותכניע כל אויבינו במהרה בימינו: i. e. *Omnibus a fide Iudaica deficientibus nulla ſit ſpes; omnes heretici uno pereant momento, omnes populi tui oſores quamprimum exſcindantur. Regnum quoq; illud ſuperbum eradicato, confringito, deturbato, atque dejicito univerſos hoſtes noſtros in diebus adhuc noſtris.* Eodem modo leguntur in antiqvioribus nonnullis exemplaribus τῶν Machſorim editis, & ex parte in editione qvadam *Pragenſi:* vide *Eiſenmengerum* Parte II. Iudaiſmi Detecti pag. 108. Et hæc verba conveniunt omnino cum iis, qvæ in hac precatione tempore M. *Alphonſi*, Ex Iudæi, & *Hieronymi a S. Fide* a Iudæis adhibita ſunt. Ex utriusque enim ſcriptis eandem fere formulam affert Fortalitium Fidei p. 148. a & b. qvam inde repetit Cl. *Majus* l. c. Addemus illis *Petrum Nigrum* in tractatu contra perfidos Iudæos de conditionibus veri Meſſiæ (de quo ſupra p. 312.) ita ſcribentem: *Ipſi namque cottidie pro deſtructione ac anni-*

*annichilatione Romani orant imperii, quo capti tenentur, ac omnium noſtrum, quos infideles nominant, ac inimicos ſuos, ut per quandam patet orationem, quæ cottidie in Synagogis eorum dicitur, & in communi orationum habetur libro, qui dicitur tefilah, quod interpretatur oratio, & eſt talis:*

Velamſchumadim bal tehi tikva vechol haminim kerega jobedu, vechol oibe hamcha mehera ikkaretu, umalcuth ſadon mehera tehakker, utſchabber, utmagger, vetachniiah kol oibenu bimhera beiamenu: Baruch attah adonai, ſchober oibim umachniiah ſedim. Qvæ ita convertit *Niger: Et baptiſatis non ſit ſpes, & omnes infideles vel heretici repente pereant, & omnes inimici populi tui celeriter ſcindantur, vel interficiantur, & regnum nequitiæ celeriter indures & confringas, & conteras, & declines omnes inimicos noſtros velociter in diebus noſtris. Benedictus tu Dominus frangens inimicos, & declinans ſuperbos.* Iſtis hæc ſubjungit *Niger: In iſta ratione primo poſtulant auferri ſpem ab his, qui baptiſmum ſuſceperunt. Secundo, quod infideles ſive heretici repente diſpergantur, per quos diſcipulos Iheſu Nazareni intelligi volunt: ut R. Elieſer exponit, qui Nazarenus, ut aſſerit, docuit diſcipulos ſuos pervertere verba Dei viventis. Tertio orant, quod Deus deſtruat ac diſſipet regnum Romanorum, quod nequitioſum nominant, cujus tamen protectione vivunt.* Ceterum negari non poteſt, jam olim verba iſta diverſimode concepta fuiſſe. Patet id omnino ex diverſis eorum verſionibus, quas junctim exhibet *Eckius* in libro Germanico, quem inſcripſit Verlegung eines Juden-Büchleins plag. H. 1. ubi & monet, Hieronymum jam formulæ hujus meminiſſe, eamque appellaſſe *Lammeſchumadim.* Adde *Io. Reuchlinum* in Speculo Oculari, Part. II. Hiſtoriæ Literariæ Reformationis a Cl. Hardtio recuſo, p. 23. ubi is oſtendere conatur, hic non peti Chriſtianos, quam tamen ſententiam p. 38. ita emollit, ut dicat, ſaltem ex verbis, omnino obſcuris, probari non poſſe, quod Chriſtianos innuant. Conf. p. 47. Contrarium ſolide demonſtravit *Eiſenmengerus*, dilutis Iudæorum exceptionibus Parte II. Iudaiſmi Detecti p. 109. ſqq.

Ceterum diverſis nominibus eam precum formulam appellare conſueverunt Iudæi. Vocant enim nunc בִּרְכַּת הַמְּשׁוּמָּדִים aut בִּרְכַּת הָאֶפִּיקוֹרְסִים aut בִּרְכַּת רְשָׁעִים aut צַדּוּקִים i. e. *imprecationem contra baptiſatos, Sadducæos, impios & Epicuræos.* Communiſſima appellatio eſt ברכת המינים de qva dixi Parte I. p. 1119. ubi vide, qvos præterea in hoc argumentum excitavimus, qvibus adde omnino Cl. *Vitringam* de Vetere Synagoga lib. III. p. 1047. ſq. Omitto alia Specimina precum Iudai-

Judaicarum, in Chriſtianos & eorum res ac ſacra directarum, qvæ cum cura & induſtria congeſſit Eiſenmengerus Parte II. cap. II. p. 90-189. Qvatuor inprimis memoravit Auctor Fortalitii Fidei lib. III. Conſiderat. VII. p. 148. *Quinta decima*, inqvit is, *crudelitas Judæorum in orationibus eorum oſtenditur. Non enim Iudæi orant pro inimicis & perſecutoribus ex charitate & pietate, ſicut faciunt Chriſtiani, ſed ſicut in operibus, ut ſupra claret, crudeliſſimi oſtenduntur, ſic & in orationibus ſuis ſpecialiter in quatuor. Primo in Feſto Mardochæi, quod adhuc celebrant XV. Kal. Martii, conterunt ollas in Synagogis, dicentes, ſicut contritus eſt Amon, ſic regnum Chriſtianorum velociter conteratur. Secunda oratio Iudæorum præcipitur iis, quod fiat, cum tranſeunt ante domos orationis Chriſtianorum. Orant enim ſic in ſententia ſecundum Hebraicum ſuum, domus ſuperborum, proſternet te Deus. Tertiam orationem faciunt, cum tranſeunt per cimiteria Chriſtianorum ſub tali verborum ſerie: erit verecundata mater veſtra, erit repudiata illa, quæ vos peperit, quia finis Chriſtianorum vermis eſt. Quartam orationem faciunt quotidie ter in die, in qua maledicunt Ieſum Chriſtum & diſcipulos ſuos atque Reges & Principes Chriſtianos.* Hic recitat precationem ex Hieronymo a S. Fide, de qva modo egimus. Hinc æſtimare licebit, qvid habendum ſit de B. *Wagenſeilii* opinione, exiſtimantis ſcilicet, *non exſtare apud Iudæos ullam publicam & ſolennem precum formulam, quæ vera, genuina & primaria intentione Auctoris ad id videatur compoſita, ut in Chriſtum noſtrum per eam convicia probra & contumeliæ jaciantur:* Vide eum in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 216. Idem affirmat *Rudolphus Martinus Meelführerus* in Diſſertat. de Fatis eruditionis Orientalis p. 20. Malim eqvidem hæc temperare verbis Rev. *Io. Wülferi* ad Theriacam Judaicam p. 168. *Hoc autem*, inqvientis, *ut in pauca multa conferam, dicendum mihi prius eſſe dueo, in hodiernis, quas prelo ſubmiſſas habemus, Iudæorum liturgiis tam atroces imprecationes non reperiri, vel, quod metuant, ne præſenti morte, aut turpi exilio, pœnas dependant, vel, quod Chriſtianorum Principum animos hodie multum mitigatos eſſe, nec pro deliciis amplius crudelitatem habere videant, quæ ingenti Iudæorum calamitate & ſanguine affatim effuſo ſatiaretur.* Id certum eſt, Judæos hodiernos ſaltem in eo a majorum ſuorum veſtigiis receſſiſſe, qvod ſolemnes formulas ſaluti & incolumitati Regum, Principum ac Magiſtratuum Chriſtianorum, qvorum imperio ſubjecti ſunt, hodie dedicent, qvocunque demum animo id fiat. Exemplum habes apud *Schudtium* Parte I. Memorabil. p. 235. ſqq. In veterum monimentis ejusmodi qvidqvam relatum non inveni.

De aliis, qvæ circa Preces Judaicas obſervari poterant, lege diligentius commentantes *Iulium Bartoloccium* in Bibliotheca Rabbinica Tom. III. p. 3. 9. item p. 68. ſq. & Tom. IV. p. 323. ſqq. ubi de Machſorim: *Franc. Burmannum* Part. II. Exercitatt. Biblicarum pag. 45. ſq. *Io. Buxtorfium* in Synagoga Judaica cap. X. & alios hujus generis Scriptores, *Frider. Albertum Chriſtiani* von der Juden Glauben und Aberglauben cap. III. & IV. *Io. Druſium* in lib. III. de Sectis Judæorum p. 99. ſq. & in Præteritis ad Actor. III. 1. *Hermannum Hardtium* de Officiis Judæorum Antelucanis *Leonem Mutinenſem* de ritibus hodiernorum Judæorum cap. XI. p. 40. ſq. *Melchiorem Leydeckerum* de Republica Hebræorum lib. XI. c. 5. p. 637. ſq. ubi de precibus & benedictionibus Judæorum: item cap. VI. ubi de Pſalmodia eorum Sacra: *Io. Lightfootum* Tom. I. Operum p. 720. *Minhagim* ſive librorum ritualium inter Judæos Scriptores, *Io. Paſtritium* in Tractatu MS. de precibus & Liturgiis Judaicis comparatis ad Liturgiam Chriſtianorum aliarumque gentium, quem laudat *Imbonatus* pag. 127. a. Biblioth. Latino-Hebr. *Nicol. Polemannum* in Diſput. de ritu precandi veterum Ebræorum Witteberg. 1667. in 4. *Io. Andr. Quenſtadium* in Antiqvitatibus Biblicis pag. 205. ſq. *Iac. Rhenferdium* in Diſſert. de X. Otioſis Synagogæ p. 41-63. ubi certi qvidam canones, Judæis in precibus faciendis recepti, ex eorum monimentis ediſſeruntur: *Io. Iac. Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Part. II. lib. 6. c. 33. & in Continuatione ad h. l. *Io. Saubertum* de ritu precandi veterum Hebræorum, Helmſtad. 1663. *Scipionem Sgambatum* in Archivis Veteris Teſtamenti pag. 92. ſqq. *Rich. Simonem* in Diſſert. de cerimoniis Judaicis cum diſciplina Eccleſiaſtica collatis c. 8. p. 38. ſq. *Talmudicos* in Berachoth & qvæ ad hunc Codicem ex Chriſtianis notavit poſt *Guilielmum Guiſium*, ex parte Cl. *Georg. Elieſer Edzardus*: *Campegium Vitringam* in libris III. de Synagoga Vetere paſſim, inprimis lib. III. cap. XVI. ſqq. p. 1062. ſqq. ubi tota Liturgia Judaica ex Maimonide deſcribitur & illuſtratur; *Io. Chriſtoph. Wagenſeilium* in libro vernaculo de Lingua Iudæorum Hebræo-Germanica p. 94. ſqq. & *Guſtav. Georg. Zeltnerum* diſſ. de Bircat Hamminim p. 7. ſqq.

De Karæorum hac in parte inſtitutis lege *Schuparti* diſſertat. de Secta Karæorum p. 156. ſqq. & *Iacobum Triglandium* de Karæis p. 167. ſqq. ubi ſeptem diverſa precum nomina, qvæ illi afferunt, comparat cum 1 Timoth. II. 6. atqve alia huc pertinentia commemorat.

De

De *Proſeuchis* Iudæorum, ſeu oratoriis ad litora exſtrui ſolitis, lege præter Interpretes ad Actor. XVI. 13. qvæ attulit Cl. *Io. Albertus Fabricius* in Biblioth. Antiqvaria p. 288. ſq. & notas meas ad Caſauboniana pag. 218. Adde Cl. *Chriſtiani Deutſchii* eruditam diſſert. de Sacris Iudæorum ad litora freqventer exſtructis, *Lipſ.* 1713. in 4. & Cl. M. *Pet. Zornii* Diſſert. de Scholis Publicis, qvas antiqvi Iudæi prope a lacuum, amnium & fluviorum crepidinibus ripis & litoribus exſtruxiſſe perhibentur, *Plana* 1716. in 4.

De *Phylacteriis* ſive תפלין, ציצית item & טליר־ת conſulendi ſunt *Mich. Beck* de Uſu Phylacteriorum Ienæ 1684. *Iul. Bartoloccius* Tom. I. Biblioth. Rabbin. pag. 576. ſq. *Io. Buxtorfius* in Lexico Talmudico voce תפלין, *Io. Andreas Danzius* de Sacris Iudæorum νομοφυλακτηρίοις, Witteberg. 1682. *Georg. Eliezer Edzardus* pag. 209. ad Cap. I. Berachoth, *Guilielmus Guiſius* ad Berachoth III. 1. *Nicol. Liungby* in diſſert. Hiſtorico-Critica de Phylacteriis, Hafniæ 1705. (Conf. Nova Literaria Maris Balth. 1705. pag. 53. ſqq.) *Mart. Iac. Owmannus* ad Codicem Talmud. *Jadajim* pag. 99. ſq. *Guſtavus Peringerus* de Tephillin *Upſal.* 1690. 8. *Jo. Gottfr. Schupartus* de Karæis p. 162. ſqq. & *Eberh. Rudolph. Roth* de Iudæorum ligamentis precatoriis in capite & brachio, Ienæ 1674. 4.

De ritu Iudæorum verſus Orientem inter precandum conſiſtendi diſputat ſpeciatim B. *Gottfrid Olearius* in Obſervationib. Philologicis ad Matth. VI. 9. Adde *Andr. Gæding*, Prof. Upſalienſis, Diſſ. de ritu veterum precandi anatolico, Upſal. 1693. 8.

Iudæos formulas precum ſuarum ad Miſſæ canonem attemperaſſe credat, qvi volet, cum *Iac. Windeto* de Vita functorum ſtatu p. 164.

De שמונה עשרה ſeu octodecim benedictionibus, qvas mane recitant Iudæi, vide fuſe differentem *Campeg. Vitringam* lib. III. de Synagoga Vetere p. 1033. ſqq. ubi eam formulam integram exhibet & illuſtrat.

De precatione קדיש legatur idem p. 962, 1078. & 1098.

De קְרִיאַת שְׁמַע idem toto cap. XV. p. 1052 - 1061. de qva præterea exponunt *Laurent. Dav. Bollhagen* in Diſſertat. ſingulari Lipſ. 1703. 6. plagulis, Celeb. *Io. Andr. Danzius*, in Diſſert. *Ienæ* habita, Cl. *Georg. Eliezer Edzardus* ad cap. I. Berachoth p. 148. ſq. nec ita pridem *Guil. Wottonus* in Miſcellaneous Diſcurſes about the Traditions diſſ. III. Conf. excerpta in Biblioth. Anglicana Tom. IV. Part. II. p. 391. ſqq.



Digitized by Google

762 תפלות צדיקים TEPHILLOTH ZADDIKIM, *preces juſtorum*, qvæ ſint, qvas memorat *Geſnerus* in Pandectis p. 42. a. inter libros ex officina Dan. Bombergii editos, non ſatis adſeqvor.

763 תפלות precatioees Hebræo-German. varii generis in uſum Chriſtianorum ex verbis S. Scripturæ contextas & cum Lat. verſione editas cura *Tobiæ Linckii* ſupra memoravimus Parte I. n. 657.

764 תפלת לעני TEPHILLATH LEANI, *precatio pauperis*, eſt formula confitendi peccata, ex libro שני לוחות הברית *Deſſav.* 458. *C.* 1698. 8.

765 תפלות הדרך TEPHILLOTH HADDERECH, *preces itineraria*, *Wilmersdorf.* 436. *C.* 1676. 8. apud Iſaac b. Löw Iudlaſch.

766 תקון חצות לילה TIKKUN CHAZUT LAIELA, *ritus precum media nocte peragendarum*: vide Cl. *Hardtii* programma de Abuſu Pſalmi CXIX. plag. B. p. 8.

767 תקון היום TIKKUN HAIIOM, *ordo precum diurnarum*, CPoli an. והודת i. e. 426. *C.* 1666. in 16. apud Abrah. nepotem Sal. Franco pp. 54. item *Amſtelod.* ap. Imman. Benbeniſte in 16. oblongo.

768 תקון המזבח TIKKUN HAMMISBEACH, *inſtitutum circa aram*, MS. apud R. Oppenheimerum in 4. de eo, qvomodo olim circa aram verſati ſint.

769a ס׳ תקון סופרים SEPHER TIKKUN SOPHERIM, h. e. *inſtructio Scribarum*, qvomodo ſcilicet in deſcribendo Codice Sacro verſari debeant. MS. apud Oppenh. in 4.

769b תקון סופרים TIKKUN SOPHERIM, *inſtructio Scribarum*, liber Anonymus Grammatico-Criticus, *Pragæ* in 4. teſte ש״י editus, qvo oſtenditur, qvomodo voces vel plene vel defective ſcribi debeant, item de *Keri* & *Kethiob*.

תקון

**תקון קריאה לכל לילה ויום** TIKKUN KERIA LECOL LAILA VEIOM, i. e. *inſtituta & ritus circa lectionem nocte & die perficiendam*, ubi occurrit libellus *Pirke Avoth*, formula confeſſionis peccatorum, & aliæ preces nonnullæ ac cantica, qvæ nocturnæ & diurnæ lectioni debent præmitti, tum *Selichoth* לְאַשְׁמוּרוֹת הַבֹּקֶר i. e. *ad vigilias matutinas accommodatas*, ut & *Techinnoth* ſive deprecationes diebus jejunii. *Amſtelod.* 426. C. 1666. 12. apud *Davidem de Caſtro Tartas* in 16. pp. 96. & eodem anno ibid. apud Uri Pheibs 12. pp. 106. Cl. *Edzardus* habet exemplar, cujus titulo præmittitur effigies Viri throno inſidentis, cujus capiti imminet corona, cum lemmate עטרת צבי *corona decoris:* thronum cingit corona hominum, admirationem præ ſe ferentium, una cum leonibus. Sub throno leguntur verba:

בימים ההם ובעת ההיא אצמיח לדוד צמח:

i. e. *diebus illis & tempore iſto progerminare faciam Davidi germen.* In præfat. ultima verba ita habent: מפרי פי איש יביע אומר אמרות תורתו טהורות אשר לפדות נפשנו מן השבי׃ יהוה אלהים נתן לעטרת צבי: i. e. *ex ore Viri effundet dictum oraculorum legis purorum*, (*quæ* idonea ſunt) *ad liberandas animas noſtras ex captivitate: Dominus Deus det corona decus.* Facile patet, alludi effigie illa & verbis ad Schabtai Zevi, impoſtorem, qui Iudæis eo tempore fraudem faciebat. Per vocem enim צבי manifeſte ad nomen ejus reſpicitur. *Tikkun* ejusmodi Hiſpanice converſum commemoravimus paulo ante, ubi de תפלות.

**תקון ערבית** TIKKUN ARABHIT, *inſtituta pro lectione & precatione veſpertina Deſſav.* 457. C. 1697. 12. per Moſen b. Simcha Bonem. plagulis 3. 770

**תקון ערב ראש חודש** TIKKUN EREBH ROSCH CHODESCH, i. e. *inſtituta veſpera Novilunium antecedentis*, ſive יוֹם כִּפּוּר קָטוֹן *diei expiationis minoris: Amſtelod.* 426. C. 1666. in 16. ap. Uri Veibs b. Aar. 457. C. 1697. 16. apud R. *Aſcher Anſchel & Hanov.* ex officina Cl. *Bashuyſenii* an. 471. C. 1711. in 8. plagulis 2. Confer ſupra יום כפור קטון. 771



Digitized by Google

772 תקון קריאת שבועות TIKKUN KERIAT SCHEVUOTH, *inſtitutio, quomodo in feſto Pentecoſtes verſandum ſit Amſtelod.* 429. 450. 465. 468. 474. C. 1714. 8. ap. Moſ. b. Dias *Ffurt.* 473. C. 1713. & *Venet.* 408. C. 1674. ex typographia Bragad. per Chriſtoph. Ambroſini in 8. ſub titulo : התקונים כל אמרת אמרת תפסירה ib. an. 419. C. 1659. 8 per Ant. Rezini. Prag. 435. 8. Francof. Od. 462. Dyrenf. 464. *Venet.* an. 414. C. 1654. 8. *Amſtel.* 463. C. 1703. 12. ap. Sal. b. Joſ. Probs ib. 453. C. 1693. ap. Dav. Tartas pp. 72. & ap. eund. an. 429. C. 1669. ibid. 450. C. 1690. apud Moſ. b. Abrah. & apud eund. 454. C. 1694. iterumque 465. 8. pp. 54.

773 תקון קריאת שמע TIKKUN KERIATH SCHEMA, inſtitutio, quomodo *Keriath Schema*, de quo paulo ante, perfici debeat. Prag. 424. C. 1664. 4.

774 תקון שבת TIKKUN SCHABBATH, *inſtituta & Leges Sabbati*, prodierunt ſæpe tum cum ipſis precum libris majoribus, tum ſeorſim, v. c.

*Amſtelodami* 447. C. 1687. 4. cum שומר שבת 461. C. 1701. in 4. *ibid.* 444. C. 1684. 16. cum Toſephoth *Kaſvenaki* & *Tikkune Schel Schevuoth & Hoſchanna*, h. e. quomodo Feſto Pentecoſtes verſandum ſit: item 451. C. 1691. 12. apud Dav. Tartas, & ibid. 467. C. 1707. 12. & 453. C. 1693. apud Eliam b. Chajim, nec non 471. C. 1711. apud Moſen Dias.

*Berolini* 1701. 12. 1702. in 18. 1704. in 18. 1706. in 18. 1707. in 12. & 1715. in 18. cum variis acceſſionibus.

*Dyrenfurti* 1692. in 4. cum comment. R. Jac. b. Raphael de quo Parte I. n. 1109.

*Francof. ad Mœn.* 423. C. 1663. 441. C. 1681. 16. 469. C. 1709. apud Joſ. Trier & 473. C. 1713. 12. atque hæc ultima cum variis acceſſionibus.

*Londini* cura R. Salomonis Salman fil. Moſis Raphael, cum acceſſionibus variis an. 471. C. 1711. in 12.

*Lublini* 382. C. 1622. 4.

*Offenbaci* 476. C. 1716. in 12.

*Pra-*

Digitized by Google

*Praga* 451. C. 1691. 452. C. 1692. 461. C. 1701. in 4. 463. C. 1703. 12. 465. C. 1705. 12. 473. C. 1713. in 12.
*Wilmersdorfii* 469. C. 1709. per R. *Hirſch b. Chajim*, cum commentario in margine.

תקון קראים TIKKUN KARAIM, *conſtitutio rituum Karais receptorum*, MS. hebr. inter Codd. Warnerianos in Bibliotheca Belgarum Lugdunenſi, cujus vide catalogum in 4. ed. p. 289. num. 63. Citatur codex a Cl. Triglandio in diſſert. de Secta Karæorum p. 26. & 27. Imo ipſe Triglandius MS. habuit, quod patet ex Catalogo Biblioth. ejus p. 25. ubi dicitur complecti omnes Karæorum opiniones, Rabbanitis contrarias. 775

תקנות מפראג TAKKANOTH MIPPRAG, i. e. *ordinationes Synagogæ Pragenſis*, quibus leges variæ & cautelæ, ad meliorem Synagogarum Judaicarum ordinem pertinentes, comprehenduntur. *Prag.* 424. C. 1664. 4. quam edit. habet *Oppenheim*, 776

תקנות הקהלה TAKKENOTH HAKKEHILLA, conſtitutiones Synagogæ German. *Amſtelod.* an. 471. C. 1701. 8. pp. 12. 777

תקנות מדינת מעהרין TAKKENOTH MEDINAT MEHREN, i. e. *conſtitutiones in provincia Moravia inter Judæos*, MS. fol. vol. amplum 1 digitum. 778

תקון שמירת שבת TIKKUN SCHEMIRAT SCHABBAT, *ordo obſervandi Sabbatum*, *Francof. ad Oder.* 448. C. 1688. 4. pp. 10. Eſt commentatio ſuper Orach chajim, (quoad argumentum de Sabbato) cujus textus affertur, & explanatione illuſtratur. 779

תקוני תשובה TIKKUNE TESCHUVA, *inſtituta pœnitentiæ*, liber vernacula Judæis lingua ſcriptus, & editus *Cracov.* 396. C. 1636. & *Amſtelod.* in 4. ubi traditur ratio pœnitentiæ pro omnibus peccatis, ex variis hujus argumenti libris collecta. Vidi quoque editionem in 8. ſine loco & anno in Bibl. Oppenh. nec non aliam, ſine loco, anni 456. C. 1696. in 16. pagg. 36. 780

תקוני

# OLAVUS RUDBECKIUS Filius
# PHILOLOGIS ERUDITIS
## *S. P. D.*

CUm ſæpe alias, tum vero præcipue in Epiſtola ad virum olim inter Profeſſores Oxonienſes eruditionis gloria & gravitatis laude celeberrimum, Dn. Johannem Walliſium, & præterea in Ichthyologia mea Biblica, & quidem parte ejus prima, quam avis *Selav* conſtituit, luculentis verbis opus promiſi, quod Linguarum Orientalium pariterque Occidentalium & Septentrionalium harmoniam exhiberet. Sto itaque promiſſis, & titulum, quem indoles ac natura ſuſcepti laboris poſtulat, oculis animiſque veſtris, doctiſſimi Philologi, uſurpandum reverenter ſiſto. Quin autem ob linguarum concilium & antiquitatum lucem, quæ ore rotundo promittit, doctis atque literatis omnibus arrideat, dubitare propemodum nefas eſſe arbitror. Quocirca ut inſtituti mei rationem adhuc planius exponam, & totius operis clariorem, magiſque diſtinctam ideam proponam; primas ſaltim lineas heic ducam, quæ velut in tabula, fundamentum, methodum, utilitatemque ſtudii noſtri philologici ſtrictim indicabunt. Ac primum quidem quod ad uſum ejus attinet, eum plane inſignem non tantum in Philologiæ, ſed & elegantioris cujusque ſtudii, amatores ex hoc labore noſtro redundaturum, certo perſuaſus ſum. Nam præterquam quod textum Sacri codicis authenticum multo facilius feliciusque, quam ceteroquin fieri ſolet, intelligent, pervenient quoque in cognitionem plurimarum dictionum, quarum nativus & genuinus ſenſus per multa retro ſecula in hunc usque diem plusquam cimmeriis tenebris involutus, etiam perſpicaciſſimos Criticos latuit & ſuſpenſos tenuit. Atque ſic remoto quaſi rejectoque putamine, ipſam rem ceu nucleum comprehendent, pariterque cauſas cognoſcent, cur unaquæque res hoc vel alio titulo ac nomine veniat. Præter hunc, etiam incredibilis Judæis,

qui adhuc, pro dolor! ſpiſſa mentis caligine ſuffuſi, graviſſimorum errorum veluti gyris & voraginibus ſe quotidie abripi & ſuffocari patiuntur, uſum haudquaquam contemnendum adferet. Nam quum viderint ſe in Philoſophicis ac Naturalibus rebus nimium quantum a veritate abludere; inde procul dubio ſe etiam in Theologicis nubem pro Junone non raro amplecti, animadvertent. Porro, quantum linguæ degenerarint: literæ radicales identidem mutatæ ſint: ipſa pronuntiatio procedente tempore variaverit: terminationes dictionum pro organorum, quibus verba efferuntur, aptitudine & habilitate, quam cœli ſolique natura temperat, incrementa & decrementa ceperint: quomodo orbis Eoi incolæ multas admittant vocales, quas occidentales & Septentrionales excludentes, conſonantes potius amant, & contra: quomodo nonnulli mortalium mutam cum liquida, niſi vocali interjecta, vel una liquida abſorpta, recte efferre nequeant, nonnulli vero vocem a gemina conſona incipientem, vel in *r*, deſinentem, numquam proferre valeant: quomodo denique multæ nationes & dialecti pleraſque dictiones ſuas per *a*, *e*, vel *o* in fine forment, & quæ ſunt cetera linguarum fata, quæ hic levi, quod dicitur, brachio, tangere, argumenti dignitas non permittit. Quapropter totum hoc negotium ipſi operi reſervatum, alias oportunius & operoſius peragam. Verum enimvero hac ratione & methodo illud typis excudi curabo; primum quidem, ut voces Orientalium Latinis literis, earundem characteribus ex aſſe reſpondentibus, rite atque recte, quantum fieri poterit, exprimantur. Idque eum in finem, ut illi quoque, qui Hebræorum, Syrorum, Æthiopum, Arabum & ceterorum arduam & pæne dixerim, ænigmaticam Scripturam ignorant, aliquam utilitatem ex illo capiant. Et ſane optandum, ut eruditi, qui hoc tempore Muſis litant & peregrinas linguas typis parant, idem facere velint. Nam iſto de omnibus bene merendi ſtudio majorem profecto ſibi conciliarent gratiam, præſertim cum multi ſint, qui tantum temporis & otii difficilibus iſtis characteribus pernoſcendis, impendere nequeant, ut eorundem ſcriptionem & enunciationem, infinitis propemodum modis variantem, addiſcant, revocantibus interdum ab iſtiusmodi ſtudio ipſa ætate & oculorum acie. Deinde poſt radices Latino, ut dixi, charactere excuſas, juſto ordine ac ſerie ceteras dictiones iisdem affines, ſubjungam, ſimilitudinis cum archetypo accuratam habiturus rationem. Ad dignitatem autem nationum ac populorum, nihil profecto hoc in negotio reſpiciam, quandoquidem

in

in id cunctis viribus unice incumbo, ut Dei gloriam ubique propagem, & veritatem e ſuis veluti latibulis erutam, priſtino nitori reddam. Ceterum ut unaquæque radix repertu ſit facilior, & ejus vis atque notio eo melius innoteſcat, conſultum duco eandem ſeorſim in ora columnæ exprimere. Totum ſyſtema, forma grandiori, nempe in folio, ut vulgo loquimur, prodibit, & in utraque foliorum facie duæ conſtituentur columnæ, quas papyri nitor & præſtantia impendio commendabunt. At vero opuſcula, quæ vel ad Ichthyologiam, vel Phytologiam vel Zoologiam, vel denique Metallurgiam ſacram pertinebunt; eadem plane forma emittentur, qua in lucem publicam prodiit tractatus meus de ave Selav, id eſt, *in quarto*. In progreſſu operis, ubi in voces Hebraicas, aliasve incidero, quibus novam, imo ſane primogeniam vel nativam notionem reddere oportet, mox ex ſacris vel aliis fide digniſſimis ſcriptoribus potiſſima loca proferam, quibus meam ſententiam ſartam tectamque tuebor. Hactenus vero teſtimonia ex ſacris mutuata uſurpabo, quatenus res naturales & phyſicas ſpectant, & non theologicas. Nam de dogmatibus doctrinæ noſtræ Chriſtianæ veræ & orthodoxæ, nullum unquam ſcrupulum animo meo injecit ſtudium meum philologicum vel etiam philoſophicum. Nec immemor ſum admonitionis Euphratis, hiſce verbis Veſpaſianum alloquentis, Philoſophiam, o Rex, quæ de rerum natura eſt, cole & venerare. Quæ vero de Diis loqui ſe profitetur, omitte ac rejice: tales enim Philoſophi de Diis mentientes, opiniones multas & inſanas nobis ingerunt. (*a*) Sed ad rem. Quum in voce Gothica, aliave enucleanda occupatus fuero, mox ad idoneos teſtes provocabo, eorumque interpretationibus & teſtimoniis meam aſſertionem muniam, niſi vox illa in proletario ſermone ita ſit frequens, ut videatur omnium ore contrita, adeoque teſtibus non egere. Præterea ſi aliqua radix (quæ ex Imperativo feliciſſime ſemper eruitur) anſam & occaſionem dederit differendi de re ad Hiſtoriam Naturalem, antiquitates aut alias ſcientias pertinente, fuſius eam explicabo & rem totam exquiſitiſſimis rationibus ediſſeram, locum juxta radicem in Indice naviter indicaturus. Indices pro numero linguarum conſtituentur, atque ultra quadraginta erunt, licet omnes non æque locupletes. Nam defectu Lexicorum bonorum, quæ jure merito in quibusdam linguis adhuc deſiderat orbis eruditus, non potui ſingula pro-

Aaaaaaaaa 2

(*a*) *Philoſtr. de vit. Apollon. Lib. V. Cap. XIV. p. m. 249.*

proſequi. In his lucubrationibus, pluſculos quidem annos, cum iisdem vacare, niſi horis ſubciſivis, mihi vix licuerit, conſumſi: & germana fide fateor, illas ad eam magnitudinem excreviſſe, ut 11000 folia conſtituant. In illis vero non continuo ſtilo & integro ſenſu res omnes & themata deſcripſi, ſed punctim ſaltem & ſumma per capita eundo, eadem leviter huc usque perſtrinxi. Quin autem, qvum ſingula momenta æqua judicii lance ponderantur, & ut decet, exponuntur, per aliquot volumina ſe diffundant, negare non poſſum. Hac itaque tempeſtate, qua Martis furores per orbem arctoum funeſto agmine ruunt; nihil magis in votis habeo, quam ut hic meus labor typis mature exſcribatur, & iſtiusmodi fatum evitet, quod olim Laponiam meam illuſtratam, aliaque ingenii mei monimenta manſit, qvum dirum illud incendium, quod anno hujus ſeculi ſecundo cum rei noſtræ literariæ irreparabili damno, hic contigit, omnia fere penitus deleret. Propriis impenſis ac ſumtibus tantum opus hac tempeſtate edere, ſupra vires illius eſſe, qui ampliſſimam alit familiam, unusquisque facile videt. Quocirca de more in Anglia, Hollandia, Gallia, Germania & alibi recepto, e re mea & literaria eſſe duxi, liberales atque ſolertes typographos, hic pariter literis compellare, & nomine utilitatis publicæ majorem in modum rogare, velint mecum amice convenire, quo modo, quave ratione opus inceptum typis commode promotum eam. Qui iſto modo cœptis noſtris favere & auxiliares manus nobiſcum jungere non dedignabuntur, totum noſtrum Syſtema Philologicum, nec non opuſcula, quæ, dum illud prelo paratur, veluti prodromi exibunt, ſuæ curæ commiſſum habebunt. Opuſcula autem quæ typis parata habeo, ſunt (1) Ornithologiæ Sacræ pars prima de avibus eſu licitis, nempe *Arbeh*, *Solam*, *Chargol* & *Chagab*, quas alii locuſtas, inſecta illa tetra & horrenda, interpretantur. (2) Ichthyologiæ pars ſecunda de *Borith* fullonum, quod Theologus ſuis laudibus & elogiis digniſſimus Doct. Joh. M. Langius *Borith* Prophetarum nuncupat, & Saponem eſſe vel Smegma ſtrenue contendit. Ego autem pluſculis iisque validiſſimis, ut opinor, argumentis, quod præfiſcine dixerim, illud Borith fucum ſive colorem rubrum intenſiſſimum, purpuram puta vel coccum fuiſſe oſtendo. (3) Tractatus de *Hyſſopo*, cujus mentionem ſapientiſſimus Rex Salomon ſignificanter admodum injicit, & interpretes fruſtra Adiantum vel Capillum Veneris exponunt. (4) שועלים *Schualim* ſive de *Vulpibus* Simſonis, quas non *Vulpes*, vel *Manipulos ſtraminum*; ſed

ſed *Faces* ardentes fuiſſe evidentiſſimis evincam argumentis. (5) רמש *Remeſch*, quod vulgo *reptile* exponitur, ſed eſt animal quadrupes, ambulans atque currens, eſuque quam maxime licitum. (6) אבן הפוך *aben hapuk*, quod *Stibium* ſive *Antimonium* unanimi fere interpretum conſenſu redditur, cum tamen, me interprete, ſit *Electrum* ſive *Succinum Pruſſicum*. (7) De nominibus Joſephi אברך *Abrek* & פענח *Paneach*, (8) de אורים *Urim* & תומים *Thumim*, quid vere ſint atque ſignificent; & iſtius generis alia permulta in hunc uſque diem incognita. De cetero autem, ut ex ungue noſcas leonem, ſpeciminis loco nunc primas ſaltem in Alphabeto radices, ne delectum feciſſe videar, cognatorum ſuorum cohorte ſtipatas, literis mando. Valete, Philologi ſuſcipiendi, meo ſtudio favete, lapſibus ignoſcite, *homo ſum*.

**אאר** *aar* Syr. äer, Lat.
אויר *awer*. Chald.
איאר *iarii* Arab.
Ἀήρ, Græc. *aar*.
Ἀήρ & πιαήρ, Copt. Kirker. de lingv. Copt. p. 404.
Air, Gall.
Awyr, Britan.
Ajer, Illyr.
Ἄερα & ἄερας, Græc. Barb. M. Lang. Philol.
Ἄερες, Gr. plur. pro Cœlo, Plutarch.
Αὔρα, Gr.
Aura, Lat.
Aere & aria, Ital.
Ayre, Hiſp.
Aere, Georg.
Ajere & here, Epirot.
Ara, Braſiliens. Marcgr. Hiſt. Rer. Natur. Braſ. p. 276.
Οὐρία, Græc. ventus, in ſpecie ſecundus, eadem ratione ac nobis *Vind*, ventus, & ventus ſecundus.

waur & wær, Isl. Edda Ventor. appell.
wăr, Sved.
wæis, Dan.
wæir, Norveg.
weer & wer, Belg.
wiro, Lapon. Prov. c. 25. v. 23.
wierto, it: Lapon. id. Prov. 30. 31.
Quereb, Chiliens. Aër & ventus, Marcgrav. l. c. p. 288.
Hinc deinde interpoſito ת vel *th* factum eſt
Αἰθήρ, Græc.
Æther, Lat.
Theyr, Goth. Edda Ventor. appell.
Wăder, Sved. hod.
Weder, Belg. & Anglo-S.
Wedur & / Widre } Island.
Wedro, Sorab.
Wedrii, Vened. Eccard. Hiſt. Stud. Etymol. p. 278.
Viuder. Vened. Id. ibid.
Weather, Angl.
Wetter, Germ.
Witr, Bohem.
Wietr, Ruſſ.
Wiater, Polon. & powiatr. id.
Fiuder, it. Vened. aër, Eccard. l. c.
Eſſet fortaſſe aliquis qui &
Uiam, Chin. Annam. (qui *r.* in fine vocum non admittunt)
& *eboua*, Britan: atque
*Aju*, Hungar. i. e. aër, ſpiritus, reſpiratio ab
אאר *aar*, Syr. trahere vellet, ſed putarem hæc meliori jure reduci debere ad

No-

הוא *bavaü* & הוי *bavijü* Arab. Aër, ventus, indeque

אהוית *abviatü* Arab. pl. aërei. Quibus cum conveniunt certe

Weh, wehen, Germ.

Weiha & weha, Sved. vulg.

Radix autem vocis אאר *åar*, Syr. äeris Lat. &c. quia deperdita eſt apud Orientales, reſtitui poſſe videtur a verbo Gothico nobis adhuc ſatis uſitato,

*Tra* i. e. Celerrime agitari, ſurſum atque deorſum ferri, circumagi, huc & illuc moveri, furioſe vehi.

Notatu interim digna eſt differentia, quam inter *Ætherem* & *aërem* faciunt Indi, teſte Philoſtrato, in de vita Apollonii Tyanæi Libr. III. Gap. XI. p. m. 142.

Quodnam eſt quintum (elementum?) inquit Apollonius. Præter aquam enim, aërem, terram, atque ignem, quodnam quintum ſit neſcio.

Æther eſt, inquit Jarchas, quem Deotum generationem oportet putare. Quæ enim aërem trahunt, mortalia ſunt, quæ vero ætherem, immortalia atque divina.

אב *Ab* vel *af*, Hebr. Pater.

Ab, Chald.

Ab, Samarit.

Ab, Syr.

A, Æthiop.

Ab, Melind.

Ab, Abeſſin.

Eb, ebu, Arab.

Aba, Jeſſ.

Ἄπφος, Ἄππα, Ἄββα, Ἄβα } Græc. Inde Anna Fabra in hymnum tertium Callimach. ita pronunciant pueri, ubi primum os ſolvere incipiunt.

Afe,

Afe, Goth. Isl. Edd. hinc *afe* annar, *avus* Lat:
*avo*, Luſit. *Ou*, Chin. Ann.
*πάππος* Græc, *abuele*, Hiſpan. *avolo*, Ital. *ayeul*, Gall. *ba*, Ann, *avia*. Lat.
*afe* tridie, Edd. *abavus*, Lat. *ἀπύπαππος* Gr.
Ubia, Groenl. Pater.
Apa, Hung.
Ozba, Carniol.
Ozbe, Croat.
Bo, Annam.
Bu & baba, Arab.
Bab, Perſ.
Bab, Turc.
Bab & babbu, Rhæt.
Baba, Cariban.
Babba, Sardic. in pagis.
Bappa, Malaic.
Po, Siam.
Pay, Luſit.
Pap, Rhet. ſ. Grioſon. Päpe, Isl. G. And.
Πάππας, Syriac.
Pappas, Latin.
Phu, Annam.
Phu, Formos.
Fu, Chinens.
Faje, Smoland. & Oeland.
Coba, Philos.
Chou, Chiliens: Marcgr. loc. cit.
Hæwa pl. hæwati, Lapon. Parentes, majores. ab אבות *awoth*, Hebr. Inde &, demto א ſ. *a*. factum Woſch, Luſit. Præmiſſo autem ה *th*. ex literis *heemantiv* emergit more Hebr.

Tewe,

Tewe, Lithuan. Pater.
Tehws, Lett.
Tuba, Braſil. Marcgr.
Tabes, Livon.

Vocis autem אב *Av* fons & origo minime eſt אבא *ava*, Chaldæorum, vel אבה *avah* Hebræorum, *voluit, cupit, deſideravit;* quandoquidem iſtiusmodi affectus tam in ſervos, liberos, virgines & matres cadit, quam in patres. Liceat igitur genuinum ejus ſenſum aliunde derivare. Nos vocem

Æſ, *Æſa*, vel *hæf, hæfa*, habemus, quæ nobis ſignificat *incipere, inchoare, generare, auctor eſſe*, item *informare.* öfa, Sved. hod. üben Germ. &c.

Hefia, Ver. Lex. p. 112. Gudm. Andr. Lex. Isl. p. 109.
Hæfwa, aliis, ſed parum accurate, ſcribitur.
*Hevet.* Germ. incepit, Bibl. Lyr.

Yppa, Sved. item *incipere* notat; attamen ob alias ſuas ſignificationes cum *heſia* minime eſt confundendum. Nam rectius ad radices יפע quæ in Hiphil eſt הופיע *hophia* Rabb. & אופיע *Opa*, Chald. referri videtur. Illud inprimis notat *declarare* atque *myſteria revelare*, unde in familiari ſermone ſæpe dicimus, *yppa något hemligit*, h. e. Secretum ſive rem arcanam detegere.

אב *Ab*, etiam Magiſtri & Præceptoris, quin & auctoris atque Originis notionem continet, haud ſecus ac

Hef, hef-undr, Goth. G. And. loc. cit.
Appeyt & appetée, Lap. Præceptores, Informatores. Torn. Man. L. Luc. c. 11. Oppetus Iſe, Fin.
App & Opp, Lap. doctrina. Pſ. 141.

אב *Ab*, Arab. ſignificat aliqua re præditum aut excellentem.

Ob, obbe, Goth. G. Andr. p. 188.
Yp, ſ. ypr, ypare, ypaſt, Sved. Excellens, excellentior, excellentiſſimus.

אבי *Avi*, Jud. אבא *Abba* Chald. Magiſter, Senior. Abbé, Gall. Abba & Abbas Lat. Barb. Spelm. Gloſſ. Abad, Hiſp. Abbud & Abbod Anglo-S. Abbot, Angl.

*Yppa*, Sved. Excellentiorem atque præſtantiorem ſe præbere. D. Speg. Gloſſ.

אב *Ab*, Hebræorum primus menſis noſtro *Aprili* reſpondens.
Ab, Perſ. & Syr. id.
Αβ, Gr. menſis qui & Γορπαῖος dicitur, Heſych. & Varin.
Επιπ vel Επηπ, Copt. Kirk Lingv. Copt. p. 140. confer & Job. Ludolph. Comm. Hiſt. Æth. p. 343.

אב *Ab*, Rabb. *ornamenti genus*.
Wip, wippa, Sued. id. unde band wippa.

*Wippa*, Sued. Vibrare, elevare. it. huc illuc moveri.

אב *Ef* vel *Eb* Hebr. אבא *iba*, Chald. Fructus, Pomum.
Epe pl. Epin. Goth. Edd. Idunæ appell. *Poma*.
Æp-le, Sued. hod. diminut. Apfel, Germ. &c.
Oeft, Belg.
Ovoc, Pol.
Avoxt & auhs, Goth. Verelii. Lex. *fructus*.
Obs & Obſt, Germ. Spat. 1376.
Obet & Ofæt, Anglo-Sax.
Oweſt, id. Willer. Hinc &
Uva, Lat.
Ἄπιος, Gr. pyrum.
Ovita, Sax. & Auet, Juſt. Lipſ. Epiſt. Sel.
Ouet, Teut. Kil.
A, Braſil. Marcgr. p. 277.

אביב *Avib* Hebr. Spica & Ariſta.
אביב & אבוב *avib* & *abub* Chald. id.
הבב & הבבא *babab* & *babeba*. Syr. Coma, Flos.
Wipp, Sued. id. Unde *tröska på bara wippe*, Nudas triturare ſpicas.
Wipp, it. Wesmann. *coma arundinacea*. Hic quadrat cantilena illa vulgaris in ludis Juliorum pueris recepta.

Alla

Alla mina ſmå pipeli höns
Gå i grannans lada
Göra ſtoran ſkada,
Alla bita ſtrå,
En *wipp* är åf,
Ty ſkal tu til dören gå.

Vibo, pl. Vibones, Lat. Flores herbæ Britannicæ. Plin. Hiſt. Nat. Lib. 25. c. 3.

Wäp-ling, Sved. dimin. Trifolium arvenſe ob flores in ſpica.

אביב *Avib.* Hebr. *Tempus veris primum, Ver.* Item *primula* vel *nova fruges.*

Wif, Wifa, Sved. id. Inde Gul-wifa, Primula veris.

Abyhe, Luſit. Geſn. Orn. p. 764. Vanellus ceu avis primo vere ad nos veniens.

Vipa, Sued.

Hæf Goth. Gramen noviter renaſcens, G. Andr. p. 101.

Uphaf, Goth. Initium temporis, Bibl. Iſ. Gen. 1. v. 1. &

אבוב *Abub* vel אבובא *Abuba*, Chald. & Syr. Fiſtula, inſtrumentum muſicum.

אנבובא *Anbuba* Arab. id.

Pipa, Sued.

Pipe, Angl.

Piipe, Belg.

Pib & pibeldawr, Brit.

Pheiff, Germ.

Piua, Ital. &c. Piſfaro. It. Pipare, Sued. tibicen.

*Pipa* Sved. fiſtula canere. Inde & Ambubajæ Lat. Bar. Tibicines mulieres.

אבוב *Abub.* Rabb. & Talm. quidquid *calami ſimilitudinem habet.*

Pip & pipa, Sved. id.

Pipe, Belg.

Pipe, Angl. &c. Inde

Halm-pipa, Sved. Culmus vel calamus frumenti.

Rőr-pipa, Culmus arundinaceus.

Ben-pipa, Tibia.

Kan-pip, Canalis canthari peranguſtus, quo minutim effunduntur liquida. Verbum

*Ypa*, öpa, corruptè öpna, Sued. Aperire,

Ypas, öpas, öpnas, Aperiri, hiſcere, poroſum eſſe. Unde

öp, Goth. G. A. 189. Foramen, Apertura, Hiatus, Porus.

ὀπή Gr. id.

ὀπαῖον, Foramen, Plutarch.

ὀπαῖα, Vas fictile pertuſum & perforatum. Poll.

öpe & Yppi, Sved. Apertum, Perforatum.

Pipu, Sved. *Fiſtuloſus*, *Poroſus*. Pőſe-tegus, Hung. id.

Et multæ aliæ hic addi poſſent linguæ, quas ob pagellarum anguſtiam, ſicco jam pede præterire cogimur, in ipſo Theſauro eas exhibituri.

# FINIS.

VA1 1517257

Digitized by Google

Digitized by Google